POSTILLA,

HOC EST, ENARRATIO

D. GEORGII WICELII

THEOLOGI ABSOLVTISS. TRIVMQVE LINGVARVM EXPERIENTISS. SVPER EVANGELIA ET EPIstolas de Tempore & de Sanctis per totum annum, Latine sedulo reddita, Interprete [redacted]

CVM PRAEFATIONE COMMENDATORIA ipsius Dn. Georgij Wicelij.

Aplicase a la libreria de S. Diego de Sevilla

diolo el canonigo d. Lerver de meno

POSTILLAE HVIC WICELIANAE accesserunt:

Primo	*Demegoriæ illæ, quæ super Euangelia & Epistolas quasdam Dominicales in Postilla ea hactenus sunt desideratæ.*
Secundo	*Elenchus præcipuæ tractationis, isq; inuentu facilimus, quippe in locis suis, paginarum puta marginibus, adsignatus.*
Tertio	*Sectio postillarum triplex, nempe literalis, mystica & mo[ralis].*
Quarto	*Elucidatio sectionis eius, quæ cuiuis Ecclesiastæ amplificationis campum, sine negocio, aperuerit uastum, Autore* [redacted].

Hæc in præsentiarum boni consulat Lector, posthac & Quadragesimales Wicelij Sermones & alia, Deo fauente, habiturus.

Excudebat apud inclytam Coloniam Agrippinam
PETRVS QVENTEL,
Anno M. D. XLV.
Cum priuilegio.

Aplicose al dicho libreria de S. Diego de Sev.a
fr. Diego de los martyres
... expurgose este libro segun el nuevo expurgat.o del año de 1640 ... 1641.
fr. fran.co de ...

+

Fr. Juan Nuñez lector de Prima del Conv.do de mi o. P.e S. Fran.co ... Sevi.a y calificador del S.to Off.o ... que he visto este libro ... en 5 Junio de 1641. Aqueste ... purgado conforme al expurgatorio nuebo del año de 1640. y por verdad lo firme de mi nombre

Fr. Juan Nuñez
Calificador del S.to Off.o

LECTORI CHRISTIANO, IN Christo Salutem.



VOD Iethro Madianites olim Moysi seruo Dei Opt. Max. de distribuendis rerum Israeliticarum munijs, in alios certos quosdam uiros, tempestiuè consuluit, id iamdudum mihi quantumlibet infimo mancipio in domo Dei mei, nec fortassis omnino sine causa placuit. Quin inter Teutonas etiã nostros iactari solet, Complurium manibus operas faciliores reddi. Equidem inuidit hactenus conatui meo, posteaquam hoc lucubrandi stadium ingressus sum, & hostiliter obstitit malignus satan: inq; eam adduxit angustiam pium molimen, ut ne unus quidem undecunq; cõtingeret synergus, qui humeris suppositis onera-tum iuuisset. Contrà uero fatigauit zabulus suis in apostaticis angelis luctan-tem me: & pressit, non uicit. Cuius cõtinuae afflictionis testis erit ad posteros usq; Saxonia, Harcinia, Misnia, Marchia, &c. Solus igitur constiti aduer-sum impetus turbulentissimi atq; inimicissimi schismatis: solus hoc in circo labo res exhausi difficilimos, tam doctus, q̃ dedoctus, idq; uoce & calamo, extre-mis idem obiectus uitae periculis. Adhortatores habui sane plurimos, coadiu-torum ne unum quidem. Imò nemo audebat se adiungere Saulo conuerso. Et reuocabatur Augustinus à Secundinis suis ad deuitatas haereses. Vix quis-quam omnium augurari potuit, Petrum conuersum aliquando confirmaturum fratres. Eram quidem iudicatus (quemadmodum Porsena rex à M. Scaeuo-la) dignior, qui amicus essem, quàm qui hostis populi Rom. sed tale paucissimis primo resipiscentiae tempore perfectum fuit. Attamen inuictae Orthodoxiae conscientia fidutiaq; fretus, satis auxilij mihi è supernis sensi suppetere. Quo fortius perrupi, & quòd, urgente Deo, coeperam, alacrius perrexi absol-uere, nunquam nescius, cui laborum atq; periculorum debeatur gloria, nimi-rum Deo dominoq; meo Christo Iesu, qui in hac palaestra me haudquaquam dereliquit solum, hoc est, sine se. Tandem ubi bona causa nonnullis fuisset co-gnita, repertus est unus atq; alter, qui subleuandum existimarent mole Eccle siastici negocij prope subrutum, qui ue scripta luce digna iudicarent, nec una tantum lingua in orbem Christianum candide publicanda, quae ego plerisque utiliora esse, quàm nitidiora uideri, semper exoptaui. Si quid edideram Lati-nè, rogabar isthuc ut Teutonicè interpretarer: contrà si quid Teutonicè, La tinis identidem postulabatur auribus. Nam tale ab Aduersarijs multo studio factitari cõpererant. Excusare solebã, Nõ omnia posse unum. Audiui, unam tantũ Christianismi nationẽ doceri, caeteris barbariem esse Teutonismũ. Au diui, Debitorẽ item esse me Ausoniae, Iberiaeq; & Britanniae, quibus frustra Germanissarim. Haec iactura quidẽ Euãgelij doluit mihi: sed quid facere sine Theseo? Testificatus saepenumero sum, malle omnia me Latinè commentari, quàm uernacula dialecto, nisi Germania Germanicum Ecclesiasten, uelut iure

*2 ij quodam

quodam patriæ, poposcisset. Inter hæc autem adiunxit operam subsidiariam Iohannes Lanstenus Rhenensis, qui Romana lingua primus donauit libros quosdam meos: atq; hoc quidem longè felicius, quàm constantius. Aggressus is est institutionem orthodoxam de Eucharistia. Cuius libri, præterquam quòd interpres fuit, scholiastes etiam esse uoluit, non usqueadeo imperitus. Verum Lanstenus Homiliticum opus quum inceptasset transferre, œconomicis occupatiunculis, nescio quibus, indigne auocatus, à calamo resilijt. Mox admouit manum operi Latinè conuertendo Vormatiensis quidam pædotriba. Post hunc M. Culsamerus, eruditus adolescens. Nec deerant Coloniæ pij uiri, qui animum ad id laboris appulerant. Apud Pragam certè quinque antè annis ostensa mihi fuit magna pars Euangelici huius uoluminis, Slauonicè translata, autore equite Bohemico, de quo, nobilior ne fuerit, an studiosior, ambigere possis. Cæterũ omnium nemo, quod opportunè cœpit, prosperè perfecit, præter hunc Gerhardum Lorichium Hadamarien. quo in homine multam ingenij morumq; simplicitatem, cum plurima pietate coniunctam, admirari soleo. Innotuit antehac ille passim libris in rem Ecclesiæ publicam editis, & ad eam inde adscendit existimationem hominum catholicorum, ut nunc commendatione mea minime indigere uideatur. Additiunculas, si quas occasione oblata subinde inspersit, ipse pro suis libens agnoscet. Poteram securus esse interpretationum eius, sicut Phocion Atheniensis Demosthenicarum orationum fuisse perhibetur, nisi alio me uocauissent curæ literariæ. Videtur alicubi durior esse in attrectandis sectarum hulceribus. sed ego hoc ipsum, quo minus fecerit, uetare, utpote absens, non potui. Dentes nostros schisma, quibus utimur necessario, inique fert: at nos ipsius non dentes tantum caninos, sed ungues etiam leoninos & tela lœthalia, quo non die, quo non hora Euangelicè perferimus? Ergóne Neptuno iterum consecrandæ sunt innoxiæ? & condemnandum Euangelium Dei, propter euangelium hominis? Meminerint isti, moneo, quid Agamemnon ad Polymnestora Thraciæ tyrannum in Euripidis Hecuba dixerit: ἀλλ᾽ ἐπεὶ τὰ μὴ καλὰ πράσσειν ἔτολμας, τλῆθι καὶ τὰ μὴ φίλα. Tritũ item est: Si quis quæ uult dicet, audiet quæ non uult. Et, Si bene dixisset, audisset bene. Ad rem reuertar. Mallem idiographum interpretis emaculatius extitisse: forsan minus hinc fuisset peccatum in componendis officinæ typis. Insunt in Demegorijs istis permultæ uoces, quæ quia peregrinæ sunt, facile patent librariorum erroribus. Quapropter sicubi occurrerit suspicio delicti, consentaneum est, id ut recognoscatur atq; emendetur ex archetypo. Magni profectò refert, Hebraicas Græcasq; dictiones omnes, quibus ceu neruis sacri contextus solidantur, probè tenere. In Petri Quentelij typographi huius experientissimi adhibita in præsens diligentia, adeo nihil desidero, ut propemodum demirer, ex idiographo lectu tam difficili, tale natum opus. Nec addubito, quin ipse se interpres officinæ cura superatũ esse fateatur. In uotis animi est,

ut pari

ut pari candore, charissime in Christo frater, Euangelicas conciones accipias & lectites, quo eas & parens ego dedi, & interpres Loricbius reddidit. Atq; in hac præfatiuncula me, si quid immodestius præter morem meum dicere oportuit, eam insolentiam incredibili Antagonistarum meorum & inusitato contemptui imputes uelim. Cogere isti uel apostolum B. Paulum possent, ἀσοφῶς loqui, utq; modestissimus alioquin, fieret denuo Corinthijs suis ἄφρων καυχώμενος. Horum ego amicus tum esse incipiam, ubi ipsi Ecclesiæ catholicæ inimici esse desierint, quemadmodum ad Mithridatem Ponti regem, Pomponius Ro. ciuis de amicitia populi Ro. dixisse fertur. Sunt inter hos, qui cum Heluidio apud S. Hieronymum indigni plane sunt, quos respondendo uincam. De uexilliferis autem, cum eodem Hieronymo sic loquor: Quanuis isti librauerint Accusationis suæ hastas, & totis aduersum nos uiribus intorserint, credimus in Deo saluatore, quòd scuto circundabit nos Veritas eius. Et cum S. Augustino ad Manichæi discipulum quendam: Senti de me quicquid libet, Sola me in oculis Dei conscientia non accuset. Vtinam post tot tamq; graues conatus Ecclesiasticæ concordiæ, nostrasq; lachrymas, erigeretur tandē trophæū pulchræ pacis in Germania. Vehementem sane spiritum, qui cœlesti suo flatu, his nostris temporibus effecerit, ut loco cedat dæmon malus, qui Græcis φιλονικία dicitur, hoc est, uæsana uincendi cupiditas, etiam si à recto iustoq; quàm longissimè absis. Huic pesti, omnium multo exitiosissimæ, acceptum ferimus, quicquid infelix Germania, plus uiginti iam annis passa, miserabiliter gemit. Vale.

Georgius Wicelius,
frater T.

INTEGERRIMO PATRI DOMINO HERMANNO NOuesiano, Abbati in monte S. Ioannis Rhenigouiæ, Domino & patrono suo sibi perpetuò obseruando, S. D. P.


Icelianam postillam quòd Latinè reddiderim, pluribus me sannis obnoxiũ fore animaduerto, Abbas reuerende: cum & tua reuerẽtia Lutheranos nostrates & sciolos prorsus esse, & quoslibet è sublimi irridere solere, non ignoret. suopte adeò sorex sese indicio prodit. Argumenta talis fastidij, nobis plurima sunt in promptu. Sed quod recentius est, proferam: Venerabilis uir Dominus Ioannes Vueller parochus Gisenhemius, hisce diebus è Comitijs Spirensibus rediens, atq; suæ nobis profectionis successum edisserẽs, inter cætera dixit, superintendentem Lutheranum quendam, metropoli Moguntiacę uiciniorem, cum quo in eadem nauicula uehebatur, iure iurando capitisq; sui deuotione adfirmasse, Georgium Vuicelium, quidnam iustitia, qua corã Deo seruitur & quæ saluat, existat, nescire. Monachorum huius Cœnobij pręfectus, uir iuxtà eruditus atq; religiosus, ad hæc Vuelleri nostri uerba respondit: Se iudice, de iustitia in hoc æuo exactius Vuicelio scripsisse neminem. Pleriq; eorum qui aderant, superintẽdentis insolentiam festiuis salibus & cachinnis exibilabant. Ego tacens, multa animo uolutaui meo: præcipue Lutheranorum insolentiam tumidam eam, qua præ se quoslibet contemnunt, admirabar: imò etiã stupiditatem insignẽ, qua non animaduertũt, se apud quoslibet uere bonos pessimè audire, cum proteruus gloriæ affectator & aliorum contemptor, & cœlo & terræ infensus existat, mecum considerans, non obstupescere non potui. In superintendentem eum Vuicelij æmulum, statim hoc torsi Epigrammatarij:

> Nasutus nimium cupit uideri,
> Nasutus sit & usq; Polypusus.

Hic si demus, Vuicelium, quid iustitia sit, ignorare: dicat Lutheranus hyperaspistes, qua ratione homo trium linguarũ insigniter experiẽs, magnoq; ingenij acumine, quale uix Lutherana secta nouit, pollẽs, eius iustitiæ pręceptorum non sit capax. Cum Lutheranismum profiteretur, inter Lutheranos dogmatistas præcipuus erat: nunc simulac ab ea defecit secta, Lutheranorum dogmata illi exciderunt omnia. Ianuam forte sectæ Lutheranæ duo canes ærei obseruant, omnibus ab ea secta recedentibus omniũ rerum, quæ in Lutheranismo uel uiderunt uel audierunt, obliuionem latratu (quod Lutherus in suo Schemhamphoras de Iudæorum synagoga commemorat) incutientes. Fortassis doctrinam Lutheri Cabalisticam, quam nemo assequi poterit, nisi qui theodidactus in uerba Lutheri iurarit, (quod itidem in Lutherano Schemhamphoras est) magis credamus.

Hac

Hac ratione ubi Lutherus rationem humanam sibi captiuam duxerit, non retulerit Vertumno omni esse mutabiliorem. Fingat, refingat, affirmet, neget: atq; ex uno ore calidum frigidumq; efflet, candidumq; in nigrum uertat, omnia probanda & adoranda omnia. Hoc sibi protestationis nomen, sectæ huic conuenientissimum, postulat. Sisiphi artem consequetur, metroq; magis uarius & Chius & Cius, fœmina itidem mas & neutrum fiet, sententiæ Lutheri quisquis subscribere non cunctetur. Exempli causa: præcipuum olim dogma Lutheri, solam seruare fidem, credenti non obesse peccatum, neq; etiam prodesse uirtutem. Hactenus Antichristi prodromus fuit, qui ad rationem iustificationis aliquid charitatis & bonorum operum miscuisset: nunc Lutherani ipsi, nescio qua uerborum ambage argutando, fidem neutiquam docent seruare, nisi per charitatem operantem. Sacramentum uero artis Cabalisticæ uetat, ne hic in Lutherum dicas: Si ego quę ædificaui, destruo, transgressorē me ipsum designo. Peruersitas in Lutheranismo nulla timenda, modò abrenunciato sensu communi, soli Luthero ueritatem omnem retuleris acceptam. Porrò si Lutheranarum opinionum aliquam partiunculam, quantumuis paruulam, in dubium ausis uocare, asinus eris: etiam si solidum dogma profitendo, Apollinē referas ipsum. Vuicelius itaq; hallucinatur, delirat atq; insanit, de iustitia ea qua coram Deo seruitur, disserens: nulla alia ratione, quàm quòd iugum excusserit Lutheranum. Quantis ergo conuicijs ego miser proscindar, qui Vuicelianam postillam Latine reddere ueritus non sim? Vuicelianista proclamabor, æque atq; ipse Vuicelius, imò plus quem ille, ignauus impostor & atheus condemnabor. Gigantes tales & tantos extrema mihi uidens minitari omnia, bellaq; mihi parari animaduertens, arma mihi quoq; comparauero. Quantum ad rationem iustificationis attinet, quinq; lympidissimos lapides è rapido Paulinæ eloquentiæ torrente (quando Lutherani hodie Paulum identidem plenis crepant buccis) pastorali peræ committam, si forte Lutheranus quispiam Golias ad pugnam me prouocauerit. Primus lapis esto, Rom. 2. Non qui audiunt legem, iusti sunt apud Deum, sed qui legem factis exprimunt. Secundus erit, Ibid. cap. 6. Sicut exhibuistis membra uestra seruire immunditiæ & iniquitati ad iniquitatem, sic & nunc exhibete ea seruire iustitię in sanctificationem. Tertius sit, 1. Corinth. 4. Veniam breui ad uos, & agnoscam non sermonem istorum, qui inflati sunt, sed uirtutem: non enim in sermone est regnum Dei, sed in uirtute. Quartus, iterum ibidem cap. 13. Si habuero omnem fidem, adeò ut montes transferā, charitatem autem non habeam, nihil sum. Quintus, Gal. 5. Nos spiritu ex fide spem iustitię expectamus: nam in Christo Iesu neq; circuncisio quicquam ualet, neq; præputium, sed fides per dilectionem operans. Ad hosce quinq; lapides librandos funda ecclesiasticæ autoritatis nobis Dei gratia non deest. Dominus, ubi opus fuerit, animum suppeditabit & uires. Lutherani, postquam iustitiæ exciderunt, merito eius doctrinam ex industria obscurarunt, ne qua eorum deprehenderetur

deretur iniquitas. Sic uero duplo iniquos sese omnibus delineant. Iustitiam siquidem se odisse (quod secundum Gregorium nequius est, quàm eam non fecisse) declarant. Patres ueteris testamenti, iustitiam paucis complexi sunt uerbis, nempe ijs: Declina à malo, & fac bonum. Iustitiam pro ipsa pietate accepisse uidentur, iuxta hoc Prouerb. 10. Nil proderunt thesauri impietatis, iustitia uero liberat à morte. Item, Benedictio domini super caput iusti, os autem impiorum operit iniquitatem. Memoria iusti in laudibus, & nomē impiorū putrescet. Opus iusti ad uitam, uia autem impij ad peccatum. Ecclesiast. 7. Iustus perit in iustitia sua, & impius multo tempore uiuit in malitia sua. Sic, inquam, solet synagoga iustitiam & impietatem sibi ex contrario cōferre: insinuando iustitiam nihil esse aliud, quàm pietatem. Catholici noui testamenti idem docent, iustitiam theologicam pro absoluta probitate accipientes. Anacletus imaginem Dei dicit esse pietatem, & uirtutum omnium conseruationem. Sedulius dicit Apostolum Roman. 6. Iustitiam accipere pro uirtutibus omnigenis, sicut è contrario iniquitatem pro uitijs simul omnibus. Theophylactus in Matthæum capite 5. super uerbo, Nisi abundauerit iustitia uestra &c. Iustitiam dicit ibi accipi pro omni uirtute. Fides, eius iustitiæ fundamentum, in ecclesia illustrior est, quàm fuit in synagoga, quod Basilius magnus dicit Dauida significare, ubi dicit: Iustitia tua uelut montes Dei, Concione in initium libri prouerbiorum. Hodie qui Christum nostrum recte nouit, iustitiam non ignorat: scit enim, sine Christi gratia nihil proficere humanam industriam, quantumuis perspicacem. Vnde & spiritus sanctus arguit mundum de peccato, quia in Iesum non credit. Hoc est quod S. patrum pleriq; etiam dicunt, solam fidem iustificare, respicientes ad corda fidelium sanctificantem fidem, iustificationis operum fundamentum. Et regnum Christi nihil aliud est, nisi iustitiæ per Christum possessio: nam & nomē, quo Sotera nostrum uocamus, Dominus iustus noster, Hiere. 23. ipsum iustitiæ germen, cuius sola iustificamur gratia, siue fidem attendas, siue bona opera, iustitiæ omnis autorem adumbrat. Hæc in ueteri (quod dixi) testamento adeò dilucida non fuerunt, atq; sunt in nouo. Cæterum utrinq; una iustitia: fidelem declinare à malo, & facere bonum. Omnis enim qui facit iustitiam, iustus est, i. Ioan. iij. Et ex Deo natus, Ibidem cap. 2. Psal. 105. Beati qui custodiunt iudicium, & faciunt iustitiam in omni tempore. Prouerb. 10. Opus iusti ad uitam &c. Lactantius præcipuas partes iustitiæ uocat pietatem & æquitatem, lib. 5. cap. 15. Idem dicit, Ciceronem, Carneaden, & alios philosophos frigidissime de iustitia disputasse, quòd Dei ignorantes extiterint. Lutherani uero ethnicis sunt magis infideles, iustitiam quodammodo mutilando, religionem, pietatem, obseruantiam, & hoc genus uirtutes ad eam nihil facere garriendo. Cicero siquidem de iustitia adeò oscitanter non docuit: quippe qui eius partes, religionem, pietatem, obseruantiam, ueritatem, &c. fateatur, 2. Rhetor. Quòd ueri Dei cognitio nobis contigit, hoc fœdius erramus,

præcipuas

præcipuas iustificationis partes,etiam charitatem,ab ea resecando. Friuolum sophisma est, quicquid de bonis operibus & de charitate docueris, si à talibus Dei charismatibus & meritis,iustificationis abstuleris rationem. Vuiceliana postilla nihil in uniuersum agit, nisi quòd fidem per charitatem operantem docet iustificare: neutiquam ergo uersionis eiusdem me pœnitet. Mentiatur iniquitas sibi. Veritati ludibrium debent qui dicunt, mendacio protecti sumus. Lutheranus ille superintendens Vuiceliomastix,postillam Vuicelij confutet,ostendatq; acedia iustitiam comparari: & experietur, Vuicelianistæ quid de saluante atq; beante iustitia sentiant. Tu reuerende pater,qui in iustitiæ semitarum, quæ iuxta Psal. 22. Multæ sunt, non postremum iter tendis, atq; per hoc de iustitia recte sentis, Vuicelij uersorem me hospitio excepisti, quodammodo exulem, iustitiæ uberiorem prouentum expectans, 1.Corinthiorum 10. Christum Iesum retributorem omnis boni credens, pollicentem suum uel aquæ frigidæ elargitioni præmium, promittentem mercedem prophetæ, ijs qui prophetas hospitio excipiunt.Imò etiam sibi accepta referentem beneficia,quæ in minimos quoscunq; contuleris. Lutherani præmia bonis operibus negantes,liberius rapiunt, & crudelius quoscunq; sibi non consentientes,insequuntur.Tua reuerentia secus credens,etiam secus facit. Ordinis tui præcipua laus, in hospitalitatis officio sita est: & quanto illa est speciosior, tanto item monastice illa est probabilior. Eleemosynæ quantum alij studeant sacrę monastices cultores,testis esse non possum: uerum ex tuæ reuerentiæ erga me clementia, non possum de omnibus non sperare optime.Prouerbium est:

Post tres usq; dies uilescit piscis & hospes,
Ni sale conditus sit & ille,sit hic & amicus.

Ego uero ignotus uobis & ignobilis homo,in alterum annum in cœnobio montis S.Ioannis Rhenigouiæ agens, D. Abbatem,Priorem,cæterosq; fratres quotidie magis atq; magis in me beneuolos experior. Hæ sane diuitiæ sunt simplicitatis, etiam supra uires, de quibus commendauit Corinthios & alias ecclesias Apostolus. Nam & Abbas supra cœnobij sui(quod non me clam est)facultatem me iuuit in omnibus. Nec mihi soli, sed omnibus Christum confitentibus & consilio & auxilio adesse gaudet. Et cœnobij eius hospitalitatis uirtus, est quodammodo specialis & propria. Prædicat huius loci eleemosynam peregrinus quicunque pedem huc unquam tulit. Maior est mea infantia, quàm ut tuam tuorumq; in me eleemosynam uerbis assequar. Postillæ ergo Vuicelianæ partem euangeliorum de tempore & sanctis, quam in uestro cœnobio uerti, tuæ dedico reuerentiæ,ut opus domesticæ uersionis uestram prędicet eleemosynam. Nisi enim uestra largitas meæ & librarij (qui me ad laborem eum induxit, & quodammodo conduxit) succurrisset inopiæ, uterq; à proposito iam pridem defecisset. Atq; hoc uel inde colligi est,quòd librarius me in medio opere iussit cessare: quod nisi fecisset,totum opus uestri

cœnobij eleemosynis se debere fateretur. Nam quanuis interim dum uestro usus sum hospitio atq; eleemosyna, transferre poteram opus totum: tamen iussus cessare, à uertendi munere supersedi. Itaq; perfecta uestra est eleemosyna, licet postillæ ipsius media saltem pars, apud uos sit translata. Hæretici eleemosynæ uocabulum quanti faciant, uiderint: ego profecto in hoc ipso summopere gaudeo, non dubitans ipsam cuiuis fideli, tam facienti, quàm sumenti, salutarem. Videant ergo uestram eleemosynam ecclesiæ Sanctorum, & Deum glorificent. Videant uestram hospitalitatem conciliabula hæreticorum, & pudefiant. Videat dominus, & inter monachos perfectionis euangelicæ constantes æmulos, & inter hæreticos monastices sacræ posthabitores apostatas iudicet. Illorum amentia, qua uobis & omnibus orthodoxis detrahunt, uestra item prudentia, qua non super arenam uerbosæ & uentosę fidei, sed super petram pietatis operum ędificare contenditis, omnibus euidens fiat. Non expedit, fateor, hominem in uita sua laudari. Sed monastices sacræ meritum, ab hæreticorum contumelijs est uindicandum. Habet forte monastice aliquid correctionem, quatenus nulla hominũ conditio est tam sacrosancta, quæ diuturnitate situm aliquem non possit contrahere, desiderans. Dabimus ergo, cucullis plus tributum in fraudem ueræ religionis, quæ, teste Iacobo, in pietatis consistit exercitio. Sed quæ, malum, Lutheranorum peruersitas ea, qua Iouinianum Chrysostomo, Augustino, Paulo, Antonio, Benedicto, Francisco, Dominico, atq; adeò catholicis præferunt omnibus? Mendacibus & blasphemis circuncellionibus testis non deerit. Mopso enim sua Nisa contingere solet. Tu reuerende pater, Apostoli uerbis acquiescens, bonum faciendo ne defatigeris: tempore siquidem suo metes non defatigatus. Nihil nouis Euangelistis & huic Apostoli uerbo. Comicus ait insipientiæ esse, iusta ob iniustis petere: non ergo credo Apostolos cõtendere ab hæreticis, ut bonum faciant. In hæreticos quadrat: Qui sordet, sordescat adhuc. Iustos uero adhuc iustificari idem expetit. Iustitiæ denique catholicæ facilima est doctrina ijs, qui iustitiæ officijs fungi minime cunctantur: à munijs uero illis si quis abhorret, eorundem doctrinam nunquam adsequetur. Vsu itaq; uenire uidemus, schismaticos de iustitia næ disputando, longissime ab eius recedere agnitiõe. Nihil enĩ iniustius est, quàm hęresion dogmata comminisci, sibiq; placere, etiam eum, qui neminem non iniurijs afficiat. Tu ergo Reuerende pater, quanto uides catholicæ præcepta iustitiæ execrabilius supprimi, eiusq; fructus magis infandum negligi: tanto professionem catholicam iustitiæ fidei per charitatem operantis, accuratius asserere perge, iustitiæ eius doctores iuxtà atq; inopes omnes fouendo. Disputẽt alij, qua sola fide seruiatur coram deo. tua Reuerentia ipsam sectetur iustitiam, ut appræhendat uitam æternam, ad quam uocatus es, & professus professionem bonam coram multis triumphantis & militantis ecclesiæ testibus. Altercando hæretici ueritatem amittunt. lux uero iustitiæ sectatori oritur, & lętitia rectis corde, Psal. 96. Confundatur lingua magnilo

qua. Gloria uero & pax omni operanti bonum, Rom.2. Tuta adeo iustitię possessio. Patrono siquidem & propugnatore opus non habet ullo. ipsa enim palmam dat, & liberat à morte. Dominus Iesus huius uirtutis autor, tuam Reuerentiam dilatare dignetur, ut contra hæresion sibilos audentior pergens, uoti compos, hæresin horum temporum, animos mortalium à cursu iustitiæ præpedientem, cimerijs tenebris submergi uideat. Summo huic Pontifici & animarum nostrarum Episcopo, tuam reuerentiam commendatam uolo mihi ad imperandum. Datæ in Museo cœnobij uestri Montis S. Ioannis, quarta Hebdomadæ post Epiphaniæ, Anno 1544.

Christi Iesu inutilis seruus, tuę Reuerentiæ obsequentissimus [redacted]

INDEX

[illegible]

[illegible]

INDEX

siue ELENCHVS Rerum ac Verborum, non quidē oīm, sed insigniorum, in Postillam Wicelij super Euangelia de Tēpore priuatim collectus, iuxtaq; literarum seu casuũ ordinem, opera Bartholomæi Laurentis, sedulò digestus.

Meminerit lector, literã a, numeris additam, indicare columellæ prioris partem anteriorē: b, posteriorē. c vero, columellę alterius partem superiorē: d, eiusdem inferiorem. Easdemq; festinãrium gratia adijci, nõ vt studiosi suo quærēdi lucro priuentur, neq; vt ignauis ignauiæ maioris ansa suppeditetur.

iudi-

sapi-

terræ

FINIS.

AD LECTOREM.

Si cui minutior,q̄ pro opere tanto,ita rerū ac verborū locuplete,hic INDEX videbitur,is hoc sibi persuasum habeat,ne ipsum quidē huius elenchi rhapsodū id negare, immo fateri, se p̄ter sententiam hūc partim angustia temporis,partim eius q hanc editionē publicauit,iussiōe adactū. Quanquā si eum q sequtur,p̄cedenti adiūxeris Indicē,sicuti admistū,non diuisum,oportuerat, duobus in vnū quasi conflatis, vnus haud ita minutus videri queat.Separationis aūt istius ratio,diuisionē operis ex occasione factā,necessario est sequuta. Nā cū Interpres initijs vtriusq; partis huc missis,finē prioris serius cōmunicaret,cœptumq́; opus intermitti(nam ad clepsydrā laborabatur)non posset,separationē eam, etsi minus decoram,tamen vel fortuitam,vel necessariā,non de industria factam,typographicæ rei peritus facile intellexerit: imperito difficilius intellecturo, quàm vt eius gratia pluribus hic verbis sit vtendum.

INDEX

sive ELENCHVS Rerum ac Verborꝝ, non quidẽ oĩm, sed insigniorꝝ, in Postillam Wicelij super Euangelia de Sanctis, seorsim congestus, iuxtaq; literarꝝ seu casuũ ordinem, opera Bartholomæi Laurentis, sedulò digestus.

Hic non obliuiscendum eorum, quæ suprà de literis istis, a,b,c,d, notantur. Nã quod ibi significare sunt dictæ, hoc idem hic signant.

si-

FINIS.

AD LECTOREM.

De ſeparatione huius à priore Indicis, quos inuicem miſtos oportebat, habita ſuperiꝰ mentione, nõ eſt q̃d hoc loco pluribus agatur. Illud potius hic ſcrupulo eſſet, cur Sectionum Lorichij, q̃ corradendo indici potiſſimũ conducere videntur, nulla per elenchũ hunc ratio haberet. Quem id male habet, is norit eas Lorichij Sectiones ppemodũ tales videri, ꝙ Elenchi vice haberi poſſint: tm̃ abeſſe vt ipſis Elencho ſit opus. Ad hęc, editionẽ hãc ea tẽporis anguſtia preſſam, vt neq; Sectionũ in Elencho reſpectꝰ, neq; mendarũ obiter ac fortuito admiſſarũ, q̃ hoc loco adſignarent, mẽtio fieri poſſet. Tametſi q̃d ad fortuitas mendas attinet, adeo nõ pigeat opellę noſtrę, vt p̃ter paucorũ ac leuiũ neuorũ, ſine qualibus nihil excuditur, condonationem, etiam gratiæ nonnihil inde ſperemus.

DOMI-

DOMINICA PRIMA ADVENTVS, EVANGELIVM Matthæi XXI.



VM appropinquassent Hierosolymis, & venissent Bethphage ad mōtem olіueti, tunc Iesus misit duos discipulos, dicens eis: Ite in castellum quod cōtra vos est: & statim inuenietis asinam alligatam, & pullum cum ea: soluite, & adducite mihi. Et si quis vobis aliquid dixerit, dicite quia dominus his opus habet: & confestim dimittet eos. Hoc aūt totū factū est, vt adimpleretur q̊d dictum est per prophetam, dicentem: Dicite filiæ Sion, Ecce rex tuus venit tibi mansuetus, sedens super asinam & pullum filium subiugalis. Euntes autem discipuli, fecerunt sicut præcepit illis Iesus: & adduxerunt asinam & pullum, & imposuerunt super eos vestimenta sua, & eum desuper sedere fecerunt. Plurima autem turba strauerunt vestimenta sua in via. Turbæ autem quæ præcedebant, & quæ sequebantur, clamabant, dicentes: Osanna filio Dauid, Benedictus qui venit in nomine domini, Osanna in excelsis.

Mar. 11. Luc. 19. Ioan. 12.

Zac. 9. Esa. 62.

PRAEFATIVNCVLA INTRODVCTORIA.

Causa q̄re festiuitate tanta & lætitia Hierosolymā ingredi voluerit.



Vgustissimæ profectionis eius, quam pręsens euangelica lectio nobis commēdat, quam'q; ecclesia hodie solenniter nobis atq; fideliter exhibet, causam arduā præcipuā'q; fuisse, nulli dubiū esse potest. Ingressus vrbem sanctā festiuissimo tripudio Christus rex gloriæ, vt contra acerbissimæ atq; eius turpissimę suæ mortis scandala, pręsens nobis remediū relinqueret. Præsciuit eam fatalem esse sibi & nouissimam, vtpote quam ipse sibi præfinierat: clarior ergo quàm antea, aduētare voluit, vt sese vltro mortis supliciū subire significaret. Qui in cruce glorificādus erat, profectionem & ingressum hunc in sanctā vrbem, nostræ redemptioni præuium, sine maiestate esse noluit. Dicit ergo ad duodecim discipulos suos ī ipsa hac profectione: Ecce adscendimus Hierosolymam, & consummabuntur omnia quę scripta sunt per ꝓphetas de filio hominis. tradetur enim gentibus, & illudetur, & flagellabitur, & cōspuetur. Et postquā flagellauerint, occident eum: & die tertia resurget, Lucæ 18. Euāgelistæ hæcce verba ostēdunt præsciuisse Christon, quidquid hanc profectionem erat cōsecuturū. Potestatem habuit animā suam ponere, & iterum resumere, Ioan. 10. Et de ipso apud Esaiā cap. 53. hoc extat oraculum: Oblatus est, qa ipse voluit, & nō aperuit os suū, &c. Hoc fideliū cōfitetur corona, ringantur licet Mahumetistæ infelices, & inficialis oggāniat Iudęa. Hierusalem ciuitas sancta, alioqui secundū Matthæum cap. 23. interfectionis prophetarū & effusionis innocentis sanguinis rea, mēsuram malitiæ suæ complere habuit, vt Christi sermo efficax redderetur, Marc. 12. dicētis: Tandem misit etiam filium suum, dicens: Quia reuerebuntur filium meū. Coloni autem dixerūt ad inuicem: Hic est hæres. venite, occidamus eū, & nostra erit hæreditas &c. In cruentam hanc ciuitatem dixit saluator Luc. 13. Fieri non potest, vt propheta ꝑeat alibi q̄ Hierosolymis. Quasi diceret: In ciuitate mea, à meis, & ego in tempore ad id facinoris pręstituto, crucifigar, vt animā meam pro ouibus meis fidelis pastor expendam. Ecce tibi causam fatalis, & eius omniū splendidissimę, profectionis in Hierusalem Christi: quæ nihil aliud est, q̄ clarissima vox, ipsis Hierosolymitanis occinēs: Ecce tempus præscriptum aduenit, adest & ille, in quē suprema quæq; tuæ malitiæ effundes: adest vltro inclytus ille rex, aduenit præclare, apparatu & pompa non modica: fugam non meditatur, latibula nō quærit, vt facultatem copiam'q; habeas iræ tuæ explendæ, vt & oracula prophetaꝝ cōpleantur. Atq; hæc est causa ingressiōis solennis eius, quam lectione pręsenti euangelica audistis. Eam ꝑ virili declarādam sum-

Christus Instātis sibi fati ꝓ̄sciius, splēdide venit Solymas.

psimus. Deus optimus max. in hoc pio ausu adesse dignetur.

Cum appropinquassent Hierosolymis.

De quo hæc euangelista? De Christo, & de eiusdem duodenis discipulis, quos comites sibi indiuiduos elegerat, vt tandem certi & fide digni testes gestorum sacrosanctorum Iesu Christi esse mererentur. Hierusalem erat metropolis Iudææ, cui primo nomen erat Salem siue Solyma: dein vocabatur Iebus, vnde & Iebusitæ dicti sunt ciues eius vrbis. Sed ethnica adhuc, Cananæa nimirum, ista sortiebatur nomina. Regum siquidem liber testatur, Dauida, disturbatis Iebusæis, ea vrbe potitum, 2. Reg. 5. Dauidico itaq; marte atq; manu regno Iudæorum adsociata, Iudeę metropolis facta est, & Hierosolymorum nomen accepit, hoc itidē nomen, Iudææ metropolis permanēs, vsq; ad tempora *Helij imperatoris, obtinuit. Tandem post tot hostium irruptiones excisam & dirutam, cum imperator ille bona parte restituisset, suo eam nomine *Eliam appellauit. Ecclesiastici hoc nomē ciuitati illi inditum auersati, Hierusalem eam nominare perrexerunt: quo nomine etiamnum ab ecclesiasticis, vtcunq; ab ethnicis occupetur, identidem vocitatur, q̄ Ecclesiæ instar habeat, & q̄ à Christo passo semper in ea ecclesia (id est, fideliū cœtus) extiterit. Recte vrbs ea, quæ ecclesiæ typum præ se fert, Hierusalem vocatur. Hierusalem, visionē pacis interpretantur. In pace factus est locus illius. Nihil ecclesiæ cum schismatis. Autores schismaton, cum ecclesia nihil habēt commune. Christus est Deus & rex pacis, Ephe. 2. In Christo dissidium gentium penitus est abolitum, discordiæ interstitium e medio est sublatum. vnde filij Dei, atq; per hoc vera ecclesię membra, sunt pacifici. Viderint ergo, q mutuis digladiationibus pacem ecclesiæ conturbant, cuius partis sint. Christus ipsissima est pax. Christum ergo, vt ille ait, diffindit & soluit, qui ecclesiā nouis opinionibus inqetat. Attendite charissimi, quanta nostræ fidei mysteria in locorū noībus contineātur, ne quis Origenem & alios patres, huiusmodi nobis mysteria referantes, cauilletur. Quod qui faciunt, certe Moysen & veteris instrumēti hagiographos grauissimos ad vnum omnes exibilant: immo ipsum quoq; Apostolū ineptiarum insimulant, q̄ in epistola ad Galatas, ipse quoq; per Sionis terrenæ figuram, ecclesiæ maiestatē euincit. Hæc iam præfanda duxi, inductionem aliquā pręmissurus, quo facilius sacra arcana, sub locorū nominibus latētia, enucleare, & iam statim deinceps minori negocio de cœlesti Hierusalē dicere queam. Et operæ precium fuerit, aliquid de ea vrbe nosse, quę in literis canonicis est omnium celeberrima. Atq; sic ad sequentia abeamus.

Hierusalē ex varijs nominibus vnū ꝑpetuo retinet.

Hierusalē ecclesię typon præ se fert.

Hierusalē interpretatio.

Locorum noīa mysteriorū sunt plena.

Et venissent Bethphage ad montem oliueti.

Bethphage dicunt sacerdotalis sortis fuisse pagum, ad mōtem oliuarum. Interpretantur domum oris atq; vallis. Hoc sic partes compositæ postulant: Beth, Pha, Ge, Cōuenit interpretatio sacerdotalibus partibus, quarum doctrina & humilitas supremum sibi locum vendicant. Os docendi officij significationem præ se fert: Vallis, humilitatis habet symbolon. Humiliat se, qui ea quæ docet, prior præstat. sic & Christus sese patri submisit, faciendo & pręcipiēdo. Accedit huc, q̄ Bethania iuxta Ioannē capite 11. huic pago cōfinis atq; vicina est. vnde & Lucas, hanc euangelicam historiam contexens, vtriusq; mētionem facit. Interpretantur autem Bethaniam, domū exauditionis siue responsionis. Significat ecclesiam catholicam, quæ Deum nunquam nō exorat, & quæ interrogātibus respondet: hoc est, quæ veritatis basis est, q̄ errori obnoxia non est, & quę efficaciter veritatē docet, vere dextreq; erudit & instruit: quanquam & conciliabula hæreticorum de oratione, iuxtà ac de doctrina, sibi applaudāt. Hebraicū Onah, cum respondere tum exaudire denotat. Mons oliuarū, ad cuius latus & Bethania & Bethphage sitæ erant, ex oleis, quæ ibi abunde, tam ciuitati quàm toti regioni in maximum vsum, proueniebant, nomen traxit. In huius montis radice torrens Cedron (siue Chidron) promanat. Hic rex Asa longe antea idola in cinerem redegit, 2. Par. 15. Huc Ezechias rex cineres Nuēstan piecit, 2. Par. 30. Huius mentio fit & Ioan. 18. Inter hunc riuulum & montem oliuarum, hortus ille, in q̄ Christus subinde pernoctādo, orationi institit, & in quo tandē à Iuda Scariothe illo proditus est, erat situs. Lucas tradit, hunc montem ab Hierosolymis distare iter sabbathi, hoc est, duo millia passuū, quantum itineris Iudæis citra peccatū in sabbatho licebat conficere. Mons ille ætate Salomonis, infamis erat, propter phana siue ædes, quas ibi ethnicis suis vxoribus construxit, & propter idololatriam, quā ibidem ijsdem vxoribus suis ambitiosulus patrauit, 3. Reg. 11. 4. Reg. 24. vnde neq; Har zethim siue Meykom zethim, hoc est, mons siue locus oliuarū: sed Har Masshith, hoc est, mons exterminij dictus est. Hæc tum. Cæterum noster saluator locū eū sua ꝑsentia & oratione sacro-

Bethphage interpretatio.

Bethanię interpretatio.

Bethania qd significet.

Mons oliuarū, q̄re sic dictus.

sacrosancta rursum expiauit: adeo, vt nobis mortis & adscensionis Christi existens monumentum, haud minori religione, q̃ mons Thabor, in quo corã tribus suis discipulis transfiguratus est, suscipiatur: neq; id temere, cum & ipse apostolus diuus Petrus mõtẽ eũ sanctũ appellet. Hæc de Bethphage, de Bethania, & de monte oliuarũ.

Tunc Iesus misit duos discipulos, dicẽs eis: Ite in castellum quod contra vos est: & statim inuenietis asinã alligatam, & pullũ cum ea: soluite, & adducite mihi. Et si quis vobis aliquid dixerit, dicite q̃a dñs his opus habet: & confestim dimittet eos.

Hi duo apostoli qui fuerint, nusquã exprimitur: tametsi euangelistæ omnes duorum, nõ citra (quod aliàs dicetur) mysteriũ faciant mentionẽ. Patrũ nonnulli, p̃sertim Hilarius & Hieronymus, Petrũ & Philippũ fuisse existimant. Hæc nos in p̃sentiarũ parũ ad rem facere arbitramur. Non tamẽ sanctorũ patrũ opinionẽ confutamus. Nã quorsum hæc senserint, & vnde opinionẽ eam hauserint, in propatulo est. Legatio quoq; ipsa, vt infrà pleniori Minerua dicemus, mysterio nõ vacat. Rem ipsam, & q̃d binis illis mandatarijs apostolis cõmissum sit, in quo tam ad literã q̃ ad allegoriam, huius lectiõis summa potissimũ versatur, videamus. Cũ aduentasset Iesus Hierosolymis, inter vias duos discipulorũ suorũ legauit, negociũq; illis dedit, dicens: Ite in oppidulũ (siue castellũ) quod in prospectu est: & statim inuenietis asinã alligatam, & pullũ cũ ea: soluite, & adducite mihi. Negociũ binis apostolis datũ iam audiuim⁹, asinã ligatam cũ pullo solutũ & adductũ sibi, duos misit discipulos in castellum.

Hierusalẽ vocat oppidulum. ¶Quod hic Hierusalẽ κώμην, oppidulũ siue castellũ vocat, ab re nõ est. Sic appellant Bethaniã Lucas 10. & Ioan. 11. Hierusalẽ vero duodecim portarũ roborearũ, turrium aëriarũ multarũ, ahenorũ murorũ, fossæ Tænariæ, propugnaculorũ munitissimorũ, arcis editioris sumptuosæq;, nõ minus q̃ structissimæ, vrbs fuit omnium nobilissima. In ea templũ fuit nobile, opus toti mirãdum orbi, vtpote q̃d ex totius orbis visebat̃ hominibus. Hic tot & tanti sacerdotes, legisq; diuinæ prudentes habitabãt sophi. Huc & Romani imperij sese ingessit magistratus. Hanc tantã vrbẽ, oppidũ vocat Christus, submonens, nauci, immo etiã abominationẽ, esse corã Deo, quidquid mundo magni æstimat̃ & excelsum videtur, Luc. 16. Quid caro, quid mũdus, quidq; vniuersa mundi gloria sit, videmus apud Esa. ca. 40. Quid ergo miseri & cæci, mundi gloriam, vrbes opulẽtas, congestos thesauros, armamentaria instructa, potentiã, voluptatẽ, & hoc reliquũ genus vanitatũ admiramur: cũ oĩa ista ex sese nõ consient, saluare possint neminẽ, & ipsa vana sint & fluxa oĩa? Gentes, dicit Esaias cap. 40. quasi stillæ situlæ, & quasi momentũ stateræ reputatæ sunt. *Mũdi blãditiæ & minæ iuxta contemnendæ.* Hoc prophetæ si probe intellexerimus, iã magni nõ faciemus mũdi blanditias, iã minas parui æstimauerimus, tyrannosq; sine viribus furẽtes, vt Boethij verbis vtar, contempserimus, & instar fumi fungiq; putidi auersabimur. Præsentissime adeo cõtra instantia omnigena discrimina suos discipulos p̃muniuit veritas diuina & rex gloriæ Christus: & eiusdẽ verbũ, quo tantam ciuitatẽ oppidulũ vocat, nos etiamnũ aduersus mũdi vanitates & aduersus miserorũ tyrannorũ filiorum hominũ sæuitiam suffulcit & armat. Hæc ad vulgarẽ & trãslatiuam interpretationẽ. Cæterũ antiquissimi interpretes, castellũ acceperũt pro villa quadã inter Bethphage & Hierusalẽ sita: quod neminẽ latere volo. ¶Quod contra vos est. Verbũ hoc pleriq; intelligunt de aduersitate persecutionis. Q. d. Quod vobis infestũ est & contrariũ: sed durior est illa expositio. Matth. 27. de mulieribus e regione monumẽti sedentibus, dicitur, ἀπέναντι τοῦ τάφου, id est, contra sepulchrũ. Sic & hic dicitur, ἀπέναντι ὑμῶν, id est, contra vos, siue ex aduerso: in qua significatione, contra, in biblijs alibi frequenter legitur. Ad priorẽ sensum dñs Hierosolymas per periphrasin notat. Quod vero Hierusalẽ apostolis fuerit infensa, Act. 4. & 5. satis apparet. Porro mandatũ, q̃d ex itinere duobus illis discipulis dedit, duo p̃cipue, Christum inter cætera verũ Deũ & hominem graphice insinuantia, cõplectitur. *Chrũs se verũ Deũ declarauit.* Primũ est: Statim inuenietis asinã alligatã, & subiugalis eius filiũ pullũ iniugem cũ ipsa: soluite, & adducite &c. Hæc nõ vt homo, sed vt Deus, cui omnia patẽt & cõspicua sunt, p̃dixit. Tale est hoc Ioan. 1. Priusq̃ te Philippus vocaret, cũ esses sub ficu, vidi te. Et huc facit, q̃d statim prima fronte cũ Petrũ vidisset, filium Ionæ, **Bar Jona** vocarit. Statim, inquit, inuenietis: vt miraculũ esset illustrius. Alterũ est, q̃ prædicit statim ad mentionẽ sui nominis, vtrunq; iumẽtum iri dimissum: fore etiã, vt aliqui obsistant, cessuros tñ cõfestim, & eius se nomini submissuros. Neq; parui momẽti hoc. Possessores iumentorũ ignotis hoĩbus sine precio & sine pignore, neq; sibi supplicibus, immo imperiosulis, vtrunq; iumentũ dimissuros vaticinatur, vt sui nominis vir-

tutem nobis adumbraret. Soluere iumenta, & ea sibi adduci, discipulis suis mandat, & quid obstantibus respondeant, adijcit: vt videamus, absolutũ Dei cultum, verbis constare & factis: nõ ore saltem, sed & opere Deũ colendum esse. Vtrunq; carni durũ & perq̃ difficilimũ: sed aliter fieri non potest. Iussis Dei parendum, imperata diuina præstanda, etiam si id mundo huic minus probetur. ¶ Dicas: Christus equitandi imperitus, per medium Samariæ & Galilææ, vt Lucas dicit, tantũ itineris pedes confecit: iamq; ad montẽ oliuarũ peruenit, Hierosolymis propior factus: quare ergo in ipsam vrbem pedes non ingrediebatur? Diuus Matthæus respondet:

In Chr̃o vaticinia oĩa adimpleta sũt.

Hoc aũt totum factũ est, vt adimpleretur quod dictũ est per prophetam, dicentem: Dicite filiæ Sion, Ecce rex tuus venit tibi mansuetus, sedens super asinam & pullũ filiũ subiugalis.

Sensus est: Dominus iumẽtis opus non habuit, ijs tamen vsus est, vt oracula prophetica vel in corpore suo adimplerentur omnia, & vt Deus in verbis suis verus declararetur. Vati huic Zachariæ quadringentis fere annis antea Deus opt. max. per spm̃ sanctũ suũ ostendit, Messiã asellæ insidentẽ, in vrbẽ eam aduenturũ: quod æque fieri oportuit, atq; hoc, q̃ in Bethlehem secundum Michæam nascebatur. Zachariæ itaq; vaticinium vt suũ sortiretur effectũ, Christon tandem sub suæ tempus mortis, ab asella in ciuitatem Hierosolymarũ aduehi oportuit, cum nusquam aliàs in asina equitasse legatur. Nunc vaticinium hoc p̃fectum, electis ad fidem Christi capessendam energia est præsentissima, nec impij quod prætexant, habent. ¶ Filiæ Sion, hoc est, ciuitati sanctæ Hierusalem, atq; adeo toti Iudææ, Zacharias & alij præcinerunt vates: Exulta filia Sion, iubila filia Hierusalem, Ecce rex tuus venit tibi iustus & saluator, & ipse pauper, & adscendens super asinam & super pullum filium asinæ. Hoc quod sibi Sion & Hierusalem audiuit denunciatum, id ipsum perfectum illis perpetuo inculcatur, & ad sua gaudia gaudenda subinde iuxta prophetas inuitãtur: sed surdo fabula cantatur. Quid, per Deũ oro, tum effectum est, cum Sion & Hierusalem huius prophetiæ exitum coram oculis & auribus hausere? Nunquid Messiam tali vectatione agnoscere poterant? Hoc q̃d quotidie in suis crepuerũt synagogis, hoc quod tantopere desiderabant, quod vnice expectarunt, quodq; Deum præcipue postulauerunt, aderat. Verũ quæ eorũ culpa fuit, tam præsens maiestas corda eorũ non tetigit, non mouit, non adfecit. Maxima parte tam præsentem salutẽ aut neglexerunt, aut contempserunt: vnde hoc q̃d illis Moses interminatus est, accidit cordis cæcitas, quam & Apostolus ad Rom. 9. & 10. prosequitur. Nos qui ex ethnicis, & nõ ex Iudæis, ad Christi fidem peruenimus: ex animo vicem illorũ, vel hosti miserabilẽ, dolemus, eorumq; conuersionem in omni longanimitate sufferendo expectamus.

Hierusalẽ filia Sion, ad cantũ Chr̃i exultare noluit.

¶ Rex gloriæ ille, Rocheb al Hamon, hoc est, q in asello vectus est, iam sedet dexter patri æterno, & inimicorũ, crucifixorum, blasphematorumq; suorũ iudiciũ sibi vendicat. Nunc vero simul Iudæa, quæ olim filia Sion & Hierusalem fuit, suapte culpa, hæc tanta gaudia de aduentu soteris Christi fastidiuit, neque Zachariæ aduentum eius vaticinanti, neque apostolis aduentus eius testibus adiuratissimis, fidẽ adhibere dignata est: nobis, qui ethnici eramus, nullo nostro merito, sed immensa ineffabiliq; Dei gratia contigit, vt non Israel filij, neq; filia Hierusalẽ & Sion, neq; domus Iuda, sed filij Dei vocemur & simus, Rom. 5. 8. 9. 2. Cor. 6. Gala. 3. 4. Ephe. 1. 1. Ioan. 3. &c. Quod Israel naturalis termes abiectus sit, nos vero oleastri infelicis amarulenti surculi, insiti sumus ipsi oleæ, Apostolus ostendit Rom. 11. Et diuus Matthæus idem agit verbis Christi, cap. 8. dicẽs: Multi ab oriente & occidente venient, & recumbent cũ Abraham & Isaac & Iacob in regno cœlorũ: filij aũt regni, eijcientur in tenebras exteriores. Sed & Apostolũ nostrũ iterum hac de re Acto. 13. disserentem audiamus: Vobis, inquit, oportebat primũ loqui verbum Dei: sed q̃m repellitis illud, & indignos vos iudicatis æternę vitæ, ecce cõuertimur ad gentes. Sic em̃ pręcepit nobis dominus. Nobis itaq;, carnali Israele derelicto, apostoli Christũ p̃dicauerunt, nobis & prophetiæ deprompte sunt, qui teste Apostolo, verus Israel (sp̃ualis nimirũ) sumus. Prophetam itaq; nostrũ Zachariã recipiamus, Græci & alienigenæ olim, nunc autẽ veri Israelitæ, circuncisas illi aures accommodemus. gratia siquidẽ & salutaria cum primis nobis nũcia adfert, Messiã nimirũ, ab ęterno huic mũdo p̃destinatũ sotera, nobis aduenisse fido ore denunciat. Venit autẽ e regalibus sedibus, e paterno gremio, in sacrosanctam virginis aluũ, & secũdum Esaiæ oraculũ, puer nobis natus, infans nobis datus. Venit vocatũ peccatores ad pœnitentiam, Matth. 9. Luc. 19. venit quærere & saluum facere quod perierat. Et perditorum

Ethnici ad gaudia aduentus Chr̃i vocanĩ, & filij Dei dicuntur.

torum eorum Apostolus se primū fuisse ingenue fatetur, 1. Timo. 1. Venit, inquā, zabulon debellaturus, Mat. 4. cacodæmona deturbaturus, Ioan. 12. ipsam quoque mortē mortificatū venit, Oseæ 13. 2. Tim. 1. Postremo, vt paradisi nobis aditū reseraret, cœlumque ipsum peruiū faceret, venit, Ioan. 3. Hæc & hoc genus non auribus saltem, sed & cordibus percipiendo, exultemus & iubilemus. Quod vt præstare penitius possimus, iterū vatem nostrū audiamus. Primo, quænam epitheta propheta regi nostro dederit, discutiendū arbitramur. Regem primo vocat. Regem quoque Messiam designauerūt Dauid psal. 2. Esa. 33. Hiere. 23. Danie. 2. & 6. Oseas 3. Matth. 2. & 27. Luc. 19. Ioan. 12. Apoca. 19. Nūnc postquā audimus Messiā regem esse, superest vt illi fideles adhæreamus, credentes eum nobis datū auxiliatorem & saluatorē, qui nos oībus modis saluare & glorificare velit & possit. Oportet item, vt tali tantoque regi synceriter in omni submissione seruiamus, nihil eorum quæ nobis præscripsit, tanquam onerosum, excutientes, magis, quod nobis pscripserit, quam (vt Hieronymus submonet) quid præscriptū sit, attendentes. Aliud regis epitheton est, Iustus. Rex iustitia pdit, subdititios nulla tyrannide exercet, fatigat & deprimit, nullis nouis deglubit (quod & Tiberius imperator æquū esse fatetur) & exugit exactionibus: sed cū aliis fortunæ donis, etiā ipsam libertatem (vt alius quidā adfirmat) plebi haud ægre annuit. Hoc boni regis est ingenium. Cedo ergo, quis regum huius seculi in subdititios suos minus tyrānidis effundit, quis suos minus degrauat, atque suos Christus? Atqui iustus rex rursus præfractis est formidolosus. Vnde & reges, qui ab re (teste Apostolo) gladium nō gestant, iuxtà strenui ac clementes vocantur. Bonus rex, nō minus æquitatem diligens, quam iniquitatis odio flagrans, nocētes impune peccare non permittit. De rege etiam nostro, certo nobis persuasum habeamus, districtius eum in sontes animaduersurū, postquam iudex in die nouissimo aduenerit, quam vllus vnquam regū in nocentum pœnas iuit. Hi scalas gemonias, bipennes, cabalos siue patibula, & hoc genus tormentorum, habent in promptu: noster ille, gehēnæ ignis & æternæ mortis est potens. Possumus & hic euincere, in titulo suo regem iustum vocari, vt iustitiæ Dei siue fidei admoneremur: eius inquam fidei, quæ non ex operibus legis carnalis, factoribus legis contigit, sed quæ ex fide datur credentibus in eum qui iustificat impios. Iustitiam eam cōtra pharisaicam hypocrisim apostolus Paulus gētium doctor, satis superque tradit. Et eam

Titulus Christi apud Zachariam discutit.

Messias rex.

Messias rex iustus

Iustitia Dei siue fidei, nec ipsos latuit prophetas.

præsago ore Esa. cap. 53. describit, dicens: In sciētia sua iustificabit ipse iustus seruus meus multos, & iniquitates eorū ipse portabit. Messias iustificator noster est, & idē nostra iustitia, teste Hieremia ca. 23. Idem apud Apostolum declaratur 1. Corin. 1. O beatos eos, qui hanc fidei iustitiam recte intelligunt: O omniū infelicissimos, qui cū monachis exitiis & circuncellionibus, odio monastices, iustitiam fidei perperam accipiendo, etiam ipsius Apostoli epistolas vnà cū aliis scripturis, in suam ipsorum perditionē deprauant, 2. Pet. vlt. Tertium Messiæ epithetō est saluator. Noscha: hoc est, cuius proprium est misereri, mederi, curare, in libertatem asserere, & omnibus modis saluare. Hæc munia adeo Christo sunt peculiaria, vt & inde Iesus proprio nomine sit vocatus, Hebraice Jeschoschua, Græce σωτὴρ, Latine seruator: vtpote qui etiam cōtra feralis truculentiā mortis iuuare, & qui suos ex diaboli potestate eruere possit. Et hoc silentio hic pmendum nō est, quod diabolum Germanica lingua nō improprie neque temere vocamus den Falslandt, nostri casus autorem illum significantes: E contrario Christum Germanice item vocamus einē Heilandt, resurrectionis & salutis nostræ summam Christo adscribētes. Christum istiusmodi sotera esse, vides Esa. 45. Luc. 2. Ioan. 3. Philip. 3. 2. Timoth. 1. 1. Ioan. 1. Et idem ecclesia subinde profitetur, cantans: Nisi natus nobis ille infans esset, deploratos ad vnum omnes Pluto sibi nos vendicaret. Were vns das kind lein nicht geborn, so weren wir al zu mall verlorn ꝛc. Est itaque Christus nostra salus, in quo solo, & per quem solum asseruntur saluti & saluantur Iudæi, Græci, masculus, fœmina, senex, puer, liber & seruus, credentes, symbolonque fidei baptismum rite suscipientes, Marci 16. & pœnitentiam agētes, & mandata seruātes Matt. 4. 19. Aduerte contextum consolationis omnis refertissimum. Primo dicitur rex iustus, dein saluator: vt regiæ maiestatis & iustitiæ rigidæ æstimationem, saluatoris nomen mitiget. Sic enim natura comparatum est, vt humana infirmitas magis gratiæ, quàm iustitię, vocabulo afficiatur. Vnde Psalmographus quoque primo fere misericordiā Dei, dein iustitiam exprimit, psalm. 114. Miserator dominus, & iustus. Et psal. 111. Misericors & miserator & iustus dominus. Verum rursus attende iustitiam misericordię semper appendicem adscribi, ne quis sibi de misericordia Dei in malo blandiatur. Hoc est quod Nehemias in oratione sua dicit: Domine iuste & clemens, 2. Macha. 1. Hic rex noster saluator nobis à prophetis

Messiæ proprium est seruare.

Fallandt Germanica vox in diabolū quadrat. Heilandt Germanica vox, Christo cōgruit.

Scriptura canonica iustitiæ rigidæ æstimationē mitigat.

phetis adumbratur, qui non medicam & salutarem manum solum habeat, verũ qui omnium malorum exors, immo qui magis sit ipsissima salus & fons bonitatis, sine suo detrimẽto alijs hoc, quod ipse est, perpetuo impertiens. Quartum tituli epitheton, est humilis siue mansuetus. De Christi humilitate audi Apostolum: Christus, inquit, Iesus cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse æqualẽ Deo: sed semetipsum exinaniuit, formam serui accipiens: in similitudinem hominum factus, & habitu inuentus vt homo, humiliauit se metipsum, factus obediens vsq; ad mortẽ, mortem autem crucis, Philip. 2. Istæc submissio Christi, olim designata fuit in Dauid, 2. Regũ 6. Et mansuetudo Mosis ter maxima fuit: sed vt Dauidis humilitas nulla est, collata Christi humilitati, sic & Mosis mansuetudo nihil ad nostri Messiæ clementiam. Immensa Christi est clementia, adumbratam eam vides Matth. 11.

Messias humilis atq; mansuetus.

Roges, in quonam potissimum Christi ταπεινότης (id est, humilitas) manifestetur? Verba præmissa Apostoli repete, & probe excute, perspiciesq; nihil æque humile inueniri, atq; filium Dei: qui homo infimę sortis fieri, & mortem crucis subire sit dignatus. Quæris, in quo πρᾳότης Christi (id est, mansuetudo) testatior fieri possit? Respondet Petrus: Qui cum malediceretur, non maledicebat: cum pateretur, nõ comminabatur, 1. Petri 2. Ausculta & Esaiam cap. 53. Sicut ouis ad occisionem ducetur, & quasi agnus coram tondente se obmutescet. Esaias & apostolorum principes Petrus & Paulus, humilitatem & comitatem Christi pinguissima (quod aiunt) Minerua nobis delinearunt. Nostrarũ nunc partium fuerit, virtutibus illis studere. Humilitatẽ nobis cõmendat Apostolus Col. 3. ad benignitatem nos cohortatur Ephe. 4. 1. Timot. 6. Illa in octo beatitudinibus sub paupertate spũs, primũ locũ sibi vendicat, hæc secundũ: vt videamus, Christũ suarũ virtutũ æmulos seruos requirere. Obseruandum Hebraicum Oni, quo Zacharias vtitur, etiam paupertatem, vt Hieronym⁹ vertit, reddi posse. Quæ lectio si cui arriserit, non errat, cum & præmissæ virtutes in paupertatis vocabulo compræhendantur, & Christus in hoc mundo omnium pauperrimus extiterit, qui ne tantillũ quidem, quo caput suũ reclinaret, habuerit, Luc. 9. Et Apostolus dicit 2. Cor. 8. Scitis gratiã dñi nostri Iesu Christi, quõ propter vos egenus factus est, cum esset diues, vt illius vos inopia diuites essetis. Et egestatis Christi non obscurũ argumentum est, q in asina non sua, Solymas sit aduectus. Sed ego malo cum Matthæo Oni pro Onaf legere: quod & Septuaginta faciunt. πρᾳος itaq; interpretamur mansuetum siue mitem, non sæuum atq; minabundũ, qui suam statim vlciscatur iniuriam: sed eũ qui sit longanimis, tractabilis, infirmisq; parcẽs. Nõ statim palma dignandus, si quis sibi censoriam virgam in Matthæum vsurpauerit, præsertim cum ille tria nomina gloriosi tituli apud Zachariam sub vno mansuetudinis vocabulo complectatur: quorũ nominum euangelistæ alij non meminere. Mansuetudo regem omnibus gratũ facit, paupertas non item. Sic eñ mundi est ingenium. Vnde & Verpi mentis inopia, plaustra scommaton in ecclesiã iaculantur, Oni hic pauper saltem interpretantes. Regem, pręcontractissima penuria ne vnicum quidem equulũ proprium habentem, contemnunt & adspernantur Iudæi Ditis mancipia, nõ intelligẽtes, Chri paupertate nos locupletes fieri. Valeant ergo antichristũ expectãtes, infernæ paupertatis præmia in Plutonis regno relaturi. Manet eñ eos æternæ mortis miseria, qui hic Mammoni inseruientes, Chri auersantur egestatẽ. ¶ Sed quo ore audet nasuta gens, oraculũ, quod Messiam asellæ insidentem aduenturũ prædicit, ronchis & cauillis eludere, cũ & vtriusq; generis nõ infimæ sortis homines, asinos equitasse memoriæ pditum sit? Hic vt breuitatis causa Abrahæ asinũ prętercam, Gene. 22. vt & Isachar asinum fortem, Gene. 49. & sexcenta hoc genus exempla silentio premã. Grandia hęc mysteria non faciũt ad stomachum crudæ gentis. Respondeant ergo ad literã apellæ generosi equites, respondeant quæso, nunqd Sephora Exo. 4. Axa Iudic. 1. Abigail 1. Reg. 25. honestissimę matronę, dicacitate mordaci sunt proscindẽdæ? Quid? Credan insaniuisse Delborã, Iud. 5. fatidico ore eos q in asinis victores euaserũt, decantãdo? Quod si ludos facere, & eos q asinos equitarũt, cauillari libitũ est: nã fo suspendẽdi & risui habendi, Balaam, Achitophel, Semei, & eius farinæ hoĩes, de qbus dicit Nu. 22. 2. Reg. 17. 3. Re. 2. &c. Rex gloriæ, secundũ oraculũ asinæ insidẽdo, Solymas veniens, nõ solũ angelis, archangelis, patriarchis & prophetis oĩbus, sed & ipsi omnipotẽti Deo augustus est visus. De iumentis satis. nũc & ad ipsum equitatũ abeamus. Prophetia videtur inferre, dñm vtriq; iumẽto insedisse. Matthæ⁹ dicit apostolos sup vtrũq; sua instrauisse pallia: vnde & colligere est, Christũ ab vtroq; iumẽto esse vectũ. Bis eñ euangelista dicit, ἐπάνω αὐτῶν. Quanq̃ Vulgarius hoc nõ de iumẽtis, sed de vestibus intelligat. Atq si apli Chri-

Messiam pauperẽ propheta pdicit.

Messiæ paupertas Iudæis exsibilatur.

asinos veteres frequentius equitasse legũtur.

Vtrũq; iumentum equitauit Christus

Christum super togas suas, vtriq; iumento instratas, sedere fecerũt: consequitur, dñm vtriq; iumento, apostolicis pallijs vestito, insidentẽ Solymas ingressum. Marcus, Lucas & Ioannes, pulli saltẽ meminere. Hieronymũ etiã hic nõ satis certũ fuisse videmus. Sunt q magis rõni consentaneũ asseuerẽt esse, Dñm ad equitatũ propheticum vtroq; iumẽto esse vsum: idq; propter mysteriũ, de quo infra. Summa rei est, oraculũ Zachariæ esse perfectũ, Messiã venisse, insidentẽq; asino, quadrigam Ephraim disperdidisse, & equum de Hierusalẽ, & arcũ belli abstulisse, hoc est, pacẽ reconciliasse. Falcatus currus, bellicus equus, & lœtifer arcus, prælior; & conflictuũ, ad quos asinus non facit, habent significationem. Hæc de sacrosancto Christi equitatu, faxit Deus, auribus puris audiuerimus.

Euntes autem discipuli, fecerunt sicut præcepit illis Iesus. Et adduxerunt asinum & pullum, & imposuerunt super eos vestimenta sua, & eũ desuper sedere fecerunt.

Ecce tibi Apostolor; obedientiã. Christi discipulor; est, pceptis Dei sine vlla cunctatione parere, non difficultatẽ mandati, (q̃d diuus Hieronymus submonet) sed maiestatẽ mandãtis attendẽdo. Maxima sane fidutia mãdatarij prouinciã sibi cõmissam subiere. Sic Petrus in noĩe Christi rete suũ laxauit, Luc. 5. Gloriosa virgo & hoc pocillatores hortat, dicẽs: Quodcunq; dixerit vobis, facite, Ioannis 2. Sic Apostoli hic oẽm metũ exuere, nõ curantes ciues Hierosolymitanos, quidnã dicturos aut facturos sperarent. Apostolatus hic vides præludium. Attende & successum dextimum. Ad verbũ dñi oĩa euenerũt: q̃d aliquẽto luculentius describunt Marcus & Lucas. O vtinã & nos, tãta fidutia Christo nos committentes, negociũ euãgelij sedulo exequamur, non timẽtes (iuxta psal. 55. & 117.) q̃d nobis faciat homo. Apostoli simul ac imperata fecissent, asinã subiugalẽ & burdonem rudem conuestiunt, ne vilũ animaliũ aspa terga premeret. Spiritus sanct⁹ & hoc effecit, nos erudiẽs Christi venerabile corpus, q̃d Damascenus deificatũ vocare audet, sine summa reuerẽtia tractandum non esse, & decoro ecclesiæ apostolicis quibuscunq; viris liberius esse studendũ. Apostoli indubia pietate, q̃d licuit, præstitere: pculdubio si copia & facultas illis adfuisset, longe plurima cõtulissent. Apostolici ergo spũs nihil sapiunt, qui hic dño sunt auari. Officiũ itẽ fuit & ciuilis cultus. Iumẽta strigosa erãt, ephippiũ cũ stapedibus cingulisq; equitatui accommodũ non habuerũt: quare vt dñs cõmodius sedere posset, vestimẽta sua hirtis pecudib⁹ instrauerũt. Adde q & hoc ita fieri debuit, ppter mysteria de qbus infra dicet. Summa, Nihil hic temere factum est, oĩa sacrosancta officia & cultus pius, omnigenũ sacramẽtor; refertissima oĩa. Si officiũ erga proximũ hic qs quærat, vestire nudos hic discat: q̃d equidẽ legale, propheticũ, & apostolicum est præceptũ. Statim in euãgelico vestibulo Baptista dicit: Qui habet duas tunicas, det vnã non habenti. Nos qui de euãgelica claritate adeo efferimur, non erubescimus Martino catechumeno hoc in merito esse inferiores. Martinionaster (quandoquidẽ hoc nomen hodie adeo celebre est) fuerit, qui ad præscriptũ Esaiæ, nudos vestire studuerit: etiam asinos, hoc est, infimos ecclesiæ quoscunq;. Huius satis. Videndũ nũc, quid sibi Sion velit. Nobilis ille Hierosolymitanus mons ad meridiem, Sion vocabatur, Psalm̃. 47. In huius vertice arx erat elaborata, quæ dein ciuitas Dauid dicebat, q eam ille sua manu ethnicis abstulisset, 2 Reg. 5. Factum ergo est, vt mons ille Har Adonai, hoc est, mons Dei: item Har Kodes, hoc est, mons sanctus, sit dictus. In latere huius montis, Salomon q̃q; templum nobile hoc opus cõstruxit. Prophetæ filiã Sion vocant Iudã, cuius omne præsidiũ & decus in acropoli & phano, quæ in monte illo sita erãt, propẽdebat. Hac rõne & idẽ populus dicebat filia Hierusalẽ. Iuxta allegoriam, Sion ecclesiã, mysterior; & gloriæ Dei vnice fœtã, significat. Quod ergo dixerim, ne qs extra ecclesiã aliqd grãe diuinæ quærendũ speret. Atq; hæc hactenus.

Mandata dñica sine omni cũctatiõe pficiẽda.

Eucharistia venerabilis sũma reuerentia tractanda.

Decoro ecclesiæ studẽdũ.

Sion ecclesiæ typus.

Plurima autem turba strauerũt vestimenta sua in via, alij autem cædebant ramos de arboribus, & sternebant in via.

Spiritus sanctus, qui per Zachariã hũc Christi inclytum equitatum prædixit, hic populum mouit ad tantũ honorem Christo exhibendum. Maior certe hic populi cultus est, si externa attendas, q̃ aplor;. Hi Christũ sup vestes suas sedere fecerunt, ille iumẽtis vestes suas conculcandas obiecit. Cultus hic, præter mysteriũ & allegorias, submonet, in cultũ diuinũ oĩa libere exponenda. Inuenies vitiligatores, q cultũ eum quasi superuacaneũ rideãt: qua in re Iudæis magis impios videmus. Micol fastidiosa subsannat Dauida añ arcã psallentẽ, sed in suũ malũ, 2. Reg. 6. Placuit dño puerile hoc dec⁹, placet & illi deuotio nr̃a, optimates ecclẽ viderit, vt oĩa ordĩe suo fiãt. dicis Christon nũc corpore pñtẽ nõ eẽ, nec quis ex-

Ecclesiæ decoro studẽdũ.

externo modo cultu indigere? Bona verba. Dei gloriæ consors est Christus, in cœlo patri dexter: ergo glorificandus nõ est in terra? ergo ecclesia omni decoro destituta, in speciem Saracenicæ captiuitatis est redigẽda? Bonorũ nostrorũ, iuxta psal. non indiget, ergo & ecclesiæ decorũ nõ curat. Quid q̃d & corporaliter subinde in sacris nobiscũ est? Vuicleffistæ, qui hoc saltẽ pernegãt, indigni q in suis cõciliabulis aliquã solennitatẽ habeant, infernalis tristitiei ꝓludia sibi retineãt. Obijcis hoc Chri, Pauperes habetis, illis benefacite. Respondeo: Hoc fieri oportet, illud nõ omitti. Martinus, Nicolaus, Paulinus, Chrysost. Cyrillus, Bernardus, & oẽs ordine alij, maiorẽ q̃ vllus vnquã Vuicleffista, pauperũ curã habuerunt, nõ tamẽ ecclesiæ decorũ antiquarunt. Vuicleffistæ dum alterũ ridẽt, vtrũq; negligũt. Ecclesiastici suo loco ecclesię decentiæ studẽt, pietatis nunq̃ immemores, scientes eã promissiones pſentis vitæ habere & futuræ, sciẽtes item oĩa officia in pauperes vel minimos collata, Christũ sibi facta dicere, Matt. 25. Ad hunc moralẽ sensum, ꝑ nos etiã termites accipere poteris: vt vestes asino substernere, sit nudos tegere, vagosq; colligere: & termites, petalia atq; spadices ab arborib⁹ decerpere, sit esurientes & sitiẽtes terræ fructibus pascere.

Rami palmæ & oleæ operũ misẽdiæ symbolõ habent.

Ioannes testatur, palmarũ ramos asinę substratos. Attende itaq; palmã in Syria atq; Palæstina adeo esse fœcundã, vt cibũ atq; potũ incolis oĩbus sufficiat. Vides petalijs siue termitibus eleemosynarũ symbolon inesse. Ambrosius, Bernardus, & plerique alij colligũt, ex oliuarũ mõte ramos quoq; oliuarũ, qui & ipsi termites appellant, palmæ ramis mistos, pecudibus substratos. Olea q̃q; miseratiõis significationẽ habet. Insuper & palma cõstãtiæ, fortitudinis & victoriæ σημασίαν habẽs, nos admonet, ne in benefaciẽdo defatigemur. Sed ad literã redeam⁹. Rex mãsuetus ille & iustus, agnellus Dei, & leo de tribu Iuda, nõ immerito his ramusculis est designat⁹. O festiua germina, o Baias splendidas, o spadices augustos, qbus oẽe decus dijs terræ impẽsum, si conferaẽ, angustissimũ apparebit. Reges eñ & qcunq; augustissimi Cęsares, huic nostro regi sunt supplices, immo etiã vestigia & scabellũ pedũ eius adorant. Vides itaq; & asinæ cedere, quidquid in mundo sublime est. Celebrãt poetæ huius mundi deorũ ac dñorũ equos, Aethon, Pyroum, Phlegõ, Pegasum, Bucephalũ &c. sed q̃tũ poeticæ fabulæ superanẽ ab euãgelica veritate, tantũ excellit asella hæc nostra oẽs tyrãnorũ caballos: qppe q̃ in ecclesijs oẽmibus vsq; in finẽ mundi identidẽ celebraẽ.

asina qua Chrũs vectus ẽ, celebrior oĩm tyrãnorũ caballis.

Supra paucis pſtrinximus causam, quare Chrs asinæ insidẽs, in suã venerit ciuitatẽ, nũc id repetẽs, dico factũ: Primo, vt ꝓphetia Zachariæ adimpleret, & Messias verus aduenisse declararetur. Secũdo, vt Messias rex pacis exprimeret, ecclesiæq; veritas in cõcordia sita esse designaret, vt hęretici & schismaton autores videant, se ecclesię esse extorres, qbuscũq; tandẽ loquant linguis, & quacũq; sciẽtia pollẽtes, alijs prę niteãt. Tertio datur nobis exemplũ humilitatis, ꝙ qua tandẽ vnice cũ Chro sumus exaltandi. Equus est animal bello natũ. Nã armenta ab armis denominant, vt hoc Maronis extat: Bello armant equi, bellũ hæc armenta minant. Contra Aesopicæ fabulæ non paucæ, & plurima omniũ linguarũ prouerbia testant, animal humile & laboriosum esse asinos. Monemur ergo hoc loco humilitatis.

asina qua Chrũs vectus ẽ, exemplũ humilitatis nobis est.

Nos exemplo Euæ, ex corruptæ naturæ vitio, sublimi vertice sidera ferire volumus: aduersus hoc malũ asella hęc nobis ob oculos est ponẽda, æstimãdo Christũ humilia eligere. Optimates ecclesiæ cũ primis asinã eam humilitatis magistrã sibi asciscerent: q̃d ni faciant, ab equis ad asinos, iuxta prouerbiũ, deuenient: idq; per Attilam aliquẽ Gothorũ Hunnorũq; nouorũ tyrannũ. Quod eñ equisones rectius maneat ꝓmiũ, q̃ vt Scythæ equorũ domitori in manus veniant? Vicarij Chri, non Scythicũ tyrannũ, sed sapientiã Dei, Mariæ filiũ, referant oportet, vt tot sectis occasio ꝓcludaẽ. Chrysostomus in Matt. homi. 67. recte cõmonet, dicẽs: In asina sedisse videẽ, vt viuendi philosophia nos erudiret: ita simul & prophetias adimplebat, & dogmata veritatis plantabat, & viuẽdi ꝓcepta exẽplis ꝓbebat & affirmabat. Regulas eñ nobis ꝓbet, ne maiora q̃ necessarius vsus exigat, requiramus. Hæc ille.

Asina epĩscopos & optimates ecclesiæ humilitatis admonet.

Turbæ aũt quæ ꝓcedebant & quę sequebanẽ, clamabãt, dicẽtes: Osanna filio Dauid, Benedictus qui venit in noĩe dñi, Osanna in excelsis.

Post cultũ Christo exhibitũ, euangelista nunc epiphonema, quo Hebræorũ pueri spũ sancto afflati, Christum exceperũt, describit. Acclamationẽ eam Marcus prosequitur, dicẽs: Hosianna, Benedictus qui venit in noĩe dñi, Benedictũ q̃d venit regnũ patris nñi Dauid, Hosanna in excelsis. Lucas: Benedictus q venit rex in noĩe dñi. Pax in cœlo & gloria in excelsis. Ioannes: Hosanna, Benedictus qui venit in nomine dñi rex Israel. Iucunda sane & sacrosancta acclamatio, Christũ regem Israel penitus expri-

Acclamatio puerorũ Hebræorũ Messiã regem fatetur.

exprimens. Vera confessio, in psal.109. firmata. Matth.22. congregatos pharisæos dñs interrogat, cuiusnam filiũ Messiã fore credant: & respondent, filiũ Dauid. Recte & hoc iuxta Gabrielis verbũ Luc.1. Deinde in hac adorea laude Christũ Iesum in nomine dñi, id est, secundũ oracula, q̃ De⁹ de Messia per sanctos prophetas tulit, venire filij Israel pronunciant. Itidẽ & prolem Dauidicã verę Deũ prædicãt. Dominũ Deum solẽt Hebræi laudare his verbis Baruch Elohim, hoc est, Bñdictus De.⁹ Hisce verbis & hic Messiam dignãtes, Deum esse fatentur. Nõ inficiamur, Iudæos de regno Christi hallucinãdo carnaliter plane sentire, iuxta verbũ Apostoli Acto.15. Sed hic correpti spiritu sancto, Messiam verę Deum confitentes, regnũ tale, quale & nos confitemur, confessi sunt. Deniq; Hosianna succlamitantes, vaticiniũ Dauidis tum vere adimpleri confitebantur. Ista enĩ acclamationis vox Hosianna, tũc proferri debuit, cum Dauidis regnũ aduenisset, cũq; Messias suum sibi regnũ assereret. Dauid olim hæc verba ad dñm eructauit lingua sua sic: Anna Jehoua, Hoschia Na, Anna Jehoua, Hatzlihah, Na Hoc est, O domine, saluum me fac: O dñe, bene prosperare. Hæc verba patheticę orõnis in ambitum misericordiæ Dei, etiã Christum, p quẽ solum exorabilis Deus est, aurib⁹ Dei ingerunt: nec hoc solũ, verę cũ primis etiã hunc ingressum solennem vultui Dei exhibent. Vnde & plebs Hebręa non fuit contenta ex psalmo verbum Hosianna depromere, sed & hoc quod sequitur, iuxta fidẽ euangelistarũ, protulit. Sequit autem apud psal. Baruch Ha Ba Beschem Jehoua, Hoc est, Benedictus qui venit in noĩe dñi. Quid iã de Christo dici possit, quod hæc plebs non est confessa? Confitetur regem Hierosolymas venientem, esse Messian, id est, Christũ: Item Mosian, id est, Iesum verum Deũ & hominem, secundũ prophetarũ oracula Israeli promissum, spem certam & salutem vnicã mundi. Hæc est, inquam, acclamatio & panegyris, qua populus iuxta temporis rationẽ, carnalis adhuc Christum excepit necdum glorificatum. Vę nobis, nisi post salutem partã, post cui⁹ mysteria toti mũdo manifestata, hanc panegyrin dieq; nocteq; corde & ore eructauerimus, auscultantes Apostolo exhortanti, vt Deũ in psalmis semp magnificemus, Ephe.5. Coloss.3. Ex psal.117. gẽs Hebræa Hosianna sacrũ vere & sacrosanctũ protulit: quippe q̃d omnibus apostolis & euãgelistis, Græcis & latinis adeo arrisit, vt ipm, queadmodum Alleluia, Amẽ, & hoc gen⁹ plura, minime trãsferendũ putarent. Parũ

Hosianna vnde depromptum sit, & qd significet.

retulerit, siue Hosanna cũ Gręcis, siue Osanna simpliciter legamus: modo Hebraicæ originis nõ obliuiscamur. Dictio est significationis omniũ acceptabilissimæ. Hebrai cum siquidẽ Hosiach, saluauit reddi potest. Quæ dictio non solũ in iam adducto psalm. legitur, sed & legẽti hagiographos passim occurrit. Nẽpe psal.12.20. 4. Reg. 6. item Iosue 10. nisi q̃ ibi suum casum habeat adiunctum. Syllaba Na, significatiua est adiectio Hebræorum, blandientis & ardẽtis voti affectũ referẽs. Hac vsi sunt vndecim filij Iacob in Aegypto, fratris sui Iosephi clementiã eblandiẽtes, dicẽdo: Anna Sa Na, id est, obsecro, remitte, obsecro, Gene.50. Germani hoc παθητικώτερον proferũt. Lieber vergib doch. Hoc q̃q; loco Anna Hosia Na, significat, Eia bone salua. Vel Hosia Na, hoc est, Eia salua. Quod gregarij ecclesiastæ, hebraice minus docti, cũ primis obseruent. In Græco psalterio item legitur σῶσον δή. Obseruãdum hic, in tota Biblia compẽdiosiorem orationẽ, maioris energiæ & sensus pfundioris vix posse inueniri, atq; est ipsa vox, Osanna: quam qui prenũciat, non solũ salutem corporis & animæ Deum orat, verũ etiã per Iesum filiũ Dei exorat. Iesus siquidem & Osanna, hebraica sunt synonyma: licet Hosianna proprium nomen non sit: quemadmodum nec Alleluia, Amen, Sabaoth &c. Obseruatu iterũ dignum, q̃ Matthæus hic & statim infra ad Hosianna adijcit, filio Dauid, & in excelsis. Illud Marcus & Ioãnes acclamatiõi huic nõ addũt. Lucas etiã hoc, Osanna intellige, non habet: sed loco eius alia cõsignificatiua, vt supra dictũ est. Apparet ex hac acclamatione, quæ euidentissimũ hebraismum sapit, Matthæi euãgelion hebraice esse scriptũ. Hebræorum idioma sic se habet: Quoties Hosiah in oratione exprimunt, sic vt He sequatur Ain, verbũ hoc obsecratorium aut absolute ponũt, aut datiuũ addũt. Exemplũ Iosue 10. Hoschiah Lanu, q̃d fere est. Osanna nobis. In psalm.86. Hoschiach Leben Amathecha, id est, auxiliare filio ancillæ tuæ. Haud secus ac ibi cum datiuo cõstruit, sic & hoc loco proculdubio Matthæ⁹ scripsit. Hoschiahna Leben Dauid, id est, adeste filio Dauid, Messiæ puta siue Christo. Dialecton Hebræã Græcus interpres adsequi non potuit. legit ergo iuxta hebraismum ὡς ἀννὰ τῷ υἱῷ Δαβίδ, q̃d Germanice, Osanna dem Son Dauid, sonat. Significãti⁹ Latine datiuus in accusatiuũ, quem verbũ Saluo regit, mutatur, sic: Saluifica filium Dauid. Sensus est, iuxta psalmistam: O domine, bene prosperare. Quod sic de Christo & de regno Christi,

Orõ cõpẽdiosissima & absolutissima.

spũs

spiritus sanctus veteris instrumenti patres Deum orare docuit. Quod subditur, Osan na in excelsis, repetitio est. Solent em̄ Hebræi solennes orationes sic ingeminare. In excelsis, corrasum est ex psal. 148. Gemi natū epiphonema, videtur esse prolatum Hebraice, Hoschiaḣ na Bamromim, Deus natura est altissimus, habitat in excelsis. ibi secundum Dauida quærendus est. psal. 101. & 98. Ram Hu, id est, excelsus est. Osan na itaq; in excelsis, est: Qui habitas in cœlo, age salua. Matthæus memoriæ prodidit, plebem vniuersam, iuuenes, senes, filio Dauidis secundum carnem, successum dexterum optauisse. Lucas recenset laudes Deo in excelsis pronunciatas. Vtrunque rite factum. Vnde & nos subinde Deū e cœlo salutem poscimus, & vicissum ipsi in cœlo gloriam referimus omnem. Hæc ad literam. Allegoriam nunc quoq; paucis percurramus.

ALLEGORIA EVANgelicæ lectionis.

Asina Iudæos, burdo ethnicos significat.

DVos apostolos, immo si mauis, oēs mittit dominus, adductum sibi asinam subiugalem & hinnulum nouū, iugo necdum adsuetū. Asina significat gentem Israeliticam, Burdo rudis ethnicos: vtriusq; em̄ populi Deus est dominus, Ro. 3. Vtrunq; ad gratiā suam vocauit, Mat. 22 Act. 10. Vult omnes saluos fieri, 1. Tim. 2 Asina sessori iam assueuerat, hoc est, Iudæorum plebs onus legis annis aliquot portauerat. Ethnicorum illegum, burdo indomitus siue iniugis, typum gerit. Non fecit taliter omni nationi, dicit Psalmista. Gentes itaq; exteræ, obedientię Dei nesciæ, nec legi naturæ paruere, nec legi Mosaicę seruiuere. Moses Thora. i. veteri testamento asellæ tergum pressit, ad veri Dei cultum inducendo. Pulli asinini, id est, gentiū, mores nullus deiferoꝝ hominū formauit. Illi Petrus designatus est apostolus, huic Paulus Gala. 2. ¶Castellum significat vniuersum orbem. Huc mittet discipulos, videns messem multā & messores paucos, Marc. 16. Animaduertit regiones flauas & albicātes ad messem, Ioan. 4. ¶Quod homo iumentis comparatur, absurdū non est: nam & regius propheta sese iumētū dicit, psal. 45. 73. 78. 94. 118. Idem synagogæ & ecclesiæ filios, oues vocat dñici gregis, psal. 45. 73. 78. 94. 118. Et mulier Cananæa se catellam vocat Mat. 15. Istæc collatio ijs saltem qui beluas viuūt, dedecori est. Caue igitur ne in te quadret psal. 48. Collatus est homo iumētis insipientibus, & similis factus est illis. Obaudi prophetā eundem, psal. 32. monentem: Nolite fieri sicut equus & mulus, in quibus nō est intellectus. ¶Manda-

Castellū significat vniuersā ecclesiā.

Homo iumētis cōparatur.

tū nunc siue commissionē videamus. Solū nunc siue iumenta & Christo adducere, significat per pdicationē euangelij & p virtutem baptismatis, q̄d alioꝝ sacramentoꝝ ianua dicitur, & q̄d prima naufragij est tabula, hoīes peccatis irretitos asserere. Chr̄o ad monte olueti adducere, est ecclesiæ catholicæ, quæ sola totū Christū possidet, associare. Mons oliuaꝝ, quod supra etiā monuimus, ecclesiā catholicam refert. Hic Bethphage, id est, locus docendi: q̄a extra ecclesiā fatua, immo etiā noxia est doctrina, adulterata nimiꝝ & liuida. Hic Bethania, id est, domus exauditionis precationū: q̄a extra ecclesiā veritas sacramētoꝝ esse nō potest, & precatiōes semp cassæ disperdunt. Cæteꝝ ij qui veri sunt catholici, loco consentiūt. Misericordes sunt, verbū Dei gaudent subinde audire, & satagūt illud exprimere factis, id est, custodire. Semper orāt, sacramētoꝝ remedijs semp vtunt. Vtrūq; iumentū erat ligatū: quia iuxta Apostolū, oēs peccauerūt, & egēt gloria Dei. ¶Apostolis dictū est: Quodcūq; solueritis in terra, solutū erit etiā in cœlis. Vuicleff ausus fuit à Chri vicarijs & ab apostoloꝝ successoribus potestatē clauiū ad laicos transferre. ¶Neq; satis fuit (q̄d Iouinianus, Aetianus, & alij inepti ægre audiūt) iumenta soluí: nā & Chrs adduci sibi ea vult. Adduci aūt sibi ea vult in montē oliuarū, id est, in ecclesiā. In eam ecclesiā vere orthodoxā, quæ iuxta psal. 30. declinat à malo, & facit bonū. Non deficiat à Christo ad dños priscos, Mammonem, ventrē, & Venerē: Nō respiciat retro, qui manū misit ad aratrū. Nō recurrat à monte oliuaꝝ, ad triuiū siue biuiū variaꝝ opinionū, sectas gignentiū. ¶Si quis vobis aliq̄d dixerit, id est, si q̄s remorari voluerit, floccipēdite. Oggannire potest mūdus, morā moliri & obstare nō potest, Marc. 11. Act. 4. 5. 15. Nō est consiliū cōtra dñm. Non est tutū homini calcitrare cōtra stimulū. Opus Dei hoīes dissolue re nō possunt, dicit Gamaliel Act. 5. Iumēta iam Christo adducta sunt. Quid nunc porro p̄standū? Nunq̄d dñs statim cōscendit? Minime gentium. Apostolicis p̄ceptis prius formanda, ecclesiæ disciplinis prius imbuēda. Martinus adhuc catechumen⁹, apostolicis virtutibus studens, Iesu Christi gestator esse meruit. Apostolicæ virtutes sunt, q̄ apostoli nobis tradūt: ijs nisi anima nostra fuerit ornata, indigna erit cui Christus insidens, nos in cœlestē Hierusalē, vbi pax stabilis, agat.

Soluūtur iumēta p verbū & sacr̄m.

Soluendi officium, nō cuiuis creditum

vocamur ad bona opera.

Mundus nequidq̄ euāgelico negocio moram inijcit.

¶Plurima turba strauerūt vestimēta sua in via. Veterē Adamum monemur hoc exemplo exuere, & Christi pedibus, immo etiam iumentorū calcibus, conculcandum sub-

Vestes p̄stratæ, symbolū hñt veteris Adæ exuendi.

subijcere. Hoc omnino meret, quæ per se lutosa est vestis. Non malo genio ductus ille pontifex, qui in cōcilio vestem animæ suæ hæreseos labe infectam agnoscens, sese solo prostrauit, dicens: Conculcate me domini mei, quia sal sum fatuatus. Quod si vestes eas veteris Adami lutulentas, confessiōe & exomologesi Christo in ecclesia sua prostrauerimus, dominus nouum nos Adamū induet. Sin, nudi propediē & turpes ante iudicis districti faciem constituemur. ¶ Rami palmarum, inflatos carnis sensus, sapientiæ carnalis & inflantis supeminentiam & ratiocinandi acumen signant. Hæc quoque supprimi oportet oīa. Euāgelica potestas, quæ stultitia Dei est, nō potest nō omnem altitudinē extollentē se cōtra scientiam Dei, debellare, 2. Corint. 10. Et dn̄s humilibus gratiā donans, superbis semp resistit. Si ergo sensus nostros humiliaueri

Rami, p̄strati, sapiæ carnalis dānandę typū p̄ se ferūt.

mus, ad apicem veræ sapientiæ in mōtem Sion secū nos euehet Christus. Si minus, infra omnes infimos damnatos deturbabit. Nam quo se quis altius effert, hoc pro fundius damnabitur. ¶ Harmonia adoreæ laudis, vtrunque testamentum significat. Præcedētes, patriarcharum, Mosis & p̄phetarum instar referūt: sequentes, apostolos, euangelistas, martyres & doctores ecclesiæ repræsentāt. Sed vtrorūque vna vox, id est, vna fides & laus vnius Dei. Illi Christū venturum, hi eundē aduenisse cōcinunt. Hunc fidei consensum Augustinus in Ioannem graphice describit, dicens: Mutatum tempus, non fides Sonat quidē aliud, veniet: & aliud, venit: vna tamen fides est, quæ vtrunque, hoc est, Messiam venturum & venisse credit, cap. 10. Illi regi æterno, immortali Iesu Christo, sit laus & grārum actio per æterna secula seculorum, Amen.

Concors acclamatio cōsensum fidei synagogæ & ecclesiæ significat.

DOMINICA II. ADVENTVS, EVANGELIVM, Luc. XXI.



ERunt signa in sole & luna & stellis, & in terris pressura gentium præ confusione sonitus maris & fluctuū, arescētibus hominibus præ timore & expectatione, quæ superuenient vniuerso orbi. Nam virtutes cœlorum mouebuntur. Et tūc videbunt filium hominis venientē in nube cum potestate magna & maiestate. His autem fieri incipiētibus, respicite & leuate capita vestra, quoniā appropinquat redēptio vestra. Et dixit illis similitudinem: Videte ficulneam & omnes arbores: cum producunt iam ex se fructum, scitis quoniā prope ēst æstas. Ita & vos cum videritis hæc fieri, scitote quoniam prope est regnum Dei. Amen dico vobis, quia non præteribit generatio hæc, donec omnia fiāt. Cœlum & terra transibūt, verba aūt mea nō transibūt.

ἐξήγησις.



DOminus noster Iesus Christus suos amat discipulos, vnde hic eos hoc ipsum, quod multi reges & mūdi sapiētes frustra scire cupierūt, clarissimis verbis docet, hunc s. mundū esse caducū: quod nullis vnquam philosophis (teste Lactantio) satis constitit. Pars sophorum suis persuaserunt affeclis, mundum semper permansurum: pars discipulos suos docuerunt, mundum semper fuisse: atque sic vtrinque creatura satoris loco colebatur, quod & Apostolus Romanis obijcit, Romañ. 1. Hunc ethnicum errorem euangelica lux prorsus ex omniū fidelium cordibus depulit. Christus siquidem lux hominum vera, Ioanñ. 1. doctrinam, philosophicis friuolis & anilibus opinionibus dis dia pason diuersam, protulit: nempe eā, mundū hunc, quātusquātus est,

Mūdum hunc fluxū eē philosophi ignorauerunt.

propediē dissolutū & lōge immutatū iri. Hoc norunt Christigenæ, hoc in ecclesijs quotidie audiunt: verū ædificando, plātando, vxores ducendo, immo etiam superducendo, & hoc genus cæterū huius mundi nugis, sese ita gerunt, ac si mundū æternum credāt. Adeo mores & vita professioni nō respondent. Finem & dissolutionē mundi nō obscuro ore profitemur, professionēque eam egregie vita ipsa eleuamus, gentibusque ridiculam facimus. Vetustatem ethnicam nos adhuc sapere, vita arguit, quidquid os loquatur. Age igitur, qui ore saltem Christi discipulos agentes, vita ipsa mundo famulamur, animo huius mundi omnia circunspiciamus: orbis terræ quodcunque complectitur, consideremus: & nihil stabile, nihil æternū comperiemus. Nam haud secus atque homo, qui microcosmus est, qui etiam

Mundus qa fluxus catholicis est cōtemnēdus.

huic

huic mundo longe præstat, immo qui etiã secũdũ Chrysostomũ, cœlo est preciosior: nascitur & moritur, fit & interit, sic & mesocosmus quotidie senescit & collabitur. Cordatiores ergo esse deberemus, & rebus fruendis non vti, vtendis non frui, atq; adeo abuti, disceremus. Eius rei pſens lectio nos satis commonet, modo probe discutiatur. Nos igitur pro modulo nostro, quantum per Dei gratiã, id negocij aggrediemur. Atqui si vlla alia, certe hæc præuium doctorẽ requirit. Difficiles res Christus in æternum benedictus, hac lectione expedit quidẽ: verũ qui filium natiui sensus præuio duce non tenet, in labyrintho sui sensus poterit errare. Ne igitur imperitus lector frustra hic sudet, norit Christon in hoc capite non de vna saltẽ re differere. Tripartiamur ergo, si placet, hoc caput, vnde hæc lectio sumitur. Ex assibus duobus, quos paupercula vidua in ærariũ misit, arripuerũt quidam occasionem dño nobilem templi structurã ostendendi. Vnde huius prognoseos totius orbis calamitatũ proferendi dñs ansam arripuit. Sic prima sectio huius capitis, est prognosis calamitatũ totius orbis. Deinde conuertit vaticinationem suam in vrbem sanctã, excidiũ eiusdem, omniũ horribilissimũ prædicens. Et poterit hæc pars huius capitis, non absurde onus Hierusalẽ dici, more prophetico. Insuper dñs longius prospicit, ad finem nimirũ totius orbis: & ea ipsa sectio, huius dominicæ diei lectio, intercedit. Prognosticũ primũ de Iudæorũ turba ea, quæ Messias siue Christos sese vulgo venditabit: inde bellis, factionibus, terræ motibus, pestilitatibus, & de hoc genus turbatiõibus, insuper & de afflictione lugubri ea, qua Christianos passim prædixit afficiendos &c. hæc omnia sunt adimpleta statim in ecclesiæ cunabulis, cũ verbũ gratiæ primũ ab apostolis denunciabatur. Sunt hæc omnia abunde quidẽ adimpleta, tenet tamen adhuc hæc totius mundi clades: siquidẽ turbatur agris etiamnũ vndiq; totis. Et idẽ quoq; tenor anxietatũ Christianos etiamnũ manet, quanuis longe atq; olim fuit, sit mitior factus. A Messijs mentitijs ergo adhuc nobis est attendendum, Matth. 7. Et Apostolus ꝑmonet, posteriora potissimũ tempora antichristicæ imposturę fore obnoxia. Si nullus se obtrudat hodie Messiam siue Christũ, tamen à pseudoprophetis cuiuis fideli est cauendũ, Mat. 7. Et apostoloꝝ princeps D. Petrus: Erũt falsi prophetæ in vobis, perniciosissimarũ sectarum autores. Quod de obsidione Hierusalem, item de abominatione in templo, cui vrbis deuastatio certa appendix erat, quidquid id est, in Syria circiter annũ quadragesimũ à Christo passo, cõpletũ omne historiographi fere omnes describunt. De hac re alibi in euangelio: Videns Iesus ciuitatem, fleuit super illã. Postremo, id quod in ꝑsenti lectione audiuimus, adhuc expectatur. Trium itaq; harũ prognoseon vna, de Hierosolymitana expugnatione, præterijt. Alia bona parte exacta atq; completa, abijt: sed adhuc parte aliqua assidue perficitur, vt ea quæ desunt passioni Christi, compleantur. De tertia prognosi, quæ iuxta ꝑsens euangelium adhuc adimplenda expectatur, hic porro, quãtum superne dabitur, dicemus.

On' Hierusalem Christus ꝑdicit.

Erũt signa in sole & luna & stellis.

Prophetiaꝝ ternaꝝ harum hæc est potissima, quippe quæ se longius exerit atque extendit. Priores duæ, ꝙ statim Chr̃i mortem erant secuturæ, iam nihil obscuritatis habent, ipso exitu delucidatæ. Posterior illa, de qua nunc agemus, ꝙ adhuc non contigit, obscuritatis nonnihil habet, & quasi per nebulã humanæ infirmitatis perspicitur. Vnde ergo nr̃a tenuitas, eius prognoseon verũ sensum ad vnguem vsq; assequetur? Prophetiarũ ingenium est, primũ illustres atq; euidentes fieri per euentũ ipsum atq; exitum. Sic æterni verbi incarnatio & Christi natiuitas omnẽ nebulã, qua alia vatum oracula latitarunt, abstulit, & difficultatem earundẽ enodauit omnẽ. Sic & secundus aduentus ænigma (vt apostolicis verbis loquar) in quo iam videmus, omnemq; scrupũ, qui hic hæret, dissoluet. Interim de tantis arcanis sobrie cũ ecclesia differendũ est: altius euolare non debemus. Quod plerią; nostrũ hac tempestate supra mensurã fidei sapere voluerunt, misere sunt dementati, & perditissime alios effascinauerunt. Nunc postq̃ se cõfusos animaduertũt, paulatim resipiscunt, atq; vtinã vere. Aliorum itaq; malo cautiores effecti, humiliter sentiẽtes charissimi, aduigilemus strenue, ne in illa die nudi bonoꝝ operum inueniamur, neve peccatoꝝ nostroꝝ fœditate execrabiles & turpes tunc exponamur. Hoc nobis præcipue elaborandũ: hoc eñ vnice nobis præscriptum. Sed quę, malum, humani cordis peruersitas, qua semp in vetita nitimur, eoꝝ quæ præstare iubemur, nihil satagentes? Sed vt ad prognosin veniamus, satis fuerit, cum ecclesia credere, signa & portenta grandia iuxtà atq; horrifica in elementis oĩbus, diem domini illum antecessura, iræq; Dei præludium atq; indicium factura. Hæc ecclesiæ professio cõfessa, sufficiat. Cauendi hæreseos autores, qui signa ea præterijsse lallant, blaterantq; omnia. Quid rabulæ hi noui aliud quęrunt, q̃ vt singularis eruditio-

Diẽ extremũ horrẽda signa sunt præcessura.

Diei extremi signa hæretici dicũt ꝑterijsse.

ditionis & illuminatiōis admirabiles eos acciperatis, quasi in ipsis solis sapientia Dei sibi sedem elegerit, & toti mundo tripodem sacrum, vnde om̄is veritas petenda, nunc tandem eos emiserit, patribus primitiuæ ecclesiæ in Trophonium antrum Cimeriasq; tenebras ablegatis? Sunt quidem plures gerræ, quibus sensus incautoꝝ hodie irretitos detinent, in carne consectaneorum discipulorum gloriantes: sed nullus æque est error crassus. Vnde meo iure vel ex hac sola impostura & sycophantia, Signarios, hæreticos eos vocare possim, ꝙ signa hæc cōtra communē sensum ecclesiæ, pro eoꝝ libitu quoquoversum torquere ausint. Et quos in vno hallucinari videmus, ijs nemo sanus in cæteris fidem adhibebit. Sed valeant venditores fumi, nos ad euangelistam nostrum redeamus. Lucas non exprimit signa, quæ domin⁹ diei nouissimo prȩuia fore dicit. Futura signa in sole, luna & stellis recenset: sed quæ & qualia, non exprimit. Matthæus & Marcus exprimunt, in hȩc verba: Sol obscurabitur, & luna non dabit lumen suū, & stellæ cadent de cœlo, & virtus cœloꝝ cōmouebitur, & tunc apparebit signum filij hominis in cœlo. Et tunc plangent om̄es turbæ, & videbunt filium hominis, venientem in nubibus cœli cum virtute multa & maiestate. Et mittet angelos suos cum tuba & voce magna, & congregabunt electos eius à quatuor ventis, à summis cœloꝝ vsq; ad terminos eoꝝ. Hæc verba Matthæi, quasi epexegesis quædam, Lucæ lectionem illustrāt. Sol & luna signa fixa sunt & rata, scd̄m scripturam luminaria maius & minus appellata. Hæc duo luminaria præcipua, sub diem Christi obscurabuntur, officij sui finē ostendentia, & diem iræ, diem calamitatis & miseriæ, diem magnam & acerbā valde, vt ecclesia dicit, adesse indicātia. Adeo bruta elementa, hoc est, ipsa natura, tremendum illum diem expauescunt. Timoris aptissimū epitheton est, pallidus. Expallescent itaq; luminaria cœli, simulac Dei iram incumbere sentiunt, & sese quodammodo occultabunt, hoc est, tristi habitu iram Dei adesse testabuntur. Hæc, o homo, imis præcordijs committe, & quoties vel solem vel lunam intueris, fac tibi subeat eius implacabilis iudicis truculentiæ, etiam brutis elemētis expauescendæ. Miserū te & miserabilem, pauperem, cæcū & nudum considera, & fac vestimētis albis induaris, ne tūc appareat confusio nuditatis tuæ, iuxta vocem angelicam Apoc. 3. Adde ꝙ appropinquante atq; irradiante splendore maiestatis Dei, elementorum iubar disperiet: quo admonemur, vt filij eius lucis, q̄ Chr̄us est, esse contendamus. Stellæ cœlo affixæ sunt, ad noctis horrorē temperandum. Nox secundum poetas, curarum nutrix dicitur: & noctē sine siderum temperatura, horrēdam speciem præ se ferre, Silius in 16. insinuat, dicens: Tenebræq; horrenda silentia alebant. Idem fere Philo siue Salomon Sap. 17. Stellæ itaq; finem mundi adesse, iramq; iudicis prȩ foribus esse prȩsentientes, longe secus atq; hactenus fecerunt, sese gerendo, nocti nō solum amicum & gratum lumen negabūt, sed & e cœlo pauidȩ dilabentur. Timoris proprium est, contremiscere & collabi. Vnde & tremo, pro timeo siue metuo accipit, iuxta hoc Maronis: Hinc aliud nouius miseris, multoq; tremendū: id est, timendum. Trepidabūt itaq; astra ipsa & corruēt, iram Dei ingruere significatura. Deliquiū solis & lunȩ, quȩ & post Christum hactenus à condito mundo accidere, signa sint nec ne, parum ad hanc lectionē facere arbitror. Neq; eñ adeo sumus ignaui, vt eclipses eas, quȩ quodammodo naturales sunt, huc saltem referendas contendamus: horrorē eum diei extremi, quem omnia elementa sustinere non possunt, eleuaturi.

¶ Allegoriam si quis requirat, cohortem Antichristoꝝ, hoc est, hæreticoꝝ, in terra grassantem, obserua solis lampada obscurare. Christo eñ qui veritas est & lux hominum, vim inferunt, magis de verbo dñi, q̄ de veritate dñi, cuius ecclesia est basis, sibi placētes, hȩretici. Vnde Sol iustitiȩ Christus, mundo (id est hæreticis) lumē suū subtrahit, suis eos nebulis & erroꝝ tenebris relinquens. In hac potestate tenebraꝝ Phœbe germana Phœbi, non conturbari nō potest: hoc est, ecclesia catholica, cuius luna symbolon habet, ab hæreticoꝝ intemperie misere tentata exercebit. Stellæ etiā cadunt, hoc est, sanctoꝝ patrum autoritas extenuatur. Daniel orthodoxos patres, qui ad iustitiā plebem erudiunt, stellas vocat æternitatis: eorum præcepta, hæretici, vt suas nænias statuant, flagellant & conculcant. Post hæc omnia, humanis rebus oritur turbatio, hæretici catholicum sensum dedocendo, hæreticoꝝ asseclæ communem dediscendo, multum sibi ipsis negocij facessunt. Plurimū autē curaꝝ molestiarūq; miseræ plebeculæ pariūt. Inde tot tumultus, tot conspirationes, tot proditoriæ fraudes, tot bella & cædes nascuntur. Veritatem allegoriæ hæc nostra nimium nimiumq; arguunt tempora. Hostilē eum furorem, quo alij in alioꝝ exitium imminēt, in graues Turcas conuertat Deus pacis Chr̄us Iesus. Amen.

Hæretici signarij noui.

Signa solis & lunæ.

Stellæ cæli signū.

Allegoria signorum extremi diei.

Solis mystica obscuratio.

Lunæ turbatio.

Stellarū casus.

Et in terris pressura gentium.

Animantibus brutis, bestijs, pecori, montibus, rupibus, arboreo herbaceoq; generi quid tūc portēti accidet, nullus euangelistarum cōmemorat: saltem id mali, quod homini-

Gentium pressura.

minibus tunc continget euenietq́ꝫ, subindicant paucisq́ꝫ recensent. Pressurā gentibus Hebræisq́ꝫ obstinatis, vnà cū oībus Christū ignorātibus, interminaẗ. Erunt q̄dem etiā tum fideles in terra, habebit in orbe Chr̄us ecclesiā, sed fideles tāti mali erūt immunes. Ethnicis & exteris hęc p̄sens angustia prænunciatur. Germanicus interpres dictionē, gentiū, eludēs, ludificaẗ, vt textus eius opinionem cōfirmet. ¶Quid aūt hoc sibi vult, quod ethnicis & exteris q̄buscunq; populis hanc pressionem prædicit? Et quid ipsa demū pressura p̄ se fert? Populū Dei, malū tāgere nō potest, vtpote quē (iuxta Psalmistam) fluminis impetus lætificat. Gentes saltem intus & extra anxietate prædicta corripientur, mundoq́ꝫ laborante laborabunt, hoc est, vmbratilē plane & morti nō absimilem vitam viuent, nesciī quo se vertāt. Nec saltem animi inopes nutabant, sed desperabundi concident prorsus. Hoc est quod Lucas primo ponit συνοχὴ coarctatio, dein ἀπορία perplexitas. Illa præeunte, hoc non sequi nō potest. Hanc coarctatiōis & perplexitatis cohærentiam catenatam, in naufragiis, in incendiis & obsidionibus, & in aliis huiusmodi discriminibus, frequenter experimur. Israelitæ etiam cum legem acciperent, experti sunt synoche hoc suam gignere aporiam. Christus quoq; ipse dicit Luc. 12. συνέχομαι, id est, coarctor, supple, dum perficiaẗ passionis baptismus. Et Apostolus Philippen. 1. hoc verbo vtitur. Quid vero sibi dictio ἀπορία velit, Galat. 4. liquescit. Et Acto. 2. legitur διηπόρουν, id est, perplexi erant. Germani dicunt, **Ein hartes anligene.** Breuiter, hæc duo verba ethnicis & Hebræis pertinacibus foris calamitates, & intus horrores desperationis comminantur, in signū diei extremi, & creaturarum omnium dissolutionis.

Præ confusione sonitus maris & fluctuum.

Sonit' maris sub extremū diem qui.

Ennosigæus & Amphitrite tales voces, quales aliàs, cū Aphricū Icareis fluctibus luctatur, edere consueuerunt, nō edēt. De fluctuum maris fremitu siue murmure perhorrendo, legitur Esa. 5. Hier. 31. &c. Sed nihil ad fragorē atq; murmur hoc, quod hic prædicitur. Nulla vnquā tanta Enyo in mari audita, quantos tunc sonitus edet mare supra naturam turbidū. Sonitus eos nō accolæ maris solum, sed & continentis terræ cuiuscunq; longinquæ auribus haurient tinnientibus. Sic mare sese significabit munere alendorum piscium, gestādarum nauiū, coralioꝝ vnionumq́ꝫ pariendoꝝ esse perfunctum. Si vspiam vel in sacris vel in prophanis literis insanum & rabiosulum fuisse describitur, certe & tunc, cum diem horrēdum eum adesse significabit, furere dicendum. Exanimauit Ionam prophetā: Apostolis, Christo in nauicula dormitante, mortem intentauit: Paulum infestauit: q̄s igitur corde satis cōcipiet, q̄to fragore impiis horrorē incutiet, irā Dei præsentē indicans? Cuperēt cum Pharaone semel obrui potius, q̄ Christi iudicio sisti. Immēsum hoc elementum, signis editis, dn̄i sui ac nostri aduētum habet intimare. Aduentum aūt non talem, qualem Solymæ in ramis palmarū, (vt cum ecclesiasticis loquar) quando pueri Hebręorum sacrosanctū Osanna proclamauerunt, vidit: sed eum, qua dn̄s omnes gentes in vallem Iosaphat cōuocabit, disceptatum cum illis: diem inquam eum, quem bellicus lituus & tuba angelica, nō mansuetum agnum, sed sæuum crudelemq́ꝫ leonem aduentare testabitur. Horridulum eum & terribilem diem, mare attonitum & consternatum crudeli murmure intimabit: vt sali fragor cum clangore buccinæ angelicæ conueniat. Faxit Deus, nos ad veram pœnitentiā hæc tanti horroris prognosis commoueat. Amen.

Arescentibus hominibus præ timore & expectatione, quæ superuenient vniuerso orbi.

Supra prædixit gentes sub Sisiphi saxo misere laboraturos: nunc de reliquorum mortalium, non gentium, malo & onere, quo tunc quoq; deprimentur, vaticinatur. Fac ethnicos quoq; homines esse. Euangelista tn̄ inter hoīes & hoīes hic clare discriminat. Ethnici sunt, homines Dei ignorantes, horum iudicium, tanquam leuius p̄mittit: dein maris obstupescēdos subdit fluct⁹, & postea rursus alia & alia grauiora mala comminatur mortalibus: certe non ethnicis, sed apostatis, hæreticis, & quibuscunq; pseudochristianis. Tabescendo dicit huiusmodi cohortem reproborum, præsentissimum Dei iudicium expectaturam: quippe quę de haccе re sępenumero legerit, & pro rostris hoc de negocio frequenter audiuerit. Sed audisse & legisse, immo etiam nosse hoc, magis molestū erit, quàm consolatori. Arescent homines sub extremo die. sed qui? vtinam secundum euangelistam, præ motu plane deficient & exanimabuntur. Accidet illis, quod de Aegyptiis memoriæ proditum est, timore perculsi illius quæ instabit, faciei, æstimabunt deterrima esse, quæ videbūt præsentia. Dictio Gręcanica ἀποψυχόντων, qua Lucas vtitur, sonat animi defectionem: Germanice, **Seel lôs.** Timorem eum & animi defectionem, causabitur expectatio incumbentis & præcogniti mali. Gentes, quia de die illa tremenda nihil vnquam

quam audierunt, minus tangentur, quanq̃ & illorum anxietas, immensa & ineffabilis erit. Non hoc mirum, cum & Christus ipse dicat, Sodomitas & Gomorrhæos priscos eos, ad iudicium remissius resurrecturos. Quis ergo tanto preditus est ingenio, qui anxietatem eam, quæ pseudochristianos manet, digne pro re possit æstimare? Ineffabilis, ille horror & collapsus animorum: sed longe miserabilius erit, ꝙ præfracti & pertinaces in reprobum sensum venditi, non inuitabuntur tantis malis ad dignam pœnitētiam. Nam bona parte similes erūt sontibus in vincula datis, ipsumq́; omni hora atq; momento carnificem expectantibus. Hanc expectationem quis non videat mortis acerbitatem superare, ne dicā æquare? Prophani scriptores, qui de cōscientiæ stimulo & verme nihil nouerunt, saltem externi mali expectationē vel ipsi morti contulerunt. Vnde apud Comicos sæpe legitur: Perij, Occidi, Metu exanimata sum, &c. Electi etiam expectabūt ea, quę vniuerso orbi incūbent, sed non desperabundi. Erit em̄ & ijs, qui in peccatorum abyssum non deuenerūt, dolor ille in satisfactionem. Similima erit electorum expectatio insonti & iusto homini, præter meritum in neruum atq; latomiam coniecto, omni momento assertorē expectanti. Bone Deus, qualis erit impiorum expectatio, cum viderint aduersus se creaturam armatam, Sap. 5. cumq́; ipsoꝶ cōscientia, accusatrix eorū erit sæuissima, & diei iudicijq́; instantis index certissima? Sunt prædicta mala, omniū horribilium horribilissima: sed pax ea, qua iam impij abutendo, longe impijs execrabilior: quippe qui iam peccatum peccato, sanguinem sanguini aggerentes, pœnitentię sibi locum ipsi præcludunt. Iam, inquam, læti & securi pergræcantur, genio indulgent, splendide epulantur, purpuris sese comunt, latrocinia & bella meditantur, conspirant, emunt, vendūt, cantant, saltant, ludunt: vxorij, immo effœminati etiam lenocinantur, cum omni auiditate carnis omnigenis desiderijs inseruiunt, solis & lunæ splēdore tranqlli redditi. Stellæ adhuc in cœlo fixæ, noctem reddūt placidiorē: vnde noctu iebriant, grassant, & libidinat, fiuant vero magis & equiūt vētres obesi & beluæ immanes. Atq; hic iteꝶ vides, dogmatistas nouos nostrates fœde errare, q hic frigidā suffundētes, tāta mala fouētes, puluinar scabiosis brachijs subijciētes, dicendo signa ea terrifica oīa esse & visa & audita. Nā vtut sat signoꝶ, ad pœnitentiā & satisfactionē sat ponderis habentia, etiā lapides motura, præcesserint: futura tamen adhuc creduntur ea, de quibus

Electos diei extremi horrēda signa non exanimabūt.

Pax impiorū pessima.

Signarij hæretici pestilentes.

hæc præsens lectio euangelij agit.

Obseruatu dignū est, ꝙ Latina versio habet, vniuerso orbi. Submonet enim ista lectio, metuenda hæc mala, quæ hic prædicuntur, non in aliquo terraꝶ angulo, sed in mundo vniuerso futura. Orbem vniuersum apud Lucā hic Greci οἰκουμένην, Hebręi Thebel vocant. Vnde hoc, quod iam diximus, facile colligi potest. Consentiunt em̄ linguæ, vniuersum terræ orbē exprimendo. Primū aduentū sola Iudęa cōploratum habuit: secūdus aduentus dn̄i, & repentina toti⁹ plasmatis dissolutio, manifestabit orbi vniuerso. Nec hoc solū, oportet em̄ & vniuersos & singulos ad iudiciū eius, q oīa condidit, sisti. Vnde & extremū hoc iudicium, Lucas hoc loco vocat iudiciū œcumenicum: hoc est, generale vel vniuersale: Germanice Der gantzer welt gericht. Iudicium hoc nulla natio, nulla regio, nullus mortaliū status effugiet. Omnis caro hic dn̄m suum, sed aliter & aliter, videbit. Fideles iuxta atq; īfideles, boni simul & mali, viui vnà cū mortuis, apparebunt hic oēs, aut maledictionis, aut benedictionis, sine om̄i psonaꝶ (q̄d tn̄ hodie magnatū fæx ridet) respectu, sententiā audituri. Quod pius & electus qsq; sibi semp ob oculos ponat.

Secundus aduentus Christi toti mundo erit manifestus.

Iudicium extremū œcumenicum.

Nam virtutes cœloꝶ mouebunt.

Præcipuū hoc signū est, atq; excutiēdo cordis humani torpori efficacissimū. Sensus est: Neq; cœlū ipsum, vt interim de terra sileā, tanti horroris erit immune. Cōmouebit em̄, vt nobis adumbret, qualē illum diem extremū, diem resolutionis creaturarum, fore credamus. In hac lectiōe euāgelista primo de cœli signis exorsus est. Hic iteꝶ redit ad ea, id quod supra dixit, exaggerādo. Addit hic, etiā virtutes cœloꝶ, q̄ à condito orbe semper, vt Boethius dicit, antiqua lege haud vnquā solutæ, propriæ stationis opus liquerunt: sub aduentum secundū dn̄i concutiendas, & mutatiōe quadam occasum suū instare subindicaturas. Verbum mouebuntur, poterit reddi, nutabunt, vacillabunt, siue titubabunt. Domus ruinosæ nutant: lassi & debiles, titubant atq; vacillāt: sic & machina cœli occasum suum sentiens, vacillabit, labeturq́;. Immo etiā quasi ariete concussa, labet & corruet. Verbū dn̄i, quo elementa dissoluent, malleus est cōminuens om̄e robur. Apud Matthęū & Lucā Græcū σαλεύω significat concutio. Vnde deducit σάλος, id est, fluctus (intellige) fluminum, quæ dictio etiā supra legitur. Exprimit hæc dictio, motionē cœli talem fore, quales iam videmus maris & fluminū vndas, huc atq; illuc ventoꝶ decertantium inter se violentia agitatas atq;

Cœlū cōmouebit.

Extrem' dies, dies redēptionis.

¶Dicet quis:Ecclesia fatetur, Christū vel sua nos natiuitate de diabolica potestate liberasse: eadē & subinde confitet, eūdem per sanctam suā crucē nos redemisse: quæ ergo est illa redēptio, quā nos Christ⁹ hic iubet expectare? Respondeo, vere quidem per sanctā natiuitatem & passionē Christi, in libertatē assertos nos credimus: sed eius liberationis creditæ nulla nobis fruitio adhuc contigit, præter eam quam spe possidemus. In illa vero die, vsum ipsius liberatiōis vniuersa accipiet ecclesia. In primo aduentu, quantū ad sacramentū fidei, ab interitu sumus vindicati, atq; in spem viuam perducti. In secūdo, spei mercedem Christus elargietur: tūc non erit vltrā tentatiōis locus, qui interim in hoc seculo electis, in meritoꝝ occasionem, relinquitur. Tunc & animi passiones, quas Græci pathos vocant: tūc & omnis carnis contagio & morbus, tunc & ipsa mors, eaq; duplex, penitus abolebitur. Hanc talem redēptionem, quæ nihil aduersitatis reliqui pmittit, hic dñs tangit, dicens: Prope erit redēptio vestra. Hanc scholastici vocāt rei, cū illa, quam in hac vita credentes spe possidemus, fit spei. Ἀπολύτρωσις apud Lucam, hoc quod iā diximus, satis approbat. Est eñ secundum Theophylactum cōsummata redemptio, hoc est, absoluta omniū malorum, corporis puta & animæ, euacuatio, ipsius etiā legis mortis abrogatio. Capitis erectionem, item veteres intellexerūt ouationem & gaudium, quod vocāt Hertzlich freude. Vide Bedam. Comperi apud Dauida hoc ipsum verbū Psal.24. Seu Rase chem, hoc est, leuate capita vestra, itē apud Zacha. cap.1. vbi fere eadē verba legūtur. Atqui sensus eorundē verboꝝ in præmissis locis, huc non adeo quadrat. De eleuatione manuū, oculorum, vocis, cordiū & animoꝝ, multa in scriptura exempla habemus, ad hunc locū facientia. Sed omnium maxime conuenit, quod Iob dicit cap.10. Lo essa rossi, hoc est, Non leuabo caput. Q.d. Tanta est confusio mea, vt ne caput quidem attollere ausim, oculosve subrigere. Confusos & abiectę spei homines, capita demittere & oculos deijcere solere, videmus exemplo Achab 3.Reg.21. Inclinant itaque capita sua Christiani in hoc seculo, quod semp infensum & contrarium experiuntur. Ludibrium sunt pij huic seculo, quod etiā Dei sapientiā e sublimi deridet, Esa.1. Prouer.1. Promittit ergo hic sapientia æterna, sese reditura ad vindicandū eā iniuriā subsannationēq;, & ad cōmutandū risum impioꝝ in luctum, Iacobi 4. Prouerb.1. Tūc stabūt iusti in magna constantia, erectis nimiꝝ capitibus, aduersus eos q se hic tātis affecerunt iniurijs, Sap.5. Non absimile est, quod de eleuatione capitis legitur 2.Reg.2. Iob 11.&c.

Caput erigere, quid?

Et dixit illis similitudinē: Videte ficulneam & omnes arbores: cum producunt iam ex se fructum, scitis quia prope est æstas. Ita & vos cū videritis hęc fieri, scitote quia prope est regnum Dei.

Vides Christi erga nos amorem. Cōsolatio præmissa, quæ obscura non est, ex pręsenti parabola plus lucis accipit. Adeo Christus vult intelligi, & verba, quæ nobis clara loquitur atq; elucidat, custodiri. O appositam & accommodatissimā similitudinem. Eia, quàm scite quadrat, quàm cōuenit. Vulgaris quidem est parabole: sed æterna sapientia ita submonet, difficiliora & scrupulosa scripturæ loca, nudis & tritis exemplis declaranda, & animis simpliciū, haud secus atq; filum acu, ingerēda. Ne ergo pudeat ecclesiasten, Christi & prophetaꝝ exemplo rudem plebeculam gnomis huiusmodi instituere simplicibus, modo apte adducantur. Sed similitudinē ipsam videamus. Ficulnea, inquit, & omnes arbores gēmantes atq; comantes, æstatē adesse arguūt: sic & vos, cū videritis elemēta pręPdicta edere signa, certo vobis persuasum habete, regnū adesse cœloꝝ. Attendite ergo: nam quamprimum signa ea videritis, extemplo regnum cœloꝝ credite secuturum. Hyemis epitheta sunt, sterilis, horrida, informis &c. Soluitur, inquit Horati⁹, aeris hyems grata vice veris & fauoni. In hac ærumnaꝝ acuta bruma vult nos Christus patiēter maleuoloꝝ intemperiē ferre, vt nos æstas gratissima, omnium mercedē laboꝝ adferens, exhilarare possit. Sic & Iacobus dicit cap.5. Ecce agricola expectat preciosum fructū terræ, patienter ferens, donec accipiat pluuiam temporaneam & serotinā. Pijs & operosis æstas illa frugifera, spicea, atq; adeo pauperi cuiuis gratissima, promittitur. Impij post huius mundi hyemem, torridā & igneam, & p hoc bis ærumnosam, æstatem sentient: & q̄d Iob dicit cap.24. Ad nimium calorem ab aquis niuium ibunt. Abel pius pastor & fidelis quicunq;, in illa æstate celeuma Solomonicū Cant.2. psallet. Hyems abijt, imber transiit & recessit, flores apparuerūt, tēpus putatiōis aduenit. Vox turturis audita est in terra nostra. ficus ptulit grossos suos. Vineæ florentes odorem dederunt. Et hoc Poetæ, suum euentum effectumq; sortietur:

Similitudines tritæ & castę nō dedecēt pconē Chri.

Seculum futurum æstas est.

Et

Et nunc oīs ager, nunc oīs parturit arbos: Nūc frondēt sylux, nūc formosissim⁹ ann⁹. Tunc ridebūt ij, q iam lugēt Luc. 6. Tunc durū & impœnitens cor, q̄d iam lætat̄ atq; in croceis degit, quā sibi hic iam colligit, irā Dei audiet: Amice, recordare q̄ tu bona in vita recepisti, Lazar⁹ vero mala. Vnde hic nūc reficit̄, tu vero cruciaris Luc. 16.

Regnum cœlorū.

Regnū cœlo℞ Chr̄s hic vocat patriā cœlestē, eā in qua iā nō erit clamor neq; dolor. Hāc nouā Hierusalē postulamus q̄tidie nobis dari, dicētes: Adueniat regnū tuū. Huc & latro pœnitēs respexit, dicēs: Memento mei dn̄e cū veneris in regnū tuū, Luc. 23. De hoc regno dicunt Paulus & Barnabas: Per multas tribulatiōes oportet nos intrare ī regnū cœlo℞. Est, fateor, & regnū cœlo℞ intra nos, vel ī hac vita, Lu. 17. nēpe in euāgelio, fide, iustitia, pace & gaudio spūs sancti, Roma. 14. Verū qm̄ & regnū diaboli vnà cū regno Dei, hūc mundū occupat, in ęnigmate & speculo habet̄, 1. Cor. 14. & eius vsus est ex parte. Cū aūt p̄dicta signa trāsierint, & dn̄s sublimis in nube venerit, tūc absoluta regni cœlo℞ fruitio nobis cōtinget: hoc nimi℞ regnū, in q̄ diabol⁹ infestabit neminē, ī q̄ mors nō terrebit aliquē, & in q̄ oīa mala (vt supra, vbi de liberatiōe p̄fecta egim⁹, dictū est) euanuerūt, & ī quo innouata videbunt̄ oīa. Vt ordinē siue cōtextum lectiōis euāgelicæ, videam⁹ minime esse ociosum: Primo ait, Appropinquabit redēptio vr̄a: dein subdit, Quia p̄pe est regnū Dei. Vetera primo transeūt, dein noua fiūt oīa: cessante maledictiōe, nihil nisi ipsa manebit plena & p̄fecta benedictio. Huc facit verbū Ap̄li 1. Cor. 15. Dein finis, cū tradiderit regnū Deo patri, & euacuauerit oēm principatū & potestatē & virtutem. Matthæus describit gnomē sic: Ab arbore fici discite parabolā: cū iam ram⁹ eius tener fuerit, scitis q̄a prope est æstas. Ita & vos, cū videritis hæc oīa, scitote qm̄ prope est in ianuis. Quantū ad veritatē lr̄æ, errāt qui hic legūt Germanice: So sehet ihrs an ihn. Videbitis in illis. Nam ἀφ' ἑαυτῶν non refert̄ ad arbores, sed ad discipulos, q omnia hęc ipsi, etiam nullo admonente, vident & agnoscūt. Simile huic est q̄d legit̄ Luc. 12. Quid à vobis ipsis nō iudicatis q̄d bonum est? Errant etiā, q hic legunt Germanice, wan ihr dis alles sehet an gehen. Cū videritis hæc fieri. γινόμενα siqdē nō significat inchoari, sed fieri. Germanicus versor, finem operis p̄ inchoatione siue exorsu accipiēs, magis friuolæ suæ opinioni, q̄ veritati literę inseruire videt̄. Quod submoneo, vt q̄sq; videat, cui interpreti fidem adhibeat.

Amen dico vobis, quia non præteribit generatio hæc, donec oīa fiant.

Antipophora est, qua ostēdit tēpus hoc nō adeo lōge abesse. Israeliticā gentē dicit adhuc sup̄futurā, siue reliqui fore. Supra dixit, Ethnicos cū pseudochr̄ianis vsq; in illū diem p̄māsuros: nūc altius, certo cōsilio, idem & de Iudæis subdit, respiciēs in captiuitatē eā, qua iam culpa suapte deprimuntur: adeo, vt nō immerito de reliquijs hui⁹ gentis aliq̄s desperaret. Sed dn̄s, q̄ eius est lōganimitas, qua oēs saluos vult fieri, quiq; oīa nouit, p̄dicit reliq̄as ei⁹ gētis, partim in conuersionē, partim in condemnationem earundem, permāsuras. Hæc est catholica exegesis verbo℞ Chr̄i, per verbū generationē, hoc loco gentē Israeliticā accipiētis. Nec refert, quidq̄d alibi tali sermone sentiat. Quale est illud Mat. 12. Generatio mala & adultera signū quærit. Itē 16. O generatio incredula & p̄uersa, quousq; ero vobiscū? Luc. 7. 17. vbi saltē loq̄tur de gente Israelitica, ergo neq; hic de alia loqui putandus, p̄sertim cū & circūstantiæ hic opinioni nostræ suffragent̄. Ferendū esset, si dogmatistæ neoterici interpretarent̄, hæc generatio, ætatem hoīs, quasi dixisset dn̄s: Vos tunc adhuc sup̄stites, hæc oīa videbitis. Nā & sic hebraicū דור, q̄d frequentissimū in scriptura occurrit, accipiendū: q̄ppe vbi nos habemus: Om̄is generatio, siue e generatiōe in generationē. Et forte illud Salomonis: Generatio p̄terit, ḡnatio aduenit. Sed sensus ille hic ægre cōuincet̄: neq; em̄ sunt adimpleta om̄ia, de q̄bus Chr̄s dicit. Vnde sequeret̄, dn̄m fuisse mentitum. Quod si horrendū sit dictu, cōsultum est, glossæ autorem erroris notari, qm̄ & aliàs nō raro hallucinat̄. Dicat q̄s, p̄dicta cōpleta esse tēpore coętaneo℞ Chr̄i. Respōdeo: Dn̄m hoc ipsum hic nō solū agere, verum etiā prædicere signa suū aduentū pręcursura, cū hic clare dicat̄, Donec * hæc oīa fiāt. Sed nemo statim dixerit hæc oīa perfecta: peccāt ergo, q hoc, tanquā illuminatiores alijs, pro cōcionibus publice docēt, & anilibus suis lr̄is in lucē edūt, facta, pro fieri incipiūt, accipiēdo. A quo sensu, tā Matthæi, q̄ Lucæ abhorret lectio, tantū illo℞ quadrat opinioni. Porro si vaticinatio dn̄i, de excidio saltē Palæstinæ esset dicta, sensus eo℞ cōstiterit, cū regio illa hoc ipso seculo, quo hæc à Chr̄o dicta sunt, sit expugnata. Origenes simul ac multum diuq; in hoc loco sudasset, tandem in sensu acquieuit, quem ad confutandos dogmatistas nostrates, ab illo literis commendatum dixeris.

Cœlum & terra transibunt, verba autem mea non transibunt.

Paulo suprà, more suo, p̄dicta oīa confirmauit ꝑ hebraicū Amen, q̄d Chr̄i ꝓpriū est iusiurandū, & vere siue sane, potest reddi. Nūc robustiori ꝑsuadēdi genere verbū suū perpetuat, ꝑ aliā s. prophetiā, quā priori subnectit: dicens, nō solū futura ea signa p̄dicta, sed & coelū cū terra vnà resoluēda, verbo suo stabili permanente. Quod charissimi obseruatu est dignissimum. Hic siquidē nobis insinuat, verbum dn̄icum pluris esse, q̄ sunt coeli & terra. Certius & durabilius est verbū dn̄i vtroq; elemēto, quae alioq oēs sunt durabilissima. Quot hoīes & bestiae exactissima aetate cōciderūt? q̄t robustorū venatoꝝ myriades? q̄t potentissimę monarchię & regna? q̄t sectae phōrum & plebiscita euanuerūt? Quidquid id est, p̄teriit, & q̄dāmodo periit omne, coelo adhuc integro cōstāte & terra. Sed q̄tulacūq; vtriusq; elemēti ē viuacitas, verbo Dei collata? Qui hoc? Verbū Dei priꝰ fuit coelo & terra, ergo & post vtrūq; ꝑmanebit. Haec, plasma sunt, quare cū caeteris creaturis habēt perire. Illud est, per q̄d oīa sunt: interire ergo nunq̄ potest. Scitū est, q̄d hic Origenes dicit: Verbū q̄d ante creaturā erat, cū creatura cōcidere nō potest.

Verbum Dei constabit, coelo & terra defluentibus.

Coeli & terrę trāsitus q̄s & qualis.

Transitus hic coeli & terrae, nō est accipiēdus ꝑ abolitione & redactiōe in nihilū, instar fumi, vaporis & bullę aliarūq; reꝝ, q̄ ita euanescūt, vt nihil de illis reliq maneat. Dn̄s nō dicit p̄dicta elementa peritura, sed trāsformāda & immutāda, iuxta hoc Stridonēsis dictū: Immutatiōe, nō abolitiōe, sui trāsibūt: vt et hoc Ecclēs 1. cōstet, Terra manet in aeternū. Transibūt itaq;, nō quo ad essentiā eā, qua in principio creata sunt, sed quātū ad formā & officiū. Iam sol, luna, stella, terra, mare, oīa hoīm seruiunt vsui. Vnde postq̄ mortales glorificati, corruptibilitate & oī carnis corruptione exuta, ipsam immortalitatē atq; beatitudinē induerint, rite officiū elemētoꝝ cessabit, & pro hoīs gloriosa immutatiōe, gloriose immutabit. Terra homini q̄bus viuat, tot frugū genera non ꝓferet: mare tot pisciū foetus non edet: sol diei nō praeerit, neq; luna nocti: astra in signoꝝ ac tēpoꝝ discrimē nō radiabūt. Oīa eīm, iuxtà atq; ipse hō, innouabunt, aliā speciē & officiū acceptura. Sūma huiꝰ ꝓfessionis haec esto: quā si ethnici & pleriq; hęretici nō recipiūt, siue ethnici etiā tanq̄ fabulā anilē rident, nō ergo statim in illoꝝ gratiā Chr̄m mēdacij & nugaꝝ insimulās, hāc ꝓfessionem obliterabit. ¶Roges, per q̄d p̄dicta fiet innouatio? Ausculta Petrū 2. ca. 3. nō obscuris verbis affirmantē, ꝑ ignē dissolutionē eā futurā.

Coelū & terra ꝑ q̄d dissoluentur.

Olim piacularibꝰ vndis hae partes creditae sunt, Gene. 7. 8. posthac inueteratā & pene inexpiabilē carnis nequitiam, ignis rapidus & edax penitus absumet: & q̄d per aquā est inchoatū, ignis absoluet. Quis hoc Mercurio Trismegisto, Platoni aut philosopho cuiuis alio, immo etiam angelo de coelo, credat? Rursus cui huius rei Veritas ipsa fidē nō faciet? Breuiter, tam est haec elemētoꝝ dissolutio creditu facilis, q̄ in procliui est credere Deum esse, & eū oīpotentē oīm creatorē. Omīpotentis eiꝰ apl̄m, supra adductū, iterū audiamꝰ, 2. Pet. 3. Latet eos, inq̄t, hoc volētes, ꝙ coeli erāt prius, & terra de aqua & ꝑ aquā cōsistens Dei verbo, ꝑ quae ille tūc mūdus aqua inūdatus, periit. Coeli aūt q nūc sunt & terra, eodē verbo repositi sunt, igni reseruati in diem iudicij & perditionis impioꝝ hoīm. Impios dicit, volētes (id ē, sua ipsoꝝ malitia) nolle credere. Facite ergo, charissimi, veritati credatis. Sed apl̄m deinceps audiamus. Seq̄tur: Verbum hoc nō lateat vos, charissimi, quia vnus dies apud dn̄m sicut mille anni, & mille anni sicut vnus dies. Nō tardat dn̄s ꝓmissionē suā, sicut q̄dam existimāt: sed patiēter agit ꝓpter vos, nolēs aliquē perire, sed oēs ad poenitentiā reuerti. Adueniet autē dies dn̄i sicut fur, in quo coeli magno impetu trāsient, elemēta vero calore soluent: terra aūt, & oīa quę in ipsa sunt opa, exurent. Audite, charissimi, verboꝝ Chr̄i, satis ꝑ se illustriū, interpretē nō poenitendū, ne aliq̄s apud vos scrupus maneat. Caeteꝝ verbo Dei cautiores facti, credētes signa horrēda formidolosam eā diem antecedēdo ꝓludiū aliq̄d exhibitura, coeli & terrae dissolutionē vel angelicae stupendā virtuti, nō discredētes, assertoris nostri aduentū adfore, aut potiꝰ in ianuis adstare, ꝑsuasum habētes: supest vt discamus modū, quo illi nos ꝑparemus.

Modus q̄ se q̄sq; ad instās iudiciū pręparare possit.

Huius rei diuum Petrū porro audiamus: Cū itaq;, ait, hęc oīa dissoluēda sint, quales oportet vos esse in sanctis cōuersatiōibus & pietatibus, expectātes & ꝑperātes in aduentū diei dn̄i, ꝑ quē coeli ardētes soluēt, & elemēta ignis ardore tabescēt? Nouos vero coelos & nouam terrā scd̄m ꝓmissa ipsius expectamꝰ, in q̄bus iustitia habitat. Propter q̄d charissimi, haec expectātes, satagite immaculati & inuiolati ei inueniri in pace, & dn̄i nr̄i lōganimitatē, salutē arbitramini. Audistis apl̄m, ad vitae integritatē nos cohortantē. Vult nos satagere, vt ꝑ bona opa, vocationē nostrā certiorē faciamus in pace, quam peccatores nō habēt. Hoc est sapere: q aliter sapit, desipit. Imparatū te ad diē illā crede, si solam, merā & nudā fidē discinctus & lucernaꝝ orbus, habueris. Plurimū vapulabit, q volūtatē dn̄i sui sciēs, nō perficit. Cauete ergo vobis à pseudoapostolis, ita fidem Christi docentibus, vt hoīes à bonis ope

Fides sola non satis ꝑparat ad iudicium extremū.

operibus & ab ecclesiæ disciplinarum obseruatione frigere faciāt, bonis opibus fideliū protegēdi rationē detrahētibus, quasi mētiatur q dicit: Labor vester non erit inanis per dñm. Consentiunt Apl'i: Petrus vult vt p vitæ integritatē nos ad illā diem pparemus. Idē & apl'us Paulus nobis precatur, 1. Cor. 1. Vigilemus ergo, & caueamus nobis ab apostolis nugigerulis, mentium humanarum dementatoribus. Vigilemus item lumbis succinctis, in opere dñi strenui, qa nescimus neq; diem, neq; horā, quādo dñs veniet. Ad hoc ipsum suā gratiā nobis clementer elargiri dignet pater, filius, & spiritus sanctus, Amen: Cui laus sit & gloria per æterna secula, Amen.

DOMINICA III. ADVENTVS, EVANgelium Matthæi XI.



CVM audiisset Ioannes in vinculis opera Christi, mittens duos de discipulis suis, ait illi: Tu es qui venturus* es, an alium expectamus? Et respondens Iesus, ait illis: Euntes, renunciate Ioanni quæ audistis & vidistis. Cæci vident, claudi ambulant, leprosi mundantur, surdi audiunt, mortui resurgunt, pauperes euangelizantur: & beatus est, qui non fuerit scandalizatus in me. Illis autem abeuntibus, cœpit Iesus ad turbas dicere de Ioanne: Quid existis in desertum videre? Arundinem vento agitatam? Sed quid existis videre? Hominem mollibus vestitum? Ecce qui mollibus vestiuntur, in domibus regum sunt. Sed quid existis videre? Prophetam? Etiam dico vobis, & plus quàm prophetam. Hic est enim de quo scriptum est: Ecce ego mitto angelum meum ante faciem tua, mqui præparabit viam tuam ante te.

PRAEFATIO.



NOstris hisce temporibus hæresis noua, & ea oīm pniciosissima, negans vllā esse pparationē ad gratiam, nisi peccatorē se fateri, etiā corde nō cōtrito. Hoīem siquidē ociose, immo etiā periculose, cordis cōtritione affligi, cū sic gratię obex magis claudat. Speciē euāgelicæ ratiocinationis prætexit hæresis istæc, quasi per eā saltem superstitiosa desperabundaq; doctrina pharisaici fermenti queat refelli omis. Noui hui⁹ dogmatis vet⁹ tradux est: Faciamus mala, vt veniant bona. & nulla fere est hæresis, cū qua hæc nihil cōmune habeat. Contra execrabilē hæresin eā, potissimū facit hic præsens, quā audistis, sacrosancta lectio: quippe quę oēm vallē implendam, collē & montē humiliandū oēm docet, & sic tandē dño viā faciēdā. Illic desperatio, hic elatio castigat: illic pusillanimitas, hic securitas tollit. Catholicæ virtutis hic medium, cōtritio & dolor ad dignos fructus pœniæ, Matth. 3. Luc. 3. afflictio secūdum Deū ad solicitudinē, ad satisfactionē, & ad vindictā deniq; 2. Cor. 7. statuit. Atq; hæc est summa totius Christianismi, qui nihil aliud est, q̄ volūtaria pœnīa, ac p hoc præparatio ad gratiā aliā atq; aliā. Hæc est plenitudo ea, de qua (vt dicit Ioan. 1.) accepimus oēs gratiā pro gratia. De hac q identidē accipit, neq; à barathro supstitiosi metus absorbebit, neq; e psumptiōis deturbabitur pcipitio. Cęterū q aut hic aut illic immorat, grę puius haudquaq̄ esse poterit. Sic pdicatio Ioannis ad ipsum ptinet euangelion, neq; vox clamantis spūs sancti, Pœnitentiam agite &c. transisse est putanda. Ipsam audiamus.

EPEXEGESIS.

EVangelista hac lectiōe, in Chro charissimi, duos nobis hoīes, quorum autoritatē & maiestatē nulla vnq̄ hoīm neq; facundia, neq; ratio adsequetur, ob oculos ponit. Alter est Iesus Nazaren⁹, noster dñs: alter, Ioannes Zacharię sacerdotis soboles, quē nos Baptisten vocamus, q Christū in Iordane baptizādo, auspex quodāmodo eius sacri esse meruit. Vterq; horum nobis semp ob oculos versari debet. Alter eñ grām & salutē nobis pepit, alter p suo officio hui⁹ negocij minister & dispēsator extitit. Illū Matthę⁹ Messiā verum, hūc Heliā typicū describit. Atq; hoc, pmissę lectionis epitome esto. Principio Ioannē in carcere fuisse cōmemorat, sed causam nō addit, reseruās eā vsq; in cap. 14. vbi latiori campo eam psequit, dicens: Herodes tenuit Ioannē, & alligauit eū ppter Herodiadē vxorē fratris sui Philippi. Dicebat eñ illi Ioānes:

Non

Carceres in q̃s pij cõijciunt, aulis regũ augustiores.

Non licet tibi habere eam &c.Sequit, tandem misso lictore,caput illi abstulit ĩ lacu. Quam euangelicam historiam vestra charitas procul dubio nouit. Nosse etiam debetis,desmoterion siue carcerem hunc, Ioanni dedecori nihil fuisse. Nam si verũ est eulogion Reguli,oĩbus fere poetis & oratoribus celebre,Dulce est & honestum pro patria mori:gloriosius est,pro regno cœlorum mortem oppetere. Vnde lacus Ioannis,nulla regum aula cõmutandus. Vincula Ioannis, omniũ fideliũ compedes esse cerũt preciosas:fidelium dico,id est,Christianorũ,qui propter iustitiã patiunt,Mat. 5.Luc.6.1.Pet.4. Hieremias ante Ioãnem carcerem & neruos cohonestauit,cũ propter ꝓpheticã veritatẽ in lacũ ꝓiectus,inedia & sordibus misere maceraretur. Longe ante vtrunq; Ioseph, Daniel itẽ & multi in veteri testamento, vincula & carceres experti sunt,vt fidei testimonio probarentur,Heb. 11. In nouo testamento Petrus & Ioannes Act.5.Petrus Act.12. Paulus & Sila ibidẽ cap.16.Tantum abest vt apostolos vinculoꝝ eoꝝ pudeat,vt magis de illis glorientur,2.Co.11. Et quis captiuitatẽ fratribus nostris,q in Scythia miseri detinent,vitio vertit? Fuge cõsors esse captiuitatis magistri pistoꝝ,Gen.40.Blasphemi Leu.24. Barabbæ Lu.22. Hoꝝ & illorũ carcer tam est dissimilis,q̃ Chri crux & latronis.Scortatio,furtũ,adulteriũ,lenociniũ,incestus,et cętera hoc genus, non solũ lege diuina,sed & ethnicoꝝ sanctiõibus,capitalia habent. Hoꝝ Ioãnes cẽsor intercessit cũ gnarus tũ strenu⁹,ipse vitę integer & sanctus existẽs. Vitia huiusmodi si qs hodie satis rigide carpere ꝑsumeret, similẽ gratiã cũ Herodibus nostratibus inierit. Veꝝ dic,rogo,nunqd Ioãnes in vinculis animum & studiũ mutauit? Minime.Non arundo mobilis,sed constantis doctrinę magister,discipulos etiam in carcere erudit, viãq; salutis ostendere sedulo perrexit. Tali exẽplo etiã Apl's in carcere euangelico negocio instans,e vinculis epistolas ad Philip.Colos.& Timotheum scripsit:vt videamus veꝝ esse q̃d dicit, Verbum dñi non est ligatũ.Quid,ꝙ etiã sancti martyres in vinculis ardentiores sunt facti ad gloriam crucifixi diuulgandam? Sic & Ioãnes discipulorum suorum,quos e carcere erudiuit,satagẽs, duos eorundẽ ad Christum, qui tum Iudæam & Galilæam peragrando, vndique regnum cœlorum docuit,& omne morborum genus curauit, misit interrogatum,an ipse Messias sit nec ne.

Quæstio legis grauissima,q̃

Quęstio sane omnium maxima:quippe de qua etiamnum Iudæi sese torquent, vt qui miserrimi. Andreas cũ diceret ad Petrũ, Inuenimus Messiã,Ioã.1.nõ id putãdus ioco q̃si de re nauci flocciq; dixisse:sed de negocio æternę vitæ,& nulli ethnicoꝝ philosophoꝝ, ne assidua qdẽ inqsitione,inuẽtæ beatitudinis.Hoc est q̃d Iudæi Christũ circũstantes,dixerũt:Quousq; aĩam nr̃am tollis? Si tu es Chr̃s,dic nobis palã,Ioã.x.Huc & pontifex respexit,ad Chr̃m dicẽs:Adiuro te per Deũ viuum,vt dicas nobis,si tu es Christus,Mat.26.Luc.22. Sed quæstiõem eam nunc diligentius exequamur.

Tu es qui venturus *est,an alium expectamus?

Erotema siue interrogatio istęc nihil aliud vult,quàm si dicerent:Tu ne Messias es ille,tot vaticinijs promissus, tot visionibus & gestis patrum designatus, tot secula à patribus expectatus? Quæstio, Mediusfidius, omnium grauissima. Porro hic non accipienda est,tanquam ipse Ioannes aliqd dubitauerit:sed vt alijs cõsuleret,suis maxime discipulis.Iesum antea cum baptizaret, nouit Messiam,vel ex voce summi patris,Hic est filius meus dilectus,&c.doctus.Idem & tum didicit per spiritumsanctum,quem in colũbina specie Christo insidentem vidit. Vnde & sancto indice Christũ verũ omni populo Iesum Nazarenum monstrauit, dicẽs:Ecce agnus Dei qui tollit peccata mundi.Mat.3.Ioã.1. Post hæc omnia, vt hic vacillaret? Quid? Post gloriosam theotocã, & eandem perpetuã virginem, Iesum Messiam esse,ipso Ioãne baptista nemo hominum certius nouerat. Verum quidem est, non suopte consilio discipulos,sed sui magistri,quęstiõem eam fecisse: quod sic Lucas recẽset:dicũt enim: Ioannes misit nos, rogatum te &c.cap.7. Sed sic oportuit negociũ Christi præconij increbescere & celebrius fieri. Adde & hoc,quod patrũ oĩum confitetur concio, & quod supra dixi, Ioannem suorum curam egisse discipulorum.Boni homunciones, quæ humana est fragilitas,exemplo pueri Mosis Nume. 11. pro sui præceptoris nomine zelarunt, Ioan.3.Et qui hoc non facerẽt, cum fere oĩs synagoga Ioannem Christo ꝑferret? Mat 14.Mar.11.Ioan.1. Zelum eum suorum discipulorum grauissimus ille vir patiẽter tulit,illorum infirmitati inseruiens.Occasione itaq; hic nacta,æmulationem eam præsentissime hic duxit corrigẽdam. Non intempestiuum legationis tempus fuit,quod vel ex Luca cap.7.colligere possumus.Puerum centurionis Lucas dicit dominum sanasse, filiumq; viduæ à morte suscitasse.statimq; subiungit: Et exijt sermo hic in vniuersam Iudęã de eo,& ĩ oẽm circa regionẽ. Et nũciauerũt Ioãni discipuli eius de oĩbus his.Hæc facta Chr̃i intelligit Matthę⁹ hoc

Quęstionis Ioannis sensus

lo

loco, dicens: Cum audisset Ioannes in vinculis opa Christi. Opportuno hoc tēpore, misit duos discipulos suos, certo sibi ꝑsuadens, quod & cōtigit, discipulos virtute & sacramēto factorum Christi, ad eius cognitionem posse contingere, ipsumq́ꝫ fidei iubar in eorum cordibus accensum iri. Hæc de quęstione Ioannis, nunc Christi responsum audiamus.

Et respondens Iesus, ait illis: Euntes, renūciate Ioanni quę audistis & vidistis.

O breuem & locupletem respōsionem, Christo dignā. Verborū copia, negociorꝫ omnium est cōperendinatio. Scite neqꝫ negat, neque adfirmat: sed dicta & facta sua, ipsis legatis cōmendat ęstimāda. Arrogantię illi adscribi poterat, si adfirmasset, iuxta hoc quod ipse dixit: Nemo de se testimoniū dare potest. Deinde item, si negasset, fidei catholicæ obicē posuisset, nullo apostolorū labore remouendū. Quis enī adfirmātib⁹ apostolis hoc crederet de Christo, q̄d ille inficias iisset? Neqꝫ item respōdit, Hoccine est testimoniū Ioannis de me? Siccine testem incertum, atqꝫ per hoc vanum, sese Ioannes prodit, qui nunc rogat dubitans, quod olim tanquā certus asseruit? Sed cordium scrutator, videns quo animo Ioānes suos ad se misisset discipulos, horum nihil dixit, facta & dicta sua illis æstimāda committens. In primis hic Christi māsuetudo consideranda. Nouerat (q̄d apud Mat. 9. & apud Luc. 5. legitur) quanto sibi Ioannem ꝓferrent hi duo Ioannis discipuli. Poterat ergo suo iure illis succensendo, æmulationis eos insimulare. Sed mitiss. agnellus, diuina sapiētia plenus, comiter respondit: Renūciate Ioanni ea quæ audistis & vidistis. Age respōsum diuinæ sapiētiæ paucis discutiam⁹. Auditis hic vos discipuli Ioannis, quæ regina Austri vel ex ipso Salomone nō audiuit: neqꝫ item doctrina mea fatua & inefficax est, quale dogma est pharisæorum. Sed neqꝫ Moses, neqꝫ Helias, in operū potentia mihi possunt conferri. Vestrum itaqꝫ Ioānem, si in signorum potentia mihi æquipollet, age Messiam eum credite. Sic & facta sua Pharisæis discernēda obtulit, Ioā. 5. dicens: Opera quæ dedit mihi pater vt facerem, ipsa testimonium reddunt de me. Itē Ioan. 10. Si opa patris mei nō facio, nolite mihi credere. Itē Ioan. 14. Credite mihi, quia pater ī me est, & ego in patre. Sin, vel operibus meis credite. Item Ioan. 15. Si non fecissem opera in illis, q̄ nemo alius fecit, peccatum nō haberent &c. Atqui quænā opa suo Rabbi referenda, duobus illis legatis Christus cōmittit?

Cæci vidēt, claudi ambulant, leprosi mundātur, surdi audiunt, mortui resurgūt, pauperes euāgelizant.

Sex opera misericordiæ Christi.

Hęc sunt Christi opa, non Ioāni saltē, sed omni creaturę denūcianda. Sex sunt nūero, & possunt sex opa misericordiæ appellari, q̄bus soter noster omnibus male habētibus & laborātibus, cuiqꝫ secundū suā volūtatē & vota, auxilio venit. Quid visu priuati aliud cupiāt atqꝫ optēt, q̄ id q̄d cęcus ille q dixit: Dn̄e, vt videā lumen? Quid loripes aliud precetur & affectet, q̄ fieri rectus? Quid lepsus aliud desideret, q̄ à mētagræ atqꝫ impetiginis purulētia purgari? Quid surdus malit q̄ audire? Et q̄re ęgroti adeo ingemiscēdo anhelāt, nisi q̄a mortē deprecantur, atqꝫ adeo vitales sibi auras reddi cupiunt? Quid sitiāt obærati inopes, nisi vt fœnerator, in cuius ære sunt, debitum om̄e remittat, opesq́ꝫ inexhaustas illis ꝓmittat? Quod hæc oīa curtis & affectis q̄buscūqꝫ ꝓstiterit Christus, euāgelica historia luce clarius ostēdit. De captis lumine, habes exēpla Mat. 9. 20. Lu. 18. De claudis vitio pedū laborantib⁹, Ioā. 5. & Act. 3. De elephātiacis, Matt. 8. Lucæ 17. De surdis, Marci 9. De mortuis rediuiuis, Mat. 9. Luc. 7. Ioan. 11. De paupibus euāgelizatis, Mat. 5. Lu. 6. vbi dicit, Beati paupes spū, q̄m ipsorꝫ est regnū cœlorꝫ. Itē 12. Nolite timere pusillus grex, q̄a cōplacuit p̄ri v̄ro dare vobis regnū. Sic Iacobi 2. Nōne paupes elegit dn̄s? Non aurꝫ & argentū, q̄ dn̄s semp in hac vita est auersatus, intellige paupibus data. Argētum & aurꝫ nō est mihi, dicit Petrus Act. 3. Diuitias neqꝫ ærugini, neqꝫ curculionibus, neqꝫ tineis, neqꝫ blattis obnoxias, dn̄s paupib⁹ attulit, in regno nimirū cœlorū beatitudinē verā, ipsumq́ꝫ regnū cœlorꝫ. Est aūt regnū cœlorū paupeꝝ hoc, ipsa felicitas & beata vita, hęreditas bonorꝫ cœlestiū, sinus Abrahæ &c. Lu. 12. 16. Ro. 8. 1. Pet. 1. &c. Cōtrà nulla (q̄d ne ethnicū q̄dē illū latuit) certior

Regnum cœlorum est pauperum.

Rapacis orci fine destinata
Aula diuitem manet
Herum.

Pauperum, inquam, est regnum cœlorū. Monet ergo verbū, vt sibi eos amicos concilient, in æterna tabernacula recipi cupientes, Luc. 16. Nonne mitis, nonne clemēs & benignus dominus, & qui paupeꝝ adeo miseretur? Quibus diuites canes Melitæos & plaudos pręferunt, eos sua gloria dignatur rex regum. Rident diuites pauperum eam felicitatem increduli. Vnde propudiosum Germanorū extat dictum: Cum in cœlū veneris, age ne puluerē oculos meos læsurū, concites. Sed hęc aliàs. Nūc charissimi videam⁹ hæc Ch̄ri facta, etiā à ꝓphetis præ

German. ꝓuerbiū ꝓpudiosum.

Ch̄ri facta à prophetis ꝓdicta.

Christi facta à prophetis ꝑ dicta.

prædicta. Audiatur Esa.35. Aperiētur oculi cæcoꝝ,& aures surdoꝝ patebunt. Tunc saliet sicut ceruus,claudus, & apta erit lingua mutoꝝ. Nōne hoc vaticiniū de Christi factis illustre? Nōne discipuli videntes hæc facta Christi, effectū huius prophetiæ coram viderūt? Adeo facta Christi ex hoc prophetico confirmātur,vt nullus Talmuticus rabbi contrà ausit mutire. Vaticinia petis de euangelizatiōe pauperum? Esa.6. Messias prædicit pauperibus euāgelizaturus. Labasser Anauim,ait propheta,hoc est,ad euangelizandum mansuetis. Septuaginta, quos Lucas secutus est, de paupere intelligētes, Anauim ꝓ Aniim,id est,mansuetos pro paupibus legūt. Per nos hic sensus stabit: vtraq; eñ dictio idem fere significat. Paupes,māsuetiores esse nemo ignorat. Ait ergo ethnicus: Paup amet caute, timeat maledicere paup. Cōtrà,diuitiæ ferociores faciunt,teste Aplo, 1.Timo.5. Vult ibi Apostolus, vt diuites modestiæ admoneantur. Insuper etiam comperi, Septuaginta Anauim aliàs etiā pro paupere accepisse. Nempe Psal.9.10.21.68. Et Rabbi quidam Christianus huius quoq; tēporis, Anauim sic interpretat. Rursus animaduerto, Ani pauper, etiam accipi pro mansueto,cuius nup exemplū habuimus Matthæi 21. Vbi euangelista cum vetustioribus Græcis, ex Zacharia pauper legit. Vnde si Anauim & Aniim pro eodē accipimus, mus,cōuenit huc iam locus prophetæ citatus. Conuenit autem,quoniā & in sequentibus propheta de suppressis & captiuis loquitur. Cæterū & in alijs multis locis Esaias pauperibus Messiæ patrocinia pollicetur,Cap.14. Pauperes fideliter requiescēt. 29. Pauperes homines in sancto Israel exultabunt. 49. Pauperū suoꝝ miserebitur.

Euangelion pauperum.

¶Hæc cōsolatio pauperum,Gręcis dicitur euangelion. Nunciū huiusmodi ferre, dicitur euāgelizare. Quod verbum etiam in veteri testamento secundum Septuaginta frequēter legitur,Psal.67.Esa.4. Naum.1. Paulus &Lucas hoc verbo subinde vtūtur. Vnde ecclesia etiamnum per euangelion intelligit,nuncium gratissimum hoc pacis inter Deū & hominem per Christon recōciliatæ, commissoꝝ peccatoꝝ remissionē, mortis gehennæ mortificationem & cœli apertionē &c. Hæc omnia prędicantur ijs, qui in filium Dei crucifixum vere credunt, & baptizantur. Huc cum omnes spectent conciōes ecclesiasticæ,fit vt & hmōi euāgelium recepto vsu vocentur. Conciones eæ & bonoꝝ cœlestium nuncia, pauperibus magis recepta sunt,quippe q in hoc mundo minus habeant consolationis. Vnde & pauperes replet euangelion bonis, diuites

Conciones vocātur euangelion.

relinquens inanes. Et teste dño, difficilimū est,hominem diuitem in regna cœlorum peruenire. Sed & Christi consolatoria vox pauorem eum,quem opulēti super hoc verbo conceperunt,eximit. Apud homines,inquit, hoc impossibile est, sed non apud Deum, Marc.10. Iuxta hoc Christi, inuenias & diuites regni cœlorum consortes. Zachæus Luc.19. Matthæus Marc.2. Luc.5. Mulieres pleræq; beatę, Luc.8. Tabitha,q̄ & Dorcas est appellata, Act.9. Lydia purpuraria Acto.16. Pauperum tamen maior est grex,qui huius mundi bonorum spe orbus erat, euāgelion facile in spem futurorum bonoꝝ recepit,considerans eas, quas hic mundus promittit,non esse veras diuitias. Diuites multa laqueorum diabolicorum habent obstacula, quibus intercepti, aut euangelion omino non recipiunt, aut receptum,statim relinquunt. Dicit ergo Christus euangelizari pauperes, vtpote quibus illa cōsolatio bene affectis, sapit. Vnde vides Luc.14. Locupletes alia curare. Quid multis? Christus ipse,vt commodius pauperibus euāgelizaret, pauper esse maluit, quod & supra ex Zacharia audistis. Porro cum Deus æque diuitum sit dominus atq; pauperū, nec peculiosos e suo regno excludit. Arbitrio illoꝝ reliquit aut sibi seruire,aut Mammoni. Apostolus ergo & diuitibus euangelizandū monet, ad Timotheū scribens: Diuitibus huius seculi præcipe, non sublime sapere, neq; sperare in incerto diuitiaꝝ,sed in Deo viuo,q pręstat nobis oīa abunde ad fruendū, bñ agere, diuites fieri in bonis operibus,facile tribuere, communicare, thesaurizare sibi bonum fundamētum in posterum,vt appræhendant vitam æternā, 1.Timot.6. Attendite charissimi, bonū Apostolū, meritoꝝ opulētiā ꝑdicātem,vt & ecclesiastas malos, huiusmodi præmia eleuantes, cauere possitis. Bonus apl's & præco pauperis Christi,euangelion diuitibus denunciat, vt studeāt sibi thesaurizare in posterum, fœnerari dño. Ex hac doctrina tot bona ecclesiæ sunt relicta. Malos ergo apostolos agūt, qui hac in re homines segnes faciūt,immo etiam instigant ad auferendum ea, quæ ecclesiæ sunt à maioribus relicta. Hic q Antichristi præcursores non videt, bis cæcus est. Vos igitur o diuites hic conuenio, monēs ne gratias Dei in vacuum receperitis, de nuda & ociosa fide vobis supplaudendo. Neq; eñ sufficit, si semen terræ credatur,nisi & radicē agat,herbescat,& tandem fructus edat. Verba Christi sunt Matthæi 13. ne vaniloquum putetis. Vaniloquus autem & pseudologus vobis habendus,si vobis placētia, fidemq; vmbratilem prædi

Euangelion diuitū etiam,sed paucorum.

Cauendi pseudoꝓpheræ, & qui?

prędicarem. Et quod in pseudoprophetas Esaias dicit:Popule meus, qui te beatum prædicant,ipsi te decipiunt,non immerito in me torqueretis. Satis huius.

Opera misericordię Chri typice accepta

¶Possunt & facta Christi præmissa,mystice intelligi,& subinde fieri. Pater eñ cœlestis vt etiamnum operatur,ita & filius. Ioan.5. Cæci itaq; typice visum recipiunt,illi nimirũ,de quibus Esaias ait:Excæca cor populi huius,puta pharisaici,quẽ & Christus cæcũ vocat Matt.15.& alibi sæpe. Horum vnus, atq; is insignis,fuit Paulus Act. 9. Nicodemus Ioan.3.7.19. Claudi sunt acediosi nouissimi illi,quos primos fecit Matthæi 20. Marc.10. Non multũ abludit ab hoc Christi miraculo , quod trito dicitur prouerbio:Tardus velocem adsequitur. Filius eñ piger ille ad se reuersus,patris iussa diligentius exequendo,suũ erratũ studet corrigere,Luc.15. Sic & Apostolus dicit:Qui ociosus fuit,operetur manibus, vt habeat quod largiatur. Leprosi,hæretici sunt. Lichen eñ,teste Beda , varius vt est & multicolor,sic omnis hæresis sui nõ est similis, sibiq; nõ constat. Mentagra ea mundatur, dum hæretici & schismatici se sacerdotib⁹ ostẽdũt,& cũ Berengario exomologesin,hoc est,palinodiam atq; adeo sacrificium oris facere non recusant. Surdi sunt corda obdurata,vt aspis aures suas obdurantia,quibus plerunq; audiendi aures tribuit,vt dicãt cũ apostolis: Domine,ad quẽ ibimus? verba vitæ æternæ habes. Dñs quoq; de illis dicat,Optimam partem elegerunt,quæ non auferetur ab illis. Mortui exangues resurgunt,& qui in monumentis sunt,audiunt vocẽ filij Dei,teste Apostolo Ephe.2. vbi dicit:Nos, quũ mortui essemus peccatis, conuiuificauit in Chro. Et mera siue ociosa fides,mortua est,quę quũ spe mercedis inflãmatur, reuiuiscit,bonis instans operibus. De morte istac peccati & ocij qui non assurgit,de numero est eorũ, de quibus dicitur Mat.8. Sine mortuos suos sepelire mortuos. Qui vere resipiscẽtes, in gremium ecclesiæ satisfactione non indubia reuertuntur,sunt similes filio prodigo,de quo pater dicit:Filius meus mortuus fuit,& reuixit,Luc.15. Pauperes euangelizantur etiam hodie, quanuis non tanta efficacia atq; in in flore surgentis ecclesiæ. Tum erant omnia omnibus communia: propriũ quidquam possedit nemo. Sed qa verbũ dñi adhuc tenet,in æternũ manens, Deusq; iuxtà diuitũ Deus est atq; pauperũ, nummosos,vel spiritu pauperes esse cupimus,vt & ipsi euangelizentur. Est siquidẽ & vox euangelica:qui possidet,sit tanquã non possideat:date,& dabitur:date,& oĩa erunt vobis munda. Pauperes, patientiæ virtute Christũ referre studeant:diuites, de iniquo mammone sibi pauperes amicos efficiant,certi,in eorũ persona Christum se vel bene vel male afficere. Nemo ergo statim diuites dixerit indignos,nisi illi Christum,de quo bene mereantur,indignũ ducant. Sequẽtia nunc videamus.

Et beatus est,qui non fuerit scandalizatus in me.

Scandalũ crucis.

Ex obliquo hic Ioannis discipulos tangit. Q.d. Hæc mea pcepta & facta,fidem vobis mei possunt ingenerare,& qsi violenter ad hoc pertrahere,vt Ioanni vestro me pręferatis:sed imminet mihi crux acerbissima & turpissima, quam vbi videritis, statim euanescet ea fides. Non eñ omniũ est fides ea,quæ per crucis scandalon nõ dimouetur loco. Hic humana nõ potest nõ deficere infirmitas. De scandalo crucis dicit Matth.13. Qui super petrosa seminatus est,hic est qui verbũ Dei audit,& cõtinuo cũ gaudio accipit illud,nõ habet aũt in se radicem,sed est tẽporalis. Facta eñ tribulatione propter verbũ,continuo scandalizatur. Matt. 24. multi scandalizantur. Discipulis dixit Matt.26. Omnes vos hac nocte scandalũ patiemini in me. Luculẽtius de hoc scandalo iterũ Mat.13.& Marci 6. Veniens in patriam suã,docebat eos. Et dixerũt:Vnde huic sapiẽtia hæc & virtutes? Nonne hic est fabri filius? Nonne mater eius dicitur Maria? Hanc crucis proprietatem & ingeniũ vos latere nolo,qa in huius sacramẽto latet virtus diuina & gloria cœlestis. Beatus magister vester,Baptistes meus,quẽ spũs meus contra hoc crucis scandalon armauit:adeo,vt neq; incumbentẽ sibi mortẽ expauescat. Me vero crux manet omniũ turpissima. Calicem eũ discipulis meis pater meus cœlestis propinabit:vnde miraculi loco nulli sit habendũ,humanã fragilitatẽ hic labi. Accedit huc,φ non adeo claris parẽtibus sum natus. Genitrix fabro lignario pauperculo desponsata,in stabulo enixũ me,in psepe reclinauit,in diuersorio locũ non habẽs, eodẽ tenore oĩs vita mea procedit. Hæc qui saltẽ considerauerit,perijt. Defigendi ergo oculi in facta, quibus pater meus cœlestis me glorificat. Præcepta item mea æstimanda,ipsa siquidẽ & me liquido veritatẽ æternã,consiliatorẽ,magniq; consilij angelon,quẽ Moses & oẽs prophetæ pdixerũt,exprimit atq; declarat. Hæc,inquã,qui nõ animo fideli pensiculate perspexerit,fidei suæ remoram sentiet. Sic me Simeon ruinã & resurrectionẽ multorũ pdixit. In hunc modum Chrs Ioannis discipulos cõtra scandalon crucis obfirmauerit,facta sua doctrinãq; il

lis commendās. Nobis quoq; cōmendatissima esse debent facta doctrinaq; Christi: erunt aūt commendata, si professionē veritatis, factis ipsis exornare studuerimus. Christus, doctor veritatis, ipsa vita declarari voluit: nos itidem eius discipulos, virtutibus declarari oportet. De scandalo crucis vide Apostolum 1. Cor. 1. item Gala. 6. Nunc quæ sequantur, videamus.

Illis autē abeuntibus, cœpit Iesus dicere ad turbas de Ioanne: Quid existis in desertum videre? Arundinem vento agitatam?

Abunde de Christo vero Messia certiores sumus facti. Nunc & de Ioanne, verbis Christi euangelistes nos erudit. Abeuntibus duobus Ioannis discipulis, in eiusdem prçconium dn̄s omnes loquendi habenas relaxauit, nihil, q̄d ad tanti viri prædicationē facere possit, omittens. Sed quare in decus hoc Ioannis, abeuntibus eius discipulis, prorupit? Respondeo: Discipuli iam sui magistri zelo laborabāt, Ioānem Christum putantes, errorē eū ne perpetuaret, atq; (quod aiunt) frigidā suffunderet, p̄sentibus illis, à Ioannis sese p̄conio continuit. Et speciē habet adulationis, si quispiā amicum, sine grauissima causa, coram in cœlū extollat, Deumq; faciat. Adde q̄ & politicum nobis relinquere voluit institutū, morum formator Christus. Vult vt fratres absentes semp de meliori nota cōmendem⁹.

Politicū institutū nobis à Christo datum.

Bonorū item virorū encomion ne æmuli supprimamus, hoc suo exemplo commonet. Citra arduā tamen causam, ne etiā prçstantissimos viros corā laudibus prosequamur, cohortatur. Hoc exemplo ipse altitonans Iobū non in faciē, sed apud alios laudibus extulit, cap. 42. Nec Apostolus collegam suū Timotheū in ijs epistolis quas ad eum dedit, laude celebrauit. Sed magis ad Philip. 2. dicit: Nemo adest mihi, pari mecū animo p̄ditus, qui vestri causa adeo sit solicitus, atq; Timotheus est. Petrus item vtroq; (q̄d aiunt) pollice laudauit Paulum, sed nō in literis ad eū datis. Caute itaq; & hic Chr̄s Ioannē p̄dicat, doctrinā & baptismū eius ab omni iniuria vindicaturus, q̄d tandem potissima huius p̄dicationis causa existit. Gladius Ioannis ceruici iam imminebat: sequēs ergo scandalū Chr̄s supprimere studuit. Laudat itaq;, vt & vnà vanitatis traducat eos, qui doctrinā eius & baptismū non satis probauerunt. Q. d. Ioanni hactenus cumulate & sedulo adhæsistis, adeo vt neglectis rebus familiaribus, in desertum ad eum properaretis. Quare autē hoc, nisi vt hominem tantum & videretis, & audiretis? Quod non improbo. Atqui tum, cum bene audiens, Christus haberetur, quotusquisq; vestrum illi toto animo adhæsit? Iam in cæco lacu, in pedore & cœno iacens, neq; prædicans, neq; baptizans, quo (rogo) loco apud vos est? Arbitramini ne telam ab ipso exorsam, absolutum iri? Nunquid putatis doctrinam suā recantaturum, baptismumq; retractaturū? Neutiquam. Opus em̄ ab illo inceptū, permanebit in æternū. Ne putetis cannam illum, vento cuius cedentem, quem pater meus cœlestis gladium acutum & sagittam electam, per Esaiam designauit. Neq; statim cū corpore Herodes eius officium & professionē extinguet. De me ille dedit testimoniū non temerarium, quasi εὔστροφος ἄνθρωπος, ventiq; campus: sed magis adamantinus vir, fidele certumq;. ¶ Facit hæc commendatio & laus ad perpetuandum confirmandumq; Ioannis testimoniū, doctrinā & baptismū: sed & ad nos hæc proprie dicta esse, certū est. Monemur hic, ne statim neophyti & discipuli, docēdi nobis munus arrogemus. Credidi, inquit Psalmographus, propterea locutus sum. Monemur, ne quis cōmittat, vt ex sua doctrina antilogiam quis colligere possit. Discipulum esse & discere, nemini potest dedecori esse: sed culpa non vacat, si quid hodie profitearis, quod cras & perendie subinde corrigas. Male ergo hodie cū rebus humanis agitur, cum vulgus instar Atheniensium, nouarū rerū cupidū, nouos quoscūq; ecclesiastas recipiēs, baculo innitatur arundineo, exemplo illorum de quibus dicitur 4. Reg. 8. Leuitatē eam, quæ quouis vento doctrinæ mouet, Apostolus castigat Eph. 4. Atq; vtinā Apostolus à nostratibus hodie recipiat. Hac nostra tempestate hic ab aquilone (vnde omne malū pandet) procellosus immugit Lutherus, Carolstadius vagus, Fistulicen & Monetarius imbriferi fratres, illinc australi flamine Zuingliani tumidi insonātes, aquilonaribus spiritibus deprælianť. Vtriq; manibus pedibusq; papisticū Cæcian impugnant: vtrisq; Cæcias inanis luctatur. Vulgus arundineū in his tantis tantorū flaminū p̄lijs, nunc huc, nūc illuc impulsum, nescio quā miserrimā speciem præ se fert. Impellitur aūt, quia & doctrinæ & virtutū soliditate vacuū. Fidelis, super fundamēti lapidē Christū, quē ipse pater omnipotēs posuit, ædificatus, Marpesia rupe cōstantior: neq; vlla sese procella, neq; nimbis, neq; imbribus vllis amouere sinit. Quid em̄ homini Christiano magis indignū, q̄ vt arundinis feram (de qua psal. 67.) sese à fundamēto apostolorū, prophetarū & martyrū, vbi sana doctrina tot

Nō cuiuis docendi munus arripiendū.

mar-

martyrum sanguine fœcũdata, vbi virtus & veritas sacramentorum, atq; adeo Christus ipse, patiatur amouere? Huius commotionis simile habes 3.Reg.14.

Sed quid existis videre? Hominẽ mollibus vestitum? Ecce qui mollibus vestiũt, in domibus regũ sunt.

Sensus est: O vos Solymorum municipes, quod si Ioanni adhæsistis tanquam archisynagogo cuipiam purpurato, toto errastis cœlo. Certum est, plerosq; vestrum nihil adeo in Ioanne requisiuisse, atq; potẽtiam & gloriam huius seculi, quæ etiam iam in me desideratis. Verum cum nihil minus, quàm ipse Ioannes, mundi tyrannidem auerser omnem, corrugatis me frontibus auersamini. Sed qui Baptisten meũ & me in humili illa & contemptibili specie, vtriq; nostrũ peculiari, fugit, à nobis alienus ignorabitur. Ille veste e camelinis pilis contexta, & cingulo pelliceo cõtra frigoris & æstus iniurias, locustis & melle syluestri contra famẽ est vsus: hicce victus & amictus si vobis sordet, aulicum aliquẽ heroa, Sarrano ostro, vt fœmina, comptũ, quærite. Stultitiæ siquidẽ extremæ est, in eremo delicias quærere: cũ nemo ignoret, aliud esse desertũ, & aliud palatiũ. Quodq; horum suos habet ritus & ingeniũ. Ioannes itaq; præsenti animo victũ & amictũ anachoresi cõgrua, elegit. Vestis acu picta, quisquiliata, cunatilis, siue vndulata, hyacinthina pelle subducta, lecti eburnei, & hoc genus mollitiei, in ædibus regũ quæritur. Huiusmodi delicias Ioannes sibi procul dubio cõparasset, si in aula Herodiana potius, quàm in speleis ferarũ, versari maluisset. Audite hæc fratres. Verũ delicatæ vestes, delicati animi testes. Ioannes ergo, cuius partes erant, aspera & inuia in vias planas redigere, austerã vitam aulicis prætulit delicijs. Sub purpura Damascena & serico villoso, selectissimis exquisitissimisq; pellibus pellitis, nõ latitant, qui euangelion Christi tali denunciant grauitate. Audite hæc fratres, vt disnoscendorũ pseudoprophetarum argumentum aliquod certũ habeatis. Credite fratres: citius verũ Christi præconẽ sub pulla culullа, vtut eius vestis gestator hodie male audiat, inuenias, quàm euangelicastrorum eorum, qui in multitijs & mutatorijs hodie principibus & regibus à concionibus intercedunt. Sancti patres mundi contemptũ docentes, ei professioni aptas quæsierũt vestes. Hæreticos item suis conuenientẽ institutis ornatũ semper selegisse videmus. Vanum euangelion, vanus ornatus: prophanũ dogma, vestis *militæa siue galbana sequitur. Qui carni indulget, docet quæ carni siue veteri Adamo nõ adeo sunt ingrata. Esa.30. 1.Thess.2. Tales erãt Baalim sacrifices, de Iezabelis mensa comedentes, 3.Reg.18. Tales erant pseudoapostoli, ventri suo tanquam Deo seruientes, Roma.16. Philip.3. Tales & Arrianos describit Nazianzenus, suã e regione frugalitatẽ in victu & vestitu pia confessione recẽsens, Oratione 24. Iouinianistæ, Vigilantistæ, vt falsæ seueritatis doctores extitere, ita etiam egregie genio indulgẽdo, cutem tam in amictu quàm in victu curauerũt. Molliter vixerunt, mollia & mũdo placẽtia docuerũt. Huiusmodi doctorum hac nostra tẽpestate fœturam videmus lætissimam: eo nanq; res ecclesiæ deuenerunt, vt ara tanquam hara contempta, in aula degere malint Ecclesiastæ: & parũ abest, quin oĩs vitæ austerioris disciplina, ipsaq; sacra monastice, tanquam pharisaismus dãnabilis vitetur. O tẽpora, o mores. Crucis Christi prædicatores, crucis symbola damnãt. In charmasino & bysso ciliciũ Ioannis & Heliæ, aliorumq; sanctorum omniũ meloten prædicant. Diuitiarũ & gloriæ mũdi spirãtes, Christi paupertatẽ crepant. Ceruisia & vino fœtẽtes, locustas Baptistæ canũt: idq; ij, qui ecclesiæ reformationẽ sibi vendicãt. Nõ talibus ecclesia orta patribus. Primi ecclesiæ fundatores, nõ Curios simulãdo Bacchanalia vixere. Sed ad institutũ. Exuuiũ camelinũ erat quod Ioannes dixit: Genimen viperarum, quis vos docebit fugere instantẽ Dei irã? Matt.3. Et quod Herodi: Non licet tibi habere vxorẽ fratris tui. Contrà, lana agnella, caudaq; vulpina est, quũ euangelij loco dicit: Nulliũ peccatũ credentẽ damnare. Ede, bibe, lude: & credens, saluaberis. Ornatui studere, & amictũ negligere, eiusdẽ meriti esse. Matrimonij etiã polygamiæ (quæ verũ est lenonium) vsum, virginitatẽ & cœlibatũ, paria esse apud Deũ. Superos facta hominũ non curare, modo credãt. Hæc & sexcenta hoc genus Iouinianæ scholæ dogmata, quo leuiora sunt, hoc magis leui plebeculæ probant. Consultissimum ergo fuerit homini, præsens encomion Baptistæ cordi suo immittere, idq; ex ore Christi. Nã quo hi grauissimi & solidæ petræ plus apud homines ponderis habẽt, hoc minus nocebunt leuissimorum hæreticorum sibili. Præcipuum Iouinianistarum studiũ est, sese huic cõformare seculo. Præcipuũ contrà Ioannis & Christi studium est, mortalium animos ab huius mundi abstrahere illecebris, cum spiritum huius mundi non acceperimus, 1.Cor.2. Vnde & nobis præscriptũ est, ne hunc mundũ amemus, neq; ea quæ in mũdo sunt, 1.Ioan.2. Quia totus mundus in maligno positus est, qui & transit cũ omnibus

Argumẽtũ disnoscendorũ pseudoprophetarũ

bus suis concupiscentijs.1.Cor.7.Esa.40. Id ergo præstemus, vt cũ ecclesia cantare possimus: Regnũ mundi & omnem ornatum seculi contempsi, propter amorẽ dñi mei Iesu Christi, quem vidi, quem amaui, in quem credidi, quẽ dilexi. Atq; hic æterna sapientia cũ primis admiranda, quod statuit euangelion gemina via prædicandum, ita vt Ioanni Christus succederet. Ille austerus esset, hic lenis, ad vnum tamen scopum tendentes. Ille, vt minabunda austeritate à mundi amore abstraheret: hic, vt blandiuscula benignitate ad cœlestium amorem alliceret. Porro quæ carnis est malitia, neq; ille sua grauitate, neq; hic lenitate sua profecerunt. Hoc Chrs in præsenti loco Iudæis obijcit, dicens: Cui similem æstimabo generationem istam? Similis est pueris sedẽtibus in foro, qui clamantes coæqualibus suis, dicunt: Cecinimus vobis, & non saltastis: lamentauimus vobis, & non luxistis. Venit eñ Ioannes neque manducans, neq; bibens: & dicunt, dæmonium habet. Venit filius hominis manducans & bibens, & dicunt: Ecce homo vorax: & potator vini, publicanorũ & peccatorum amicus. Et iustificata est sapientia à filijs suis. Sensus est: Instar aspidis mortaliũ nequitia sua corda obdurat, cum ad minas, tum ad consolationem Dei: atq; adeo toto mundo in maligno posito, paruulus grex verbum Dei iustificat, id est, vere recipiunt. Canes immũdi & porci lutosi complurimi, sanctum & margaritas conculcant. Audiant ergo filij Dei Lucam, hunc locum augustius aliquanto prosequẽtem: Ecce, inquit, qui in veste preciosa sunt & in delicijs. Matthæus mollium saltem vestium meminit, Lucas delicias addit. Vtrũq; noui ventres nostri rident, coram Deo bis rei. Nam quod se tanquam illuminatos efferunt, & nihilominus in vanitatum mundi tenebris hærent, suo ipsorum iudicio duplici pœna sunt digni. Viderint, an iactabunda sua fide, inani & nuda, cum ne pote illo purpurato sententiam Dei possint eludere: Qui multum habuit in delicijs, dabitur ei plurimũ in tormentis.

Gemina tatio pdicãdi euangelij.

Sed quid existis videre? Prophetam? Etiã dico vobis, & plus q̃ prophetam. Hic est enim de quo scriptum est: Ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuam, qui præparabit viam tuam ante te.

Capite 14. videmus Ioannem maxima autoritate, prophetica nimirũ, polluisse: quem vel infantem, Zacharias prophetã altissimi pdicauit, Luc.1. Habuerũt ethnici suos magos & philosophos, quibus sacerdotia & regna detulerunt. Sed autoritas prophetica dignitatẽ philosophicam longe superauit: quippe qui non humana sapientia, sed diuina præpollebant. Nomen hoc prophetæ, in veteri instrumento ter maximũ & celeberrimũ fuit, idq; tum, cũ synagoga propheta copia adhuc abundabat. Abundauit autem ab ætate Abrahæ vsq; ad Machabæorum tempus. Quod tunc prophetiæ donũ cessauit, certo id Dei iudicio cõtigit: vt ille prophetarum defectus, apertissimũ esset argumentum, Messiam, quẽ omnes prophetæ annunciarunt, præ foribus esse, regnũq; instare cœlorum. Vnde quo rarior auis propheta tunc fuit in terra Iudæa, hoc gratior & acceptior fuit Ioannes Baptista, & nomen prophetæ hoc magis colebatur in illo. Nũc infelices apellæ, qui ab illa ætate nullũ prophetam viderunt, apud extremos Garamantes vatem requirere non grauarent: adeo ærumnarũ suarum sunt pertæsi. Religio nostra donum hoc prophetiæ, Iudæis ademptum, sortita est, quod luce clarius videmus 1.Corin.14. Acto.11. Agabus Paulo suæ prædixit vincula. Ibidẽ 21. vides in Cæsarea prophetissas fuisse filias Philippi. Et vt ad extrema hæc nostra tẽpora veniam, tempestas ea nostra in quã incidimus, arguit, Brigittam, Hildegardem, & hoc genus fœminini sexus plures, prophetiæ dono pditas extitisse. Sequitur ergo, finẽ omnium prophetarum Christum, in ecclesia esse. Vnde & Apostolus ecclesiæ prophetiæ gratiã nunq̃ defore dicit, Ephe.4. Ioãnes vero propheta dictus, non solũ q tantæ grauitatis hominem Iudæa multis seculis nullũ vidisset: sed potissimum, quia in illo spm̃ Heliæ præsentissimum animaduertebant, Luc.1. Item q vaticinaretur Christũ esse psentẽ, Matt.3. Ioan.1. Adde q & baptizãdo Christo viam pparabat, & resolutione omniũ mysteriorum Dei, reliquis prophetis clarior esset. Titulũ eius, quo propheta dictus, Sapientia diuina hic adauget, plus q̃ prophetam eum dicens. Propheta suis partibus satis respondet, futura denunciando. Hactenus Ioannes munijs prophetalibus non fungebatur: sed & eum quẽ prædicabat, quẽ vaticinabatur, coràm indice sacro demõstrauit. Insuper & omnes alios retro prophetas excelluit, q Messiam ab illis pdictum, ipse baptizare mereret. Baptizare Messiã, maximæ dignitatis fuit, vnde & Baptistæ nomẽ illi est inditũ. Porro ipse dñs hoc loco aliam quoq; rationẽ adfert exaucti tituli, dicẽs: Hic est eñ de quo scriptum est: Ecce ego mitto angelũ meũ ante faciẽ tuã.

Prophetæ nomẽ ter maximũ sub Chri aduentũ in synagoga defecit.

Ioãnes dictus propheta.

Ioãnes reliquis prophetis maior.

Atten

Attendenda αὔξησις, id est, incrementum orationis. Primo vocat prophetam, dein plus q̃ prophetã, postea angelon, postremo maiorẽ omniũ eorũ qui ex mulieribus nascuntur. At quæ, quãtave hæc encomia? Nihil hic tam exile & modicũ inuenias, quod non summũ absolutæ laudis præconiũ contineat. De prophetæ nominis eminentia, pro modulo nostro diximus: nunc quid sibi angelus velit, videamus. Proximam & secundã à Deo hoc sibi nomẽ admirationẽ vendicat. Sed hic non intellige Ioannem, Zachariæ & Elizabeth pignus tantũ, ea ratione angelon dici, qua Michael, Gabriel, Raphael, & aliæ cœlestes mentes vocantur angeli natura seu cõditione, sed similitudine officij & conuersatione. Sic & Malachias Ioannẽ angelon vocans, ad officiũ & vitã respicit, cap. 3. dicẽs. Ecce ego mittam angelon meũ, & pparabit viam ante faciẽ meã. Vnde & alius euangelista (ne quis Ioannẽ aut spiritũ aut phantasma suspicetur) ait: Fuit homo missus à Deo, cui nomẽ erat Ioannes. Hic obseruatu dignũ, q̄ Malachias (cuius verbis Christus Ioannẽ hic angelon vocat) etiam alios hoĩes hoc noĩe dignat, sacerdotes nimirũ, cap. 2. dicẽs: Labia sacerdotis custodiunt scientiã, & legẽ requirẽt ex ore eius: qa angelus dñi exercituũ est. Angeli dictio, Germanice sonat **einen botten/von einẽ hern/ zw seinem geschefften auß geschickt**, quẽadmodũ etiã habetur Esa. 33. Poteris ergo hic, si velis, legere: Ecce ego mitto legatũ, nunciũ, siue famulũ, mandatariũ meũ ante te. Et ex hoc loco collige, prophetarum quosdã etiã de Ioanne vaticinatos. Nobile sane & venerabile nomẽ, angelus: ex quo & euangelion deriuat, vt angelus sit persona nuncians, euangelion res denunciata, ipsumve nunciũ, eu syllaba recepta. Simili cõpositiõe etiã dixeris, euãgelus pro eudæmone, cacoangelus pro cacodæmone. Cacoangelus, cacangelij nuncius, id est, antichristi pcursor, quales sunt oẽs qui sectas in ecclesia cõcitant: exotica, contra cõmunẽ sensum, dogmata proferentes. Et Christus ipse in secula benedictus, hoc loco apud Malachiã vocat **Maleach Ha Berith**, hoc est, angelus testamẽti. Quod ex sinu paterno in hũc mundũ missus sit, nouũ & æternũ testamentũ pacisci: q̃d & ipse fatet Ioan. 6. 8. Et apud Esaiã secundũ Septuaginta, vocat angelus magni consilij. Et ab hoc angelo mysteria tremẽda, q̃ Græci Lithurgian vocãt, Missa dicit. Sed ne mireris Christũ dici nunciũ siue angelon, attende q̄ & propheta dicit Mat. 21. Luc. 7. 24. Ioan. 6. Et quod plus est, fidelis seruus, sub typo Dauid, in Esaia & Ezechiele non semel vocatur. Apostolus ergo Roma. 15. audet eũ vocare ministrum siue diaconũ circuncisionis. Sed hæc oĩa secundũ humanitatem intellige. Cæterũ alia noĩa, Deus, pater futuri seculi, verbũ, sapientia, consiliarius, & hoc genus cæterũ, deitati ineffabili nõ satisfaciũt. Hæc ad hũc locũ. Quid degrumatio & munitio sit viæ, in sequenti sermone indicabitur. Dominus Iesus qui ille erat, q mitti debuit, virtutem suæ missionis in nobis declarare dignetur, ad suam solius gloriam. Qui cũ patre & spiritu sancto vnus Deus viuit & regnat per omnia seculorũ secula. Amen.

Angelus dicitur Christus.

Angelus Chr̃s dicitur, à q̃ Missa dicta.

DOMINICA IIII. ADVENTVS, EVANgelium Ioannis I.



Miserunt Iudæi ab Hierosolymis sacerdotes & Leuitas ad Ioannem, vt interrogarent eum: Tu quis es? Et confessus est, & non negauit. Et confessus est, quia non sum ego Christus. Et interrogauerunt eum: Quid ergo? Helias es tu? Et dixit: Non sum. Propheta es tu? Et respondit: Non. Dixerunt ergo ei: Quis es, vt responsum demus his, qui miserunt nos? Quid dicis de teipso? Ait: Ego vox clamantis in deserto, dirigite viam domini: sicut dixit Esaias propheta. Et qui missi fuerant, erant ex pharisæis. Et interrogauerunt eum, & dixerunt ei: Quid ergo baptizas, si tu non es Christus, neq̃ Helias, neq̃ propheta? Respondit eis Ioannes, dicens: Ego baptizo in aqua: medius autem vestrum stetit, quẽ vos nescitis: ipse est qui post me venturus est, qui ante me factus est, cuius ego non sum dignus, vt soluam eius corrigiam calceamenti. Hæc in Bethabara facta sunt trans Iordanem, vbi erat Ioannes baptizans.

PRAEFATIO.

PRæsens,fratres chariſſimi, quam audiſtis,lectio,Ioannē nobis in perſona totius ſynagogæ exhibet,Chriſtumq́ꝫ prophetam illu,cui ſe Moſes & oēs prophetæ ſubmittunt,reſpondentē introducit. Quæſtionis legalis ſumma, in expectatiōe atqꝫ adeo in inquiſitione Meſſiæ,quē eccleſia poſſidet, verſatur. Chriſtus verus ille ſoter,in hunc mundū miſſus,promiſſum illū ſeruatorē, per ſua ipſius opera ipſe ſe declarat,& oēs in ſe vere recipientes,beatos pronunciat. Interim & eos,quos ſuæ gratiæ abuſu ſcandalizandos præuidit,perſtringit, eos omis ſalutis expertes adumbrans. Vere recipitur primo per ſanam fidem:quia ſine fide impoſſibile eſt hominem Deo poſſe placere,Heb.11. Dein per effectum fidei,hoc eſt, per ſpem viuā atqꝫ per ſpūs ſancti fructus, reſeruatur atqꝫ poſſidetur idē ſeruator. In Deo ſiquidē manet,q in charitate manet, 1.Ioan.4. Scandalizat in Chr̄o,qui alterū tantum approbat, & vtrunqꝫ confundit: quidquid em̄ ſine fide fit,peccatum eſt,Roma.14. Et ſine bonis operibus fides,mortua eſt, Iaco.2. Vtrinqꝫ diſcrimen, vtrinqꝫ perire. Hic naufragatur Pelagius,cum Iudæis,Saracenis,& infidelibus omnibus:illic deperit Aetianus, Iouinianus, Vuicleff, cum pſeudochriſtianorum turba,fidē Ieſu Chriſti,in bonorū operum fraudem & in malitiæ prætextum accipientes,Chriſtū lenonem & patronum conſtituentes iniquitatis. Locum hunc eccleſia nobis hodie proponit,vt diſcamus quid præſtemꝰ, vt inſtantis feſtiuitatis gratiæ nos rite præparemus,nos Chriſto habitaculū exhibituri. Locus ſcitu cū neceſſarius,tum ſalutaris. Faxit Deus,ipſum auribus audiendi audiamus.

EXPOSITIO.

LEgationē qualem ad Ioannē Hieroſolymitani miſerint, quare hominē cōuenerint, quid ex eo ſciſcitati ſint, deniqꝫ quid conſtantis vir animi dederit reſponſi,in lectione euangelica præſenti audiſtis.

Legatio ſplendida hæc,hodie ſolenniter legitur. Lectionem eam euangeliſta Ioannis vocat teſtimonium,vtiqꝫ de Chriſto, cuius ſe ſaltem clamantem in deſerto vocem fatetur,Chriſtum vero Meſſiam,cuius ne dignus quidem ſit calceamenta ſoluere,non ſui buccinator, ſed Chriſti præco Ioannes. Euangeliſta ſuprà dicit:Hic venit in teſtimonium,vt teſtimoniū ferret de lumine. Reſtabat,vt ſcriberet item,quodnam eius teſtimonium de luce fuerit. Hoc ipſum in p̄ſenti loco p̄ſtat. Saluator itē ipſe infrà cap.5. tam de legatione hac Iudæoꝝ, q̄ de Ioannis reſponſo,ait:Vos miſiſtis ad Ioannē,& teſtimonium perhibuit veritati. Ego aūt non ab hominibus teſtimoniū accipio:ſed hæc dico,vt vos ſalui ſitis. Ille erat lucerna ardens & lucens. Vos autē voluiſtis ad horam exultare in luce eius. Ego aūt teſtimoniū habeo maius Ioanne. Opera em̄ quæ dedit mihi pater,ipſa teſtimonium perhibēt de me,quia pater miſit me. Acſi dicat:Parui momēti res eſſet Ioannis de me teſtimoniū,niſi & ipſe μαρτύριον de cœlo,cui collata humana, minuſcula apparent omnia,haberem. Sed nonne res tñ maxima eſt,ꝙ legationem hanc ad Ioannem mittunt Iudæi? Sane eſt. Quis em̄ non videat ex hac legatione Iſraelem ſenſiſſe, inſtare tempus Meſſiæ,& ex Danielis hebdomadis annalibꝰ,quas iam finitas viderant,de Meſſia ſolicitudinē hanc recepiſſe? Et tātæ rerū tēporūq́ꝫ variationes,huic curæ non mediocre pondus contulere. Videre itaqꝫ videor,Iudæos illo in tempore cōſultando varia iniſſe conſilia. Caiphas & Annas,indagatores profecto ſagaces extitere:qui pro tēporis ratione,ſynagogam conſultatione vacuā & conſilij inopē non deſtituere. Certū itaqꝫ eſt, pragmaticos & conſultiſſimos eos viros, conſilium iniſſe,vtrum Meſſiam reciperēt,Ieſum ne an Ioannem. Dixiſſe itaqꝫ faciamus:Ecce plebs moræ impatiens, Meſſiam cupit:vnde & cumulatim ad Ioannem in deſertum properat. Sed & Ieſum Galilæum illum pars plebis maximi facit. Vtrum ergo horum Meſſiam conſtituamus, quæſtio eſt. Hic non defuerunt qui dicerent illum maioris eſſe æſtimationis, ſacerdotis filium, genere non obſcurum,neqꝫ ſine manifeſto miraculo ortum, ſterilis anus prolem,qui & patri adempta vocis organa reſtituerit, hunc obſcuris natalibus editū,& eſſe Galilæum,fabrum lignarium:illum ſingularis ſanctimoniæ,plebis conſortia vitare, in pumicibus cilicio tectum recubare, locuſtis melleq́ꝫ ſylueſtri famem ſedare:hunc,quātum ad conuictum & cætera plebeia commercia,populariorem eſſe: publicanorū, peccatorum. & ethnicorum conſortia nō vitare,nonnunquā etiam per infirmoꝝ curas ſabbathū violare. Ad hæc Gamaliel aliquis facta Chriſti adducit:& ſic in ſententias contrarias conciliū ſcinditur. Vulgus ab Anna & Caipha pendēs,clamitat:Nunquid à Galilæa veniet Chr̄s? Scrutamini ſcripturas,& videte quia à Galilæa propheta nō ſurrexit. Hic ambitioſulus quiſpiam in mediū prorupit,dicēs,nec ipm̄ qꝫ Ioannē Meſſiæ gloriæ ſatis r̄ndere,cū prophetæ Meſſiā regē denūciauerint,q nō inter feras deliteſcat,ſed q acropolin Siō celebret, Romanę

Synagoga curioſa.

manę iugi tyrãnidis futur⁹ abrogator, populiq́ Dei assertor. Post multa huiusmodi varia iudicia, tandem in hanc sententiam omnium fere pedibus itum est, vt legatio ad Ioannẽ mittenda designetur. Stat sententia, eliguntur sacerdotes & Leuitæ, placet legatorũ grauitas. cõmittitur legatis, vt ipsum Ioannẽ interrogent, Tu quis es? Sed vos o pharisæi, o legis consulti, o magnates populi, & decuriones nobiles, quæ vos hypocrisis excæcauit, quæq́ dementia vexauit? Nunquid sanũ consiliũ intendistis? Haudquaquam. Imprudens siquidem vestra consultatio, vos gentẽq́ vestrã perdidit, & æternæ insipientiæ reddidit mancipia. Erat alter horum Messias: sed vos vestrapte culpa dementati, vltro & volentes errastis. Iesu Nazareni natales credan vos latuisse? Religio, sapientia & potestas toti Iudææ & Israelis terræ cãtatissima vos pterijsse, credan? Certo apparet, vos ea, quæ lubet, nosse: cætera, tanquam ignota, respuere. At quare vos in dieb⁹ Herodis vnà cum rege timor inuasit, cũ ex Magis orientalibus audiretis Christum natũ? Nonne ille metus adhuc tenet? Immo nonne in immensum accreuit? Regem vobis à Deo obtrudi, nõ qualem vos cupitis, semper timuistis, opibus & mundi gloria nullum, iustitia & veritate ter maximũ. At at, hinc illa vobis tanta circunspectio. Quasi Christum omino ignorateritis, misistis ad Ioannem: quasi eum, cuius testimonium nunquam recepistis, plurimi feceritis. Sed mentita est iniquitas sibi. Quare sacerdotes & Leuitas nõ legastis ad Iesum? Timebatis eius responsum graue & certũ? Sed Deus hoc effecit, vt vos ipsi respondẽtem vobis Iesum audieritis. Hoc quod tũ acceperatis responsum, si vanum fuit, quare non confutastis? Si sanum, quare nõ comprobastis? Messiam, sine quo saluari nõ potestis, & sine quo tota lex vestra in inanem fabulam abit, optabatis: quare ergo non potius eum, qui Messias erat, percontati estis? Insanos vos, qui Ioannem Messiam arbitrati estis. Vbinam legitis, Messiam Ioannem vocitandum? Iesum vero Messiam fore, atq; adeo rite Iesum appellandum, tot figuræ adumbrant, totq́ vatũ oracula ostendunt. Iesum Sirac cap. 43. Abacuc 3. & alia hoc genus scripturæ loca consulite. Et quis prophetarum vaticinatus est, Messiæ matrẽ anum fore, o Iudæa, effœta veri anus? Tergiuersare quantũ libet: nunquam tamẽ efficies, vt Haalma ve tulam significet. Dein, quare Messiã alibi quàm in Bethlehem ortum, & à Nazareth oriundum, expectas? Sed breuiter aut date miracula per Ioannem edita, aut negate Messiam miraculis fore clarum. Hic tãdem, vt vaticinia omittam omnia, Christianus dico, Thalmudica vestra superstitione misere vos ludificatos, scripturas nescire: neq; itẽ posthac, in infidelitate Thalmudica permanentes, intelligere posse. Et qui fit, vt mundus Messiã ægerrime adeo recipiat? Pseudochristis à sui primordio vltro sese submisit: quod & ĩ ecclesia legimus factum. Pseudoapostolos etiamnum in maiori precio videm⁹ haberi, quàm orthodoxæ confessionis professores. Iudæi (quod dictum est) Messiam sibi dari ardẽtissime optabant: sed pro eorum moribus, non eum quem illis Deus designauit: cui etiam Antichristum, atq; adeo ipsum cacodæmona, præferent. Iudæorum exemplum imitati sunt Asiani, quos Turcas vocamus. ĳ cũ audissent Iudæos & Christianos multum de Seruatore Christo superne mittendo & misso concertare, incidit & illis Christi cupiditas, modo ille ipsorũ ingenio & moribus conueniat. Gens itaq; illa, cuius truculentia apud omnes fere cũ historicos tum poetas celebratur, Messiã recepit, feris immanem magis omnibus: vtpote cuius Alchoranus nihil humani, nihil antiquorum philosophorũ sapiat, sed qui plane amusus & barbarus, Manlia na imperia multis vincat parasangis: vt in eos alludat, Mopso Nisa datur: &, dignũ ollæ operculum. Sed quid ego hæc de exteris? Vero verius est, nos cum dictis gentibus in eodem errore teneri. Christon Iesum, eũ quẽ nobis mũdi cõtẽptor, eremiq́ cultor Baptista indicauit, quem Paulus ille laboriosus & ærumnosus Apostolus prædicauit, quotusquisq; hodie vere, hoc est, totũ recipit? Credere & baptizari, vtrunq; probatur: sed seruare ea quæ ille præcipit, tanquam ociosum exploditur. Pars in externis traditiunculis cibi, potus, dierũ obseruatione, & hoc genus rerum, quæ *ab ipso pereunt vsu, Messiam æstimant: parum facientes internum affectum, & sanæ fidei synceros fructus, iustitiam, pacem & gaudium in spiritu sancto. Pars Christum simulant, iustitiam nullam operum quantumuis bonorum requirentem, sed qui fidem ociosam probet, quiq́ indulgentissimus sit ad quiduis, modo credatur. Ita hic atq; illic Christus quæritur: in medio ecclesiæ stantem recipit nemo. Aut prorsus Iudaizare, aut græcizare, immo etiã pergræcari hominem velle, non est de veteri prophetarum schola. In summa, Christus in nomine domini venire vult, non qui se nostro attemperet ingenio, sed qui voluntatem patris perficiat. Diuidi ergo non vult, factor & doctor, ope & fide recipiẽd⁹ est.

Iesus proprii Messię nomẽ.

Mundus ægre Messiam recipit.

Christum etiam Christiani pauci vere recipiunt.

Christus se igenio mũdi nõ attẽperat.

[handwritten margin note:] I amiliú pharisæorũ.

Quanto te Iudæis præstare putas frater? Immo tua ne, an illorum insania pestilentior? Vtrũ consultius, Ioanni manum dare, an Voluptiæ? Non te adeo offendit delicatule (ad molles hęc dico) persona Christi vilis, atque verbum eius anceps, gladius vtrinq; scindens. Christo & mundo, Christo & tibi, Christo & zabulo vnà vis obsequi. Sed, si nescis, zelotypus est: solus vult coli. Sapias ergo, & tibi rite prospice. Baptizatus, æque potest corã Deo abominabilis aut fieri aut esse, ac infidelis. Et ne mihi hæc dicẽti succẽseas, Apostoli sunt verba. Christus quoq; ipse apud Lucã dicit: Is qui scit voluntatẽ patris, & nõ facit, pluribus vapulabit. Iudæi e Solymis, vbi ipsissima mundi gloria regnauit, miserũt ad Ioannẽ in desertũ, vbi arctissima disciplina. Nunc qua fide, commissa eorum à quibus legati sunt, peregerint: quidq; responsi ibi receperint, audiamus.

Tu quis es? Et confessus est, & nõ negauit. Et confessus est, quia non sum ego Christus.

Quid, oro, hic interrogatis, qui credere recusatis? Nunquid Ioanni fidem adhibuissetis, si Christum se dixisset? Nemo seipsum prædicare, de se testimoniũ dare potest nemo. Vnde si Christus noster de sua doctrina & factis testimonium ipse protulisset, parum certe à vobis laudis retulisset. Iterum rogo, cur non dixistis, Tu es qui venturus es? an alium expectamus? Logodædali & artifices, rem ipsam tangere noluistis. Quis es tu, dicitis, acsi diceretis: Tu qui populo adeo celebris es, videris supra humanam sortem quidquam spirare, sed non satis videmus, classicum ne an gregarium, aut supra omnem humanæ conditionis aleam, te credamus. Ex teipso hoc tandem audire collibet. Ad hæc ille: Absit vt Messiam me vobis ingeram. Non sum, inquit, Christus. Vbi indubia veritas, ibi constans simplicitas. Iudæi, quoniã subdoli erant, fuco vti & tergiuersari, Ioannes omnia libere agere & dicere. Ipse, quis esset, confitebatur: & Iesum, quis esset, non inficiabatur. Bonus ordo: Confessus est, & non negauit. Coram amicis fides profitenda, apud hostes non neganda. Hæc nos qui Christi nomine censemur, obseruem᷑. Nobis siquidem incumbit, ad eius quæ in nobis est, spei patientiam reddendam, semper esse paratos, 1. Pet. 3. Et seruator dicit: Qui me confessus fuerit corã hominibus, confitebor & ego eũ coram patre meo, q est in cœlis. Et quoniã plerosq; euangelij (q̃d Apostolus iudicio mũdi sermonẽ vocat insipidũ) pudet, sequitur: Qui aũt me negauerit corã hoĩbus, negabo & ego eũ coram patre meo qui est in cœlis. Luc. 9. Qui erubuerit sermones meos, hunc & filius hominis erubescet, cũ venerit in maiestate sua & patris & sanctorum angelorum. Vnde Apostolus ait: Nõ erubesco euangelion, virt᷑ eñ Dei est in salutẽ oĩ credẽti, Rom. 1. Christũ in hoc seculo cõfiteri, maximi est discriminis. Infideles nihil æque grauiter ferunt, q̃d etiam ante Christi clarificationẽ, re ipsa satis est declaratũ. Huius rei illustre exemplum habes Ioan. 9. Dicũt ibi parentes cæci, cui dominus visum dedit: Ipsum interrogate, ætatẽ habet, de se loquatur ipse. Hoc dixerunt, quia timebãt Iudæos. Iam eñ conspirauerãt Iudæi, vt si quis confiteretur illum esse Christũ, extra synagogam fieret. Petrus quoq; (Mat. 26) negat: sed postea non minori fiducia, q̃ ipse Ioannes, confitetur Acto. 4. & 5. Dij & huius seculi domini, moleste ferũt Christi prædicari gloriam, qua omnis eorum dispereit gloria. Vnde nihil aliud, nisi Christi abnegationem, quæsiuerũt prisci tyranni, nostros martyres tot tormentorũ generibus exercentes. Qui Christũ negauit, vita donabatur & gloria: adeo Chri confessio fuit capitalis. Atqui eo res peruenit, vt oĩs lingua Christũ solum Deũ confiteatur, cui & omne se genu flectit terrestriũ, cœlestiũ & infernorum, Phil. 2. Vides gloriã Ioannis, qui libere se Christũ non esse respondit: licet hoc Iudæi nõ aperte rogitarent. Sic & alibi dicit: Me oportet minui, illũ succrescere. Quãtis plagis dignus putãdus seru᷑, dñi sui sibi gloriã arrogãs? Si oĩs arrogantia, iuxta scripturã dãnabilis, maxime erit execrabilis, qui Dei sibi gloriã vsurpat, cũ alioqui omnis gloria sit Dei, Esa. 43. Hic iterum modestiæ admonemur. Sibi Dei titulos vẽdicare, nihil à Luciferi fastu abest. Turcarum Cæsar quid est? Nonne lutum? Vnde ergo illi deitatis tituli? Abhorres hoc in Turca? At magis damnabile est in fidelibus. Zabulus, quæ sua est peruersitas, à condito seculo Dei detrahere solitus est gloriæ, hominibus ergo eum furorem inspirauit, vt sibi Dei titulos asserere non dubitarent. Maxime per antichristũ hoc sacrilegium reuiuiscet in terra. Iterum atq; iterum videamus, ne suos ille præcursores in mundo habeat. Pharisaicum (iuxta Hieronymum) supercilium est, cum dicimus: Nos soluimus, Nos ligamus. Sed pharisaicum eum fastum nemo ita vitet, vt in similem incidat culpam. Sedent ęque in loco sancto, numen sese ostentantes, qui dicunt: Penes nos solos est veritas. Legãtur patres, nec ne, parum refert. hoc

Christi confessio, maximi discriminis res est in hoc mundo.

Arrogantia regnat in ecclesia oĩm pessima.

saltem sibi homo psuadeat, sicubi nostræ opinioni dissentire videantur, hoc errori esse deputandum. Audiamus hic fratres Apostolum, qui monet nos nō plus sapere quàm oportet, sed sapere ad mensuram, & ad sobrietatem, secundū mēsurā fidei, quā cuiq; suam Deus diuisit, Rom. 12.

Et interrogauerunt eū: Quid ergo? Helias es tu? Et dicit: Nō sum.

Nomen Heliæ hic exprimūt, quod de nomine Christi ausi non fuerūt. Et verisimilius fuit, Ioannem fuisse Heliam, non solum propter vitæ genus austeꝝ, verum etiam propter Malachiæ vaticiniū de illo: nempe hoc, Ecce ego mittā vobis Heliam prophetam, antequam veniat dies dñi magnus & horribilis. Hoc ex loco Iudæi opinionem hauserūt, Heliā Messiæ antecessurum. Nec hac sua sunt decepti opinione: nā in hoc etiā ecclesia illis consentit. Saltē de Heliæ persona illi tunc errauerunt, & etiamnum errāt. Malachiæ prophetia, bona parte adimpleta est in Baptista, in spiritu & virtute Heliæ misso. Testis angelus, Luc. 1. dicens ad Zachariam: Hic erit magnus coram domino, vinum & sicerā nō bibet, & spiritu sancto replebitur adhuc ex matris vtero, & multos filioꝝ Israel conuertet ad dominū Deum ipsoꝝ, & ipse pcedet ante illū in spiritu & virtute Heliȩ, vt conuertat corda patrum in filios, & incredulos ad prudentiam iustorum. Et dominus ipse dicit Matth. 11. Si vultis recipere, ipse est Helias qui venturus est. Clariꝰ adhuc cap. 17. Dico vobis quia Helias iam venit, & non cognouerunt eum, sed fecerunt in eo quæcunq; voluerunt. Sic & filius hominis passurus est ab eis. Tunc intellexerunt discipuli, quia de Ioanne Baptista dixisset eis. Dicis: Quod si Ioannes, secundū Christi & Gabrielis testimoniū Helias est, quare hoc diffitetur ille? Pernegat se talē, qualem Iudæi æstimabant, personalē puta & corporalē. Sic Christi & Gabrielis affirmatio est vera, & negatio Ioānis nō est falsa. Helias Thesbites, in Anathot viculo Galaad fuit ortꝰ: Ioānes Zachariȩ in diebꝰ Herodis regis Iudȩȩ, regnāte Augusto, ī ciuitate Iudææ satꝰ extitit. Ille sub rege Achab in multa virtute signoꝝ claruit, tandem in curru igneo in cœlū raptus, 3. Regū 17. 4. Regū 2. Hæc sub Octauiano & Tiberio Augustis, tempore Herodis regis Ascalonitæ, Archelao & Herode Antipa, in deserto baptismū pœnitentiæ prædicauit, nullius signi miraculo clarus. Haudquaquam ergo erat Helias, quantum ad corpus & personam: sed, quod dominus & Gabriel dicunt, spiritu & virtute. Ne Pythagorica locum videatur habere μετεμψύχωσις, id est, transmutatio, secundum quam de aliis corporibus in alia corpora animas mortuoꝝ trāsire dicūt. Pythagoras itē, vt hoc suum dogma suis persuaderet, animā Euphorbi Troiani dixit se possidere, ac per hoc persona Euphorbum se esse adfirmauit. Sic & Ennius de anima Homeri sese iactitabat, & Iulianus ille apostata, Alexandri animam dixit se esse sortitum. Hac de re Socrates hist. Trip. libr. 6. Sed nihil ad nos nęniæ hæ.

Ioānes fuit Helias, & q hoc?

Transmutatio Pythagorica

Propheta es tu? Et respōdit: Nō. Dixerūt ergo ei: Quis es, vt responsum demus his, qui miserunt nos?

Strenue demandato officio funguntur legati. Tertio hæc est quæstio, sed nec ea cupitum responsum eliciūt. Vere prophetalibus, hoc est, maximis virtutibus Ioannem præditum videmus: modo quis rite attendat. Vulgus (quod Matth. 14. vides) prophetam verum Ioannem credidit. Zacharias quoq; puerulum iam natum, prophetam altissimi appellauit Luc. 1. Sed & Christus prophetȩ nomine eum dignatur Matth. 11. Et forte erant in populo, qui Ioannem vnum de veteribus prophetis rediuiuum crederent: quod & de Christo plurimi arbitrabantur Matth. 16. Marc. 6. Lucæ 9. In summa, Ioannem supra hominem (quod & erat) aliquid esse putabant oēs. Rogarunt ergo, num prophetam se venditaret. Erat enim (quod & supra monuimus) prophetæ nomen tunc facile præcipuum: & vt rarum, ita quoq; charum. Sed nunquid Ioannes se hic prophetam, cōtra ea quȩ de eo dicta sunt, negat? minime: sed prophetam secundum vulgi opinionem se negat: hoc est, vnum ex defunctis, ad superas has aures tū, quādo synagoga plus quàm vnquam antea vate opus haberet, resuscitatum. Qui ergo talem se annueret prophetam, qui nec ea ratione esset Helias? Initium vitæ eius, erat à partu matris suæ Elisabeth, & non ante: queadmodum & aliorum mortalium esse, in conceptione & partu incipit. Quod si cui hic sensus non satisfacit, Chrysostomi & Theophylacti addat sententiam. Accipiunt illi hūc locum de propheta certo eo, quē Moses Deut. 18. Chrm significās, promittit. Sensus huiꝰ ansam, ex articulo q in Græco habetur ὁ προφήτης, quod & plerique legūt, Propheta ille, nimiꝝ ille quem Moses promittit, sumpsere. Sed & in hoc sensu Ioannes illum se prophetam multo minus fuit ausus fateri. Per Prophetam à Mose pro-

Ioānes se prophetā eē negat, & q hoc?

promissum, Christum significari, Stephanus protomartyr testis est locuples Acto. 7. Nunc, si libet, collige Ioannis virtutẽ & spiritum. Quis vatem & cardiognosten dubitet? quis medendi imperitum neget? Vidit populi errorem, cui se prophetam negando, medicum præstitit. Sed superciliosi pharisæi, audientes ꝙ se prophetam negaret, ne quà leuitatis, illis à quibus missi erant, venirent arguendi, porro instando & vrgendo quæritant, vt sequitur:

Ioannis spũs vnde potissimũ æstimetur.

Quid dicis de teipso? Ait: Ego vox clamantis in deserto, Dirigite viam domini: sicut dixit Esaias propheta.

Attendite, charissimi, domus dominicæ columnã immobilẽ Ioannẽ baptistam, qui nullis mortalium blanditijs ad gloriã huius seculi allici potuit. Supra dixerunt: Quis es tu? Helias? Propheta? Iam dicunt: Quid dicis de teipso? Magnæ vir animæ, qui captiunculis illis ad magnificandam opinionem suam ipsius, commoueri non poterat. Nec item impiger fuit ad laudes Christi prædicandas, quas suæ gloriæ obfuturas nouit. Disce hinc, satius esse, populari aura plane orbari, quàm aliquid quod te sit maius, etiam non concupitum, à plebe recipere. Sed proh pudor, videas hodie dogmatistas, qui paterentur si vel supra omnes sanctos patres à vulgo celebrarentur. Singularis fera, aliter facere non potest. Vineam domini deuastatura, luminaria sacra & columnas ecclesiæ non potest non carpere, sicubi suæ opinioni viderit diuersos. Vnde hodie tot in ecclesia cõuicia audiũtur, nisi ꝙ sunt, qui Leuiathan eum, columnamq; auream Nabuchodonosor nolunt adorare? Non sat habet cohors prædicantũ (vt sese ipsi vocitant) vt illi aliquid tribuatur: sed nisi vsq; ad minimum apiculum suæ opinioni subscripseris, atq; omnia eius somnia pro certis oraculis prædices, perijsti. Quid huic gregi, nisi spiritus Heliæ atque Baptistæ, quo tamen sese adeo efferunt, deest? Intensas procul dubio superbiæ fides relaxarent, cristasq; (quod aiunt) demitterent, si spiritus ille, ipsorum vnquam capitis capillos motasset. Ioannes spiritus & virtutis Heliæ vir, hic, quidnam de se sentiat, rogitatur: quod tanto ægrius ab illo excutitur, quanto promptius os suũ ad Christi laudes soluit. Respondet tamen, tot compulsus conuicijs. Q. d. Nostis hoc Esaiæ, Kol Kore Bamidbar, hoc est, de voce clamantis in deserto? Nostis autem, legis Dei sacerdotes & Leuitæ, pharisæi item, sacræ scripturæ exercitatissimi. Audite ergo, & animum intendite ad hoc ipsum Kol Kore, hoc est, vox clamantis ego sum. Hanc confessionem de meipso nunc suo loco profero, opinionem Christi, quam de me concepistis, eluens, Christoq; suam gloriam reddens. Ecce tibi verum esse quod Christus dicit: Qui se humiliat, exaltabitur. Ioannem infimũ locum tenentem, sponsus editiori dignatur. Humiliat se Ioannes, ex Esaiæ vaticinio dicens se vocem esse clamantis. Christus illum ex Malachia exaltat. Sic in Ioanne & virtutis exemplũ, & veritas prophetiarũ illucescit. Qui humiliter vatis se vocẽ ex Esaia dicit, apud Malachiam diuinæ maiestatis angelus magnificatur. Nec sibi vates pugnant, sed virtutis nobis merita adumbrant atq; commendant. Cæterum apud vtrunq; vnum officium & opus celebratur.

Dogmatistæ noui insigniter ambitiosi

Ioannes vox clamantis.

Vaticinium Esaiæ 40. plane est cõsolatorium, quippe quod duplicẽ gratiã Messiæ non Hierosolymitanis solũ, sed omni carni promittit. Verũ quia tanta gratia noui testamẽti in vniuersum mundũ venire, & in Iudæa (vnde salus) nasci non debuit, nisi homo missus à Deo, per spiritũ Helię viam prius, qua Messias ille conuenienter & decenter aduentaret, faceret atq; muniret: propheta ibidem loci de homine illo Christi præcursore, clare vaticinatur. Vocem autem clamantis in solitudine, illum vocat propter oraculi certitudinem, ne quis de modo viæ faciendæ addubitare possit. Non in regis aut mollis antistitis aula, non in popinis & cauponis, sed in antro deserti propheta vocem clamaturam prædicit, ne quis de persona prodromi Christi dubitare possit. Modus viæ faciendæ, ex voce satis fit euidens. Est autem vox: Pœnitentiam agite, & baptizabimini. Vocis quoq; certitudinem sensibus imis reponite, ne cui pseudoapostolus illudat. Persona & vox sibi pulchre consentiũt. Doctor, quod alios docuit, primus præstitit. Malachias factorẽ, Esaias doctorem exprimit. Qualis doctor, tales discipuli. Pœnitentiã docendo & faciendo, Ioannes Christo viam ꝑparauit: per viam dignæ pœnitẽtiæ, discipuli Ioannis Christũ receperũt. Officiũ Ioannis hoc nemo credat esse abrogatũ. Nã queadmodũ Chrs tunc ad illos intrauit, ꝗs Ioãnes sibi auditores & factores pœnitẽtiæ ꝑparauit: sic etiamnũ in corda nostra vult venire. Peccatum suum agnoscere, lachrymis abluere, & bonis operib⁹ corrigere, atq; adeo pœnam tenere, est gratiæ viam munire. Hoc symbolon nisi profeceras, ignotũ te Chrs ꝑteribit. Cõtra haudquaq̃ emãserit, vbi pœnitẽtiæ talẽ fructũ viderit.

Ioannes vox clamãtis in deserto.

Ioãnis officium adhuc tenet

derit. Tantum regē sine præcursore & pcone præuio aduenire non decet: tanti regis aduentum mundissimus apparatus decet. Ioannē itaq;, id est, pœnitētiæ veræ ecclesiasten veꝝ, nisi admiserimus, doctrina gratię ad nos nunq̃ pertinget. Vox clamātis, vestibulum euangelij etiamnum personat: huic si cor tuum obdurauéris, ad asylū propiciatorij nunquā peruenies. Dicis, q̃ vox? Cōsule euangelistas: dicunt illi oēs vocem esse, Pœnitētiam agite, dignos pœnitentiæ fructus proferte, Matt. 3. Marc. 1. Luc. 3. Summa: Priusq̃ affecuto grāæ affectu, ad veram pacis visionem peruenias, ne cessum erit, vt desertū pœnitētiæ peragraueris. Si Christo despōsari cupis, paranymphum fac audias. Si præco gemit, & flebile carmen gutture profert lugubri, hoc thalassio siue epithalamion Hymenęi erit gratius. Dulcia enim non meminit, qui nō gustauit amara. Sed neque paranymphi vox semper est dura & terrisona, neq; etiā vox sponsi perpetuo carni est iucunda: vtrinq; enim tristibus dulcia miscentur. Tūc itaq; O animula humana tibi probe consulis, vtrunq; si audias & serues. Iuuat audire vocem paranymphi, Ecce agnus Dei q tollit peccata mūdi, Ioan. 1? Audi & hoc Luc. 3. Parate viam dñi, rectas facite semitas eius. Omnis vallis implebitur, & oīs mons & collis humiliabitur. & sequentia. Placet & hoc auspicis: Qui credit in filiū, habet vitā ęternam, Ioan. 3? Caue eiusdem hoc ne displiceat, Omnis arbor quæ non facit fructum bonum, excidetur, Matth. 3. Quod si per hæc quis inops fit animi, suapte hoc illi culpa contingit: & ob id ego summopere discrucior & vror. Verum hic aliter fieri non potest. Oleum lætitiæ caput tuum nunquā imbuet, nisi Ioannis aqua frigida cor prius macerauerit. Si contritionē pri⁹ incusserit, exomologesin excusserit: remissionis peccatoꝝ sacramentum efficaciter consequeris, & ad cor tuum dicetur: Cōfide fili, remittuntur tibi peccata tua, Non morieris, Mat. 9. Luc. 5. 2. Reg. 12. Nec tibi quidquam de Christo siue Baptista, quos indiuidua tenet copula, promitte. Huius ergo vocē audi, & illius opē sume. Vtriq; obaudi, & cū vtroq; ibis in paradisum. Tu ergo, si me satis audias, oēm doctrinā huic non consentaneam, tanquā pręsens aconitum fugito. Qui tibi hoc nostro tempore nudam, solam & meram fidem ad absolutam iustitiā prædicauerūt: mire tergiuersantur, Proteo & Vertūno quouis mutabiliores. Dicunt & nūc, opera bona fidem verā, iustificātem nimiꝝ, requirere: breui, simul ac furor efferbuerit, bonis operibus cum ecclesia rationē iustificādi retribuēt.

Ioannes quę vox?

Tu interim Christi verbum, (vt à prora euangelij ad puppim veniam) quod etiam in calce euangelij tibi pœnitentiā & indulgentiā vnà proponit, audi & custodi. Christus rediuiuus, tale euangelium prædicandum statuens, vocem præcursoris sui ppetuat. Q. d. Non in Iudæa solū, sed in omni mundo vocem præcursoris, & eiusdē amici mei, me præcedere volo. Nusquā enim pedem ego tulero, nisi vbi illum viam mihi fecisse videro. Huius satis. sequentia videamus.

Ioannis vocē euāgelij finis ꝑpetuat.

Et qui missi fuerant, erant ex pharisæis. Et interrogauerunt eū, & dixerunt ei: Quid ergo baptizas, si tu non es Christus, neq; Helias, neque propheta?

Sorex hic suopte se prodit indicio. Viden pharisaismū perpetuo latere nō posse, etiam si sub sacerdotali aut Leuitica dignitate sit illatebratus? Fastus sine inuidentia esse non potest. Superbum genus hominū Ioanni inuidebat, videns eius æstimatione suis rebus & gloriæ multū decrescere. Ioannes (quod apparet, signū quoq; est, quo cogitationes cordium multoꝝ reuelanf. Liuor pharisaicus ait: Quare baptizas? Vt audio, baptizare & docere non debuit, qa neq; Christus, neq; Helias, neq; propheta ille fuit. Sed vbi ex lege vr̄a potestis ostendere, nemini integrum esse baptizare & docere, nisi hoꝝ trium aliquis existat? Responsum veritatis non sapit vestro stomacho mendacijs assueto. Genealogiæ nunquam finiendæ & fabulæ aniles vos iuuāt. Harum si aliquid Ioannes in mediū protulisset, aures illi præbuissetis arrectas. Iuxta propheticā autoritatem dixit se vocē clamātis. quid vltra cupitis? qd vultis? Quod baptizando & docendo in deserto aliqd noui auspicatur, trepidatis: nec immerito. Præsagit animus vester omen esse, corban vestrum collapsurum. Oīs plātatio quā non plantauit pater cœlestis, eradicabit: & veniēte corpore, vmbra cessabit. Quid Ioannes eius potest? Suapte volūtate non venit. Deus patrum vestroꝝ misit illum, sine causa ergo illi exasperati succensetis. Videte mansuetudinē Ioannis, æquo animo tanta fastidia ferentis. Bonæ cōsciētiæ & diuinæ fidutiæ certum argumentum: quod in sequentibus liquidius aliquanto demonstrabimus.

Ioannes q̃q; signū q̃ cogitatiōes reuelātur.

Respōdit eis Ioannes, dicēs: Ego baptizo vos in aqua, medius aūt vestrū stetit, quē vos nescitis. Ipse est q

post

post me venturus est, qui ante me factus est, cuius ego non sum dignus, vt soluam eius corrigiam calceamenti.

Et hic tempus loquendi. Præsumpserãt Iudæi, Ioannis vocationẽ in dubiũ vocare, suamq́ falcẽ in alterius messem iniicere: in Dei, inquã, maiestatẽ, ius sibi vsurpare præsumpserunt. Ioannes licet & antea contra pharisæorum ausus edentulus non tacuerit, tamen hic longe clarius q̃ vnquam antea loquitur, suiq́ officii rationẽ reddit. Sensus est: Ego (quod vos mouet) rite baptizo. Videte vos, ne (quod aiunt) in cœlum expuatis. Officium baptismi mei latibulo opus nõ habet. Propter hasce partes missus sum, & viuo. Væ mihi, nisi mandatum meũ strenue peregero. Verũ, ne erretis, diligenter discernite quid de Christo aliàs sæpe sim testatus. Ego (quod videtis) baptizo, sed Iordanis latice præterlabẽtis. Quid ergo baptismum meum miramini? Hoc vnũ scitote, Messiam illũ, de quo vos tanta inuasit cura, aliud habere baptisma. Et hoc quoq; vos minime latere volo, Messiam eũ longe nõ abesse, natum inter vos, conuersari in synagogis vestris, & in ipso templo videri, audiri, immo etiam premi: sed in persona vsqueadeo plebeia, vt facile cognosci non queat, nisi illi, cui omnis gloria mundi plane vilescat. Ego, quantum ad huius vitæ ætatem, illo sum maior natu: vnde & in hanc docendi aream descẽdi. Hoc fortasse est, quod maiorem illo me vos facitis: sed vere ille ante me factus est, & post me est venturus. Huiusmodi verbis baptista Christi diuinitatem satis liquido confessus quidem est: nemo tamen ea ipsa verba, nisi qui Christi est, intelligit, nec intelligere potest. Qui Christi est, non solum in Syria, sed & in vniuerso mundo, illum qui secundũ diuinitatẽ antiquus dierum dicitur, nouit: & quid Ioannes voluerit, dicens, post me venturus est, non ignorat. Incircunscripti, immensi & immortalis Messiæ gloria, in vniuersum mundũ venit. Angusta fuit illius gratiæ Iudæa. qui Deus omniũ est, omnes vult saluos fieri. Talem Messiam quod Iudæa noluit recipere, sui exitii ipsa sibi causa existit. Quod baptismũ suũ aquæ lauacrum vocat, subindicat aliud adhuc superesse tingendi genus, se maius. Quod vero id lauacrũ fit, apud euãgelistas vndiq; videre possumus. Matth. 3. de hoc dicitur baptismo: Ego baptizo vos aqua in pœnitentiã: qui aũt post me venturus est, cuius non sum dignus calceamenta portare, ipse vos baptizabit in spiritu sancto & igni. Marci 1. Veniet fortior me post me, cuius nõ sum dignus procumbens soluere corrigiam calceamentorum eius. Ego baptizaui vos in aqua, ille vero baptizabit vos in spũ sancto. Luc. 3. Ego quidem aqua baptizo vos: veniet aũt fortior me post me, cuius non sum dignus soluere corrigiam calceamentorũ eius: ipse vos baptizabit in spũ sancto & igni, cuius ventilabrũ in manu eius, & purgabit areã suam. Vides euangelistarum testimonio baptismũ Christi, Ioannis lauacro successurũ, spiritũ esse & ignẽ. Sic baptizare, non erat viriũ & partiũ Ioannis: pro sua itaq; conditione humiliter baptizauit lympha, vt homines spũs baptismi & veri baptistes cupidos redderet. Sic & Moses victimis suis immodicis, hoĩbus victimæ vnicæ & perfectissimæ sitim esuriemq́ moueret. Et sicut Moses in domo dñi sui fidelem seruũ egit, dño deferens suũ honorẽ, sic & Ioannes officii sui rationẽ reddendo, vnice dñi sui gloriæ fategit. Occasionem accepit ex quæstione, quã de suo baptismo fecerunt pharisæi, de Christi lauacro differendi. In dissertione ista, serui & dñi discrimen tale esse ostendit, qualis & baptismaton est differentia. q. d. Quanto dñs seruo maior est, tanto baptism⁹ serui minor est baptismate dñi: quantoq́ creator creatura præstat, tanto officiũ creaturæ, ab officio creantis superatur. Sic hic se res habet. Famulus baptizat aqua, dñs spiritu & igni, & in creatura, perq́ creaturã creator recreat. Quantum ad res ipsas attinet, vt aqua & ignis duo sunt elementa, sibi præ cæteris cõtraria, ita vtrunq; cæteris præstat. Altero totus mundus semel est obrutus, altero tandem plane est absumendus. Atqui pugnãtia sibi elementa ea, in hoc sacramento baptismi plane conueniunt & sibi consentiunt, nec homini incommodant vlli, immo certior præsentiorq́ salus nulli homini cõtingit, nisi per hæc duo elementa. His nimirum duobus vnus constat baptismus, vt ex geminis elementis, vnũ fiat sacramentũ. Nemo tamen hic arbitretur, iuxtà igni atq; aqua oportere baptizari. Ioannes & alii mortales baptizarũt aqua. Deus q spiritus est, Ioan. 4. non baptizat nisi spũaliter. Homo corporea creatura, Deus incorporeus. Vnde ille corporea substãtia, aqua nimirũ, baptizat, hic inuisibili gratia: ille de terra, hic de cœlo: ille externe, hic interne: ille sæpius, hic semel. Neutiquã ergo in baptismo Chri spũali elementalis ille & visibilis ignis locũ habet, queadmodũ in baptismo Ioãnis, apostolorũ & nr̃o, aqueus ille humor quo tingimur. Vnde apparet error Iacobitarum in Syria, qui sua pignora ele-

[Left margin:] Baptism⁹ Ioãnis, baptismus aquæ.

[Right margin:] Aqua & ignis duo præcipua elementa in baptismo sunt

[Right margin:] Ignis spũalis est baptismi cõtra Iacobitas.

elementali igni iuxtà atq; aqua baptizando, candenti ferro characterē crucis frōtibus baptizatorum inurūt. Hæresios hui⁹ ansam sumūt ex verbo Ioannis, dicētis: Ipse vero baptizabit vos aqua & igni. sed nō satis attēdūt, ꝙ Ioānes dicit Christū baptizare igni, nō hoīem, cui baptism⁹ saltē aquæ, creditus est. Et quę Dei tandē maiestas fuerit, si homo opera Dei sibi non commissa, possit oīa arrogare? Hominis est, mandata Dei facere. Deus oīa q̄ vult, facit in cœlo & in terra. Roget quis, nunquid tria sunt, aqua, ignis, & spūs? Hic non: quia catholici nunquā triplicē cognouerūt baptismū, ignis, spūs & aquę. Duplex in ecclesia baptismus prędicatur receptus, spūs & aquę. Apodixin, id est, argumentum eius professionis habent Ioan.3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spū sancto, &c. Tit.3. item dicit de lauacro regeneratiōis & renouationis sancti spiritus. Quod vero Matth.3. & Luc.3. de spū & igne dicitur: vtraq; dictio vnū significat, nempe baptismū spiritualē Christi. Si dictio sacrosancta spiritus deesset, & solū ignis exprimeretur, posset homo opinari, & ignem materialem ad absolutum baptismū requiri. Nunc vero vocabulum hoc reuerendum, ociose nō est additum. Hoc eñ vocabulo omnino reuincitur, Christi baptismum, spiritualem esse, & e cœlo. Contentiosulus aliquis triplicē baptismū, secūdum trinam proprietatem substantiarum trium diuersarū, statuens, videat Marc.1. Acto.1. Apud illū dicitur: Ego baptizo aqua, ipse vero baptizabit spiritu sancto. In Actis dicit seruator, Ioannes baptizauit aqua, vos autē baptizabimini spiritu sancto nō post multos dies. Et hic soter nullius ignis facit mētionem, ꝙ sub vocabulo spūs cōpræhēdat. Et cōcordat euāgelion, solius spiritus baptismū Christo tribuens. Neq; Lucas sibiipsi diffidet, alibi ignis solius, alibi ignis & spūs baptismum describens. ¶Ignis ab apostolis exprimitur, ꝙ Ioannes id elementi suę aquæ opposuit, oppositio vt istæc, deitatis & humanitatis, spiritualitatis & corporalitatis (vt ita dicam) discrimen insinuet. Vsitatissime siquidem in omni lingua ignis spiritus habet significatū. Apostolus dicit: De⁹ noster ignis est consumens. Idem dicit Deum inhabitare ignem inaccessibilē. Ex Psal.103. dicit: Qui facit angelos suos spūs, & ministros suos flammam ignis. Et in prophanis literis ignis accipitur pro amore, certe incorporeo. Exemplum baptismi spiritus, habemus Acto.2. Et apparuerunt illis dispertitæ linguæ tanquam ignis, seditq; supra singulos eorum, puta spiritus sanctus. Hic spūs & ignis supplent hoc, quod dominus prædixit: Vos baptizabimini spiritu sancto non post multos dies, Acto.1. & induamini virtute ex alto, Lucæ 24. Vides itaq; hic Christi baptismū esse spiritus & ignis: sed non nisi eius ignis, qui ipse spiritus est sanctus. Obserua spm̄ sanctum visum esse in linguis igneis: & disce in baptismo spūs omnia, quæ de baptismo ignis in scriptura dicuntur. Apl'i semel aqua erant loti: sed & hic spiritu, post & sup aquam, à Christo baptizantur. Et nos baptismate spiritus baptizari habemus: nos ignis ille sacer manet, vt perficiat baptismus aquæ. Aqua Ioannis rem non consummat, nisi & Christi ignis accedat. Ignis penitius expiat q̄ aqua: hoc est, igneus spūs Dei quidquid nobis carne & sanguine peccaminosum innatum est, instar stipularū absumit. Sic aq̄ baptismus simulac ignit⁹ fuerit, hoc est, postquam carnis voluntas & sensus expiati fuerint, tum primū locum habet spiritus sanctus ignē sui amoris cordibus nostris infundendi, vt nostris igniculis ignis subinde addat. Lotoriæ virtutis est aqua: siue ergo eluat, siue reluat, exterius saltem lauat. Ignis vim habet *cōsumatoriā, flamma expiatoria est. Crede mihi, magnæ molis est, ex carne & sanguine aliqd boni formare. Vnde tam aqua Ioannis, q̄ omnium apostolorum latices & lymphę, absente Christi igni, sunt inefficaces. Dei filius, cuius baptism⁹ est, quiq; verus baptistes, est animarum nostrarum antistes, nisi igneo, potēti & efficaci suo nos baptizet spiritu, oīs opera aliorum baptistarum luditur. ¶Vltro citroq; sacra scriptura diuinā maiestatem in igne nobis exhibet. In rubo ardēti, Exodi 3. In monte Sinai, cum lex daretur, Exodi 19. & 24. Vnde Moyses dicit, legem dextera fulgenti atq; candenti sibi datam, Deuteroñ.33. Regem Dauid in igne Deus exaudiuit, 1. Paral.21. Deum in igne venire Esaias dicit 66. Verbū deniq; Dei, ignitum eloquium dicit Psal.118. Igni confertur Hiere.23. Murū igneum sese Deus suis promittit Zachar.2. Hæc toties repeto, vt inculcē rudioribus, Ioannē noue & ociose Christi baptismum igni non comparasse. Ignis siqdem, Dei, q spiritus & animus est, instar supra omnia alia crassiora elementa refert. Sed neq; citra autoritatem Ioannes Christi baptismum, igneum atq; adeo spiritualem vocat. Malachiæ 3. Ioannis verba fundata stabiliūtur. Dicitur ibi: Ipse quasi ignis conflans & herba fullonum, & sedebit conflans & emundans argētum, & purgabit filios Leui, & colabit eos quasi aurū & argentum, & erunt dño offerentes sacrificia in iustitia. Propheta per liquationem, purgationem & expiationem, tanq̄ ex dia-

d me-

Ignis & spūs in baptismo idē sunt.

Exemplū baptismi spiritus.

Apostoli retincti, sed spū, nō aqua.

Ignis diuinæ maiestatis instar.

metro ad Christi baptismũ respicit: & Ioannes ijs verbis vtẽs, Christi baptismũ igni comparat: hoc est, opus Dei, igni baptizare vocat. Quasi d. Spiritussanct⁹, quẽ Christus dat, ociosus nõ est: sed receptus, indies magis atq; magis purgat, & vetustatẽ absumit omnem, nouumq; hominẽ, bonorũ operum fœcundũ, & supra niuem candidatũ, generat. Hanc, charissimi, Christi baptismatis proprietatem obseruate, ne quis sibi tantum placeat & blandiatur de baptismo aquæ. Ioannis & apostolorum baptismus, nobis præ manibus est. aqua omnes tincti sumus. de eius sacramẽti gratia, Deo sit laus & gratiarũ actio in æternũ. Amen. Grandis & termaxima res est, mediante aq̃ in nomen sanctissimæ Triadis baptizari. Sed & Christi verbum audiamus baptizati: Nisi, inquit, quis renatus fuerit ex aqua & spiritusancto, non intrabit in regnũ cœlorũ, Ioan. 3. Ecce tibi. Si negligis baptizari spiritu, ianua regni cœlorum tibi peruia nõ erit. Facessant retinctores nostrates, identidẽ succlamitantes, Baptismus Baptismus: sed nihil nisi aquã proferentes, quasi nobis aq̃ defuerit aut desit. Age ergo Anabaptistes misselle, spiritũ (si potes) prome. Hic latet res, huc tẽde, hic animis est opus. Nihil est, septies, immo septuagies septies, pfundi aqua & in abyssum immergi, si baptizatus, flaminis sacri ppetuo expers maneat. Sed heus tu mi frater: nõne sacramenti baptismatis virtutem eleuas, & sacro sanctæ Trinitatis nomini detrahis tua istac iteratione? Cedo, quem aqua tua retingis? Saracenum ne, an Iudæum? Nõne christon, hoc est, per sacramentũ baptismi Christo incorporatũ? Discredis? Cedo ergo, in quẽ hoc est, in cuius nomine sunt prius baptizati? Ioannis? Minime gentium, sed in nomine patris & filij & spirit⁹ sancti, in Christum. Quid ergo citra exemplum sanctorũ, sine dominico præscripto, cõtra ecclesiam rebaptizas? Locum haberet exemplũ Pauli Actor. XIX. si ij, quos remergendo submergis exotica forma, in Christon per reuerendum atq; tremendũ sanctæ Trinitatis nomen non essent baptizati, vt tuo officio ab hæreticorum abysso in ecclesiæ vnitatẽ emergerẽt. Nunc nihil agis, nisi quod sanctum Triadis nomen contumelia afficis, eiusq; virtutem nominis, quãtum in te est, aboles et euacuas. Eia ergo absiste ab infando inceptu retingendi, sed baptizatos semel forma ecclesiæ, euangelizando ignito eloquio perfunde. Rom. 6. ignem habes, nempe illum: Consepulti sumus cum illo per baptismum in mortem, vt quomodo Christus resurrexit à mortuis per gloriam patris, ita & nos in nouitate vitæ ambulemus. Galat. 3. Quotquot in Christum baptizati estis, Christon induistis. Col. 2. In Christo circuncisi estis circũcisione nõ manufacta, in expoliationem corporis carnis, sed in circuncisione Christi, consepulti ei in baptismo, in quo resurrexistis per fidem operationis Christi Dei, qui resuscitauit illum à mortuis. Præcipue & hoc Petri 1. cap. 3. In arca Noę paucæ, id est, octo animæ saluæ factæ sunt per aquam. Quod & nos nũc similis formæ saluat baptisma, nõ carnis depositio sordium, sed conscientiæ bonæ interrogatio in Deũ. Hæc & hoc genus apostolicarũ prunarum & scintillarũ, per aures in corda baptizatorum, quãtum potes, ingere: baptismũ vero aquę non repete. Vnus in ecclesia saltẽ est baptismus, quemadmodum etiam nisi vna fides, vnus Christus, vnus Deus, Ephe. 4. Baptismus ille vnicus, illuminatiõis superni luminis est sacramentũ. illuminatus ergo, opera tenebrarũ caue. Lucis opera baptismus exigit. exigẽtem habes. nihil superest, nisi vt hoc quod exigitur, præstes. ¶ Caue ergo, iterũ dico, caue præsumptuosæ & simulatæ illuminationis prophetas, qui spiritu tenebrarum perciti, operibus noctis blãdiendo, locum Marci XVI. in suam ipsorũ perniciẽ interpretantes, satis esse ducunt, si vel aqua baptizati sint, de bonis operibus nihil solliciti, siue sequantur, siue non. Nonne hi æque errant, atq; Catabaptistæ, qui nos secundum formã ecclesiæ semel aqua baptizatos, iterũ ad immunda sua fluenta reuocant, vt infelix eorũ accrescat caterua? Certe vtrinque simili erratur exitio. Contra vtranq; hæresim hic breuiter obserua: Primo, sufficere, quantũ ad aquæ sacramentũ attinet, semel forma ecclesiæ catholicæ in sanctę Triadis nõie esse baptizatũ, & ecclesiæ mẽbrũ sub vno capite Chr̃o esse factũ. Dein Christi baptismũ, ad Ioannis & apostolorũ baptismũ, id est, ad ecclesię ministeriũ, requiri. Tertio, in eius baptismi argumentũ, fidem operosam viuidamq; vndiq; exigi, vt nouus homo in vitæ nouitate ambulet. Sic vita æterna in q̃tuor consistit articulis: Aqua, spiritu, fide, & cõuersatione. Cõtestor omẽs hæc audientes: si quis aliq̃d adiecerit, ignẽ scilicet Iacobitarũ, & geminatã aquã retinctorũ, aut aliquid dempserit, puta ignẽ & spiritũ diuinũ, Iouinianã iustitiam citra fructus spiritus, id est, bona opera statuendo, Deum ad animã eius plagas additurũ, gratiãq; suam illi denegaturum, partẽ eius e libro vitæ auferendo.

Rebaptizari habemus, sed spũ, non aqua.

Noui euãgelicastri, baptismi spũs hostes iuxta atq; dibaphi.

Hęc in Bethabara facta sunt trans Iordanẽ, vbi erat Ioannes baptizãs.

Fidelis historici est, topographia historiæ

riæ veritatẽ affirmare & fulcire: quod Ioannem euangelistam hic facere videmus. Habet præsertim locũ diligentia ea, quoties grandius aliquid inciderit. Vnde grauitate certa Ioãnes, ea quæ prædicta sunt, hoc scribendi schemate duxit perpetuenda. Sẽsus huius particulæ est: Baptisten sui baptismatis non puduit, neq; de suo officio erubuit. Neq; enim in angiportu, sed in loco celeberrimo, Chr̃i anteambulonẽ agẽs, baptizauit: nẽpe in flumine oĩm nobilissimo Iordane, Iudæam & Galilæam, pcipuas filioꝝ Dei sortes, interlabẽdo discernente. Hic Iosue mirandis factis claruit, Iosue 3. Psal. 114. Hic Christus baptizatus, Matth. 3. Trans Iordanis flumen sita erat Bethbara, q̃ celebrat Iudic. 7. vbi Gedeon præcipit Israeli, vt Madianitis Iordanem præriperet & poccuparet. Ibidẽ loci Oreb & Zeb, insignes Madianitarũ duces, sunt occisi. Bethabara interpretatur electã domũ. Significat ecclesiam electã vt luna, & præelectã Chr̃i mansionẽ. Vbi ab apl̃is & apl̃oꝝ successoribus, sacra traduce baptizatur, vbi veritas & efficacia sacramenti.

Bethabaræ interpretatio & significatio.

Viderit vitis aliena. Qui hic Bethabora legunt, cũ illis mihi ratio nõ est. Bethabora em̃ oppidulũ erat etiã in deserto qdem, sed aliud à Bethbara, vt vides Iosue 15. 18. Interpretant domũ deserti, q̈ in deserto situm esset, sic dictum. Qui Bethania legũt, plane delirãt. Bethania siquidem neq; erat trans Iordanẽ, neq; erat in deserto: sed ad latus montis oliuaꝝ, distans ab Hierosolymis stadia qndecim. Et qd Baptistæ & Bethaniæ, vbi Iordanis non præterfluebat? Esaias Ioannẽ denũciauit clamatuꝝ in deserto, puta eo deserti loco, vbi pterlabebat Iordanis, Mat. 3. Lu. 3. Verũ ne qs arbitret hodie Bethabara legi inceptũ esse pro Bethania, nouerit Chrysostomũ hom. 16. adfirmare, exẽplaria correctiora habere Bethabara: neq; itẽ Bethaniã sitã esse trãs Iordanẽ. Idem & Theophylactus asserit in Ioannem 11. & 12. Hunc nostræ paruitatis laborem, aures vestras pulsantẽ, digitus Dei cordibus vestris clementer inscribat. Huic sancto pneumati cum filio & patre vni & trino, sit laus & gloria per æterna secula seculorum, Amen.

IN FESTO NATALIS CHRISTI,

Euangelium Lucæ II.



Xijt edictum à Cæsare Augusto, vt describeretur vniuersus orbis. Hæc descriptio prima facta est à præside Syriæ Cyrino. Et ibant omnes vt profiterentur, singuli in suam ciuitatem. Adscendit autem & Ioseph à Galilæa de ciuitate Nazareth, in Iudæam, in ciuitatem Dauid, quæ vocatur Bethlehem, eo q̈ esset de domo & familia Dauid, vt profiteretur cum Maria, desponsata sibi vxore, prægnante. Factum est autem cum essent ibi, impleti sunt dies vt pareret. & peperit filium suum primogenitum, & pannis eum inuoluit, & reclinauit eum in præsepio, quia non erat eis locus in diuersorio. Et pastores erant in regione eadem, vigilantes & custodiẽtes vigilias noctis super gregẽ suum. Et ecce angelus domini stetit iuxta illos, & claritas Dei circũfulsit illos, & timuerunt timore magno. Et dixit illis angelus: Nolite timere. Ecce enim euangelizo vobis gaudium magnum, quod erit omni populo: quia natus est vobis hodie saluator, qui est Christus dominus, in ciuitate Dauid. Et hoc vobis signum: Inuenietis infantẽ pannis inuolutum, & positum in præsepio. Et subito facta est cũ angelo multitudo militiæ cœlestis, laudantium Deum, & dicentium: Gloria in altissimis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Et factum est vt discesserunt ab eis angeli in cœlum, pastores loquebantur ad inuicẽ: Transeamus vsq; Bethlehem, & videamus hoc verbum, quod factum est, quod fecit dominus, & ostẽdit nobis. Et venerunt festinantes, & inuenerunt Mariam & Ioseph, & infantẽ positum in præsepio. Videntes autem, cognouerunt de verbo, quod dictum

erat illis de puero hoc. Et omnes qui audierunt, mirati sunt, & de his quæ dicta erant à pastoribus ad ipsos. Maria autem conseruabat omnia verba hæc, conferens in corde suo. Et reuersi sunt pastores, glorificantes & laudantes Deum in omnibus quæ audierant & viderant, sicut dictum est ad illos.

PRAEFATIO.



Vicunq; Christi noīe censemini, hac potissimū luce gaudete. Qui Dei est, qui verbo Dei vel tantillū afficitur, hac festa die gaudeat, lætetur & exultet. Gaudete, iterū dico, gaudete filij Dei & serui Iesu Christi. Audite Esaiam ad solida tanta gaudia vos exhortantem, cap. 40. Super montem excelsum adscende tu qui euangelizas Sion. Exalta in fortitudine vocem tuā, qui euangelizas Hierusalem. Iterum idem: Consolamini consolamini popule meus. Item Cap. 52. Consurge consurge, induere fortitudine tua Sion, induere vestimentis gloriæ tuæ Hierusalem ciuitas sancti. Gaudete & laudate simul deserta Hierusalem, quia consolatus est dominus populum suū, redemit Hierusalē: parauit dominus brachium sanctū suum in oculis omnium gentium, & videbunt oēs fines terræ salutare Dei nostri. Gaude sponsa: sponsus eñ tuus diademate, quo eum mater sua coronauit, tanquam sponsus de thalamo suo procedit. Angelon post prophetam audi, te ad tanta tua gaudia exhortantem: Annuncio, inquit, vobis gaudium magnū, quod erit omni populo. Vobis eñ natus est hodie saluator, qui est Christus dominus, in ciuitate Dauid. Vides me haud quaquam temere ad summa gaudia vos exhortatū esse, cum hoc non solum prophetæ faciant, sed & ipse archangelus, natiuitatem salutaris Dei Iesu Christi annuncians, hoc agat. Scriptura de incarnatione atq; animatione verbi, iam completa est omnis. Semen Heuæ adest: caueat sibi antiquus serpens, cuius caput iam conterendum, vetus prophetia commemorat Genesis tertio: Semen eius, inquit, conteret caput tuum, in vniuersalem redemptionē generis humani, iure cum veteri Adamo protoplasto illo, perditi et damnati. Semen item Abrahamicum adest, in quo omnibus gentibus benedictio pmissa est: hoc est, id per quod maledictio Adæ & Heuæ vnice est abolenda, adest. Siloch, quem patriarcha Iacob mittendū vaticinatus est, missus est. Nihil superest, nisi vt appræhendamus filium, ne qua irascatur dominus, & pereamus de via iusta. Vos miseri Iudæi, hanc Dauidis vocem, ad vos potissimū dictam, intelligite. Vos ergo credibiles & docibiles Dei exhibete. Messias quemadmodum vobis peculiariter promissus est, ita in vestra terra & ex vestrate puella homo est factus, Genesis 49. Heus tu Iudæe, olim verus Iudæus, audi, & Deo gloriam Dei dando, veritatem ne erubescas fateri. Propheta siue Nabi, quem Moses prædixit aduenturum, adest: idq; in medio vestri, Iudæus ex Iudæis, hoc est, verus Deus & homo. Vestras est, & non alienigena. Cum exarserit in breui ira eius, beati oēs qui confidunt in eo. Audite ergo eum: sin, quid Moses vobis Deuterono. 18. interminetur, scitis. Virgo (res mira) enixa est, fructus benedictus virgineus Emanuel (quod mirabilius) verus intercedit. Emanuel iste (quod omniū mirabilissimum est) infra omnes infimos sese submisit. Hoc vt olim est prædictum, sic iam cernitur effectum. Puer natus est nobis, & filius datus est nobis, Esa. 7. Puer, inquam, qui tot mira nomina sibi Esa. 9. vendicat. Dicitur enim Mirabilis, Cōsiliarius, Deus, Fortis, Pater futuri seculi, Princeps pacis: qui titulus ne Ptolemæum offenderet, Septuaginta puerū eum, magni consilij angelon vocitare maluerūt. O ineffabilis magnitudo, vnigenite Dei & primogenite Mariæ, quibus linguis te prædicemus? quibus verbis natiuitatem tuam celebremus? Stirps Iesse pullulauit, virgamq; viuam & vitæ fructum, Deum nimirum, in salutem omniū credentium, produxit incarnatum: & deliciæ eius, esse cum filijs hominum. Thema habemus laudis, Deus nobis ad suam laudem labia nostra aperire dignetur. O stirpē terq; quaterq; beatam. O stirpem electā & præelectam, & super omnes Deo gratam: ex te, & per te accepimus florem & fructum vitæ, per tot secula patribus expectatum, etiam ipsis archangelis iucundum, nedum hominibus gratum. Messiam eum aduenisse, vel ex hebdomadibus annorum Danielis potest ostendi. Quid ergo misera plebs, tanto vati fidem non habes? Quid fatidicum & veracem falsidicis & vanis mutas? Nihil est quod Messiam semel natū, tibi denuo speres renasciturum, quia nullus hoc propheta prædixit. Sed vno ore hortant oēs, vt eum qui iam natus est, afferas, cordisq; brachijs & manibus gratissime amplectaris. Affere ergo & amplectere Messiam tuum,

Messiam aduenisse Iudæis ostēdi potest ex hebdomadibus Danielis.

um, puerulũ semel tibi natũ, et semel tibi datũ filiũ. Si nõ acceptas, age, causam q̃re abnuas, ĩ mediũ pfer. Cedo, q̃ aq̃ tibi hęreat, quo minus saluatorem tuũ recipias. Si hebdomadæ annales Danielis non sunt adimpletæ, quando tandẽ censes adimplendas? O perditionis ęternę maledictã cęcitatem, quę neq; videt, neq; intelligit, sexagintanouem haſce Sabijm, hoc est, hebdomadas annorũ, non modo esse elapsas, sed & plus quàm centenariũ hebdomadũ earundem, suprà esse exactũ. Nunc cũ post præscriptũ tẽpus aduentus Messiæ, tot secula sint prolapsa, quẽ rogo expectas? Nisi forte in manu vestra est, certũ tẽpus pro incerto, hoc est, Sabijm pro Græcis kalendis, accipere, vestros ipsorũ prophetas veros theologos, tanquã matæologos, angelis & hominibus deridendos exponendo. Quid si ante Iesum nostrũ hebdomadę Danielis sunt impletæ, Messiã qui ante illũ natus sit, q́ꝫ vos à Romanorũ tyrãnide asseruerit, date. Nihil veri, nihil rationi consentaneũ proferre potestis, magis q̃ pisces muti obmutescitis, creaturis omnibus ludibriũ facti. Ecce vester Esrim ve Arba ante vr̃os oculos est. voluite & reuoluite, quærite & perquirite: & si quid contra Iesum Nazarenũ puerulũ infantulũ, verũ mũdi saluatorem, inueneritis, proferte. Audiemus vos, sed ea lege, vt & nos vicissim audiatis. Nulla vos Pharaonica sæuitia opprimimus, nõ vrgemus, ad fidẽ sanã compellẽdo. Biblia quæ à cunabulis legitis sacra, nõ machærã, non hastã, vobis proponimus. Verũ quoniã Iesum Nazarenũ, quẽ nos verũ Messiã confitendo adoramus, negatis: vestra impia tergiuersatiõe coacti, ex vobis scire cupimus, qua biblica scriptura hoc faciatis. Literã bibliorũ non recusamus, Thalmud & Targum deprecamur. Sed hem, nihil nisi inficiari propudiosum, vobis pro ratione est, ne mentiatur noster Apostolus, de vobis dicẽs: Vsq; in hodiernũ diem cũ Moses legitur, velamen positum est super cor eorũ: cũ autẽ conuersi fuerint ad Deũ, auferetur, 2. Cor. 3. Et hoc ad Rom. 11. Dedit illis Deus spiritũ cõpunctionis, oculos vt non videant, & aures vt non audiant, vsq; in hodiernũ diẽ. Hæc Moses, Esaias & alij prophetæ non semel huic genti interminantur, ne Apostolũ nostrũ reijciant. Misereatur Deus gentis hui⁹, & cęcitatẽ eam ab ea auferat, vt in pusione dulcissimo nostro, hoc ipsum nobiscũ, quod nos in pastoribus, Magis, Simeone, Anna prophetissa, et cũ hoc genus cæteris nõ contẽnendæ opinionis hoĩbus, videmus, tandẽ considerare valeant: Deũ nimirũ verũ, omĩpotentẽ, ęternum, eiusdẽ cum patre & spũ sancto glorię & maiestatis. Sed quare nõ fidelib⁹ potius q̃ infidelib⁹ euãgelizam⁹? Vestra charitas, post pphetias de sacrosancta Messiæ natiuitate olim platas, nũc euangelicã historiã ipsam attente audiat. Sed ne ad eã historiã sacrosanctã im mũdis pedibus adeamus, cũ Bernardo prius Dei omnipotentis gratiam deposcendo, cantemus:

Lætabundus
Exultet fidelis chorus,
Alleluia.
(Et cætera quæ sequuntur, vsq;)
Quem docet litera,
Natum considera,
Ipsum genuit puerpera. Amen.

Exijt edictũ à Cęsare Augusto, vt describeretur vniuersus orbis. Hæc descriptio prima facta est à præside Syriæ Cyrino.

Hic statim dicat aliquis: Quid Romani imperij tyrannidi & Christi natiuitati? Nihil quidẽ, sed non sine grauissimis rationibus euangelicæ historiæ inserit. Nos ex multis vnã tanq̃ præcipuã esse dicimus, certitudinẽ natiuitatis sanctę. Sceptrũ siqdem à Iuda ablatũ, pax vniuersalis & cętera hoc genus, certitudinis eius euidens præ se ferunt argumentũ. Haud quaquã sine certo Dei consilio Mariã superne grauidatã virgunculã, cũ desponsato sibi cõpare germano, in ciuitatulam Iudææ e Nazareth Galilææ oppidulo, peruenisse credendũ. Euangelista delineat hoc non esse temere factũ, sed castos hos coniuges, Augusti tyrannide impulsos, huc pedẽ mouisse. Augustus Iulij vltor, M. Bruto, Antonio, Cleopatra & alijs suis hostib⁹ deuictis, toti mũdo formidabilis, iterũ totius orbis potitus, late q́ꝫ rex, vndiq; rebus humanis pacatis, proscriptionẽ vniuersæ terræ meditabat. Statuit itaq;, vt vniuersus orbis censeret: nẽpe sic, vt hoĩes sua sibi noĩa darent oẽs, & vt tributũ imponeretur singulis. Municipales itaq; cũ oẽs, quisq; in suã ciuitatẽ vnde oriundus fuit, proficisci cogerent: factũ est, vt & Maria virgo prægnans, cũ Iosepho, cui desponsata & credita erat, in Bethlehẽ peruenirent: cum ꝙ ex tribu Iuda essent, tum ꝙ ex stirpe Dauid genus ducerẽt. Octauianus cognomẽto dictus Augustus, propter fidẽ sacræ historiæ, & propter certitudinẽ vaticiniorũ adimpletorũ, in literas euangelicas receptus est. Istac ratiõe & Tiberij fit mẽtio Lu. 3. Augusti itẽ nomẽ, ad melliflua Chr̃i natiuitatis tẽpora optime quadrat. Dicit em̃ sacer, ab auium quæ in auspicijs adhibebant, gustu. Vnde Ouidi⁹ in Fastis: Sancta, pr̃es augusta vocãt, augusta vocant

Messiam aduenisse, ablatũ à Iuda sceptrum arguit.

Augusti nomẽ regno Chr̃i quadrat.

Templa, sacerdotũ rite sacrata manu.
Dicit itẽ ab augeo, q̃si auctor. Vnde idẽ:
Augeat imperiũ, nr̃i ducis augeat annos.
Hocce nomẽ ad memoriã nr̃i soteris conuenire, vt nr̃os ꝓphetas taceã, ne ethnicos quidẽ latuit vates et Sibyllas. Vnde Cumanæ vaticiniũ hoc apud Maronẽ celebrat:
Talia secla suis dixerunt, currite, fusis,
Concordes stabili fatorũ numine Parcæ.

Et hanc puto causam, quare nostri Cæsares etiam hoc ethnici hominis nomen sibi gaudeant retinere. Conuenit & primi nomen imꝑatoris, nostro monarchę. Cęsar, à cædendo dicitur: quo nomine finis idololatriæ & omniũ errorum significabatur: vt Christ⁹, recisa idololatria, solus & ver⁹ Deus in vniuerso orbe adoretur. Augustus ille Cæsar late quidem rex extitit, sed Christ⁹ noster is est, qui (vt Lactantius ait) claudit cuncta pugillo. Ille imperiũ Romanorum Dei prouidentia sortitur. Nam & Chaldæorũ, & Græcorũ, aliasq́ monarchias, Dei prouidẽtiæ adscribit Daniel 2. Hic vero noster soter, ipse est per quem reges regnãt, & in cuius manu cor regis esse dicitur. Diuino itaq; consilio comparatũ est, vt & orbis, qui alioqui vastus dicitur, quasi angustus in Augusti manu contineretur. Vnde factum puto, vt Augustus hanc descriptionem atq; censurã primus meditaretur. Edixit, vt om̃ia capita prouinciarum om̃ium censerẽtur, seq́ quisq; ex asse cum om̃ibus facultatibus Cæsari profiteretur. Hũc censum primũ in Syria (vt manifestaretur sceptrum à Iuda ablatum esse) agẽdum, Deo opt. max. fuit visum. Syria aũt est amplissima regio, & non minor pars Asiæ, multas regiones complectens. Sunt itaq; Galilæa & Iudæa Syriæ prouinciæ, quemadmodũ Germaniæ sunt Sueuia, Franconia, Saxonia &c. Descriptio hæc atque Cæsaris edictum, in Syria primo (quod dixi) eo tẽpore facta est, idq́ Cyrenio siue Quirino, eius prouinciæ p̃side. Attende diligentiã euangelistæ, qua nihil omittit, quod ad certitudinẽ historiæ facere possit. Sic & infrà Pontius Pilatus, latrunculator in Iudæa, homo ambitiosulus & omniũ iniquissimus, sacræ committitur historię. Hęc ad literam. Mysterium huius descriptionis, magi orientales egregie vel re ipsa edisserunt.

Cæsaris nomẽ regno Christi q̃drat.

Et ibant om̃es vt profiterẽtur, singuli in suam ciuitatem.

Syriam Romano imperio subactam hic vides. Eandẽ in Quiritiũ manus venisse Iudęi ipsi fatẽtur, Ioã. 19. dicẽtes: Nõ habem⁹ regẽ nisi Cæsarẽ. Idem vides Act. 25. Ibant oẽs, faciunt q̃d factu necessariũ fuit. Obediunt Cęsari, sed nõ cõtra Deũ: nã & lex ipsa dicit, reges & regna Dei esse ordinatione. Idẽ & nobis Apostolus Rom. 13. ex lege p̃scribit, & Petrus 1. cap. 2. etiã dyscolis, modo cõtra Deũ nihil iubeãt, nos cupit obaudientes. Præceptorũ apostolicorum exemplum hic videmus apertũ. Palæstini Cęsari, quisq; pro se, nomen suum reiq́ familiaris apographũ dederunt. Iurisconsulti & archigrãmatei, huiusmodi capitũ & rerũ professionẽ, apographen vocant.

Adscendit autem & Ioseph à Galilæa de ciuitate Nazareth, in Iudæã, in ciuitatẽ Dauid, quæ vocat̃ Bethlehem, eo quòd esset de domo & familia Dauid, vt ꝓfiteretur cum Maria despõsata sibi vxore, prægnante.

Bono spiritu ducti Ioseph & Maria, Cæsaris legi obtẽperauerunt. Casti & pij cõiuges, ethnici & impuri imꝑatoris obseruantes extiterũt, non dubitãtes, eũ qui sese magistratui subdit, Dei ordinatiõi sese submittere. Non mediocris, q̃d adhuc in Europa saltem tenet, imperij Romani est commendatio, ꝙ iustus ille Ioseph & benedicta virgo Maria, cum cæteris pijs & iustis, q̃ tunc floruerunt, vtriusque generis hoĩbus, agnouerunt regnũ hoc vniuerso orbi pręlatum. Accedit huc, ꝙ saluator ipse integrę & maturæ ętatis, etiam postquã regnũ cœlorum in hoc mundo p̃dicando & miracula edendo esset orsus, hoc ipsum regnũ & doctrina & exẽplo cohonestauerit, Matt. 17. 22. Marc. 12. Luc. 20. Maior adhuc regni eius extat gloria, ꝙ vnà cũ eiusdẽ primordijs, euangelij quoq; iubar instar solis radiorũ cœpit ĩ vniuerso orbe illucescere. Quis nõ videat, monarchiã eam in cultũ Christi regis glorię esse electã? Glorię crucifixi quantum Cęsar debeat, pij quicũq; facile vidẽt. Norũt eñ, ad quid & per quem ad tale rerum fastigium sint euecti. Quod in posterioribus diebus nostræ ac patrum memoriæ, Asia & Aphrica ab hoc regno defecerunt, sibiq́ tyrannidẽ om̃i barbarie barbariorẽ constituerũt, pessimo Mediusfidius, pessimo ducti sunt genio. Et in eos hoc ꝓphetæ conuenit: Cõstituistis vobis regem, sed nõ ex me. Adde ꝙ nec Daniel Turcicũ hocce vidit regnũ. Certo argumẽto, tyrannidẽ eam, q̃ nihil, nisi Dei irę flagellum est, breui, vbi se q̃sq; ad p̃cepta euãgelica correxerit, abolendã. Sed neq; tyrãnis ea regnũ Christi, q̃d perpetuum est, Luc. 1. Esaiæ 9. extinxit, licet vnà cum monarchia Romani imperij, non mediocriter sit debilitatũ. Aphricani & Asiani Dei ordinationi resistentes, iugum imperij sacri excutiẽdo, meru

Imperij Romani quanta gloria.

Aphricani & Asiani q̃ culpa meruerint.

runt vt in Turcicæ tyrãnidis manus peruenerint.

ruerunt vt & Christi regno priuarentur. si mul eñ & Cæsari & Chro pfidi sunt facti. Quis post reginã cœlorũ & iustũ Iosephũ, Cæsari dubitet atq; cunctet sese humiliare, regulus atq; meteoros siue Optimas ecclesiæ, nisi q̃ Antichristo viã velit factam? Ioseph & Maria regnũ Christi illustrãdo, Cęsaris edicto vltro paruerũt: & erat obedientia ea vtriq; grauis, & omniũ laboriosissima. De capite siquidẽ censorũ, aut certe de proletariorũ numero fuerunt: ars illis sua census erat. Hic vero à cõquisitione victus cessando, ferias agere & peregre suis impensis sine cõmeatu ire cogebantur. Contiguas & confines fatemur Galilæã & Iudæam: sed montana interiecta, capite sequenti Lucas cõmemorat. Et pfectio hæc virgini Mariæ, quæ vera fuit apocrypha, non potuit nõ esse molestissima. Quid eñ apocrypharũ maximæ, cũ tumultu maximo? Adde q̃ & virginalis verecundia creuit, sacræ diuino tumore alui. Quis post hoc exẽplum, in officio pietatis, vel rebus vel labori parcat? Euãgelista hac periodo siue orationis membro, de domo & familia Dauid, tanquam epexegesi declarat, Iosephũ de stirpe Dauidica, cui peculiariter Christus erat promissus, originẽ trahere. Cogebat quisq; ad suæ prosapię traducem & patriã sese recipere: vnde quidqd adhuc reliquiarũ Dauidicæ gẽtis supfuit, ad Bethlehẽ oppidulũ pedẽ cõferre cogebat. Bethlehẽ vero dr̃ ciuitas Dauid, q̃ is in oppidulo eo esset nat⁹ & educat⁹. Iesse eã coluit, & Dauid cũ parẽte suo in ea sepulti requiescũt. Cæterũ Ioseph ex Dauidica pgenie fuisse, Euãgelistæ Matthæus & Lucas luce clarius ostẽdunt, In genealogia Chri sic dicit ille: Mathan genuit Iacob, Iacob aũt genuit Ioseph virũ Mariæ: de qua nat⁹ est Iesus, qui vocatur Christus. Hic Iosephũ vocat filiũ Heli, non vtiq; rõne naturæ, sed sacramenti coniugij. Fuit eñ Heli (qui & Ioachim dicit) naturalis genitor virginis Mariæ. Sunt tñ, qui ex priscorũ patrum monumentis colligunt, Heli & Iacob fratres fuisse vterinos: illum vero sine liberis defunctum, & hunc semen eius (secundũ legem Deuter. 25.) suscitasse, atq; Iosephum genuisse. Vt Iosephus sit huius filius, secundum carnẽ & sanguinẽ, illius scd̃m legem. Sufficit hic verbis Euãgelistæ fidẽ accõmodare nos: & credere, Iosephum fuisse ex familia & domo Dauidis, Mariã item cum Ioseph, eiusdẽ propaginis sobolem sacrã extitisse. Huc facit lex, qua cautum est, ne qs ex alia tribu vxorẽ sibi adsciscat, & ne mulier, nisi suæ tribus viro, nubat. Quod euangelistæ magis describunt, Iosephum honesto eo loco, hoc est, ex Iesse progenie satũ,

Obedientia Mariæ & Ioseph qualis & quanta?

Ioseph fuit de tribu Dauid.

l. osiandro.

Ioseph q̃ rõne magis cõmemoret ex tribu Dauid, q̃ Maria.

receptum scriptorũ omniũ modũ scribendi sunt secuti. Nusquã eñ inuenias in sacra pagina, marito vxorem in genealogiæ ratione præferri, quãtumuis sanctam. Quod vero Iosepho Iesse siue Dauid genearcha constituitur, certe & Mariæ atauus rex ille ostendit. Sũma: Euãgelistæ declarãt Christũ esse filiũ Abrahæ & Dauid, q̃ non ex Iosephi semine, sed ex bñdictissimo intemeratæ virginis sit nat⁹. Neq; hic silẽtio puto prætereundũ, qnq; in scriptura sacra inueniri Iosephi noĩe dictos, quorũ tres insignes nobilitate viri extitere. Ioseph pr̃iarcha fili⁹ Iacob, Gene. 30. 37. Ioseph coniũx virginis Mariæ, de q̃ in p̃sentiarũ agit, & Ioseph Arimathianus, de quo Mat. 27. Lucas hic dicit Mariã despõsatã Ioseph, q̃d Matthęus clariori cãpo describit. Porro hic noster an & aliã adhuc vxorẽ habuerit, & ex ea filios eos, quos Iudęi Christi fratres frequenter appellitant, genuerit: an vero hi Christi fratres, ex Mariæ virginis vterina sorore Maria, Cleophæ vxore, sint orti, aliàs ostendemus.

Iosephos scriptura canonica quinq; cõmemorat.

Factum est autem cum essent ibi, impleti sunt dies vt pareret.

Cum essent ibi, inquit: Qui? Vbi? Ioseph & Maria in Bethlehem. More amãtum hic loqtur. Amantes de amicis sermonem habentes, propter maiorem emphasin propria noĩa nõ exprimunt. Quale & hoc Mariæ illius: Si tu sustulisti eum. Poeta quoq; dicit: Non hoc promissus tuę. Sic & hoc loco Euãgelista neq; nomẽ Mariæ, neq; nomen Bethlehẽ exprimit. Affectum & mentẽ attende euãgelistæ. Præuidit euãgelista, in posteriorib⁹ dieb⁹ hæreticos fore cultui Mariæ & sanctorũ minus æquos. Errorẽ hunc pręueniens, oppidulũ ipsum, nedũ theotocã, cuius se æternus sermo carnem & sanguinem gnatus agnoscit, nobis vult commendatissimũ, q̃ in eo verbum sit caro factum. Attendendum & hic, quàm sapiẽter, quam'q; suauiter diuina puidentia disposuerit oĩa. Commodius longe Maria in Nazareth, vbi indigena morabatur, parere poterat. Sed regẽ gloriæ Christum Iesum, in Bethlehem eniti oportuit. Micheas prędixit Messiã eum, qui venerat chirographum maledictionis sua natiuitate delere, in Bethlehẽ nasciturũ, cap. 5. Dicit ibi: Tu Bethlehem Effrata, paruulus es in millibus Iuda. Ex te mihi egredietur, qui sit dominator in Israel: & egressus eius ab initio, à diebus æternitatis. Hoc est, Oppidulum licet sis paruulũ, haud quaquam tamen ignobilis eris o Bethlehẽ Effrata. Notanter dicit Bethlehem Effrata, in differẽtiã alterius Bethlehẽ tribus Zabulon, de quo

Bethlehẽ Chr̃ianis omnibus oppidum plurimũ celebrandum.

Duo op-

pida Bethlehem, dicta.

quo Iosue 19. Nostrũ hoc, de quo iam agemus, dr̄ Effrata, ex prisco, quo olim sic vocabat̃ noie, Gene. 35. 48. O Bethlehē Effrata, nequaq̄ es minima in principibus cõsitentiũ Deũ. digna siquidē es, quæ om̄i laude extollaris in astra. Et tu mũdi dña, vere (q̄d Augustinus ait) om̄i laude es dignissima. Vnde etiã matrix ecclesia, vel in hæreticoꝝ inuidiã, te indesinenter salutat: idq́ꝫ cũ primis in huius festi diei sacro tremēdo, vbi cantat: Gaude Dei genitrix, quã circũstant obstetricũ vice concinētes angeli gloriam Deo. Cæteꝝ q̄ Micheas Messiã infantulũ nostrũ dulcissimũ, Bethlehemitanũ, Hebraice Moschel Be Jsrael vocat, in Chr̄i respicit natiuitatē. Quod aũt addit, Egressus eius ab initio, à diebus ęternitatis, deitatē profitet̃. Hoc est q̄d euāgelista dicit: Cũ essent ibi, Maria alma, apocrypha, intacta, prophetis & Sibyllis admirabilis, in Bethlehē sanctissima ciuitatula. Quod Esaias dicit Almã pariturã, quodq́ꝫ Hieremias dicit, mulierē virũ cõcepturã, ne quis dubitet adimpletũ, Micheas accedit, & locum ipsum in quo sacramēta fieri decuit, adsignat. Quod euangelista dierũ Mariæ implendoꝝ meminit, nouē menses intelligit, humani generis naturali partui datos. Nã postq̄ (vt ex Michea iam audiuimus) filius Dei verus homo, vera Adami progenies nasci voluit, voluit & in materna aluo tot mensibus, quot imperfecti fœtus embryones, e cõmistiõe vtriusq́ꝫ sexus sati, coalescunt & animant̃, tanq̄ in thalamo manere. ¶Quod si apella quispiã mirabitur, vt verus homo citra solitum naturæ vsum concipi possit: dicat, qua genitura Adam, quo spermate Heua sint concepti. Et certe citra om̄e virile seminariũ Adã, ex quo Heua, verus hõ est: vnde & Adam Hebraice homo est dictus. Christon ergo q̄s non videat & verũ hoīem, & secũdum Adamũ? Consentiũt sibi hi duo Adami in hoc, q̄ vterq́ꝫ citra virile semē hõ ver⁹ existat. Horum alterũ alterius damnũ resarturũ prædicit̃ Gen. 2. & 3. Vnde & priorē illũ Ap̄ls typon siue figurã vocat futuri, nēpe Chr̄i huius nostri pusiõis augustissimi, Roma. 5.

Maria virgo omni laude dignissima.

Et peperit filiũ suũ primogenitũ, & pannis eũ inuoluit, & reclinauit eum in præsepio, q̄a non erat eis locus in diuersorio.

Sacrosanctæ hic & saluificæ natiuitatis descriptionē habemus euangelicã: qua renouamini spũ mentis vestræ, cuius nectareo liquore oēm mentiũ dulcorate amaritudinē. In hoc siquidē partu virgineo iucũdissima nobis oīa Deus ꝓposuit. Euangelion itaq́ꝫ p̄sens audite, cõsiderate, credite: & creditũ, oīmis mētibus reponite. Maria virgo ꝑpetua, angelis purior, Maria humilima sanctę Triadis ancillula, angelis altior, Maria mundi dña, cœli regina, dñm mũdi & cœloꝝ regē nobis est enixa. Maria om̄i generationi p̄dicanda, generis humani satorē & sotera peperit: filia Abrahæ & Dauid, filiũ Dei verũ hoīem in hunc mũdum huic mũdo ꝓtulit. O arcã diã virginē Mariã, dignã ante quã omnis mundus cũ Dauide animis pijs exultet. Deberemus fructũ vētris tui adorare, adorãtes ingemiscere, & īgemiscētes largas lachrymas cordis dulcedinis testes ꝓfundere. Sed q̄s nobis hæc dabit, nisi v̄bũ? Quale aũt verbũ? Hoc Esaię: Ecce virgo cõcipiet & pariet filiũ, & vocabit nomē ei⁹ Emanuel. Itē hoc, Puer nat⁹ ē nobis, & fili⁹ dat⁹ est nobis. Et hoc Hier. 23. Ecce dies veniēt, dicit dñs, & suscitabo Dauid germē iustũ, & regnabit rex. Itē 33. Germinare faciã Dauid germen iustitiæ. Ecce Zemah .i. germen hoc, virgo hodie nobis peperit. Saluabit̃ igit̃ Iuda, & Hierusalē habitabit cõfidēter. Exaudiuit dñs sanctũ patriarchaꝝ & ꝓphetaꝝ cuneum. Abrahã vidit hũc diē, & gauisus est. Hæc est dies quã fecit dñs, exultemus & lætemur in ea. Indubia fides est nr̄a, qua credim⁹ in filiũ patris vnigenitũ, cõceptũ de spũ sancto, natũ ex Maria virgine alma. Nõ delirat psalmographus, dicēs Psal. 131. Iurauit dñs Dauid veritatē, & nõ frustrabit̃ eũ: de fructu vētris tui ponã sup sedē tuã. De hoc Dauidis filio dr̄ Mat. 1. & 22. Luc. 1. Ro. 1. Filiũ hũc suũ, Dauid q̄q́ꝫ dñm suũ ingenue fatet̃ & adorat psal. 109. Certa fides nr̄a & salutaris. Chr̄s em̄ puerulus nr̄ nobis nat⁹, est Dei fili⁹, ęterna sap̄ia, verbum æternũ caro factũ, exultemus & lætemur in eo. ¶Sed ne solida nr̄a & hæc vera gaudia cõfundant̃, oportet vt à falsis ꝓphetis scripturã adulterãtibus, attēdamus. Manes ab Acheronte nostris tēporibus Antichristi p̄cursor, in Germaniã olim felicem, redijt. Sunt enim qui dicunt Christon ex Maria nihil recepisse: sed per eam tanq̄ sol per vitrum, & tanquam per canalē aqua, in mundũ venisse, vt mētiatur Deus in suo iuramēto Psal. 131. Et secũdum Manichæos, Gabriel archãgelus nugas tenebricosus constituit, q̄ Christon Dauidis filiũ pronũciat, Matth. 1. Luc. 1. Hallucinat̃ Ap̄ls Ro. 1. dicēs Christon genitũ filiũ Dauid scd̄m carnē. Vah tibi immũde spũs p̄dicatoꝝ nouoꝝ. Cauete vobis, attendentes blasphemias īfandas ꝓphetaꝝ pseudologorũ. Si cõnixerim⁹ in hac heresi, Chr̄i hũanitati aduersa, cõniuētia ea erit etiã fraudi deitatis gl̄æ Chr̄i. Expgiscere dormitãs Germania. Attēde. Nõne spũs īpostor hũanitatem

*Zemach

Manes hereticus ab inferis in Germaniam remissus.

tem Christi etiā in sacramento altaris negat, atq; Christon, quantum in ipso est, ex hoc sacro abigit & eliminat? Nihil ergo superest impietati, nisi vt & deitati manus inferēs, Christon e cœlo deturbet. Expgiscere Germania, & noli tanquā parua negligere, vnde magna possunt excrescere. Artifex ex musca crabronē, immo etiam draconem facere potest. Dixerunt pleriq; hac nostra tempestate, non esse articulum fidei, credere Mariam perpetuā virginē. Dixit hoc aliquis odio monastices, vt operibus bonis & disciplinæ ecclesiasticæ, cui excidit, sua merita detrahat. Ex musca ea crabro & draco ille Manichæicæ labis est natus. Et tu si muscam eam sanctorum meritis detrahentem, in aurem admiseris, senties asilum te quoquoversum agitaturum. Vt itaque gaudia solida tua tibi permaneant, in simplicitate catholica fac permaneas, Christum verum Deum & hominem tibi natum & datum suscipe, Mariam verā Dei genitricem, etiam post partum perpetuam virginem, omni laude dignissimam prædica.

Mariā pperuā virginē credere, ē articulus fidei.

Quod Lucas Christon primogenitum vocat, non accipe, quasi plures liberos sit enixa virgo Maria. Ioannes appellat Christon monogenen, id est, vnigenitum Dei. Mattheus primo & Lucas secundo nuncupant prototocon Mariæ, id est, primogenitum. Ille verum Deum, hi verum hominem designāt. Et quis hac in luce, nisi qui volens hæresion in tenebras incurrat, cæcutiet? Non possunt Heluidiani ex scriptura canonica conuincere, vt primogenitus semper accipiatur pro eo qui maior natu est inter multos fratres & sorores. Nam & vnigenitus omnis, primogenitus est. Neq; in Græco primogenitus hic ad matrem refertur. Sic enim habet Græcus: Peperit filium suum, primogenitū illum. Sic & apud Matthęum legitur, vt prototocon quisque sine negocio intelligat, Christū esse eum, de quo dicitur Rom. 8. Primogenitus inter multos fratres. Maria vnici filij benedicta mater inter mulieres, ille benedict⁹ fructus bñdicti vētris, inter multos chr̄os primogenitus, oleo lętitiæ præ cōsortibus vnctus, speciosus forma præ filijs hominum, caput ecclesiæ, per quod gratiæ & benedictioni Dei participamus. Per hunc primogenita in Aegypto seruabantur, & nos illi maritati atque incorporari, in ipso & per ipsum seruabimur. Ille noster primogenitus, dominus & pontifex maximus, etiam Dei est vnigenitus, hoc est, vnum cum patre & spiritu sancto secūdum esse deitatis. Primogenitus Marię secundum humanitatis veritatem: qua verus homo est & verus germanus frater omniū, sibi sacramento fidei adhærentium. Huius sui primogeniti filij Maria mater, iure & sacramento primogenituræ, soror germana est inter multos fratres et sorores. Rite ergo τὸν πρωτότοκον, per coma distinctum legitur: sic tamen, vt de vero Mariæ filio accipiat. Christus siquidem vere Mariæ est vnigenitus, atq; adeo etiam primogenitus, caput ecclesiæ, & pōtifex animarum nostrarum. nam & apud Matthæum & Lucam vnigenitus vocatur, ratione dignitatis primogenituræ, qua caput nostrū est, & bñdictionis fons & origo. Hoc ius primogenituræ dominij & sacerdotij, pręsignatum est in fratribus Iacob & Esau. Hoc nomīe cohonestat dominus Israel, Exodi quarto dicens: Israel primogenitus meus. Exodi 13. vult sibi prīmogenita sanctificari, Numer. tertio primogenita sibi vendicat. Ad hæc om̄ia alludunt euangelistæ. potissimum vero aciem fidei in psal. LXXXVIII. intendunt: Ego primogenitū ponam illum, excelsum præ regibus terræ. Quod proprie de Christo dicitur, qui & Coloss. 1. dicitur primogenitus ex mortuis. De quo aliàs.

Primogenitus & vnigenit⁹ Mariæ Christus.

Primogenitus Mariæ ille Chr̄s multos habet fratres.

Vnigenitus Dei Christus.

Primogenitum hunc tantum, Euangelista dicit pannis inuolutum, & in præsepium positum. Quem cœli cœlorum capere non possunt, pannis inuoluitur, & in præsepium ponitur. Altissimus infra infimos om̄es se humiliat, e throno regni cœlorum in septa veniens iumētorum. Quid ergo miseræ opes, quid fumosę cerę atque imagines superbitis? quid ferocis, quid insolescis puluis & vmbra? Huc ad reginam cœlorum, ad matrem altissimi oculos mentis tuæ intende. Huc in Bethlehem, inq; stabulum ipsum descende. Attende Omnipotentis aulam, considera thorum & apparatum reliquū om̄em. Attēde inquam, & ingemisce: attende, & erubesce. De regis cœlorum ingemisce miseria: de tuo miserabili luxu erubesce pœnitens. Vos inopes & infimates, huc aciem mētis oculorum conijcite atq; defigite: attendite Deū, cui om̄is pompa & mollities est odiosa, vestram vilitatem, vestram paupertatem in vnigenito suo cohonestare. Attendite hoc ipsum, & inde exemplū patiētiæ vobis desumite. Ne dimoueamini animis, si ædes non possideatis re familiari confertas. Neutrū horum rex habuit angelorum: vnde si vel septa publica (quod ꝓcul dubio fiet) tibi habitanda contingāt, Deo, q propter te pauper esse voluit, gratias age. Si panni q̄liscū q; vsum Deus (q̄d oīno faciet) suppeditauerit, plene laudare memēto. Fac om̄i hūana ope destituto vel canes tibi vulnera lingāt. aīum despōdere noli, cert⁹ te regni cœlorū sym

Christus paup natus, paupratē sanctificauit, diuites ad resipiscentiā vocauit.

symbolon accipere, modo tua qualicunq; sorte viuas contentus: gaudens si profundissima te paupertas vrgeat, ne qua seruus supra dñm, creatura supra creatorē, efferri videaris. Diuites, non attendentes quid psalmographus dicat, Dñi est terra & plenitudo eius, qbus Neronianæ ædes sunt angustæ, qbus etiam Crœsi diuitiæ non sufficiunt, inuasores rerum alienarũ, fures & latrones, Plutonis symbolon circũferentes, paludem igniuomam gehennæ hæreditabunt. Sufficit Lazaro animi magnitudo patientia. Sed ecce tibi diuitũ insolentiam. Reginæ cœlorũ, virgini prægnãti, pauperculæ & peregrinæ hospitia præripuerunt, & ad mandra, nimbis, niuibus, ventorũq; flatibus peruia, cõpulerũt. Hic primogenitũ suum & nostrum, tenerrimũ & omnium speciosissimũ, peperit, pannis inuoluit, & in præsepe posuit. Vides quæ suæ Christus rex gloriæ hic cunabula atq; exordia habuerit. Si totius vitæ filum, si deniq; finem consideraueris, eundē tenorem vndiq; inuenies. Non fortuito hoc ita contigit, hic tam fidei sacramenta, q̃ virtutum exempla nobis petenda. Hoc diuinæ prouidentiæ sic visum. Faxit Deus & in nobis comprobetur, Amen.

Et pastores erant in regione eadē, vigilantes & custodiētes vigilias noctis super gregem suum. Et ecce angelus domini stetit iuxta illos, & claritas Dei circũfulsit illos, & timuerunt timore magno.

Angeli natiuitatem dñi rite primo prędicauerunt, idq; pauperibus.

Natus est Saluator mundi, vnigenitus Dei, primogenitus virginis beatæ. Natiuitas ea humano eloquio maior, cœlestibus primo animis celebranda. Ortus iustitię solis, per spũs, quos dominus flammã ignis esse voluit, hominibus decuit denunciari. Cui vero hominum ordini, cui conditioni, mentes has diuino igne flãmantes, partum diuinũ primo annunciare decet? Nõne ijs, qui nato saluatori consortes magis existunt, pastoribus miseris, in sudore vultus sui panem suum comedentibus, & in patientia quidquid ærumnarum superantibus? Pauperes, ab omi auaritia & ab omi luxu alienos, paupertatis amator & ipse omnium pauperrimus, mundi sator & soter, teste Apostolo elegit. Inopes & miseri, rite Chri in summa inopia nati, euangelio primi euãgelizantur: nisi euangelium non sit, cœlestium & terrestium thesaurorum dominum, inopibus & egenis inopem & egenum natum. Felices itaq; ciuitatulæ minimæ ciues, ærumnosi gregum pastores: excubię vestrę satis sunt auspicatæ, vestraq; penuria faustissima. Edormiat crapulam in ostro & bysso diues epulo, vigilate vos famelici, animis constantissimi, vt miserorum consolatorem paracletum illum cœlestem, natum esse audiatis, cum eo & per eum æternitatis diuitias accepturi. Abelis, Abrahę, & aliorum patrum exemplo, Moses Iethro soceri sui oues pascendo, & ipse gloriam Dei contueri meruit. Sed Bethlehemitani pastores, gloriosiora quàm ille vidit, viderunt. Moses ęnigma & vmbram conspicatus: nostris pastoribus datum est, ipsum verbum carnem factum, facie ad faciem contueri. Erat is lux hominum: nox igitur ea, quæ mundi est vmbra, pastoribus tenebricosa non fuit. Dormitauerunt, qui adscenderunt equos: sed non dormitauit eorũ perditio. Vestri, o pastores miselli, beati oculi, quos insomnes claritas militum Dei perstrinxit. Vos primitiæ noui testamenti, lucem quæ non Syrorum solum, sed & Arabum oculos vigilantes & scios terruit, angelorum & hominum lumen vidistis. Lucem, inquam, quę in hunc mundum venit omes homines in laudem & gloriam gratiæ suæ illuminare. Sed audiamus nunc porro euangelion, quod pastoribus miseris timore magno exterritis, in consolationem & lenimen est ab angelis denunciatum.

Et dixit illis angelus: Nolite timere. Ecce enim euangelizo vobis gaudium magnum, quod erit omni populo: quia natus est vobis hodie saluator, qui est Christus dominus, in ciuitate Dauid. Et hoc vobis signum: Inuenietis infantem pãnis inuolutum, & positum in præsepio.

Maxima quæq; salutis nr̃æ mysteria per angelos sunt primo denunciata.

Eia metus hic & pauor omnis à pastoribus ablatus. Nihilo secius atq; sol tenebras depellit, euangelion omnem timorem abluit. Nam quod nuncium iucũdum magis esse poterit, quàm natum esse mundi redemptorem? Non absimilis est vox illa euangelica, ad mulieres prima luce facta: Nolite timere. Iesum quæritis Nazarenum crucifixum? surrexit, non est hic. Et illa: Viri Galilæi, quid statis adspicientes in cœlum? Hic Iesus qui à vobis assumptus est in cœlum, iterum veniet vt vidistis eũ. Obseruet fidelis anima, Omnipotētem & solum sapientem, certo cõsilio hoc ita decreuisse, vt nostri saluatoris natiuitas, resurrectio & adscensio, primo per angelos pauperibus, mœstis & pauidis sint denũciatę.

At-

Attendat & hic, vel ipsos opiliones & pecoris magistros, miseros & ineruditos homines, totius mundi euangelistas factos. Neq; enim hæc læta nuncia, ipsorum saltem sunt pastorũ, sed mortalium omniũ, ipsis pastoribus, vniuerso orbi pronuncianda, per angelos credita. Misellì itaque & afflicti quicunq; vbicunq; gentium, auribus cordis euangeliũ consolationis percipite. Qui sedebāt in regione vmbræ mortis, peccatorũ mole depressi, lux vera, quæ vita est hoim, apparuit eis. Messias noster infantulus, in præsepiũ pannosus reclinatus. Messias ipse, veritas ipsissima est, fallere non potest. Euangelion eius omni fuco caret: simplex enim (iuxta prouerbiũ) sermo veritatis: attentũ saltem auditorẽ requirit. Veritatis itaq; orationẽ expendamus. Messiam primo natũ (id quod euāgelij summa est) euāgeli nobis annũciāt. Dein eũ nobis natũ, nobisq; datum prædicant. Nobis filij Heuæ exulantibus, Messiã esse natũ, q nos ad beatas eas sedes, vnde satan decidit, deducat. Tertio, nobis hodie eum esse natũ. Spes quæ differtur, adfligit: & quod hodie, hoc est, in præsentiarũ fit, certius est. Præsens ergo, ac p hoc certa, est euāgelica consolatio, si modo in indignũ auditorẽ non inciderit. Quarto, titulum Messiæ aptissimũ & consolatione plenũ tribuunt, sotera eum vocantes, vtpote q populũ suũ à peccatis illorũ saluum faciet. Quinto, locũ vbi natus sit, ostendunt: non Corinthũ, quo facile nõ est cuiuis adire: non arcẽ, non theatrum atq; emporium, tot ostiariorũ manu ad arcendos pauperes circũuallatum, non deniq; labyrinthum aliquem discriminosum: sed Bethlehem oppidulum, vbi neq; Herodes, neq; Caiphas, sed vbi pastores potissimũ habitabāt: vbi & Dauid, priusq̃ rex designaret, patris sui pascebat tonsas. Deniq; inuolutum pannis infantulũ Christon iacere denunciant, in omniũ eorum, quæ prædicta sunt, signum. Quid bone Deus, huic euāgelicæ prædicatiōi deest? Quis natus sit, & qbus, quare item & quando, & vbi, luculenter exprimit. Fasciæ itẽ viles, & p̃sepe situ canescẽs, ore prædicat angelico: vt oẽs pompaũ admiratores, dij hu⁹ seculi, inferni mãcipia, cõfundant. Mãdra, pannus, præsepiũ, vacerra, fœnũ, deniq; & ipsa crux, signa sunt p quæ Chrũs vult cognosci. Hæc sunt imperiũ super humerum Messiæ: cui si hæc defuissent: haudquāquã noster saluator eẽ potuisset. Et hoc hic obseruat signũ quale hic dat præsepe, tale & sepulchrũ dat Mar. 16. Externæ qdem res sunt, sed sine qbus hũana mẽs satis firmari non potest. vt videant q̃ errent, qui ecclesiæ sacramenta, certa gratiæ Dei organa,

Fasciæ & præsepe diuites cõfundunt.

Præsepe & pãnus signum q̃ Christus agnoscatur.

negligunt, immo etiam contemnunt. Hoc in loco plurima arcana indicanda quidem essent & edisserenda: sed non video, quare vos tãta mole obruam. iuxta literam ergo genethlicon, quod angeli euangelio præsenti subiunxerunt, videamus.

Et subito facta est cũ angelo multitudo militiæ cœlestis, laudantium Deum & dicentium: Gloria in altissimis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis.

Si vnius angeli, etiam archangeli, voce minus afficeris, age cœlestis multitudo te militiæ afficiat. Attende multitudinẽ angelorum lucis immensam, Mat. 26. contra cacodæmonum (qui innumeri sunt Mat. 8.) malitiam. Militiam cœlestium spirituum pijs semp præsto esse, non solum exempla scripturæ, sed & p̃missiões Dei cũ plurimæ, tũ certissimæ ostendũt. Sed cœlestis στρατιά hic neq; strictis flammantibusq; gladijs, neq; buccinaũ clãgore stratioticarũ agit: nullus hic Mauors, nulla Bellona, nulla Enyo, sed hymnisonis vocibus angeli pacẽ prædicantes. Vnde & Athanasius creaturam angelicam, hymnologicã appellat. Nec ipsi angeli tantorum gaudiorũ vacui sunt atq; exortes: nemo enim facile æstimauerit, quæ & q̃ta gaudia cœlestes mẽtes de hac Christi augustissima habuerint natiuitate, etiã in ipso cœlo. Respondent angeli scripturæ, dicẽti: Laudate dñm oẽs angeli eius. Respondeamus & nos. Quod si angeli qui meri sunt spũs, tãta sedulitate & studio Deum laudant sup incarnatione filij Dei: quãta nos vehementia Deũ eum nostrũ & angelorũ, ad cuius similitudinẽ sumus formati & reformati, extollere tenemur hoĩem factum? Oculus simplicitatẽ parentis subsannans, ab aquilis in mala cruce effodiet. Viderint ergo hæretici, viderint schismatici, iuge sacrificiũ, in q̃ sacerdotes (q & ipsi angeli in scriptura & dij vocant) hymnum angelicũ hunc subinde psallunt, antiquantes. Satis illis exitiosum fuerit, si discincti hic negligentius extiterint, neq; officium hoc tremendum, summo studio non perrexerint illustrare: quantam ergo eorum culpam arbitrabimur, qua pœna dignos existimemus, qui totis viribus idipsum obscurare & obliterare nituntur?

Doxologia angelica hæc est: Primo, Gloria in excelsis Deo. Dein, Pax in terris hoĩbus. Tertio, hoĩb⁹ aũt bonæ volũtatis. Cõpẽdiosa verbis, & copiosa sentẽtijs angelorũ istæc laudatio. Nõ dissimilis est tabulæ, cui inscriptũ est: Mentẽ sanctã, spontaneã, honorẽ Deo, & patriæ liberationẽ. Sentẽtiarũ simi-

similitudo argumēto est, & præconiū hoc angelicū eē. Deo cū primis gloriā tribuūt. Mentem sanctam spontaneam diuæ Agathæ non defuisse, Meritum eius virginis liberationem & pacem patriæ peperisse. Idipsum & in hoc trifido hymno, ardēti plane affectu pnunciāt & imprecātur nobis mentes angelicæ. Principio dant gloriam Deo: nam & in ortu Chri, Dei gloria tanq̃ noua, orta apparet sup Hierusalē, Esa. 40. 60. Lu. 2. Pax itē terris nunciat, sed nō nisi bonæ voluntatis hoībus. Eulogium hoc & orationis virtutem videtur habere. Precant angeli & optant, vt lux ea gliæ Dei orta, magis atq; magis accrescat. Sic & Christus ipse ignem à se accensum, luculētissime ardere vult. Non vult Chrs ignē inuidētiæ & hæresion concertationem in schismaton occasionem accensum, sed gloriç Dei: quæ tū demū clara micat, simul ac schismaton nebulæ depressæ fuerint, & hoīes orthodoxa fide sibi consentiant. Hāc fidei & animoꝝ pacem angeli mundo precātur, maceriā inimicitiæ eam e medio sublatam optando. Cū vero hoc fieri non possit, nisi & hoīes id cupiant, velle bonum mortalibus optant. Q. d. O vtinā Dei gloria vbiq; terraꝝ inclarescat, hoībusq; in terra gratia Dei, qua bonū velint, repletis, pulchra pax redeat. Quæ & quanta gloria Deum deceat, nemo ignorat, qui Deum regē gloriæ esse sciat. Hoc ergo cū primis hic obseruādum puto, Ecclesiam exoticis opinionibus litium & rixarum seminarijs ædificari non posse. Sed puerse etiam de pace agitur, si cum Manichæis, Colbicianis & Florianis, de libero arbitrio hoīs male docuerimus. Bonç voluntatis vocabulum Hebrçi vocant Razon siue Hephez. Lucas, Septuaginta, & apli, Græce vocant εὐδοκίαν. Est autem, cum hoc, quod bonum iudicamus, placet, & ad hoc prçstandum animus est ꝑpensus, quod nobis ad laudem gratiæ Dei datur: neq; ein per Christum saltem illuminatur intellectus, sed & purgatur affectus. Sed de hac re iam dicendi locus non est. Per me item, voluntatem bonā de Deo intellexeris: vt intelligamus angelos hic hominibus imprecari id, q̃d & Christus nos petere vult, vt & in terra Dei voluntas fiat, quemadmodum in cœlo.

Bona volūtas, id est, purus affectꝰ, ad pacem ecclesiæ necessaria.

Et factum est vt discesserunt ab eis angeli in cœlum, pastores loquebantur ad inuicē: Transeamus vsq; Bethlehem, & videamus hoc verbum quod factū est, quod fecit dominus, & ostēdit nobis. Et venerunt festinantes, & inuenerunt Mariam & Ioseph, & infantem positum in præsepio.

Pastores, Abrahæ, Isaac, Iacob, Mosis, & hoc genus aliorum pastorum, non regis Achaz, successores, pastorum sanctorum exemplo, signum sibi datum reuerenter acceptant. Achaz dicit: Non petam signum, & non tentabo dominū: quasi Deum tentare, sit facere quod iubet. Inuictus rex non habet opus grā Dei fulturis. Abraham, Moses, Iosue, Gedeon, suæ fragilitatis bene conscij, structiles huiusmodi columnas non respuerunt. Pastores itaq; læti de signo accepto, cōfestim angelis descendentibus, in eādem sententiā inierunt oēs, vt curriculo Bethlehem proficiscantur, signum hoc datum coram visuri. Stat sententia. Curis itaq; alijs posthabitis oībus, festini veniunt Bethlehē. Non refert, idiotæ fuerint, cum impij non extiterint. Fac in synagogis Iudçorū infrequētes fuerint: fac & Iudæorum Thora ad vnguem memoriter non tenuerint: nō tamē verbi Dei omnino fuerunt ignorantes. Non ex multa literatura, sed ex omni verbo Dei credito, homo viuit. Scientia inflat, charitas ædificat. Crediderunt hoīes Messiam in mundum venturū: hac spe pietati studere non cessauerunt, & sic Messiam primum videre meruerunt. Obserua o homo, sis rusticus, opilio, syluester, auriga, nauita, nuncius, & quicunq; tandem cerdo: primū quçre regnum Dei & iustitiā eius, & bene tibi erit. Memineris te esse hominem, & eum Christianum, in spem viuam vocatum, 1. Pet. 1. In spe ergo ea arandum, triturandum, labores quicunq; hac spe tolerandi: non refert si non omnia intelligas, modo simpliciter Christū, atq; adeo fidei catholicæ articulos, credas. Annas, Caiphas, Herodes, & pharisęum vulgus, scripturarum peritia inflati, turgent, putantes in scientia multa pietatem esse sitam, nescientes dominum abbreuiatū verbum facere in terra. Pastores vel micis verbi dñici cupiētes saturari, hoc est, abbreuiato sermoni studentes vita tota respondere, illis depereuntibus, sunt seruati. Hi, inquam, sunt saturati, quia pauperes, iustitiæ sitiētes & esurientes, fuerūt: illi relicti inanes, quia fastidiosi. Hi multa, quibus ad eā esuriem prouocarent, in schola crucis, in caulis & præsepibus, inuenerunt: illi in voluptatum, deliciarum, cōcertationum & disputationum legaliū schola, in aula & in palatijs, multa, quibus à iustitia vera impedirētur. Sed & puerulus noster à regibus Sabæis (sic eīn eos Athanasius vocat) inuētus: vnde sapientibus huius seculi & potentibus, regnum cœlorū non abnegamus. Possunt & hodie quoq; Magi lo-

Pastores signū sibi datum læti recepe runt, ex emplo priscorū pastorū.

locupletes & potentes, Christum inuenire, modo cum Magis vigilent, similiq; via ad Christum properent, se & omnia quæ possident, puero offerentes. Cæterũ etiam pastores locupletibus in ratione meriti præferuntur, nisi perfectioni studentes, oĩa quæ habent, pauperibus erogent, & pauperem Christũ pauperes sequantur. Nam & pastores inopes hic Magis opulentis Christum priores viderunt, & angelorum exercitus (quod Magis non contigit) in Dei claritate & audierunt, & viderunt.

Videntes autem, cognouerunt de verbo, quod dictum erat illis de puero hoc. Et omnes qui audierũt, mirati sunt & de his, quæ dicta erant à pastoribus ad ipsos. Maria aũt conseruabat omnia verba hæc, conferẽs in corde suo. Et reuersi sunt pastores, glorificantes & laudantes Deũ in omnibus quæ audierant & viderant, sicut dictum est ad illos.

Fides primo opari, q̃ prædicare incipit.

Attende veræ fidei profectum. Qui iustus est, iustificetur adhuc. Pastores audierunt de Messia nascituro, & crediderunt. Audierunt natum, & fidei augmentum acceperunt. Nusquam ociosi. Primo suę vocationi satisfacturi, in sudore vultus sui panem comederunt. Postea soliciti de pueri inquisitione, rei familiaris curam pietatis studio posthabuerunt. Vt videas Mariam & Martham in vnis ædibus rite habitare. Erubescat pessimũ pharisæorum genus, q ociosam fidem tradunt. Pastores post hæc omnia, tandem & Dei gloriã prædicant, à bonis operib⁹ ad docẽdi munus adscẽdendo. Inceperunt siquidẽ facere, & postea dicere. Erubescant ergo, qui pietatis officio obliti, siue negligentes, immo etiam (quod peius est) pietatis officij contemnentes, cathedram inuadunt. Sed qualis magister, talis discipulus. Pharisæi nusquam leguntur sua doctrina ita mortaliũ affectus mouisse, atq; pastores hi: quoꝝ verba virgo Maria non minori cura, q̃ & ipsoꝝ angelorũ, cordi suo castissimo commisit. Sed nunquid ipsos pastores post hæc omnia ociosos desedisse, & fide ea sua sibi placuisse rebimur? Minime gentium. Neq; enim verbum Dei ociosos efficit. Et vinea domini operarios desiderat. Verbum primo Adæ laborem & sudorem præscribit. Verbum caro factum, secundus Adam, nihil nisi crucem atq; adeo laborem sibi elegit. Quis ergo tertius Adam, nisi antichristus, qui ociosam iustificatiõis viam docendo, meritorumq; fidem eleuando, homines bene currentes remoratur & interiungit?

Antichrs ẽ doctor p̃mia bonis operi bus denegans.

Dominus Deus, qui cœlos ipsos hodie nihil nisi nectar pluere vult, tanto errore extincto, annuat nobis, vt ardenti affectu cũ pastoribus audire, ardentiori cum beatissima puerpera virgine perpetua custodire, ardentissimo cum vtrisq; exprimere valeamus, in ecclesiæ decus & pacem, in Dei omnipotẽtis gloriam. Cui laus & gratiarum actio per æterna secula seculorum. Amen.

DOMINICA INFRA OCTAVAS NAtiuitatis, Euangelium Luc. II.



ERant pater & mater eius mirantes super his, q̃ dicebant̃ de illo. Et benedixit illis Simeon, & dixit ad Mariã matrem eius: Ecce positus est hic in ruinam & in resurrectionem multorum in Israel, & in signum cui contradicetur. Et tuam ipsius animam pertransibit gladius, vt reuelentur ex multis cordibus cogitationes. Et erat Anna prophetissa filia Phanuel, de tribu Aser: hæc processerat in diebus multis, & vixerat cum viro suo annis septem à virginitate sua: & hæc vidua erat vsque ad annos octogintaquatuor, quæ non discedebat de templo, ieiunijs & obsecrationibus seruiens nocte ac die. Et hæc ipsa hora superueniens, confitebatur domino, & loquebatur de illo omnibus qui expectabant redemptionem Hierusalem.



Vangelista nobis hic duo salutaria testimonia, e quorũ neutrum reijci poterit, de puerulo Iesu proponit. Alterũ est grandæui & eiusdẽ iusti viri, alterũ longæuæ & eiusdẽ honestissimæ matronę. Ille Simeon, hæc Anna vocantur. Ille primo iustus prædicatur, quæ pdicatio quanuis sit ampla, tamen euangelista eam locupletissime auget, dicens eũ quoq; redemptionẽ Israel expectasse. Iustitiæ siue pietatis fontem attende. Sperabat ergo, & credidit. Credidit, & sperauit, vtiq; non sine charitate. Ecce tibi absolutam pietatem. Sperabat autẽ in domino Iesu fontem totius consolationis. Huiusmodi homines & tunc pleriq; alij, quanuis pauci, extiterunt: quorũ non postremus fuit Ioseph ab Arimathia, de quo Lucæ 23. dicitur, ꝙ & ipse sperauerit redemptionem Israel. Sunt & hodie eius spiritus pij homines, nouissimam assertionẽ videre desiderantes, ea nimirũ, de qua Luc. 21. & Roma. 8. Neq; redemptionẽ eam solũ affectant, sed & reformationem ecclesiæ, quos ægre sustinet, abusuũ efflagitant: non minori, hæreseon, quibus misere infestatur ecclesia, Deum finem poscũt. Expectatio synagogæ restaurationis, Simeoni leuis non fuit: sic & hodie ecclesiæ expurgatio, sine maxima anxietate non expectatur. Venerandus hic noster presbyter sic ingemiscendo dixit: Quando veniet? Quando nascetur? Quando videbo? Sic & nostræ memoriæ Simeones solicito laborãt tædio, tot superstitionum & abusuũ, tot schismaton & hæreseon zizania in agro dominico vidẽtes subnata. Suspirantes ergo, Deũ reformationem, aut certe extremũ diem, orant. Hæc breuiter de Simeonis præconio. Anna q̃q; decentissima vidua, & ipsa non mediocri encomio ab euãgelista extollitur: sed eius laudẽ, in suum locũ reseruabimus. Hos duos testes euangelista hic puerulo Iesu duxit proferendos: leuiusculis eñ infimæ fæcis hominibus nemo statim fidem adhibet. Producit ergo locupletissimos testes, Simeonem & Annam, quorũ testimonio acquiescere possimus. Et hoc diuinæ visum sapientiæ, ne alterius sexus saltem testes haberet puer Iesus. Quemadmodũ eñ ex matre muliere nasci voluit, vt & per fœminam fœmineo generi suus redderetur honor: sic neq; mulieris testimonium respuit, quia præuidit hoc materno sexui fore dedecori. Hoc est ꝙ etiam e morte resurgens, idem testimonium mulierũ renouauit: vt & liqueret, mulieres ad ecclesiam, iuxtà atq; viros, pertinere. Vos ergo decentes quæcunq; mulieres, per virginem Mariam & Annam à puerulo Christo cohonestatæ, vati huic Annæ credite, & exemplum eius æmulamini, similem cũ ipsa laudem in ecclesia relaturæ. Mulieres, vtcunq; bonæ fidei, in causis forensibus testimoniũ ferre non possunt. Sed quid ecclesiæ pacis, cũ curia litium? In Christo Iesu neq; mas, neq; fœmina: qui ex fœmineo sanguine incarnari dignatus est, fœminarum testimonia nõ est dedignatus. Immo (quod diuus Hieronymus ad Principiam multis rationibus ostendit) magni fieri voluit. Nunc demũ & virilis sexus quisquis homo, viro Simeoni credite, vir virũ sectare, & illucescet tibi Christus. Pulchre Ambrosius lib. 2. in Lucam cap. 8. Non solum, inquit, ab angelis & prophetis, à pastoribus & parentibus, sed etiam à senioribus & iustis generatio dñi accipit testimonium. Sed his præfatis, nunc tandem euangelistam videamus.

Pietas absoluta, fides, spes, charitas.

Simeonis spũs est, cupere ecclesiã reformatã.

Sexus fœmineus cohonestat' i euãgelio certissimis causis.

Erant pater & mater eius mirantes super his, quæ dicebant̃ de illo.

ENARRATIO.

IN Græcis quibusdã exemplaribus, pro pater, legitur Ioseph, quod arbitror immutatũ à quopiam, qui veritus fuit Ioseph patrem Iesu vocare: ne subscribere & calculum adijcere videretur maledictæ hæresi Photinianorũ, & blasphemijs infelicium Iudęorũ. Diabolus ipse scit & fatetur Christum perpetuæ virginis filiũ, sed nihilominus, quæ sua est obstinata malitia, infelici huic genti horrendã eam inspirat contumeliam. Præuaricatur magistratus, huic populo impune sic blasphemare permittens: cũ alioqui multæ sint iniuriæ in Christon & eius gloriosissimã matrem, quæ ab ea gente perferre cogamur. Nouis euangelicastris non est blasphemia: quia neq; virginitati meritũ aliquid tribuũt, neq; Mariæ virginitatem perpetuam, quasi articulum fidei, credendã contendunt. Christianum hominẽ salutaris hæc euangelica lectio non potest offendere. Nam vt hic Lucas Iosephũ vocat patrẽ Christi, sic & Philippus apud Ioan. 1. Christũ vocat filiũ Iosephi, dicens: Inuenimus Iesum Ioseph filium. Certũ est, neq; Lucã neq; Philippum sentire hoc, quod execrabiles hæretici & Iudæi. Vocant Christũ filium Ioseph ratione sacramenti connubij, quod inter Ioseph & Mariam verũ intercessit. Vnde & vulgus Christũ naturalem & legitimũ filiũ Iosephi putabat. Lucæ 3. verbũ ἐνομίζετο putabatur, facit vt nostrũ aliqui, Iosephũ patrem Christi putatiuũ appellarint, præcipue Theophylactus. Sed nos simpliciter secundũ literã vocamus & credimus Christum

Ioseph q̃ rõne dicatur pater Christi.

Ioseph q̃ rõne maritus Mariæ dicat.

stum filium Iosephi, eo sensu quo & Iosephũ virũ Mariæ virginis vocamus. Nã vt ab eo Maria mãsit intacta, & nihilominus eius vxor dicatur & existat: sic ille quoque dicit pater Iesu, nõ natura quidẽ & cõmistione sanguinũ, sed sacramento coniugij. Audi Christũ: Nesciebatis, inquit, quia in his quæ patris mei sunt, oportebat me esse? Cuius patris? Iosephi? Absit. Sed genitoris cœlestis. Sunt & certæ rationes, q̃re virginẽ æternã Iosepho despõsari decuit. Primo, tanti mysterij quod in Nazareth & in Bethlehem contigit, Iosephũ testem esse oportuit. Dein connubij sacrum, cuius Christus ipse est auspex, cohonestaturus, à desponsata matre nasci voluit summus pontifex Iesus, vt & confutaret & damnaret vel in sua natiuitate spiritũ impostorẽ posteriorũ temporũ, nuptias damnaturũ. De matris integritate apertum habemus testimonium Esaiæ. Quid, q̃ & Sibyllæ Vidẽti nostro adstipulantur? Persica siquidẽ non obscure dixit salutẽ ex virgine huic mundo orituram. Delphica itidem veridico ore prædixit, prophetam sine virili semine nasciturũ. Cumana, Hellespontina, Europica & aliæ, idem gutture fatidico pronunciarunt. Sibyllarum ego qui reijciam testimonia, à maximis theologis Lactantio & Augustino præcipue exoscu lata? Fateor fidem nostram non supra Sibyllarum oracula, sed super fundamẽtum prophetarum esse fundatam. Plurimũ tamen refert, nos in omni populo & nationibus fidei nostræ testimonia habere. Vnde Iustinus inuictus nostræ religionis propugnator, & post illum Eusebius etiam ex Homero & Platone contra ethnicos, prophetas nostros non recipientes, valida testimonia protulerũt. Nos itaq; serio ouantes triumphamus, videntes etiã ante Christum natũ, Græciæ & Italiæ sapientes, nostræ fidei certa testimonia præmisisse. Tertio, Maria tenera Dauidicæ stirpis virguncula, cũ prole sua tot exposita miserijs, tutore & œconomo opus habuit, qui vt extra matrimonij sacramentum illi indiuiduus comes adhæreret, non decuit. Sunt & aliæ adhuc causæ, quæ quanto plures sunt, tanto magis confusos videmus Anticomaritas Iudęos & hæreticos omnes. Noster pusio, noster soter, noster domin⁹, hoc ipsum reuera est, quod de Melchisedecho memoriæ prodidit Apostolus Heb. 7. Apator puta & Ametor, Rex & sacerdos Salem: quatenus Christi regni & sacerdotij typum præ se tulit, sine patre & matre, sine genealogia, sine dierum initio & fine, in scriptura inducitur. Non q̃ aliquid horũ illi defuerit, sed hagiographus noluit aliquid horum recensere, vt figuram Christi & graphice delinearet, & exprimeret. Prælibauit hoc, quod Esaias effatur, dicens: Generationem eius quis enarrabit? Hic, vt de diuina generatione, qua de patre ante tempora natus secundum personalem discretionem, & qua in corde parentis manens secundum substantiæ vnitatem perpetuo nascitur, taceamus: dicimus simplicius, regem & pontificem gloriæ Christũ, quatenus homo est, esse sine patre: & quatenus Deus est, esse sine matre, vt vere & apator, & ametor dicatur. Illud est, si cum Ioanne diuinitatem eius prædicamus: illud, si secundũ Matthæum & Lucam humanitas vera docetur. Quod antidotum sibi quisq; contra sibilos & suggestiones antiqui serpẽtis omnes retineat. Sed textum nunc porro videamus.

Mariam matrem Chr̃i, maritari oportuit.

Mariæ integritatis testimonia.

Erant Ioseph & mater eius mirantes super his, quæ dicebantur de illo. Habet hic mundus suos admiratores, quos etiam ipsi ethnicorũ populi irrident & poetæ. Dicit em̃ quidã: Nihil huius seculi admirari, vni cum id esse, quo beatã quis tranquillitatẽ adipiscatur & possideat. Deus solus, admirabilis in omnibus operibus suis, Ecci 11. facit mirabilia solus, psal. 70. & 71. Nomẽ eius mirabile Gene. 32. Iudæa stupet Christi opera, Matth. 7. Marc. 6. 7. 11. Mater q̃q; ipsa & Ioseph hoc loco demirantur. Miraculi loco non immerito habebatur, quidquid ex pastoribus, ex Magis, ex Simeone & Anna audiebatur: vt videas Christũ non temere admirabilẽ, ab Esaia פלא vocitatũ. Sed breuitatis causa hunc locum verbis Ambrosij claudamus. dicit ille in Lucæ hunc locũ: Omnis ætas & vterq; sexus, euentuũq; miracula fidẽ adstruunt: virgo generat, sterilis parit, mutus loquitur, Elizabeth prophetizat, Magus adorat, vtero clausus exultat, vidua confitetur, iustus expectat.

Chr̃s ab Esaia dicitur admirabilis.

Et benedixit illis Simeon, & dixit ad Mariam matrẽ eius: Ecce positus est hic in ruinam & in resurrectionẽ multorum in Israel, & in signum cui contradicetur.

Simeon quisnam ille fuerit, supra dictũ est. Simeon, obediẽs potest verti: quadrat nomen laudi suprà indicatæ. Peccatori dicit Deus: Quare tu enarras iustitias meas, & assumis testamentũ meũ per os tuum? psal. 49. Nõ est speciosa laus in ore peccatoris, Ecci 15. Contrà, iusti confitebuntur nomini Dei, psal. 139. Rite ergo obseruans Dei & obediens ille Simeon, ad encomion Christi gloriæ venit. Venit aũt tardus cor-

Simeon interpretatũ quid sit.

pore, sed non impiger spũ: corpore silicet nium & capularis, animo cœlũ transcendens: oculis corporis caligans, sed mentis oculorũ acumine vel angelos ipsos æquãs. Benedixit illis, hoc est, bene precabat: quẽadmodũ & Hebræorũ pueri postea adulto Christo, Osanna cecinerunt. Benedicendi ille mos, patribus non fuit infrequens. Sic Isaac benedixit filijs suis, postea Iacob, deinde Moses &c. Propriũ fuit patrũ identidem εὐλογεῖν, id est, benedicere, ad ædificatione populi, ad profectũ virtutũ & gloriã Dei omnipotentis. Benedictio istiusmodi tam ad Iosephũ, q̃ ad Christi matrẽ pertinet: sed vaticiniũ Videns soli Christiparæ profert: quod euãgelista significanter ita exprimit, vt quisque intelligat Christũ sine virili conceptũ semine, ab intemerata item & ea perpetua virgine natum. ¶Sed quid? Nunq̃d Simeon mathematis Chaldæorũ peritus, numeros Babylonicos (vt cũ poeta loquar) tentauit, & genethliacorũ more de Christo diuinauit? Mathematicis nostratib⁹ tot plaustra praxeon identidem edentibus, hoc facile quis persuaserit. Atqui S. Lucas dicit, flaminis almi afflatu presbyterum tanta oracula profatũ. Dein & præsens Simeonis oratio non pro nudo siue mero oraculo accipienda, nam & confessio est, & eulogiũ. Confitet Messiam regem cœlorũ natum, verũ Deum & hominẽ adorat, gratiasq́ de tanto beneficio Deo agit, & simul in istac confessione & gratiarũ actione matri futura edisserit. Cæterũ etiam inter vaticinandũ ex maxima compassione vulgi ingratitudinem notat, carpit & damnat. Messiam dicit in hoc mundo in ruinæ & offensionis scopulum abiturũ multis in Israel, suapte culpa casuris, nempe ad casum propẽsis: contrà multis collapsis, resurrectionis neruũ & virtutem futurũ. Tandem dicit eundẽ positum in scopũ, cui humanę sapientiæ superba & tumida capita non possint non oggannire. ¶Rogas, an ne hoc Simeonis oraculũ sit adimpletum? Respondeo: In Iudæis & gentibus satis superq́: at in Christianis cũ reprobis tum pijs, adhuc assidue adimpleri. Audiamus Israelis casum & cõtradictionem. Christus integra ætate iuuenis, gratię plenitudine & coram Deo & corã hominibus insignis, regnũ cœlorũ incepit prædicare, viam Dei (quæ à vijs carnis longius distat, q̃ cœlũ à terra) in veritate, sine personarũ acceptatione, docẽdo. Hoc cũ faceret, bella sibi habuit parata. Alius villam, alius iuga boum emit, alius in negociationem suã abijt: atq; adeo diuitiarũ & voluptatum tenebris assueti, Mammoniq́ dediti, lumen supernæ gratiæ neglexerunt.

Benedicẽdi mos frequens patribus.

Bñdictio Simeonis oraculũ & eulogium & cõfessio.

Chrs scopus cõtradictionis

Pharisæorũ vero & scribarũ phalanx, carnalis sapientiæ & iustitiæ legati, tanquam vxori adhærentes, diuinæ sapientiæ hostiliter restiterunt, cordaq́ sua obdurauerũt, & magis magisq́ excæcauerunt. Sic Christus vtriq; factus scopulus offensionis, sed hic etiã scopus contradictionis. Lapis hic electus, de quo Dauid & Esaias, non erat à Deo datus, vt Israel in eũ impingeret, cũ iuxta diuinũ Paulum, Deus omnes in illo saluos fieri velit: sed datus erat in templi sancti, contra portas inferorũ valituri, fundamentũ. Sed contra hanc diuinã voluntatẽ & pdestinationẽ, Iudæi hoc Dei salutare sibipsis fecerũt exitiosum, scopulum resurrectionis humanæ meta calumniarũ & calculo offensionis mutando, sua deprauati malitia, eligentes magis per Christũ damnari, q̃ saluari. Christus eã obstinatã peruersitatẽ Iudæorũ, Matt. 21. multis parabolis & propheticis autoritatibus detegit, dicẽs: Qui ceciderit super lapidẽ istũ, confringetur: super quẽ vero ceciderit, conteret eũ. Pharisæi sentientes Christũ ex psal. 117. hulcus suũ tãgere & dedolare, indignabundi quærebãt manus suas in eũ inijcere, adeo veritas odiũ parit. Apostolus Roma. 9. Esaiæ autoritate cap. 28. Iudæorũ quoq; eam excæcationẽ declarat, dicẽs: Offenderunt in lapidẽ offensionis & petrã scandali: & omnis qui credit in eũ, non cõfundetur. Subscribit Petrus 1. cap. 2. hunc locũ Esaiæ (cuius verbis hic Simeon sine dubio loquitur) cũ psal. 117. conferens, & dicens: Ad quẽ accedentes lapidẽ viuũ, ab hominibus quidẽ reprobatum, à Deo aũt electum. Sequitur: Propter quod continet scriptura: Ecce ponã in Sion lapidẽ summum, angularẽ, electũ, preciosum: & qui crediderit in eũ, non confundetur. Vobis igitur credentibus honor, non credentibus aũt lapis offensionis & petra scandali, his qui offendunt verbo. Quis nõ videt hic, apostolorũ interpretatione loca scripturæ pmissa elucidata? Simeonis oraculũ autoritates oẽs adductæ illustrant, siue de reprobis, siue de electis intelligas. Nam vt illis est scandalo, sic his est saluti. ¶Resurrectionẽ hic nõ intelligit eam, quã futuram credimus carnis residuæ, quanquã & ea Christo referenda accepta, quippe cuius virtute & merito cũ corporibus nostris resurgemus oẽs: dicit ẽm Ioan. 11. Ego sum resurrectio & vita. Opponitur hic resurrectio vocabulo ruinæ: vt sit sensus, Alij dilabentur, alij assurgent: illi in mortem corruent, hi ad vitam erigẽtur, vtriq; in vna petra Christo. Illi partim Mammoni & Voluptiæ seruientes, beatitudinem aliam, q̃ huius vitæ, nõ quæsierunt: partim iustitia legis excæcati, gra-

Simeonis orõ ex pphetis sumpta.

Resurrectiõis virtus, Christus.

gratiam tantam, instar porcorum margaritas conculcantium, contemptim exploserunt. Contrà, qui mundi vanitatem & vitiorum prauitatem agnouerunt, quiq; legis fragilitatē rite æstimauerunt, in Christo salutari Dei exultauerunt, viscera misericordiæ Dei in Mariæ filio repræsentata peruidentes. Exempla huius loci passim in euangelicis literis sunt obuia, & Lucas in libro Actuum apostolorum hoc præcipue agit, vt ostendat alios in Christo beatificatos, alios excæcatos. Porro vtrunque adhuc (quod suprà quoq; admonuimus) inter Christianos teneri videmus. Contradictio tamē maxime perseuerat etiamnum in Iudæis & Saracenis, quibus hæreticos, schismaticos, & quoscunq; adnumero apostatas. Et quemadmodum Simeon primam sui oraculi partem, prophetarū verbis deprompsit, sic & hāc ex prophetico fonte hausit. Threnorum nimirum tertio dicitur: Tetendit arcum suum, & posuit me quasi signum ad sagittam. Iob 16. Posuit me sibi quasi signum, intellige, contradictionis, contra quod quisque pessima quæq; & dicit, & cogitat. Quod reuera in Christo nostro factum videmus.

Simeonis orō ex ꝓphetis sumpta.

¶Iterum obseruandum, quod & suprà paucis perstrinximus, Christum cornu salutis secūdum primariam & principalem prædistinationem esse erectū. Hoc ipsum dominica secunda Aduentus ex locis Numer. 21. & Esaiæ 11. demonstrauimus. Vocatur Christus in præmissis locis (quemadmodū & alibi) *Nes*, quod consolatorium & triumphale signum siue vexillum, quale labarū Romanorum fuit, significat. In Esaia etiam aliàs dicitur *Oth*, nempe cap. 19. & 55. quod diuinæ erga nos clementiæ significationem habet. Verū Simeon hic in neutrum horū respicit. Est quidē Christus vtrunq;, & id quidē vere & proprie: sed quæ reproborū est malitia, sibiipsi hoc signum triumphale & consolatorium, vertunt in signū, quod Iob & Hieremias vocant *Mattarah*, hoc est, in quod sagittando tela diriguntur: quod neq; plausibile solatio siue delinimento aliquo gratū existit. Sed nunquid pręposterę hoc fit, quod signo iucunditatis, signoq; salutari, ad q̄d electi tanquam ad verum asylum, ex inferni barathro fugiunt, in quo Dei legem addiscunt, & eius mentem contemplantur, vnde virtutem deniq; & salutem hauriūt, reprobi sibi in æternam damnationē abutuntur? Sed Iudæe, Turca, Galata, hæretice, schismatice, apostata, & quicunq; obstinate, impie, anathema es tua ipsius culpa, qui lucem hominum, doctorem veritatis temnis, & illi reclamans aduersaris. Age, dic, quid læsit? Quid mali aut docuit aut fecit? Catholici, & vos Harpocratē simulantes, digito labellum compescite. Sub pœna summæ Dei indignationis cauete, ne huic signo contradixeritis. Ab hoc scopo sicubi exorbitando declinastis, facite vt quàm citissime reuertamini. Euangelio filij Dei credite, illi vos cōmittite. Abusuum & superstitionum patroni, nequidquā contra puerum Iesum consuetudinem & diuturnitatē citauerint. Pie dicit Augustinus: Consuetudinem ratio & veritas semper excludit. Aeternitati itē longū quodcunq; tempus futiliter opponitur. Nec audiendi sunt, qui multitudinem hominum allegant. infans siquidē Iesus vnicus is est, qui satis est nobis, & sine quo nihil est. Inepti item sunt, qui sanctorum opinione, gloriam sancti sanctorum obfuscare conantur. Nolite nolite, o catholici, sapere plus q̄ oportet: nolite verbum certum, in fabulā anilem glossarum commentis conuertere. Conuertitis autem, cum verbum Christi, Bibite ex hoc omnes: item verbū Apostoli, Vnusquisq;, ad vitandū stuprū, suam propriam vxorem habeat, & vnaquæq; suum legitimū virum &c. dialecticæs regulis eleuatis, nec præcepta esse permittitis. Cōtra diaboli & antichristi astutias hanc sapientiam reseruate, vt possitis intelligere, quid sibi velit Apostolus, dicēs: Quæstus non est pietas. Simoniacis, hæreticis, & diaboli primogenito antichristo ἀντιλεγεῖν, id est, contradicere debetis, & resistere vsq; ad mortē. Agnello Dei columbinam simplicitatē debemus. Simplicitatē eam nobis præscribi videmus Matt. 3.17. Mar. 1.9. Luc. 3.9. ubi dicitur: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui: ipsum audite. Iterū vos o catholici (repeto eñ) rogo, ne veritatem diuinā in dubiū vocetis, ne quadret in vos hoc, q̄d dicitur Act. 28. De secta hac notum est nobis, verū illi vndiq; ab omnibus contradicitur. Atq; hæc hactenus.

Catholici veri simplici verbo Christi nihil adiaborāt

Et tuam ipsius animā pertransibit gladius, vt reuelentur ex multis cordibus cogitationes.

Hæc ad Mariam dulcē dulcissimi pueri genitricē, cui crucē dolorosam, quā illi prædicta contradictio paritura erat, prædicit. Crux illa fuit cōmunio passiōis Christi, & calicis eius, quē ille bibit, consortiū. Tota vita Christi vt nihil nisi crux, cuius mors ea, quā in monte Caluarię subijt, terminus fuit: sic & tota vita matris Christi, perpetua crux fuit. Simeon vero hic de dolore & anxietate, quam matri passio nati erat

Mariæ quē gladiū ꝑdixerit Simeō

erat paritura, vaticinat. fuit quidē crucis eius summa, mors turpissima & acerbissima: sed ad quā circuncisio, fuga in Aegyptum, charissimi capitis amissio triduana, odiū quo dulcissimū pignus immanis synagoga semper crudelissime persequebat, pertinet. Crucē hanc atq; gladiū Apostolus Rom. 8. vocat cōpassionē, conglorificationis occasionē & sacramentū. Hæc attēdite charissimi. Si benedictæ suæ matri calicem doloris primo propinauit filius, qd miselli illū auersamur? Neq; ad dexterā, neq; ad sinistrā gloriæ eius sedebimus, nisi calicē eū & nos biberimus. Sed qa, iuxta Augustinū, nō pœna, sed causa Christi, facit martyrē, oportet vt vitā quoq; Chri imitemur. Nam & sic illi proximi cōstituemur, Mat. 12. Metaphora gladij, supremā afflictionē significans, etiā in prophanis est receptissima. Vnde extāt hæc prouerbia, Ne puero gladiū, Per enses, perq; ignes, Gladiū acutū auerte. Simile est & illud, Sub cultro liquit: & illud, In acie nouaculæ. Et Germani hoc schemate de penitiori cordis anxietate dicūt: Ein messer zerschniedt mir das hertz, ferrum mihi cor penetrat. Et angustia sæpenumero gladij vulnera superant. Hac figura ferrum dicitur penetrasse animam Ioseph, psal. 104. Quem locū psalmi Simeon, teste Augustino, plane inducit. Sequitur in vaticinio Simeonis: Vt reuelentur ex multis cordibus cogitationes, quod quintum membrum huius vaticinij esse potest, & per se perfectum facere sensum: nempe eum, per filium Mariæ varia mentium abstrusa, in apricū eruptura. Quod sic se habet: Christus cum nec adhuc ad docendi palæstrā atque arenam descenderat, latuit quid quisq; monstri in suo aleret pectore: cum vero incepisset potentiam suam cum verbis tum factis declarare, iterq; diuersum huic mundo intendere, latens hypocrisis sese vltro prodidit: Impatientes veri inueniri, qui veri assertores haberi: quiq; Dei filij credi, perduelliones Dei se declarare, atq; adeo suo se quisque colore depingere. Hypocriseos tandem ingenium plane in lucem venire. In cruce, inquam, Christi declarabatur, quid sibi Iob voluerit, hypocrisin pessimum crimen dicens. Annas siquidē, Caiphas & Herodes, religionis columnæ videbantur: sed crux Christi declarauit, eos funestum sacrilegium latibulo cordis semper contexisse. Vulgi item inconstantia sic in propatulum venit. Et Christi discipulorum infirmitatem, quam nec ipsi discipuli in seipsis satis agnouerant, crux Christi propalauit. Adeo cruce in diem profertur, carnis fuco quidquid tegitur. Sic etiamnum in periculis vera amicitia disnoscitur. Adde q peruersorum peruersitatis, iuxta atque infirmorum infirmitatis, periculum Christi crux facit. Peruersi magis peruertuntur, infirmi conualescunt: hoc est, resipiscunt, & pœnitentiam agunt. Sic in crucis Christi lumine videmus Petrum flentem, Iudam sibi manus inferentem, Iacobum ieiunantem, Iosephum ab Arimathia & Nicodemum Christum pio affectu sepelientem, Iudæos sepulchrum custode impie communientes, Marias officiosas, & pharisæos trepidos: omnia hæc in vna cruce videmus. Dialogismos, hoc est, eos qui de Christo nihil certi conceperūt, quorum ex numero Herodē esse facimus, concidisse etiam in Christi cruce videm⁹. Quod tamen mirum nemini esse debet. Nam, quod Boethius dicit:

Qui cecidit, stabili non fuit ille * pede.

Breuiter cogitationes cordis significant consilium & cogitationes, quarum sedem etiam ipse Christus cordi adscribit Matt. 15. Et hæ duæ dictiones, Cor & Cogitatio, sibi apte cohærent, psal. 32. prouerb. 19. Hiere. 23. Luc. 9. Quod, de prima sectione huius lectionis sit satis dictum: Alteram, vel in qua de Anna agitur, nunc porro videamus.

Compati nos oportet, si conglorificari volumus.

Gladij metaphora.

Reuelatio cordium quæ.

Cogitationū sedes cor.

Et erat Anna prophetissa filia Phanuel, de tribu Aser. Hæc processerat in diebus multis, & vixerat cū viro suo annis septē à virginitate sua. Et hæc vidua vsq; ad annos octogintaquatuor.

Eia charissimi, obseruate diligēter, q̄ sedulo euangelista huius matronæ vitā describat. Quē nō moueat tā adorea laus? Sic in cœlū tollēdi q sustinuerūt. Verū cum sic ex hoībus deos facimus, quē laudamus, nisi eū qui fons est oīs sanctimoniæ, in quo plenitudo deitatis habitat, Christum Iesum? Decem pcipue sunt articuli huius pdicationis, qua Anna nobis cōmendatur. Primo euangelista eius laudē à noīe incipit. Anna siue Hanna nomē Hebræū, potest reddi gratiosa, siue simpliciter gratia, à dictione Hen. vnde & Ioannes & Ioanna deriuantur, q̄ interpretari possumus, Dei grāe donū. Vetus q̄q; instrumentū Annā quandā celebrat, matrē Samuelis, 1. Reg. 1. Secūdo prophetissa vocat, hoc est, spūs prophetici mulier, quæ in scriptura sacra fuit erudita, scripturarum interpres, q̄ melicis hymnis populū ad diuinū cultum inducere potis erat. Moses Exodi 15. huiusmodi prophetissam posteritati cōmendauit. Et Esaias 8. talē Mariç virginis typon celebrat. Nr̄a religio

Annæ ꝓphetissæ laus.

ligio(quod supra dominica 3. aduẽtus indicauimus)à suis cunabulis fere in hũc diẽ plures habuit. Tertio filia Phanuel dicit. Paternum nomen ad certitudinem historiæ cõmemorat. Et nomẽ allegoriæ conuenit. Ortum nomen est ex loco eo,q̃ angelo luctabatur Iacob. Geñ.22. Hebræi vocant locũ eum Phanuel,hoc est,vultus Dei, siue,Deus se huc conuertit,puta, ad cõtemplandum. Vbi *Phnuel,ibi & Anna:quẽ dominus respicit,gratum eũ & omni laude dignum efficit:quod gloriosissima regina cœli sic pia libertate de se testatur, dicẽs:Quia respexit dominus humilitatem ancillæ suæ,vnde beatã me dicent oẽs generationes. Quarto,de tribu Aser. Ecce tibi diligentiam Euangelistæ, qui etiam (ne certitudini historiẹ aliquid desit)ipsam tribum Annæ recenset. Aser vna est e duodecim tribubus. Sunt eñ duodecim patriarchæ,tot tribuũ autores: q̃d etiã Apoc.7. videmus. Aserum illum,vnum ex duodecim, Iacob ex ancilla Silpha suscepit, Gene.35. Silpha,beatitudo est interp̃tata. Quadrat & hoc ad euãgelion. Nã vbi *Phnuel,ibi & Anna:hoc est,vbi clementiæ Dei adspectus & gloria domini,ibi beatitudo. Quinto,Et hæc processerat in multã ætatẽ. Grauitas & prudentia in omnibus literis,cum prophanis tum sacris,tribuit senectæ. Moses senibus deferendũ mandat Leuit.19. Et Salomon ait Prouer.16. Corona dignitatis senectus,quæ in vijs iustitiæ reperietur. Et si puer centũ annoꝝ,hoc est, senex bis puer,maledictus est:cõsequitur,magis benedicendũ senem,in via domini virilem grauitatem nunquam exuentem. Socrates senum verbis sese apprime semper affici,in Platone sic fatetur,dicẽs: Senes qui nobis viam eam quæ nobis legenda est,confecerunt,nos audire decet. Vnde & Euangelista Annam ab ætate affecta cõmendans, eius testimoniũ nobis vult commendatissimum. Sexto,Et vixerat cũ viro suo septem annos à virginitate sua. Heu mihi, quali compendio quantam virtutum syluã cõprehendit. Virginem castam viro desponsatam,rite maritatam, fide sancta sancte coniugi suo adhẹsisse dicit. Vtrunq; statũ in Anna,& Annam in vtroq; statu laudat. Virgo intacta,mente nimiꝝ & anima virgo,nulla lasciuia, sed legis p̃scripto & spe augendæ gloriæ Dei, legitime & pie viro nupsit. Nupta,non minus studuit sacramẽtum cõiugij virẹ honestate decorare,q̃ antea studuerat virginitatem veram Deo dicatam, in coniugis fidem perferre. Vterq; status certe vel ethnicis maximi semp habitus,nedũ Iudæis. Nostræ ergo prophetissẹ testimoniũ,oĩbus nationibus & populis maximi quoq; faciendum. Septimo,Et hẹc vidua annorum ferme octogintaquatuor. Septem annos viro & soboli dedit, certe post septem annos eos,iuuencula adhuc erat. Vicit tamen gratia naturã, vnde Anna vidẽs vera,id q̃d melius erat,cõsiderabat,& reliquum vitæ vidua permãsit. Et septenniũ quatuor & octoginta annorum tẽpori collatũ,quota pars est? Tot vero annis in viduitate desolatã manere,perlongũ est & tædiosum. Iudith sic etiã prædicatur in veteri testamento. S. Elisabeth regina Hungariæ, Diui Luduguici Comitis prouincialis Thuringiæ relicta vidua, & aliæ patrũ memoria pleræq;,illaꝝ æmulæ esse studuerũt. Studiũ hoc, proh Deũ atq; hominũ fidẽ,friguit plane. Rarissima hodie auis est,quæ funus cõparis rite lugeat, ne dicam elugeat. Insana & Schwermeria hodie reputatur,si quæ huic se vitæ mancipare constituerit. O reformatores,qui virgines Deo deuotas,à bono proposito audẽt absterrere: qui innuptas virgines & viduas permittũt cõtinentiæ perpetuæ votum cõcipere. Dixeris pios prædicãtes nostrates, si viduã octogintaquatuor annorum Cascam ad Casci alicuius copulã nõ sollicitauerint. Dementatores animoꝝ istos dñs iudicabit. Fumũ vendũt, fumo torquebuntur. Regnũ cœloꝝ nõ cõsistit in fumoso ornatu & copia verboꝝ,sed in virtute. Sic se fructus virginis,margaritũ vitæ, fundamẽtum iecit filius virginis & ipse virgo Iesus noster saluator, sic Apostoli architecti domus Dei, auꝝ, argentũ, & omnigenũ virtutum lapillos sup hoc fundamentũ supædificauerũt. Huius domus nobilis gẽma Anna Asarides. Hũc preciosissimũ lapillũ aduersus fascinatores & incãtatores p̃dictos circunferamus. Et vt cõtra sophismata & præstigia omnigena magis tuti sim⁹, vnioni huic nostro Annæ, iaspidẽ iungamus Sareptanã viduã,hospitã Heliæ 3.Reg.17. Luc.4. Itẽ topasion Iudith, eiusdẽ 8. Item pauperculã viduã eã,quæ substantiã suam in gazophylaciũ proiecit oẽm, smaragdũ, oculoꝝ aciem euãgelica viriditate præsentissime recreaturã. Gemmulaꝝ haꝝ virtutem Apostolus gẽmarius experiẽtissimus, 1.Cor.7. 1.Timoth.5. Deo plenus describit. Sed gemmæ nostræ præsentis virtutẽ latius ex euãgelista nostro petamus.

Phanuel q̃d sit interp̃tatũ.

Silpha q̃d sit interp̃tatum.

Senes audiẽdi,cani venerãdi.

Anna prophetissa, virginitatis & viduitatis decus.

Euãgelicastri non vi non reformatores, sed corruptores sunt morum.

Lapilli p̃ sentissimã virtutẽ q̃ habeant aduersus noui euãgelij p̃sti gia & fascinia.

Quæ non discedebat de tẽplo, ieiunijs & obsecrationibus seruiens nocte ac die.

Hactenus euangelista Annã p̃dicauit in genere, quippe à dono prophetico, à natalibus claris, à statibus virginitatis, coniugij &

& viduitatis rite defunctis. Nunc in octauo articulo pconij Annæ, in specie eius famã atq; titulũ prosequitur, ostendẽs, qbus potissimũ virtutibus statũ viduitatis exornauerit. Primo, inquit, frequentissima oĩm erat in tẽplo, ibi potius q̃ in ædibus proprijs Deũ exorandũ rata: credẽs promissioni Solomoni factæ 3. Reg. 8. 2. Par. 6. Ad q̃d etiã facit hoc Mat. 21. Ioan. 2. vbi Chrs ipse templũ hoc Hierosolymitanũ, domũ Dei vocat. Nõ hoc dicimus, quid templũ spũale sit, nescientes: & cubiculũ hoc, in q̃ nos Christus iubet orare, & in quo nos Dauid vult compungi, ignorãtes. Clamosum vulgus pdicantũ nostratiũ, templũ materiale ne quidq̃ Deo cõsecratũ succlamitant: quippe qa sacramẽtis ecclesiæ parũ tribuunt, etiã locũ eũ, administrationi sacramẽtorũ dedicatũ, à prophano nõ secernunt. Cæterũ, vt error aliusaliũ trudit, nec ipsam ecclesiã, quæ templũ est spũale, vident. Nã si eius tẽpli maiestatẽ, vel in minimo colli crine, q̃ vel sponsus ipse sese plurimũ affici fatet Cant. 4. vnquã cognouissent, haudquaq̃ eã denobilitare, vt modeste loquar, psumpsissent. Præsumpserũt aũt, sacrosanctas apostolicas cõstitutiones p tot secula à tot sanctis approbatas, ad vnam omnes obliterãdo, canonẽ sacrũ Missæ atq; adeo ipsam Missam publicã, tanq̃ canẽ abigendo, sacramẽta itẽ cũ oĩbus suis solennitatibus oĩa proijciendo, suasq; friuolas opiniones contra cõmunẽ sensum omniũ sanctorũ mordicus defendẽdo, atq; adeo Bethauen sibi (vbi q̃d illis libet saltẽ, licet) ædificando. Pene eo deuenim⁹, vt cultum Dei, quantũ ad templorũ frequentiam attinet, descripturo, contraria plane hyperbole opus sit: vt dicat, eum quẽ laudaturus est, rarius, immo nunq̃ orationis causa, in templũ pedẽ inferre. Faxit Deus, hac querimonia opus nõ habeamus. Nono, ieiunijs & obsecrationibus seruiẽs nocte ac die. Hic magis speciatim cultũ eũ, quo Anna Deo seruiuit, explicat. Hyperbole est q̃d dicit, nocte ac die. Tale est, q̃d nobis Chrs pscribit itidẽ & Apostolus, Semper orare. Anna queẽadmodũ in tẽplo non fuit insolens, sic & parsimoniæ adeo studuit, vt sine cibo & potu eã diceres vixisse: orationi itidem tanta sedulitate institit, vt diceres nomen Dei illius ori nunq̃ defuisse. Euangelistam videre videor in hæc nostra respexisse tempora. Neq; eñ sine certo S. pneumatis nutu factũ est, vt saltem ieiunij & orationis mentionem fecerit. Apostolus dicit corporalẽ exercitationẽ ad modicũ vtilem. Iouinianistæ hoc in sui erroris ansam erant accepturi. Docet ergo spũs sanctus, hasce exercitatiunculas, germanas esse eleemosynæ. Tobiæ 12. Bona est, inquit, oratio cum ieiunio & eleemosyna. Sic fides, spes, charitas, tres cohærentes sibi sunt virtutes. Catenatæ sunt, sed tres numero existunt. Nulla harũ sua laude debet defraudari: singulæ quippe sunt meritoriæ. Sic & tria sunt, oratio, ieiuniũ & eleemosyna: sed vnius radicis germen, absolutã eusebiam faciũt: vere siquidem tres virtutes theologicas exprimunt. Oratio est fidei, ieiuniũ spei, eleemosyna charitatis. Impius est, qui aliquã harũ de virtutum numero eximit. Spũs sacer hoc quosdam facturos videns, Annam hic de duabus ijs, quas potissimum, tanquã me riti inanes, contemnendas præuidit, commendãdam duxit, idq; metaphorice. q. d. virtutes eas exercitationis corporalis, nunquã intermisisse Annã. Simili metaphora de nostratibus nouæ religionis diuis, suo iure quis dicere poterit: nunquã eos abstinere, sine cibo & potu fauces eorum nunq̃ vacuas offendi, semper ad mensam discumbere, citharas tangere, vini & zythi poculis semper certare, orationi nunq̃ vacare. Non ꝙ semper debacchando ebrij sint, aut suas preculas nunq̃ cantillent & effutiant: sed ꝙ frequenter probe poti inueniantur, ꝙ se nunquã ieiunio & oratione, cilicio & lachrymis cõsolent, sed pergræcãdo & comessando sese subinde recreent. Accedit huc, ꝙ ecclesiæ letanias, supplicationes & ieiunia, tanq̃ papistica cõmenta, prorsus damnent. Inficiantur factũ, & se purgare hodie nituntur: vulgi vero incusant ignauiam. Vulgus iners, inquiũt, nos nõ intellexit, quasi Germanus Germanũ, illuminatus illuminatum non intelligat, vt mentiatur propheta, qui nos oẽs theodidactos fore pdixit. Et si sua mysteria philosophorũ more verbis obscuris docuerũt, certe vitæ exempla crassa mentẽ eorũ satis declarãt. Sed mentiatur iniquitas sibi. Valeant Epicurici dogmatistę cũ sua obscura cabala, Annulas suas, tanq̃ tẽplarias sanctulas & vanas e templo arcentes, à disciplina ieiunij & letaniarum tanquam à papisticis liris prohibentes & absterrentes. Nos eius noui Iouinianistarum musti haudquaquã capaces, merum vetus sanctorum patrum asserentes, Annam nostram ex præmisso Dei cultu in cœlum extollere pergimus. Auribus surdis Sirenas hasce bis Epicuricas prætereamus, tropis nouis & fucis sua dogmata, ex industria obscurantes. Quantum ad ieiunium & orationes attinet, clarus atque adeo bonus euangelista nobis erit Christus Matthæi 6. 9. 17. Marc. 2. 9. Lucæ 5. Nõ obscurus item nobis esto euangelista, Ioãnes Chri prodromus. Vtriusq; vita de vtriusq; euangelio liquidissimũ testimo

In tẽplo Anna orabat.

Ieiuniũ & oratio faciunt ad religionẽ

Euãgelicastrorũ mores lapide ac graphice depicti.

Ieiunij & orationis euangelista Chrũs

ſtimoniũ & lucẽ nobis adfert. Ille euangelium ſuũ quadraginta dierũ & noctiũ ieiunio eſt auſpicatus, Mat. 4. Marc. 1. Luc. 4. Hic ob frequens ieiuniũ, vertiginoſi ſpũs hominibus, phanatic⁹ eſt habitus, Luc. 7. Vtriuſq; itẽ diſcipulorũ mores, præceptorũ vtriuſq; illuſtrationẽ adferũt clariſſimam. Orant & ieiunant illius diſcipuli, Acto. 1. 2. 12. 13. 14. Rom. 15. 2. Cor. 1. 8. 11. Phil. 1. 2. Tim. 1. Huius aſſeclæ Matt. 9. Marc. 2. Sic noſtræ Annæ ieiuniũ nõ eſt papiſticũ figmẽtum, ſed ſana doctrina, ex traduce prophetica in eccleſiã tranſlata. Quod ſi ieiunium Aſaridis noſtræ ad vetus ſaltem inſtrumentũ pertinet: expungatur Anna, & corrigantur euangeliſtæ. Negãt noſtrates, ieiunia & orationes eſſe bonum opus, quod fratri non adeo cõmodent. Sed euãgeliſta Lucas hic noſter vtrũq; latrian vocat. Seruiens, inquit, nocte ac die, ieiunio & oratiõe. Anguſta hæc via: ſed qui per latã voluptatis viam, in hãc miſeriæ vallem venimus, per diuerſum, hoc eſt, arctũ & laborioſum diſciplinæ & obedientiæ callem, illuc nobis eſt redeundum. Quis ergo non malit cum vnica noſtra Anna in hoc tramite ſaluari, quàm cũ Epicuricis tot Annulis & Cettis in lata via perire? Non mentit Apl'us 1. Cor. 5. Quæ ĩ delicijs eſt, viuẽs mortua eſt.

Et hæc ipſa hora ſuperueniens, confitebatur domino, & loquebatur de illo omnibus qui expectabãt redemptionem Hieruſalem.

Poſt laudes Annæ pleno ore decantatas, Euangeliſta infert id, cuius gratia tale edidit præconiũ. Fide dignã teſtem declarauit, teſtimoniũ eius ratũ & acceptum omnibus cupiens. Superuenit Anna, vel ex Græco ἐπιςᾶσα, aſſiſtẽs, vel ad Simeonis teſtimoniũ confirmandũ ſuperueniens. Sic & Poeta ſuperuenire accepit, dicẽs: Timidiſq; ſuperuenit Aegle. Cæterũ viro virago aſſiſtens. Tacet Hieruſalem. Annas & Caiphas, muti ſunt canes, phariſæorũ murmur ſilet, vnicus Simeon loquitur. Viſum eſt ergo diuinæ ſapientiæ, vt hanc collegã ſuperuenientẽ & aſſiſtentem ſibi haberet. Sunt eccleſiaſtici pleriq;, qui dicũt Simeonem laici ordinis fuiſſe. Noſtrates ergo, magis ſuperſtitioſe quàm pie contendẽtes laicis in eccleſia ſacrificiũ laudis ſoluere non licere, errorẽ ſuũ agnoſcãt, & eccleſiæ reformationi morã nectere deſiſtãt. Nõ licet in eccleſia loqui mulieres: ſed hic legẽ neceſſitas vincit. Si Delbora, Anna Helchanæ, Hulda (quæ propheteſſæ extitere) nõ illaudabiliter cõmemorãtur locutæ: ſi Eliſabethis Zachariæ, & Mariæ matris Ieſu, quæ

Laici in eccleſia pſallere poſſunt.

inter ſe miſcuere, colloquia, euangelion ſunt Dei: certe Annæ noſtræ teſtimonium ex euãgelicis literis deleri nõ debet, nec itẽ Chriſtiferæ matronæ ſunt prohibendæ cũ viris in eccleſia laudis ſacrificiũ Deo decãtare. * Ἀνθωμολογεῖτο, quo S. Lucas hoc loco vtitur, nõ ſignificat ſimplicẽ confeſſionem atq; laudẽ, ſed alternationẽ & viciſſitudinem importat. Vnde colligimus, Annam in Simeonis bona verba, laudis & confeſſionis antiphonas viciſſim reſpõdiſſe concinendo. Cõcentus hic Græce, dicitur * ἀνθωμολόγησις ſiue ἀντιφωνὴ. Et ſecundũ Hebræũ idiotiſmũ, cõfiteri hic ſignificat laudem gratiarũ actionis, ſiue ſimpliciter gratiarũ actionẽ. Iuxta hoc Chriſti apud Matthæum 11. Cõfitebor tibi pater &c. Et hoc Luc. 10. Itẽ hoc Eſai. 12. Dan. 2. præter ea quæ identidẽ legenti pſalmos occurrunt. Cõſentit cãtus eccleſiæ, Grates nũc oẽs reddam⁹ dño &c. Sic Anna Simeonis hymno ſuccinẽs, ſalutare Dei Chriſton cõfitendo, gratias Deo egit. Q. d. Cõfiteor tibi Deo cœli, quod oĩa ea quæ promiſiſti & iureiurando cõfirmaſti Adamo, Abrahamo, Dauidi & alijs patribus, fideliter præſtitiſti, quiq; & mihi magna feciſti. Optatiſſimũ patribus omnibus puerulũ, caput vel angelis adorandũ, oculi mei viderũt. Cẽtenariã anũ me in hãc fauſtã horã exoratus reſeruaſti, pater cœleſtis. Ancillã ergo tuã nũc in pace dimitte. Oculi ſiquidẽ mei, viſo ſalutari tuo, infernas tenebras nõ extimeſcunt. Et benedictus Deus qui terræ ſuæ benedixit, & benedictus hic fructus virgine⁹ Ieſus Chriſtus, Amen. Sed neq; hactenus cõtenta fuit ſuo officio reſpõdere vates pia. Videntum eñ præcipuũ officiũ eſt, Deo populũ perfectũ formare. Vnde & propheteſſa noſtra nõ minus quàm & ipſe Simeon, omnibus vbiq; prædicat, & Emanuelẽ vere natum denunciat. Hæc paſtorũ, Magorũ, Simeonis & Annæ teſtimonia reſultãtia, populum Iſrael ad clamitandũ, Io Io Io Io, commouere. Poſt hæc ſacra teſtimonia, plateæ viciq; ciuitatis ſanctæ oẽs, Barechu Jehoua, atq; Alleluia, hoc eſt, bñdicite Deo, laudate dñm, pſonãtes, prophetiæ oraculo Eſa. 9. ſuũ effectũ reddidere. Lætabũtur, inquit, coram te, ſicut qui lætant in meſſe, ſicut exultant victores capta præda, quãdo diuidunt ſpolia. Iugum eñ oneris eius, & virgam humeri eius, & ſceptrũ exactoris ei⁹ ſuperaſti, ſicut in die Madian. Hic lõge perfectior exultatio & tripudiatio fuit in Iſrael, quàm olim cũ Pharao eſſet ſubmerſus, interfectus Goliath, detrũcatus Holofernes, ſuſpẽſus Aman &c. Hic viſus ver⁹ ſaluator & rex Iſrael ille, cui⁹ Ioſue, Gedeõ, Dauid, Aſmonai ſiue Machabæi, vmbra fuerunt.

Annæ Aſaridis cãticum.

Sic,

Sic,inquã,in templo Anna nostra suã professionẽ fecit,sed extra fidẽ suã,ad communem ædificationẽ,in lucẽ edidit,præsertim illis quibus cordi fuit,tale de vero Messia testimoniũ audire. Nã(quod in Matthæo videmus)bona synagogæ pars,hoc de nato Messia testimoniũ expauit. Vnde Lucas p̃senti animo,hic & suprà,significanter dicit,Expectantibus redemptionẽ & consolationẽ Israel & Hierusalẽ,regnumq́ꝫ Dei. Faxit dñs Deus,vt miseræ Iudæorum reliquiæ,gloriam eã gentis suæ tandẽ agnoscant:vt & nos,qui ex gentibus ad hãc gratiam vocati sumus,in sancto lumine sancte atqꝫ adeo digne Deo,ambulem⁹. Amẽ. Christo Iesu puerulo dulcissimo vnà cum patre & spũ sancto sit par gloria in secula seculorum. Amen.

DOMINICA SECVNDA POST NATIuitatis Christi,Euangelium Luc. II.



Vm factus esset Iesus annorũ duodecim,adscendentibus illis Hierosolymam secundũ consuetudinẽ diei festi, consummatisqꝫ diebus,cũ rediret,remansit puer Iesus in Hierusalẽ:& nõ cognouerunt parẽtes eius. Existimantes autẽ illum esse in comitatu,venerunt iter diei,& requirebant eũ inter cognatos & notos:& nõ inueniẽtes,regressi sunt in Hierusalem,requirẽtes eum. Et factum est,post triduum inuenerunt illum in templo,sedentẽ in medio doctorũ,audientẽ illos,& interrogantẽ eos. Stupebant aũt omnes qui eum audiebant, super prudẽtia & responsis eius. Et vidẽtes,admirati sunt. Et dixit mater eius ad illum:Fili,quid fecisti nobis sic? Ecce pater tuus & ego dolẽtes quærebamus te. Et ait ad illos:Quid est ꝙ me quærebatis? Nesciebatis quia in his quæ patris mei sunt,oportebat me esse? Et ipsi non intellexerunt verbum quod locutus est ad eos. Et descẽdit cũ eis,& venit Nazareth:& erat subditus illis. Et mater eius conseruabat omnia verba hæc in corde suo. Et Iesus proficiebat sapiẽtia & ætate & gratia apud Deum & homines.

PRAEFATIO.



Estra charitas ferijs in superioribus magnalia Dei audiuit. Christon nobis natũ,nobis saluatorẽ audistis. Natũ aũt ex Maria virgine secundũ prophetas, natiuitatẽ deniqꝫ illã pastoribus denunciatã. Oĩa mirabilia, iucunda oĩa. Sunt & alia cũ stupenda,tum plausibilia multa. Inter cætera vero hoc ipsum,q̃d in p̃missa lectiõe nobis offert,penitius æstimãdũ. Aestimãdũ,inquã:verbis siquidẽ tantũ miraculũ satis nõ potest explicari. Supra naturã em̃ est,puerꝝ annorꝝ duodecim,cũ sacerdotibus & legis diuinæ peritis p̃sbyteris,in disputationẽ de mysterijs Dei cõgredi. Detur mihi puer ex oĩbus Græcis,Romanis, immo etiã ex Hebræis, de q̃ mica sapĩæ eius,q̃ puerulus noster plenus extitit,possit p̃dicari. Sunt pueri,fateor,p̃cocis sapĩæ pleriqꝫ nobilitati,q̃rũ præcipuus(q̃d ego sciam)fuit ille,cui soli oĩm in senatu Romano locus est datus,ꝙ astutus stolidę matri illuserit. Puer e curia,quo forte patrẽ,puerorꝝ more,secutus erat,domũ redijt,mater rogat,vt sibi quidq̃d in curia audisset,proderet. puer audita arcana matri manifestare recusat. illa blanda primũ,dein aspera verbis instat:verberib⁹ tandẽ asperrima puerꝝ subigẽdũ fateri,duxit. Puer,vt matris intemperiẽ euaderet,dixit senatũ decreuisse,cuiqꝫ viro plures vxores habẽdas. Credula fœmina,collecta credularũ turba fœmellarꝝ,armis arreptis, senatum petũt,tumultibus oĩa implent. tandẽ tragœdiæ eius causa audita,& autore in medium producto, muliercularꝝ leuitas oĩbus fit materia risus. puer in astutiæ præmiũ,dignus qui cũ sedeat,censet. Sed ipsorũ senatorũ,omniumq́ꝫ mundi(vt de puero taceã)sapientia,collata æternæ sophiæ, vix est scintilla arundineti, solis lampadi cõparata. Ioseph & Daniel apud nr̃os palmã ferũt indolis & sapĩæ p̃cocis,etiã diuinæ. sed & horũ sapĩa ex parte extitit,quippe somniorũ interpretãdorũ. Somniũ,vmbra & ænigmata, fuit oĩs sapiẽtia,nõ modo puerorꝝ,sed & ipsorꝝ patrũ veteris testamẽti omniũ. Puer noster ipse est,in quo thesauri sapiẽtiæ & prudẽtiæ recõditi sunt omnes. Contulit ergo ille noster cũ sacerdoti- Chr̃s vel puer plenus erat sapiẽtia.

doti-

dotibus & legisperitis, non de somnijs humanis, sed de Dei omnipotētis arcanis: q̄d neq; de Daniele, neq; de Iosepho legitur. Pueri itaq; nostri infantia, nedum æterna eius potentia, mirabilis est, captū excedēs humanū. Historia ergo pueri nostri, non est talis qualis Nabuchodonosor, Pythagoræ, Alexandri, Pompeij, Iulij, Octauiani, & alioꝝ dominoꝝ deoꝝ mūdi. Immo nec ea quæ de Enocho, Abrahamo, Mose, Helia, & alijs hoc genus filijs Dei, memoriæ sunt cōmendata, sic prædicantur, atq; ea q̄ de Christo cōmemorant Euangelistæ. Illorum dicta ac facta talia sunt, vt mētes & linguæ humanæ possint assequi. sed filius virginis Mariæ, & linguis & mentibus humanis maior ē. Lysias, Demosthenes, Messala, Crassus, Cicero, & omnes dicendi arte & facundia nobilitati, si in vnum conflarentur hominem, hominem eū ex omibus conflatū oratoribus, etiam Stentorea voce loquentem, vox sua frustraret hiantem, si Christi maiestatē præsumeret digne pro re prædicare. Sed quid de hominibus dico, cum etiā angelorum linguæ huic ponderi, tanto sint minores, quāto Olympus mica arenæ est maior? Non tamen ab eius encomio & prædicatione absistere debemus. Benignus est puerulus, infantium & lactentium laudem non adspernatur. præstemus ergo quod possumus, & humanæ eloquentiæ tenuitatem, mentis deuotę amplitudo compenset.

Cum factus esset Iesus annorum duodecim, adscendētibus illis Hierosolymam secundum consuetudinem diei festi.

Hæc de Iosepho & Maria, qui sibi tunc in Galilææ Nazareth cohabitabāt, dicuntur. De puero Iesu nihil priuatū & proprium vspiam apud Euāgelistas inuenias, nisi ꝙ infra statim dicetur, inter doctores & legisperitos in tēplo sedisse, deq; regni cœlorum mysterijs cū illis disseruisse. Cū vero Euangelista hoc dicat factum, Christo annos nato duodecim, exilium & reditum postliminio & alia multa præcessisse, mediocris intelligentiæ dubitauerit nemo. Quid vero Chrs in Aegypto exulās, & in Galilæa redux, priusquā ad duodecim annoꝝ ætatulā eam peruenisset, & q̄d postea vsq; ad tēpus baptismi gesserit, nullus euāgelistaꝝ recenset. Non ꝙ oēm eam vitam, tanquā puerilē, ociosam & petulantē, silentio prætereundam cēsuerint: sed vt iuxta optimū orationis genus, pauca narrando, plura cogitatiōi relinquant. Cæteꝝ dubiū non est, quin in oībus eius gestis præclaꝝ specimen diuinæ maiestatis illuxerit: nisi acediosulus aliquis hoc regi gloriæ vitio vertendū arbitret, ꝙ iuxta Marcū cap. 6. puer labori assueuerit. Sed nemo in hoc offendi poterit pius, cum inde nostra religio præcipuā cōsolationē sumat. Nā quæ nostræ salutis mysteria superesse nobis speremus, si ærūnas, labores, atq; ipsam mortē, cū turpē tum acerbā, expunxerimus? Formam serui rex gloriæ assumpsit, Phil. 2. Venit ministrare, Matt. 20. Luc. 22. Venit patri vsq; ad mortē, & eā crucis, obedire. Et quia paupertatē nobis erat sanctificaturus, nō erubuit etiā victum ab alijs accipere, & quasi precario viuere, Lucæ 8. Crucis hęc scādala si qs gloriosulus erubescit, cū Iudęis negociet, Antichristi præcursor. Cœlū Dei esse sedē, & mundū scabellū eius pedū, mētis cōpos nescit nemo. Poterat ergo Christus Attalicas gazas, immo etiā aureos mōtes suis suppeditare parentibus, nisi sciisset sic gloriā æternaꝝ opum extinguendā. Et quare nō illustraret veritatem veritas? Fabriciū & alios ethnici faciūt deos à diuitiarum contēptu, & pauptatis (quā virtutibus annumerāt) amore. Cōtrà, Midam ꝓpter insatiabilē auri famem, auribus asininis depictū, magis brutum q̄ hoīem auersantur. Adde ꝙ Ditem, inferoꝝ regē scita phantasia efficiunt. Chri ergo submissio, nostra est exaltatio: & eiusdē indigētia, nostra est opulētia. Christi labor, q̄ à teneris assuetus, fabrilis, nostra est requies. Vides euangelion abbreuiatū sermonem, cui plus sensuū inest q̄ verboꝝ. Ea q̄ de Christo refert scire, scripta sunt: & hoc nouū testamentū vocat. Qui plus scire affectat, se eoꝝ q̄ scripta sunt, indignū declarat. Quod Augustinus in sermone de resurrectiōe & ipse fatetur, dicēs: Tāta facta sunt, quāta tūc fieri debuerūt: tāta scripta sunt, quāta nūc legi debēt. ¶ Sed nūc tandē contextum euangelij videamus: Adscendētibus illis Hierosolymā secundū cōsuetudinē diei festi, Paschę nimiꝝ. Obserua pie Christicola, Ioseph & Maria virgo omniū tenerrima, cū gracili & eodē imbecilli puerulo, à Galilææ finibus per Samariæ montana vsq; in vrbē sanctā Iudææ iter bene longū quotānis tetenderūt. Nihil hic laboris, nihil difficultatis & ærumnaꝝ excusantes, sed impigre tantum itineris metiendo ad festiuam synagogæ solennitatē conuenerunt. Nōne pietatis exemplo hic locus nobis esse debet? Scilicet asseclæ Christi digni sumus, qui adulti & validi, ecclesiæ ἐγκαίνια, id est, solēnia ante fores nr̄as cōcelebrare grauamur. Verū est, q̄d trito ꝓuerbio dr̄: Quo tēplo qs ꝓxime magis habitat, hoc rarius augu

Paupertatē nobis sanctificauit Chrs.

Euāgelion abbreuiatus est sermo.

Maria vitæ actiuæ exēplum.

augusta limina subintrat. Attendite charissimi vobis, vosipsos probate. Cauete ne vobis præsens exemplū & sacramentum ociose datū sit. Cauete ne quis seipsum (q̊d turpissimū demū fuerit) circunueniat. Ioseph testimoniū iustitiæ habet apud Matthæum. Matri spiritū sanctū superuenisse archangelus testatur, & idem gratiæ plenā eandē salutat, idq; S. Triadis nomine: nō ergo vanitati aut errori papistico dandū, quod synagogæ solennitatibus sedulo interesse studuerunt. Et quid Christo sanctius? Si nihil, quare ergo cautius viperino sanguine vitas, quod ille nunquā intermisit? Dicis solennitatem eam fuisse de veteri instrumēto. Ergo Christus vnà cū Mose abolendus? Sed heus tu mi frater, quis te adegit vt mare transeas, atq; vt in Palæstinam peregre eas, compulit? Ritus catholicos tibi commēdamus, Christi exemplo approbatos. Quid in nouo testamento nobis viuere contigit, hoc feruidiori spū ea, quæ apostoli per pneuma supernū ecclesiæ tradiderunt, obseruare debemus. Quare ergo vigilias sacras obliteramus? quare noctu ad matutinale sacrificium non surgimus? Quare natalis Christi & sacri paschatis noctes non peruigilamus? Eucharistiæ sacrū cur non indies vt qui deuotissime celebramus, aut sacramentū ipsum sumendo, aut Missam tremendū sacrum auscultando? Vespertino deniq; sacrificio quare diurnū officium non complemus? Dicis, in cubiculo meo Deum meæ domi adoro. Recte hoc: Atqui si ecclesiæ magnæ, in qua etiam Dauid psal. 34. Deum laudandū censuit, te subducis atq; subtrahis, non video, qui in tuo cubiculo Deū rite laudare possis. Vide ne quā fiat, vt vectis tortuosus ille intersepiat, specie pietatis te in latibulis larium & penatium tuorū te detinens, aut in schismaton, aut in idololatriæ, aut in superstitionis cuiusuis alterius præcipitium te seducat.

Chriani solēnitates ecclesiæ obseruant.

Consummatisq; diebus, cum redirent, remansit puer Iesus in Hierusalem.

Pueri mature ad cultū Dei inducēdi.

Audis tam parentes, q̃ puerū, Hierosolymas profectos. Sed nunquid hoc vane? nunquid illaudabiliter? Absit. Quid in luce obscuri esse potest? Quid veritas delirū, quidve sanctitas prophanū designare potuit? Nunquid gloriosa vox est nostratium ea, qua argute simplicitati diuinę pugnāt, dicentes, Indulgendū ætati, Donandū aliquid pueritię, Et nos pueri fuimus, Gliscet cū corpore animi pietas? Quasi mentiatur propheta, dicens: Bonū est homini, ab adolescentia iugū domini portare. Iterum: Si æthiops mutare potest pellem suam: & is qui à cunabulis malo assueuit, ad bonā frugem perueniet. Audite vatem vestrū prophanum prophani: Quo semel est imbuta recens, seruabit odorem Testa diu. Iudices vestri erunt ethnici, o bis ethnici. Nullus Tantalus, nulla Medea vobis est crudelior, qui sobolū vestrarū maturam institutionē temnitis. Non satis est, baptismate aquæ vestra imbuta eē pignora, restat vt & igne baptizentur: quem baptismū si negligitis, occiditis. Nec item sufficit, quod liberalibus disciplinis, neglecta disciplina ecclesiæ, liberos vestros mancipatis. Facite ne vobis Christus puerulus frustra Solymas iuerit: Eia considerate & rite textū hunc perpendite. Remansisse puerū Solymis euangelista ait. Sic & postea vel in cruce nostram sitiuit salutē. Puer vrbem eam, suæ passioni deputatam, tempestiue petijt, serus pedem inde retulit. Ad festum paschatis puer nostrum phase (1. Cor. 5.) futurus, in sanctam vrbē frequēter venit, tanq̃ prægestiat mandata patris sui peragere. Parentes tantarū rerū ignorantes, post septem dies, quibus pascha celebrabatur, vterq; seorsum, in sui generis comitatu, domū redire cōstituūt. Puer vero in ciuitate sua permansit, Hierusalem Nazareth præferens: hoc exemplo submonens, Deo magis obediendū esse q̃ hominibus, Acto. 5. In Nazareth matri & Iosepho paruit, in Hierusalem Deo famulari, vtrunq; loco suo & tempore. Dedit & nostris pueris exemplū, Hierusalem semp pluris cuiq; faciendā q̃ Nazareth. ¶Habet & Nazareth suū locū, modo ī Galilæa sita, sit Iudææ confinis. Galilæa siquidē limitē siue confinium significat, Nazareth floriditatem. Quod sic allegoricos accipe: Parentes, Iudææ, id est, Dei confessioni nunq̃ abesse debent: florere item debet in illis magis atq; magis, quidquid Dei est. Sin, digni sunt qui à suis ipsorū abominentur pignoribus, iuxta hoc Luc. 14. Qui venit ad me, & non odio habet patrē suū & matrē, non est me dignus. Et iuxta hoc Deut. 33. Qui dixit patri suo & matri suæ, Nescio vos: & fratribus suis, ignoro illos: & nescierunt filios suos, hi custodierunt eloquiū tuū, & pactū tuū seruauerunt. Summa: Nazareth venit sæpenumero Hierusalē posthabenda, sed hæc illi nunq̃ cedere debet. Atq; hoc est, quare Iesus Hierusalem manserit.

Hierusalē puer Iesus Nazareth prætulit.

Et non cognouerunt parentes eius. Existimantes autē illum esse in comitatu, venerunt iter diei, & requi-

quirebant eum inter cognatos & notos.

Puer Iesus qua ratione Solymis mā serit.

Nemo hic matrē & sedulum tutorem negligentiæ accusauerit: in fatis em̄ erat, quidqd hic actum est. Et si parentes meri to culpari possint, certe mater futiliter dixerit, Fili, qd fecisti nobis sic? Cū vero plena gratia virago, nihil friuole vnquā commiserit, videmus vtrinq; culpam deesse. Parentes, peractis om̄ibus quæ ad solennitatem pertinebant, domū sese recipere parabant. Puer quæ sibi restabant non inscius, in ciuitate sancta permansit. Butyrum & mel se comedisse, hoc est, verum Deū & hoīem se, q sciat reprobare malū & eligere bonum, declarare in sancta ciuitate, statim à festo habuit. Abijt paschatis immolatio, restabat eiusdē declaratio: azymorꝝ dies pterire, restabat mysteriorum declarādorꝝ tempus. Vnde hic neq; notos, neque cognatos, neq; item ipsos parentes, alioqui sibi charissimos, puer Iesus agnouit. Et parentes nequidquā soliciti, diuinū puerum inter carnales quæsiuerūt amicos. Verbū quidem caro factum est, sed & verbum esse permāsit. Quod nō solum hic, sed & apud Ioannem charissimæ suæ matri diuina soboles subiecit, dicēs: Quid mihi & tibi mulier? nondum venit hora mea.

Et non inuenientes, regressi sunt in Hierusalem, requirentes eum. Et factum est, post triduum inuenerūt illum in templo, sedētem in medio doctorum, audientem illos, & interrogantem eos.

Mater quæ sine sua culpa charissimum amisit pignus, non sine maxima gloria & merito quærit. Triduana amissio maternū cor Simeonis gladio plane trāsfodit. Consors fit mater crucis, vnde & participat gloriæ lucis. An parentes Nazareth redierint, an extemplo simul vnius iter diei con fecerint, an (quod textui magis consentire videtur) Solymas redierint, atq; ibi tertium diem quæsitādo & laborando trāsegerint, cuiusq; iudicio relictum est æstimandum. Hoc certū tenendū, ꝙ post triduū in templo sit inuentus. Ambrosius plenus Dei spiritu, per triduum hoc, triduanum sepulturæ mysterium conuincit. Ab hac amissione vt gloria eius emicuit, sic & e sepulchro gloriosus resurgens, Dei filium se om̄ibus declarauit. O salutarē amissionem, in qua om̄ia quæ perdita sunt, redhibentur. Officio suo parentes satis fecerūt. Matris præcipue veritas per Simeonis gladiū est declarata. Sed qui venit quærere & saluare quod perierat, perire nequit. Inuentus, affectæ matri & solicito Iosepho charum caput. Inuentus autē non solum in sancta vrbe, sed & in templo. Reliqui pueri filiorum Adam, pro suo quisq; ingenio depręhendi solent: alius nidorē secutus, in popinas alius murmure duct⁹, in amphitheatro atq; in orchœstro: alius pueris colludens, alius cœlum eiulatu implens, solent offendi. Hunc nouum Adamū puerulum Iesum parentes, sacerdotū & scribarꝝ corona cinctum inuenerunt, idq; officiosum & mirabundum. Chrysostomus dicit maximum omniū miraculorꝝ habendum, ꝙ vendentes & emētes e templo disiecerit Christus, sed & hoc satis mirādū, ꝙ puer in arenam eam philosophicam descēdere fuit ausus, Vt nulli dubium sit, hoc miraculum illius esse præludium. ¶ Neq; hoc silentio prætereūdum, ꝙ hic sedisse legitur. Nunquam in Nazareth sedisse cōmemoratur, sed in templo quotidie, Matth. 26. Hic requies eius in seculum seculi. Lucæ item 4. secundum cōsuetudinem suā veniens in synagogam, stetit, & oblatum sibi librū reuoluit. Locum Esa. 61. Spūs dn̄i super me, eo ꝙ vnxit me, prima statim fronte agnouit, Cæsaris numisma non itē. Gaudeat hic Bibliorꝝ studiosus: erubescāt cerebricosi homines, literas scripturæ, nescio quo fisi spū, theodidacti, tanq̄ vanum & noxium vitantes. Nam cū Chr̄us æterna sapiā, notulas scripturæ non est dedignatus intueri, qs rex, aut qs pontifex lr̄as adspernet? Eunuchū reginæ Candaces legentē Esaiæ literā, Deus Philippo diacono cōmendauit, Acto. 8. Sed quid ego Aethiopē cōmemoro, cum vel ipsum Apostolum possim adducere? Nonne 2. Timo. 4. libros, maxime mēbranas Troade apud Carpum relictas, reposcit? Quis es ergo tu, o frater, qui sine literę ductu ad theologię fastigiū & adytum te puenire posse confidis, q̄d ne ipse qdem Apostolus sibi ausus fuit polliceri? Viden te & ipsum Christū vanitatis notare, cum literas scripturę ceu rem ociosam & supuacaneā reijcis? Siqdem ipse Christus bacillo hoc iter scripturæ nō modo, quod iam ex Luca ostendimus, legit, sed & nobis virgam eam, ad iter huiusmodi cōmittit, Ioannis 7. Scrutamini, inquit, scripturas. Et Ap̄lus scripturæ lectionem oībus episcopis pcipue cōmēdat, 1. Tim. 4. Idē Timotheū à teneris in scriptura versatū, laudat. Idē affirmat scripturā diuinitus datā. Col lega diui Pauli diuinus Petrus, idem ait 2. cap. 1. Ex præmissis liquescit, biblicā lectionē Deo esse sacrificiū oīm gratissimū. Sed immūdis pedibus ad sacrificium tale non est accedendū. Canibus & porcis neq; pa-

Triduum quo Christon amisere parētes, qd signet.

Christus puer in tēplo sedit.

Scripturę legēda est litera.

Scripturę sensus vbi petendus.

f nis

nis sanctus, neq; margaritæ sunt proijcien dæ. Superbis Deus resistit, hũilibus dat gratiã. Nobilis ciuitas Iudææ CariathSepher, hoc est, ciuitas librorum seu literarum. In Iudęa Sion, in Iudæa templũ. Quo admonemur, sensum scripturæ genuinum ecclesiam occupare. Nam si catholicus sensus scripturæ, quem om̃es patres vno ore professi sunt, in dubium vocandus est: si patrũ monumentis (quantum ad sensum scripturæ natiuum) fides adhibenda non est: hęreses in vniuersum, quantumuis crassæ, renascentur om̃es. Adeo nouis scripturarũ excussiõibus error inest. Tertullian⁹ ex Apostolo 2. Tim. 1. dicit plurimum referre, quẽ quisq; catechistam habeat. nam & spectata sanctimonia in magistris reqrẽda. Quis ergo nõ potius vel muto magistro aliquo ex brutorũ numero vtatur, q̃ clamosi vulgi magistris obstreperis? Eunucho Candaces reginę Christus non quẽlibet interpretem, sed Philippũ misit diaconũ. Neq; puer Christus in angiportis & tabernis inuentus est, cum arrogãtibus sciolis scripturas conferens, sed in templo. Hic non audiuit aniles & friuolas de lana caprina quæstiones, non exoticas sacris auribus hausit opiniones: sed certa sacrę scripturæ dogmata, bibliorum nimirum, quæ apud veteris testamenti patres vigintiquatuor constat libris. Audientẽ insuper euangelista puerũ nobis Iesum primo delineat, deinde interrogãtem. Vides spiritum sanctũ in puero? Prouerbiorũ primo ait: Audiens sapiẽs sapientiam, sapientior euadet. Deuter. 32. Interroga patrẽ tuũ, & ipse respondebit tibi. Ecc. 32. Adolescẽs, loquere in tua causa vix cum necesse fuerit. Si bis interrogatus fueris, habeat caput responsum tuum. Ecce tibi ęterna sapientia dignata est Rabbinorũ Thalmudicorũ fieri auditor. Sed & addit euangelista, om̃es admiratos sapiẽtiam & prudentiam pueri, & videntes obstupuisse oẽs. Vnde colligimus, caput nostrũ in causa sua, de qua dicit, Nesciebatis quia in his quę patris mei sunt, oportebat me esse, suũ habuisse responsum. Problemata Rabinorum soluens, factus admirationi vniuersis audientibus. Sed synagoga non audiens solum obstupuit, sed & videns. Audiens legis arcana edisserentem, idq; supra vulgarem et carnis sensum, & certa maiestate atque efficacia, puerum est admirata. Videns indolem diuinam, cui omnis leuitas & petulantia abfuit, non potuit non obstupescere. Sed hæc nulla facundia, nulla item ratio humana satis adsequitur. Pro nostro tamen modulo, officio sacro hoc poscente, quantum dabitur, de hac re latius agemus.

Stupebãt autem omnes qui eum audiebant, super prudẽtia & responsis eius.

Quid per Deum optatius homini contingere possit, quàm vt responsa hęc Christi stupescenda, memoriæ prodita legere possit? Sed cupiditati modus ponẽdus est. Quod negatum nobis est, id Deo committamus. Leue factu id nobis erit, si considerauerimus mare magnũ & spatiosum mysteriorũ Dei, nobis legendũ superesse. Orãdus ergo Deus, vt nobis mentem piam veritatis æternę auidam, concedat. Puerũ Iesum adultum, magisterij sibi munus vendicantem, nunc audire debemus, idq; ardenti corde, instar duorũ discipulorũ Emaus iter habentiũ: & nobis quoq; cum illis scripturę arcana aperientur. Ipsum audire iubemur Matt. 17. In oĩbus alijs doctoribus nõ immerito suspicio locum habet, Ioan. 10. Videndum ergo quem audiamus, Lu. 4. Sed quis non audiat veritatem? quis nõ videat lumẽ? Admirati sunt sacerdotes puerũ: adoremus nos adultum & glorificatũ magistrum. Regina Sabę cum venisset Solymas, & sapientiã Salomonis ibi simul audiuisset, spiritum non habuit, 3. Re. 10. Sed hic plus q̃ Salomon, Mat. 12. Luc. 11. Regina Sabę sua sibi soluentẽ ænigmata, est admirata: sed quanto mirabilius est, puerũ duodecim annos natum, arcana diuina resoluere? Adde q̃ ille Lamuel à matre sua institutus, hãc sapientiã partim didicit, Pro. 31. partim diuinit⁹ accepit, 3. Re. 3. 4. 5. Hic vero noster Emanuel ipsissima sapientia, etiam matri suę admirationi intercessit. Ioseph, Moses & Daniel, pueri q̃q;, mirę fuerunt prudentię: sed qui partim huius sapientię fontis lymphis imbuti, partim humanis institutionibus & præceptis eruditi, & qui paulatim certisq; auctibus sapiẽtiores sunt effecti. Hunc nostrum puerum, Simeon sex hebdomadarum infantem, lumen reuelationis gentium agnouit, & in eius lumine magi orientales lumen viderunt. Vt videas fontem sapientię, Christon nostrũ. De hoc dicit Ioã. 7. Iam die festo mediãte, adscendit Iesus in templum, & docebat. & mirabantur Iudæi, dicẽtes: Quomodo hic literas scit, cũ non didicerit? Mat. 13. dicit: Vnde huic sapiẽtia hæc & virtutes? Marci 6. idem dicitur. Similia vides etiam Lu. 4. Idẽ miraculũ etiã postea ĩ discipulis Christi dilucide irradiauit. Act. 2. Repleti sunt om̃es spũ sancto, & cœperunt loqui varijs linguis. Et postea Petrum cum Ioãne, scribarum & pharisæorum turmis stupori fuisse legimus, q̃ agrãmatei & idiotę scriptu ræ

Curiosũ Christianum esse nõ decet.

Christus puer fontẽ sapientiæ se declarauit.

Christus puer.

ræ arcanorum, inuenti essent omnibus præpollere Rabinis. Similia multa posterior ecclesia habet exempla, iuxtà fœmellarum atque virorum, quorum catalogus iustum conficiet librum. Breuitatis ergo causa, huiusmodi exempla supersedentes adducere, ad alia abeamus.

Et videntes, admirati sunt. Et dixit mater eius ad illum: Fili, quid fecisti nobis sic? Ecce pater tuus & ego dolentes, quærebamus te.

Philostorgia mris & eiusdē virginis Mariæ.

Hic philostorgia potissimū obseruāda, haud quaquam (quod etiam in apostolo Paulo vides) fallit. Affectus ille maternus, Manichæam hæresin damnat. Si phantasma in hunc mundū edidit, quare cor eius tantis curis tactū est? Historia 3. Re. cap. 3. maternę philostorgię exemplū habet non obscurū. Quare Ioseph hic non succensuit puero? Nunqd Mariā hic in garrularum mulierculaṝ, maritis suis sese omnibus in rebus præferentiū, numerū referes? Nemo hoc, nisi excors & atheus homo, fecerit. Spiritu sancto plena Maria, hic suo tempore locuta est, vt maternum affectum declararet, & nos de incarnatiōis verbi mysterio certiores redderet. Quid fecisti nobis sic? Pr̄ tu⁹ & ego dolentes, quærebamus te. Plurimū sensus paucis verbis vas electum & prælectum ꝓfert. Sensus est: Sic antea nobis nō fecisti. Nunquā siquidem te à nobis subduxisti o custos Israel. Hactenus Isaac, Iacobū & Ioseph retulisti. Esau, parētibus grauis, mores hactenus longe abs te extiterūt. Quid ergo hoc mōstri noui, ꝙ nos præter solitū destituisti? Ah mi fili, ęstima qua anxietate, qbus curis te pater tuus & ego dolentes, quæsiuerim⁹. Crede mihi, res est plena timoris amor. Signū scio te cōtradictionis: quàm timui ergo, etiam puero ne tale quid accideret. O dolor atque decus magnū certumque parēti. Hoc est quod super te iucūdissimo meo filio, mihi olim beatul⁹ ille Simeon pręnūciauit? Heu me miserā, quas vires mihi viuendi suppetit? Certe supra humanas vires est, hoīem in tantis curis & anxietatibus non cōcīdere. Hei charitas, & vt mors, violenta pietas. Hęc & hoc genus alia materni affect⁹, virtutis mulier breuissimo verborum cōpendio cōplexa est. Germanicum quoque eius loci extat prouerbium, vt certum, ita & tritum & expertum: Klein kinder, klein sorg. Paruus pusio, parua afflictio: grandiora pignora, solicitudo & cura grandissima. Hanc maternā querimoniam Euangelista neque potuit, neque debuit prætermisse, certū assumptæ humanitatis argumentū, & totius euāgelicæ historiæ neruum. Huic siquidē loco, qui nihil est nisi crux, totius status euangelij aptius annectitur. Et cōueniēs fuit, etiam puerum regni sui, quod super humerum eius fuit, rationem afferre. Nam & tūc qꝗ crux sup pueri humerū imminuit: mistico & puer ostendit, non inscium atque inuitum, talem se subire prouinciā. Quod mater dicit, Pater tu⁹ & ego, cōiugij sacri nexum & conditionē nobis declarat. Triplex eius bonū ecclesia cōmemorat, Fidem, prolem, sacramētum: ne qs coniugiū verum saltem ex prole ęstimet. Nam sanctitas religiōis, etiam hoc in viuendi instituto, fœcunditate ventris potior ꝑdicatur. Vt videas, etiam cōiugiū verum esse virginitatē conseruantium. Euangelistę, Mat. 13. Mar. 6. Luc. 3. hac qꝗ ratione Iosephum Christi parentem vocant, quanquā eūdem & vere Dei filium testentur. Hieronym⁹ (qđ semel, quantū ad hūc locum, sufficiat dictum) contra Heluidium tres ratiōes assignat, quare Mariam despōsari viro diuina voluit sapientia. Primo, vt secundū morem hagiographorū, Christi generatio rite ex Iosephi linea describeret. Secūdo, ne adulterij et hoc genus criminū, virgo prægnās suspecta haberetur. Tertio, vt tutorem germanū certo sibi sacramento semper præsto virgo haberet. Sed nunc ad pueri Iesu responsa descēdamus.

Et ait ad illos: Quid est quod me quærebatis? Nesciebatis qa in his, q̄ patris mei sunt, oportet me esse?

Philostorgia Marię virginis, Chr̄i gloria facta illustrior.

Nō amarulentā matris expostulationē, sed lamētabilis materni affect⁹ adumbrationem audiuimus. Sic & filij responsum accipiendum, non ꝙ subdure matri responderit, sed hoc qđ mater scire cupiuit, hoc quod rogauit, aperuerit. Sensus est: Dolorem vestrum agnosco quidem, & affectū maternum & ipse persentisco, tuumque dolorem, dilectissima mater, doleo. sed quid hoc? Hoc aliter fieri non potest. Non temere, non casu aliquo accidit, vt vos non sim secutus. Nec vos negligentiæ accusauero. Certo patris mei cœlestis (cui⁹ cœlum sedes est, Esaiæ 66. & cuius domus est hoc templum, Esaiæ sexagesimoquinto) nutu vtrūque factū est, vt & ego hic remāserim, & vt vos me dolenter quęsiueritis. Iam declaratur quòd conceptus sim de spiritu sancto, & ex virgineo saltem sanguine homo natus, materno affectu, qui aliquando illustrior fiet, illustrato. Cæterum quod & vobis in præsentiarum suggerendum duco, regnum meum etiamnū meis imminet humeris. Neque enim propter huius solatia mundi huc ex corde paterno veni. Calicē ali-

alium dedit mihi pater,& iam quoque desiderio desidero eũ degustare. Hoc quod non rapui,mihi est soluendũ.Sed vt posthac cuiuis pateat, cruci me natum,crucem etiam super humeros pueri & sanctã & voluntariam esse,quippe qui puer adhuc existens,festinem prædari,& spolia accelerem detrahere,in templo cum legis paternę peritis contuli.Non me latet, quid cuique vestrum debeam:interim tamen commonere vos volo, esse tempus, quando cœlestis patris cultus, carnalium parentum officio cuiuis homini sit pręferendus:maxime mihi,à quo totius humani generis salus pendet,non quod corporis mei infirmitas cupiat,sed quod pater cœlestis imperet,præstandum. Veniet tempus,quando sanguinem sudans, orabo: Pater, si possibile est, transeat à me calix iste. Veruntamen non sicut ego volo, sed sicut tu. Hac & vos cogitatione armamini,Charissimi:hęc Christi verba vos ipsi,quantum cuiq; datur, rite discutite:discentes,ne quod Dei est,carnalium parentum detis amori. Per calcatum (vt cum Hieronymo loquar) patrem & matrem rem diuinam interpellãtes, pergite.Si æterna sapientia non dubitauit matri dolendi causam suppeditare,matri inquam,quæ Dei volũtati nunquam pugnauit,sed quæ plena gratia,per spiritumsanctum concepit & integra peperit:quis dubitet parẽtibus,q in peccatis concepti,nos q̃q; in peccatis cõceptos,luctari, contra diuinum obsequium si quid vnquam persuaserint? Hæc,fateor,lucta est periculosa: sed quo periculosior est,hoc pręsens locus,qui memoriæ commendetur,est dignior.

Parẽtib' carnalibus pater cœlestis p̃ferendus.

Et ipsi non intellexerũt verbum, quod locutus est ad eos.

Pro ratione temporis,Ioseph iustus ille, & gloriosa domina, vas gratia Dei plenum,tanta mysteria necdũ ad plenum capere poterãt. Crepusculum matutinum fuit, quando hæc Iesus dixit: clara vero dies illuxit post Christi resurrectionem & adscensionem, quando spiritus sanctus suam gratiam,iuxta prophetã Iohel,pleno cornu discipulis impluit. Sed tamen diluculũ hoc,in quo hæc dicta & facta sunt,suum iubar habuit periucũdum.Certe Mariæ virginis animo veritas illuxit,vel in Gabrielis oratione. Et quomodo cæcutiet, quæ solem iustitiæ in sua carne primum suum vidit filium,& adorauit Deum? Accessit gloriæ fulgor, qui pastoribus illuxit. Accessit splendor,qui magorum oculos irradiauit. Accessit lumen gentiũ & gloria Israel,oraculo Simeonis & Annæ prophetissæ. Pulchra lux,gratus fulgor,sed aurorę.Sol nec dum altius adscenderat, radios suos duplicata gloria emittendo. Ante meridiem illum,etiam ipsorũ corona discipulorum,in hæc tanta arcana non potuit penitus inspicere,quanquã Christi gloriæ per potentiã doctrinæ & miraculoꝝ plurimum assueuerint. Nuda veritas dicit: Ecce adscẽdimus Hierosolymam,& implebuntur om̃ia quę dicta sunt de filio hominis. tradetur enim gentibus &c. Sequitur: Et ipsi nihil horũ intellexerunt.Erat aũt verbũ istud absconditum ab eis,& non intelligebant quę dicebantur ad eos. Hæc apostolorum tarditas & ruditas facit,ne quis miretur, aliquid in Maria virgine humanæ tenuitatis fuisse reliqui.Tenuitatis dixi,ne obesæ naris & ijsdem nasutissimis videar suffragari, qui supra Mahometam barbari, sapientiæ æternæ matrem,solis iustitiæ genitricem,puellis rusticanis,agrarijs & culinarijs, quibus nihil magis brutum,nihil obscurius,audẽt conferre. Pro temporis eius ratione Maria æque atque Iosephus,tanta arcana Dei plene non intellexit: id mirũ non esse,iam exemplo apostolorum ostendimus.Nunc alia tempora, quorum rationi non satis respondent,qui theotocon diam obscurissimis quibuscunq; puellis comparant. Iam sol iustitiæ altius adscendit: euãgelion prędicatum est in mundo,creditum est illi,receptũ est in gloria:sensus euangelij per tot sanctos,perq; tot secula declarat' est.Quis ergo non potius cum sacro Missæ canone virginẽ Mariã vocet Dei gloriosissimã matrem,q̃ syluestrẽ nymphã? Breuiter,qui hodie non videt,sua ipsius culpa non videt. Non hæc de hæreticis saltem, qui ecclesiæ terga verterunt,dico:sed & de crasse ignorantibus,qui non quærũt, neq; pulsant, neq; postulant, intelligi quoq; volo.A sacerdotibus requirenda legis intelligẽtia,Malac.2.Si quis vestrum(dicit Iacobus capit. 1.)opus habet intelligentia,oret. Nisi credideritis,ait Esaias,nõ intelligetis. Credẽtium & sibi adhærentiũ mentes dñs aperit Luc.24.Act.16. Beati q vigilant ad postes ostij sapiẽtiæ, Pro.8. Ecci 4.32.Audite,inq̃t,vt intelligatis, Mat.15.Audite me & intelligite,Mar.7.Qui legit,intelligat, Mat. 24.Viderint,qui veteris instrumẽti, q̃d vmbra & ænigma fuit, exẽpla tantopere om̃ibus in om̃ibus imitanda obtrudunt.Si duas vxores regibus & principibus licet habere,licebit etiam fratris semen fratri excitare defuncti. Io phibe Deus, Io prohibe. Tutum non est, omnia scripturæ exempla sine certo ecclesię iudicio velle sequi.Tempus & circunstantias temporis gnarus homo diligenter debet expendere.De qua re aliàs.Nunc ad sequentia.

Maria virgo quatenus filiũ suũ nõ intellexerit.

Ignorantes hodie nõ habẽt excusationem.

Et

Et descendit cum eis,& venit Nazareth:& erat subditus illis.

Parẽtum ius in filios.

Quis? Emanuel. Quibus? Mariæ matri & Iosepho tutori. Vnde? Ab Hierusalem. Quo? Nazareth? Tantum est ius parẽtum in filios, vt etiam diuinæ maiestatis cõsubstantialis Christus Iesus, homo natus, hominibus se submiserit suis parentibus. Sed in Nazareth. Solymis manẽs, dedit nobis exemplum, reliquit dogma, Deum præferendum omnibus creaturis, parentibus, tutoribus, magistratui, magistris, & omnibus quibus honorem, obedientiã,& huiusmodi officia humana debemus. Est & Nazareth Christi ciuitas dicta, æque atq; Hierusalem & Capernaũ, vbi synagoga fuit Iudæorum: sed illa patria secundum carnem, hęc cultui diuino inaugurata. Vnde illic parentibus inseruiuit, hic Deo. Deo magis obedire oportet q̃ hominibus: nec Cęsari dandum, quod Dei est. Præuaricatur, qui alterum confundit. Exemplũ & documentum vtriusq; hinc petendũ,& imis mentibus reponendum. Hinc eñ fidei iustitia absoluitur, & suis auctibus vera theosebia probatur. Dandũ omnibus, sed cuiq; quod debet: cui timorẽ, timorẽ: cui honorem, honorẽ: cui tributum, tributum: cui vectigal, vectigal. Hypotassomeni, & non antitassomeni, sunt veri Christiani. Aliud enim est Deus Israel, aliud Belial. Hui⁹ filij effrenes sũt, illius obediẽtes. S. Hermegildus, quem etiam sancti canones celebrãt, maluit à patre occidi, q̃ Arrianorum, forma noua sacrificantium, sacris interesse. Quare autẽ hoc? Quia cœlestẽ patrẽ carnali prætulit. Quæ ergo, malũ, nrę tẽpestatis puersitas? Vides hodie Eliu filium Barachel Buziten, inflatæ sapientiæ puerũ, impudentissime nõ modo in medio presbyterorum verba facere, sed & ipsos presbyteros catholicę simplicitatis assertores, naso suspẽdere,& nullis nõ conuiciorum adspergin ibus fœdare. Quibus aures pruriunt, ijs certo iudicio suos satan mittit apostolos, auriũ inseruitores. Audias hodie regulũ, duculum, comitulũ, atq; satrapatulũ aliquem grãmaticastrum, sibi censurã etiã in omes superioris ecclesię patres sumere. Probant hæc p̃dicantes, absolutã hoc prædicant pietatem: Religionem hanc illuminatissimã, non optare miseram plebẽ tondere & deglubere. Quibus se hic iustificent, quibus prophetas, apostolos,& Christũ ipsum eleuẽt, in prõptu sunt argumenta & scripturæ loca: Si quid credentes mortiferũ biberitis, non nocebit vobis. Sacrificij iugis abrogatur solennitas, succenturiantur tot nouæ ordinationes, cogũtur quiq; presbyteri hoc *tantũ egregium facinus approbare. Sic suam ecclesia maiestatem plane amisit. Imperium quoq; ipsum vnà cum ecclesia laborat. Quãtis protestationibus & exceptionibus iurisdictionẽ Cęsaream, quam Camerã vocãt, eludi, immo quibus non calumnijs proscindi audimus? Sic & parentes, nisi illuminatis euangelicis suis liberis suffragentur, pessundantur. Recte & hoc: quia Christus venit in hũc mundum, huiusmodi ignem succensum. Hic vt de Cæsare taceam,& vt pontificũ autoritatem supprimam, nescio an parentes patientiæ meritum possint aliquod à Deo sperare, qui filijs suis in huiusmodi ausibus non obsistunt. Timeo indulgentiam eam culpabilem, aliquod grande supplicium, quale Heli olim recepit, manere. Vrsas e sylua frementes irruere, videre videor dilaniatũ p̃cocis ac petulantis sapientiæ pueros. Sed exoratus Deus, gladium eum extentum, totius Germaniæ perniciẽ, retrahere dignetur. Amen.

Parẽtes indulgẽtiores peccãt

Filij cõtra Deum parentibus obsequẽtes, peccant.

Et mater eius conseruabat omnia verba hæc in corde suo.

Maria vir go exemplũ verbi Dei custodiendi.

Maria mater Dei, supra omnes mulieres benedicta, vsq; adeo theoriæ, id est, contemplationi dedita fuit, vt etiam verbũ nõ satis intellectum, cordi suo cõmiserit. Contrarium vides apud Ioannem 6. vbi impij à Christo deficientes, dicunt: Durus est sermo ille. quis eum audiet? Apostoli pietate prędîti, perseuerant cum eo qui habet verba vitæ. Adorant veritatis verbum, etiã nõ intellectum. Paulo suprà audiuimus, Mariam verbum à pastoribus auditum obseruasse,& cordi suo credidisse. Bonus ordo. Auditũ sequitur custodia: vtrinq; spes, vtrinq; charitas. Neq; eñ sufficit audire verbũ, nisi & fructũ adferat auditor: nec item sufficit abscõdere talentum & lumen acceptũ, sed ad vsurã expendenda dñica pecunia,& supra candelabrũ ponendũ lumẽ. Sic, inqt, luceat lux vr̃a corã hoĩbus, vt videãt hoĩes opa vr̃a bona. Vir duplicis animi, tã mammoni q̃ Deo seruiens, puersus in oĩbus vijs suis, mare mala cõsuetudine æstuãs, via est vnde volucres cœli semẽ auferũt ac deuorant. Cor Dei timens, optimũ maximũ est: solum vbi verbum Dei radices agit, germinat & fructum plurimum profert. Verbũ Dei in nobis habitare vult Apostolus, idq; abundanter. Habitare, ne regnet peccatũ: abũdanter, ne maneat infrugiferum. Consultum nobis quàm optime vult Apostolus, verbum nobis Dei sic cõmendans. Maiorem siquidem & preciosiorem thesaurũ nobis cõmittere non potuit. Verbũ Dei vita est: hoc vbi habitat, hoc vbi regnat, ibi mors non disparere non potest.

Et Iesus proficiebat sapiētia & ętate & gratia apud Deū & homines.

Mānichæi ea quę de Chr̄i pueritia scripta sunt, respuunt.

Hisce verbis claudit euāgelista Christi pueritiæ omnem historiam. Nemo qui bene sibi constat, cōqueritur pauca de Christi pueritia memoriæ ꝓdita: sed adorat ea quæ scit, iuxtà atq; ea quę non scit. Manichæi ea q̄ de Christi pueritia scripta sunt, adspernātur. S. Matthęus & Lucas, vterq; pueritiem Christi duobus absoluunt capitibus. S. Marcus & Ioannes eam rem non attigerunt. Vnde Manichæi illis parū tribuerunt, hos magni fecerunt. Illos auersabantur, ꝙ suæ opinioni viderent contrarios: quippe ꝙ Deum verum hominem esse factum, vel à pueritia Christi ostēdere eos animaduerterent. Hos, ꝙ suæ opinioni viderentur fauere, de diuinitate potissimum scribentes. Sic se habet ingenium hęreticorum, vt etiam canonicam scripturam, nedum patrum elucubrationes, ausint vellicare & iugulare, sicubi sibi aduersari viderint. Sed ad euangelistam reuertamur. Iesus, inquit, proficiebat sapientia & ætate &c. Hoc est, quanto secundum naturā corpore & ætate profecit, tāto & sapiētia ęterna gratię atq; adeo deitatis plenitudo, quę in ipso Chr̄o corporaliter habitauit, Col. 2. paulatim suis gradibus mūdo innotuit. Ioānes in matris vtero ab hoc puero iamiam concepto, sapientiam & gratiam, prophetiæq; donum hausit. Hic puer senem, puta Simeonem, vt Ecclesia cantat, rexit. Sed quemadmodum per corporis imbecillitatem opus habuit, vt in templum, in Aegyptum vltro citroq; gestaretur: sic etiam Deitatis plenitudo cum succrescente corporis statura subinde in notitiam hominum sese protulit. Suprà idem euāgelista sic: Puer autem crescebat & confortabat spiritu, plenus sapientia: & gratia Dei erat cum illo. Hoc est, non repente & temere, sed paulatim secundum diuinæ prouidentię decretum, ad officium hoc, cui natus erat, assurrexit. ¶Colligere debemus ex his pueri auctibus, quanta eius doctrina sit, quanta sacrificij eius passionis mysteria, quorum nihil sine definito suo tempore factum aut dictū est. Quis dubitet hanc doctrinam æternæ sapientiæ recipere, & lapidi, ab æterno Deo posito, fidere? Nunc ergo præparemus corda nostra doctrinę Christi, doctrinæ autem cum factorū tum dictorum. Nam & facta suum sacramentum habent. In exemplo siquidem & gratię Dei virtus vitalis, & operatoria existit. Præparemus mentes nostras, vt ea q̄ scripta sunt, circuncisis cordibus & auribus excipere & custodire possim⁹. Quin & huius loci sacramentum attendamus. Adolescit puer Christus, quo admonemur, vt & nos hoc exemplo grandescamus in mensuram ætatis plenitudinis Christi, Ephes. 4. Malitia pueri maneamus imbecilles, sensu vero & operibus bonis robusti simus, 1. Corint. 14. Adeo Iesus etiam corporis statura gliscēdo profecit, nimirum vt hæc & hoc genus alia mysteria inde addiscamus. Abijt Christus in virum, factorū & dictorum (vt Cleophas dicit) potentem: Quod nisi & nos præstiterimus, Christi esse non possumus. Cæterum etiam puerorum nostrorum regendorum hic doctrinam petamus. Gaudemus, cum eos corpore succrescere videmus: sed videamus, vt & religionis, & sapientiæ Dei profectu. In corpore saltem, immo etiam in humana sapientia, & non in religione proficere, est deficere. Quare in Ecclesiæ disciplina, in ieiunijs statis, in processionibus & letanijs, in iugis sacrificij mysterijs, in precibus canōicis, & in oībus hoc genus Ecclesiæ ritibus, eos exerceam⁹. Nō patiamur eos in Nazareth delitescere & desidere. in Hierusalē eos nobiscū adducam⁹, ne eoꝝ desidia & acedia nobis imputet. Faxit De⁹ hoc ꝑstemus. Amē.

Pueri christiani in oī gñe ecclesiæ disciplinarū sunt exercendi.

ALLEGORIA.

Templum Hierosolymitanum, in quo puerum Iesum inuenerunt, significat ecclesiā. Comitatus significat omnigenas hæreses & sectas, hoc est, hæreticorum & schismaticorum conciliabula. Sanctus Lucas synodian vocat comitatū, supple, eorum qui se ad iter corripere decreuere. Cognati & Noti, significant carnem & sanguinē cum omnibus huius mundi coniuratis, cōsectaneis, seu consortibus, in quibus hæretici præcipue gloriantur.

In omnibus huiusmodi phalangis, ab Hierusalem auersis, Christus nō est. Nā apud Esaiam Sar Salomon, hoc est, princeps pacis dicitur. quo nomine significatur, alienus esse ab illis, qui pacem ecclesię exoticis opinionibus perturbant: & Apostolus dicit Christon Deum esse pacis, & non litiū. Vnde & ipse Christus docuit ecclesiā, hęreticorum & schismaticorum spelūcas fugitare debere. Matt. 24. Nolite credere, inquit, nolite exire. Hæreticorum proprium est, sese Christos alijs obtrudere, hoc est, veritatem sibi vēdicare. Quisquis ergo dixerit: Omnes quicunq; ante nos crediderūt, docuerunt & scripserunt, homines fuerūt, atq; adeo errare vniuersi potuerunt, vnde eorum professio catholica non immerito poterit suspecta haberi, & in dubiū vocari: penes nos vnicos veritas est indubia, cui præsentia non solum, sed & præterita cedere debent: Hæc, inquā, q̄squis dixerit, Chri

Hæretici alij ab ecclesiasticis.

Christũ se ostentat, eum tu Chriane, Chro monitore,tanq̃ ipsum satanã vita. Hęretici itẽ nihil minus q̃ sectarũ autores eẽ volũt. Atqui cũ eos q catholicũ & orthodoxum patrũ sensum, quẽ ab ecclesię vberibus,tra duce vera, suxerũt, auersant,immo etiã ca lumniant & damnãt,se vero efferũt, quosli bet in suam sententiã oĩbus modis attrahunt,euãgelion sese verũ vnice habere,illu minatos se theodidactos,hoc est,nõ patrũ orthodoxorũ sensum habere,sed nouũ aliquem reperisse iactitãt. Qui hæc designãt, quod oro aliud q̃ sectas pariunt? Quis se hodie euangelicũ esse subplaudit? quis se theodidacton & illuminatum ebuccinat? Quis eos,qui religionẽ apostolicæ traditionis, eius q̃ succedẽti sibi tot sanctorũ martyrum & pontificũ linea,serie & gradu,sequendã & tenendã affirmãt, papisticos appellat? Quis reiecit officia ecclesiastica ea, quibus patres sancti psanctẽ sunt vsi? Quis tot nouas ordinationes cõminiscit? Quis anabaptistis errãdi occasionẽ,qs sacramentarijs blasphemãdi ansam tribuit? Vnde bigamiæ lenocinia oborta? Et qs ea asserit? Nõne hæreticum eum & schismaticũ iure dixeris? Nonne eum hydram, verbis Ambrosij,merito vocaueris? Quis in huiusmodi chimęrarum spelęis agnellum Dei Christũ se inuenire sperauerit? Vnitati se Christus promisit. Vnitas Christum possidet, Hierusalem eius vnitatis typũ habet, quia inde doctrina ea vnica,vnicæ vnitatis,pfecta. Ab vnica ea Christus se nunquam patietur abstrahi. Vnus est, diuidi nõ potest. Aut igitur Christo nũcium remitte, aut in vnitatem reuertere. Dominus Deus rex pacis, fastidioso spiritu, sectarum autore, e medio sublato, vnicam suam pacificare dignetur, Amen.

DOMINICA III. POST NATIVITATIS Christi, Euangelium Ioan. II.



Vptiæ factæ sunt in Cana Galilææ,& erat mater Iesu ibi. Vocatus est autem & Iesus,& discipuli eius,ad nuptias. Et deficiente vino,dicit mater Iesu ad eum:Vinum non habẽt. Et dicit ei Iesus:Quid mihi & tibi est mulier? Nondũ venit hora mea. Dicit mater eius ministris:Quodcunq̃ dixerit vobis, facite. Erant autem ibi lapideæ hydriæ sex positę secundum purificationem Iudæorum,capientes singulę metretas binas vel ternas. Dicit eis Iesus:Implete hydrias aqua. Et impleuerunt eas vsque ad summum. Et dicit eis Iesus:Haurite nunc, & ferte architriclino. Et tulerunt. Vt autem gustauit architriclinus aquam vinum factam,& non sciebat vnde esset,ministri autem sciebant qui hauserant aquã,vocat sponsum architriclinus, & dicit ei: Om̃is homo primũ bonũ vinũ ponit: & cũ inebriati fuerint,tunc id quod deterius est. Tu aũt seruasti bonum vinũ vsq̃ adhuc. Hoc fecit initium signorũ Iesus in Cana Galilææ, & manifestauit gloriã suã, & crediderunt in eum discipuli eius.

PRAEFATIO.



Rande & primũ miraculũ, q̃d in hoc mũdo Chrs edidit, Ioãnes,Chro deuoti,certo Dei nutu,descripsit. Ingẽs & primum audistis miraculũ, certe hoc & magnus & prim⁹ euãgelista memoriæ cõmẽdauit. Magnũ inquã & primũ miraculũ,vere amplũ & primũ,†vasto & primo primęuæ cõditioni cõgruẽs: quod ille peruidit,qui ait:

> Caudice defecto,lachrymat sua funera palmes:
> Vnde merum tribuat, dat modo vitis aquam.

Lactantius vir Deo plenus,magnũ & primum miraculũ in vite ex aqua vinũ proferente,agnouit. Verbũ, inquã, identidẽ vt in principio oĩa creauit, sic etiã nũc quoq̃ aquã vino mutare* vidit. Secũdum eum,vineæ sunt diottæ siue fictiles hydriæ. Nubes ministri vineæ,aquã impluendo fundẽtes, Chrs verbũ æternũ, lampas cœlestis,solis iustitię,& lux hoĩm,laticẽ aquosum eũ mero cõmutãs. Dicis naturę esse opus: Dic ergo, & q̃d natura? Ede,vnde natura? Eloquere, quis dñs naturę, quẽ ppli vocãt ens vniuersitatis & naturã naturantẽ? Augustinũ,mi frater,audi,dicit ille: Sicut q̃d miscẽt ministri in hydrias,in vinũ cõuersum est opere dñi: sic & q̃d nubes fundũt,in vinũ cõuertit eiusdẽ ope. Illud aũt nõ miramur, qa omni anno fit. Assiduitate amisit admirationẽ. Miracula de assiduitate vilescunt.

Sequit: Mortuus surrexit, mirati sunt homines. Tot q̃tidie nascunt, & nemo miratur. Si cõsideremus prudentius, minoris miraculi ẽ, esse q nõ erat, q̃ reuiuiscere q erat. His Augustini verbis monemur, vt verbũ operatorium & efficax probe æstimemus. Hoc Ioannes suprà ostẽdit, carnẽ factum: hic ostendit, verbũ permansisse. Imperauit in principio virtus, & seruiuit effectus: idẽ & hic factũ videmus. Et secundũ Gregoriũ Emisenũ & alios catholicos patres, q̃tidie idem in sacro eucharistiæ fieri videmus. Si ex creatura, q̃d Apl̃us dicit, creator intelligit, certe in Cana creator poterit sine negocio depræhendi. Aqua siquidẽ suum creatorẽ agnouit, & quod iusserat, fecit. Hæc præfata volo, nunc contextum videamus.

Nuptiæ factæ sunt in Cana Galilææ.

Galilæã esse superiorẽ & inferiorẽ, suprà autoritate Hieronymi audistis. Noueritis & hic, Cana superioris fuisse pagũ. Inferioris erant oppida Nazareth & Capharnaum. Ex hac p̃senti Cana Nathanael (vt Hieronymus vult) ortus erat, Ioan. 1. Insuper & Iosue 19. huius fit mentio. Interpretationẽ & significationẽ allegoricã infrà latiori cãpo edisserã. Cæremonias atq; ritus, q̃bus Galilæi (qui æque Iudæi fuerũt atq; Hierosolymitani) nuptias celebrarint, Euãgelista hic paucis subindicat. Quibus cæremoniis apl̃i hoc sacramentũ exornatũ voluerint, nusquã plene descriptũ cõperi. Iudæorum exempla Chr̃ianis per oĩa nõ congruunt. Quod dico propter eos, q imprudẽter ex scriptura q̃duis vndiq; decerpũt, modo id opinioni & moribus eo℞ conueniat. Nam & ex hoc loco ebrietati prætextũ arripiũt. Dñs Iesus parabolis quibusdã nuptia℞ sacrum satis declarauit, Mat. 22. 25. Marc. 2. Luc. 12. Sed vbi temulentiã asseruerit, Epicurei nostrates ostendãt. De hac re infrà.

Et erat mater Iesu ibi. Vocatus est autem & Iesus, & discipuli eius, ad nuptias.

Apparet Mariã tribulem iure gẽtilitio officiosam interfuisse. Iosephi hic nulla fit mẽtio: quippe cuius memoria cũ pueritia Chr̃i p̃teriit. Obserua hic, Mariã nõ interfuisse nuptiis tanq̃ lotricẽ aulularíam. honestissimo siq̃dem titulo hic, queãdmodũ & Mat. 1. mater Iesu nominaf. Luc. 1. dicit mater dñi. Ea ipsa mater Iesu & dñi, in his nuptiis extitit, decẽtiæ seruiẽs & honestati cõsulens. Iesus vero dñs, eius filius, vocatus nõ solus, sed cũ discipulis suis. ¶ Attende matrẽ aduentãti filio præuiã esse oportere. Ante ĩcarnationẽ filii, erat mater: ante natiuitatẽ matris, erat filius. Matrẽ Iesu simul ac habuerim⁹, tunc cũ primis & filius est vocãdus: vocatus, certo aderit, sed non solus: cũ suo℞ discipulo℞ corona veniet. Quia vbi dñs, ibi & eius ministri. Rũpant illa Arrio, Chr̃s pascitur inter lilia. Mater, veteris testamenti: discipuli, noui testamẽti typũ habent. Discipulos, Petrũ, Andreã, Iacobũ & Ioannẽ pleriq; contẽdunt fuisse eos, qui hic cum Christo vocati dicunt. Hi siq̃dẽ inter primos Chr̃i fuerũt discipuli. Chrysostomus, & post eũ Theophylactus, non putãt Christũ vocatũ fuisse ad nuptias tanquã Messiã, sed accersitũ saltẽ noĩe consanguinitatis maternæ siue ratiõe vicinitatis. Nam tametsi baptizatus à Ioanne testimonium tũc habuerit ter amplissimũ, necdũ tamẽ erat doctrinæ & signo℞ suorum maiestate declaratus. Et ad hoc nullus propheta in sua p̃ria est acceptus, Mat. 13. Luc. 4. Ioan. 4. Pharisæus quispiam ad nuptias eas, in q̃bus se suo honore destitutum iri scisset, nunquam venisset. Christus vero humilitatis doctor, non emansit, q̃a suum honorem nunquã quæsiuit. Venit autem: Primo, vt nuptia℞ sacramentũ aduersus hæreses, quas nouit orituras, cõmendaret. Immo põtifex & sacramenti eius auspex, venit suum sacramentũ p̃petuaturus, teste Augustino, q ad hæc addit, Christon obuiam venisse hæreticis illis, q in nouissimis tẽporibus deficient à fide, prohibebuntq; nubere. Quadrat miraculũ sacramẽto. In paradiso verbũ nuptia℞ mysteriũ instituit, ibidẽ satan verbo restitit, neq; nunc resistere cessat. Apostolus cum Matthæo dicit, Vnumquenq; suum donũ habere: eos igitur quibus virginitatis donum negatũ est, matrimonii sacramento, scortationis vitio occurrere atq; mederi debere. Tatiani, Manichæi, & alii hæretici, ausi sunt verbo huic obsistere. A specie istac mala non satis cautum est ab illis, qui clericis incontinẽtibus ius connubii violenter abstulerunt. Vtrisq; tamen fœdius peccãt ii, qui hodie se ecclesiæ reformatores obtrudunt, & propter abusum eum, etiam à professiõe catholica deficiunt. Et q se maxime sacerdotalis coniugii assertores iactitãt, nusquã p̃iculosius fere, atq; in sacramentis vtrisq; iis peccant. Nam quemadmodum laicis ius altaris deferunt, sic etiã sacrum connubium prophanant, eius iudicium ad forum & prophanos iudices trãsferẽdo. Sup̃intendẽtes q̃q; ipsi, turpi⁹ omi lenocinio ducturiũt. Effœtas anus nõ modo, sed & lupas q̃scũq; inhonestissimas, dignanf episcopo℞ nuptiis. Hic vt clandestinas, quas approbãt, sileam nu-

Maria vilis ancilla nõ fuit.

Maria Chr̃i matre vocata, Christus etiam aderit, sed nõ sine discipulorum corona.

Christi humilitas

Nuptiæ sacramentũ habent.

nuptias: hoc neq; possum, neq; debeo silentio premere, q diuortia quoq; ipsa, contra Christũ summũ nostrũ põtificẽ inducunt. Nec cõcedũt solũ repudiatis secundas nuptias, sed &, ne qd desit Antichřicæ machinationi, bigamiã ipsam legitimã & piam docent, sacramentum connubij negantes. Eant nunc, & Papã Antichři erroꝝ traducant, quoꝝ impietati, vnde Antichři ipsissimi dinosci queũt, nihil deest. Sed hæc aliàs pinguiori Minerua, nũc ad institutum.

Nuptiarũ sacramẽti mysterij declaratio.

Chřs secũdo ad tedarũ solennitates venit, vt mysteriũ, quo ipse ecclesiæ sponsus designatur, declararet. Magnũ hoc sacramentum, de eo dicit Hoseæ 2. Despõsabo te mihi in fide. Desponsationẽ hãc mysticã graphice describit Apl's Ephe. 5. dicens: Membra sum⁹ corporis eius, de carne eius, & de ossibus eius. Propter q̃d relinquet hõ patrẽ suũ & matrẽ, & adhærebit vxori suę: & erũt duo in carne vna. Sacramẽtũ hoc magnũ est. Ego aũt dico in Chřo & in ecclesia. Idẽ dicit 2. Cor. 11. Despõdi vos vni viro virginẽ castã exhibere Christo. Ad hæc quoq; diu⁹ audiat Augustinus: Quid, inqt, mirũ, si in illã domũ ad nuptias venit, q in hunc mundũ ad nuptias venit? Si enĩ nõ venit ad nuptias, hic nõ habet sponsam. Seqtur: Sed habet hic spõsam, quã redemit sanguine suo, & cui dedit pignus spiritũ sanctum. Eruit eam de mancipatu diaboli, & mortuus est ꝑpter delicta eius, & resurrexit ꝑpter iustificationẽ eius. Hactenus ille. Attẽdamus hæc & dicamus, quæ spõsa tantis vnquã paraphernalibus fiet dotata? Et Assuerus aliqs, si se & oĩa sua venustissimæ oĩm puellæ Hester suæ spõsæ dederit, quid aliud fecerit, q̃ quod hõ homini, atq; adeo dignę sibi, immo etiã plerunq; digniori, & bona caduca dederit? Quis ergo nři sponsi clementiã mẽte satis cõcipere possit, qui indignissimę æterna bona, & se, bonis illis longe ꝓstantiorẽ, tã liberaliter elargitur? O beatas carnaliũ tedaꝝ nuptias, q̃ tantoꝝ bonoꝝ nobis referunt typũ. Nam nisi genialis illius tori vsus esset, tantoꝝ bonoꝝ expssum huiusmodi instar nõ haberemus. Felicẽ eum, qui coniugij tẽporalis bona rite poterit discernere, vt inde ad agnitionẽ spũalis veniat, & tanto nympho de tantis bonis, tanq̃ ardẽs charitate nympha, sponsa grata euadat. Tertio, nuptiarũ solennitatibus Christus statim in sui auspicio voluit interesse præceptor morũ, propter exemplũ virtutis. Rex regũ diuitibus præbuit exemplũ, ne Baucis & Philemonis, hoc est, pauperũ (si tamẽ poetices hic locus est) magalia non fastidiant: Dein etiã, vt pauperum necessitati succurrere discãt. Nihil enĩ fuerit, si comessatores & cõbibones se

Magnates infimates ne fastidiãt.

miseris saltem exhibeant, nisi etiã succurrere studeant. Nam & Christus his nuptijs non comedo & cõpotator, sed pręses & patronus interfuit. Christon quoq; si satis audias, o diues, non locupletes, non optimates, non contribules & amicos tibi conuiuas in ædes tuas conciueris, sed infimos q̃scunq; & inopes, Luc. 14. Nõ puto dedecori tibi futuꝝ etiã hulcerosum Lazaron, nisi audias eũ gloriæ esse angelis cœli, referentẽ ꝑsonã ipsius Chři. Si vero oĩno neq; pauperũ hospes esse, nec hospites eos tuos perpeti potes, saltẽ eoꝝ esto patronus. Puellas egenas ab inopia malesuada leua Nicolaus. Ruth & Rachab si tuo indignas cẽses thalamo, Salmone & Booz: fac saltem viduas cõtractas paupertate, ope & consilio iuues. Pauperies, inimica bonis moribus est: eam ergo, quantũ potes, reprime, idq; q̃ liberalissime. Nam hac tandẽ in re si durus fueris & immitis, immisericordem tibi Deum & inexorabilem efficies.

Et deficiente vino, dicit mater Iesu ad eum: Vinum non habent.

Euãgelista proculdubio præsenti aĩo Anticomarianis occurrẽs, Mariã iteꝝ magnifico titulo cohonestat, matrẽ Iesu eam appellãdo. Nouerat gloriosa illa cœli regina, Iesu mater, quantũ filiũ pepererit, qdq; de illo audiuerit. Plus ergo cæteris oĩbus sibi de maiestate dñi sui persuasit: nec verita filium cõpellare, quippe quẽ semper in oĩbus sibi cõperit obsequentẽ. Nec item negauerim (qm̃ hoc ita veterũ theologorum pleriq; affirmant) humanũ hic matri affectum irrepsisse, quali discipuli Christi fratres dixerunt: Ostende te, & declara te mundo, Ioan. 7. Neq; sic impiam & temerariam Dei matrẽ, quod Pelagius, immo etiam quod ipse Mahumet non diceret, credas. Præcipuum, quod matrem mouit, pietas, quæ ad omnia vtilis est, erat. Piam hic vides Christi matrem, quam suprà vides officiosam. Vtinam hæc verba Mariæ heroides & quæcunq; matronæ diuites crebro habeant in ore, immo in corde, atq; adeo in affectu & effectu. Maria spũ paupercula, videns amicorum penuriam, nihil quo succurreret & eam inopiam leuaret, habuit: sed quidquid potuit, hoc fideliter præstitit. Nihil ergo fuerit, matronas verbum Mariæ frequenter in ore habere, nisi & eius induant affectum. Si facultas opitulandi defuerit, tunc locũ habẽt verba supplicandi & voluntas. Audi regina, Princeps, Dux atq; Comes, si reginæ cœli nõ fastidis Iesu matris verbũ: imitare mundi dominam, attende miserorum penuriam & an-

Maria Chři mater reginis, hoc ẽ matronis præpotẽtibus exemplum humilitatis.

angustias: cũq; iuuandi copia desit, vel saltem verbis adesto. Age, filiũ dñm tuũ, qui in potestate est, ora. Tibi aditus ac accessus liber est, tu nato tuo, tu hero tuo necessitudine deuincta, alloqui semper audes: fac igit pauperũ patronã te semper exhibeas. Si Antichristus tibi filius fuerit aut dñs, ne timeas esse molestus: si nihil obtines, certe ancillam te Dei omipotentis declarasti. Si filius aut heros tuus, Chři cultor fuerit, haud grauate audiet, & vltro cõpotẽ voti te faciet: tuumq; meritum in regno cœlorum sic duplicabitur. Tu itidẽ ciuis & matrona opulenta quæcũq;, filio itidem tuo, marito tuo, proximi vicini tui necessitatem suggere. Dic, vinum non habet puerpera illa, ægrotus iste: frumentum non habet vidua illa, multarum prolum parentes isti, pecuniam non habet obæratus, Iudæorum factus mancipium. Vestem non habet, domum non habet hic & ille. Eia ne dubita: nuda in hunc mundum venisti, nuda exibis. Et quibus tua parta relinques? Heu, ad quid & quorsum tot opes cõgessisti? Mulier secundũ naturæ proprietatem, mitior viro esse debet. sed proh Deũ atq; hominum fidem, nostræ non heroides, sed Herodiades: non heroes, sed Herodes suos ad mactãdum miseros incarceratos instigant. Væ mundo à scãdalis. Sed sequentia videamus.

Et dicit ei Iesus: Quid mihi & tibi est mulier? Nondum venit hora mea.

Quod Maria ausa fuit à filio suo aliquid contendere, maternæ est autoritatis: ꝙ nihil præscribit, humilitatis est ancillæ Dei. Vides gratia plena virginem, vides instar religionis. Nouerat filiũ: dicit ergo, vinum non habent. Credidit Deum, non ergo arroganter & ambitiose dicit, Ostende tuam gloriam, dic vt aqua illa vinũ fiat. Quod filius dicit, Quid mihi & tibi est mulier? carnalis sensus homini duriusculũ videtur respõsum: sed Deo plena virgo, aliter accipit. Non spernit neq; inhonestat matrem, suæ legis violator dominus. Exodi 2. Honora patrem & matrẽ. 21. Qui maledixerit patri aut matri, morte moriatur. Neutiquã in eam suã legẽ peccauit, quam venit adimplere, qui puer parentibus subditus extitit, & qui animã agens, etiã e cruce matrẽ sibi vnice charissimã, est deueneratus, Luc. 2. Ioan. 19. Sensus ergo est: Sponsus non orat, qa qualis sim ignorat. Te matrem mihi nunquã pigendã agnosco, sed & tempus ad patris gloriam expecto. Qua in re saltẽ patri obsequor, nec carnis consilia sequor. Luc. 2. Matth. 12. cum euocaret

Christus matri suæ duriuscule non respondit.

eum, simile fere dixit. Augustinũ hic audiamus. Miraculũ, inquit, exigebat mater: at ille tanq̃ nõ agnoscit viscera hũana, opaturus facta diuina. tãq̃ dicat: Quod de me facit miraculũ, nõ tu genuisti: diuinitatẽ meã nõ genuisti. Sed qa genuisti infirmitatem meã, tũc te agnoscã, qñ infirmitas mea pendebit in cruce. Hoc est enĩ, Hora mea nõdum venit. Summa: tam diuinę substantiæ veritas, q̃ humanę naturæ ꝓprietas, in Christo scitu necessaria est: vtrũq; ergo diuina sapientia in responso ad ipsam matrẽ, declarandũ duxit. Quod si qui legere malunt, Quid tua & mea interest: illos nolo celare, quod & Chrysostomus, quẽ Vulgarius secutus est, hunc quoq; locũ ad eũ sensum accipit. Nẽpe sic: Sponsi interest hac in re esse solicitũ: qui si iam non trepidat, si nullo pudore suffundit ad implorãdam Dei & hominũ fidẽ: mane, excitabitur vbi penuria vini omnibus conuiuis manifestior facta fuerit. Et reuera, si Christus continuo ad matris preces miraculum hoc edidisset, nullam gratiam miraculum commeruisset. Certa ergo & grauissima causa opus mirũ hoc, in tempus sibi à patre constitutum distulit: non ad fragilis carnis, sed ad Dei omnipotentis gloriam. Tunc primum locus est diuinis miraculis, cum miseria ipsa humana manifestata est. Nã quo hæc est manifestior, hoc Dei adiutoriũ fit illustrius. Sic hic etiam postquã vini penuria satis esset diuulgata, maior admiratio, maior lætitia & gratiarũ actio factũ sequebatur. Rogas? Quid est quod dicit, Nondum venit hora mea? Idipsum quod & alibi iisdem pene verbis sæpenumero dicit, Mat. 16. Luc. 22. Hora vestra iam est, Mar. 14. Ioan. 12. Venit hora. Ioan. 7. Hora eius necdũ venerat. Ibidem: Tẽpus meũ necdũ venit. Horũ locoꝝ simplicissim⁹ sensus est, Christon nihil vnquam vel dixisse vel fecisse, nisi tempore ad hoc prædestinato, nihil secundũ consiliũ carnis, sed scdm decretum deitatis fecisse omia. Vnde nusquã carnis & amicoꝝ affectibus seruiuisse legitur, sed diuinæ glorię vndiq;: neq; item homines Chřo inferre manus poterãt, nisi cum eius aduẽtasset hora, siue ꝓscripto sibi à patre tempore. Et iuxta Germanicũ idioma, hora accipit pro diuinæ ꝓdestinatiõis tpe.

Chřus nihil vnq̃ dixit aut fecit, nisi tẽpore ad hoc ꝓdestinato.

Mathematicos, quæso, nostros quando tandem næniarum suarum pigebit? Dicant: Hora in Christum ius habet, an Christus horæ habet potestatem? Filius ne hominis dominus sabbathi, an sabbathum illius? Nunqd conditor vniuersitatis & temporũ, horæ subiacebit & alligabitur? Cerberon virus vetus iterum euomere incipere videmus? Magistelli nostri theologi illu-

Mathematicorũ vanitas.

illuminati, mathesin vnà cum theologia profiteri audent, sed cunctanter & caute, ne adsperginem suā vnà excreēt omnem. Doctrina fati, catholicæ religioni satis incommodi intulerunt: Christum in gratiam Iudæorum & Sarracenorum, fato subiecerunt: expectant dum ex adspergine ea aconitum nascatur, tunc mathesis hippomanes superfusuri, germen tam sacrum rigaturi. Augustinus, Chrysostomus, Theophylactus, hoc loco satis contra hunc errorē scripserunt, Christumq́ à falsa & prophana philosophia, immo philomoria asseruerūt. Doctores eos, atq; adeo ecclesiā, vnà cum Christo (si possunt) pessundent.

Dicit mater eius ministris: Quodcunq; dixerit vobis, facite.

Genitrix Dei Theotocos beatissima, mentem filij sui satis intellexit: nihil offensa verborum superficie, sed animata medullæ virtute. Quanquā & verba apertam promissionē importent: Nondū venit hora mea, hoc est, quod cupis, suo tēpore prę stabo. Verū si Maria adeo fuisset carnalis, atq; hodie eā pleriq; faciunt: certe exasperata, animūq́ despondens, à filio & conuiuis abijsset. Sed viscerum suoꝝ verba probe intellexit cor maternum. Adde quod verbis nati non poterat offendi, quæ neq; suā, neq; amicoꝝ vanam gloriam adfectabat, sed pia cōmiseratione filio amicoꝝ penuriā indicauit. Neq; virago statim affectu superata, etiā si (q̄d qbusdā placet) tentata fuit. Pro suo quisque affectu oīa, quæ legit & audit, accipit. Marię sensus, ea quæ sequuntur, argumentum præbent. Ministros adit, monet vt filij sui iussa exequant. Repulsamhaudquaquam se significat passam, sed magis se voti compotē declarat. Immo plus quàm petierat, de nato suo sibi certo pollicebatur. Neq; enim contendit à filio, vt aquam vino mutaret, sed certe hoc expectauit. Cæterum charissimi, verbum hoc Mariæ, Quidquid vobis dixerit, facite, sibi dictum putent omnes, qui se Christi seruos & ancillas haberi gaudent. Duo sunt verba, quæ verborum parcissima virgo in Cana Galilææ ꝓtulit, digna quę pręcipue ab oībus Christifidelibus, tanquam certa euangelij methodus, obseruent. Primum, Vinum non habent: alteꝝ, Quidq̄d vobis dixerit, facite. Illud est ad eleemosynam inuitatio, hoc ad opus misericordiæ exhortatio. Primū commiseratio fidelis affectus requiritur, dein operis executio. Neq; em̄ sufficit rem largius expendere fidelibus, sed & fidelis mentis ardentem affectum adesse oportet. Si dedero, inqt Apostolus, oēm substantiā meā pauperibus, & charitatem nō habeā, nihil mihi prodest.

Mariæ verba in Cana dicta, sibi dicta quisq; putet.

Audistis matris verbū, audite & patris vocem: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene cōplacui, ipsum audite. Huic voci paternę rite accedit verbū maternū: Quidquid vobis dixerit, facite. Habes euangelij cōpendiū. Si nunc & ipsum filiū audire iuuat, euangelistas ipsos habes. Vis habere summā? Oīa q̄ vultis vt faciāt vobis hoīes, & vos facite illis. Et illud, Si vis ad vitā īgredi, serua mādata Dei. Et in hoc breuissimo verbo pendet tota lex & oēs prophetæ, Mat. 7. Lu. 10. Eia Christigena pie, ꝑ Deū te oro, ausculta Mariæ: nihil em̄ nisi q̄d factu & facile est, & salutare, monet. Sūmam Mosis libroꝝ & omnium prophetarum, e diuino plane thesauro tibi promit. Vides siq̄dē ipse patris cœlestis vocē, matris temporalis verbū, & Christi pręceptū, sibi consentire. Nolite decipi, nolite aures accōmodare meretrici blandissimæ, quæ dicit: Credere, esse cōsummatę iustitię, bona opera ad rem facere nihil. Meretrix hęc ex diabolo loqtur. Filius stat à matre. Patris cœlestis vox approbat verbū virginis Mariæ. Meretrix ꝑperam torquet & iugulat verbum Chri: Quicūq; crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit. Neq; em̄ fidē, neq; sacramenta recte docet. Nam vtrobiq; bona opa exigunt, vtrobiq; virtuti suū pręmium decernit. Fili⁹ ergo matri suæ dilectæ subscribēs, subinde à suis auditorib⁹ bona opa exigit, Matt. 5. Qui fecerit & docuerit, hic magnus vocabit in regno cœloꝝ, Luc. 10. Beati eritis, si feceritis quę præcipio vobis. Cōstās ista est doctrina Chri. Nusq̄ aliter docet. Adeo ad bona opa suos inuitat, vt etiā patrū traditiōes obseruari velit. Mat. 23. Hęc oportuit facere, & illa nō omittere. Item: Quodcūq; dixerint vobis, facite. Adde q̄ etiā à morte rediuiu⁹, tale nos docuerit euāgelion, Mat. vlt. Euntes, docete oēs gentes, baptizātes eos in noīe patris & filij & spūs sancti, docentes eos seruare oīa quęcunq; p̄cepi vobis. Ecce epilogū & colophonē, euāgelij principio respondentem. Perpende Mariā virginem veracem, & caue audias meretricem fallacem.

Euangelij summa.

Erant autē ibi lapideæ hydriæ sex positæ secundum purificationem Iudæorum, capientes singulę metretas binas vel ternas.

Obserua: hydrias dicit, & nō fidelias siue culullos. Hydriā Gręci deriuant ab aq̄. ὕδωρ siquidē illis aquā significat. Accipit ꝑ fistula. Est generale vocabulum vasis, aquę deputati vsui. Nos mansisternam, vrnam, & vrceum vocamus. Quod dico, ne quis

vina-

vinaria fuisse vasa, in quibus aliqd vini reliqui fuerit, putet: quanquam hoc nemo statim faciet, quippe cum euangelista dixerit vinum defecisse. Exprimit item euangelista, cui vsui fictilia hæc vasa fuerint deputata: nempe ad purificationem Iudęorum. Vides aquaria vasa fuisse, cum id elementum purificationi lotionis (q̃d in lege Mosis subinde occurrit legenti) sit creatum, vinum vero recreationi potius. De purificationis Iudæorum ritu legitur Marc. 7. vbi Iudæi succensuerũt Christi discipulis, illotis manibus contra ritum synagogę, comedentibus. Iudæi ferme singulis horis abluebantur. Marcus dicit, Iudæos, nisi crebro baptizentur, panẽ non sumere. Vulgarius legit, nisi cubitaliter lauentur. Addit euangelista, e foro venientes se subinde lauare, præterea etiã lauare sedulo pocula, vrceos, æramẽta & mensas. Hęc crebra lotio aquã requisiuit multã, & eam mundam. Humana quidẽ erat traditio: sed Iudæi zelo quodam maxĩo, quidquid id erat, obseruabãt. semper ergo aquã mundam in prõptu habere volebant, quod etiamnum apud plerosq; Iudæorũ videmus. Deniq; Palęstina (vt Vulgarius ait) mõtana, ac per hoc inaquosa, fuit. habuerunt ergo Palæstini aqua plenas hydrias, ne qua id elementi eorũ purificationi deesset. Pręterea etiam in nuptiis plus aquæ vario vsu absumi videmus. Ferenda Iudæorũ consuetudo erat, nisi supstitiose ea essent abusi, iuxta hoc q̃d euangelistæ Matthæus & Marcus de illis asseuerãt. Politicus ritus fuit, animi munditiæ admonitio, quã Iudæi in certã iustificandi rationem, quæ sine peccato nõ possit omitti, receperunt. Loti quoq; p̃ cæteris se mundos, etiã intus, putabant. Sic & nostri Catharæ de sua sibi munditia plurimũ placuere. Verum est, & Mosen lotionẽ Iudæis præscribere Leuit. 15. 16. Deut. 23. Verũ hanc Mosis præscriptionẽ longe minori studio custodierũt, q̃ suas eas deuteroses lotionis siue baptismi frequentis. Hoc ipsum & dñs Iudæis Mat. 15. Mar. 7. obiicit. Hydrias dicit euangelista positas in Cana, & nõ in tẽplo, addens, esse cõsuetudinem, & nõ legis diuinæ præceptũ. Atq secundũ Hieremiã, Iudæi ea supstitiosa lotione coruos & ęthiopes (q̃d nos lateres lauare dicimus) lauerunt. Dauid illis verũ baptismum ostendit, psal. 50. dicẽs: Adsperges me dñe hysopo, & mundabor: lauabis me, & sup niuẽ dealbabor. Sed canes cæci, baptisteriũ hoc cernere nequeũt. Hysopi hũilitatis Christi lauacrũ, cuius oẽs legis baptismi typus erãt, regius ppheta adũbrat. Hoc baptisteriũ q vnicũ nouit, tot hydriis opus non habet. Et vnicum hoc, sex illis hydriis longe præstat: quippe tantæ existens grauitatis, vt à duodecim tauris vix possit sustineri. Sed ad vrceos redeamus. Mansisternarum earum capacitatẽ euãgelista tertio exprimit, dicens: Capientes singulæ metretas binas aut ternas. Hebręi mensuram liquidorum vocant Hin siue Log. Græcis μετρητὴ dicitur, Latinis mensura. Porro quid mensuræ metreta sit, Grammatici certant, & adhuc sub iudice lis est. Hoc inter omnes conuenit, non heminan, non cyathum, aut talem de minoribus aliquam esse mensuram, sed maiorẽ aliquanto. Describit euangelista amplitudinem hydriarum, ne quis arbitretur pocula fuisse & calices mensarios, quibus vel bibitur vinum, vel poculis mensæ infunditur: sed iustæ magnitudinis fuisse vrnas, aq̃ vsui deputatas vario. Tu iam æstima atq; ppende, quanto dono nuptias dominus cohonestauerit. Accedit huc quod dominus dicit: Haurite nunc, & ferte architriclino. Haurite ex tantis hydriis in cantharos eos, quibus vinum mensæ adportatur, & quibus merum scyphis & pateris mensæ infunditur. ἀντλάω siquidem significat haurio. ἐπιχέω, vel ἐγχέω, significat infundo. Profecto id, vnde haurire solemus, non minusculum vas est, quale hoc, quod vltro citroq; circunfertur. Adeo Christus pauperibus parcus non fuit. Tu quoq; illius exemplo, qui Christi nomine censeris, da large, da libere & plena manu, vt tantundem, immo centies tantũdem recipias. Sequitur:

Dicit eis Iesus: Implete hydrias aqua. Et impleuerunt eas vsque ad summum.

Mariæ verbum Chrs cõfirmat, matrem filius honorat. Poterat Dei filius aliũde vinũ creare, sed verbũ Marię noluit frustrare. Dixit mater ministris: Quodcunq; dixerit vobis, facite. Nequidquam hoc dixisset, & vanum verbum mulier curiosa disperdidisse visa esset, si Christus ministris nihil præcepisset. Adde q ex aqua vinum facere voluit, vt nostrę inseruiret infirmitati. Quis dabit viti merũ Gene. 9? Efficax verbum. Idipsum caro factum, poterat & hic ex nihilo vinum creare. Sed nostram nouit imbecillitatem, propter nos ergo factum potentiæ temperauit. Sic & ex panibus paucis semel atq; iterum plurimam turbam pauit, qui vel ex lapidibus, immo etiam ex nihilo, panem poterat creare, vel manna e cœlo pluere. Puer itidem miracula edere poterat, nisi & Iudæorum infirmitati pepercisset. Nam q miracula recepissent pueri, qui adulti, facta mira partim non curarunt, signa alia atq; alia postulãdo: partim auer

Deuterosin lotionis crebrę Iudęi stricti⁹ custodiunt.

Metreta paruũ genus mensurę non est.

Chrs Mariæ verbũ nõ cassat.

auersabantur, dæmoniorũ principi Beelzebub ea accepta referendo? Nouit æterna sapientia modũ, tempus & locũ suum. Vnde & iussit cæcũ vt se aquis Siloe tingeret, Ioan. 9. Surdũ curaturus, sputo eius aures tetigit, Marc. 7. Vtriq; sine externa re mederi potuit, illi sine aqua, huic sine sputo: sed nostræ infirmitati interim remedium adferendũ duxit. Deniq; labi Manichæorũ obuiã ire voluit. Hæresis illa externas res, tanquã ociosas & noxias, diabolo autori tribuit. Verbũ qui oĩa ab initio creauit, & bona, immo etiã valde bona, ꝑdicauit, suũ opus nouit. Quod vero non ipse fundit, sed alios iubet vrnas aqua implere, nõ hoc facit in creaturæ aquæ contemptũ, sed in miraculi præsens & euidens argumentũ. Se'q; dominum, cuius imperitare est, declarat. Summa: oẽm suspicionẽ voluit abesse, miraculũ præcipuos testes, architriclinũ, sponsum, ministros ipsos voluit habere. Sed miraculũ nunc ipsum discutiamus.

Manichæa labes.

Et dicit eis Iesus: Haurite nunc, & ferte architriclino. Et tulerunt.

Iam secundo parent ministri domino. Primo laborãt, deinde sui laboris præmiũ recipiunt. Primo ferunt aquã, & implent vrceos: postea ex vrceis vina ĩ cãtharos, & deinde ex cantharis in scyphos vina infundunt. Sic laborẽ sui præcepti dominus beat: vt rumpantur ilia cucullatis erronibus, mercedẽ bonis operibus negantibus. Perfidi homines nolunt monastices aquã baiulare: expertes ergo mercedis vini perpetuo manebunt, immo ne ad nuptias quidẽ recipient. Draco ille innumeras stellas cauda sua secũ trahit, sui erroris consectaneos, bonis operibus merita sua denegantes. Christus noster ne haustũ quidẽ aquæ frigidæ in sui gloriã nominis datũ, suo præmio vult destitutũ. Diuitias bonitatis eius ex miraculo præsenti colligamus. Nulla vnquã apertior & clarior audita est in Dei populo transmutatio: nec ethnici maiorẽ metamorphosin potuerunt fingere. Aqua infunditur, & euestigio effunditur merũ. Adeo miraculũ hoc nostrũ Christon dñm naturæ, cui nihil deest, qui omnibus oĩa præbet abundanter, declarat. Verbũ quod creat, recreare: & creatorẽ eundẽ esse recreatorem, miraculũ hoc dilucidat.

Architriclino vinũ q̃re degustandũ delatũ sit.

¶Rogas, quare non mandarit, suũ tantum donũ non statim apponi conuiuis? Diuina sapientia sic voluit os obstruere hostibus suis omnibus. Porci immundi, ventres impij, dicere poterant, conuiuas omnes probe potos fuisse, nec gustus sensum integrũ habuisse: hoc de magistro conuiuij dicere nõ possunt. Vt itaq; donũ Dei tãti miraculi ab aqualiculis immundis extenuari non possit, vinũ ex aqua factũ dominus archimageirũ primũ gustare voluit. Simili ratione decẽ viros à lepra curatos, misit ad sacerdotes, mentagræ discernendæ peritiã habentes, Luc. 17. Iterũ Dionysiaci porcelli non possunt dicere, dominũ vinũ ebrietati ab initio creasse, dominũ'q; hic pergræcationi vinũ ex aqua fecisse, ebrietatis patronũ. Quod dicerent, si dominus primo conuiuis vinũ apponi mandasset. Et quare dominus Iesus temulentiã assereret, contra Mosen vbiq; fere sobrietatem populo Israelitico commendantẽ, & contra prophetas ebrietatẽ damnantes? Et si dominꝰ popinationis Azotiæ patronus fuit, quare & apostoli eam damnant? Et quare dominus crapulã & voluptatẽ damnat ipse? Sed contra Christum & apostolos, contra Mosen & prophetas, noui prædicatores audent huic vitio patrocinari, maxime curiales. Dicunt: Vinũ lætificet cor hominis. Recte hoc. Nam & iucunditati datum est, Ecci 31. Sed iucunditati, non ebrietati, dicit. Mirũ, lapides sanguinem non sudare, Dionysiacis tam execrabilis gulæ vitia extenuare conantibus. Certum est, ethnicos magis sobrie hac de re docuisse: quod vel ex his Horatij verbis videre possumus:

Vinũ ebrietati non natum.

At ne quis modici transiliat munera Liberi,
Cẽtaurea monet cum Lapithis rixa super mero
Debellata: monet Sithonijs non leuis Euchius,
Quũ fas atq; nefas exiguo fine libidinũ
Discernunt auidi. Non ego te candide Bassareu
Inuitũ quatiam, nec varijs obsita frondibus
Sub dium rapiam.

Videret Dionysiaster, quomodo contra legem naturæ Christũ nepotandi vitio assertorem constituat. Christus aquã vino mutauit. Sequit ergo, vino hominẽ se honeste ingurgitare posse? Christus vocatus ad nuptias: ergo oĩm ebriosorũ cõuiuia, oĩm diuitũ & potentũ pompæ, magnifici apparatus, comessatiões & spectacula, culpa vacant? Perinde ergo est, in choro, an in foro agas: in orchœstra sis, an in ecclesia: in quadragesimali ieiunio & alijs ecclesiæ statis abstinentijs corpus castiges, an popinando, pauperum cruorẽ & sudorem in tua viscera demittas. O euangelistã, dignũ qui cũ Herode & Herodiade discumbat. O euangelium, dignum quod in aulis & caulis prædicetur omnibus. Sed eheu, quantus sudor manet eam decoctionem. Dominus Deus alios messores in messem

suam mittere dignetur. Amen.

Vt autem gustauit architriclinus aquam vinũ factam,& non sciebat vnde esset,ministri autem sciebant, qui hauserant aquam, vocat sponsum architriclinus,& dicit ei:Omĩs homo primo bonũ vinum ponit:& cum inebriati fuerint,tunc id quod deterius est. Tu autem seruasti bonũ vinum vsq; adhuc.

Nõ miraculi loco habendũ,quare conuiuator non ministros potius,q̃ sponsum, de optimo vino,serius sub finem conuiuij apposito,sit percontatus. Fuit hoc miraculum,primum omnium quæ Christus edidit:& Christus tunc cũ hoc faceret,minoris erat opinionis,nihil'q; pensi habebatur etiam in sua patria. oportuit ergo vt hoc primũ miraculum ita diuulgaretur,vt autori fides adhiberetur, & omnis suspicio ab ipso miraculo longe esset aliena. Voluit ergo Christus nõ per ministros & gregem conuiuarũ,sed per ipsos nuptiarum præcipuos, primo diuulgari. Neq; Mariam,neq; apostolos,neq; item Christon ipsum, miraculũ hoc promulgare decuit, cũ nemo se honeste ipsum possit prædicare. Symposiarchen primũ vinũ pitissare decuit,libare illũ & mirari,& cum nesciret vnde nobile falernum esset,sponsum rogare,vndenam hoc generosum vinũ,& quare hoc contra receptũ ritum,in extremitatem conuiuij,quando palatũ compotatorum & commanducorũ obsurdescere soleat,reseruarit: errore ne,an ex industria hoc factũ existat. Sponsus nouitate rei & ipse perculsus,palpare mirari'q;. Hoc Christo sic visum,hoc sic sanctũ,sic grauitas miraculi pondus suũ sortiri. Generosissimum siquidẽ vinũ testatur is,cuius hoc erat muneris. Deinde & rite per eundẽ fit indiciũ, ex aqua esse vinũ factũ. Porro quod dicit, consuetudinem Iudæorũ esse,vt ebrijs vilius vinum administretur,neq; hoc Dionysiacis nostratibus inseruit euangelicis,qui inde suæ petulantiæ quærunt prætextum. Nam vt taceamus,ebrietatis vocabulũ etiã honeste accipi posse,& Iudæorũ consuetudinem ebrietati cũ primis aduersari:deinetiam vt demus,architriclinũ ebrietatis vocabulum in nepotandi & helluandi cacoethes patrociniũ elocutũ esse: non tamen crapulæ vitium ex his architriclini verbis poterit vel extenuari, vel laudari. Galilæi siquidẽ hominis verba sunt, non Christi neq; Mariæ. In euangelion aũt sunt recepta,ad miraculi testimoniũ,nempe hoc,ex aqua vinũ plenũ esse factũ. Supra hoc testimoniũ nullũ pondus habent. Euangelista fidus scriptor,historicorũ more,rem ordine gestã descripsit. si quis immũdus lector mentẽ euangelistæ,qua veritati testimoniũ dare statuit, in mendacij acceperit patrocinium,sui hoc capitis periculo fecerit. In Mose,Samuele,Esra,Nehemia, & in Machabæorũ libris,deniq; item & in ipsis euãgelistis multa inuenias scripta, quæ prophani & turpiter dixerunt,& turpissime fecerunt. Num tu ergo reproborũ praua dicta & facta,in tuæ nequitiæ prætextũ,te accipere posse speras? Sed architriclini tandem verba sancta, vtpote quæ nulla ratione vitio crapulæ adstipulentur,à simili asseramus,nempe tali: Si quispiã bonus vir tibi dixerit: Amice,quæso,caue ne lychnobius noctu,quando vulgus ebriosum & furiosum in plateis grassatur & perstrepit, deambules. Nunquid ex eius amici tui verbis hisce,ebrietatem & ebriosorũ clamores, rixas & cædes iustificabis? Propicius esto tibi mi frater,te plurimum oro,animã tuam custodi,& vide vti scripturam seces. Vide ne id quod mortaliũ omniũ bono in hunc mundũ venit,tu tuapte prauitate depraues,atq; in tuã damnationẽ tibi vertas. Hoc te admoneo, hoc doceo. Quin sensum eum qui vitijs pugnat,ex ethnicorũ libris colligis? Vide quid Plinius de gulæ vitio memoriæ prodiderit lib.14.ca.22. Plato crapulam execratur,quod præsertim vides li.1.de legibus. Et Solon decreuit principem ebriosum capite plectendũ. Germani hoc præcipue vitio exteris nationibus sumus exosi: viderint ergo nepotes,an nepotando Deo possint gratificari. Physica corporis incommoda inde prouenire,docet animæ theologia. Si cui hoc vitiũ contra physices præcepta,corporis vnquã salubritatem peperit: nugetur theologia, q̃ inde animę perniciem oriri affirmat. Si qs centesimus vnus vnquã gloriam & diuitias ex ebrietate sibi comparauit,certe mille barathrones & famæ & rei iacturam fecerunt. Lupæ in cæcis fornicib9 forte ab ebriosis aliquid lucelli aucupantur. In aula itẽ ebrietatem plus gloriæ habere reor. Neq; eñ crediderim,sobriam puellam Herodiadis filiam saltasse: neq; item mihi persuaderi sinam, siccũ & continentem virũ, laruatum & personatũ,quẽ Mommantem vocant,cubicula & gynæcea irrumpere,in'q; torum puellarũ,immo etiam mulierũ rerũ experientiũ se conijcere,& bona(si Cupido velit)fide nuptis innuptis'q; condormire,nisi mentiatur Mommantũ vates,eam audaciam ebrietati deputans,cum dicit:

Dant

Ebrietatis patroni confutantur.

Ebrietatẽ Plini9,Plato & alij philosophi dãnãt

Dant etiam positis aditũ conuiuia mensis,
Est aliquid præter vina q̃d inde petas.
Sed facessat hinc vates turpis, cum turpissimis aulicis Mommantibus. Nos ad euangelion Christi filij virginis Mariæ reuertamur.

Hoc fecit initium signorũ Iesus in Cana Galilææ, & manifestauit gloriam suam, & crediderunt in eũ discipuli eius.

Audiat hæc, si quis audiendi aures habeat: audiat & expendat, audiat & obseruet, quorsum hoc miraculũ tẽdat. Primo, in gloriã Dei filij, qui secundũ prophetarũ oracula miraculis pollens, mundo debuit innotescere. Secũdo, miraculũ miraculorũ primitiæ editæ sunt in fidei catholicæ fundamentum & argumentum. Moses sine miraculorum portentis non est receptus, Exod. 4. Idem ex eorundem potentia periculum veri prophetæ sumi vult, Deut. 18. Et dominus apostolis suis virtutẽ edendorum miraculorũ dedit euangeliũ prædicaturis. Vnde & ipse per talem virtutẽ creditus, hoc ipsum miraculũ in fundamentum nostræ fidei posuit. Baptista nullum edidit, Christus innumera. vnde & à Ioanne per miracula est discretus. Dicit ergo: Ite, renunciate Ioanni ea quę vidistis & audistis. Tali itaq; potẽtia ecclesia ẽ orta, idola oĩa demolita: deniq; & hæreticos sancti patres tali virtute superarunt. Chærea quidã Arrianus, vel ficto miraculo suas opiniones præsumpsit perpetuare, sed confusus est. Apparet itaq; leuitas nostra, qui à tam validæ traducis religione (infandum) nos patimur abduci. Fundamentũ prophetarũ & apostolorũ Iesus Christus retributor omnis boni habendus, Heb. 11. Ille ieiunio, eleemosynæ, & orationi in abscondito factis, mercedem in cœlo promittit, Matth. 6. Marc. 11. Luc. 11. Ex psalmo 6. operantes iniquitatem, à se discedere iubet, Matt. 7. Luc. 6. Idem benedictos patris sui, ad portam quæ iustis patet, vocat Matth. 25. Idem deniq; audientem & facientem, tanquam virũ sapientem, super firmã petram ædificare dicit, Matt. 7. Vides fundamẽtũ bonũ bonorũ operũ certũ, tot miraculis positum & fultũ. Qui sunt ergo noui prophetæ, grex monachorũ exitiosorũ, circuncellianorum, qui bona opera iustificandi ratione frustrant? Et quare nos spermologis illis credimus? quare cannis leiuusculis, nulla factorũ potentia claris, fidimus? Ius pontificiũ combusserunt, quia honestatem & continentiam clero præscribit, clerumq; cæteris instar virtutũ statuit. Nunc itaq; simul damnabilis ille papatismus Vulcano addictus est. quid porro factu operæprecium? Comburendũ & officium ecclesiæ, quod etiam abrogauerunt.

Hæretici æque atq; ethnici miraculis ecclesię cõfundunt.

Ex more docti mystico,
Seruemus hoc ieiunium,
Deno dierum circulo
Ducto quater, notissimum.

Item quod sequitur:

Vtamur ergo parcius
Verbis, cibis & potibus,
Somno, iocisq;, & arctius
Perstemus in custodia.

His papisticis nugis in cinerem versis, succenturiandus ille sacer hymnus:

Nunc est bibendum, nunc pede libero
Pulsanda tellus.

Iterum ille:

Viuamus mea Lesbia, & amemus.

At quare hoc? Quia Christus in Cana Galilææ primũ edidit miraculum, vt comessationes, luxum, pompas aulicas, lenocinia, bigamiam, & omne voluptatum genus, vitæ æternæ non incommodare ostenderet: damnosa vero esse, virginitatem, continẽtiam & cœlibatum, cum omni disciplinarum genere. Sed quis cæcus non videt hic antichristum, Christi opus inuertentem? Accipiamus ergo charissimi, hoc factum Christi, in argumentũ & fulcimentum paternæ fidei, traducis sacræ, quæ eleemosynam, abstinẽtiam, orationes, & hoc genus disciplinas, nobis vere meritorias cõmendat: quæq; castitatem coniugalem non damnat, sed cui continentiam viduitatis, & integritatẽ virginitatis præfert. Sanctũ miraculum, validũ sanæ doctrinæ argumentum. vnde & euangelista hoc ipsum statim infra cap. 4. iterum repetit. Faxit Deus, rite intelligamus.

ALLEGORIA.

Allegoriam quoq; & ipsam ne audire pigeat. Cana tam possessionẽ significat, q̃ zelum pro forma characterum scripta. Significat catholicã ecclesiã, quam Christus sibi hæreditatẽ vendicat, neq; id sine zelo. Hic Maria & Christus cũ suis discipulis. Hoc est, Christus hic est, reconcilians ima summis, gentes nimirũ patriarchis & prophetis, tam hos q̃ illas Deo. Hic virtus sacramentorũ, & veritas doctrinæ.

Cana interpretatũ

Hydriæ significant animas & corda fideliũ, quia thesaurũ grandẽ euangelij habemus in *vasibus fictilibus, vt sublimitas sit virtus Dei. Viderit quisq;, vt vas suũ in sanctitate possideat. Aqua significat literã, præsertim veteris instrumenti. Ministri sunt dispensatores mysteriorũ Dei, episcopi & diaconi. Infundere aquã, est prædicare euangeliũ omni creaturæ, tritu-

 rare,

rare deglumareq; dominicam messem, libros sacros diligenter euoluendo. Infundere iubet Christus, sed ministri Christo obsequentes ardenti affectu, aquã infundunt vsq; ad summũ, hoc est, supererogant, & veritas promittit, omnẽ eam supererogationẽ sese præstiturã. Vinũ, est intelligentia sana, germanus scripturæ sensus, spũs sancti ipsissima suggestio. Aqua neq; odorem habet, neq; saporem. vinũ ex vtroq; probat. Aqua vero prius adsit oportet: eã pneuma Christi animat, & in vinũ mutat. Scriptura aliàs est aqua. Architriclinus significat summũ pontificem, & cuiusq; diœceseos præsulẽ, quorum est manus imponere. Hi tanquã ecclesiæ capita, de sensu natiuo & genuino scripturæ habent iudicare. Nam & Moses ad sacerdotes arduas quæstiones remittit. Ebrietas, prompta est voluntas, feruor charitatis, & gaudiũ spiritus, quale videmus in apostolis Act. 2. Expostulat architriclinus cũ sponso, sed amice. *Sic* Martha Mariæ succenset, sic Paulus Petro restitit. Fraternæ hæ discordiæ materno lacte sopiuntur.

¶Christus contra vulgarem consuetudinẽ optimũ vinũ sub finem prandij apponit. Sic & aqua frigida baptismi, regnũ cœlorũ auspicatur. Vetat allegoria, ne vulgi consuetudinẽ cõtra veritatem sequamur. Et sacrosanctũ verbũ Cypriani de pœnitẽtibus, huc quadrat: Nihil serũ, quod est verum. Hæretici lymphati, hoc est, ebrij & non vino, peruerse primo melicraton, dein posiam siue deuteron ponũt. In confessione primo mulsum de sancta & indiuidua trinitate prædicant: tandem aquã vinaceis imbutam, hoc est, paradoxa exotica, perperã ex scriptura sacra, cuius vinũ, id est, verũ sensum, ecclesia bibit & possidet, torta proferunt. Admirantur sua: sed aquam sapit fatuam, quidquid effutiunt: vt in eos quadret hoc Esaiæ: Vxor tua meretrix, vinum tuum mistum est aqua. Neq; hoc abludit, Quorum finis interitus est. Contrà, ad ecclesiasticum vinũ, quod in fine generosissimũ est, alludit: Qui perseuerauerit vsq; in finem, hic saluus erit. Beatificamus eos qui sustinuerunt. In paucis vexati, in multis bene disponentur, reportantes fidei finem, salutem animarũ. Miratur architriclinus synagogicus, miratur & synagoga Act. 2. Nos qui iam non in corpusculo, sed in clara luce sumus euangelica, videmus sic diuinitus esse comparatũ, aliter fieri non posse: calicem contumeliæ & passionis, calici gloriæ & consolationis præuiũ esse oportere. Christi vinum, licet primũ nonnihil sit asperum, nihil tamen veneni mali habet. Syncerũ est merũ, mustum verũ, in fine vero nectar est, hoc est, immortalitas ipsa beata. Det Deus salutare hoc mustum subausterũ & idem plenũ, quod vel Nohemũ inebriare possit, rite & cum gratiarum actione bibentes, dulcedinem eius subinde magis & magis percipiamus, vt & tandem æternitatis nectare fruamur, in suam ipsius gloriam, qui in sancta Trinitate trinus & vnus, viuit & regnat p omnia secula seculorũ. Amen.

DOMINICA QVARTA POST NATIuitatis Christi, Euangelium Matth. VIII.



Vm autem descendisset (Iesus) de monte, secutæ sunt eum turbæ multæ: & ecce leprosus veniens, adorabat eum, dicens: Domine, si vis, potes me mundare. Et extendens Iesus manum, tetigit eum, dicens: Volo. mundare. Et confestim mundata est lepra eius. Et ait illi Iesus: Vide ne cui dixeris: sed vade, ostende te sacerdoti, & offer munus quod præcepit Moses, in testimonium illis. Cum autem introisset Capernaum, accessit ad eum centurio, rogans eum, & dicens: Domine, puer meus decumbit domi paralyticus, & grauiter discruciatur. Et ait illi Iesus: Ego veniam, & curabo eum. Et respondens centurio, ait: Domine, non sum dignus vt subeas tectum meum: sed tantum dic verbum, & sanabitur puer meus. Nam & ego homo sum sub potestate constitutus, habens sub me milites: & dico huic, vade: & vadit. & alteri, veni: & venit. & seruo meo, fac hoc: & facit. Audiens autem Iesus, miratus est:

est:& sequentibus se dixit:Amen dico vobis,non inueni tantam fidem in Israel. Dico autem vobis, quod multi ab oriente & occidente venient, & discumbent cum Abraham & Isaac & Iacob in regno cœlorum,filij autẽ regni eijcientur in tenebras exteriores,ibi erit fletus & stridor dentium. Et dixit centurioni:Vade,& sicut credidisti,fiat tibi. Et sanatus est puer eius in illa hora.

INDVCTIO.

DVo exempla Christi potentiæ, ex Matthæo vnà ecclesia nobis proponit,quemadmodũ & cætera om̃ia,cũ iucunda,tũ sacrosancta. Alterũ curati leprosi, alterũ sanati paralytici. Vtrobiq; Christi diuinitatis gloria relucet. Vterq; siquidẽ morbus humano auxilio & ope maior est. Sancta ergo fides nostra,certũ,quo sustẽtetur,habet fundamentũ. Bene nobis, quibus indignis peccatoribus tanta contigit felicitas. Quis nõ compatiatur vel adamantini cordis homo, infelicitati eorum, quibus Christus necdũ illuxit? Verũ nos viderimus,vt hæc exempla atq; adeo fidẽ Iesu Christi,rite ad suũ finẽ,beatitudinis nimirũ,acceperimus. Nunc textũ euangelicæ lectiõis videamus.

Cum aũt descendisset (Iesus) de mõte,secutæ sunt eũ turbæ multæ.

Suprà capite quinto dicit euangelista, Christon adscendisse in montẽ, vnde eum nunc descendisse dicit. In monte sedebat docens. hic in plano stans,manũ suã extendit ad opus. Adscendit ad docendũ,descẽdit ad operandum,à verbo ad opus venit. pulchre alterũ ab altero pendet. Quid vero in monte pceperit, S. Matthæus à quinto capite vsq; ad psens octauũ persequit. Et vere salutare esset,eam cœlestẽ philosophiam,quã æterna sapientia huic mundo primum denunciauit,cuiq; homini pcipue & speciatim esse commẽdatã. Deberemus profecto eas primitias concionũ Christi, catechismis & enchiridijs oĩbus catholicis inserere, seorsum scribere, literis stanneis excudere,& quotannis priuatim e suggestis plebi dominicæ denunciare. Nam & hoc in primitiua ecclesia factũ, liquido videmus ex libello D. Augustini,cui nomen indidit,Sermo dñi in monte. Sermonem eum dominicũ apud Matthæum tribus capitibus, quinto nimirũ, sexto & septimo, conscriptũ, D. Augustinus iusto libro exposuit:dignus sane ille liber,qui Germanice versus,omnibus, pro nugis,quibus hodie sese multi addicunt, legatur. Sed quæ hæc tempora sunt,qui huius tempestatis mores,vereor me hoc nequidquã optare.

Sermo Christi in monte factus,cuiq; cõmendatus esse debet.

Scopus sermonis primi Iesu Christi, est: Bona opera non esse peccaminosa & mortis æternæ meritoria,sed Deo gratũ sacrificiũ,iustitiã fidei absoluentia,augentiaq;. Hoc quod D. Iacobus contra hæreticos eos,qui tum S. Pauli epistolas (quod & S. Petrus factũ testatur) perperã, tanquã bona opera fideliũ nihil apud Deũ pensi habeantur, acceperunt,doceat,grauissimisq; argumentis hæresim eam confutet,à nouis prædicantibus stramentitius autor exploditur. Sic & præsens sermo Christi,præter orationẽ dominicã,quæ & illi sermoni inserta est,cũ epistola S. Iacobi,stramẽtitius & papisticus nouellis dogmatistis non haberi non potest. Quàm potens Deus & clemens? Vitiligatores spiritu maligno correpti,huius tragœdiæ autores,certo Dei iudicio suam hæresim crassissime omnibus prodiderunt. Quis em̃ non videat phanaticos esse homines,qui tantã epistolam vere propheticã,apostolicam & euangelicã, planeq; diuinã,ausint tanquã fatuã ab apostolicis scriptis separare? Insania istæc debebat cuiuis catholici animũ,ad maiorem huius Christi sermonis & epistolæ S. Iacobi amorem, accendere. Cæterũ quatenus anguis antiquus lubricus est,& eius genimen versipelle,sophismatis & fuco troporũ homines solet tanq̃ præstigis dementare:cũ primis necessariũ est,vt homo magistellis illis nouis aures suas claudat,certo doctore catholico in sermonis eius & S. Iacobi epistolæ explanatione vtatur, sermonisq; eius & epistolæ catholicum sensum, tanquã præsens antidotũ contra om̃es hæreticorũ adspergines & aconitum semper habeat in promptu. Sed nunc ad euangelistam. A concione ea in monte habita descendit Christus,& magna caterua cũ eo. Turbã numerosam eam intellige,de qua suprà cap. 4. Secutæ sunt eũ turbæ multæ de Galilæa & decapoli,& de Hierusalem, & de trans Iordanẽ. Itẽ cap. 5. Videns autem Iesus turbas, adscendit in montem. Turbam sic decuit adscendere auditu ad contemplatiuã vitã,rursum descendere factis ad actiuã. Exemplũ vtriusq; est Christus,q haudquaq̃ in monte mansit,sed suo tẽpore etiã ad opus descendit. Rogas,ad

Epistola S. Iacobi nõ est stramentitia.

quod opus nobis sit descendendum? Hoc ipsum ad opus, q̃d nobis in monte Christus præscripsit. Theosebiam absolutam in factis docuit esse sitam. Doctrinæ itaq; illi statim facta addidit, vt eusebiæ eius exemplum nobis iuxtà atq; documentum relinqueret. Huc facit peroratio eius sermonis, quæ sic habet cap. 7. Omnis qui audit verba mea hæc, & facit ea, assimilabitur viro sapiẽti, qui ædificauit domum suam supra firmã petram. Habes hic epilogũ & Christi doctrinæ summã: nempe pietatem facto exornandam, augendam & absoluendam. Tempus est audiendi, tempus est etiã operandi. Exemplum aliud illustre Christi habetis Ioan. 13. Huc faciunt Apostoli verba Roma. 2. Non auditores legis iusti sunt apud Deũ, sed factores legis iustificabuntur. Opus nunc Christi pensiculate discutiamus.

Theosebia in factis absoluta ẽ sita

Et ecce leprosus veniens, adorauit eum, dicẽs: Domine, si vis, potes me mundare.

Attende occasionẽ boni operis nobis semper adesse. Pauperes semper habebitis vobiscũ, inquit. Homo mẽtagra infectus, & hic prodit cõmode, quippe in quo Christus verus Deus & homo, dñs & magister noster declararet. Per potentiã Deus, per cõpassionẽ homo, per documentũ & exẽplũ quod nobis p̃buit, dñs & magister. Venit itaq; commodũ homo leprosus. Venit, quia tali medico illi opus erat, cui humana p̃sidia mederi nõ poterant. Vtinam & nos tandẽ malorũ nostrorũ bene conscij, veniamus. Et adorans eũ. Adorando, numen in Christo se credere declarat. Marcus expressius dicit, eũ ad genua prouolutũ, Christon adorasse, cap. 1. Lucas adhuc significantius dicit, eũ in faciem suã corã Christo prostratũ. Quàm timeo etiã hanc piam humiliationẽ leprosi, diligenter adeo ab euãgelistis memoriæ commendatã, nostratibus in risus materiam abiturã. Sed huiusmodi externæ humiliationes, interni affectus indicia, damnandæ non sunt. Orationis feruor obnixæ, ineffabile voti desiderium, desiderij fidutia viuax, fidutiæ lætissimæ autor Christus, resultantes in vno corde simul, huiusmodi inclinationes & erectiones aliter & aliter, q̃d experti norunt, efficiunt. Et nisi nos penitus potenti manu Dei submiserimus, in manifestatione eius gloriæ nunquã erigemur. Hic leprosus certe citra omnẽ hypocrisim se Christo prostrauit, vnde & meruit à Christo mirifice exaltari. Prostrauit se, quia nõ solũ (quod Lucas ait) leprosus erat, sed & fœdissima

Oratiõis feruor cæremonias suas secũ adfert & gignit.

plenus impetigine. Tandẽ & voce testatur se nullo vti fuco. Christũ dominum vocat, eum puta, cui omnes hominũ cogitatiões sunt manifestæ. Ad verbũ Marcus & Lucas eius orationẽ ita describunt, nisi q̃ ille nomen dñi (quod alioqui in ipsa oratione compræhẽditur) omittit. Superflue eñ & ociose videretur domino supplicare, nisi eum talem fore crederet, qui oñia posset. Adde q̃ orans dicit, Si vis, potes. Hic & apud Lucam domini vocabulũ præmittitur. Conuenit nomẽ & oratio externæ humiliationi: abest fictio, adest deuotio. Exterius quidẽ homo lepra laborabat, sed non impurus interius in anima, quam purificauit fides syncera. Et si altera carendũ esset homini mundítia, quis non malit internã externæ præferre? Corporis quidẽ puritas etiã à Deo petenda est, sed animæ lepra nõ negligenda. Homo hic interius instar stellæ rutilans, Christũ solẽ iustitiæ agnoscẽs, eũ suo vocauit nomine, dominũ appellãs. Dominus eñ nomen eius, Amos 9. Si vis, ait, potes me mũdare. Q. d. Corporis morbus oĩbus mortalibus abominandus, me quidem atrocissime infestat: sed nescit homo, quæ sibi vere, quantũ ad verã beatitudinẽ, commodent: tuæ ergo potentiæ, tuæ sapiẽtiæ, tuæ deniq; bonitati me totũ committo. Credo te posse quidquid velis, velle quidquid profit. Attende: non dicit, Si Deum pro me interpreceris, intercessiõe tua mundabor. Nec item dicit, Munda me, Sed omnipotentem, sapientem & clementem, qui ea quæ homini prosint, & possit & norit & velit, fatetur. Confundũtur hic præsumptuosi nostrates Israeles, qui impe riose quodammodo Deum orant. Dñs est Deus, timendus ergo est: nec in oratione aliter, q̃ humilitate superatur. Hoc est q̃d & nos docuit orare, fiat voluntas tua, Matthæi 6. Sic discipuli dixerunt, Fiat voluntas domini, Acto. 21. Et saluator ipse dicit: Veruntamen non sicut ego volo, sed sicut tu. Ad hunc modum nisi sese homo domino Deo humiliauerit, nequidquam sibi de fide & fidutia in Deum supplaudit. Attende iterum fidem leprosi. Christum omnia scire & posse fatetur, Deum verũ & verum hominẽ sese Christon credere declarans. Deo eñ soli oñia sunt possibilia, Mat. 19. Luc. 18. Solus & ille oñia nouit, 3. Reg. 8. Danie. 13. Hæc pietas humilima, virtus est ea, qua Israel cum angelo luctabatur. Similẽ fere habemus de Cõstãtino leproso, abhorrenti facinus sacerdotũ ethnicorũ, infantibus innumeris necem parantiũ, vt in eorum cruore rex sese lauans, à lepra mundaretur. Crudelitatem eam cum rex detestaretur, dignatus est eum domin⁹ ad

laua-

lauacrum recipere baptismi: vbi quũ sancti Syluestri Papæ ministerio tingeretur, ab elephãtiasi corporis & animæ est mundatus. Videamus nunc porro effectũ orationis leprosi.

Et extendens Iesus manum, tetigit eum, dicens: Volo, mundare. Et confestim mundata est lepra eius.

Orõ humilis cœlum penetrat. Auditis fratres, quid possit oratio fidei humiliantis se? Ne dubitemus: nam & nos exorabimus, modo ex vera fide humiliter oremus. Oratio humiliantis se, nubes penetrat, Ecclesiastici 35. Porro vt etiam videamus leprosi orationem non inconditam, visum diuinæ sapientiæ, vt ad omnia eius orationis verba responderet. Leprosus ait, Si vis: dominus respondet, Volo. Ille, Potes me mundare: hic ait, Mundare. καθαρίσθητι Græce, טהר Hebraice, significat, Esto mundus. Obserua verba Christi: Volo, mũdare. Bonam Christi erga nos voluntatem attende, nutus diuini virtutem æstima. Omnia quæcunq; voluit dñs, fecit in cœlo & in terra. Vtrũq; scire nos vult. vnde vtrunq; exprimit. Quod dicit, θέλω, id est, Volo, tam leprosi orationẽ, q̃ suam voluntatem, vult nobis commendatam. Nisi eñ dixisset, Volo: poterat q̃s suspicari, leprosum futiliter orasse, Si vis. Dein q̃ dicit, Volo, submonet se semp paratũ nobis adesse, & simul spem nobis ingenerat. Et Dauid in hunc sensum dicit Psal. 36. Spera in eũ, & ipse faciet. Saltem vt à peccatis abstineamus, monet Iesus Sirac cap. 38. Quod tandem fuerit secũdum eius voluntatem orare, 1. Ioan. 5. 1. Tim. 2. Matth. 23. Iacobi 1. Obseruãdum & hoc, q̃ Marcus primo dicit Iesum misertũ esse leprosi, exprimens internam clementiam siue affectum, quem sequitur extensio manus, tactus & cura, hoc est, effectus & externa commiseratio. Poterat dominus sine tactu & manuum extẽsione curare, sed sic voluit primo suum affectum declarare, vt verus Deus vtrobiq; dignosceretur. Deitas incircunscripta, extensionem & retractionem de se non patitur prædicare: humanitas per huiusmodi molimina periclitaſ. Nam, quod Lucretius ait, Tangere & tangi nulla res, nisi corpus, potest. Illa potest saluare, hæc tactum tanquam salutis medium accommodare. Dein extendere manum & tangere voluit, vt relinqueret nobis exemplum, ne qua carnem nostrã despexerimus, Esa. 58. Tertio submonet, fidẽ sine operibus mortuã esse. Manus fere in scriptura opus significat. Volo, dicit: dicens, ex prompto affectu opus profluere oportere. Deniq; tãgit leprosum, sese dominum legis ostendẽs. Moses lege vetuit, ne quis leprosum tangeret, Leuit. 13. Dominus vero hic (vt Chrysostomo placet) voluit manifestare, se legi nihil deberet: sed fontem esse lympidissimum, in quo q lotus fuerit, illi omnia esse munda. Theophylactus addit, Christi carnem esse sanctam, & sanctificandi habere virtutẽ. Helisæus nõ fuit ausus Naaman leprosum attingere, quia legis fuit seruus, 4. Regum 5. Moses quoq; fidelis seruus in domo Dei, nullum imperium sibi in dominum suum arrogauit. vnde & nobis, quatenus Christi sumus, non dominatur, Romañ. 7. Qui hic leprosum tangit, finis est legis ad iustitiam omnibus credentibus, Romañ. 10. Huc facit fere tota epistola ad Galat. Sic & leprosus fidei puritate corporis munditiem meruit. Verum & nunc audiamus, quid dominus mundato à lepra, præscripserit.

Carnẽ suam homo ne despiciat.

Et ait illi Iesus: Vide ne cui dixeris: sed vade, & ostende te sacerdoti, & offer munus q̃d præcepit Moses in testimonium illis.

Præscripsit aliq̃d Chrũs leproso curato. Notate charissimi, Christon leproso etiam fide sua mundato, aliquid præscribere, ne vobis imponant noui prædicatores, dicentes, Christon pro nobis satisfecisse, nec bona nostra curare, sed nudam fidem inspicere. Vere credẽtes, etiã ab accepta beneficentia & spei certitudine bonis operibus præcipue intendunt, aratro dominico manum admouendo. Ne igitur ociosæ fidei, iustitiæ summam referamus acceptam: audiamus quidnã dominus leproso mundato præcipiat. Primo vetat, ne cui tantum beneficium & suã sanitatem prædicet. Christus siquidẽ, quatenus homo, noluit beneficia erga miseros sua decantari, id quod & nobis suprà cap. 6. sermone in monte, præscribit. Vnde & Luc. 8. archisynagogo, cuius filiã à morte excitauit, pręcepit, ne cui id diceret. Humanũ applausum & auram popularem, quam fugitandam omnibus docuit, ipse cum primis fugit: sed nec Deum sua gloria voluit defraudari. Lucæ itaq; 18. commendat alienigenam à lepra mundatum, redeũtem & dantem gloriam Deo. Item Lucæ octauo, homini, quẽ à diaboli infestatione liberauit, ait: Redi in domum tuã, & narra q̃cunq; fecerit tibi Deus. Obserua verba, Nõ dicit, q̃cũq; feci tibi: sed,

Iactantiæ vitiũ cauendum.

quæcunq; fecerit tibi Deus. Sic & Matth. 11. non dicit Ioannis discipulis, Cæcis visum reddo, mutos loqui facio, &c. sed, Cæci vident, muti loquuntur, surdi audiunt, &c. Nam quanquam ipse hæc miracula ederet, voluit tamen nobis relinquere salutaria humilitatis documenta. Voluit seipsum humiliare, & à patre suo exaltari, Philippen. 2. Modestiæ hic documentum habemus, simul & exemplum. Nihil absurdum magister veritatis nos docet. Nam, per Deum oro, quid habuit leprosus vnde se efferret? Alibi quoque veritas dicit: Vade, & iã amplius noli peccare, ne tibi quid deterius eueniat. Sic & hic modestiam hominis commendat. Et nobis dicit Luc. 17. Cum feceritis omnia quæcunq; præcepta sunt vobis, dicite: Inutiles serui sumus. Hæretici hic dicerẽt, quoniã inutilia sunt opera bona. Noluit item Iesus, vt ipse leprosus suam prædicaret sanitatẽ, quia hoc contra legem esset. Nemo suus iudex esse potest. Vult ergo mundatũ iudicibus se ostendere legitimis. Vnde sicut suprà vetuit, ne cui diceret: sic nũc mandat, vt se sacerdotum iudicio sistat. Confessionis auricularis (quam sic vocant Vuicleffistæ) hic vides adumbrationem. Exomologesis eius typus fuit lex, quæ iudicium lepræ & *lepræ sacerdotibus defert, Leuitic. 14. Charitas vestra tertium præceptum leproso à domino datum, audire fortassis grauatur, sciens historiam centurionis adhuc superesse expediendam. Breuitatis itaq; gratia, præceptum hoc tertium, de oblatione nimirum, in aliud tempus reseruantes, nunc saltem indicabimus, quid sibi velit hoc verbum, in testimonium illis. Dominus Iesus nouerat, quid in homine esset, Ioan. 2. Nouit supercilium pharisaicũ, nempe hoc, quo Ioanni dixerunt: Quare baptizas, si tu non es Christus? & quo dixerunt, In qua potestate facis hæc? Ne ergo postea cũ ad ipsos dicturus erat, Quis ex vobis arguit me de peccato? dicere possent, leprosos attrectasti, & immundus consuetudini nostræ te ingessisti: iubet leprosum adire sacerdotes, munusq; suum dare, in testimoniũ contra illos. Pondus habet hæc adiectio. Hoc ipsum postea cõtra schismaticos & superstitiosulos sacerdotes differendum nobis veniet. In suum ergo locũ id ipsum reseruantes, ad sequentia ibimus.

Cõfessionis auricularis adumbratio

Cum autem introisset Capernaũ, accessit ad eum centurio, rogans eũ, & dicens: Domine, puer meus decũbit domi paralyticus, & grauiter discruciatur.

Homo, quẽ dominus elephantiasi mundauit, Iudæus fuit. Huic euangelista statim subdit ethnicum, simili clemẽtia à domino affectum. Christus semen Abrahæ, benedictio gentium est promissus. Nam & gentium Deus est, teste Apostolo, Rom. 3. Prælusit igitur hic vniuersali gratiæ, quod & alibi facit, gentiũ quoq; miserijs succurrens. Hoc ꝓludio significat, ad gentes, vel supra earundẽ expectationẽ, animæ medicinã, euãgelion gloriæ Dei delatũ iri. Dñs itaq; quærens & saluãs quidquid perierat, Capharnaũ ingrediebatur. Erat id oppidũ in Galilæa gentiũ, in Zabulon & Neptalim, Matth. 4. Luc. 4. Ibi dñs frequenter agebat, adeo vt ciuitas ea, eius potissimum diceretur, Matth. 9. Atqui municipes eius ciuitatulæ, adeo in lege Mosaica erant obstinati, vt Christi monita penderẽt parui. Obiurgat ergo eos vnà cum Bethsaida & Corazin, quæ & ipsæ ciuitates erant Galilææ, ꝙ in illis tot mira ediderit, nec tamẽ pœnitentiam facerent, Matt. 11. Ibidẽ ait: Et tu Capernaum, quæ es vsq; in cœlũ exaltata, vsq; ad inferos detraheris. Perinde est, legas hic Capernaum, siue Capharnaum. Græci tamen legunt Capernaum, q̃d sonat Latine, voluptatis ager, Germanice **Schonenfelt**. Oppidulo huic magistratus Romanus hominẽ eũ, de quo hic agimus, præfecit. Fuit autem dux militũ, siue centurio, Græce hecatontarchus, turmæ centum stratiotarũ magister. Chiliarchus est mille stipatorũ, decanus satellitũ decẽ. Huiusmodi homines apud Iudæos male audiẽtes, fidei Christi minus iniqui fuerunt. Argumẽto est centurio ille ad crucẽ Iesu, Mat. 27. Luc. 23. Itẽ Cornelius Act. 10. Adeo de nullo desperandũ est peccatore. Centurioni ꝓsenti seruus erat, apoplecticus siue paralyticus clinicus, id est, decũbens. Apoplexia siue apoplexis, est subita ea ꝑcussio, quã aut mors sequit̃, aut paralysis morte tristior, quippe q̃ diutino morbo cruciatib⁹ maximis, certæ neci in lecto decumbentes destinat. S. Lucas addit, hũc paralyticũ incepisse mori. Quod dico, vt humanitas cẽturionis illustrior fiat, q etiã animã agenti atq; adeo deplorato seruulo, salutẽ pristinã tantopere desiderauerit. Si semimortuo & ꝓpemodũ cadaueroso, adeo fuit officiosus, quãta eũ humanitate prosecutum putabimus, cum adhuc de eius salute spes reliqua fuit? Quotusquisq; hodie Christianorũ herorũ, seruũ aliquem ægrotũ domi suæ retinet? Et qui magnates in ædibus suis infirmos perpetiant̃, qui etiã validos & sanos, canib⁹ & asinis longe posthabent? Cicero in Off. dicit, secũdũ legẽ naturæ, seruo tanq̃ mercenario vtendũ. Nostrates Chr̃os in ger-

Capernaum interpretatur.

Seruis ... bilitas ... standa.

germana fide fratres,eiusdem regni &cor poris Christi consortes, etiam mercede la boꝝ defraudant.In perfidos eos stramẽtitius autor S.Iacobus inuehitur, dicens: Agite nũc diuites, plorate vlulantes, &c. Ecce merces operarioꝝ, qui messuerunt regiones vestras,quæ fraude non est reddita à vobis,clamat.Euãgelici nostrates oĩa peccata habent paria:nullum q̃d in cœlũ clamitet,scire volũt: inhumanius ergo erga plebem alijs se tyrannis habent.Turcis & Mammolucis minori seruit̃ molestia. Quod iam ex Cicerone ostendimus, lex naturę hominem homini vult esse humanum. Centurio itaq; neq; Iudæus,neque Christianus,sed ethnicus,nihil erga seruũ officij omisit.Maximũ omniũ est,quod & ipse ardentissimo affectu pro seruuli salute veniens,dominũ exorauit. Quod S.Lucas addit, Iudæos intercessores ad Christum centurionem misisse, hominis affectus & diligẽtia fit clarior,qui nihil intentatum reliquerit. Orat ipse in hæc verba: Domine,puer meus decumbit domi paralyticus,& grauiter discruciatur. Primo,dicens:Domine,Christũ diuino honore dignatur.Nam quod in oratione leprosi planum factũ est, Dominus, Dei nomen est. Quanquã id nostri Domicelli ægre sibi ꝑsuaderi patiuntur, vtcunq; sibi de sua fide placeãt. In hoc nostro cẽturione vera fides iustificãs relucet.Oris confessio est,q̃d dicit, Dñe, Quod recenset Christo pueri sui cruciatus,operis est declaratio.Tangitur serui paroxysmus & cruciatus, vnde id q̃d in corde sentit,dño promit. Quod Lucas addit, seruũ illũ fidũ fuisse & vtilẽ ministerio,æquabilitatẽ, quã & Cicero in dominis requirit, exprimit.Obserua & in Christo affectũ omniũ clementissimum. Centurio necdum perorauit, saltem serui valetudinẽ indicauit, subditurus preces. Sed dñs orationis finẽ non expectãs,votis orantis respõdet,suã illi opem promittẽs. Spei ingens excitatio, est Christi istæc festina responsio, orãtem interpellãtis. Sed eam responsionem audiamus.

Et ait illi Iesus: Ego veniam,& curabo eum.

Tanquam dicat:Mane.Vota tua satis intelligo,affectũ sentisco tuũ:dictũ igitur & factum puta.Patres catholici hoc fere oẽs obseruarũt,Christum semper maiora dare q̃ rogatur:quod hic ipsa re liquido videmus.Centurio ne ipse quidẽ Christi præsentiã,quæ hic illi promittit, pollicebatur.Quod vero apud Lucã Iudæi orãt, vt dñs veniens,seruulũ eũ sanet,iterum vides dñm nullius preces cassas relinquere.

Christus semp maiora dat quàm rogatur.

Orem⁹ ergo & nos studiose,vt ad nos q̃q; secundũ verbũ suũ veniat. Seruus noster iacet paralyticus:frigescente siquidẽ charitate,& fucata inualescente fide, ad bona opera torpemus oẽs, olim fortes, Acto.2. Seruulus eheu animã agit:tu ergo qui vita es & lux hominũ,veni bone Iesu, puerum eum pristinæ sanitati redde.Sed ad historiam euangelicam reuertamur.

Et respondẽs centurio, ait: Dñe, non sum dignus vt subeas tectum meum:sed tantum dic verbum, & sanabitur puer meus.

Maiestatis diuinę hic vides declarationem,ad hoc quod suprà dixit, & iã replicat,dñe. Dominus ille tantus, suam præsentiam homini promisit ethnico,de quo obstupescit natura.Sic & Petrus Lucæ 5. ait:Exi à me domine, quia homo peccator sum.Attende exordia nostræ religionis,sub potenti manu Dei humiliari, sese agnoscere,& agnoscendo contremiscere. Quid est homo,ait propheta, ꝙ memor es eius?Immo nos eo modo dicere possumus.Quid est angelica gloria,ad tantam maiestatem collata?Quem cœli cœlorum capere non possunt,inquit Salomon.Audi Christiane & centurionẽ ethnicũ.Nouit ille ex lumine rationis Deũ esse immẽsum:vnde & se adeo illi humiliare potuit. Nos quo augustũ magis agnoscimus,hoc magis angustos,hoc est, indignos nos ei⁹ maiestate profiteremur.Nõ mẽtiemur, si etiã dixerimus nos gratiæ illius esse impares,considerãtes in carne nostra nihil boni inhabitare,cor hominis malum esse in om̃i tẽpore.Si q̃d boni fons bonitatis largitus est nobis,hoc nostrũ nõ est perpendere.Ipse eñi põderator est spirituũ.Recte itaq; dictũ: Dñe, nõ sum dignus vt subeas tectũ meũ, sed tantũ dic verbũ, & sanabit̃ puer meus.O dignissima,quæ cuiuis fideli homini identidem dicãtur,verba. Origenes dicit hæc verba sub sacrã cõmunionẽ Græcanicã ecclesiã subinde dicere. Hodie Euangelici nepotes,lenones,prædones & latrones,quo quis est peccaminosior,hoc secundũ eoꝝ euãgelion susceptioni sacræ Eucharistiæ est dignior.Sed hæc aliàs.Prima huius centurianæ oratiõis particula, nihil nisi humilitatẽ spirat:altera fidẽ certam & spem firmam refert. Vtrunq; hoꝝ Deum afficit.Cor contritum & humiliatum Deus non despicit.Et sine fide impossibile est placere aliquem Deo. Inferiorẽ locum in conuiuijs petentes, exaltat dñs. Dicit cẽturio:Dñe immẽsæ maiestatis. Dicit:Nõ sum dignus,immundus sum catulus,

Orõ breuis sub Eucharistias coiõ nẽ sacram dicenda.

lus, idololatra, fœdus porcus, voluptatis mancipiũ, puluisculus sanguine maceratus, indignus quem tua exornes præsentia, solo nomine tuo contentus sum, iube saltē verbulo, entem te & mentē vniuersitatis, Deũ qui potentia nusquã abes, te credo: verbo ergo tui nutus vnico satis beatũ me iudico. Dic mihi saltem verbũ. Verbo tui nutus perficis omnia.

Nã & ego hõ sum sub potestate cõstitut⁹, hñs sub me milites, & dico huic, vade: & vadit. & alteri, veni: & venit. & seruo meo, fac hoc: & facit.

Ecce dialectices argumentũ, si non naturalis neq; artificialis, at certe spiritualis gratiæ. Sensus est: Ex me, qui & ipse potestate nonnulla præditus sum, diuinæ potētiæ coniecturam accipio. Possum aliquid autoritate, quanquã & ego meus non sim. Mancipiũ Tiberij, Herodis & Pilati, militibus centũ sum præfectus: quorum nullus adeo durus, vt audeat obloqui. Insuper & paterfamiliàs, seruos habeo & ancillas, q & mihi ad om̃ia parent. Dico militi huic, vade: & vadit. & alteri dico, veni: & venit. Seruis itidē dico, facite hoc: & faciunt. Potētiores me Cæsar, rex, *satraps, sua potentia plus possunt. plus illis potest, qui om̃ipotens est, Deus. Dicis & hanc orationem non esse absolutam, sed abruptam, quippe quæ nihil precetur. Respondeo, appendicem esse superioris verbi, Tantũ dic verbum, & sanabitur puer meus. Verbũ hoc præsenti appendice declarat, dicens: Verbo imperatiuo multa ego possum, etiã absens. inde colligo, numinis nutu omnia fieri posse. Cum itaq; Deum in te vere sciam, credãq;, nõ video quare præsentiam tuam corporalem, qua indignus sum, solicitem, atq; intra ædes immundissimas meas inducam: tantum da mihi nutus tui vocabulũ: iube infirmitati, præcipe sanitati. Dic, & fiet. Bona collectio, quam & ipse Christus commendat, vt sequitur:

Audiens autem Iesus, miratus est, & sequentibus se dixit: Amen dico vobis, nõ inueni tantã fidē in Israel.

Fides centurionis magna. Mirũ est, quod Chrs ipse hic subindicat, hominē ethnicũ per id tempus tantã fidē potuisse concipere. Nonne grãde, nõne immensum, ethnicũ, qui nec inter catechumenos recipi potuisset, Galilæũ nostrum à Nazareth Iesum, oĩa posse libere fateri? Nos idipsum credimus: sed minori pdicatione dignũ, q fateri te oporteat, q̃d sine rubore negare non possis. Quis hodie, nisi excors & effrons, negauerit factũ, q̃d om̃is mundus, etiã hostes factũ testant? Arduum vero est credere, q̃d necdũ effectu & successu euidēs est factũ. Nos credim⁹ ea, q̃ ab ecclesiæ matris suximus vberibus, q̃d cũ pappa & manso maternæ sedulitatis nobis in os inserto, in aĩæ viscera ingessimus, in quibus iuxtà cũ annis ipsis adoleuim⁹: ea ĩquã credimus, q̃ nos ecclesia mater vnice docuit, nec præter fidē catholicã, aliam opinionem exoticam nobis irrepere permisit. Hic vero cēturio nihil horũ fidei grammaton habuit: quia nec tũc ea q̃ nos facta scimus, facta erant. Nos (vt exemplis agã) scimus verbo Christũ cacodæmonas eiecisse, Marc. 1. Christon scimus verbo Hephetah, mutũ & surdũ curasse, Marc. 7. Itē verbo leprosos curatos, Lucæ 17. Verbo mortuos suscitatos, Ioan. *4. & 11. Et quis iuerit inficias hæc facta? Et quis negauerit Dei digiti esse opera? Dicit Deus, & facit oĩa q̃ in cœlo sunt & in terra, Gene. 1. Sap. 9. Ioan. 1. Heb. 1. Credimus itē nos, qa clarificationē Christi ex euãgelio didicimus, & quodãmodo q̃tannis vidimus, tunc nimirũ, quãdo nobis ecclesia hæc oĩa coram habuit. Sed nihil eoꝝ (q̃d & supra dixi) centurio neq; vidit, neq; audiuit: nihilo tñ minus oĩa hæc in Christo, cui omnipotentiam tribuit, credidit. Hominis itaq; eius sermonē admirandũ humanæ cõditiõi, sua dñs admiratione, facit. In primis vero Iudæis, quoꝝ cõgregato cinctus erat cœtu: illis, inquã, cũ primis tanq̃ admirabilē, cõmendat fidē centurionis: idq; cõtra duritiē cordis eoꝝ & tarditatē ad credendũ. Dicit ergo: Tantã fidē in Israel nõ inueni. Q. d. Videte vos Iudæi, ethnici vobis palmã præripiunt, prænitēt vobis tenebrosi. Credunt quidē plerip; vestrum: sed parce, sed tepide. Vos signa quæritis, vos personalē præsentiam meam poscitis: nihil tale alienigena hic orat, sed verbo meo fidit: q̃d in vobis necdum, vtut de sanctimonia & de cultu Dei vos cæteris præfertis, auditũ est. Mosen & prophetas de me testimoniũ ferentes, hic alienigena nunquam, me infrequens audiuit: quippe qui synagogas, templũ, & ecclesias vestras tanq̃ immundus vitet. Atqui ex eius verbis argumentũ simul atq; accipiatur, vobis oĩbus pferendũ dubitauerit nemo. ¶In Israel, intellige de eius tēporis Israelitico populo. Cæteꝝ patriarchæ & pphetæ, talē etiã fidē habētes, similē apud Deũ laudē meruerũt: in eius fidē amicitiã sunt recepti. Qualē aũt posthac fidē inueniet in hoc mũdo, Luc. 8. habetur: Filius hoĩs veniēs, putas ne fidē inueniet? Cananæam mulierculã non absimilē fidem habuisse, dñs testis est Matth. 15. Habemus iam vtriusq; sexus, masculini s. & fœ-

fœminini homines, fidei prærogatiua insignes: nimirũ supra omnem Israeliticum populum pios. Laudãtur aũt à domino in æmulationem Israeli, quod Apostolus Romañ. 9. verbis Mosis Deuter. 32. clarissime ostendit, dicens: Ego ad æmulationẽ prouocabo vos per gentem quæ nõ est gens, per gentem stultam ad iram commouebo vos. Et cap. sequenti ait: Per lapsum illorũ salus contigit gentibus, in hoc, vt eos ad æmulandum prouocaret. Videamus qui fide ex gentibus bene cœpimus, ne carne consummemur, hoc est, ne in pharisaismũ abeamus. Videam⁹ an ne occasionẽ dederimus schismati huic, quod hodie magis atq; magis incrudescit. Si dissimulare non volumus, non parua eius tumultus in nos culpa redundat, qui adeo ieiune de iustitia fidei, quam Deus omnis boni radicem respicit, disseruimus. Friguit studium solidæ scripturæ, patrum monumenta consuluit nemo, ad cisternas aquam continere non valentes sermonistas quosdã ineptos itum est. Abijt itaque in crassum pharisaismi fermentum synceritas fidei, adeo vt fere ethnicorũ superstitio irrepserit & idololatriæ error. Ne squi ergo tantopere in alios: te primum (quod iusti facere adsolent) accusa. Te reforma, & tragœdiam omnẽ sedaueris. Hoc vt facere possis, age rogo cõsidera, quãtum fides apud Deum polleat, quàm fidem Christus vndiq; in Palestina adhuc degens commendauerit, cõsidera. *Nunquid credere potes, dicit Marci 9. Creditis vobis me hoc facere posse, ait Matth. 9. Videns fidem illorum, Ibidem & Act. 14. dicitur. Summa: Quidquid extra fidem est, peccato datur, Rom. 14. Hic vt de clero, cantandi officio deputato sileam: vos Episcopos & parochos, eminentioris dignitatis presbyteros, compello, & & per viscera Iesu Christi obtestor, videte ne præceptis & doctrinis hominum, deprimatis fidei Christi gloriam: videte, ne dominicum gregem vento magis, quàm pabulo solido, nutriatis pastores & idola. Vicarios neq; Christo, neq; apostolorum egeritis, si vobis dominiũ, in conscientijs hominũ, vsurpaueritis. Videte quid super fundamentũ fidei supstruatis. Verum ad textũ reuertamur. In Israel, Luc. 4. Ioan. 1. ijsdem verbis & eodem sensu legitur. Significat populum Iudaicũ, ab Israel, qui & Iacob dicitur, Gene. 32. satum. Huius satis. Ad cætera quæ sequuntur, veniamus.

Sectis pseudocatholici occasionem dant.

Dico autem vobis, ꝙ multi ab oriente & occidente venient, & accumbẽt cum Abraham, Isaac & Iacob in regno cœlorũ: filij aũt regni ejcientur in tenebras exteriores: ibi erit fletus & stridor dentium.

In verbis hisce Christus primũ mysterium de vocatione gentiũ adumbrat. Adumbrat, inquã, qa sic ab eo sunt prolata, ne statim quiuis ea intelligat. Quod ita fieri oportuit: infirmis pepercit, malignos iritare ab re noluit. Sacramentũ hoc magnitudinis miserationũ Dei, tum ægre potuisse intelligi à synagoga, vel ex hoc cognobile sit, ꝙ citius etiã nũc terrã volare (q̃d in prouerbio est) illis psuaseris, q̃ nos ad regnũ Dei, hoc est, in numerũ filiorum Dei recipi posse. Adeo litera legis cũ sanguine & carne Abrahæ eos excæcauit, vt tot prophetarũ suorũ oracula intelligere nequeant: multo minus verba Christi tũc potuissent capere. Nobis Dei gratia obscura nõ sunt: nobis omniũ sunt & clarissima, & iucũdissima: in nobis siquidẽ sunt adimpleta. Nos miserã & vere miserabilẽ gentem, Deus, q diues est in misericordia, cuius opa misericordia vincit oĩa, secundum magnã misericordiã suã, secũdum viscera miserationũ suarũ, (q̃d Iudæis impossibile & pene fabula videtur) ex lapidibus propemodũ filios cõdidit Abrahami. Veritas nõ fallit, lux nõ opacat. Prædixit hoc in ꝓphetis veritas, lux euãgelica vniuerso illucescẽs orbi hoc declarauit. Tẽpli velũ scissum est. Iesus Christus propiciatoriũ oĩm visui & vsui expositus est. Tanta mysteria Christus hic delineat, occasiõe accepta ex admirabili fide & oratione supernaturalis artificij centurionis. Cum Abrahamo, Isaaco atq; Iacobo discũbere in regno cœlorũ, nihil aliud est, nisi cõsortes esse eiusdẽ fidei meritorũ. Discumbimus nos modo cũ illis, credẽtes factũ id, q̃d illi futurũ crediderũt: vtrinq; vna fides Christi. Abrahamũ q̃q; in Christon Iesum credidisse, vides Ioã. 8. Abrahę nos vestigijs incedere vides Roma. 4. Res vere mira, nobis tantã gratiam concessam. Res omniũ iucundissima, res consolatiõe omni plenissima, catulos, non micas, quæ cadũt de mensa dominorum, colligere, sed reges factos, cũ regib⁹ in mẽsa regis cœlorũ discũbere. Mysteriorum horũ iucũditas & suauitas, literis commẽdari nõ possunt. quisque pro se videat, vt ea quæ calamus exprimere neqt, spiritu suo æstimet. Dominus hos tres patriarchas vnã simul solet cõnectere, significans se veram fidei traducem vere docere, tanquam per gradus, queãdmodum & ecclesia cõtra hæreticos catholicę fidei veritatẽ, ꝑ succedẽtes sibi sctõrũ series, tãquã pẽsum (vt Tertull. dicit) referẽs, ostendit. Exo.

Discũbere cũm Abrahamo, Isaac & Iacob.

Tradux fidei in ꝑriarchis adumbrat.

Exod.3.& 9.horũ trium patriarcharũ Deus vocatur.Sunt hi tres arctissimo sibi necessitudinis vinculo deuincti.Abrahã Isaaci pater extitit,Isaac⁹ Iacobi genitor fuit. Iacobi propago sunt Iudæi in vniuersum omẽs.Ethnicos,Dei Abrahæ,Isaac & Iacob ignorantes,in sanctã eam familiã Iudæi non receperunt,ipsi fidei merito primogenituræ hęreditatẽ & benedictionem occupantes.Vnde & dominus hoc loco filios regni vocat,quippe qui Deũ,Dei testamentũ & fœdus,verbũ eius, sacramenta, cultũ,disciplinã,cæremonias,& oĩa hoc genus,habuerunt.Neq; enim taliter fecit omni nationi,psal.147.Roma.9.Sed nunc vice mirabili,qui non erãt populus,sunt filij:qui erant filij,non sunt populus.Iudæi e regno in seruitutẽ eiecti,nos e catasta peccatorũ in thronũ gratiæ & gloriæ Dei euecti.E luce illi in palpabilẽ cæcitatem deturbati,e regione vmbræ mortis nos in claritatẽ altissimi sumus vocati.Illi suapte culpa,id quod habuerunt,amiserunt,nobis sine oĩ nostro merito tanta gratia,in qua stamus,si tamen stamus,contigit.De tenebris & stridore dentium aliàs.Hic vero & hoc notandũ,Christon quæ eius fuit modestia,sermone mire temperato hic vti:ne gentẽ Israeliticam plane exasperet atque exacerbet.Ethnicorũ nomen,à quo Iudæos summopere sciuit abhorrere,per periphrasin notat,dicens:Venient ab oriente & occidente.Sic & Iudæos simili ratione non exprimit,sed designat saltẽ,dicens:filij regni.Qui Christi est,qui spiritu Christi ducitur,ea quoq; discernuntur virtute. Gala.5.Iaco.3.Contrà omnis æmulatio & cõtentio,qua hæretici filios ecclesiæ semp infestant,ecclesiæ sibi veritatẽ,expunctis filijs,vsurpare conantes,non est e supernis. Sequitur:

Christi modestia

Et dixit Iesus centurioni: Vade, & sicut credidisti,fiat tibi.Et sanatus est puer eius ex illa hora.

Deus electorũ suorũ obliuisci non potest.Sed qui crediderit,ne festinet.Sustinẽtes dominũ,ipsi hæreditabunt terrã.Melior est finis orationis principio.Et Missæ sacrũ,benedictione clauditur.Primo Christus centurionem statim exaudiuit.Postea alia agit.Nihil hoc centurionis fidẽ commouet.Audit quid Iudæis interminetur, audit quæ ethnicis promittat:suam quoq; responsionẽ expectat.Tandẽ & illi dominus dicit:Vade,fiat tibi sicut vis.Q.d.Credidisti me verbo oĩa posse.Fiat id.& factũ est ita.Sanatus siquidem protinus eius puer.Sacrosanctũ verbũ,Fiat:aut,si placet Hebræa vox, Iehi .Euangelista Græce scripsit γενηθήτω. Hic deitatis habes indicium.Nã & in principio eodẽ verbo vsa, ex nihilo condidit oĩa,psal.32.Græci in Gene.1.hoc verbũ Christi ex Matthæo & Luca diligenter exprimere studuerũt.Sacrosanctũ & antiquũ verbũ.Vadit centurio iuxta Christi verbũ,& seruũ quem moribundũ domi reliquit,firmatum & sanitati pristinę redditum reperit.Quia verbũ Christi,Fiat,est efficax omni credenti.Illi cũ patre & spiritu sancto sit gloria in sempiterna secula.Amen.

DOMINICA QVINTA POST NATIuitatis Christi,Euangelium Matth.VIII.



ADscendente Iesu in nauiculam,secuti sunt eum discipuli eius. Et ecce motus magnus factus est in mari,ita vt nauicula operiretur fluctibus.Ipse vero dormiebat.Et accesserunt ad eum discipuli eius,& suscitauerunt eum, dicentes:Domine, salua nos,perimus.Et dicit eis Iesus:Quid timidi estis modicæ fidei?Tunc surgens,imperauit ventis & mari,& facta est tranquillitas magna.Porro homines mirati sunt,dicentes:Qualis est hic,quia venti & mare obediunt ei?

PRAEFATIO.



HIstoria hæc euangelica, breuis est verbis, sed valde locuples sensu:quippe in qua fideles multa, & ea cum iucunda,tum salutaria,fidei mysteria abdita inueniunt.Gloriosa hæc Christi nauigatio, quemadmodum & cætera, quæ Christus fecit,omnia, non aliter q̃ salutaris mysterij pictura & scriptura viuida,est accipienda.Magnalia nostri seruatoris gesta perfunctorie legere,quemadmodũ acta Hannibalis,Scipionis,Iulij,& aliorum heroum legi solent,est euangelio Christi contumeliam facere.

Historiæ euãgelicæ nõ legendæ instar ... phanarum.

Aliam

Aliam siquidem virtutē habent Christi gesta,& alio consilio, Dei nimirum, conscripta sunt ab euangelistis. In historia siquidē euangelica, veritas, vita, lux, salus, beatitudo,& hoc genus alia sacramēta continentur: illæ nihil nisi rem factam & historicā scientiam adferunt. Vnde Salustius, Liuius, Suetonius, Tacitus, & alij historiarum scriptores, historici vel historiographi vocātur: gestorum vero sacrosanctoꝝ Christi conditores, euangelistę dicuntur & creduntur. Illorum scripta leguntur, horum & leguntur & adorātur. De Iesu ergo Nazareno sermo, non modo auribus arrectis, sed & cordibus apertis,& pio desiderio inflammatis, tanquam præsens animaꝝ prę sidium, hauriri & custodiri debet. Cum illæ legūtur historiæ, nemo aliter auscultat, nisi vt noui aliquid, quo rerum humanarū cognitio crescat, addiscat. Ethnicorum heroum hic non solum acta, præ Christi gestis extenuo, sed & sanctorum patriarcharum historicam literam eam, qua Iudęi saltem vtūtur, nihil nisi putidas carnes Aegypti esse dico, collatam ad historiam euāgelicam Christi. Et si in historijs patriarcharum mysteria nostræ fidei cū primis sunt requirenda, quis mentis inops neget Christi gesta, præter miraculi magnalia, salutaribus mysterijs esse fœcūdissima? Hæc præfanda duxi, vt ad altitudinem mysteriorum eorundem, gradum aliquem atque aditum faciam: mentesq́; nostras, ad huiusmodi sacramenta audienda & custodienda, attentiores reddam. Christiani hoīs cor, biblia quædā esse debet, cui non atramento, sed spiritu Dei viui tāta diuinæ claritatis mysteria committantur. Sic & suas traditiones non membranis putidis,& folijs Sibyllinis mobilib⁹, sed cordibus viuis, & supra adamanta firmis, tradere maluerunt apostoli. Præcipue obseruandū, Christon statim à concione in monte facta, septem grandia & stupenda edidisse miracula: primū, leprosi mundati: secūdum, serui centurionis paralytici, consolidati siue restricti: tertium, socrus Petri à lœtiferis febrium paroxysmis liberatæ: quartum, phanaticorum quorundam à diabolorū flagellis liberatorū: quintum, præsentis nauigationis: sextum, dæmonum, quos ab alio quodam obsesso abactos, in porcos abire pmisit: septimū, valetudinarij eius, quē in grabato ad Christum curandum attulerunt. Hæc Matthæus ab octauo capite vsque ad nonū persequens, ostendit Christū verum Deū & hoīem, Messiā nimirū, promissum Dei salutare. Nauigatio vero hęc miraculosa, facta est post abitū à Capernaū, cū trāsmisso mari Genezareth siue Genesar,

Traditiones apostolicæ q bus libris cōmissæ.

in terrā Gadarenorū siue Gergesenorum, quæ & ipsæ Galilææ sunt ciuitates, iter haberet. Nouerint hoc imperiti, Iordanē nobilē illū fluuium, non procul ab oppido Tiberiade, à Tiberio Cæsare sic appellato, exundare siue restagnare,& ī lacū magnū (q & ipse Tiberiadis nomen ab vrbe trahit) abire. Dicitur & stagnum hoc, mare Genezareth, ꝙ eius oppidi fines (quorum mentio fit Matt.14. Marc.6.) alluat. De stagno Genezareth habes Luc.5. Ioan.6. Ex hoc stagno Iordanis rursus defluit in lacum Asphaltitin sabulosum, vtpote qui mundi mirabilibus adnumeretur. Ferunt Asphaltitim nihil gignere, in eo nihil submergi posse viuum, vita carentia protinus absorberi, esse innauigabilē, nullum animal in se habere viuum. vnde & mare mortuum vocatur. Genezareth vero mare, iuxtà atq; regiones eas quas alluit, dicunt omnium esse fœcundissimū, præsertim potabilem & salubrem, ꝙ non instar paludis pigra aqua constet, sed ꝙ dilabatur & promanet, ventisq́; obnoxiū subinde moueatur. Egesippus quoq; ipse ait, tam regionem quàm lacum eū, Genesar siue Genezareth dici, lib.3.cap.26. Hæc dico, vt intelligas euangelistas Matthæū & Lucā, quorū alter scribit de regione Genezareth, alter de mari. Cæterū Genesar & Genezareth vnū sunt, q̄d & cosmographi fere fatentur omnes. Vltra hoc mare Tiberiadi adiacet regio, cuius incolæ vocantur Gadareni, ab oppido claro Gadara sic appellati. Gadarenses vocat Egesippus. Porro cū & alia ciuitas ibi esset, noīe Gergesa, qua ibatur versum Gadara, Matthæus ait hoc itinere dominum venisse in regionem Gergesenorum, & inde ad Gadarenos, cuius potissimum Marcus & Lucas meminere. Quod dico, ne q̄s obesæ naris, putet euangelistas dissentire. Quod si Gadara & Gergesa (quod plerisq; videtur) idē sunt, min⁹ obscuritatis subest lectioni. Sunt qui oppidulum Gergesa, Gerasa vocēt: indigenas, Gerasenos. Summa huius loci esto, ciuitates multas iuxta hoc mare fuisse, potissimum Capernaum, Tiberiadem, Gamalā, Gadarā, Gergesam, Bethsaidam patriam Petri, Andreę & Philippi, quæ & Iulias, in Cæsaris Iulij memoriam est vocitata. Nunc tandem pro virili contextū euangelicū tractemus.

Asphaltitis fluuij mira.

Mare Genezareth fœcundū

Adscendente Iesu in nauiculam, secuti sunt eum discipuli eius.

Hoc in Capernaum (vt audistis) actum est: ibi siquidem nonnullis signis editis, visum est diuinæ sapientiæ, vt inde regnum cœlorū vltrà maritimis quoq; Galilęis denunciaretur. Stagnū itaq; hoc Galilęā scindens,

dens, cum dño esset traiiciēdum, pontone habuit opus. Ponto hic cuiusnā fuerit, nullus euangelistarū exprimit: saltem dicunt Iesum ingressum nauiculam, & discipulos eius cum eo. Ad allegoricū sensum, quē infrà audietis, hoc nobis sufficit. In hanc nauim simulac adscēdissent, ait Iesus: Transfretemus ad vlteriorem ripam. & sic soluerunt, Luc. 8. Iesu Nazareni potestas quanta in terris fuerit, satis innotuit: debuit & inclarescere, maris illum & ventorū esse potentem, atq; adeo verū Dei filium existere. S. Marcus quoq; significanter ait, dñm dixisse ad discipulos, Transeamus in aduersam ripā. In q̄ eius vera humanitas perspicitur, q̄ vnà cū discipulis nauigio ad stagni eius transmissionē op⁹ habuit. Quod & in sequentibus lucidius exprimitur.

Et ecce motus magnus factus est in mari, ita vt nauicula operiretur fluctibus.

Mare secundū Hebræotismū, dicit stagnum, q̄d maxime ex Luca euidens fit: q̄ppe qui nō habet, mare, sed stagnum. Sunt qui dicant Christon procellas eas, de q̄bus hic agit, cōmouisse, in miraculi sequētis occasionē. Sed veritati magis est consentaneum, procelloso aliq̄ vento, solito, naturali, exortas, sed non sine dñi præscientia & nutu. Nā si dominus excitasset, certe & id miraculū per se esset, miraculo reductæ tranquillitatis non minus. Sed neq; sic rationi consentit. Procellas siquidem excitare, inamabile est: sedare, iucundū. Nec Iesus venerat turbines (quanq̄ hæretici non credant) cōmouere, sed cōpescere motos. Verū non video, quare de incertis plurimum velitemur. Certum est, à turbine nimboso præsens naufragiū factum. Periculū maius & atroci⁹ extitit, p̄pter instantē noctem, cuius Marcus meminit cap. 4. Tempestatem magnā fuisse, Matth. Marc. & Luc. diligēter describūt, vt inde Christi gloria euidentior appareret. Nam quo procellę fuerint sęuiores, hoc anxietatē & timorē discipulorū & ipsum maiorē fuisse sequit. hic quo maior fuit, tanto & eos Christum ardētius inuocasse liquescit: tandem ex omnibus his p̄sidiū Christi, ac per hoc gloria dei fit illustrior. Non video, quare periculū opiniōibus incertis exaggeremus, occasionem sumentes inde, q̄ S. Matthæus dicat, nauim fluctib⁹ opertā, q̄si obrutā atq; submissam. Sensus est, tantos fuisse fluctus, vt præ eorū magnitudine, nauis videri nō potuisset ab hominibus, si q vtraq; ripa fuissent. Marc⁹ dicit, ortā p̄cellam, & fluctus irruisse in nauim, ita vt illam implerēt, quod per hyperbolen dictū intellige. Et Lucas fere eadem vehemētia dicit: Et * cōplebant, & periclitabātur. Sensus est, vim nimborū fluctus in nauim impulisse, non tamē fundit⁹ submersam operuisse, & eos q in naui erāt, dimersisse. Nauis Chri, vt in allegoria declarabimus, p̄iculū pati & naufragari potest, non aūt perire. Sūma ergo huius loci est: Discrimē fuisse ingens, & p̄sentem mortē nauigātibus intentasse oībus: nec discipulos Christi, nauigādi peritos, & ventorū insaniæ nō inexpertos, maius discrimen antea vidisse. Sed quod in sequētibus videbim⁹, tempestas ea cum illis, tum nobis quàm felicissime cessit.

(Margin: Mare secūdū Hebræā dialecton significat stagnum.)

Ipse vero dormiebat.

Non metu dormiuit & pauore, quēadmodum Ionas, eiusdē cap. 1. sed securitatē quodāmodo declaratur⁹, in cuius signum accipere possumus ceruical, quod illum capiti suo subiecisse Marcus testat. Dormiuit item, se verū hominem ostendens, qui etiā alterna requie opus habuit. Quos labores ante nauigationē eam habuerit, euangelista in superioribus satis ostendit. Alibi videntes discipuli Christon nimiū labori intentum, timuerunt illi. Hic ergo verus De⁹ & homo, per soporem eū declarat: per securitatem adumbratā, Deus: per requietis necessitatē, homo. Alibi etiam requeuit, comedit, bibit, fleuit, infremuit spiritu, tandē q̄q; mortu⁹ est & sepult⁹, verus homo. Sed ne hoīem saltem arbitreris, audi sequētia.

Et accesserūt ad eū discipuli eius, & suscitauerunt eum, dicentes: Domine, salua nos, perimus.

Audite charissimi & attendite, vt discatis, quo modo vos habeatis anxietatib⁹ & periculis impliciti. Si non possumus cum Christo secure dormire, at saltem discam⁹ Christo recte fidere, ad ipsum vnice cōfugere exemplo discipulorū. Idem & ex ipso Dauide discamus, & dicamus Psal. 43. Exurge, quare obdormis domine? Exurge, & ne repellas in finem. Itē: Exurge domine, adiuua nos, & redime nos propter nomen sanctum tuū. Item psal. 11. Saluum me fac. Psal. 15. Conserua me domine, q̄niam speraui in te. Psal. 68. Saluū me fac Deus, quoniam intrauerūt aquæ vsq; ad animā meā. Clamaui ad te, dixi, tu es spes mea &c. De profundis ita semper ad ipsum dominum clamandū, vel exemplo Ionę, & dicendum eiusdē cap. 2. Circūdederunt me aquæ vsque ad animam, abyssus vallauit me, pelagus operuit caput meum. Cum angustiaretur in me anima mea domine, recordatus sum, vt veniat ad te oratio mea ad templum

(Margin: Accedendum ad Christum in necessitatibus.)

plum sanctum tuū. Sic, inquam, ad dominum ipsum de profundis clamandū. Discipulorꝫ orationē Lucas sic describit: Præceptor pceptor, perim⁹. Geminatio emphasin habet, q̄ & Christ⁹ clamauit, Heli Heli, psal. 21. Matt. 27. Orationem discipulorꝫ Marcus sic describit: Præceptor, nō est tibi curæ ꝙ perimus? Hæc om̄ia periculum & præsidium vnà nobis declarāt. Obseruanda oratio discipulorꝫ, vt inde superstitionem eam, q̄ tot tutelares & auxiliares Deos cōmenta est, abolere possimus. Non hic audis, naufragos Abrahamum, Isaac aut Iacob tanq̄ exantlatores mali, inuocasse: sed Christum Deum Abrahæ, Isaaci & Iacobi. Vides & apostolorꝫ imbecillitatē, quam illis postea Christus quoq; obijcit: sed ne sic quidem ad aliquē sanctorꝫ cōfugerunt. Ex synagogæ matris vberibus didicerūt, solū Deum auxiliatorem implorare. psal. 17. In tribulatione mea inuocaui Dominū, & ad Deum meū clamaui. Ibidē: Quoniam in te eripiar à tentatiōe, & in Deo meo trāsgrediar murꝫ. Perlege totū psalmū. Itē 30. 80. 98. 114. &c Dominū huiusmodi inuocatiōe oblectari vides psal. 90. vbi dicit: Cū ipso sum in tribulatiōe, eripiam eum, & glorificabo eū. Contrariū vides psal. 13. 52. Adeo idololatriæ insimulādi sunt, quicunq; à creatore deficiūt, à creaturis quibuscunq; tandem auxiliū petentes. O pastores, ò idola, videte quo catechismo plebē dominicam Dei vocabulū docueritis: videte, qua institutiōe. Dei maiestatē & præsentiam vulgo rudi tradideritis. Auxiliatorē, saluatorem, ducē, rectorē, protectorē, & omnia patres Deum esse didicerūt: vnde & ex ipsa experientia illi tot noīa indiderunt. Sed & ipsa natura docet nos, auxiliū omne à Deo petendū esse. Quis vestit lilia agri? Quis pascit volatilia cœli? Cuius præsidio ales sustētatur in vacuo aere, ne in terram labatur? Quis dat incrementū sementi, quam terræ cōmittis? Abraham? Isaac? Iacob? Absit. Sed Deus Abrahæ, Isaaci, & Iacobi. Quem sanctorꝫ inuocauit Enochus Gene. 4? Quē Loth Gene. 19? Quē deniq; diuū in auxiliū vocauit ipse Abrahā, Isaac, Iacob, Ioseph, Moses, Iosue, Samuel, Dauid, Ezechias, Iosias, & alij ordine omnes? Da mihi vnū ex omnibus, qui vel sanctos archangelos, defensores & auxiliatores accersiuerit sibi. Missos, fateor, legimus angelos, sed nō inuocatos, sed à Deo inuocato. Saul desperabundus, ad mortuos & pythonissas, cōtra legem, cōfugit, canis bis mortuus, cū mortuis sortem accipiens. Adeo horrendū est, hoīem à Deo suo ad creaturas desciscere. Quis ergo satis detestet eos, qui superstitionem eam vulgi dissimulāt, nedum eos q asserunt? Charissimi in Christo, vos oro & obsecro, sapiatis tandē, ne qua fiat, vt quēadmodū olim Heuæ mentem corrupit serpens, ita & vestra synceritas corrūpatur. Antichristus nobis imminet psonat⁹, Chr̄i veritatē simulans veniet. caueamus, ne illi viam præparemus. Videamus, ne philosophando verbū Dei adulteremus. Vltorem Deum timeamus. Quis tradidit Romanos in obscœna cōtra naturā facinora? Et quare eos Deus in tātam ignominiā tradidit? Nōne ideo, qa Deum animū, id est, spiritū & omipotentem esse cognouerūt, non spiritualiter tamen & pura mēte coluerūt, sed q̄d Dei fuit viuentis, hoc Ioui, Marti, Neptuno, Aeolo, & alijs deorꝫ portentis retulerunt acceptum? Ita sane. Quare ergo nouos Neptunos, nouos Dioscoros, Pollucē & Castora cōminisci nō timemus? Immo quare cōmenta portentosa ea defensam⁹? Ab om̄i specie mala caueremus, monitore Apostolo. Chr̄s non vult nos iterꝫ ethnicis, e quorꝫ errorib⁹ ille nos semel asseruit, similes fieri, Matth. 6. Videamus ergo, ne vtroq; pede claudicemus. Si pater Domini nostri Iesu Christi, cū spiritu sancto & nr̄o seruatore, vnus est & verus Deus, inuocet: si vero Baal qspiā deus est, age ad eius eat cultū, ad eius cōfugiat præsidium, 3. Re. 8. Si non ptimescimus pœnā, quā de Romanis sumpsit, age exterminiū Cananæorum nos moueat. Videamus item quàm horrēdus sit sarcasmus, quo dominus ad populū suum ait: Ite, & inuocate deos quos vobis elegistis: ipsi vos liberent in tempore angustiæ, Iudicū X. Non hæc dicimus, ꝙ letaniam Ecclesiæ cum schismaticis nasutulis nostratibus, velimus correctam aut abolitam. Aliud est, sanctos auxiliatores inuocare: & aliud, ad intercedendum pro nobis ad Deum implorare. Sacrosancta est letania, quæ dicit: Saluator mundi, adiuua nos, salua nos. Item: Sancta Maria, ora pro nobis. Sancta Dei genitrix, ora pro nobis. Sancta virgo virginū, ora pro nobis. Nusquam audis ecclesiæ cantum alium. Quæ vnquam ecclesia cecinit, Saluator mundi, ora pro nobis? aut, Sancte Petre, adiuua nos? Quàm velim, eos qui sese ecclesiæ esse volunt & contendunt, mentem ecclesiæ rite perspicere: & satis perspectam, tandem strenue etiam mordicus asserere? Quod nisi fecerint, & schismaton & superstitionū materiam cudunt, de vtroq; errore domino aliquando pœnas daturi. Sed nos ad sequentia abeamus.

Diuos nō inuocandos vt saluent, sed vt ꝓ nobis intercedant, implorādos.

Ecclesiæ letania sacrosācta.

Et dicit eis Iesus: Quid timidi estis modicæ fidei?

S. Marcus & Lucas habent, dominum

 pri-

prius ventorum & maris rabiem increpas-
se,& postea exiguę fidei discipulis succen-
anabaptistæ cõfunduntur. suisse. Vides cõtra Anabaptistas, Euange-
listarũ nouorũ sobolem, præsens argumen
tum. Neq; enim tam ordo rei factæ, quàm
põdus rei vel res ipsa, ab Hagiographis est
obseruatus: ne quis magis cõditioni histo-
ricæ, quàm ipsi historiæ, ipsiusq; historiæ
medullę, adhęrescat lector imprudẽs. Sum
ma huius negocij est, Christon tempestatẽ
horrendam verbo saltem increpatorio se-
dasse, interim & modicę fidei suos culpasse
discipulos. Expostulatio ea, qua discipulos
modicæ fidei increpat, sic est apud Mar-
cum: Quid timidi estis adeo? Necdum ha
betis fidem? Obserua etiam fidelibus disci-
pulis addubitationem irrepsisse. Lucas er-
go ait: Vbi est fides vestra? Tãquam dicat:
Bonam de me opinionẽ concepistis, cuius
amore omnia vestra reliquistis, ærumno-
sum & laboriosum me sequentes. Sed hic
ea fides vr̃a plane vacillat. Deus Israel non
est talis, qualis Baal III. Regum XVIII. vt
stertat, & crapulam edormiat. Nam secun
dum psal. 120. non dormitat neq; dormit,
qui custodit Israel. Quid ergo, me secun-
dum humanitatẽ dormiente, sopitam q̊q;
arbitramini deitatis maiestatẽ? Satin vtrũ-
q; in me didicistis? Hominẽ, per tot argu-
menta humanæ fragilitatis, esuriei, sitis, al
goris, lassitudinis, &c. Deum, tot & tãtis si-
gnis, etiam verbo potẽtẽ? Quare ergo nũc
alterius obliti, trepidatis? O salutarem di-
scipulis & nobis somnũ eum, quo fidei in-
Deus electis suis semp est præsto. tegritatis admonemur. Submonet hæc ex
postulatio, vt certa fidutia nobis semp De-
um pręsentem credamus. Dictum obserue
mus, Deus tuus tecũ semper ero, Gene. 26.
38. Exodi 3. Iosue 1. Esa. 41. Hie. 1. 15. 30. Et il
lud, Dñs vobiscũ, Num. 14. 2. Pa. 32. Iudith
13. Item hoc Helisei 4. Reg. 6. Plures nobis
cum sunt, q̃ cum illis. Eius loci exẽpla nus-
quam in scriptura nobis non occurrũt, ex
tanta sylua exemplorũ, breuitatis causa tria
adduxero. Primum 2. Paral. 20. vbi Iaha-
ziel fili⁹ Zachariæ, regi Iosaphat, timore
regũ Moab & Ammonitarũ perterrito, &
omni multitudini per spiritũ Domini di-
cit: Hæc dicit dominus vobis: Nolite time
re, nec paueatis hanc multitudinẽ: non est
enim vestra pugna, sed Dei. Sequitur: Cras
descendetis contra eos, & dominus erit vo
biscũ. Iterũ sequit: Credite in dominũ De-
um vestrũ, & securi eritis: credite prophe-
tis eius, & cuncta erũt vobis prospera. Ha-
bes exemplũ, dñm liberare ab hostib⁹. Ali-
ud exemplũ q̃d adducã, arguit, dñm etiã à
bestiarũ & ab ignis violentia liberare. Dan.
6. & 3. Educt⁹ Daniel ex lacu leõis, nulla lę
siõe in eo inuenta: q̃a credidit Deo. Egressi
itẽ Sidrach, Misach, Abdenago, de medio
ignis, & cõgregati satrapæ & quicunq; po-
tentes, cõtemplabant eos: nec in eorũ cor-
poribus, nec in crinibus, nec in vestibus eo-
rum vllam læsuram, immo ne fœtorẽ qui-
dem grauem ignis, aliquẽ offenderũt. Mi-
rum hoc, sed nõ minus mira eorũ cõfessio.
Dixerunt enĩ: Deus, quem colimus, potest
nos eripere de camino ignis ardẽtis. Quod
si noluerit, notũ tibi sit rex, quia deos tuos
tamen non colimus. Ecce tibi verã fidem.
Diuinę voluntati se cõmiserunt, parati tam
mori quàm liberari. Auream statuã regis
adorare recusauerunt. Sic & nos quoq; De
um colentes, mundum auersantes, orare-
mus: Fiat voluntas tua. Sic & leprosus ait:
Domine, si vis, potes me mundare. Si & ex
emplum cupis, dominum in aquis & tem-
pestate liberatorem esse, vide Actu. 27. vbi
de Pauli naufragio dicitur: Porro neq; so
le, neq; sideribus apparentibus ad complu
res dies, & tempestate nõ exigua imminen
te, iam ablata erat spes omnis salutis no-
stræ. Cum aũt multa iam esset inedia, tunc
stans Paulus in medio eorum, dixit: Hor-
tor vt bono animo sitis, iactura enim ani-
mæ nulla erit ex vobis, sed tantum nauis.
Adstitit mihi hac nocte angelus Dei, cuius
ego sum, quem & colo, dicens: Ne timeas
Paule, Cæsari te oportet sisti. Ecce dona-
uit tibi dominus om̃es qui tecum nauigãt.
Hæc tria exempla auxilij diuini, in om̃ibus
periculis deberemus nobis, quisq; sibi, ob
oculos ponere, ne & nos fidei pusillę domi
no increpandi veniamus. Videtur mi-
hi item rationi consentaneum, vt in maio-
rem emphasin, Græcam dictionem obser- ὀλιγόπιστος dictio in euãgelicis literis celeberrima.
uemus, ὀλιγόπιστος, hoc est, modicæ fidei. Et
hoc commendatior nobis hæc dictio esse
debet, quo videmus eam apud Matthęum
esse frequentiorem: nimirum cap. 6. 14. 16.
& hoc loco, vbi dominus discipulos, non
tanquam atheos & infideles, sed velut in-
firmos, arguit. Ea ipsa etiamnum nostram
imbecillitatem argueremus. Hic, vt fidei
nostræ proletarios siue gregarios taceam:
nouellos apostolos, qui non ὀλιγόπιστοι, sed
μεγαλόπιστοι esse volunt, modestię puto ad-
monendos. Inexpertis illis vere bellum
dulce est. Kettis & Gzettis suis se strenu-
os Achilles promittunt. Egregij plane mi
lites Threijciam tãgere lyram. Et quis nõ
Thersites militiã inter pocula crepat? Lau
rentium ipsum quis non Threijcia vincat
amusside, si operosæ glorię martyrium sit,
poculis ludere? Bella insuper & splendida
militia fidei, inter aulicos lato clauo deam-
bulare proceres, & miserorum mentes ses-
quipedalib⁹ verbis ad arma subinde & *ad

*ar

*arma incitare. Nota est vox principis nouorum apostolorum, Negocium Religionis Ferro expediẽdum esse. Et superintendentes classici fere omnes cum omni suo grege, nihil nisi lanceas, enses, bombardas, & tormenta cudunt. Tale brachium prius parandum, & deinde disputãdum. Hoc & olim Donatistæ, Circũcelliones, & Vuicleffistæ factitarũt. Quis in hac militia pumilio, non præstet se Goliathum, tot militum septus cohortibus? Apostolus ter virgis cæsus, semel lapidatus, ter naufragium fecit, noctem & diem in profundo fuit, sæpe in vigiliis, i fame, siti, frigore, nuditate, & nullis non miseriis fuit exercitatissimus. Apostolus hoc poetæ, tanquam verus Aeneas, Rõanæ ecclesiæ autor, dicere poterit:

Hæretici prius sibi arma parant, dein disputãt.

Ac velut agmine facto,
Qua data porta, ruunt, & terras turbine perflant:
Incubuere mari, totumq; à sedibus imis
Vnà Eurusq; Notusq; ruũt, creberq; procellis
Aphric⁹, & vastos voluũt ad littora fluct⁹.
Insequit clamorq; virũ, stridorq; rudentũ.
Eripiunt subito nubes cœlumq; diemq;
Teucrorũ ex oculis, põto nox icubat atra.
Intonuere poli, & crebris micat ignibus æther,
Præsentemq; viris intentant oĩa mortem.

In melitẽos aplos nostrates, nouos apostolastros, quadrat hoc:

sed non replenda est curia verbis,
Quę tuto tibi multa volant, dum distinet hostem
Agger murorũ, nec inũdãt sanguĩe fossæ.
Im⁹ in aduersos? qd cessas? an tibi mauors
Vẽtosa in lingua, pedibusq; fugacibus istis
Semper erit?

Nulla alia gloria nostratiũ, nisi in potẽtia & cõspirationibus: qbus freti, neq; pontifici summo, neq; episcopis, neq; Cæsareę maiestati, neq; Romani impii regi obediunt: cõtumeliis oẽs qui ab illis dissentiunt, statuamq; auream eorũ adorare recusant, afficiũt. Vos charissimi, vtrunq; exemplũ, verorũ nimirum & pseudo apostolorũ, vobis ꝓponite. Horũ iactabundam præsumptionem & insolentiam discite auersari, & in popinis delitescẽtes nolite insenescere, aulicum splendorẽ fugite, sed illorũ exemplo vestra omnia relinquite, cũ gaudio facultatum vestrarũ rapinã potius sustinete, quàm aliis vim inferre discite: & sic tandẽ cum Christo in nauiculã probationis descendite, probemini sicut aurum in fornace, vt paulatim veri μεγαλόπισοι euadatis. Christus suis, etiam si videatur dormire, vigilat. Quibus vere dormiet, infrà ostendemus. Sequitur:

Tunc surgẽs, imperauit ventis & mari: & facta est tranqllitas magna.

Quàm vere loquitur propheta psalmo 148. Spiritus procellarũ quæ faciunt verbũ eius? Creatura bruta vocẽ audit creatoris. Ethnici tanta potẽtiæ Dei mysteria sub typo Aeoli, Neptuni & reliquorũ fictorũ numinum, quodammodo inuoluta significarunt. Neptunum itaq; ventos increpasse, graphice finxit Maro, dicens:

Ethnici fatentur Deũ vbiq; iuuare.

Eurũ ad se zephyrũq; vocat, dehĩc talia fat:
Maturate fugam.
Sic ait, & dicto citius tumida æq̃ra placat,
Collectasq; fugat nubes, solemq; reducit.

Et apostolos, reddita tã insperata tranquillitate exultãtes, fingamus hic ducis sui vocem audire, nempe eam:

Vos & Scyllæã rabiẽ, penitusq; sonantes
Accestis scopulos. vos & Cyclopea saxa
Experti, reuocate animos, mœstũq; timorẽ
Mittite. forsan & hæc olim meminisse iuuabit.

Sane nil desperandũ, Christo duce & auspice Christo. Felix qui cum Christo nauigat, hoc est, patitur: illi siquidẽ post tempestatum noctem dies multifariæ serenitatis illucescit. Qui non est tentatus, quid sciat? Sed quare non potius hic pro ethnico vere diuinum vatẽ inducimus, Dauida nimirum, tanta Dei magnalia exprimẽtem, Psal. 106. Confitemini domino quoniam bon⁹ ꝭ est, quoniã in seculum misericordia eius. Dicãt qui redẽpti sunt à domino. Sequit: Et annuncient opera eius in exultatione. Qui descẽdunt mare in nauibus, facientes operatiõem in aquis multis: Ipsi viderunt opera dñi, & mirabilia eius in profundo. Dixit, & stetit spiritus procellæ. Sequitur: Videbũt recti & lætabuntur, & oĩs iniquitas oppilabit os suum. Quis sapiens, & custodiet hęc, & intelliget misericordias dñi? Hæc psalmographi verba, spirit⁹ sunt & vita: Maronis carmina, sunt lusus & fabula. Consentiunt sibi psalmi. Suprà dixit, procellas audire vocem Dei. Hic dicit, dixisse Deum, & procellarum spiritum constitisse. Vtrunq; in præsenti lectione audiuimus. Beatus qui intelligit.

Porro homines mirati sunt, dicentes: Qualis est hic, quia venti & mare obediunt ei?

Suprà præsenti (ni fallor) animo ex Marone, maris & ventorum rabiem delineauimus. Adeo non piget nos eius citatiõis, vt etiam cupiamus, Græcorum nauigationem, Vlyssis naufragia, & alia hoc genus, cuiuis esse nota. Scyllam, Charybdim, Io-

Maris rabiem vel ex aliorũ relatione vel expiẽtia didicisse ꝓdest.

nij pōti, Maleæ fluct⁹ q̄q; raucos. Nam quo maritima pericula homini magis sunt cognita, tanto hoc illi miraculum prodigiosius apparebit. Ad cognitionem eam faciet etiam discipulorum pauor. Exanimati discipuli, vellicāt & expergefaciunt Christū, præsentem mortem sub oculos videntes. Christus vt homo excitatus, vt Deus est p̄batus, increpans ventos. Sic enim Lucas habet: Et experrectus, increpauit ventum & tempestatem aquæ. Increpare sic legis Aeneidos 6.

Sic prior aggreditur dictis, atq; increpat vltro:
Quisquis es, armatus qui nostra ad flumina tendis,
Fare age quid venias.

Mari impauit increpatorie Chr̄s.

At quænam increpatoria Christi verba, nisi ea quæ sunt apud Marcum, Tace, obmutesce? Increpat, hoc est, imperat, dicens: Sile, obmutesce, quiesce: & silet mare, q̄escit aura, & extemplo sequitur serenitas magna. At quisnam est hic, qui iubet muta & bruta audire: nisi ille qui finxit aurem, qui vocat ea quæ non sunt, qui stellas nomine vocat & quem pulli coruorū inuocant? Ille ipse est. Nam & ille vētos de thesauris suis mittit. Ille olim iussit mari sese scindere, & mare sese diffidit. Ille Iordanem retro labi iussit, & abijt retrorsum. Ille cataractas cœli tēpore Noę emisit, & reuocauit. Vndiq; vnum verbū, vndiq; potens, vndiq; mirabile. Qui facit mirabilia solus, ait Dauid. Spiritus (vt habet sacra pagina) non mansit in populo Israel, cū dominus exiccasset Iordanem. Et hic merito oēs mirabātur. Hic qui filium Dei (qui solus mirabilis, mirabilia faciens) non videt, certe vel phanaticus est, vel amens. Humanam rationem hic captiuam ducit maiestas Christi ad credendum euāgelio, cui nihil quod opponat, habet. Quis est tantus, inquiūt? q̄si dicant: Præfert quiddam homine maius, cuius iussis venti & mare obediunt, cuius increpatione salum & æther expauescūt. Hoc apud Lucam sic legitur: Quis putas est hic, quia ventis quoq; & aquis imperat, & obediūt ei? Hoc vt & nos tādem faciamus, oremus dicentes:

Miramur merito opera Christi.

O iam miseras respice terras,
Quisquis rerum fœdera nectis.
Operis tanti pars non vilis
Homines, quatimur fortunæ salo.
Rapidos rector comprime fluctus.
Et quo cœlum regis immensum,
Firma stabili fœdere terras.

Ad tuam ipsius gloriam, qui cum patre & spiritu paracleto viuis & regnas vnus Deus, per omnia secula seculorum. Amen.

ALLEGORIA.

Ecclesiæ typus est nauis.

CAtholicis constat omnibus, nauim ecclesiæ significationem habere. Nam haud secus atque liburnum in alto iactatur, varijsq; exercetur periculis, homines tamen e præsenti morte in vitæ æternæ portum optatum perfert: sic ecclesia ex huius mūdi discriminibus portui sistit salutis, sospes ipsa & integra, incolumes & saluos reddit sibi commissos, omnes.

Mare significat mundum, Matth. xiij. Omnes qui pie in Christo volunt viuere, eos in hoc mundo persecutionem oportet perferre, 2. Timot. 3. Et per multas tribulationes oportet nos intrare in regna cœlorum. Christus primo ingreditur scaphā, deinde apostoli. Christus est pastor bon⁹, oues præcedens, ecclesiæ caput. Qui cum Christo & apostolis non est, nihil illi & ecclesię. Iactet alius tēpli penetralia, alius desertū. Chr̄s suorū corōa discipulorū cinct⁹ est, & ecclesia ap̄l'ica traduce veram Christi nauiculam sese potest ostendere. Sunt & aliæ naues, de quibus dicit Marcus: Sed & aliæ nauiculæ erant cum illo. Nauiculas eas vocat ploearia. Sunt autem hæreticorū caueæ, angustæ & momentaneæ: censum graduum, hoc est, successionem sanctorum pontificum, martyrum, euangelistarū, apostolorum, prophetarum, patriarcharumq; perpetuam ostendere non possunt. In hæreticos ecclesiam simulātes, hoc quadrat:

Naues habēt & hæretici suas.

Quæ faciunt hoīes, imitatᷓ simia turpis:
Attamē, vt fuerat, simia semper erit.

Catechizant, baptizant, cōmunicant, psallunt, & oīa quę ecclesię sunt, imitantᷓ: sed quia traducē ecclesiæ veram deseruerūt, in suū malū oīa faciunt. Nauicula fuit, Sabelliana hæresis: nauicula, Arriana: nauicula, Iouiniana &c. nullū canonizatę, hoc est, declaratæ sanctimoniæ, potētiæ, miraculorū, martyrij, cōstantiæ perspectæ, sanctum habent hęreticorum nauiculę. Quisq; hęresiarcha suę ecclesię caput & cauda, prora, carina & puppis, nullos palmites æternitati proferre potest sterilis & infelix propago. Nauicula, naui quidē non est absimilis, sed aliud est. In vna naui, vnus est Christ⁹. Manendū ergo est in vnitate traducis p̄batę, antiquæ, æternæ. Surdis auribus prętereundi sunt hæretici, clamātes: Euangelion Euangelion, Scriptura Scriptura. Immo etiā clamitantes, Christus Christus, Mat. 24. 1. Cor. 1. Clamāt, sed falsi prophetæ in vestimentis ouiū, ergo cauendi, Mat. 7 p̄ blandiloquentiā & assentationes corda simplicium decipientes, Ro. 16. & placētia dicentes, Esaię 38. Sirenes hæ, nos e naui Christi conantur pellicere: sed eam nos deserere non possumus, & nouis tot rudibus sutilibus ratibus, potius quàm nauib⁹, nos committ

mittere, maxime cum varient inter se, vt nescias quam intres. Vos hęresiarchæ, vos argonautæ, videte qua vos fidatis lyntre. Quin in arcam Nohemi, centum ædificatam annis, reuertimini? Arca Nohemi nostra nauis est, 1. Pet. 3. Hæc est vnica Christi, nõ momẽtanea, sed æterna. Hoc ipsum, nisi audire recusetis, crassiori aliquãto Minerua ostendam. Christus diuidi nequit, secundum Apostolum 1. Cor. 1. Nusquã ergo est, nisi tot⁹ vbi est. Exẽpli causa: Argus quispiam superbus, Christi humanitatem negauit: Fastidiosus aliquis Typhis, eiusdem negauit deitatem: Palinurus aliquis præsumptuosus, fidẽ sine bonis operibus docuit iustificare. Hæc infelicia monoxyla, olim in æternam abyssum sunt dãnata. Quare vos ea ab orco reuocatis? Nolo vobis hic obijcere, ꝙ Mosen & prophetas perperam doceris, bonis operibus rationem iustificandi negantes. Hoc saltem exprobro, ꝙ Christi discipulorũ non postremum sanctum Iacobum, stramentitium autorem propudioso vocabulo proscissum explosistis, ꝙ dicat, ex factis iustificari hominem, & non ex fide tantum. Resipiscite tandem, & considerate quàm fœde erretis. Sin minus, Polyphemum vos exoculatum, cœlo terræq́ deridendum, exhibueritis. Nauis Christi, à maligno spiritu nunquã nõ infestata permansit, nec etiam porro permanebit. Sed qd profecit satan hactenus? Nihil. Nec item porro proficiet. Audite Ambrosium: Ventũ, ait, dominus increpat & cessare facit, non vtiq; aquilonem, non Aphricum, sed eum, cui dictum est ab angelo Michaele in Epistola Iudę: Increpet te dominus* satan. Et Apostolus: Nihil, ait, ꝓficiẽt amplius, &c. Huc facit q̃d Plutarch⁹ in Theseo de Apollinis responsis scribit, nempe Athenas plurimum infestationum habituras, sed nunquam excindi posse. Sic Delphicum habet oraculum:

Nauis Christi vexatur.

Vter vt insanis pelagi iactaberis vndis,
Ipse madebis vter: sed non fas mergier vnquam.

Verũ hoc est, si de ecclesia figurate promptum accipiatur: nam quantum ad Athenas, olim oraculum est elusum. Sãctus Clemens papa, in epistola secunda ad fratrem domini, diuum Iacobum, mysterium hoc de ecclesia graphice describit. Catholicæ religionis studiosus sacerdos, apostolicæ sedis vere apostolici hominis allegoriã perlegat.

Ecclesia præter hęreticos, etiam alios habet hostes.

Habet ecclesia præter hæreticos, etiam alios hostes, sed hæreticis minus pestilentes, tyrannos nimirum, Nerones, Decios, Domitianos, Herodes, Annas & Caiphas. Pharao ille tandem in rubro mari, haud secus atque plumbum nunquam emersurus submergetur. Habet tyrannis illa numen Leuiathan, omnibus humanis viribus maius: sed nihil est eius vis, collata virtuti agnelli Dei, Iob 40. Nihil ergo in vniuersum Turcarum tyrannus cum reliqua tyrannorũ cohorte, cauda draconis Apocalypse os efficit, nisi quod vere catholicos ad pœnitentiam & ad inuocationem nominis Dei excitat. Contra huiusmodi Behemoth præsertim orandi psalmi, atq; inter cæteros Psal. 123. Nisi quia dñs erat in nobis, dicat nunc Israel, nisi quia dominus erat in nobis. Cum exurgerent homines in nos, forte viuos deglutissent nos. Cum irasceretur furor eorum in nos, forsitan aqua absorbuisset nos. Psal. 45. Deus noster refugium & virtus, adiutor in tribulationibus quæ inuenerunt nos nimis. Propterea nõ timebimus dum turbabitur terra, & transferentur montes in cor maris. Fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei. Deus in medio eius. Deus reuera in medio ecclesiæ Emanuel. Nulla tam gloriosa natio, quæ deos suos tam præsentes habeat, atque nobis est noster Iesus. Clamemus ergo & dicamus cum psalmista 43. Exurge, quare obdormis domine? exurge, & ne repellas in finem. Verum, ne orantes, non exoremus, videamus vt cũ omni decoro precemur: Videamus quo decoro bina & bina in arcam Nohemi intrauerint, masculus seorsum & fœmina. Iam cum nos inhoneste gerimus, in tanta abusuum & superstitionum, tot hæreseon & schismatum abysso natantes, dominus non sui (vt sancti Ambrosij verbis loquar) somno corporis, sed nostro corporis somno dormit: nec prius excitari poterit, nisi per multifarias procellas, nostram dormitãtiam eam fidei exiguę, excusserit. Iam satis ponto improborum atque diræ tempestatis misit, nihil vnquam, nisi tumultus, cędes, factiones & proditoriæ fraudes. Si neq; sic e supina somnolentia pontifices & archiepiscopi nostrates, quorum est, decorum ecclesiæ instaurare, exurgere volunt, perpetuo sibi dominum habebunt dormientem. Non tamen suæ ecclesię dñs deerit: sed suo tempore per veros adoratores ecclesiæ præsules, qui suis omnibus & omni mundi vanitate relicta, Christũ in hanc nauim secuti sunt, exurget expergefactus, facietq́ iucundam ecclesiæ tranquillitatem. Faxit Deus, eos adoratores iam habeamus. Amen.

DOMINICA SEPTVAGESIMAE,

Euangelium Matthæi XX.


Imile eſt regnum cœlorũ homini patrifamiliâs, qui exijt primo mane conducere operarios in vineam ſuam. Conuentione autem facta cũ operarijs in ſingulos dies denario, miſit eos in vineam ſuam. Et egreſſus circa horam tertiam, vidit alios ſtantes in foro ocioſos, & dixit illis: Ite & vos in vineam: & quodcunq; iuſtum fuerit, dabo vobis. Illi autẽ abierunt. Iterum abijt circa ſextam & nonam horam, & fecit ſimiliter. Circa vndecimã vero exijt, & inuenit alios ſtantes ocioſos, & dicit illis: Quid hic ſtatis totũ diẽ ocioſi? Dicunt ei: Quia nemo nos conduxit. Dicit illis: Ite & vos in vineam: & quidquid iuſtũ fuerit, accipietis. Cum ſero autem factum eſſet, dixit dominus vineę procuratori ſuo: Voca operarios, & redde illis mercedẽ, incipiens à nouiſſimis vſq; ad primos. Cum veniſſent ergo qui circa vndecimam horam venerant, acceperunt ſinguli denarium. Venientes autem & primi, arbitrati ſunt quod plus eſſent accepturi. Acceperunt autem & ipſi ſinguli denarium. Et accipientes, murmurabant aduerſus patremfamiliâs, dicentes: Hi nouiſſimi vna hora fuerunt in opere, & pares illos nobis feciſti, qui portauimus pondus diei & æſtum? At ille reſpondẽs vni eorum, dixit: Amice, non facio tibi iniuriam. Nonne ex denario cõueniſti mecũ? Tolle quod tuũ eſt, & vade. Volo aũt huic nouiſſimo dare, ſicut & tibi. An nõ licet mihi quod volo facere in rebus meis? An oculus tuus nequã eſt, quia ego bonus ſum? Sic erũt nouiſſimi, primi: & primi, nouiſſimi. Multi enim ſunt vocati, pauci vero electi.

INDVCTIO.

Bonitatis Dei declaratio.


Nter om̃ia noui teſtamẽti ſimilia, vix aliud inuenias quod bonitatẽ Dei nobis æque declaret, atq; hoc præſens. Munda ſiqui dẽ in hac lectione Dei bonitas denunciat̃, qua & bonũ opus Deus haudquaq̃, quantumuis modicũ, ſuo defraudat præmio, & qua lõge ſupra om̃e noſtrũ meritũ, immo etiã ſupra oẽm ſpem munific⁹ eſt in retributione boni. Quidquid vltro citroq; in ſcriptura de Dei iſtac munificentia legit̃, huc referendũ eſſe ſcias. In cõſideratione tantæ Dei largitatis, pſallendũ nobis cũ Dauide rege pſal. 117. Cõfitemini dño qm̃ bonus, qm̃ in ſeculũ miſericordia eius. Hũc verſiculũ libenter replicat pſalmographus, nullo alio noĩe, niſi quod Dei bonitatis dulcedinẽ guſtauit. Dicit ergo: Guſtate & videte qm̃ ſuauis eſt dñs. Et pſal. 118. Belle cantat Tob Atthа, hoc eſt, Bonus es dñe. Apud Euangeliſtas, Mat. 19. Lu. 18. dicit̃: Nemo eſt bonus, niſi ſolus Deus: hoc eſt, natura, & proprie Deus eſt bonus, boni fons, bonus ſupra oẽm noſtrũ captũ. Sic & ſpũs dñi bonus dicit̃ Pſal. 142. Luc. 11. Benignus dicit̃ Sap. 1. bonus & ſuauis, 12. Dulcis ſup mel, Eccĩ 24. Et verbũ dicitur bonum Mich. 2. Heb. 6. In pręſenti itẽ lectione dicit: Si oculus tuus nequã eſt, qa ego bonus ſum? hoc eſt, Ego niſi bonus eſſe nõ poſſum, vtut liuor id dolenter ferat. Rectis corde bonus ſum, qa hi ſentiũt de me in bonitate, ſperãdo in me atq; me quærendo bonũ, Thre. 3. Viderint maligni q de dñi bonitate male ſentiunt, diuitias bonitatis eius (Roma. 2.) & longanimitatis contẽnentes: hi ſiqdem theſaurizãt ſibi irã in diẽ iræ & reuelatiõis iuſti iudicij Dei. Bonitatem Dei recto corde credere, nõ eſt infimus ad ſalutẽ grad⁹. Sed quotuſqſq; eſt q hũc gradũ attingat? Qui Dei bonitatẽ verbis magnifice extollant, innumeri ſunt. Sed peccatori dicit Deus, Quare tu enarras bonitatẽ meã, & aſſumis teſtamentũ meũ p os tuũ? Nõ eſt ſpecioſa laus in ore peccatoris. Vt igit̃ ſemen bonũ p̃ſentis lectiõis, corde itidẽ bono recipiamus, noſtrã primo prauitatẽ agnoſcamus. Audiamus ſcripturã de Dei bonitate: Nolo mortem peccatoris, ſed magis vt conuertat̃ & viuat. Expectat nos Dei bonitas & longanimitas ad meliorẽ frugem, & ad pœnitentiæ dignos fructus. Qui furabatur, iam porro non furetur: magis autẽ labo-

boret, vt habeat de suo vnde alijs suppeditet. Discamus in bono malum vincere. Scitum est Germanicũ dictum, cõtra eos qui nos iniurijs afficiunt: **Er thu dir mirs lieber, dan das ichs ym thede.** Malo iniuriã ferre q̃ inferre. Quod si sic fuerimus affecti, vel saltem nostram amarulentiã & cordis prauitatem agnouerimus, euangelion bonum optimi patrisfamiliàs palato nostro sapere poterit. Nihil enim est ꝙ solam subinde fidem crepamus. Imitatores Christi nos vult habere Aplš Ephe.5. Et Christus ipse dicit: Discite à me, q̃a mitis sum & humilis corde. Atq; hæc hactenus.

Simile est regnum cœlorum homini patrifamiliàs, qui exijt primo mane conducere operarios in vineam suam. Conuẽtione autem facta cum operarijs in singulos dies denario, misit eos in vineã suam. Et egressus circa horam tertiam, vidit alios stantes in foro ociosos, & dixit illis: Ite & vos in vineã: & quodcũq; iustũ fuerit, dabo vobis. Illi autẽ abierunt. Iterum autẽ exijt circa sextam & nonam horã, & fecit similiter.

Præsentis lectionis particula hæc, vocationem domus Abrahæ proprie exprimit. Iudæi siqdem, priores omniũ populoꝝ, ad agnitionẽ Dei & religionẽ verã peruenerunt: quod biblia dilucide ostendunt. ¶Paterfamiliàs, est Antiquus dierũ, pr̃ noster cœlestis, cui nemo vnq̃ fuit à consilijs. οἰκοδεσπότης à sapiẽtia æterna rite vocat, q̃a sine omi creaturaꝝ consilio, suo solo nutu omia gubernat & continet. ¶Regnũ cœlorum, significat tẽpus noui instrumẽti, in quo virtute nominis vnigeniti Dei, verbi incarnati, regnũ diaboli subdeuastatur, cultus vero Dei passim in vniuersa terra propagatur. Regnũ hoc ante Christi natiuitatem qdem etiam fuit in hoc mundo: sed solum in Iudæoꝝ populo, idq; in vmbra & in ænigmatis. ¶Operarij sunt hoĩes, per Deũ ad Dei imaginem & similitudinẽ creati, ad faciendã voluntatẽ eius & iustificationem eius in omi tẽpore. Vnde etiã Rom.1. dicit gẽtium doctor, munus apostolicum in hoc esse datum, vt fidei obediatur inter omes gentes super noie Iesu. ¶Vinea est ecclesia catholica. Aiaduertimus diuinæ sapientiæ sic visum, vt singularis gratiæ certo mysterio ecclesiã suã vineæ frequenter in scriptura cõferat. Esa.5. Vocat domũ Israel vineã à se conditã, plantatã, putatam, pedatam, maceria item consepta: nec tamen vineã eam labori tanto respõdisse. Iterum aduersus vineã eam ꝓpaginis Israel, idem fere dicit Hiere.2. in hæc verba: Ego plantaui te vineã electã, omẽ semẽ verũ: quõ ergo conuersa es in prauũ vinea aliena? psal. 79. dicit se vineã eam de Aegypto transtulisse, gẽtes diripuisse, & plantasse eã. Vinea istæc quatenus degenerauit, dulcedinẽ oblita priorẽ, bestiaꝝ terræ deuastationi est derelicta. Elegit itaq; aliã ecclesiã catholicam, quã omigenis charismatibus fœcundauit, ne qua vnquã sterilescat siue degeneret. Quod dñs Marc.12. ita fatetur, dicens: Vineam plantauit homo, & circũfoderat sepẽ: foderat lacũ, ædificauerat turrim, & locauit eam agricolis. Vinetũ hoc siue nouelletũ, nunq̃ interibit, cũ noui, ac per hoc æterni, testamẽti opus existat. Verũ exoticis ampelis viticulisq; nõ est conferenda, nullũ peregrinũ seminariũ aliunde in hoc nouelletũ inferendũ. Nouit dñs vitem Sorech callicarpon, vberes, pulchros, dulces, atq; perpetuos fructus proferentẽ: hæc saltem traducẽda, nulla aliunde inferẽda. Sic & Moses noluit diuersa semina vnã seminari, Deu.22. Hinc arcẽdus est aper de sylua & singularis fera, psal. 79. Vulpeculæ hãc vineã perfodientes, insectãdæ & capiendæ vinitoribus. Bestiæ vineis pestilentes, hæreticos & schismaticos, hypocritas, pharisæos superstitione & simonia deprauatos, signant. Archiepiscopi & cæteri optimates, huic vineæ præfecti, qui bestias eas arcere, abigere & capere deberent, partim cum vulpeculis contra vineam hanc domini vulpinantur, dogmatistarum nouorum patroni, partim vineæ exterminationẽ dissimulant & mussant: oẽs muti canes, cũ bestijs illis simile iudiciũ subituri. ¶Oeconomus est Chr̃us, cui pater oĩa subiecit, quem & omniũ iudicẽ constituit, Acto.10. Quod secundũ humanitatẽ eius dictum accipe. Secundũ deitatẽ, consubstantialis Deo patri & spiritui sancto, suapte maiestate, potentia, patri & spiritui sancto cooperat omia. ¶Denarius significat mercedẽ vitæ æternæ, quam Christus veræ, hoc est, operosæ atq; viuentis fidei fidelibus ex æquo promisit omnibus. De præmio hoc vide Matt.5.10. Lu.6.2. Ioan.1. ¶Forũ significat mũdũ fastuosum, voluptuosum, rabulis plenũ, ocio & vanitatibus seruientẽ, desiderijs carnis & oculoꝝ obnoxiũ. Hinc oportet saluandos abstrahi, atq; in Dei vineã, hoc ẽ, in Dei verum cultum, induci. ¶Diluculũ, prima, tertia, sexta, nona, vsq; ad vndecimã horam, sunt omnes ætates & secula ante & post legem vsque ad incarnationem nostri soteris, quãdo nimirum plenitudo temporum & fi-

Ecclesiæ catholicæ typus est vinea.

Vinea ecclesia vites peregrinas respuit.

Bestiæ vineis nocẽtes, sunt hæretici.

& finis venit seculorum. Patrifamiliàs vineam eam maximæ curæ esse vides: statim siquidē tempore matutino siue primo diluculo, pro sua ea vinea vigilare eum vides, statim exire, & operarios conducere. Hoc est, statim à condito mundo, fidem & cultū suū mortales, hos prius, illos postea, pro suo beneplacito & nutu, docuit. Curam eam neq; iam posuit. Vsq; modo, dicit Christus, pater meus operatur, & ego operor. Trahit itaq;, immo etiā in vineam suā plerosq; cōpellit intrare, hūc iuuenē, illū senē, ad opus veræ pœnitētię ex hoc seculo malo. Cæterū aurora proprie significat tēpus veteris instrumēti, patriarcharū, regū & prophetarū, in summa sanctimonia & religiosa vita reuelationem domini nostri Iesu Christi expectantium, Galat. 3.

Circa vndecimā vero exijt, & inuenit alios stātes ociosos, & dicit illis: Quid hic statis totū diem ociosi? Dicunt ei: Quia nemo nos cōduxit. Dicit illis: Abite & vos in vineā, & quidquid iustū fuerit, accipietis.

Vocatio gentium. Hoc verbum de vocatione gentiū intelligendū: sero siquidē ethnici ad fidē & cultum veri Dei, e superstitionū variarū nugis peruenerunt. Religio vera longe antea fuit quidē in mundo, sed in Israelitica duntaxat gēte. Tandē & gentilitati panē, quem filij hæredes in mensa neglexerunt, colligere Dei gratia contigit, donū gratiæ Dei auditu fidei cognoscenti, & cū gaudio recipienti. Infelices ethnici, tametsi commeruerunt vt abijcerentur, tñ & nullo suo merito, immo contra suum meritū immensa Dei miseratione assumuntur. Moses sub typo Cananæorū, ostendit & Israel mera Dei gratia receptū, quanq̃ Cananæi sua culpa excinderentur. Atqui Israeli, verba Mosis non satis perpendenti, oculus nequā succreuit. Legis siqdē litera Iudęi sibi pplacentes, gratiā Dei minus q̃ pro re, ęstimare cœperunt, suis meritis plus nimio tribuentes: gētes, nisi & ad legis literā proselyti fierēt, oīno dānātes. Mare & aridā circūiuere, vt vnū efficerēt proselytū: nulla alia rōne, nisi vt in carne ethnicorū gloriarentur. Sed nemo voces eorū audiuit, qp non Dei consilio, sed suo hoīes vocarent. Maiores itaq; nostri tota die in foro steterūt ociosi, neq; ociosi solū, sed & curiosi, superstitiosi, & nugatores vanissimi. Tandē ergo in pulchra & beatissima vndecima hacce horula, & nostri Deus misertus est, & nos suarū manuum opus clementer agnoscens, in vineam eam suā inducendo. De serotina hac vocatione ait apud Ioan. 10. Adhuc alias

Gentes sero vocatæ.

oues habeo, quæ non sunt ex hoc ouili: & illas oportet me adducere, vt audiant vocem meā, fiatq; sub vno pastore vnū ouile. Neq; enī Iudæorū solū Deus est, sed & gentium, Roma. 3. Deus qui diues est in misericordia, propter multā charitatem suā qua dilexit nos, etiā cū essem⁹ mortui per delicta, cōuiuificauit nos vnà cū Chr̄o, Eph. 2. Nos q quondā in carne vocabamur præputiū ab ea, quæ vocat̄ circūcisio in carne, quę etiā circūcisio manibus fit, eramus sine Deo, spem nō habētes. Nūc aūt per Iesum Chr̄m, qui quondā eramus lōginqui, propinqui facti sumus per sanguinē: atq; adeo sic e foro ocij & nugarū, ad vineā Dei veri & sanū cultū sumus vocati, ad fructificādū gloriæ Dei. Vocati, inquā, sumus p verbū fidei & baptismū fieri filij Dei, ad om̄e op⁹ bonum accōmodi. Quod vero in vespera mūdi, in vineā eā sumus adducti, nulla nobis iniuria est facta, immo maxima sumus gratia affecti. Nā quo diutius p idololatrię superstitionē Deū ad irā prouocauimus, hoc minus ea gr̄a digni fueramus. Hac cōsideratiōe nunc ardētiores operi dn̄ico instare debemus, vt tardus velocē adsequat̄, tardam vocationē in sedulitatis inuitationē arripientes. O nos itaq; felices, qp vel tardi vocati sumus. O faustā horā, qua tanta nobis felicitas cōtigit. Te candido lapillo signantes, oībus retro seculis pferimus, teq; ppetuo beatā prædicamus. Benedictus q̊q; Deus, cuius gratia vocati sumus: neq; vocantis vocem, neq; cultum vineæ abhorremus, sed nostram salutē (vt cū Apostolo Philip. 2. loquar) operari gaudemus. Nūc tandem Dei gratia videmus, nihil tam alienum esse à salute, atq; forū est huius seculi. Quāta vero beatitudo & felicitas in vinea Dei laborātes maneat, in sequentibus clare nobis declaratur.

Cum sero autē factum esset, dicit dominus vineæ procuratori suo: Voca operarios, & redde illis mercedē, incipiēs à nouissimis vsq; ad primos. Cum aūt venissent qui circa vndecimam horam venerant, acceperunt singuli denarium.

Merces hic & tēpus mercedis, vnà describūtur: vt videas verū esse q̊d Apl'us dicit, fidelis Deus, q nō obliuiscit̄ opis nostri. Vespera adest, nihil mundi p̄ter figurā adhuc restat. Habemus mercedē pactā, supest vt & fortes præstemus operā, cantet & extremos effœtus vinitor antes. ¶ Denariū hic intellige, ipsam beatitudinē, seu vitam æternā. Nō est exigua promissio hęc: nulla hūana sapiētia, nullus labor, nulla cura eam

vnquā

vnquã potuit indagare. Vbi Plato? vbi Socrates? vbi Porphyrius? vbi Nêroth, Pharao, Nabuchodonosor, Alexander, Iulius, Augustus, & omnes ex ordine alij populi & tyrani? Habet eos domus exilis Plutonia, nec vltrà regna vini sortiunt talis. Ter maximũ itaq; præmiũ nobis est pmissum, cuius consideratio imminuit omnẽ molestiã laboris. Nihil hic nobis arrogamus, videntes verius esse donũ q̃ prẽmiũ siue mercedẽ. Merces vocatur ex patrisfamiliàs munificentia ineffabili, & non proprietate laboris. Stipendiũ proprie peccati, est mors & inferus: donũ Dei, vita æterna. Accedit huc, q̃ neq; nos sumus q laboramus, sed spiritus Dei, pcioso Chri sanguine nobis partus: vnde suũ opus dignũ habet paterfamiliàs, vt id in nobis coronet. Vespera finem mundi significat. Qui sunt Chri, in aduentu eius resurgẽt: deinde finis, 1. Cor. 15. Nos sumus in quos termini ẽtatum inciderunt, ibidẽ cap. 10. Rerũ oĩm finis imminet, 1. Petri 4. Messis præ foribus est, mors est in ianua, messores angeli falces exacuerũt, Apoca. 14. Iam iã quisq; scdm suã sementẽ, vel parce vel large metet, Ioan. 5. Matth. 25.

Merces donũ est Dei duplex.

¶Vocãtur operarij, non loquutuleij garruli, non desides & ociosi, nõ ostentatores iactabundi. Operarij inquã vocant ad prẽmiũ, non autẽ e foro, non e popinis, neq; e speluncis latronũ, sed e vinea dñi. Viderit qsq;, quicũ degat, videat qd negocij agat.

Operarios requirit vinea domini.

¶Redde, ait, denariũ: nẽpe promissum illũ, de q̃ Mar. 16. Qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit. Salus prẽmiũ est pmissum. Fidei per charitatẽ operanti, mortificationi huius seculi, cuius baptismus symbolon est, beatitudo istæc est promissa. Iustitia & sanctitas, Luc. 11. mores Chro digni, Mat. 5. 6. 7. Rom. 6. Gal. 5. labor sunt, huic merces tandẽ datur, vt pij tandẽ id q̃d crediderunt, videant: quod sperauerunt, accipiant: & eo quod supra oĩa amauerunt in terra, fruatur in cœlo. Vespera est requiei præuia, vt requiescant à laboribus suis, Apoca. 14. cœna magna, Luc. 14. Apocal. 19. cœnatio, Apocal. 3. Vetera transierunt, noua facta sunt omnia. Bonus vesper, serum beatũ, felix quies & grata refectio. Immo & felix labor, cui tãta pmissa est beatitudo, quã oculus nõ vidit, nec auris audiuit, nec in cor hoĩs adscendit. Annus pro die in pœna. Qui multum habuit in delicijs, plurimũ recipiet in tormentis. Idem & vsu venit in prẽmio iustitiæ. Bonã mensuram, confertam, superabundantem dabit nobis in sinum. Non sunt condignæ omnes nostræ quas patimur, afflictiones, ad gloriam istam. Faxit Deus vt hoc intelligamus. ¶Incipitur ab vltimis: Omnes siquidem patres, qui per fidem bonum testimonium promeruerunt, promissionem necdũ acceperunt: quia Deus melius quiddam de nobis prouidit, ne sine nobis consummarentur. Sunt & in promptu huius loci causæ: prima, quia placitum ita est patri cœlesti, gloriam filij sui, nuptias agni magnificare. Secunda, Sic duxit nobis bonitatis suæ diuitias commendare, ne quis post hæc glorietur nisi in domino. Tertia, vt hi qui ex circuncisione sunt, discant nequa se gentibus præferant: oculumq; nequam, quo Acto. 6. Græcos in ministerio quotidiano despexerunt, discerent eruere, & abs se proijcere: id quod Apostolus fere in oĩbus suis tractat epistolis. Seqtur:

Venientes autem & primi, arbitrati sunt q̃ plus essent accepturi. Acceperunt autem & ipsi singuli denarium. Et accipientes, murmurabãt aduersus patrẽfamiliàs, dicẽtes: Hi nouissimi vnam horam fuerunt in opere, & pares nobis illos fecisti, qui portauimus põdus diei & ẽstũ?

Hic pleriq; impingunt: neq; id mirum. Locus eñ intellectu est perquam difficilis, cuius genuinum sensum sine catholico doctore assequet nemo. Arbitrari hoc, & maius aliqd sibi præmij polliceri, hoc itẽ murmurare, nihil aliud sibi vult, nisi vt exprimat, Iudæos eos qui Chri fidẽ receperunt, ægre sibi persuadere, ethnicis, e phanis idoloꝝ tanq̃ canibus immundis venientibus, in tẽplo Dei par ius esse deferendũ: nec vllo modo recipiẽdos, nisi prius circũcidantur, & legis obseruatiõi sese obstringãt: atq; in eodẽ iugo, cui ipsi à teneris assueuerunt, vnà cũ ipsis sudent. Hanc parabolam clare vides Acto. 10. vbi fratres ex circũcisione murmurauerũt & expostulauerũt cũ Petro, q̃ ad incircũcisos regnũ cœloꝝ detulisset. Tandẽ vero simulac rei nouitatẽ audissent, recepta excusatiõe Petri, Deum de tam stupenda suẽ gratiæ gloria magnificauerunt. Sed ne hoc nimium de fratribus mireris circũcisis, vide & ipsum quoq; aplorum principẽ, etiã post visionẽ eã miraculosam, hac in re nonnihil adhuc cessitasse, Acto. 10. Gala. 2. Aestimet aliquis legis onus, perpendat item quanta maceria Moses ethnicos & Iudæos discreuerit: & nõ demirabit, eos qui ex circũcisione vocati sunt, hic pertinaces fuisse. Mustum vtribus antiquis non bene conuenit. A seruitute legis ad libertatem regni cœloꝝ peruenire, non est res parui momenti. Prouerbium est: Semel hera, nunquam domina.

Iudæi cõtẽpserunt p̃ se ethnicos.

In

Electis oĩa in bonum vertuntur.

In omnibus his attende Dei clementiã, electis omia in bonũ conuertentem. Per murmur hoc, ipsius bonitas cum primis inclarescit: atq; ad eam dispensationẽ Iudæis relictum fuit. Iudæi, siquidem supra hoc q profunditatẽ mysterioꝝ Dei hic addiscũt, & humiliandi se doctrinam accipiunt. Ethnici item cõtra omnem ἀναιδείαν, hoc est, pusillanimitatẽ, hic p̄sentaneũ munimẽ inueniũt. Nisi eñ strumã hãc Iudæoꝝ Deus apte dedolasset, nobisq; huiꝰ ipsum indicasset, poteramus suspicari, nos beatitudinis futuræ plenam fruitionẽ haudquaquam Iudæis similem accepturos. Suspicationem eam tædium laboris & bonoꝝ operum non sequi non potuisset: sancti martyres tanta alacritate suum sanguinẽ haudquaquam effudissent. Insuper & Iudæis & ethnicis, ad Christi gratiã vocatis electis, humanarũ virium gloriandi ansa penitus nunc est ablata. ¶ Dicuntur in ecclesia esse sanctuli, hypocritaꝝ nouoꝝ pessimum genus, qui contra damnationis metũ, aliis sua merita ausint cõmunicare: similes illi, q pellem vrsi, quem nondum cepit, cuidam coriario vẽdidit. Tantam insaniam præsens locus potentissime corrigit. Nam si filioꝝ patriarchaꝝ, Abrahæ, Isaac & Iacob, nihil gloriæ reliqui est in regno Christi, qs barbarus hic glorietur? Declarat hic locus, De Adami iuxtà esse atq; Abrahami, hoc est, Deum esse vniuersæ carnis: carnem vniuersam, miseram & miserabilem esse massam, indigam Dei gratiæ. Attẽde hoc murmur Israelitarũ fratrum (quod & nobis & illis tanto bono est) non esse simile oblocutioni illi Israelitaꝝ veterum, eoꝝ de quibus legitur Exod. 15. 16. 17. Nume. 11. 14. 17. Deutero. 1. 1. Corint. 10. Magno malo hæc ipsa murmuratio Israeli fuit in deserto. Hoc vero q̃d inter fratres noui testamẽti exortum est Act. 11. neq; ethnicis, neq; Iudæis fraudi fuit. Neq; itẽ in oblocutiõis liuore perstãt, sed patrisfamiliàs sẽtẽtia audita, silẽt. Deniq; nec electis Iudæis dedecori est, q pleriq; eorum & tanta inuidentia & murmure obdurati permanserunt. Permãsisse autẽ plerosq; obduratos, ex Pauli epistolis liquido videmus. Sunt etiamnum pleriq; de ecclesia, q huiusmodi murmur sopitũ excitare audent. sunt autem partim qui in suis ipsorũ meritis nõ solum fidunt ipsi, sed & alios quoq; in eo fidere volũt: partim, qui bonis operibus meritum omne penitus negant. Sed hæc hæreticoꝝ insania, vt piis catholicis nullam infamiæ notam inurit, sic & fidelium eorum, qui ex circũcisione sunt, gloriam non denigrat, si quidam ex illis pertinaces, Deo obloqui pergunt. Ex illorum albo erant pertinaces, sed cũ illis non permanserunt. Sic & ex nobis fuerũt hæretici & schismatici: sed superbiæ spiritu tumidi, nobiscum permanere noluerũt. Vtrunq; ex scriptura canonica sine negocio euincere possumꝰ. sed nõ video, quare in re omibus notissima, tẽpus perdamus. S. Hieronymus ad Damasum Papã multum sudauit, vt ostenderet etiam affectum & vetustatẽ eam querulandi, in sanctis viatoribus permanere, maxime cum hunc in locũ incidisset, nos cum simplicibus agentes, hac nostra simplicitate satis sumus contenti. Sequitur:

Hypocritarũ pessimum genus hominum.

At ille respondens vni eorum, dixit: Amice, non facio tibi iniuriam. Nonne ex denario conuenisti mecum? Tolle quod tuum est, & vade. Volo autem huic nouissimo dare sicut & tibi. An nõ licet mihi quod volo facere in rebꝰ meis? An oculus tuus nequã est, qa ego bonus sum?

Hypocrisis Christo odiosa.

Acris hæc obiurgatio, argumento esse potest, q paterfamiliàs pharisaismũ & hypocrisin, omnium maloꝝ caput, oderit. Hæc Petro succensuere, Paulo multa negocia facessere. Vere nequissimus oculus, sibi, quod Dei est, adscribens. Nonne impense malus censendus ægrotus, sibi soli medici operam, multis ægrotorum millibus præreptã, vindicans? Deus optimus max. Cananæos sua ipsorum culpa exterminauit, Israeli terram eoꝝ præ cæteris fœcundam donauit, æternã quoq; beatitudinem illis per Christum pollicebatur: interim legem dedit, qua eos in suo cultu detineret. Eam qui custodiuit, vixit per eã: & in præmium eius curæ, bonis terræ fruebatur. Ad hoc etiam præmium faciunt innumera beneficia, quibus Deus gentẽ eam affecit, quæ longum esset hic enumerare. Insuper item in nouo testamẽto p̄rogatiua certa (quod Roma. 3. videre est) eos cohonestauit: & ne sic quidem satisfecit nequissimo oculo illorum. Sed per Deum oro, edant quid tanto rum beneficiorum habent, quod non Dei largissima gratia profluxerit? Quid ergo contra Deũ tuum opt. max. superbis puluis & vmbra? Quod si meritum tibi daretur tuæ iustitiæ, eius puta, quam ante Christi aduentum, & sine Christo habuisti, male tecum ageretur, Iosue vlt. Phil. 3. Tit. 3. Sed age, nunquid circũcisus, abiecta carnis particula, etiam ipsis angelis es purior? Si non, quare ergo p̄putiũ, id est, gentes beatitudinis cõsortes habere dedignaris, quas angeli gaudent habere conciues? Solem prohibe, ne radios suos in exteras nationes

emit

emittat:quod si nequis,neq; iustitiæ solem remoraberis,quo minus radios suæ gratiæ in vniuersum orbem diffundat. Verum ab Israeliticis pharisæis,rursus ad eos qui fuerunt nobiscũ, veniamus. S. Ambrosius de vocatione gentiũ lib.1.cap.5.hunc locum cõtra patronos voluntatis(sic eñ Pelagianos appellat)citans, & grauiter & pie tractat. Ibidẽ etiã denariũ accipit pro æqualitate beatitudinis,dicens: Sub pactione, vitæ æternæ æqualitas significatur. Hic locus etiam damnat Pelagianos nouos,anabaptistas nostrates,Nouati & Luciferi euãgelion e Cimmerijs tenebris & e Stygia palude reuocantes. Lapsis veniã negant gratiæ hostes,sanctimoniæ suæ plurimum tribuẽtes. Sed nouerint peccatũ esse,quidq̃d extra fidẽ fit:sciant nullũ opus,quantumuis bonũ,etiam martyriũ, extra charitatẽ & extra catholicæ ecclesiæ pacem factũ,si non oberit,nihil prodesse. Viderint & sanctuli, qui in manifestã hæresin eam pedibus non concesserunt, plus æquo tamen suis fidẽtes operibus,ne gratiæ Christi exciderint. Audiant quid veritas dicat Mat. 21. Publicani & peccatores præcedunt vos in regnũ cœlorũ. Audiant ibidem cap.23. pharisaici fermenti assertores,idola & pastores,viuorũ & mortuorũ iudicẽ dicentẽ: Væ vobis scribæ,pharisæi & hypocritæ,q̃ clauditis regnũ cœlorũ ante homines. vos enim non intratis,nec alios sinitis intrare. Hic qui sese tangi sentit,resipiscat: q̃ eius mali vacuus est,hunc locum vice antidoti contra malũ hypocriseos virus semper secũ circunferat. ¶Sacerdos imperitus hic obseruet,oculũ nequã,secũdũ Hebraismũ, inuidiæ habere significationẽ. Prouer.23. Ne comedas cũ homine inuido,& ne desideres cibos eius. Hebræi legũt Ra am,hoc est,cũ peruersi oculi homine inuido. Græci eum βάσκανον vocãt. Rursus ibidẽ cap. 22. dicitur:Qui pronus est ad misericordiam,benedicetur. Hebræi legũt Tob ajin, id est,bonũ oculũ habens. Christus quoq; ipse de hoc oculo nequã siue peruerso,sæpe agit Mat.18. Mar.9. Si oculus tuus scandalizat te,erue eũ,&c. Matth.6. Si oculus tuus fuerit simplex,&c. Luc.6. Hypocrita, trabem de oculo tuo eijce. Lu.11. Lucerna corporis tui,oculus tuus. Qui legit,intelligat. Si cui mirũ videbitur,q̃ tam pius paterfamiliãs Israeli duriter responderit,audiat & eundẽ non minus aspere affatũ amicos suos Mosen & Iob. Et Christus agnus omniũ mitissimus,Petrũ obiurgans,ait:Sequere me satana,Matth.16. Si contristatur quis electorum,bono hoc illius fit:cauet eñ inde iracundã vocẽ:Ite vos maledicti &c. Sic & Apostolus contristauit ecclesiã

Oculus nequã significat inuidẽtiã

Corinthiorũ,sed ad pœnitentiã & satisfactionẽ. Si impij contristantur,consolationi ipsi aures suas claudunt.

Sic erunt nouissimi,primi:& primi,nouissimi. Multi enim sunt vocati,pauci vero electi.

Primos factos nouissimos, & nouissimos primos, nemo non videt. Gens quæ non fuit Dei populus,Dei filij sunt:& qui filij Dei erant,iã non populus. De reprobis hoc dico,qui neq; primi sunt,neq; nouissimi. Nã qui sua sorte contenti,in fide Christi permanent,qui ex carnis & legis Mosaicæ prærogatiua sibi nihil pollicent, qui nihil quod glorientur proferunt,cum primi tũ nouissimi sunt. Hi cum Zacharia Deo super ineffabili gratia ea gentibus exhibita,gratias agunt,dicẽtes: Visitauit nos oriens ex alto,Vt illucesceret ijs qui in tenebris sunt, & in vmbra mortis sedebant. Benedicũt item Deo cũ Simeone de lumine,quod in illuminationẽ gentiũ & in gloriam plebis Israel emicuit. Hi inquã,simili nobiscũ sorte vnum corpus Iesu Christi regis gloriæ intercedũt. Porro q̃d dicit, multos vocatos,paucos vero electos,horribile est. Sic & alibi dicit,Latũ iter ad perditionẽ,multos tendere: angustũ ad vitã, per q̃paucissimos. Hæc non de circuncisis tantũ fratribus,sed & de ijs qui ex ethnicis sunt Christi, intelligenda esse dubitat nemo. Vides aliud esse,vocari:& aliud,eligi. Hic ne ore nostro delinquamus,abstrusa Dei mysteria missum facientes,de ijs saltem,de quibus nobis disserere licet,dicemus:nempe hoc:Vnusquisq; in ea vocatione,qua vocatus est,maneat,1.Cor.7. Ambulet tamen digne Deo,qui se ad eã gratiam vocauit,1.Thess.2. Hic audis vocationem,audis & dignitatis vocatorũ mentionem. Dignitas hæc,electio est,de qua dicitur etiã Ioan.15. Elegi vos,vt eatis & fructũ afferatis. Ibidẽ:Ego elegi vos e mundo. Ecce tibi simplici & certo disserendi vtimur genere:nihil hic sophismatis,nuda hic scriptura. Argentea euangelij buccina,simplici sono nos de somno mortis excitauit omnes,vt in die honeste ambulemus. Honestas ea,est electio ipsa. Nostra nõ est,sed Dei. Apparuit,ait Apostolus,benignitas & gratia saluatoris nostri erga nos. Si gratia, nõ iam ex operibus:alioqui gratia nõ erit gratia. Vocati multi,immo vocati omẽs. Qui aũt electi? Nunquid qui catechizant, omnes? Nunquid qui baptizantur,omẽs? Veritatem audi:Non vos me elegistis,sed ego elegi vos,vt eatis & fructum afferatis. Ecce tibi fructũ afferre,electionis esse argumentũ.

Vocari aliud,& aliud eligi.

Electorũ argumentum.

mentũ. Sic & Apostolus ait: Apparuit gratia & benignitas seruatoris nostri, erudiẽs nos, vt abnegata impietate & mũdanis desiderijs, sobrie & iuste & pie viuam⁹ in hoc seculo. Audi & Petrũ 2. ca. 1. Satagite vt per bona opa vocationẽ vestrã certã faciatis. Quid nunc porro desideras? Grã elegit te, eadẽ & bona opera tibi in symbolon dat electionis. Charitas est, qua electi à reprobis discernuntur, Ioan. 15. Qui in charitate manet, in Deo manet, & Deus in eo, 1. Ioã. 4. Et hæc est charitas, vt mandata eius custodiamus, Ibidẽ cap. 5. Et qui seruat verbũ eius vere, in hoc est charitas, Ibidẽ. Iam luce clarius, quæ electio sit, quæq; vocatio, audistis. Solidũ hoc fundamentũ stat, habens signaculum hoc: Nouit Deus qui sint sui, & discedat ab iniquitate oĩs qui nominat nomen Christi. Dicis: Chrs duodecim elegit, & vnus ex illis fuit diabolus: ergo & electio Dei certa nõ est? Minime. Diabolus est Pelagius, Aetianus, Iouinianus, oculo nequã humilitatẽ columbinã matris ecclesiæ deridentes. Diabolus est Iudas & Simon magus, gratiæ Dei venditores & emptores. Stat solidũ adhuc fundamentũ, Deum nosse suos, oẽs qui discedãt ab iniquitate. Augustus perpetuo & integer est numerus electorũ. Non video, qui doctrina electionis simplicius tradi possit. Hanc nõ potui non hoc loco depromere. Nã qui multis ad religionẽ adhortantur, & nõ tradũt eam: similes sunt ijs, qui lucernã præmungunt, nec infundunt oleũ. Nunc itaq; post doctrinã electionis & vocationis, parænesios locũ esse puto. Sed quia longus fui in doctrina, breuior ero in parænesi. Audistis electionis argumentũ & periculũ esse, manere in charitate. Agite igitur, considerate tẽpus breue esse, finẽ seculorũ instare: iã tempus esse acceptabile, iam propiorẽ nobis nostrã esse salutẽ q̃ credimus. Dies horas habet duodecim. vndecima (q̃ à Christi natiuitate proprie incepit, p̃terijt: duodecima instat: vespera, in qua dñs sicut fur, veniet, imminet. Sim⁹ ergo misericordes vt misericordiam consequamur. Pietas ad omnia vtilis est. Nẽ errãt sacrificuli nostrates, huius laudis sacrificij obliti, hecatomben Missarũ priuatarũ constituentes. Misericordiã vult Deus, non sacrificiũ, Matt. 9. Oseę 6. Vide igitur cæce nobilista, cæce domicelle, vt barbaros barbaro, atq; adeo illos digno, nomine vocẽ: vide, inquã, cæce publicane & mercator diues, vide cui duci fidas. Quotidie domi tuæ priuatum tibi sacrum & sacrificũ virũ conducis. Vide, iterum dico, quo autore id facias. Et quare te ecclesiæ, instar leprosi hæretici, subducis? Quid catholico homini cũ larario? Cæterũ etiam nequidquam cũ ecclesia, sine misericordia, cõmunicas. Qui manet in me, ait Christus, ille manducat me. Hæc de catholicis. Hæreticos, qui seipsos excommunicant, & exemplo Iudæ Scariothis, sibi ipsis manus inferunt, anathema esse Deo, quantũ debemus, dolemus. Faxit Deus, conuertantur & resipiscãt. De horis diei duodecim, nunc quoq; rudes admonitos volumus, in Syria diẽ quemcunq;, cũ æstatis tũ hyemis, in duodecim similes horas olim fuisse diuisum: primã, auroræ: duodecimã, vesperæ fuisse deputatã: reliquas, à prima vsq; ad duodecimã, pro diei longitudine siue breuitate, longas breuesve extitisse: longiores æstate, breuiores hyeme. Pari ratione & noctẽ brumali tẽpore in duodecim longas horas fuisse dissectã, æstiuo in breuiores. Huiusmodi sectionẽ Plinius iunior in Italia quoq; fuisse cõmemorat lib. epistolarũ 9. Ventribus nostratibus Deus & homines tẽpora nequidquã distinxerunt. Diem eñ sibi vertunt in noctẽ. Mane surgunt ad congerendas carnes, & ad sectandam crapulã, bonarũ horarũ pessimã iacturam facientes. Quadrat in eos hoc Martialis in Acerram:

Hesterno fœtere mero qui credit Acerrã,
Fallitur: in lucẽ semper Acerra bibit.

Verũ vt cũ electione hãc orationẽ claudamus, p̃missa in epilogũ paruulũ complexa, cuiq; pio cõmẽdata volo. Primũ cuiq; videndũ dico, vt in vinea, hoc est, in ecclesia catholica, se cõtineat. Secũdo, vt in ea ipsa tot egregia exempla omnium disciplinarũ diligenter attendat, & sequatur ardenter. In gloriam Dei omnipotentis, Amen.

Misericordia nobis p̃cipue cõmendata est.

Horarum diei ratio

DOMINICA IN SEXAGESIMA,

Euangelium Luc. VIII.



Exijt qui seminat, seminare semen suũ. Et dũ seminat, aliud cecidit iuxta viam: & conculcatũ est, & volucres cœli comederunt illud. Et aliud cecidit supra petrã: & natũ, aruit, quia nõ habebat humorẽ. Et aliud cecidit inter spinas: & simul exortę spinæ, suffocauerunt illud. Et aliud cecidit in terrã bonã: & ortũ, fecit fructum

ctũ centuplũ. Hæc dicẽs, clamabat: Qui habet aures audiendi, audiat. Interrogabant aũt eũ discipuli eius, quæ esset hæc parabola. Quibus ipse dixit: Vobis datũ est nosse mysteriũ regni Dei: cæteris aũt in parabolis, vt videntes, nõ videãt: & audiẽtes, nõ intelligãt. Est aũt hæc parabola: Semẽ, est verbũ Dei. Qui aũt secus viã, hi sunt qui audiũt: deinde venit diabolus, & tollit verbũ de corde eorũ, ne credẽtes salui fiãt. Nã qui supra petrã, hi sunt, qui cũ audierint, cũ gaudio suscipiunt verbũ: & hi radices nõ habẽt, qa ad tẽpus credunt, & in tẽpore tentationis recedunt. Quod autẽ in spinas cecidit, hi sunt, qui audierunt, & à solicitudinibus & diuitijs & voluptatibus vitæ euntes suffocantur, & nõ referunt fructum. Quod autẽ in bonã terrã, hi sunt, qui in corde honesto & bono audientes verbum retinent, & fructum afferunt in patientia.

INDVCTIO.

Verbum dei nõ auditorem, sed factorem petit



Vmma huius parabolæ est, nõ satis esse, verbũ Dei audire, & fide charitatis fructuũ vacua religionẽ simulari, sed & auditui fidei bona opa addi oportere. Scriptura hoc ipm nusq̃ nõ indicat, ex infinitis hæc loca pcipue in psentiarũ adducenda puto. Mat. 7. Non oĩs qui dicit mihi, dñe dñe, intrabit in regnũ cœlorũ, sed q fecerit voluntatẽ patris mei q est in cœlis. Luc. 6. Quid dicitis mihi, dñe dñe, & non facitis ea q̃ vobis pcipio? 8. Mater mea & fratres mei sunt, q verbũ Dei audiũt, & faciũt illud. Ioan. 13. Beati estis, si feceritis hæc. Rom. 2. Nõ auditores legis, sed factores, iusti habebunt apud Deum. Iaco. 1. Estote effectores verbi, & nõ auditores tantũ, fallentes vosmetipsos: qm̃ si quis audit verbũ, & factis nõ exprimit, hic similis est viro cõsiderãti effigiẽ suã in speculo. Cõsiderauit seipsum, & abijt: & cõtinuo oblitus est, qualẽ faciẽ habeat. 1. Ioã. 1. Si dixerimus q societatẽ cũ eo habemus, & in tenebris ambulamus: mentimur, & veritatẽ nõ facimus. Quod si in luce ambulamus, sicut & ipse in luce est: societatẽ habemus inter nos mutuã, & sanguis dñi nostri Iesu Christi emundat nos ab omni peccato. Sic & catholici docẽt. S. Ambrosius de vocatiõe gentiũ lib. 2. cap. 2. dicit: Non dãnati de munere nõ seruato, sed de nõ aucto. Chrysostomus in Matth. cap. 25. homil. 79. de eo qui minã suã abscondit, ait: Nõ solũ rapaces, & qui aliena inuadũt, nec soli malefactores: verũ etiã q bona facere negligit, æterno cruciabit supplicio. Nõ me latet, charissimi, hæc q̃ iã dico, pluribꝰ deprauatę mẽtis hoĩbus fore ingrata: Iouinianistas puto: q, qm̃ hoĩs euãgelion euangelio Dei pferũt, hominẽ eñ quẽ Deũ faciunt, adorari volunt. In Dei sui verba semel iurarũt: Deo itaq; nro & eius ecclesiæ peierare nõ formidãt. Deũ suũ flagellari cõque-

Euãgelici noui insolentes.

runtur, si quis etiã verbulo ab illius opinionibus cenodoxis dissentiat, iustificãtes interim, q ille vniuersæ ecclesiæ orthodoxę patres flagellet. Heu, q̃s turbas in Germania excitauerũt: heu, quantũ sanguinis carnia illa noui euãgelij, nouiq; Dei, secũ aduehit. Ille princeps, inquiunt, & illa ciuitas, illud municipiũ, euãgelion recepit. At q̃d est illud euãgelion? Sua oĩa vẽdere, & dare pauperibus? Nõ: sed q̃ iure, quaq; iniuria aliena inuadere, nec aris nec tẽplis parcere. Iterũ: Euangelion ne est, vxore sua relicta, secubare, seq; propter regnũ cœlorũ castrare? Minime: sed etiã post selectũ monastices votum, nupturire & ducturire, immo etiã vxorẽ aliã atq; aliã subducere, traducereq;. Si expleta est mensura malitiæ eorũ, exorare sancte pater: age illumina mentes illorũ, vt verbũ tuum, q̃d in manicis, in gladijs, in ballistis & bombardis põpose ostẽtant, catholice intelligãt, & orthodoxe exprimant. Sed his præfatis, nunc & euangelion audiamus.

Exijt qui seminat, seminare semẽ suũ. Et dum seminat, aliud cecidit iuxta viã: & cõculcatũ est, & volucres cœli comederunt illud. Et aliud cecidit supra petrã: & natũ, aruit, qa non habebat humorẽ. Et aliud cecidit inter spinas: & simul exortæ spinæ, suffocauerunt illud. Et aliud cecidit in terrã bonã: & ortum, fecit fructum centuplum.

Cõmunissimæ adeo rei gnome nõ obscura. Nullus ciuis, nullus miles, atq; adeo nemo est q nesciat, qd serere sit, quidq; metere. Trames itẽ, lapis, sentes, ager, semen, notissima & tritissima sunt vocabula. Vtitur Chrs huiusmodi parabolis, cũ iucundis tũ simplicibꝰ, libẽter, ne quis dicere possit,

Parabolis simplicibus & oĩbus notis Christus vtitur.

per apocryphas parabolas rerũ cœlestiũ, quales sunt, motus, gradus, statiões, dom⁹, qualitates, adspectus, oppositiões planetarũ & astrorũ, solis cognita mathematicis, Christũ rem fidei obscurasse. Habes itaq; hic terrestris atq; eius tritissimæ rei parabolã: & tute vides rẽ parabolę se ita habere. nẽpe sic: Colonus semẽ cõmittit terræ abunde plenaq; manu, sed non thylace: hoc est, nõ est prodigus seminis, hoc vnà effundens, sed arte & industria rẽ longe gratissimã sibi seminãdo terræ credit, fœnus inde sperans se recepturũ. vnde & pulchro epitheto auarus dicit. Seminat itaq; cũ gnauiter tũ liberè: sed neq; sic agricolæ votis seminatio rñdet. Qui aũt hoc? Culpa & voluntate agricolæ? Nõ, sed vitio soli. Hic siquidẽ callis atq; regia via est, vbi semẽ non deoccat: sed semen ibi auibus cœli deuorãdũ, & viatoribus cõculcandũ relinquit. Illic solũ scrupeũ est, q̃ coniectũ semẽ tantisper, donec in terra radices agere potest, lætũ surgit: atqui ad rupes vbi peruentũ fuerit, porro radicare nõ potest, atq; ita emoritur. Istic in senticosam terrã semẽ cadẽs, à vepribus vnà succrescentibus suffocatur. Veruntamẽ qm̃ ager latus est, nõ totus ꝑpetuus est callis, nec itẽ vndiq; dumosus & lapidosus, sed superest alicubi humus commoda sationi siue semẽti. Via, rupes, & dumi fallũt, speq; sua frustrãt agricolam: cui metuẽda foret inedia, nisi spem promitteret bona terra. Atq; hæc est trita & iucunda parabola ad literã. ei⁹ sensum ipse Christus statim infrà profert.

Hæc dicẽs, clamabat: Qui habet aures audiendi, audiat.

Sinosin attende. Adeo serio & ex animo Christus sua munia omnia, quæ nos tanq̃ ludum accipimus, peregit. Vide tenorem dicendi valido clamore extendit, ꝙ & nos quoq; attentos velit. Clamitat autem: Qui habet aures audiendi, audiat. Q. d. O homo, auribus percipe quæ dico. tua res agitur, tua causa ipse ego ferueo. caue tu tepeas tibi. Parabole est humilis, at sensus est ter maximus. Age igitur, autorem audi, gnomen suam ipsum interpretantem. Causam tibi adumbrat, quare multi sint vocati, & pauci electi, hoc est, quare multi damnentur, & pauci seruentur, idq; in vno agro. Hic sermo, audiendi aures requirit. Aures & auriculas carnis omnes habetis: at animi attenti aures dominus à vobis exigit. De auribus patulis & arrectis, habes 1. Regum 10. Marc. 7. De circuncisis auribus, quæ & ipsæ audiendi aures sunt, habes Hierem. 6. Cui loquar, & quem contestabor, vt audiant? Ecce incircuncisæ aures eorum, & audire non possunt. Ioannes q̃q; in Apocalypsi audiendi aures postulat. Faxit Deus, eas illi accõmodare possimus.

electi pauci q̃re?

Interrogabant autem eum discipuli eius, quæ esset hæc parabola. Quibus ipse dixit: Vobis datum est nosse mysterium regni Dei, cæteris autem in parabolis: vt videntes, nõ videant: & audientes, nõ intelligãt.

Discipuli dominum interrogant priuatim, arbitris omnibus remotis, hoc est, ab sente populo, Marc. 4. Hic laici acciperẽt exemplum interrogandi, idq; suo tempore & loco. Sic & Apostolus monet mulieres, vt domi suos viros interrogent, ꝙ indecorum sit, mulierem in cœtu loqui. Sed quæ, malum, humana peruersitas? laici partim suggesti ius sibi arrogant, non solum viri, sed & mulieres nouæ apostolæ: partim laici adeo sunt ignaui, vt videantur nihil scire velle. Sunt ex nostratibus filicernia, qui octoginta & pluribus annis sacras conciones audierunt, nec puerorum quidem catechismum didicerũt: risus & scandalum hæreticorum & Iudæorum pueris. Pueros suos hæretici statim à cunabulis instituunt, quibus scripturæ locis catholicis illudant. Pueri Iudæorum itidem cũ pappa propemodũ legis præcepta addiscunt. Grandæui laici nostratium sunt, in quos recte dicitur: Senes bis pueri, quippe qui etiam de primis elementis nostræ fidei, plane nihil sciunt. Debet quisq; paterfamiliàs domi suæ episcopon agere, liberos suos & familiam diuinum cultum docendo, & religiose regendo. Sed proh Deum atq; hominum fidem, capulares senes nostri, bonorum morum insignes sunt corruptores. In nequitia, malitia & fraude, vetuli nostrates sunt exercitatissimi: his rebus occalluerunt, adeo vt dicatur:

Laici hæretici præsumptuosi, catholici ignaui.

Si non vis calui, caueas cõsortia calui.

In prudẽtia vero Dei, in religionis sciẽtia, inq; fidei intelligentia, bruta dixeris animãtia, & ab asinis delapsos. De fide simplicium, ecclesiam pie sentire non diffiteor. Quid de fide simplicium Iudæorum, eorũ quos synagoga olim habuit, ecclesia sentiat, non ignoro: quid deniq; de fide implicita & explicata disputent scholastici, nõ me præterit. Verum & noui quid de ignorantia crassa negligentiũ discere, inter oẽs conueniat. Stat sentẽtia: ignorãs ignorabitur. Et si ignorãtia excusabilis oĩs, quare vrget Apostolus tantopere episcopos, vt subinde ꝓdicent verbũ, tempestiue, intempestiue?

Ignorãtia nõ oĩs excusabilis.

ue? Quid Moses & prophetæ ĩ vniuersum aliter agunt? Salomon, Philo, Iesus Sirac, nonne identidẽ ad sacrã philosophiã exhortantur? Ita sane, sed surdo fabulam canunt. Vnde & ethnici posthac erunt nostri iudices. Moralis poetæ hoc ꝑceptũ, nostratiũ damnabit socordiam:

Non pudeat, quę nescieras, te velle doceri:
Scire aliquid, laus est: pudor est, nil discere velle.

DiscipuliChrĩ, viri desiderioꝝ, homines & sancti philosophi, sermonẽ Christi auditũ, quantũ ad literã, non obscurũ: sed quantũ ad mysteriũ, sacramẽta salutis in medulla habentẽ abdita: ruminantes, dominum de eo, quatenus nõ intelligebant, rogitabant. Nihil futile ex ore sacratissimo prodijt, nullum iota, nullus apiculus est Christi sermonũ, quin vere sit salutaris, modo intelligat. Vnde & dominus nõ tulit moleste, ꝙ de parabola sua rogaretur. Tantumq; abest, vt discipulis suis sensum parabolæ inuiderit, vt etiã id, quod illi nõ rogauerũt, vltro addiderit. Sensum gnomes discipuli petierunt: Chrs vero vnà cũ sensus ei⁹ declaratione, etiã rationẽ, quare sua mysteria nolit cuiuis manifestare, & quare libenter in parabolis loquatur, addidit. Significantius hoc vides apud Matthæum cap. 13. vbi ait: Ideo in parabolis loquor eis, quia vidẽtes nõ vident, & audientes nõ audiunt neq; intelligunt: & adimpletur in eis prophetia Esaiæ, dicentis: Auditu audietis, & non intelligetis: & vidẽtes videbitis, & non videbitis. Incrassatũ est em̃ cor populi huius, & auribus grauiter audierunt, & oculos suos clauserunt, ne quando videant oculis, & auribus audiãt, & corde intelligãt, & cõuertantur, & sanem eos. Vestri aũt beati oculi, quia vident: & aures vestræ, quia audiunt. Apud Marcũ idem legis cap. 4. Vobis datum est, nosse mysteriũ regni Dei: illis autẽ qui foris sunt, in parabolis omnia fiunt, vt videntes non videant, & audientes nõ audiant, & non intelligant, ne quando conuertantur, & dimittantur illis peccata. Et dicit eis: Nescitis parabolã hanc? & quomodo om̃es parabolas cognoscetis? Hæc ibi. Sensus est: Messiam in parabolis loqui oportet, iuxta psal. 77. Nam & id peculiare fuit omnibus prophetis. Ezechiel præcipue grandia & profundissima regni cœlorũ mysteria, vtut aperto pectore ageret, tectis verbis prosequit. Causa est: Nõ sus amaracinũ curat, nec vina Melampus. Margaritæ itaq; (q̃d & Chrũs dicit) ante porcos nõ sunt spargẽdæ, nec sanctũ canibus dandũ. Tã preciosam rẽ, nudis verbis noluit in vulgus promiscuũ spargere, sed parabolarũ inuolucro tegere, vt auditoꝝ bonorũ mentes excitaret, & faceret attẽtos. Cõsiliũ Dei suũ effectũ sortiebat in discipulis, qui ἀμελῆ γωνία, id est, neglectus angulus, id est, oscitabundi & bonaꝝ reꝝ fastidiosi nõ fuerũt. Dicit ergo illis: Vobis datũ est nosse mysteria regni. Quare aũt illis datũ? Certe q̃a rem sacrosanctã & saluificã crediderunt verbũ, cuius sensum scire desiderabãt. Sic semen bonũ in spicis & folliculis obtexit, vt triturãdo & ventilãdo disquireretur diuina sapiẽtia. Quis nesciat semẽ in semita iacens, volucribus esse obnoxiũ? Et quis dubitet, semen inter lapides & sentes perire? Sed sub cortice parabolæ latet succus & medulla salutaris intelligẽtiæ. Iudæi qui nihil ꝑter literã legis operũ requirebãt, necdum tantoꝝ mysterioꝝ capaces erãt. Vinũ in vtres antiquos fusum, & pannus nouus putidæ vesti consutus, gratiã amittũt. Adde ꝙ & in synagoga via perditiõis erat lata, & pauci virtutis & religionis amãtes, angustã salutis viam tendebãt. Parũ ergo affecit eos gnome: & sic in illis adimplebatur cõminatio Esaiæ iam audita. Vide Ioan. 12. Act. 28. Atqui vehementer timeo, ne & nostratiũ pleriq; hoc Esaiæ tangantur oraculo. Tangi vero iã paulo ante de culpabili ignorãtia senũ ostẽdimus. Villam & nostrates emẽre: iuga boum exercẽt: vxores ducũt: & quia de panibus auctis comederunt, quasi aliquid noui audituri, in ecclesiam confluũt, nõ propter Christon, sed vt videant Lazarũ rediuiuũ. De hæreticis dubiũ non est, quin cũ Iudęis eodẽ vecte & iugo cęcitatis detineant, grata illis cõpede. Sed audiamus nunc parabolæ dissertionẽ.

Christus plus largitur q̃ rogatur.

Parabolicę locutionis ratio.

Est autẽ hæc parabola: Semẽ est verbũ Dei. Qui autẽ iuxta viam, hi sunt, qui audiunt, deinde venit diabolus, & tollit verbũ de corde eorum, ne credẽtes salui fiant.

Sensus est: Vt singula (discipuli charissimi) intelligatis, pensiculatius singula expediã. Seminãs semen suũ agricola, Dei patris (q & ipse agricola est) filius existit, q de corde paterno, & de regalib⁹ sedib⁹ cœlestis gloriæ exijt, p̃q; incarnationẽ in hũc mũdũ venit, nõ rapere, sed dare. Dare aũt semẽ vitæ, q̃d nõ mõ nullus regũ mũdi, sed & q̃d ne angeli q̃dẽ cœli ꝑstare possunt. Libere itaq; sementẽ facit, potissimũ hic in Galilæa, inq; tota Iudæa: sed seges adhuc non apparet læta, sed perq̃ rara. Seminis quippe aliqua pars in semitas cadẽs, perit. Auditoꝝ quidã callẽ siue tramitẽ plane referunt: doctrinã euangelicã auribus audiẽtes, etiã cordi immittẽtes, veritatẽ manifestã approbãdo: sed q̃a male facere assueuerunt,

Verbũ auditũ & bonis operibus non sarculatũ, perit

rũt, verbũ auditũ nõ ſtudẽt factis exprimere, nec vt ſũmo theſauro eo afficiunt, neq; cuſtodiũt, bonis operibus accumulando. Veniunt itaq; volucres cœli, & ſemen virtutũ meritis non ſarculatũ, rapiunt de corde, veram (hoc eſt, operoſam) fidem intercipientes. Nequiſſimi ſpiritus ingeniũ hic obſerua. Seminantẽ iuxtà atq; agrum obſeruat, hoc eſt, tam doctorem q̃ ipſos diſcipulos inſidioſe ſubnotat. Si nõ poterit remorari, quo minus verbũ ſalutis denuncietur: ſaltem hoc agit, vt ſemen fructu bonorum operũ vacuet caſſetq;. Prædicationẽ ſeu auditũ non adeo odit, atq; vitam religioſam, qua potiſſimũ eius regnum euacuatur. Principium quidẽ & odit, & illi obſtare adlaborat: verũ ſimulac hic operã ſe ludere animaduertit, fini maiori cura inſidias molitur. Verbum veritatis auditũ approbantibus adeſt, diſciplinam euangelicam, obedientiam fidei rem non adeo neceſſariam, quæ nimirũ ad iuſtificationem & salutẽ parũ faciat, illis ſuggerit: ſufficere, audiſſe verbũ & approbaſſe: ſufficere, eſſe baptizatũ, Deum bonorũ noſtrorum operum nõ indigere, ſed nudã ſolamq; fidem ſaltẽ reſpicere, auditoribus ſuadet. Hoc ſi perſuaſerit, actũ eſt de vera fide per charitatẽ operante: hoc eſt, de fine & de ſumma negocij euangelica. Tria ſunt, fides, ſpes, & charitas: maior horũ, charitas: finis legis, charitas: ſumma Moſaicæ & omniũ prophetarũ doctrinæ, charitas. Sic vectis, prętextu fidei, fidem potiſſime veram extinguit. Aduerſus hanc vectis mentem primitiua eccleſia de catechumenis & competentibus, ante ſacrum baptiſmum, in omni diſciplina exercitatis, periculum fecit. De vere fidelibus in fide catholica iam exercitatis, minus (non dico nihil) periculi eſt. Si vero quis eorũ ſemel in hæreſios caſſes inciderit, non ſtatim inde expeditur. Hæreſis, naſſæ ſimilis: cuius illapſus eſt facilis, exitus omniũ eſt difficilimus. Exempla eius rei multa ſeſe quotidie prodũt. Quid aliud faciunt hodie ſchiſmatici, etiam veritatis maieſtate capti, q̃ quod de hæreſiarcha q̃dam legimus: nempe hoc, quod catholicis qui eum ratione & ſcriptura vicerãt, dixit: Viciſtis me, ſed non retinebitis? victima diaboli grata. S. Matthæus locum hũc deſcribit, dicens: Omnis qui audit verbũ regni, & non intelligit: venit malus, & rapit quod ſeminatũ eſt in corde eius. Non intelligit, qui non apoſtolorũ exemplo catholici præceptoris interpretationẽ petit. Hoc eſt quod de ignauis ſuprà ſumus conqueſti. Ignoti nulla cupido. Legere, audire, & non intelligere, negligere eſt. Dicit ergo Mat. 15. Audite & intelligite. 2. Tim. 2. Ob ſerua q̃ loquor. Moſes ſubinde dicit: Audi Iſrael. Summa: Nihil tam cito abit in obliuionem, atq; hoc quod non intelligitur: hoc eſt, quod non ſatis didicimus.

Doctrina nõ tã diabolo aduerſa q̃ bona vita

Hæretici dicti.

Nã qui ſupra petrã, hi ſunt, q cum audierint, cũ gaudio ſuſcipiunt verbum: & hi radices non habẽt, qa ad tps credũt, & ĩ tpe tẽtatiõis recedũt.

Bonus ordo. Illi, de qbus iã dictũ eſt, aſtutia diaboli, operoſa atq; adeo vera fide defraudant: hi, de qbus hic dicit, violẽter abſterriti ſpoliant. In hos q̃drat hoc Apl'i: Bene currere cœpiſtis. qs interiunxit? quis impediuit? In primitiua eccleſia hic locus aliquãto fuit clarior, qñ tyrãnis adhuc violẽtiſſima ſæuijt, tũc nimirũ, qñ ſaltẽ dicebat: Aut nega, aut vapula. Erat etiã tunc ad dexterã tentatio, gr̃a nimirũ Cæſarũ & dñorũ deorũ mũdi. Vtrinq; ſatan Chriſton confitentes tẽtauit, hinc violẽtia & minis, illinc blandiloquẽtia & amplis promiſſis. Hic locus apud Matth. ſic habet: Alia ceciderũt in terrã petroſam, vbi nõ habebant multũ terrę: cũ aũt ſol exortus eſſet, exuſta ſunt: & qa nõ habebãt radicẽ, exaruerũt. Varia lectio, ſed vnus ſenſus. Matth. hũc locũ exponit. Per ſolẽ ſiquidẽ tentatiões intelligit, eo q̃ tẽtatio tanq̃ ſol (vt dicit Theophyl.) declarat, q̃les ſimus. Alibi dicit, ignis, æſtus, caminus &c. Marcus vocat eos q in tẽtationibus deficiũt, tẽporarios πρoσκαίρους, q̃ cõfeſtim offendant. Et hic dicit, Ad tẽpus credunt. Cõſtãtiã & fortitudinẽ ſcriptura ſubinde nobis cõmẽdat. Fortitudinẽ oportet nos induere ex alto. A petra Chr̃o, petras, atq; adeo veros chriſtos, nos dici oportet. Petræ huius ſeculi, collatæ ad illã cœleſtẽ, argilla ſunt & puluis. Spũs q in nobis e ſupernis eſt, fortior eſt ſpũ huius mũdi. Verbũ Dei malleus eſt, tophos huius ſeculi cõterẽs. Ne igit chariſſimi obdurem⁹ nos cõtra ſpm̃ Dei, ſed duremus nos p ſpm̃ Dei cõtra mũdi pumices in oĩbus bonis operibus & patiẽtia. Cõmẽdatiſſimã nobis paupertatẽ aſſumam⁹. Verũ ſiquidẽ eſt, q̃d Capnion felicis memorię dicit: Qui paup eſt, nihil timet. Et philoſopho cuidã cũ quiſpiã tyrãnus minitaret, rñdit: His verbis tuos *cõmoueres purpuratos. Et diuus Boethius recte dicit:

Quid tantũ miſeri ſæuos tyrannos
Mirantur ſine viribus furentes?
Ne ſperes aliquid, nec extimeſcas:
Exarmaueris impotentis iram.

Philoſophi veteres, animi robore tyrãnide fuerũt potẽtiores. Et Cæſar*Auguſtus, teſte Flacco, cũ cuncta terrarũ regna ſubegiſſet ſibi, atrocem animũ Catonis ſuperare

Tyrannis probat fidem.

Fides constans ſit oportet.

catholici

rare non potuit. Num ergo spiritum Dei, spiritu huius seculi debiliorem nos faciemus? Quin arripimus armaturā Dei, vt stemus aduersus insult⁹ diaboli? Christo passo pro nobis in carne, & nos eadē cogitatione armemur, acquiescētes Petro 1. cap. 4. Vbi post hæc verba statim infert: Charissimi, nolite peregrinari in feruore, qui ad tentationem vobis fit, quasi aliqd noui vobis cōtingat, sed cōmunicantes Christi passionibus, gaudete, vt & in reuelatione gloriæ eius gaudeatis exultātes. Si exprobramini in noīe Christi, beati estis. Hæc apl̄ica verba, charissimi, animis cōmittamus nostris: & proculdubio mollibus tophis, principibus, filijs hoīm, in qbus non est salus, erimus potētiores. Sit cuiq; dictū:

Tu ne cede malis, sed cōtrà audētior ito.

Imbecilles & miselli, ne capillos quidem nostri capitis tāgere possunt sine Dei voluntate. Cui se placuerit fidē nostram per muscas & cynomyias Aegyptiacas attētare, nihil possunt, nisi vt corpus nobis auferāt: cæteræ indigni q nos intuant. Verum est, & famā nostram tyrānos dedecorare, nobisq; stigmata imprimere conari: sed & sic frustrabunt. Solus em̄ ille inglorius, qui gloriam à crassis illis nebulis aucupat. Quod si qs Liberius noui euangelij papa, aut Auxentius Supintendēs, nos propter cōfessionē catholicā atro carbone notare voluerit: qs nisi cæcus nō videat, hæresiarchas eos supra carbonē nigros? Deniq; si quis Annas siue Caiphas supciliosus, nos pharisaicū fermentū auersantes, à synagoga facere voluerit, & cōtra hoc ipsum crucis scandalon nos Christus p̄muniuit Ioan. 16. vbi dicit: Absq; synagogis facient vos. Sed venit hora, vt oīs qui interficit vos, arbitretur se obsequiū præstare Deo. Hac saltem cogitatione armemur: Præter crucis, nulla nobis patet via ad gloriam. Cæteræ si quis voluerit violentijs resistere, & vim vi repellere: etiā si adamanta duritie æquet, dissiliet. Ferunt lapillum eum, alioqui durissimū & indomabilē, si malleis frangi cōtingat, in minutissimas crustas, vix oculis cernēdas, dissilire. Idē & eueniet Christianis (q̄d hæreticis nouis euāgelistis minus arridet) violētię obsistētibus.

Quod aūt in spinas cecidit, hi sunt, q audierūt, & a solicitudinib⁹ & diuitijs & voluptatibus vitę eūtes suffocant, & nō referūt fructum.

Tētatio à dextris.

Tētatiōem eā, q̄ à dextris nos hostis adorit, hic latius tractat. Oīno carni hic loc⁹ desipit. Caro à gaudijs huius vitæ in futura beatitudinis gaudia se intrare posse arbitrat: q̄si deliret Abrahā, dicens: Recepisti bona ī vita tua. Heus tu purpurate epulo, irasci mihi noli. Memineris neq; me, neq; vllū doctorē eccl̄iæ, hāc similitudinē in diuitias & voluptates torq̄re. Sed vide iudicē viuoꝝ & mortuoꝝ Iesum Chr̄m, sese exponere. Dein crede & hoc tuæ fieri saluti. πικρὰ ἱερά, hoc est, amara sacra, sane hęc est medicina. Si vis scire, quid doctori veritatis & medico salutis Chr̄o Iesu debeas, docēti te quō effugias æternā dānatiōnē, audi consortē tuū, purpuratū heroa illū, Luc. 16. Rogo te pr̄, vt mittas Lazarō in domū pr̄is mei: Habeo em̄ qnq; fratres, vt testet illis, ne & ipsi veniāt in hunc locū cruciatus. Nōne plus, q̄ Lazarus, Iesus Nazarenus? Hūc pr̄ cœlestis tu⁹ misit tibi, misit tibi verbū, veritatē, viā & lucem. Apprehēde ergo filiū tibi missum, ne tibi irascat pr̄, & cū diuite pereas lurcone. Hæc oīa si æq̄ aīo æstimaueris, haud inique feres euāgelion hoc e rostris tibi denunciari. Quin & tute legis? Loca, p quæ p̄sens lectio fit illustris, habes Matth. 19. Luc. 6. 16. 18. Clamitas subinde, verbū dn̄i, verbum dn̄i. Audias ergo & custodias verbū dn̄i. Viue secūdum p̄scriptū verbi dn̄i. De euāgelio tibi plurimū supplaudis: euāgelicū te verbis ampullosis iactas: phylacterijs euāgelicū hoīem, immo ip̄m euāgelion, ostētas: sed si euāgelion picra hiera ad tuū stomachū non ita faciat, atq; mellitū hoc virus noui euāgelij, q̄ exēplo Atheniensiū, nouis subinde oblectaris, miraculi loco duxero: nā qui ex Deo est, verbum Dei audit, Ioan. 8. Tu cū tuo nouo Christo, & cū nouis tuis Apl̄is, ex Deo nō es: ergo Chr̄i nr̄i euāgelion crucis nō audis. Oues Chr̄i audiūt vocē boni pastoris, & sequunt eū. tu Christi nō es, ergo & vocē eius nō audis, nec eius exēpla seq maturas. Sed videam⁹, q̄ bonū semen p vepres præfocetur. Opulētus hō Deo quidē seruire cupit, sed Plutonē siue Mammonē nō pōt excutere. De eadē fidelia duos parietes vult dealbare, sorbere & flare, duos lepores vno catulo simul capere. Porro cū Deo seruiēdū cēset, fatet se Dei agnitionē habere, apparetq; semen Dei, hoīs mentē pcelluisse: sed qm̄ vetus fermētū nōdū expurgauit, corrūpit adsp̄sio noua. Zelotypus est Deus Israel. in eius tēplū si aliud q̄dcūq; numē statuas, vltro ipse exit. Et Mām̄oni simulac cōsentit caro, statim in carne regna incipit, virtutēq; duplicē cōtra spiritū accipit: atq; ita fit, vt spiritus captiuus ducatur, & fiat seruus carni & Mammoni regnanti in carne. Neq; em̄ mentitur veritas, dicēs: Vbi thesaurus tuus, ibi & cor tuum est.

Semē bonū, vt per spinas suffocetur.

Attēde gnauiter tria hęc: solicitudinem,

opulentiã & voluptatẽ. Studio & cura con quirunt copiæ. Rerũ affluentiã sequitur voluptas. Quid vero e voluptate nascatur, vide Luc. 16. Sed vt crassa Minerua veritatẽ dicam, Voluptas omniũ vitiorum est mater & altrix. De spinis hisce aliàs latiori campo agemus. Hanc boni seminis calamitatem atq; interitũ Matthęus ita describit: Qui seminatus est in spinis, hic est qui verbũ Dei audit, & solicitudo seculi istius & fallacia diuitiarũ suffocat verbũ, & sine fructu efficitur. Contra curam & solicitudinem vitæ huius, habes Matth. 6. Luc. 21. 1. Corint. 7. Philip. 4. 1. Petr. 5. Contra Mammonem habes psal. 36. 48. Prouerb. 11. 22. 30. Ecclesiast. 4. 5. 1. Timoth. 6. Iacob. 5. Beatus qui sic transit per bona temporalia, vt nõ amittat æterna.

Quod aũt in bonã terrã, hi sunt, qui in corde honesto & bono audiẽtes verbum retinẽt, & fructum afferunt in patientia.

Nunc tandẽ ad beatitudinis, quã oẽs homines natura appetũt, doctrinã peruenimus. Non est q̃d hic altiora mysteria, quare maiorem numerum damnet, exquiramus. Omnes viæ Dei, veritas, Esa. 18. 33. Rectæ viæ eius, Oseæ 14. Vniuersæ viæ dñi misericordia & veritas, psal. 24. 118. Iustus dñs in oĩbus vijs suis, psal. 144. Dei iudicia inscrutabilia, q̃ etiã Apostolus mirabilia esse exclamãdo testat͂, dicẽs Rom. 11. O profunditatẽ mysteriorum Dei, q̃ inscrutabilia sunt iudicia eius, & imperuestigabiles viæ eius. Nihil ergo de pereuntibus soliciti simus, sed attẽdamus verbũ, quo nos saluemur, q̃d & nobis saluti missum est. Emisit verbũ suũ, ait psal. & sanauit eos. Quos? Eos in q̃bus verbũ Dei habitat opulẽter, Col. 3. Videamus ergo, an & in nobis habitet verbũ. Habitat, si nõ regnat Mãmon: habitat in nobis, si hoc ipsum tanq̃ summũ thesaurum sapienter custodimus: non vt ille q̃ minã suã stulte abscõdit, sed vt ille, q̃ inde dño suo lucrũ fecit. Sic custodiamus, sic enitamur fructus edere bonos, & perseuerare vsq; in finem. Creditũ depositumq́; nobis est ea lege, qua semen terræ mandat͂. Probemus fidẽ nostrã, videamus q̃ fideles dño nostro simus. Commẽdatur seruus à fide: sed ea fide, qua fideliter talentũ dñi dedit ad vsuram. Agamus & nos, vt tandem nobis dicatur: Euge serue fidelis. Sana fides, saluans fides, beans fides, iustificans fides, quæ negociatur, quæq; in minimo est fidelis. Quisputas est seruus fidelis? Qui vorat, percutit, & in familia turbam excitat? Qui se multis verbũ Christi esse iactat, qui opiniones nouas in schismaton ansam comminiscitur? Haudquaq̃, etiam si miracula edat. Sed is solũ fidei testimoniũ accipit, q̃ pecuniã dominicam expẽdit ad bonorum operum vsurã. Veniẽtes, inquit, veniẽt cũ exultatione, portantes manipulos suos. Quod alibi mina, talentum, & dominica bona significant, idem hic semen repræsentare scias. Creditur nobis semen, quod salutis est exordiũ, iustificationis principium. Cor fide suscepta purificatur. Semen vero simulac radices egerit, & fructũ protulerit per bonum opus, absoluta est iustitia per opus, & res omnis salua. Sic opus bonum, fructus spiritus sancti, rei euangelicæ est meta atq; finis. Spe fructuum sementem facit agricola, bonorum operum gratia prædicat verbum euangelista. Oleum & operam perdit rusticus, nisi decuplo fructu semen suũ receperit. Actum agit ecclesiastes, nisi domino plebem perfectam, sectatricem bonorũ operum effecerit. Quartã hanc partem feliciter seminati seminis, Matthæus ita describit: Qui in terram bonam seminatus est, hic est, qui audit verbum & intelligit, & fructum affert & facit, aliud quidem centesimum, aliud vero sexagesimũ, aliud vero tricesimum. Quod Lucas vocat, seruare, id Matthæus vocat, intelligere. Alterum alterum declarat. Quod probe intelligimus, hoc rite perficimus. Seruare, non intellige apud Lucam simpliciter custodire, sed retinere atque possidere, κατέχειν. Obserua apud Matthæũ verbum καρποφορεῖν, quod significat fructum proferre. Hæc per ποιεῖν, id est, facere illustrat, & quodãmodo ipse exponit, ne quis schismaticus ociosæ & schismaticæ fidei ansam ex Chr̃i verbis arripere possit. Quod vero Matthæus triplex fructus genus recẽset, non modo varia dona Rom. 12. nec vocationes saltem varias 1. Cor. 7. vult intelligi, sed maius atque minus virtutum exercitium, siue feruens maius atque minus bonum opus. Theophylactus per centenarium numerũ, perfectionem paupertatis, & summam operis boni exercitationẽ intelligit: per sexagesimũ, vitam cœnobitarum communem: per tricesimũ, honestatẽ nuptiarum. Sunt qui sexagesimũ, virginitatem & cœlibatum: centesimum, martyrium significare volũt. Patribus in hoc conuenit omnibus, q̃ per trinam fructus varietatem, rara dona & rariorum donorũ multifarias exercitationes operum bonorum intelligant. Nouis euangelistis aut corrigendus est Matthæus, aut tropus aliquis, quo dogma suum, omnia opera, siue bona, siue mala, sunt paria: nihil interest inter cõtinentiã & incontinentiã, inter ieiunia

verbi dei in nobis habitãtis argumentum.

Facere verbo declarat͂, q̃d sit fructus proferre.

iunia

iunia & saturitatem,&c. afferant,quærendus. Si varietatem tempoꝝ cõsideramus, possumus martyꝝ ecclesiã centesimo fructui cõparare. Confessoꝝ ætatẽ,qua acrius contra hæreticos laborabatur,sexagesimo conferendam censeo. Posterius seculũ tranquillius illud,quo S.Franciscus, Dominicus, Benedictus, Bernardus, S.Elisabeth vidua,& aliȷ̃ hoc genus sanctoꝝ,floruit,mea sententia, non inepte de tricesimo poterit accipi. Dura ætas, qua nos viuimus,ferꝝ est,collata ad auꝝ & ad argẽtum sanctimoniæ priscæ: Vsq; ad miraculum sanctus habendus, qui duplex hodie boni operis fœnus protulerit. Noui prædicatores,qui dicunt bona opera ad iustificationẽ nihil facere,huic tempori cõueniunt. Tædium boni operis,fere omnibus irrepsit:feruor operandi opera fidei,tepuit. Quod ergo,per Deũ oro,gratius euangelion prurientibus auribus nostris cõtingere potuit,atq; hoc euãgelion,bona opera,quantumuis bona,iram Dei mereri,nedum non iustificare? Vetus nos euangelion,q̃ hactenus ecclesia catholica est vsa, & q̃d solũ nouit,audiamus. Væ qui consuunt puluillos sub omni cubito manus, & faciunt ceruicalia sub capite vniuersæ ætatis ad capiendas aĩas, Ezech.13. Eius dñs euangeliȷ̃ expurget ecclesiã suã ab impuris & leuissimis euãgelistis illis, vt tandẽ rursus videat om̃is homo,ꝙ ipse sit Deus,cui omne bonũ placet,& cuius euãgelion nobis præscribit,vt bene operemur nõ deficientes: quodq; nobis promittit, vnumquenq; quod fecerit boni, hoc reportaturum à Deo,cui laus sit & gloria,per æterna secula seculorum. Amen.

Euãgelici fratres posterioris ætatis mo rib⁹ apti.

Hæretici.

DOMINICA QVINQVAGESIMAE, Euangelium Luc.XVIII.



ASsumpsit Iesus duodecim,& ait illis: Ecce adscendimus Hierosolymã,& consummabunt̃ oĩa quæ scripta sunt per prophetas de filio hominis. Tradet̃ em̃ gentibus, & illudetur, & cõtumeliȷ̃s afficietur, & cõspuetur:& postquã flagellauerint, occident eum:& tertia die resurget. Et ipsi nihil hoꝝ intellexerunt. Erat autem verbum istud absconditum ab eis: & nõ intelligebãt quæ dicebãtur. Factum est aũt cum appropinquaret Hiericho, cæcus quidã sedebat secus viam, mendicãs. Et cum audiret turbã prætereuntẽ, interrogabat q̃d hoc esset. Dixerũt aũt ei,ꝙ Iesus Nazarenus trãsiret. Et clamauit,dicẽs: Iesu fili Dauid,miserere mei. Et qui præibant,increpabant eum vt taceret. Ipse vero multo magis clamabat: Fili Dauid,miserere mei. Stans aũt Iesus,iussit illum adduci ad se. Et cũ appropinquasset,interrogauit illũ,dicẽs: Quid tibi vis faciam? At ille dixit: Domine,vt videã. Et Iesus dixit ei: Respice,fides tua te saluum fecit. Et confestim vidit:& sequebatur illũ,magnificãs Deum. Et omnis plebs vt vidit,dedit laudem Deo.

PRAEFATIVNCVLA.



ILlustrius haud aliquid esse potest,atq; hic locus est. Christ⁹ Iesus in quẽ credim⁹, & quem vnice colim⁹ amãtes,hic ab euãgelista describit: nẽpe sic,ꝙ sub passionẽ sacrã multas ciuitates & oppida peragrauerit,& tandẽ multo itinere cõfecto, Solymas venerit,ad prophetaꝝ oracula complenda sese vltro offerẽs. Et vt profectionem eam nobis faceret cõmendatiorem, non solũ describit Euangelista ea q̃ Christus in ipsa docuit,sed & miracula quæ in ipsa edidit. Profectio ea nõ debet sine singulari solennitate tractari:neq; em̃ eã sibi, sed nobis, pro quibus mori voluit,saluator tot exantlatis laboribus peregit. Inter eundum discipulis suis mortẽ suam,cuius destinatum tẽpus adesse præsciuit,significauit:& continuo miraculum hoc, quod iam audistis,edidit,ne mortis suæ lamentabilis ea denunciatio,animos discipulorum plane solo prosterneret,diuinæ sapientiæ præclarum de se instar præbẽs. Lectionem eam hanc bipartior, & sectionis huius hæc pars prima existit.

Assumpsit Iesus duodecim,& ait illis: Ecce adscendimus Hierosolymã,& cõsummabunt̃ oĩa quæ scripta sunt ꝑ prophetas de filio hoĩs.

Duo-

Duodeni hi, erãt electi Mat.10. Hos dñs libẽter & frequẽter secũ habuit, in toto mũdo testes suos futuros Ioan.15. Act.10. Testes vero iuratos oportet rei eius, de q̃ testificari debẽt, plenã habere cognitionem: q̃d & gentiũ & ciuile ius, ipsáq; æquitas sic postulat. Dicit ergo & ipsa veritas Ioã.3. Hoc q̃d vidimus, testamur. Discipulis itaq; suis & testibus futuris, grãdia suæ passionis mysteria reserauit. Q.d. Vobis, charissimi, datum est, nosse mysteria regni cœlorũ: nolo itaq; vos latere, statim post hãc p̃sentẽ, cui iã insistimus, profectionẽ, arcana oĩm maxima, q̃ adhuc in me restãt adimplenda, in suũ finẽ deductũ iri oĩa. Multa, dilectissimi, horrẽda Iudæorũ vidistis odia, sed superest adhuc eius odij summũ. Ecce ergo adscendimus Hierosolymã, vt oĩa ea q̃ de me scripta sunt, perficiant. De cõceptione & natiuitate mea p̃dictũ est Esa.7. Hiere.31. Miche.5. De pueritia Esa.8. De vita & cõuersatione Esa.42. De miraculis Esa.35. Hæc, in quam, oĩa sunt adimpleta. Superest adhuc mors & mortis genus psal.21. Esa.53. Hiere.11. Danie.9. Item figuræ Isaac oblati, Ioseph venditi, phase, victimarũ, & hoc genꝰ cætera vsq; ad hysopũ, qua sanguis victimarũ sup populũ adspergebat. Supersunt itẽ sepulturæ oracula & figuræ, Esa.53.57. Geñ.37. Resurrectiõis & adscẽsionis, psal.15. Esa.63. Geñ.37. Iudic.16. Pentecostes Iohe.2. Nũ.18.28. Deut.16. Hæc oĩa suũ q̃q; effectũ desiderant: sed nihil eorũ perfici poterit, nisi prius mors acerbissima, & ea turpissima, p̃cesserit. Homo verus sum natus, homo verus moriar: sed nõ clinicus, lecto decumbẽs, morti obnoxius. Mors nihil iuris in me habet, nec itẽ princeps huius mũdi iã veniẽs. Animã meam à me tollere põt nemo, sed ego mea sponte ponã eã, & secundũ scripturã, iterũ assumã. Hæc oĩa vt declarent, acerbissimus calix mihi etiam si tibundo superest ebibendus. Huic Dei iudicij poculo satan luctat Matth.16. Neq; eñ alia via humanũ genus poterit saluari. Sic Dei iustitiæ satisfaciendum, sic paradisi aditus rursus patefaciẽdus. Genus mortis cum circunstantijs omnibus breui compendio vobis delineauero.

Scriptura De x̃ vin... (handwritten)

Tradet eñ gentibus, & illudet, & contumeliis afficiet, & conspuet: & postquam flagellauerint, occidẽt eũ: & tertia die resurget.

Resurrectio passioni semp addatur.

Breuissima epitome passionẽ cõplexus est saluator omnẽ. Tradet, illudet, cõuicijs proscindet, cõspuet, flagellabit, & occidet. Septimũ, resurget à mortuis, in dñicæ passionis p̃dicatiõe nũq̃ silẽtio p̃mi debet. Vnde & hic aio p̃senti statim post passiõis suę significationẽ, saluator resurrectionem q̃q; ipsam indicauit & p̃dixit. Maximũ quippe & resurrectiõis sacræ est sacramẽtũ. Traditus siquidẽ est ob nr̃a delicta, sed propter nostrã iustitiã resurrexit, Ro.4. Peculiare est Aplo, mortẽ Chri & resurrectionẽ vnà fere maritare. In hoc eñ mortuus est & resurrexit, vt viuorũ dominet & mortuorũ, Rom.14. Itẽ 2. Cor.5. Pro oĩbus mortuus est & resurrexit, vt q viuũt, posthac sibi nõ viuãt, sed ei q pro ipsis mortuus est & resurrexit. Paulus in synagoga huiusmodi mysteria exposuit Act.17. Mors Chri sine resurrectione, mundo salutaris nõ fuisset: sed mors & resurrectio vnà sunt nr̃a victoria, iucunditas, salus & beatitudo. Attẽde, non solũ prophetas Chri mortẽ p̃dixisse, sed & ipm q̃q; Christũ, cũ p̃uidisse tũ p̃uaticinatũ oĩa. Eia q̃ pensiculate singula p̃uidit, q̃ claoĩa. Eia q̃ pensiculate singula p̃uidit, q̃ clare & expresse p̃nunciat oĩa. Quis nõ hic videat Christũ caput esse oĩm prophetarũ? quis nõ hinc euincat, mortem in Christon nihil iuris habuisse? Nõ hic casus, sed æternũ cõsiliũ: nõ incautũ Christũ mors surripiens sustulit, sed ille mortẽ, diabolũ & inferos aperto Marte aggrediẽs, de illis triumphauit. Adscendẽs itaq; Hierosolymã, discipulis suis declarauit oĩa. Primo tradendũ gẽtibus se cõmemorat, respiciẽs in cohortẽ, in Pilatũ, & in Herodẽ, q̃bus crucifigendus est traditus, vtiq; à summis sacerdotibus & principibꝰ populi. Ioan.18. Nobis nõ licet interficere quenq̃. Marc.15. Nouerat Pilatus ꝙ p inuidiã tradidissent eũ. Pilatus q̃q; ait Ioan.18. Gens tua & pontifices tui te mihi tradiderũt. Secũdo, illusionẽ cõmemorat & insultationẽ vtriusq; gẽtis. Iudæi dicũt: Prophetiza nobis Chr̃e, q̃s est q̃ te p̃cussit? Lu.22. Et rex gloriæ ethnicis q̃q; ostentui fuit. nã & illi Christũ purpurã induẽtes, coronã spineã capiti eius imponentes, dixerũt: Aue rex Iudæorũ. Tertio, Cõuicia, q̃bus se afficiendũ nouerat, recensuit. Neq; eñ subsannauerũt Christũ solũ, verũ etiã tanq̃ scelus traduxerũt, Matt.26. Blasphemiæ arguũt. dein Ioan.18. dicũt: Si nõ esset hic malefactor, nequaq̃ obtulissemus eũ tibi. Demũ etiã dicũt: Recordati sumꝰ q̃a seductor ille dixit adhuc viuẽs, Post tres dies resurgã. Adeo tota passio in vniuersum nihil fuit, nisi ipsissimũ scãdalũ. Vnde ait: Cõfusio cooperuit caput meũ. Quid, ꝙ & titulũ gloriæ cõtumeliosum esse voluerũt? Quarto p̃dixit se cõspuendũ, q̃d neq; tacuerũt prophetæ. Non auerti, ait Esaias, faciẽ meã à cõspuentibus in eã. Horrẽdum hoc, sed reuera factũ est, Mat.26. Marc.14. Lucæ 22. Ioan.18. excreando Iudæi faciem gloriosam conspuisse dicuntur. Itidem & ethni-

Mortem Chrs vltro prudens volensq; subijt.

Passio Chri contumeliosa.

ethnicos fecisse vides Matth.27.Marc.15. Quinto dicit verbis verbera accessura. Horrendũ & hoc,vnde etiam à prophetis est vaticinatũ:Disciplina pacis nostrę super eum: Quæ nõ rapui, tũc exoluebam. Nos putabamus eũ quasi leprosum & pcussum à Deo. Fabricauerunt peccatores super dorsum meum,&c.Iuxta hæc prophetarũ oracula,punctim cæsimq; nõ tergum modo sanctissimũ,sed & gloriosum caput tantũ instar petiere. Ioan.19. Sexto prædicit se iri occisum,& vt Philo prædixit,hoc fore morte turpissima.Clamitauerunt itaq; & succlamitauerunt, Crucifige crucifige. Pilatus quoq; tot clamoribus victus,crucifixit Iesum,Matth.27.Marc.15. Luc.23.Ioan.19.Crucis turpitudo,per regem gloriæ in summũ decus & angelis & hominibus est versa.Heu mihi, quãto desiderio Petrus,Andreas,& decem millium martyrũ pleriq; ad crucis supplicium properarũt? De crucis gloria vide 1.Cor.2. 1. Cor.15.Reuera arbor sacra,quæ vitæ nobis fructũ, & pręsens contra omne malum protulit antidotũ.Harũ sex Christi passionis specierũ, primã Matthæus & Marcus expressius describunt, nempe sic:Filius hominis tradetur principibus sacerdotũ & scribis,& condemnabũt eum morte,& tradent eum gentibus ad illudendũ & crucifigendum.Significãter dicunt,bis esse traditum, respicientes in hoc, q primo fuit per Iudam traditus Iudæis: secundo, q à Iudæis fuit traditus Pilato.Poterit aliquis dicere,Christũ ter esse traditũ. Tertio nimirum traditus fuit à Pilato bis: primo, cohorti ad flagellandum:deinde ad crucifigendum. Postremo,quod Christus hic se prædicit resurrecturũ, & hoc quoq; factum videmus,Matth.28.Marc.16. Lucæ 24.Ioã.20.Et apostoli multa virtute Christi resurrectioni testimoniũ dederunt. De hoc articulo prophetarũ oracula suprà vides adducta. Figura præ cæteris illustris, est Ionas,interprete ipso Christo Matth. 12.Res mira, hominẽ mortuũ iterum reuiuiscere: nõ minoris miraculi est,hoc pphetas ante præuidisse. Postremo omniũ mirabilissimum,moriturũ hominem hoc ipsum quoq; prædicere, & resurgẽdi virtutem penes se habere.Sic in oĩbus Christi gestis,alia miracula alia trudũt:qd cum primis animos nostros in Christi fide fulciat & muniat.Hæc charissimi audientes, Christũ suã mortẽ prædicere, persuadere vobis debetis,cuiq; vestrum ea omnia esse prędicta.Vniuersis & singulis,tristis in se se Christus,sua fata pdicere voluit,vt qsq; suã mortem & pericula omnia in Christo esse nouerit sacrosancta.Qui tãgit vos,tãgit pupillã oculi mei,dicit dominus. Quẽ dominus diligit, corripit. Charitatis est, correptio: charitatis est, calicis passionis cõmunicatio. In charitatis eius significationẽ,Episcopus in confirmationis sacramẽto amicissima plane dextera alapã cõfirmãdis incutit.Q.d.Impinget tibi colaphum dominus,crucis suæ te participando,qm̃ alia nulla ratione eius gloriæ cohęres esse poteris.Hoc est quod Christus nobis subinde inculcat Matth.5. Beati estis, si persecuti vos fuerint homines propter nomen meũ, & dixerint omne malũ aduersum vos, mentiẽtes, propter me. Mat. 10.Ecce ego mitto vos sicut oues ĩ medio luporũ.Tradent eñ vos in concilia,& in cõciliabulis suis cædẽt vos flagris,&c. ca. 23.Ecce ego mitto ad vos prophetas & sapientes & scribas,& illorũ aliquos occidetis,crucifigetisq;.Item ad apostolos: Ecce ego mitto vos sicut oues in medio luporũ. Itẽ:Veniet tẽpus,vt oĩs qui interficit vos, arbitret se obsequiũ præstare Deo. Ioã.16. Sanctus Petrus monet, vt hac cogitatiõe armemur.Q.d.Hic aliter fieri nõ potest. Item idẽ 1.ca.2.Qui passus est pro nobis, nobis reliquit exemplũ,vt eius vestigia sequamur.Nisi cõpassi fuerimus, nõ conregnabimus. Non est seruus maior dño.Et sicut Christi passio multifaria fuit,ita & nostra nõ erit simplex.In primitiua ecclesia multi S.martyrũ,species hasce oẽs sunt experti.In decẽ milliũ martyrũ passione, Chr̃i mortis supplicia innouata sunt oĩa. quare & dñs terræmotũ, solis deliquium, scissiones petrarũ, & cætera oĩa miracula suæ sanctæ passionis renouauit. Christianos variæ delationi & proditioni esse obnoxios,habes Matth.10. & 20.Subsannãdos fideles scriptura sacra indicat 2.Par. 30.36.Nehem̃.4. Psal.34.Hiere.20.Acto. 2.& 17.Infamiæ notas atq; stigmata Christianis inurẽda, Christus ipse pdicit Matt. 5.Exẽpla habes Act.5.Et oues occisionis, siue peripsemata mũdi, quis nõ videt eos sputis etiã screatibus turpissimorũ q̃rumcunq; hominũ fore obnoxios? In capite nostro Christo,idẽ Esaias nobis prædixit. Verberibus & flagris nos esse proscindendos, Matth.23.nobis prædicitur. Exẽpla extãt 2.Corinth. 11. Acto .4.22.23.Morti deniq; nos dandos, Matth.21. 23. Exẽplũ 2.Corinth. 11.Acto.7.Heb.11.Hic meminerimus verborum Danielis, Misac, Sidrac & Abdenago, Machabæorũ, Susannæ,& aliorum hoc genus martyrum veteris testamenti,dicentiũ: Melius est homini incidere in manus hominum,quàm impingere in legem Dei. Veteris instrumẽti sancti martyres non potuerunt vllã

Crucis mors turpissima.

Crux Christi, nostra: & vicissim nostra, Christi.

Martyrũ veteris testamenti cõstantia nos exhortatur.

vlla violētia à paterna religione absterreri, magis nos pro apostolicis traditiōib⁹, pro ecclesiæ catholicæ disciplinis, sanguinem facilē effundere deberemus. Est certe & martyriū, pro pijs ecclesiæ succumbere ritibus, tot sanctorum vsu approbatis. Nam quæ tandem fidei nostræ stabilitas, si ecclesiam obliterauerimus? Hoc hæreticorum proprium est omnium, vt primo ecclesiæ maiestatē conentur tollere: nam ea abolita, venenū suū cōmodius effundere possunt. Non inglorium ergo martyrium fecerit, qui pro ecclesiæ autoritate cōseruanda & illustranda, morti sese obtulerit. Non hæc omnia sic intelligas, ꝙ quisquā temere debeat sibi capitis sui periculū accersere. Dñi est, martyres eligere & confessores. Dominus, si quē ad martyriū vocauerit, proculdubio & mentis robur superandis supplicijs suppeditabit. Qui vocatus non fuerit, neglecti martyrij culpæ nō subiacebit. Tutum apud catholicos est verbū: Sufficit esse confessorē, quē dominus non vocauit martyrem. Accedit huc, ꝙ ecclesia quoq; confessorū natales celebrat, quanquā in sui incunabulis hoc non fecerit. In posteriori ecclesia, quando sancti confessores per hæreticorū rabies varie exercitabant, pro martyrio reputatū est, quidqd curarū & solicitudinis sancti patres pro ecclesiæ Dei maiestate pertulerunt. Tanta est ranarū Aegyptiacarū & rubetaꝝ clamorosa & irreqeta factio, vt quisque fidelis huiusmodi iniurijs martyr fieri possit, vel citra sanguinis effusionē, saltē per gladiū doloris, quo qs non perscindi non poterit, tantā hæreticorum intemperiem recte secū reputando. Adeo crux electos semper manet. Expedit ergo, hunc locū semper ob oculos haberi: sic eñ fiet, vt in omnibus instructi, ad oīa simus paratiores. Mundus, quod suū esset, nihil vidit in Christo. vnde eū non odisse non potuit. Et nos quoq; Christus e mundo hoc elegit, inuidentiæ mundi semper erimus obnoxij, diuersum iter à mūdi consuetudinibus tendentes. Beatus qui in via Christi, mundi minis exercetur.

Hæreses impugnare, ꝑ martyrio habetur.

Et ipsi nihil horum intellexerūt. Erat enim verbum istud absconditum ab eis, & non intelligebāt quæ dicebantur.

Theophylactus ille, autor non contemnendus, dicit Christū duabus rationibus mortē suā hoc loco, cū iter Hierusalē tēderet, prædixisse. Primo, vt ostenderet se nō inuitū, neq; se vt purū hominem, morte interceptū, inscium & incautū: sed præscisse, & vltro crucis suppliciū subijsse. Secūdo, vt moderatius tam horrenda spectacula possint perferre. Nam vt minus lædūtur, q̄ volētes in puteū descendūt, q̄ qui casu incidūt: ita minus offendūt, minusq; cōturbāt, quę præuisa eueniunt. Sic huius ratio est in promptu. Verū discipulos hic Christi verba non intellexisse, plurimi causas quærūt: sed quas satis graues inuenerint, nō video. Dicunt: Dominus nouit discipuloꝝ tarditatem: quare ergo prædixit hoc, quod nouerat eos capere non posse? Sed dicant mihi, quare totū fere euangelion illis prędicauit, qui nouerat illud discipuloꝝ excellere capacitatē? Et quis nesciat omnes prophetias esse obscuras, priusquā adimpleantur? Ergon prophetæ tacere debuerunt, & hoc quod futuꝝ viderant, supprimere? Sed nōne profuit discipulis, hæc oīa, priusquā euenissent, etiam nō intellecta audisse? Profuit sane, idq; plurimū. Nam postea cū oīa ita, vt à Christo erant ꝑdicta, euenissent, pleniore intelligentia assequebantur. Ioan. 12. hoc ita liquido videmus. Dominus asinæ insidens, Solymas venit. viderūt hoc discipuli, comites Christi extiterunt, vestes suas asinæ subiecerunt, & omnibus modis Christo fuerunt officiosi: mysteriū tamen eius rei, & prophetaꝝ oracula, quæ sic adimplēda extiterant, non cognouere: postea videre acutius, & intellexere tenacius. Iterū, cū vidissent ejcere vendentes & ementes, factū viderunt, sed mysteriū non intellexerunt: postea vero ditiori sensu adsequebantur verbū Dauidis: Zelus domus tuæ comedit me. Potuit Christus infirmitatē suorū ferre: noluit eos repente doceri, ne & repēte dediscerent. Voluit eos vsu fieri experiētiores, vt tenacius ea, quæ non citra pulueris (quod aiūt) tactū didicissent, retinerēt. Paracleti operi aliquid relinquere voluit. Quis huic rei certam rationem inuenerit? Iterū legimus Christū Iudæis dixisse: Ego cū à terra exaltatus fuero, omnia trahā ad me ipsum. Hoc Iudæi statim intellexerunt quorsum dixisset. Hic etiam multi ratiocinantur, dicūtq; Iudęos Christū hic (quanuis obscurum) intellexisse, discipulos vero etiam expresse & clare de sua sacrosancta morte loquentē, non esse assecutos: ꝙ illi Christi mortē molirentur, & quodammodo in manibus haberent: hi vero Christi amantissimi, nihil mali dilectissimo præceptori suo meditarentur: nec vsquā magis offenderentur, q̄ vbi Christū de sua morte audirēt differere. Hæc ratio an sibi vndiq; constet, aliorū esto iudiciū. Apostolis vitio non damus, ꝙ rudiusculi fuerunt. Christus tales eligere maluit, vt virtus suæ gratiæ in illis fieret illustrior. Itaq; nos simpliciter dicimus, apostolos per ruditatē nō esse assecutos

Mortē suam dupliciratione Christus ꝑdixit.

Verbum Dei etiam nō intellectū ꝑdest pio aīo cōditum.

Mortē suam ꝑdictā Christi discipuli minus q̄ pharisæi intellexerunt.

cutos Christi verborum sensum. Neq; euangelistam puduit, apostolorum ruditatẽ exprimere. Dicit ergo: Nihil horũ intellexerunt. Itẽq; exaggerat tarditatem apostolorum, dicens: Et verbum hoc erat absconditũ ab eis. Itẽq; Et nesciebãt quę dicebantur. Diligenter euangelista obscuritatẽ discipulorũ descripsit, vt inde Dei gratiæ claritas fiat illustrior. Videam⁹ fratres, ne Sufseni nobis de nostra sagacitate placeamus. Confundit Deus perspicacitatem sapientium, rusticitatem imprudentium extollit. Odio habet om̃e superbum, humilibus saltem suam gratiam annnens.

Factum est autem, cum appropinquaret Hiericho, cæcus quidam sedebat secus viã, mẽdicans. Et cum audiret turbã prætereuntẽ, interrogabat q̃d hoc esset. Dixerunt autem ei, quòd Iesus Nazarenus trãsiret.

Quanquam vt homo, iret mori, suo tamen officio non defuit, qui etiam in cruce (teste Chrysostomo) nihil, nisi ad p̃scriptũ patris, fecit moriens, suæ deitatis potentiã vndiq; declarãs. Profectiõe hac, qua recta Solymas petebat, Hiericho etiam domino erat transeundũ. Illac eñ iter fuit Hierusalem versus. Erat Hiericho præclara vrbs trans Iordanẽ, in tribus Ben Iamin sorte, de qua Iosue 2.20. Item 18. Distabat ab vrbe sancta centum & quinquaginta stadijs, palmarũ & balsami copia nobilis. Vnde etiam ciuitas palmarũ dicit̃ Deut. 34. Nomen itidẽ Hiericho inditũ est illi ab odore balsami & palmarũ, teste Iosepho. Interpretatur eñ odor suus: siue, ipse odorabat eum. Rosæ etiã ab vrbe hac vocant̃ Hierichũtinæ, quemadmodũ & Latini rosas ab oppido Pæsto appellant pæstanas. Vnde extat hoc Poetæ:

Hiericho vrbs nobilis tribus Ben Iamĩ

Caltaq; Pæstanas vincat odore rosas.

De rosis Hiericho vide Ecc̃i 24. Hieronymus dicit p̃ crebrã visitationẽ d̃ni factam clariorẽ. De ciuitate item ea habes Luc. 10. in parabola eius qui incidit in latrones. In historia Zachęi Luc. 18. Ante vrbem hanc cæcus sedebat Bartimęus mendicãs. Videte fratres, Iudæos contra legem Deut. 25. mendicos sustinuisse. Sed & hoc attende: aliud est mẽdicos perferre & perpeti, atq; aliud, hoĩes ad mẽdicitatẽ adigere. Hoc q̃a nostrates euãgelici nõ animaduertũt, peruersissime noĩe reformatiõis, mẽdicare inopes p̃hibent. Non sunt miseri à mẽdicitate prohibẽdi, nisi prius de victu & amictu, cęterisq; hoc genus, q̃bus hũana indiget infirmitas, illis abũde fuerit p̃uisum. Reformatores (si Deus volet) nostri, mẽdicitate pauperib⁹ interdicũt, de eorundẽ saturitate viderint dij. Quis nõ in tantorũ euãgelistarũ euãgelion pedib⁹ eat? Rogatores miseros in ordinem redegerũt, sed citius elephãti parient, q̃ eos reformare incipiãt, q̃ mendicos identidẽ faciunt. Nouis subinde & nouis exactiõibus miserã plebem deprimere, ius principis est, euãgelion est. Calumniari virũ, rapere dom⁹ ciuiũ, infantes iuxtà atq; senes inedia enecare, nõ sunt prĩcipibus opa tenebrarũ, quia (secundũ Mich. 3.) interdiu hæc designãt. Comedere carnem populi, & pellẽ eorũ desuper excoricare, & concidere sicut in lebete, & q̃si carnẽ in medio ollæ, d̃ns licet terræ. Hic dissimulandũ aliq̃d, modo n̄ræ sint sectę. Cæteris etiã fides catholica & obseruãtia mandatorũ Dei, peccatũ est. Sed tu, quicunq; es Chr̃i & ecclesiæ, Sirenarũ nouarũ subdolas voces obceratis auribus trãsi, reformationem eccl̃iæ aliter auspicandã tibi p̃suadẽs. Si mendicitatẽ correctã cupis, parsimoniæ studendũ. fac paucis cõtentus, viuas homo frugi, ne te q̃sieris extra. labora manib⁹, vt habeas q̃ alijs des de tuo sudore, q̃ hacten⁹ ociosus, fotus es aliorũ cruore: sic eñ fiet, vt egeat nemo. sic satisfacies legi Deut. 25. Porro si q̃s casu aliquo sinistro, puta calamitatis, morborũ, p̃donũ, ad inopiam & ad rastros (q̃d aiunt) fuerit redactus, tuarũ partium est, inopiã fratris leuare: q̃d si præstiteris, iam mendicitatẽ reformasti. Si vero Lazaron rogatorẽ non alueris, ille statim saturãdus in sinũ Abrahæ recipiet̃, tu in infernum sepelieris, ęterna fame discruciandus. Cęcus de quo iam agimus, & ipse mẽdicus fuit: tantũ vero abest, vt eum d̃ns suo regno indignũ duxerit, q̃ etiã eius nomen honorifice apud Marcũ exprimat̃, queadmodũ & Lazari nomẽ alibi. Et euangeliũ Christi nõ abhorret à mẽdicorũ vocabulo, Iois 9. cęcum mendicũ, Acto. 3. claudũ rogatorẽ vides. Mendici nobis cõmendãtur Matth. 26. Iois 12. vbi Chr̃s dicens, Pauperes semper vobiscũ habebitis: p̃prie loquit̃ de mendicis, quia πτωχὸς mendicũ significat. Ptochos cõuiuas Christus vult vt conciamus Lu. 14. ptochis dandũ Lu. 18. ptochos magis q̃ diuites Christus accersiuit, Iac. 1. Ptochos hic noster visu orb⁹, sed nõ auditu. audiuit strepitũ. quid murmur sibi velit, rogat. denũciat illi Chr̃s. Ecce tibi, q̃ minus mũdi vana videmus, q̃ magis sum⁹ in mundo contẽpti, q̃ minus bonorũ hui⁹ mundi possidemus, hoc nobis p̃sentior est Christus. Chrysostomus ostẽdit, augustissimos quoscunq; reges, locupletissimos q̃scunq; heroas, haud secus Dei esse mendicos, atq; nostri sunt rogatores. Lazarus &

Reformatio nouorum euangelistarũ peruersa.

Mendicitati quõ occurrendum.

Mendici Deo grati.

k Bar

Bartimæus. Quid enim habent quod non acceperunt? Et quid est nostrũ lumen sine Dei numine? Vera lumina dat spiritus sanctus in verbo, in sacramẽto illuminationis, Matth.16.1.Cor.2.Heb.6. Beatus q carnis tenebras agnoscit. Pharisæi se videre dixerũt. vnde peccatũ eorũ manet, Ioã.9. Felix rex, qui dicit cum Dauide: Mendicus ego sum & pauper. Quod q non dixerit, audiet sibi dici: Infelix, miser, miserabilis, paup, cæcus & nudus, Apoc.3. Quod si nos cęcos & nudos agnouerimus, tum & Deus inuocandus. Gaudet à miseris vocari patronus miserorũ. Vocat ad se miseros, omni mundo contemptos, Matt.11. Esa.55. Sed quærendus dominus dum prope est, in tempore accepto inuocandus, Ibidem. Exemplũ huius esto ptochos noster, de quo sequit:

Et clamauit, dicẽs: Iesu fili Dauid, miserere mei. Et q pibãt, increpabãt eũ vt taceret. Ipse vero multo magis clamabat: Fili Dauid, miserere mei.

Tẽpus quidẽ semper est orandi, & dñs vbiq;, sed hic vides prophetã nõ delirare, cũ dicit: Inuocate eũ dũ prope est. Attẽde, mẽdicare corã dño nõ esse inhonestũ, modo honestus sit ipse rogator. Bartimæ⁹, cæcus & idẽ mendicus fuit: oro vero eius, & lumen mẽtis & veras animi sapit diuitias. Qui capti sunt oculis, acutius (vt fertur) audiunt, & tenacius audita reseruant. Plurib⁹ intentus, minor est ad singula sensus. Cęcũ mendicũ hunc nostrũ, Iudæũ fuisse liquet: quod vel oratio eius arguit. Vulgus Iesum filium Ioseph vocauit. Si itaq; Cananæus fuisset, aliter Iesum nõ appellasset. Iudæus ex lege didicit, Messiam Dauidis fore filiũ Psal.131. Esa.55. Hie.23.30.33. Eze.34. Hoseę 3. Amos 9. Pharisęos quoq; idem vides fassos Matt.22. Porro Dei filiũ negabant Pharisæi mente cordis sui cæculi, quod cæcus noster mẽte cordis sui oculatissimus fatet. Iesu (inqt) fili Dauid, miserere mei. Populus dixit, Iesum Nazarenũ transire. Cæcus Iesum inuocat filiũ Dauid. Nazarenus dictus Chrs à Nazareth, qa ibi fuit educatus. Cæterũ Bethlehẽ & ortus fuit, & oriũdus. Neq; habuit Nazareth tot aptas pmissiões, atq; Bethlehẽ. Nazareth magis ad humanitatẽ pertinet. vnde Chrs verus homo, Nazareni vocabulũ non auersat, Mat.26. Ioã.18.19. Act.2. dicit & Nazarę⁹ Mat.2. Act.24. Cæcus simpliciter Iesum filiũ Dauid inuocat, verũ Deũ & hominẽ exprimens. Iesum noïe proprio vocat. Propriũ hoc nomen Dei, & hoc tũc multi vocabant noïe, vnde p nomẽ Iesu, & verũ Deũ & hominẽ exprimit. Deinde filiũ Dauid appellans, in veritatẽ humanitatis respicit. Quod vero eius misericordiã implorat, Dei filiũ sese ipsum Iesum credere declarat. Credit pauperẽ & scientẽ infirmitatẽ hoïem. vnde vero fidẽ eã habuit? certe ex auditu legis Za.9. Esa.6.7.62. Psal.85. Heb.4.5. Credit clementẽ, & filium Dei se credere significat. Dei siquidẽ propriũ est, misereri semp & parcere. Inuocat, & omipotentẽ se Chrm credere adũbrat. rogat eũ Chrs: Quid vis vt faciã tibi? Respõdet, Vt videã. Nõ stipẽ petit, sed visum. Solus oïpotens finxit oculum. Accedite ad eũ, & illuminamini, psal.33. Vnde & Dauid ait: Dñs illũinatio mea. Itẽ, Illumina oculos meos, ne obdormiã in mortẽ. Christũ & oïpotentem ex lege didicit, de qre vide suprà Dñica 3. Aduẽtus. Insup & nomẽ Iesu inuocãs, innuit se hoc noïe plurimũ oblectari, huic nomini fidere. Fuit quidẽ nomẽ hoc tũc apud Iudæos populare. Sed in pphetis & psalmis videmus hoc nomẽ pprijssimũ esse Dei. Deus, gñali⁹ nomẽ est. Emanuel itẽ, gñale ẽ. qre Chrs nõ Emanuel, sed Iesus pprio suo noïe voluit nũcupari. Vnde nos eius noïs mysteriũ docti, liberis nrïs hoc nomen haudquaquam indimus, hoc ipsum soli inuocatiõi & latrię reseruãtes. Hoc nomen dulce, hoc nomẽ gloriosum & sacrosanctũ, cęcus etiã ex lege tale agnouit, qle nos cõfitemur. Vides ergo verũ esse qd veritas dicit: Beati q audiũt verbũ Dei, & custodiũt illud. Miserere mei. Breuis oratiũcula verbis, sed sensu amplissima. Toties & hęc oro in psalmis legit. Vnde & psalmographi more eandem orõnem cæcus repetit. Increpat clamãtem populus, sed clamare nõ cessat cęc⁹. Improbus clamitat, nõ impi⁹. Pharisęi impij sunt, qui longa orone putãt se exorare, quasi ex condigno, qd aiunt. Cæcus misericordias dñi perpetuo cãtat. Sic oportet semp orare. Sãctas vides ecclïæ letanias, supplicationes, lithurgiã, precesq; canonicas. Viderĩt Vuicleffistæ, & paupes mendici mẽtis inopes hæretici à Lugduno. Non orat ecclesia Psallianorũ hæreticorũ more, sed aplorũ ritu & exhortatiõe. Verisimile est, populum nõ malitiose, cęco silentiũ mãdasse, nec illi visus donũ inuidisse, sed reuerẽtiã Chri petijsse. Indecẽs putabãt, mendicũ sordidum dñi aures clamore ferire. Sic & apostoli Matth.15. dicũt: Domine, dimitte eã, quia clamat post nos. Apud Marcũ videm⁹, inuidentiã hic abfuisse. Nam illi q Chri iussu cæcum Chro adducũt, dicũt illi: Bono animo esto, vocauit enim te. Et ille actutum reiecto pallio, surrexit, & venit ad Iesum. Quod si aliq ex cõtemptu cęculo obstrepuere, hoc paruipẽdebat ille. Sic & tu si stationibus ecclïę, si laudib⁹ canonicis, si lithurgiæ

Mendicare inhonestũ nõ ẽ.

Iesus, nomen Dei & hominum propriũ est.

Orare oportet.

giæ sacro interesse gaudeas, & propterea Vuicleffista aliquis proximus vicinus tuus te papisticū, & nescio quē, nuncupare perrexerit, tu exemplo cæci intētius laudibus diuinis insistere pergas. Sed caue Iouiniana hæresi infectus, dicas, Dñe dñe, bonorū operꝫ vacuus: q̄si nudæ & vacuæ fidei oratio, sine bono ope sufficiat. Nō oīs, ait, q dicit mihi, Dñe dñe, intrabit in regna cœlorū. Bona oratio, quæ fit in ieiunio & eleemosyna. Puræ manus extollendæ. Sic improba oratio Deo est grata. Verū est, Deū bonorū nostrorū nō indigere. Verū item est, inutiles nos esse seruulos, etiā cum oīa quæ nobis præscripta sunt, præstiterimus. Sed fructus spiritussancti, opus fidei nō est peccaminosum & iræ meritoriū. quod euangelica ea quæ sequitur, ostendit lectio.

Stans aūt Iesus, iussit illum adduci ad se. Et cū appropinquasset, interrogauit illū, dicēs: Quid tibi vis faciā? At ille dixit: Domine, vt videā. Et Iesus dixit ei: Respice, fides tua te saluum fecit. Et confestim vidit: & sequebat̄ illū, magnificās Deum. Et oīs plebs vt vidit, dedit laudē Deo.

Eia charissimi, quàm bonus est domin⁹, quàm inclinat voci pauperꝫ suæ clementiæ aures. Eia ergo, redamate amantē vr̄i, miseri mortales. Sed & filij hoīm vos reges, vos principes, vos duces, iudicem districtū timete. Nam nisi eius exemplo miseris misereamini, sine misericordia iudicabimini. Magnus noster & solus dn̄s, audiens vocē mēdici, subsistit. mittit q̄sdam, & iubet sibi rogatorē putidiusculū e terræ fœtore adduci. adductū, qdnam cupiat, rogat. Et tu Cæsar, tu Imperator, etiā si Traianū ęques potētia, subsiste, etiam si à vidua misella fueris interpellat⁹. Bene dixit vidua alia quędam Augusto cuidam, confecto bello sibi opem pollicēti: Stultū est, ait, tuam te mihi operā polliceri, simulac redieris triumphator hostibus victis. Iam anteq̄ militiā ꝓficiscaris, iuuare debes: vt Deū, cuius gratia victor redire possis, tibi clementē efficias. Subsiste ergo Cæsar, Princeps, Dux, Comes in medio negocio, opus misericordiæ reliquis oībus p̄fer reipublicę rebus. Audi ipse, aures tuas arrectas & aptas clamori pauperꝫ habeto, ne suas tibi claudat Deus. Præfectus tuus, prætor tuus, q̄stor tuus, inhumaniter tractant plebē: suis stipendijs non sunt cōtenti, calumnijs degrauāt iam nimiū nimiumq; depressos. Consules munerib⁹ corrupti, sententiā etiā rogati, pronunciare cūctant̄. Pręfecti tui miserꝫ, simili causa, ab aduersario defendere supersedēt. Clamitāt itē ciues, clamitāt institores, clamitāt negociatores, regias vias (q̄d in Turcica tyrānide nusq̄ fit) à paludatis latronibus obsideri, merces quascunq; diripi, species aromaticas & grossos Ioachemicos vndiq; in saltibus dispargi. Insuper etiam clamitat̄, te ipsum nō pastorē esse, sed lupū: non principē, sed Polyphemū hominū deuoratorē, q contra exemplū non solū regū Israel, sed & ethnicoꝝ probatiorū principum, plebē exactionibus alijs & alijs deprimas, Nerone Neronior. Audi miseros, & miseresce illis, & habebis miserentem tui Christū. Porro vt cinis & puluis cineri & pulueri, homo homini, caro carni, sanguis sanguini, miser misero, mēdicus mendico, exul exuli, cōsorti & fratri tuo cōpati possis: exemplū iudicis & dn̄i Dei tui, pensiculatius discute & ęstima. Primo, aures voci, q̄ omnis plebs offendebat̄, mendici accōmodat. Secūdo, cōsistit. Tertio, mēdicum olidū accersit. Quarto, nō concit solū, sed & adduci iubet. Quinto, adductū ipse humaniter alloquit̄, dans optionē eligēdi sibi officij p̄standi. Sic exemplū iudicis viuoꝝ & mortuoꝝ domini angelorū & hominū, q̄squis es qui eius in terra vices agis, imitare. Tuapte comitate allice & ꝓuoca miseros ad detegendū tibi sua onera. Mēdicus hic noster sic Chr̄i prouocat̄ beneuolētia, vnde & vota sua libere ꝓfert in medium, dicens: Domine, vt videā. q.d. Dn̄e fili Dauid, lumine sum captus, ad mendicitatē redactus, ex p̄re familiās circūforaneus fact⁹: non tā de mēdicitatis onere, quàm de infamia illi adhærente grauor. Malim victum manib⁹ meis q̄rere, & in sudore vultus mei panē congrere: sed q̄d cupio, pręstare non possum. Oīs cęcus miser, sacra & grata lux, fac ergo videā. ἵνα ἀναβλέψω. vix cæcus verbū finierat, & auxiliari verbo illi respōdet: ἀνάβλεψον. i. vide. Eia pie Chr̄iane, attende Christi ꝑpetuā benignitatē. Aliàs leproso dicēti, Dn̄e, si vis, potes me mūdare, respōdet, Mūdare. Hic dicēti cæco, vt videā, ait, Vide. Quid sibi hæc verboꝝ allusio & (vt ita dicā) identitas aliud vult, q̄ Deū Opt. Max. hoc ipsum velle, q̄d nos salutare nobis poscimus? Notabis itē virtutē verborū Chr̄i, qa adverbū auxiliare & efficax, Respice, cæcus visum recepit. Sic & verbo surdo dat̄ auditus, Marc. 7. Sed neq; hoc p̄tereundū, q͠ dicit, fides tua te saluū fecit. Vides fidem vere esse salutarē, sp̄ualis ædificij sanctum esse fundamentū, sine q̄ nihil est innoxiū. Quare age q ecclesiastē agis, fidem & fidutiam in Christum synceriter trade. Ad fidei illustrationem traditiones apostolicæ da-

Pauperū clamoribus, aures p̄beāt potentes.

ἀνάβλεψον (id ē respice, vide, visum recipe) verbo cęcū illuminauit.

datæ sunt,& vsus sacramētorū huc ptinet. Vide ne pharisaico fermento oīa confundas. Sed & caue, ne Aetianā & Iouinianā fidem prædices, ociosam, vacuā atq; inanem. Quæ Bartimæi fides fuerit, in pcedentibus satis exposuimus. Verū Deum & hominē Chrm credidit. Defuit huic fidei facultas operādi, sed nō voluntas: qd paucis iterū indicandū ducimus. Apud Marcū sic legit: Rabboni, vt visum recipiā. Iesus autē ait illi: Abi, fides tua te saluum reddidit. Ac protinus recepit visum, & sequebat Iesum in via. Attende cęcum nō natū, quēadmodum ille Ioan. 9. sed aduersa quacunq; fortuna cæcum factū: dicit enim, vt recipiam visum. Iterū obserua, Iudæum fuisse, qa nouit vocabulum Hebręū Rabboni, qd apud Hebræos tantū est, quantū apud nos, Dñe doctor. Sic & vna Mariarū Christū vocat. Cęterū vocabulū Rabbi, vsitatius est, quanquam cū priori eiusdem est significatiōis. Rabbi Christon vocāt Mar. 9. Ioan. 1. 4. 6. 9. 11. &c. Attende sanæ fidei primam speciem, Christū verū Deum & hominē confiteri. Qui diuidit Chrm, alterū negās, nō est Chri. 1. Cor. 1. 1. Ioā. 4. Hoc semp docuit ecclesia. qre ergo nūc Papismus vocat? Quia verā & salutarē fidē ex fructu, & ex operibus bonis fidem absolutā æstimat. Sed Iouinianistæ nudæ fidei vtcūq; tropis suis patrocinia quærāt: nusquam quod quærunt, inuenient. Sophismatibus elabi conantur, sed veritatis maiestate in scrutinio dephenduntur. Hoc loco valde clamitant, Bartimæum clamore vincentes: Sola fides, Sola fides. sed veram nos hic fidem, & eam solā recipimus. Vocatus, primo lætus surrexit, amiculum abijcit, ad Christon properat, ignorans adhuc quidnā sibi Christus erat præscripturus: properat tamen, parat⁹ certe ad omnia. Aeti cæce vide, hanc talem fidē videt cardiognostes Deus. Talem probat Christus Matt. 9. 15. Mar. 5. 10. Luc. 7. &c. Scimus sine fide Deo placere neminē, Hebræ. 11. Qua enim fronte quis accesserit ad Christum, in quem non credat, cui non fidat? Sed & accedentem ad Deum, oportet credere, Deum esse remuneratorem quærētium se in veritate, non obliuiscentem boni operis nostri per Deum facti, haustum aquæ frigidæ in suo nomine pauperi datum, suo præmio non defraudantē. Vt videas, Bartimæi fidem talem fuisse, audi euangelistam, lectionem hanc ita claudentē: Ac sequebatur eum, glorificans Deū. Marcus hoc sic effert: Ac sequebatur eū in via. Sequi Christū, est emphatice dictum: quasi sequi verbū Dei, verbi Dei pscriptū, non consuetudinē, non consilia hominum, sed Dei volūtatem, quam nobis manifestauit Christus, qui non dicitur consuetudo, sed veritas. Sequi in via, est exēplum seq Christi. Christus via, Christ⁹ & veritas. hoc est doctrina, illud exemplo, vtrunq; est donando vitam æternam, doctrinam recipientibus, & per exemplum eam exprimētibus. Hæc Iouinianista & cucullate erro attēde, & de sola tua fide erubesce. Nec item hoc, quod sequitur, ad vacuam & inanem tuā fidem torquere poteris, Laudās & magnificans *eum. Nō est speciosa laus in ore peccatoris. Et vacuum ad se venire vult neminem, id quod lege cauit. Laus hic latrian et eusebiā significat. Latria primo cognitione sui constat. hoc est hominem sese cæcū nosse, & secus viam deijcere. Secundo constat disciplina & catechizatiōe & improbitate orationis, qua ecclesia primitiua exercitauit catechumenos, & probauit competentes. Tertio, illūinatione, qua homo verbo Dei, quod lux vera est, illuminatur, qua sacramentorum virtute lucis gloria perradiatur. Baptismus ianua est sacramentorū, & est sacramētum illuminationis: certo argumēto, & alia sacramēta huic rei esse accommoda. Quarto, pallij vetustioris abiectione, veteris hominis depositione. Quinto, suscepta gratia illuminatiōis, corporis obsequijs, Dei mancipatiōe. Sexto, studio dilatationis cultus Dei. Septimo, perseuerātia in bono. Sic tandem ad sabbathū pacis peruenitur. Populus Iudaicus vidit hoc miraculum carnis oculis: nos certi⁹ longe cernimus oculis mentis. Magnificauerunt illi. Magnificemus & nos. Donet hoc nobis sine quo nihil possumus, Deus: cui laus, gloria, gratiarum actio per æterna secula. Amen.

fidē verā respicit Deus.

Chrm, q qd fi.

Laus D. latria & eusebia constat.

DOMIMIGA PRIMA SACROSANCTAE quadragesimalis abstinentiæ, Euangelium Matthæi IIII.



Tunc ductus est Iesus in desertum à spiritu, vt tentaretur à diabolo. Et cum ieiunasset quadraginta diebus & quadraginta noctibus, postea esurijt. Et accedens tentator, dixit ei: Si filius Dei es, dic vt lapides isti panes fiant. Qui respondens, dixit: Scriptum est: Non in solo pane viuit homo, sed in omni verbo quod procedit

cedit de ore Dei. Tunc assumpsit eum diabolus in sanctam ciuitatē, & statuit eum super pinnaculū templi, & dixit ei: Si filius Dei es, mitte te deorsum. Scriptū est enim, quia angelis suis mandauit de te, & in manibus tollent te, ne forte offendas ad lapidem pedem tuum. Ait illi Iesus: Rursum scriptum est: Non tentabis dominū Deum tuum. Iterum assumpsit eum diabolus in montem excelsum valde, & ostendit ei oīa regna mundi, & gloriam eorū, & dixit ei: Hæc omnia dabo tibi, si cadens adoraueris me. Tunc dicit ei Iesus: Vade retro satana. Scriptum est em̄: Dominū Deum tuum adorabis, & illi soli serujes. Tūc reliquit eum diabolus: & ecce angeli accesserunt, & ministrabant ei.

INDVCTIO.

IN p̄cedenti capite cōmemorat Euāgelista, Chr̄on eē in Iordanis baptizatū flumine: significās baptismū religiōis esse ianuā, portā q̄ oīm sacramētorū, cū fidei tū meritorū. Recto itaq; ordine baptismū sequit̄ ieiunij sacramentū. Optimo itē ordine deinde sequtur tentatio meritoria, & victoria gloriosa. Vectis, Dei cultui sese mancipantibus obicē ponere cōsueuit: vnde & suo more Christon hic primum adoritur, post baptismū disciplinā diuinæ benedictionis auspicantē. Permisit hoc tētatori dn̄s, vt nos cautiores redderet, addiscēdēq; mētis diabolicæ occasioēm nobis suppeditaret. Nā si anguis & hostis ille antiquus, tm̄ instar, in q̄ oīs gratia habitauit corporaliter, ausus fuit ex insidijs aggredi: quō parcet impuris nobis? Sed caput nostrū, leo de tribu Iuda, vicit: idq; corpori suo. Dicit ergo Ioan. 19. Bono aīo sitis, cōfidite: qa ego vici mundū. Hoc tantū Chr̄i tentatiōis & victoriæ sacramentū, si p̄be retinuerimus, iam q̄q; hostem & nos triūphamus. Mysterium ergo tantū videam⁹: idq; hoc diligentius, q̄ tentator est pestilētior & p̄sentior.

Tunc ductus est Iesus in desertū à spiritu, vt tentaretur à diabolo.

Eremus hæc Iordani adiacet, de ea dicitur Matth. 11. Quid existis in desertū videre? Ibi baptizabat Ioannes. Huc Chr̄s sol⁹ venit, qa necdū sibi discipulos cōciuit. Venit aūt p̄ spiritū sanctū, exemplo Simeonis Luc. 2. Sic & spūs sanctus Heliam p̄phetā duxit in desertū solum, 3. Reg. 18. Philippū pneuma idē ad cameratū vehiculū, in quo eunuchus Candaces reginæ sedebat, Esaiā lectitās, adduxit Acto. 8. Idem spūs vetuit Paulū & Timotheū, ne p̄dicarent in Asia, Acto. 16. Vt habeas exempla tam negatiua q̄ præceptiua. Sic (teste Chrysostomo) non suapte, quantū homo fuit, volūtate & consilio, sed spūs sancti ductu venit in solā anachoresin Chr̄s. Reliqt itaq; (q̄d idem Chrysostom⁹ submonet) nobis dogma, ne quis sese temere in tentationes & periculorum procellas ingerat. Cæterū in secessum eū atq; solitarium locum ductus, vt tentaretur à diabolo, sed non nisi ieiunās. Obserua diabolū esse tentatorē. Deus (Iacobi 1.) dicitur ἀπείραστος, id est, intētator malorū. Permittit tū diabolo hoīem malorū tentare. vnde & diabolus p̄prie tētator dicit̄, 1. Thes. 3. Malorū tentauit cor Ananiæ Act. 5. De tentatiōe ea habes 1. Co. 7. 2. Co. 2. 11. 12. 2. Thes. 2. Sic & pater cœlestis p̄misit vnigenitū, & eum dilectissimū, suū filium solicitari, nostræ salutis ratione. Sed bonus Deus, q̄ neminē p̄mittit tentari supra id, q̄d ferre potest, ad libitū tentatoris: sed magis, vt faciat ex tentatione profectū. Atq; ea tentatio dicit̄ hūana, 1. Co. 10. Patris p̄mittentis alia est mens, & alia diaboli pungentis. Ille ad bonū permittit, hic ad malum pungit. Abraham tentatus, sed eò tētatio non euenit, q̄ voluit tentator. Nouit hoc Deus, sed nō Anguis, Gen. 22. Et qs non videat profectum, quē Deus ex Heuæ tētatione p̄fecit? Dei p̄mittentis optima voluntas nunq̄ frustrat̄: sine plurimo fructu nunq̄ est. Longe aliter se habet ratio Tentatoris Exod. 16. Deut. 8. 12. 2. Par. 32. Sequitur:

deus ἀπείραστος, id est, intētator est malorū.

Et cū ieiunasset quadraginta diebus & quadraginta noctibus, postea esurijt.

Quo maior (vt fertur) religio, hoc vehemētior solet esse tētatio. Baptizatus Christus, officium suum statim exorsur⁹, solam secedit in eremum, fugæ seculi iuxtà atq; ieiunij exemplum nobis sacra munia auspicantibus præbens. Sic & Ioannes ciuium turmas fugit, ne vel leui famine vitam macularet suam. Ieiunauit Christus, nihil bibens, nihil comedens per dies quadraginta & totidem solidas noctes. Procul dubio item per id quoque tempus continue orauit. Colligi hoc potest ex eius orandi ritu & consuetudine Mar. 1. Luc. 5. Obseruabis

Baptizatos & catechizatos tentatio manet.

 hic,

hic, bonum propositũ & ſpũs ſancti paracleti inſtitutũ, à ſatana ſemper impugnari. Si viderit quem à ſacramento regñationis carnales affectus mortificare, deponere & exuere veterẽ hoĩem, & ſeſe diſciplinis ſacris dedere, mundo ſeſe ſubtrahere, & ſoli Deo ſe mancipare, atq; adeo ſolenni voto in ſacro baptiſmo facto, reſpondere velle: tũ ſtatim in rabiẽ ſeſe colligit anguis, & homini nouo noua bella parat. Nusq̃ legis ſatanã in Theatro, in foro, in aula, in popinis in cauponis, & in fornicibus ſolicitaſſe hominẽ ad ſecedendũ, & ad meliorẽ frugem auſpicãdam. Immo magis oẽs neruos (q̃d aiũt) eo tendit, vt hoĩes in huiuſmodi vanitatibus magis atq; magis implicet, cõſtringat, atq; tandem ſtrangulet. Malignus eſt, vnde hoc quod impugnat, prauum nõ eſſe nõ poteſt. In aula, in põpoſo theatro, & in hoc genus vanæ gloriæ & vanitatis locis, vbi regnat, inde neminẽ expellit, immo magis pellicit. Crapula carnale eſt vitium. ad hoc itaq; ſpiritus immũdus iritat. Nã & in paradiſo voluptatis veneno oculos Heuæ infecit, Gene. 2. Hinc, qui ſana mẽte adhuc eſt prẽditus, colligat, quẽnam illa doctrina ſit, q̃ eccleſię ſtatũ ieiunium impietati deputat, Chriſti ne, an Antichriſti: Eccleſiæ ne, an hęreticoꝝ. Chr̃i habemus exemplũ, eccleſiæ habemus teſtimonium. Auguſtinus, Ambroſius, Chryſoſtomus, & alij cũ Grẽci tũ Latini, dicunt eccleſiã quadrageſimale ieiuniũ Chriſti exẽplo & apoſtoloꝝ traditione obſeruare. Eccleſiã mendacij inſimulant, & Chr̃i exemplũ eleuant, ap̃loꝝ traditionem obliterant euãgeliſtę noui. Non vides ſatanam exagitare hoĩes illos? Non vides nouos illos euãgeliſtas eccl̃iæ corporales factos eſſe ſatanas? Veritatẽ mendacijs, virtutẽ vitijs, obedientiã dyſcolia mutare, & ex filijs Dei filios Belial trãſformare conat̃. Ille itaq; ſe euſebię limĩa attigiſſe nouerit, vbi ſatanan in bono ꝓpoſito ſibi infeſtũ ſentiat. Sic & hoc loco vides Chr̃m tentari in deſerto: vt tentatio Chr̃i (q̃d D. Auguſtinus monet) nr̃a ſit doctrina, nr̃a inſtitutio. Dicũt Chriſton ieiunaſſe q̃dragin ta dies & totidẽ noctes, id q; noſtraꝝ viriũ nõ eſſe. Quaſi cætera oĩa Chriſti opera, q̃ nobis in exemplũ dedit, noſtris virib⁹ maiora nõ exiſtant. Deus ſic non eſt amãdus, q̃a tibi par charitas cũ Chr̃o non eſt? Mũdus tibi nõ eſt cõtemnendus, q̃a pari odio mundũ cũ Chr̃o auerſari non potes? Libanis illa noua niſi ius pontificiũ cõbuſſiſſet, videres quõ ſancti canones ieiuniũ nobis, non niſi cũ moderamine ratiõis pſcribant. de cõſe. diſt. 5. ca. Nõ dico. Sint tibi. Nihil. Nõ mediocriter. &c. Sit tibi q̃tidiana refectio, ſatietatẽ fugiẽs. Vox eſt eccl̃iæ: Ieiunium magnum & generale eſt, abſtinere ab iniquitatibus: vox eſt eccleſiæ, eadem diſt. Ieiuniũ: Quadrageſima ſumma religiõe eſt obſeruanda. Vox eſt eccleſiæ, eadẽ diſt. ca. Quadrageſima. Quadraginta ſolidos dies & noctes ieiunare non potes, ergo ieiuniũ quadrageſimale, quaſi papiſticum cõmentum, tanquam pernicioſiſſimum fidei malũ, debere abrogari, noua ſchola nouę libanis, & noua dialectica nouæ Sionis docet. Alius ſyllogiſmus eiuſdem ſcholæ & dialectices: Chriſtus ieiunauit mihi, ergo ego nequidquã ieiunauero. Et tibi, mi frater, Chriſtus baptizatus eſt: ergo, vt audio, tu quoque fruſtra baptizaris? Ieiunauit nobis Chriſtus, non vt ieiunium damnet, ſed vt ſanctificet, & nobis in exemplum & ſacramentum relinquat. Quod ſi calumnia ieiunij, ſyncerum & purum, quod Lutheriſch vocant, eſt euangelion: quis hoc euangelion cõuenientius prędicauerit, quàm μέλας aliquis perpetuæ noctis ſpiritus, vt ex libanote fiat melanthonia & exitioſa nigella? Quadraginta dies & totidem noctes cõtinuas, ſine cibo & potu peregit dominus, & non ſupra, quod Moſes & Helias antea tantum temporis, etiam ſine cibo & potu tranſmiſiſſe legantur, vt & ſatanæ deitatis in Chriſto maieſtas celaretur, Iudæiſq; legis plenitudo Chriſtus adumbraretur. Chriſtus euangelion ſuum noluit ſine ieiunio ordiri, quoniam Moſes Thora, hoc eſt, legem ſuam ſine ieiunio non acceperit. Pulchra ſymphonia, ſed quæ nouis euangelicis fratribus non placet, qui ſuum euangelium voluptate auſpicãtur. De Moſis ieiunio Exod. XXXIIII. dicitur: Fuit cum domino Moſes quadraginta dies et quadraginta noctes. panem non comedit, & aquam non bibit, & ſcripſit in tabulas verba fœderis decem. Et Deuter. IX. Adſcendi in montem, vt acciperem duas tabulas lapideas pacti, quod pepigit vobiſcum dominus, panem non comedẽs, & aquam non bibens. De ieiunio Heliæ habes 3. Regum XIX. Suprą fidem quodãmodo eſt, quantũ patres, filij nuptiarũ, abſente ſponſo, in hac exercitatione atq; diſciplina valuerint. Nunc proh pudor, eo rerum peruenimus, vt ea quæ in primitiua eccleſia fuerunt ſacroſancta, nunc tanquam execrabilia damnẽtur. Canes & porci verius quàm homines, ne dicam filios Dei, ſunt habendi, qui abſtinentiæ meritum tantum contemnunt. Contra beſtias eas notent catholici, quid de ieiunio dicatur 3. Regum viceſimoprimo, Pſal. 34. 68. 108. Iohel. 1. Nehemię 1. Iudit. 8. Ephe. 4. Sed quare non contra Sardanapalicos canes & cõtra Epicureos porcos, nos armemus ethnicorũ cordatio

Ieiunia eccleſiæ reſoluẽs doctrina, palam eſt impia.

Ieiuniũ Moſes legem accepit.

Ieiunijs exercitati ſe patres ſupra fidẽ mani pauci.

dationum eulogiis? Cicero li.5.Tuscu.quæst. scribit Catonem olim in Græciam profectum, Romamq́ue rursus reuersum, & miraculum quod in Græcia viderat, recensuisse: nempe hoc, vidisse se homines ibidem bis interdiu vesci, & saturos fieri. Quod si in Germaniã veniret hodie, quid per Deum, quæso, putamus dicturũ, si audiret, temperantiæ meritũ ab euangelistis nouis dãnari? Serio ecclesia, dum ab hæreticis iudicatur, vincit. Nam & ethnici abstinentiæ meritum non ignorant. Et vsus vitæq́ue consuetudo ostendit, etiã vitæ incolumitatẽ abstinentia conseruari. Hac sola medicina plures ethnicorum inuenias, sine omni valetudine aduersa Nestoriã propemodũ senectã attigisse. Adde quod & Quintilianus dicat vigorẽ & acumen ingenio abstinentiã cõferre: & hoc, quod Gellius dicit pueros tardiores fieri cibo immodico. Mirũ ergo est, porcis & canibus, quia à teneris helluari didicerunt, in croceis enutriti, euãgelion Chri de disciplinarum & virtutũ merito, nõ sapere. Thraces, Lydi, aliæq́ue gentes crapulæ vitio insignes, nouo hoc nostro euangelio iustificabuntur: & Germania abibit in sentinã oim nepotũ & lenonũ, nisi pro euangelio Chri sanctæ traducis vsq; ad mortẽ pugnauerimus, cõtra canes illos & porcos satanicos. Marcus describit hunc locũ, in hæc verba: Et continuo spũs illũ expulit in desertum: & erat illic dies quadraginta, & tentabat̃ à satana, eratq́ue cũ feris, & angeli ministrabãt illi. Præstat etiã baptizato, se feris cõmittere, quam in ciuitatibus illis ætatem degere, vbi prorsus obliterat̃ & dãnatur disciplina ecclesiæ. In illis siquidem locis, miris cuniculis & cassibus insidiat̃ catholicis teter ille cacoangelus: vt maiori tyrannide possideat ab ecclesia deficientes, quam ante fidẽ possedit suos. Obserua, qua fide alius euãgelista alium elucidet. Quod Matthæus ieiunare vocat, hoc Lucas appellat nihil edere. Sequitur hic apud Matthæum, & esuriit, quod Chri verã humanitatẽ declarat. Similia vide de fame Chri Mat.21. Marc.2. De siti eiusdẽ vide Ioan.4. & 19. Hinc captat satan occasionem tentandi. Vnde sequitur:

Ieiunii meritum ne ethnicos quidẽ latuit.

Et accedẽs tẽtator, dixit ei: Si filius Dei es, dic vt lapides isti panes fiãt?

Quibus verbis zabulos dñm tentauerit, audistis. Verum qua specie apparuerit, nusquã memoriæ proditũ legitur. Verisimile est, in imagine visibili se dño obtrusisse. Sic & creditur cõspicatus ipsi Iob 1.2. Zacha.3. Dñs quoq; dicit: Vidi satanan sicut fulgor cadentẽ e cœlo, vtiq; visibili forma. Ex Apostolo 1.Corint.11. scimus satanan sese transferre posse in effigiẽ angeli lucis. In paradiso certe visibilis Heuã solicitauit, Gene.3. Posthac etiã visibiliter in gehẽnæ igni cruciabit̃ cũ oibus hypocritis Matth. 25. Artifex videns Iesum ieiunio debilitatum, continuo tentandi locũ ratus accedit, & dicit: Si Dei filius es, dic vt lapides isti panes fiant. O nequissimũ & præsumptuosissimũ spm̃, quẽ (rogo) intẽtatum relinquat, cum etiã eum, quem filium Dei suspicabatur & vidit, malitiose adeo solicitauerit? Vno verbo duplicem tentationẽ compræhendit. Panis mentionẽ esurienti facit, vt ad appetitũ prouocet, sensusq́ue moueat, iubens vt e lapidibus panẽ faciat: cupiens filium Dei suo consilio obsequi, & simul appetentiæ vitio panẽ comedere. Q.d. Stulta omnino est istac tua abstinentia, cũ inter ieiunantes & comedentes, quantũ ad iustitiam, nullum est discrimen. Hoc sensisse zabulon, vel inde liquescit, quod doctrinã eam tandẽ per exitiosos monachos in Christi ecclesiam rursus refudit. Væ qui profundi estis corde. Chrm̃ Dei filium esse, satan multis argumentis animaduertit, nec tamẽ illum veritus tentare. Quid ergo faciet illis, quos elato spũ tumentes videt, & ad schismata cõmouenda aptos? Animaduertit nouum instar in Christo, audiuit vocem Ioannis: Tu venis ad me? Itẽ vocem Dei: Hic est filius meus dilectus &c. Tempus hebdomadarũ Danielis sensit elapsum. Vnde & postea audacter ait: Iesu fili altissimi, Mar.5. Dicit ergo: Si filius Dei es, quod equidem mihi subolet, dic vt lapides isti panes fiant. Duplex tentatio. Chrus nihil vnquam aut fecit, aut dixit extra patris præscriptũ. Satan hortatur vt sibi miraculũ edat. Obliuionẽ mandatorum patris Chro subrepere vult, & eũ pro carnis suæ ferri arbitrio. Concupiscẽtiæ interim etiã Chrm̃ pulsat ariete. Quod in plurali dicit, de lapidibus istis, & panes fiant, luxuriæ & intemperantiæ se spm̃ declarat. Nam vt Theophylactus ait, esurienti vel vnus panis sufficit. Dolosum insidiatorem audistis diabolon. Christon se vndiq; putabat perstrinxisse. Si filius Dei es, ait. Q.d. Nisi dixerit lapidibus vt panes fiant, filium Dei sese negauit. Si dixerit, iam mihi plus quàm patri fuerit obsecutus. Nunc porro audiamus, qua parma iaculum hoc diaboli eluserit Christus.

Tentationem duplicẽ zabul' vno verbo cõplexus ẽ.

Et respondens, ait: Scriptum est: Non in solo pane viuit homo, sed in omni verbo, quod procedit de ore Dei.

Sensus est: Ego spiritus sancti ductu ieiuno, atq; adeo præscripto patris viuo: tu autor mortis, vis me à pris verbo, atq; adeo à

vita seducere. Non refert, tu tuiq; consortes apostatæ angeli non credatis, neq; em̃ per vos perficitur laus patris mei cœlestis, qui nec te mihi testem constituit. Adde q́ tu sententiam damnationis habes, in malo obstinatus. Non ergo in tuam gratiam miracula mihi facere conuenit. Apostolus dicit: Non omniũ est fides: vnde potissimum ibi miracula ediderunt apostoli, vbi videbant fidei profectum nasciturũ. Iuxta hæc Christus Herodi regi nullum voluit ostendere miraculũ, q̃ vel vitã potuisset redimere suã. Iuxta hæc etiã Christus in parabolis fere loquebatur, vt ijs, q indigni erant, mysteria regni cœloꝝ abstrusa permanerẽt. Nullũ ergo miraculũ Chrs diabolo edere voluit: vt ostenderet nobis, q̃ primũ à verbo & à præscripto Dei, vel culmũ latũ declinauerimus, in æternæ mortis inediã nos esse collapsos: præstareq; homini corporaliter fame enecari, etiã si habeat decẽ millia corpoꝝ, in Dei verbi obedientia permanentisq; sese contra verbũ Dei opipare pascere, in animæ suæ æternã esuriem. Cæterũ & hoc verũ est, quod Dauid dicit: Non vidi iustũ derelictũ. Et quod Moses dicit, hominẽ viuere de quouis verbo oris Dei. Exẽplũ Moses ipse & Helias, quoꝝ vterq; inediã ad quadragesimũ vsq; diem pduxit sine corporali cibo & potu. Maius adhuc exẽplũ est, neq; id obscurũ, q́ dñs solo suo verbo vniuersum Israelẽ tot annis in deserto sustentauit. Intellige per mãna, solũ verbum. Manna siqdem de cœlo labebat dñi verbo, & eiusdẽ iussu tandẽ pluere cessauit. Attendendũ hic cũ primis, verbum nutus Dei, verbũ pmissus Dei. Exo. 16. Ecce pluam vobis panẽ de cœlo. psal. 77. Mandauit nubibus desup, & ianuas cœli aperuit: & pluit illis mãna ad mãducandũ. Panẽ angeloꝝ mãducauit homo. Qualis aũt panis angeloꝝ? Qualis panis in cœlo? Audi, Ego sum panis, inqt, verus q de cœlo descendi. Cuius hæc oratio? Verbi ęterni, quo angeli creati sunt, & quo viuunt, psal. 32. Ipse dixit, & facta sunt: ipse mandauit, & creata sunt, Sap. 9. Qui fecisti oĩa verbo. Heb. 1. Portãs oĩa verbo virtutis suæ. Obseruabis hic, Deut. 8, verbũ, non expresse haberi. Sic em̃ habet status orationis ibidẽ: Dedit tibi cibũ mãna, q̃d ignorabas tu & patres tui, vt ostenderet tibi, q́ non in solo pane viuit homo, sed in omni quod egreditur de ore Dei. Hic secundum originem Hebraicam legit, Col Motza, hoc est, omne quod exit. Septuaginta, quos Matthæus & Lucas sequuntur, paraphrasticos legunt, in om̃i verbo. Nihil em̃ ex ore Dei procedit, nisi verbum & mandatum. Motza hoc, mihi est Mitzua, verbũ, præceptũ, seu nutus, quo manna depluit, quo rupes aquã fudit, quo coturnices in castra Israel aduolarũt, Psalm. 77. Exod. 16. 17. Psalm. 104. Ex hoc Motza,* egrediẽs, puta verbum quod fuit Mitzua, hoc est, mandatum, vixit Israel in deserto: quia ad Dei iussum om̃ia fecerunt, castra fixerunt, ea rursus mouerunt, proficiscebantur & delitescebant, Nume. 9. Et simile est, q́ dñs semel atq; iterum aliquot millia hominũ, q se in solitudinẽ sequebãtur, verbi Dei audiendi grã, paucis panibus saturauit, & plures cophinos sustulit fragmentoꝝ. Vtrobiq; verbũ efficax om̃ia fecit. Sic dñs callidum tentatorẽ deludendo, suspensum dereliquit: neq; se filiũ Dei recusans, neq; se eũ esse, in eius gratiã miraculo ostentãs. Interim certo affirmauit, timentes Dei, & à verbo Dei vnice pendentes, fame vinci non posse. Sic nobis dogma relictum, ne quã vnquã vel tantillum à verbo Dei recedamus, carnis sensum, vel principum huius mũdi voluntates sequẽdo. Relicta & est doctrina nobis virtutis ieiunij, ex obedientia & ductu spũs, quale reuera ecclesiæ est ieiunium, suscepti. Ambrosius vnico verbulo effectum eius ieiunij cõplexus est, dicens: Ieiuna, si vis vincere. Aiunt serpentem ieiuni hoĩs saliua rumpi. Sic & ieiunio rumpi anguem antiquum. Hic iterum eius anguis inueteratã disce malitiã, qui ne victus qdem & cõfusus, cedit: quod in sequentibus clare patet.

Miracula nõ vbiq; habent locum.

Vita hominis nõ solum in pane consistit.

Tunc assumpsit eum diabolus in sanctam ciuitatem, & statuit eum super pinnaculum tẽpli, & dixit ei: Si filius Dei es, mitte te deorsum. Scriptum est enim, quia angelis suis mãdauit de te, & in manibus tollent te, ne forte offendas ad lapidem pedem tuum.

Ductus est Iesus à pneumate sancto in eremum: expulit eum spũs sanctus in desertum, satan abducit. Sic & hodie, quos spũs dñi in monasteria duxit vel impulit, eos satan vafer inde seducit. Vita solitaria, contemptus mundi, fuga seculi, & odium vanitatum, satanæ odiosum est. Contrà conuiuia, lusus, ioci, cithararum tactus lasciuus, oscula Veneris quinta parte imbuta nectare, & hoc genus iritamenta maloꝝ, illum oblectant. Vnde eo plane consilio monachos & monachas e claustris elicit, q̃ Christũ secũ assumpsit in sanctã vrbem. Species bona, vrbs sancta, sed prauũ diaboli consilium: mẽs impura, templum sanctum. Viderint anachoretæ & sanctimoniales Christo deuoti, qui se solitariæ vitæ sacramento cer-

Monasteria ingressos, satanas inde seducere conatur.

certo maturoq́ꝫ consilio volentes obstrinxere, quo consilio diaboli votum soluant. Christus expleto ieiunio, satanan sequebatur, sed nõ secundũ mentẽ satanæ. Iuxta typum Aaronis per omnia debuit probari, citra peccatũ, Heb. 4. vt nos videamus, nobis non esse pontificẽ qui non possit affici sensu infirmitatũ nostraꝝ. Aliud vero fuit consilium satanæ, qui ambitiõe Christum voluit notare. Satan in primo congressu victus, sensit se vix musculã esse, collatum elephanto: tamen, quę eius est malitia, superatus, absistere non potuit. Pugnam ergo ab integro restaurauit, nouis dñm machinis impugnaturus. Sed Melchisedeck ille æternus, veritas diuina, securus fuit diaboli seductionis. Dicit ergo, Principẽ huius mundi nihil in se habere, Ioan. 14. Assumpsit Iesum secũ in sanctã ciuitatem. Sic vocat Lucas Solymas, Matthæus idem facit infrà 27. Charissimi, cauete vobis, attendite calliditatẽ serpentis sinuosi, qui etiam specie bona decipit. Iterum dico, cauete: neqꝫ etiã citra periculum satan aliquem e deserto in ciuitatẽ sanctã, inq́ꝫ tẽplũ ipsum duxerit. Nil proderũt vobis perizomata, quæ vobis e ficu consuitis, cum iudicij Dei censura aduenerit. Videte vt eludatis verbo Dei: Vouete & reddite. Diabolus statuit hic Christon super πτερύγιον, quod est diminutiuũ ab ala, significans pinnulam turriũ, quę in alaꝝ modũ mouet. Cochlea eo adscẽdebãt, sed noluit satan Christon, vnde adscendit, rursus descendere: sed vt sese e pinnaculo tẽpli præcipitẽ dedat, cohortari. Obseruent imperiti, Christon à satana non esse per aera vectũ, sed adductũ. Dicit hic: Si filius Dei es, præcipitem da te deorsum, noli descẽdere per gradus vnde adscendebamus. Sensus est: Noluisti mihi tanq̃ indigno, vtpote cui nihil debeas, miraculũ edere seorsum soli. Age ergo portẽtum aliq̃d designa in sancta vrbe hoĩbus, quibus promissus es, potẽtia operꝫ clarus. Hoc vt præstes, locus & personę pręsentes suadent. E sublimi vbi te impune dederis pręcipitẽ, tuã gloriã satis illustraueris, & verus Dei filius habebere. Theophylactus in hunc locũ dicit: Num o maledicte, ꝓcipitare debebat seipsum? Tuę crudelitatis est ꝓcipitare dæmonio actos, Dei aũt saluare. Sic & nos dicere possumus: Nequissime, num ergo in filiũ Dei credere nõ licet, qa ad tuã voluntatẽ nullũ miraculum edidit? Noster, & non tuus, Iesus postea nobis, ex patris sui præscripto, pedibus super mare ambulauit, ventis & freto imperauit, per ianuas clausas meauit, etiam e sepulchro signato resurrexit rediuiuus, & tandem in cœlum remigrauit, seq́ꝫ nobis & cœli & terræ dominum declarauit. Quid hoc ad te? Tu sane tuo consilio tibi ipsi malum conciuisti. Quis te iam nõ impotẽtiorẽ musca videat? Quare tute Christum nõ deturbasti, quemadmodum te cœlo detrusit Michael? Nonne hoc voluisti? Sane. Quare ergo hoc non fecisti? Nonne quia non potuisti? Ecce tibi. Et in nos, qui Christi sumus, nihil potes. Ecclesia recte exorcizat. Nihil tibi fit cõmune cum seruo Dei, iam cœlestia meditanti. Tu vis vt carnalia & terrena sapiamus. Dicis ergo, mitte te deorsum. Mater ecclesia monet, vt corda nostra sursum habeamus ad dominũ, quem tu dereliquisti. Suades ergo vt deorsum nos mittamus, vt tui similes euadamus. Sophistam charissimi attẽdite, scripturarum instructissimum, scripturas torquere & retorquere, stringere & laxare, quod & à patre suo didicerunt hęretici, potentem. Sed scripturæ genuinus sensus nusquam est, nisi apud ipsam veritatẽ. Veritas nusquam est, nisi penes ecclesiam, quæ veritatis est basis. Vnde nihil minus in tenebris errorum cæcutiunt, qui ecclesię terga verterũt, q̃ ipse caliginosæ auræ spiritus. Audit satan Christon scripturaꝝ se armis tuentẽ: mox ergo & eandem sibi armaturam vsurpat, sed vane. Age, inquit, e sublimi te præcipita. Nam scriptũ est: Angelis suis mandauit de te. Scilicet hoc est scripturam adducere. Vbi scriptum est, patrem iubere filium se dare pręcipitem? Iterum quod psal. 90. dicit, de te, non proprie de Christo dictum fuit, teste Hieronymo. Nam hic locus Psal. proprie de pijs omnibus intelligi debet, quod obscuratum diabolus cupiat. Certum & angelos Christo ministrasse, quod & infrà statim sequitur. Idem & Lucæ 22. vides, sed hic psalmus proprie de pijs quibuscunqꝫ debet intelligi, quemadmodum & alia scripturæ loca, in quibus se Deus ipse suorum custodẽ pollicetur. Nusquam vero in sacra scriptura inuenias, angelos Christum ex periculis eruisse. Nõ est ergo opposita citatio, quanquam id esse videatur. Cadenti siquidem, sustẽtatore, qui se sustineat, ne prorsus concidat, opus est. O callidum tentatorem. Verum Gene. 3. habetur Arum, φρονιμώτατος, id est, prudentissimus, qualem se nusquam non designat, maxime & qualem se hoc loco declarat. Accedit q̧ & scripturã mutilat, adducẽs ex ea quod suæ seruire videt nequitiæ: quæ sibi aduersari sentit, præteriens. Sic & hæretici ea q̃ suis opinionibus vidẽt suffragari, pleno ore expuũt, reliquũ resorbẽtes. Hilarius hic prim⁹ adnotauit, diabolũ hoc q̃d seq̃tur, nõ adduxisse, q̧ se eo loco flagellari sensit. Seq̃tur: Sup aspidẽ & basiliscũ ambu-

Pinnaculum templi quid.

Ecclesia nos sursum vocat, diabolus deorsum.

Scripturę sensus penes ecclesiam.

Scripturę mutila͂or diabol⁹ & hæretici.

ambulabis,& conculcabis leonem & draconem. Leo eſt, quatenus aperto marte ſæuit: draco, vbi ſubdolus p cuniculos repit, vt D. Auguſtinus docet. Cũ ſancti martyres occiderent, leonẽ egit: nũc pro ſerpẽtibus vndeuis hæreſibus, draco eſt. Viciſtis leonẽ, vincite & draconẽ. Hacten⁹ etiã eſt baſiliſc⁹ & aſpis. Vide quantũ valeat in hęreſi. Trium beſtiarũ typo hęreſi confertur. ſola leonina figura, martyrũ præſignatur inſidiator. Præcipue ergo (quod & Ambroſius in Lucam lib. 14. monet) hic diſce, ſatanam ſe velut angelon lucis transfigurare, & de ſcripturis diuinis ſæpe fidelibus laqueum parare: Sic hæreticos facere, ſic fidem euiſcerare, ſic iura pietatis impugnare. Ergo te non capiat hæreticus, quia poteſt de ſcripturis aliqua exempla proferre: nec ſibi arroget, vt doctus videat. Vtitur & diabolus teſtimonijs ſcripturarũ: non vt doceat, ſed vt circũſcribat & fallat. Haudquaquã ergo admirandi, qui hodie in adducenda ſcriptura adeo ſunt proni. Citare ſcripturã ad ſuas & ſuorum opiniones aſſerendas, diabolicũ eſt: ſiue hoc Lutherani faciant, ſiue [redacted] Inoleuerũt hodie in eccleſia hæc portentoſa nomina. Væ & iterũ væ homini illi, qui eius diſſidij eſt autor. Væ & iterum væ illis, qui ſectas fouent iſtas. Aemulatio iſtæc carnalis, eſt diabolica, & cum diabolo torquebitur in inferno. Sed nos ad ſequentia transeamus.

Ait illi Ieſus: Rurſum ſcriptum eſt: Non tentabis dominum Deum tuum.

Scripturã gloſſulis nemo ſuę opiniõis eludat.

Rabboni & pceptor ſanctus, qui nõ torquet neq; iugulat ſcripturã. O vos catholici, ab hoc magiſtro diſcite: verbũ eius, diabolo pręſentiſſimã mortẽ, amate: nolite eo abuti, nolite cõtra pietatẽ gloſſulis & cõmentis hoc eludere, exemplo diaboli & hęreticorũ, qui ſcripturã ſeorſum vellicando & vexãdo, tropos alios & alios fingendo, ſuas partes tuentur: factioſi, ſunt irrequieti, multa legunt, plurima ſcribunt, nouos ſe illuminatos magiſtros oſtẽtant, præ ſe oẽs patres priſcos contẽnunt. O fœdiſſimum diabolon, qui in tantis tenebris ſe de luce iactat. Ipſe ſibi in arce ſpũali (vt B. Bernardus dicit) & diſcipuli ſimul & magiſtri exiſtunt, docent quæ ipſi necdum didicerũt, ſubinde dediſcẽdo & dedocẽdo. Vos chariſſimi humilitatis magiſtro adhærẽtes, ne arroganter de vobiſmetipſis ſenſeritis, ſed humilibus vos accõmodetis probatiſſimis Chriſti diſcipulis. Hęretici faſtidioſi dicũt, quid mihi cũ Hilario? qd mihi cũ Chryſoſtomo? Papæ odio, monaſtices (cui exciderunt) odio, etiã approbatiſſimos quoſcũq; eccleſiæ patres, qui triũphans eccleſia ſunt, erroris audent traducere. Ad ſuã cenſurã reuocant priſcos patres ad vnũ oẽs, ſemetipſos illis cõferẽtes. Quid hoc ſpũ ſupbius? Tempus erit cũ dñs calumniã eã ſuperbiſſimi ſpũs vindicabit. Beatus q hoc iudicium dñi in patientia & ſine offendiculo expectat. Senſus verborũ Chri eſt: Spũs immũde, qd prætendis? Non ſum adeo ambitioſulus, vt miraculũ ſine cauſa edã. Miraculorũ ſuus locus eſt & tẽpus. Nihil horũ à te diſcã. Tu q ſcripturã perperã adduxiſti, audi viciſſim clariſſimũ ſcripturę locũ Deut. 6. Non tẽtabis dñm Deũ tuũ. Quare tu ſcriptura detorta mones, vt in ſcripturã peccem? Deus cuſtodiet introitũ & exitũ fidelium, Deũ fideles præſentẽ habent ſibi cuſtodẽ. Eſaias dicit 43. Me⁹ es Iacob & Iſrael: cum pertranſieris per aquã, tecũ ero: & flumina non operient te. Cũ ambulaueris in igne, non cõbureris, & flãma non ardebit in te. Nunqd ad hanc prophetiã quiſquam Iſraelitarũ aquarum voragini inſiliat, & in caminum ſeſe ignis æſtuantẽ cõijciat? Ionã liberauit ex abyſſo, tres pueros e camino ignis aſſeruit: ſed neq; hi, neq; ille ſe in pericula ea temere dederunt. Quid ergo me ab re contra Dei præceptũ, e ſublimi præcipitẽ, ipſi mihi manus illaturus? Et quare alijs erroris exemplũ relinquã? Hic etiam obſeruabis, Deũ multifariã tentari. In deſerto tentatus à filijs Iſrael pſal. 77. 94. 105. Tentatus & in nouo teſtamẽto, 1. Cor. 10. Act. 15. Achaz cũ nihil minus ſe putaret facere, tentauit Deũ, Eſa. 7. Iuſſus, ſignũ recuſauit petere, dicẽs: Non tẽtabo dñm, quaſi iuſſa Dei negligere, nõ ſit tẽtare dñm. Multos noui euangelij Achaz hodie habet in Germania æmulos. Dicũt: Ieiuniũ eccleſiæ nõ obſeruabo, ne tentẽ dñm: in deſerto monaſterij, quod voui, nolo remanere, ne tentem dominũ. Quaſi nolle obedire, non ſit peccatum ariolandi. Quid? Nonne Cicero, dicens: Quod Deo teſte promiſeris, id tenendũ eſt, perfidos Circuncelliones piurij iudicabit? Sed videam⁹ nũc porro, qmodo anguis victus, ſeſe in aliã ſpirã colligat.

Deum [...] tari ab [...] minibus

Iterum aſſumpſit eum diabolus in mõtem excelſum valde, & oſtendit ei omnia regna mũdi & gloriam eorum: & dixit ei: Hæc omnia dabo tibi, ſi cadens adoraueris me.

Tentatio de idolo latria, o[...] um p[...] ma.

Sinuoſus ille draco, hic Chriſtũ nefandiſſimo omnium flagitio ſolicitat. Primo in deſertum crapulam voluit inducere. Deinde templum ambitione voluit prophanare. Nunc in excelſo monte duplicẽ idololatriã conatur inſtituere. Altera eſt auaritia,

tia, altera est cultus creaturarum. Hæc tria cum primis aucupatur. Nescias an aliud quodcunq; crimen hodie magis floreat. Temperantię laus est abolita, nemo se non admiratur, & adorat suæ sapientiæ idolum, sua latifundia nemini sufficiunt, ad proximi vicini arua adspirat quisque. Deficiunt miseri à bono ad malum, quod est ante satanan cadere. Studēt auaritię, q̄d est diabolum adorare. Velocius in stadio diaboli currunt, quàm incitantur. Attendat sibi quisque. Tempus breue est, præterit figura huius seculi. Iudex adstat ante ianuā. Mundus est immundissimus, nihil vndiq; nisi casses & amites diaboli. Facilis illapsus in foueas eius: sed difficilimum est inde exire. Sed alibi de hac re. Quemadmodum hic super pinnam templi secum adduxit Christon satanas, sic hic eū in montē sustulit excelsum. Mons ille apud Euangelistas nusquam nomine suo exprimitur. Sunt qui traditione quapiam dicant vocatum Quarentenam, situmq; esse in Iudæa iuxta Hiericho. Sed hoc parū ad rem. Nos, quod certum est, prosequamur, diabolū in deserto Iesum voluisse voluptuosum, in templo ambitiosum, in mónte auarum. Nihil horum Christo persuasit, quia carnalia oīa & exitiosa. Nemo miretur Christum hæc permisisse diabolo, qui illius ergo in hunc mundū venit, vt technas diaboli nobis vitādas doceret. Propter hostem illum in hunc mundum venit. Adde q; horribiliora postea sustinuerit ab eius membris, & iam gloriosus, quotidie eadē adhuc pferat. Poterat (vt Theologus quidam ait) diabolum potentiæ suæ nutu supprimere, sed in secundo aduentu Christi potentiæ locus erit. Primus aduentus ęquitatem poposcit: vt & nobis humilitatis & patientiæ exemplū relinqueret, & gloriosam nobis victoriā sanctificaret omnē. Attende insidiosi tentatoris mendacia. Promittit dño oēs huius seculi opes, cum domini sit terra. Dñs, qui conditor est vniuersitatis, non venerat mortalia arripere, sed per paupertatis sacramentū nobis æterna largiri. Tyrannides huius mundi fere inuaduntur, hoc lusus est diaboli. Christus noluit vngi oleo externo in regē huius mundi, Ioan. 6. Quia regnū eius non est de hoc mundo, Ioan. 18. Diabolus imperio monarchico, à Græcis & Chaldæis in Romanos permissu Dei deriuato, nouū negociū voluit facessere, lusum suū perpetuaturus. Sēsit se etiā in hoc regno iri cōfusum. Vnde aliena pmittit, vt suū sibi possit cōseruare. Error & mendaciū est diaboli regnum. Cū loquitur mendaciū, ex proprio loquitur. Huic regno timuit. Hoc regnum ægre

Imperiū Romanū diabolo & omnibus hæreticis infensum.

dimittit. Imposuit primo Adamo, voluit & circūuenire secundū, cuius tandē potentia est suppressus. Roget qs, quare adhuc dicatur princeps huius mundi, Ioan. 12. 14. Ephe. 6. Ego, inquit Christus, elegi vos de mundo. Mundus nihil aliud est, nisi concupiscentia oculo℞, carnis & fastus. Hic regnat adhuc diabolus. De hoc regno dicit 1. Ioan. 5. Totus mundus in maligno positus est. Hoc regnū reseruaturus, promittit huius mundi opes & gloriā: sed hac lege, vt ipse adoretur, Deus abnegetur. O superbum spiritū: à dño, cui oēs genu in cœlo & in terra flectit, vult adorari. O antiquum hostē, o odiū inueteratū. Adamū e paradiso pellexit, totum deinde mundum peccatis diluuio expiandis impleuit, deinde tot templa (vt Cyrillus dicit) in vniuerso mundo sibi erigi fecit, heu quot carmina, quot hymnos sibi vndiq; decantanda statuit. Extant etiānum hymni & carmina apud infelices poetas: extat & Magia, funesti eius laudis reliquiæ. Quid non operum Dei Leuiathan ille tentauit? In paradiso per serpentē loquebatur, postea etiam per Xanthum Achillis equum, & per Causum fluuiū loquebatur. Per quercū Dodonæ sua reddidit oracula. In serpēte Epidaurio fatidicus importunus extitit. Serpens hic est Alexandri pseudomantis, cuius Lucianus meminit. Coluber hic est, quo grauidatā sese iactauit Olympias Alexandri Magni mater. Proh, q̄ propudiosa flagitia patrauit per Cleomedē Astypalensem, Aristeum, Apollonium, Quirinum, per Aegyptios & Chaldæos? Quid hic dicam de impuris & turpibus poetis? Quid de cæcis philosophis? Illi regibus huius seculi adulando diuinos honores detulerūt. Hi ignē & aquam, terram & hoc genus creaturas, etiam atomos, Deum esse prædicauerunt. Apertissima & ea crassissima idololatria, ante Christi aduentum per tria millia annorum tenuit. Horrendum hoc. Horribilius longe, q; tempore Antichristi eadem reuiuiscet iniquitas, 2. Thessalo. 2. Et dubium non est, præcursores suos etiamnum habere in ecclesia Antichriston. Sed noster Iesus tandem viperam vincet & illam: id quod in sequentibus cognobile fieri potest.

Diabolus princeps mundi.

Tunc dicit ei Iesus: Vade satana. Scriptum est enim: Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruies.

Immanis belua Behemoth, fœnū quasi bos comedens, habens fiduciā quasi & ipse Iordanis influet in os eius. Grandis bestia

Le-

Leuiathan, cui nemo quasi auiculæ illuserit. Sed ecce tibi hic bellum attende, belli respice finem. Spes sua frustrauit eũ, quia vidẽtibus cunctis præcipitatus est, Iob 40. In Chr̃o Iesu ter vict⁹ draco enormis ille, credentibus om̃ibus musca est facta. Nam quicunq; nomen Iesu inuocat, saluus est. Quõ vero inuocabunt, in quẽ non crediderunt? Primæua natura infeliciter cum antiquo serpente congreditur. Renatis nihil hic est periculi. Credenti oĩa sunt possibilia, Mar. 9. Resistite diabolo, & fugiet à vobis, Iaco. 4. Resistendũ autẽ in fide, 1. Pe. 5. Deus pacis, diabolũ conteret sub pedes nostros breui, Roma. 16. Caput suũ conterendum, velit nolit, pedibus nostris subijcere cogitur. Chrysostomus dicit, draconẽ ter victum, neq; pedes, neq; alas habere, in epistolã ad Rom. 4. Mutilatus reptat, non volitat: iacula fidei & armaturã euãgelicam elidere non potest. Cęterũ aliàs incautis & inermibus adhuc, Leuiathan serpens vectis, & Leuiathan serpẽs tortuosus ẽ, Esa. 27. Draco est cedenti, musca resistenti. S. Cyprian⁹ in libro de duplici martyrio, ad hanc diaboli expugnationẽ sedulã nos sedulo monet. nisi audiuerimus monentem, de nobis actũ erit. Tentat nos sibilãdo, nobis adspirans & suggerens, ne ecclesiã audiamus, ne ieiunemus, ne mundũ fugitemus, &c. Resistendũ nobis, dicendumq;: Christus Iesus, dilectus vnigenitus Dei filius, nobis audiendus, dicens: Exemplum dedi vobis, vt queãdmodũ ego feci, sic & vos faciatis. Hæc est armatura Dei, cui non præualet serpens Ephe. 6. Per fidem vicerunt regna S. patres, Heb. 11. Hæc est victoria quæ vincit mũdũ, fides nostra, 1. Ioan. 5. Biblia sacra est sacri fluminis alueus, vnde lapides petamus, quibus Goliath deijciamus, 1. Reg. 17. Auditu iucundum est, Christum Iesum ijsdem vsum armis, ex eodẽ armamentario petitis: ex quinto libro Mosis cap. 6. duos lapides, & ex ca. 8. eiusdem libri, vnũ sumpsit: Dominũ Deũ tuum adorabis, & illi soli serujes: paruulus est lapis, sed omnium grauissimus, & prosternẽdo Goliath conuenientissimus. Ponderetur lapis, æstimetur pręscriptio. Nihil pręter Deum adorandũ, nihil præter Deũ colẽdum, præter Deũ nulli creaturarũ seruiendũ. Nõ archangeli, non angeli, non patriarchæ, non prophetæ, non apostoli, non euangelistæ adorãdi siue colendi, sed solus Deus. Non angelis, nec vlli beatorũ seruiendum. Breuis sermo, cui si quis addiderit, ad eius animã addet dñs plagã & ignẽ æternum. Hoc ecclesia perpetuo docuit, ab idololatriæ crimine infando nos ecclesia sedulo absterruit. Calũnia ergo est fœdissima, q̃d hodie pleriq; spermologi garriunt, euãgelion Christi in Germania nunquã syncere esse prædicatũ. Quippe ecclesiã Romanã, vnde in Germaniã Christi euangelion est missum, esse insyncerã, in mendaciũ ædificatam. Adeo hæreticorũ oculos perstrinxit suæ splendor philautiæ. Blasphemum hæreticorũ os vt obstruatur, ex gregarijs ecclesiæ doctoribus vnicũ breuitatis gratia proferamus in mediũ, Venerabilem Bedam presbyterũ, vt in eo confundatur hæresis prophana. dicit ille in homilia super hoc præsens euangelion: Quærit forte aliquis, quomodo conueniat quod hic præcipitur, dño soli seruiendũ, verbo Apostoli, qui dicit, per charitatẽ seruite inuicẽ. Sed huic quæstioni facile Gręcæ linguæ, ex qua scriptura translata est, origo satisfacit: in qua seruitus duobus modis ac diuersa significatione solet appellari. Dicitur enim λατρεία & δουλεία. Sed dulia intelligitur seruitus communis, hoc est, siue Deo siue homini, siue cuilibet rerum naturæ exhibita: à qua etiã seruus, dulus dicit Græce. Latria aũt vocatur seruitus illa, quæ soli diuinitatis cultui debita, neq; vlli est participanda creaturæ. Vnde & idololatrę nuncupantur hi, quæ vota, preces & sacrificia, quæ vni Deo debuerãt, idolis impendũt. Iubemur ergo per charitatẽ seruire inuicẽ, quod est Græce δουλεύειν. Iubemur vni Deo seruire, quod est Græce λατρεύειν. Vnde dicitur, & illi soli serujes: quod est Græce λατρεύσεις. Et iterum: Nos enim sumus circũcisio, spiritu Deo seruientes: quod est in Græco λατρεύοντες.

Diabolus draco musca fact⁹.

Biblia sacer est alueus fluminis sacri, vnde petendi lapides ad cacodæmona ꝓsternẽdũ.

Seruitus duplex.

Latriæ vox quid sibi velit.

Hanc venerabilis Bedæ professionẽ plane euangelicã, etiã in Germania celebrem extitisse, arguunt sermonũ dñicalium scriptores. Saxoniã præcipue inique conqueri, euangelion Christi sibi syncere non esse denunciatũ: testis est Smaragdus abbas Saxoniæ, qui venerabilis Bedæ verba suis in euangelia dominicalia, annotationibus fideliter inseruit, in testimoniũ aduersus calumnias hæreticorũ huius tẽporis, nouum euangeliũ subinde crepantiũ. Hanc ecclesiæ Romanæ professionem simulac dãnauerint, tunc primũ suum nouum euangelion sine rubore iactitare poterunt. Latriæ cultum soli Deo defert, fratri duliam: hoc est, ministeriũ familiare, puta dandi, accõmodandi, iuuandi, reformandi, castigandi &c. De latria, id est, de cultu habes Mat. 4. Luc. 4. De dulia habes Gala. 5. De dulia itẽ rum Luc. 1. in cãtico Zachariæ. Itẽ Luc. 2. In exemplo Annæ viduæ. Item Apocal. 7. exemplum angelorũ. Dulia nonnunquã accipitur de cultu diuino, Act. 20. 1. Thess. 1.

La-

Latria vero e diuerso nulli creaturarum neque huius, neque patriæ, defertur. Diuus Apostolus Roma. 1. dure increpat eos, qui hāc differentiam confundunt. Operæpreciū ergo est, ne schismaton & hæresion occasionem infirmis suppeditemus, vt differentiam eam mētibus nostris altius imprimamus, vulgumq́ ab omni mala specie liberū, in syncera religione cōseruemus. Sequitur:

Tunc reliquit eum diabolus: & ecce angeli accesserunt, & ministrabant ei.

Immūdus spūs per verbū Dei abactus. Gladio siquidē spiritus lemures saltē sunt feriendi. Nunc postquā larualis tentator facessit, euangelus accedens, Christo ministrat. Cacoangelus tentat, bonus angelus ministrat. Accedēs bonus angelus, nō quasi e longinquo, non quasi casu, non quasi duelli nescius, sed quasi testis victoriæ, congratulator gloriæ. Prius non accessit adiutor, quia Christus eius adiutorio opus non habuit. Post pugnā accedit seruiturus, vtique & hoc nobis: in capite membris, quia & membris tentatus est caput. Nobis, inquā, suo corpori tentatus est Christus caput nostrū, ieiunans, & dracone vincens, non solum propter exemplū, sed etiam propter sacramentū, vt ieiunium & militiæ studiū, qua diabolo resistimus, nobis sanctificaret, victoriamq́ nostram de satana gloriosam redderet & meritoriā. Accedunt ergo angeli post victoriam, hæc declaratū omnia, quod Christo fuit pergratū obsequiū. Rogas, quo seruitutis genere ministrabāt angeli? duliæ ne, an latriæ? Neutro horū, sed speciali quodā genere, q̄d diaconiā possumus dicere, penuria idiomatis Græci. Latina dialexis, Græcanica lōge sterilior, hic apparet esse locupletior. Ministeriū itaque

Angelus vt dictus sit accedere Chr̄o.

angelorum hoc, secundū Ausonicū idioma, est tertiū genus famulatus, nō δουλεία neque λατρεία, id est, non seruitium humanæ necessitudinis, nec officiū cultus diuini. Hæc aliàs. Nunc charissimi præsentem locū diligenter attendite, certo vobis inde persuadentes, si vitādo prophanissimam ethnicorū cōsuetudinē, qua in Bacchanalibus siue Carniualibus filij diaboli luxu atque deliciis sunt dissolutiores, adeo vt etiam ad huiusmodi vanitates iritent alios, diabolo restitistis, angelos qui vobis in huiusmodi certamine adfuerunt adiutores, adhuc vobis adesse custodes & congratulatores, & propediem affore coronatores. Si vero succubuistis, & exemplum funestū mundi insanientis & debacchantis estis secuti, à diabolo seducti: agite, cito conuertimini ad dominū: fletibus veris, ex corde contrito profectis, virus serpentinum, quo contaminati estis, abluite. Pollicemini ex animo meliorem frugē, votū parsimoniæ perpetuæ concipite. Obedientiæ & disciplinæ ecclesiasticæ vos pio voto obstringite. Negligentiam & transgressionem corrigite, per Christi spiritū resurgite, vt vobis Christus Iesus efficaciter tentatus sit, vobisq́ efficaciter vicerit. Nam si ex corde exemplū ieiunij æmulemur, si exemplū resistendi diabolo gnauiter sequamur, vtriusque sacramētum in nobis locum habebit. In vtroque exemplo si dormitauerimus, si vtrunque neglexerimus, ad pœnitentiam nunc veram & fructuosam vocamur: quam si fecerimus, Christo reconciliati, eiusdem gratiæ & gloriæ participes vel sic erimus. Hoc annuat nobis ille, qui se ad hoc ipsum nobis dedit, Iesus Christus, cui cum patre & sancto spiritu par sit laus, par gloria, per æterna seculorum secula. Amen.

angeli adsunt certātibus cū diabolo.

DOMINICA SECVNDA QVADRAGEsimalis ieiunij, Euangelium Matth. XV.



ET egressus inde Iesus, secessit in partes Tyri & Sidonis. Et ecce mulier Cananæa, à finibus illis egressa, clamauit, dicēs: Miserere mei domine fili Dauid: filia mea male à dæmonio vexatur. Qui non respondit ei verbum. Et accedentes discipuli eius, rogabant eum, dicentes: Dimitte eam, quia clamat post nos. Ipse autem respondens, ait: Non sum missus nisi ad oues, quæ perierunt, domus Israel. At illa venit, & adorauit eum, dicens: Domine, adiuua me. Qui respondēns, ait: Non est bonum, sumere panem filiorum, & mittere canibus. At illa dixit: Etiam domine: nam & catelli edunt de micis, quæ cadunt de

mensa dominorum suorum. Tunc respondens Iesus, ait illi: O mulier, magna est fides tua: fiat tibi sicut vis. Et sanata est filia eius ex illa hora.

INDVCTIO.



Vi quondam ethnici eramus, & consolationem præsentem, & gloriam ingẽtem nobis hic habem⁹ propositã. Iudæos hic tanquam indignos canes reliquit, concedens ad ethnicos. Simile fecit Paulus Act. 13. vbi dicit: Videntes turbas Iudæi, repleti sunt zelo, & contradicebãt his quæ à Paulo dicebãtur, cõtradicẽtes & loquẽtes blasphemias. Tunc sumpta fiducia Paulus & Barnabas dixerunt: Vobis oportebat primũ loqui sermonẽ Dei. sed qm̃ repellitis illũ, & indignos vos iudicatis vita æterna, ecce conuertimur ad gẽtes. sic em̃ nobis ꝑcepit dñs. Audientes aũt gẽtes, gauisę sunt, & glorificauerunt sermonẽ dñi. Huc pertinet, q̃d Apostolus nono, decimo & vndecimo ad Rom. docet. Saluator noster in fines hosce, Tyri nimirum & Sidonis, e terra Genezareth secessit. Fuit illa Iudææ pars: illuc cũ peruenisset Christus, statim ab Hierusalẽ aduolitabant scribæ & pharisæi, verbis veritatis (quod Matthæus in superioribus ostendit) resistentes. Relictis itaq; oblocutoribus impijs Iudæis, ad gentes se contulit: non vt illis euangelium regni denunciaret, sed vt apud illas delitescens, præluderet abiectioni Iudęorũ & vocatiõi gentiũ. Hoc clare Marcus ca. 7. adfirmat, dicens: Abijt in confinia Tyri & Sidonis, & ingressus domũ, neminem voluit scire, nec potuit latere. Et verba ipsi⁹ saluatoris hic apud Matthæũ satis sunt clara. Dicit: Nõ sum missus nisi ad oues, q̃ perierũt, domus Israel. Iuxta ꝓludiũ hoc, Aplus (qbus prius ꝓhibuit ne irent in vias gentiũ, Mat. 10.) tandẽ iussit ire in vniuersum orbem, prædicare & baptizare, Marc. 16. Nunc ꝓludium ipsum audiamus.

Et egressus inde Iesus, secessit in partes Tyri & Sidonis.

Attendite, & profectionẽ hãc ĩmis sensibus recondite, Deo gratias agẽtes, qui ex ethnicis ad ecclesiã venistis. Iter hoc, quod Chrs hic describit habuisse, lõgũ atq; adeo laboriosum fuit: q̃d tñ libẽter nostri causa suscepit. Bonus pastor & ẽpus animarũ nostrarum, in vno loco se diutius nunq̃ detinuit: sed sedulo oppida, castella, pagos & vicos peragrauit, docens, & quoscunq; curans infirmos. Nõ hoc fecit tanq̃ ἄστατος, id est, instabilis, neq; vt πλάνης, id est, vagus, neq; vt ἄνεμος, id est, leuis, sed vt pastor & episcopus bonus, Dei patris parens iussu. Vnde dicit Lu. 4. ad Caparnaenses, se detinere volẽtes: Et alijs ciuitatibus oportet me euangelizare regnũ Dei. Nemo philosophos vituperat, ꝙ philosophiæ gfa tot climata seu terrarum tractus peregre pertransierint. Nec itẽ negociatoribus crebra peregrinatio eorũ vitio datur. Hi diuitias quærũt, illi scientiã & ingenuas artes diuitijs longe ꝓstantiores: vndiq; vtriq; cõmendantur. Magis suscipiendus, q venit æternas diuitias vitæ æternę thesaurũ oĩbus suppeditare, sapientiam diuinã tradere oĩbus. Apostolos suos, vt aliàs semper, ita & hic comites habuit, veri episcopi & boni pastoris illis formã tradens. Non apocryphon, sed ἄστεγον episcopon esse oportet. Dicitur superintendens, vt animabus suæ fidei creditis prospiciat, curamq; earum agat. Dicit ergo 1. Corint. 4. Incertis vagamur sedibus. Poterant & sese apostoli, quisque in sua casa, illatebrare: sed expulit eos spiritus domini, nec in proprijs ædibus ante focum proprium eos latitare permisit. Euangelica messis operarios requirit, Mat. 9. Ioan. 4. Ouis perdita, requirenda, Ioan. 10. Boni vicarij Christi, quorũ ὁδοιπορικὸν descripsit Lucas, prædicabilis Christi vicarius, qui dicit 2. Corinth. 11. Ter naufragium feci, noctem & diem in profundo egi, in itinerib⁹ sæpe, in labore & molestia, & fame & siti, in ieiunijs sæpe, in frigore & nuditate. Bonus vicarius, cuius itinerariũ (vt etiam ex Apocryphis veritatis testimonium sumamus) conscripsit Clemens. Annas & Caiphas in suo sese frigidissimo marmore occultent, synagogæ priscæ finis, & nouæ sectæ (neq; em̃ Iudæi hodie fideles esse possunt) autores. Noster Iesus cũ ijs, quos successores sibi prædestinauit, superintendẽs, gregumq; suorũ visitator sedulus esse voluit. Atq; vtinam nostrates exemplum hoc studeant æmulari. Summus pontifex se vicarium Christi, seruumq; Christi seruorũ gaudet vocari. Repetitio cũ pulchra, tum grauis. Nam vicarius proprie est seruus seruorum, iuxta hoc Horatij:

Siue vicarius est, q seruo paret, vt est mos
Vester, &c.

Non inuidemus pontifici titulum illum ter geminæ honestatis. Verum si vicarius est Christi, si seruus seruorũ Christi, quare seruos Christi vndiq; terrarum non visitat? Augustinus, Bernardus, & alij patres, archiepiscopos quoq; apostolorum Christi

Chrũs in hac degẽs vita, subinde ambulauit.

Epon... rentis... mo,... gratis... opor...

sti vicarios & successores vocant: nec hanc illis honestissimam inuidemus conditionem, sed dolemus & conquerimur, veritatem nomini abesse. Quid hic schismatice Corycee auscultas? Non episcopos, etiam dyscolos, abiectos, sed correctos, velim. Tu laicos statim e sutrina & taberna ad altare promoues, ordinem sacerdotalem sacramentũ negas, ab episcopis consecrandi partes aufers, atq; adeo omnem ecclesiam penitus demoliris: qua in re nihil mihi tecũ. Canonibus sacris accesserim ego, malens vel scabiosum caput, ad cõseruandam ecclesiæ vnitatem, perferre, q̃ nullum penitus habere. Tu vero in nostratiũ oculis festucam videns, trabem in tuo oculo non consideras. Nulla fame & siti, nullo ieiunio & frigore adhuc probatus es. Immo contrarijs vitijs luxuriæ & voluptatum insignis existis. Neq; tui capitis periculo per mare & aridam in arenam prosilis: sed nouus Annas atq; Caiphas, nouæ synagogæ caput, te in aulico frigore includis, & canum more vltra sepem viatores allatrans quoscunq;, totum orbem irrequietas. Sperandum est, nostrates propediẽ e graui sopore excitatos, strenuos fore. Augustinum siquidem & Hieronymũ, quos tu reijcis, audiunt. Spes ergo est, propediem magis eos fore sedulos. Tu currens, non missus, grauiori te damnationi implicas. Hæc de Christi profectione.

Euangelistæ noui epis aut egregie blãdiunt, aut calumniãtur.

¶ Tyrus eo tempore adhuc emporium fuit Phœniciæ celebre, maritima ciuitas antiqua, Iudæis Zoe vocata. Sæpiuscule (quod Esaias, Hieremias & Ezechiel illi prædixerunt) deuastata, rursus tamen, propter situm ciuitati tantæ congruum, refecta. In regione ea sunt Carmelus & Libanus, thuriferi. Hic purpuræ color nobilior, purpurarum'q; venatus. Autor est Strabo lib. 16. Origenes, priscus ille ecclesiæ doctor, ibi sepultus fertur, & Cæsar Fredericus Barbarossa. In hac vrbe Paulũ Christon docuisse vides, Acto. 21. In huius vrbis confinio sunt Sarepta, de qua Luc. 4. Item Berytus, quæ hodie dicitur Barutus & Biblus. Ex hac vrbe siue regione Carthago est nata. Sidon quoq; in Phœnicia est sita. Vnde Dido Carthaginis conditor, non solum Phœnissa, sed & Sidonia dicitur. Vnde hoc extat poetæ:

Hic templũ Iunoni ingens Sidonia Dido
Condebat.

Et Carthaginenses dicuntur Tyrij, iuta illud:

Tros Tyrius'q; mihi nullo discrimine agetr.

Tyrus & Sidon fere in Biblicis literis maritantur, Matt. 11. Marc. 3. Luc. 10. In Phœnicia etiã p̃dicauerũt Christon ap̃li Act. 11.

Et ecce mulier Cananæa à finibus illis egressa, clamauit, dicens: Miserere mei domine fili Dauid: Filia mea male à dæmonio vexatur.

In colliminium hocce terrę gentium & Iudæorũ, fortis Neptalim & Aser, cum pedem faustum intulisset dominus: ecce ibi mulier se offert domino obuiã. In templũ sanctum vrbis Augustæ, illi intrare fas nõ fuit salutem ibi quęsitũ. Perpetuo igitur perijsset, nisi dominus veniẽs, suã illi gratiam attulisset. Cananæa dicitur hæc mulier, q͞a de reliquijs Cananæorũ superfuit, miserabilis propaginis miserũ virgultũ. Reliquię eius gentis adhuc superfuerunt, ve℞ non aliter, q̃ de illis dicit sanctus Hilarius, Nomen tantũ sine patria sede circunferentes. Terram ipsam Israel omnẽ possedit, à Iosue in certas sortes distributam. Terra hæc dicta est Canaan, à Cam filio Nohemi, Gene. 10. De hac terra dicit Dauid psalmo 104. Tibi dabo terram Canaan. Item psalmo 134. &c. Marcus mulierculã hanc vocat Græcam, genere Syrophœnissam. Syrophœnix dicitur ora maritima Syrię, circa Euphraten, cuius pars est Idumæa & Iudæa. Summa: Ethnica fuit mulier, de gẽte Canaan. Hæc Græcula, teste Marco, audiuit de Iesu, eius nomen imbibit auribus auidis, medico opus habens. Animi tempestate misere iactabatur, teste Marco. Mentis istam procellã Matthæus vnã cum oratione paucis describit in hæc verba: Miserere mei domine fili Dauid: filia mea male à dæmonio vexatur. Oratio ornatissime digesta.

Cananæi dicti à Cam.

Primo misericordiã Dei profitetur, quod & Dauid identidem facit, orans. Et quis precaretur, nisi Dei credat misericordiã? Plus dicam. Quis precari aut auderet, aut posset, nisi de misericordia Dei confidat? Et quis est, qui misericordia Dei non indigeat? Quotidie, quantũ ad corpus & quantum ad animã, nos Dei clementia opus habere ipsi videmus: quare ergo Deũ subinde nõ imploramus? Scitis sine dubio, hoc facto esse opus. Vnũ ergo adhuc vobis est necessarium: nempe vt idipsum quod scitis vobis esse salutare, præstetis. Cananæa hæc implorat, & quod vult obtinet. Orat autẽ spiritus domini instinctu, adeo ornate & scite, vt nihil suprà. Filiũ Dei & verũ hominẽ propiciatorium adorat. Deitatis confessio relucet ex hoc quod dicit, Domine: Hebraice, Adonai. Hominẽ cõfitetur, dicens: fili Dauid. Illum ipsissimã esse misericordiam non ignorat, nec item ignorat illũ omne posse: vnde eũ in tanto mẽtis turbi-

turbine inuocat. Non pro se, sed pro nata precat. hoc natura iubet. Et qd eius natæ æque horrendum accidere possit? Maledictus satan in Syria plus solito tunc miseros infestabat. sensit enim suam potestatē iamiam casuram. Nouit fortiorem superuenisse, nouit sibi abreptum iri iure, quod ipse mala fraude rapuit. Heu mihi, quantum minarum in mortalium genus effudisse legitur Matth. 4. 7. 8. 17. & sic deinceps per omnes euangelistas. Ludus hic diaboli est proprius. hæc eius vnica voluptas. Nam nisi quid noceat, iamdudum mortuus esset. Recte eum Basilius vocat misanthropon, id est, osorem hominum.

Diabolus misanthropos .i. hoim osor.

Sanctus Augustinus ostendit, hostem eum antiquum, etiam mortales sæpenumero ratione siue mente priuare, vt ijs tandem cum anima & corpore potiatur. Vnde tot horrenda vocabula, mania, phrenesis, paraphrosyna: hinc phanaticus error, delirium & ira Dianæ. Quanuis tum dæmonizomeni plurimum à domino curarentur, non cessauit tamen zabulus homines vexare, quod Actuum decimo videre est. Vnde & in ecclesiæ exordio de energumenis & dæmoniacis multa leguntur. Vicit tamen ecclesia, & malum hoc magna parte sustulit. Nunc cum rursum tot laruatos, tot fatuos infatuatos & spathicos videamus, certum indicium habemus, fidem defectione laborare, ecclesiamq́ꝫ nutare. Dabitur illi propediem spiritus orandi, & salua erit. Puellula hæc, de qua hic agitur, forte ita à dæmonio est flagellata, vt ille, de quo legitur Luc. 8. 9. &c.

Qui non respondit ei verbum.

Plurimis, & ijs grauissimis, causis tacuit. Primo, vt ostēderet crimen idololatriæ cœlesti patri supra omnia alia crimina esse aduersum, Romañ. 1. Dein etiam tacuit, ne daret Iudæis occasionem calumniandi. Nā si statim respondisset, dicere poterant, dissimulatorem esse idololatriæ criminis, quod vndiqꝫ in lege horrendum ostenditur. Tertio voluit hoc, quod suis præscripsit discipulis, ipse primo præstare. Nihil docuit, quod non primo fecerit. Dixit suis: In vias gentium ne ieritis, hoc ipsum quoque exemplo suo ratificandum duxit. Insuper voluit, vt & sua ethnicis impietas manifestaretur. Deniqꝫ voluit fidē huius mulieris, quam illam de se concepisse nouit, cantatam. Est locus respondendi, Et indignis omnino non respondendū, iuxta Salomonem & Iesum Sirac. Ad tempus hic dominus responsionem distulit, vt pectus mulieris penitus ab omni idololatria expiaret. Afflixit animū mulieris, medendi peritus medicus. Voluit mulierem æstuare, vt malum inueteratum, quod radices suas altius egit, penitus exureret. Annæ, Caiphæ, Pilato & Herodi, tanquam indignis, partim parū, partim nihil respondit. Matth. 26. Marc. 15. Luc. 23. Ioan. 19. Sapiēs statim videt vbi respōdeat, Col. 4. 1. Pet. 4. Videt itē statim, q porci illi sint, q bus margaritas proijcere non expediat. Qui velit, hac de re legat Ambrosium lib. officiorum primo.

Et accedentes discipuli eius, rogabant eum, dicentes: Dimitte eā, quia clamat post nos.

Quot capita, tot sensus. Quisqꝫ hic pro suo affectu discipulorum interprecationē accipit. Verba ipsa apostolorū, certe miserationem sonant & intercessionē. Mysterium forte quare dominus erga mulierem inclementior solito se gesserit, ignorabāt: tamen magna fiducia rogitabant, certo sibi persuadentes, exorari dominum posse. Adde ꝙ & fiduciam mulieris in Christum animaduerterunt. Deniqꝫ etiam lamentabile malū audierunt mulierem planius domino exponere, secundum Marcum, ante orationē: secundū Matthęū, inter orandū. Hic aliā videmus causam, quare dominus mulieri non responderit: nempe, vt discipulorū affectū ad misericordiā excitaret, & eorū quoqꝫ gloriā promoueret. Omnia hæc nostri causa. Intercessio sanctorū ad meriti rationē pertinet. Domine, inquiūt, Ecce secuti sumus te, quid erit nobis præmij? Respondet, vitā æternā accipietis: sedebitis iudicantes: quodcunqꝫ petieritis, hoc faciam. super om̄ia bona mea vos constituam &c. Pulchrū est, quod Beda hic dicit, Christū ad intercedendū pro muliere, prouocasse. Hilarius quoqꝫ & Theophylactus intercessionē apostolorꝫ hic euincūt. Theophylacti verba sunt: Obserua ꝙ licet sancti orent pro nobis, sicut pro illa apostoli, attamen nos pro nobis petētes, magis audimur. Vt exaudiamur, necessum est vt nos dignos qui exaudiamur, exhibeamus. Hieronymus in Ezechielem ostēdit, impios nequidquā sanctorꝫ intercessionē petere. Formā intercessionis apostolorum pro Cananæa, Beda talem adsignat: Oramus te domine misericors miserator, patiens & multæ bonitatis, dimitte eā, quia clamitat post nos. Remitte noxam, largire gratiā, quærit ardenter & humiliter suffragiū nostrū. Si hæreticus Vigilātius, Arrianus ille, hic dixerit, vbi scriptura nos certos

Intercessio discipulorum non irrita.

Intercessio sanctorū pro nobis efficax, si & nos precemur.

tos facit, sanctorum intercessionem domino esse gratã, nobisq́ue commodã: Respondeo, hic: Quia dominus mulierem non statim exaudiuit, vt hanc apostolorũ piorũ piam eliceret interprecationem: & synagogam alibi nõ repræhẽdit pro cẽturione orantẽ. Vigilãtista frater, crede mihi, oratione & intercessiõe opus eẽ viatoribus in polluta via ambulantibus, vt & sanctorum triũphantium gloria, & nostra nobis miseria manifestetur. Et quo ore tu canis subinde ad vomitũ rediens, sus in peccatorũ volutabro te statim sine intercessione putas exoraturũ iratũ tibi Deũ, cũ apostolus Paulus sanctissimus ille & Deo charissim⁹ apostolus, vas electionis, ecclesiam exhortari non dubitauerit, ne Deum pro se cesset orare. Lucas quoq; testatur, apostolorũ principem per ecclesiæ intercessionem e carcere liberatum. Sanctus Iacobus admonet, vt mutuo alij pro alijs oremus. Vigilantista Vuicleff sanctorũ intercessionẽ ridet, à sanctorũ communione prorsus alienus. Verbum domini manet in æternũ, non quia sancti impassibiles, (ait S. Bernardus) ergo & incompassibiles. Rogant discipuli, dicentes: ἀπόλυσον, hoc est, absolue, qa clamat post nos, verbis, quis vel saxa commouerentur. Hoc apostolorũ ἀπόλυσον, id est, absolue, haudquaquã tale est, quale, Dimitte eã, Helisei 4. Reg. 4. Attende verecundiã apostolorũ. Non dicunt, eijce diabolum, sana mulieris filiam, &c. Sed submissi, clamorem mulieris causantur, pro misera rogitãt, dicentes: Absolue miseram, dimitte ex te pendentẽ: certi de domini clementia, qui nec mulieris orationẽ, nec eorũ intercessionẽ cassam sit relicturus. Simili reuerentia virtutũ instar filio suo dixit: Vinũ non habẽt. Adde q fidem mulieris vel ex hoc apostoli depræhenderant, q filiam suã non adduxit secũ, vt illi manũ imponeret, & simili alia ratione illi mederetur: sed soli Dei nutui fidens, filiam domi reliquit. Vnde certo sibi persuaserunt, dominũ fidem eã (quã alioqui semper probare soleat) contemptim non relicturũ. Sequitur:

Intercessionẽ diuorũ pro nobis negãt hæretici.

Ipse autem respondens, ait: Non sum missus, nisi ad oues, quæ perierunt, domus Israel.

Chrs q̃re Syrophœnissæ non rñderit.

Mirũ, si etiam dominus apostolis suis respondere esset dedignatus. Ipsi, ipsi inquam erant, quibus respondere voluit. Et quid nos laboramus in excogitandis causis, quare dominus Græculæ non responderit, cũ ipse saluator causam eius rei ipse reddat? Dicere vult: Quando, vbi, cui respondeam, scio: Nihil sine causa facio mei discipuli. Noueritis me ethnicis immundis, siue Syri, siue Pœni, siue Græci, siue Cananæi sint, missum non esse neq; promissum. Vnde & vos admonui, ne in vias gentium pedem inferatis. Est tempus, quando & illa ouis, quæ ex Israelitico grege non est, ad ouile reducatur. Hoc tempus iam tacens adumbro. Attende hic pie catholice, Christũ suis partibus in Iudæa strenue institisse. Iudæi vero solius Mosis, cõtra Mosen, & non Christi discipuli esse voluerũt. Ioan. 9. Vnde suapte culpa vnà & Mosen & Christon perdiderũt, 2. Corint. 3. Christus circuncisionis minister ad tempus esse tulit, Romañ. 15. Nihil, quod facere debuit, omisit, Esaiæ 5. Sed quia Iudæi Christum noluerunt recipere, sed magis execrabantur, suspendentes cruci, post resurrectionem suã in cœlum adscendens, iussit discipulis gratiam euangelij palam etiam in exteras nationes omni creaturæ administrare. Nihil ergo nũc Iudæi, quod de Christo queritentur, habent. Neq; enĩ vnquam Græcis prædicauit, extra Iudæam pedem nunquã mouit, Aegyptũ non vidit, Indos non visitauit. In Palæstina Asiæ prouincia se semper continuit, oppidatim perdius & pernox prædicans & curans. Aphricæ & Europæ fines nunquã attigit. Iudæa itaq;, quoniã Christon, quẽ propriũ habuit, fastidiuit, suæ sibi damnationis causa existit.

¶Obserua, notanter hic dici, ad perditas oues, τὰ ἀπολωλότα, domus Israel: vt videas, quo loco status synagogæ tẽpore Christi fuerit. Erat Israel tum similis ouibus errantibus, Matth. 9. Marc. 7. Personati pastores multi erant, pontifices duo, sacerdotum principes multi, grex infinitus, lupi rapaces, fures & latrones omnes. Matth. 7. 23. Lucæ 10. Ioan. 10. &c. Quod si tunc is status fuit synagogæ, heu miseram gentem, quã nunc sperant salutem? Olim cum necdum annis septuaginta vnà in captiuitate Babylonica detinerentur, cũ prophetas adhuc complures haberent, censum tribuum, gradus & lineas cognationum, non sine magna molestia inuenire poterant, ignis diuinus non minori cura rursus inuentus. Quid, quod etiam in regni ipsius flore Deuteronomion est neglectũ? Nunc in vniuersum abducti orbem, post tot secula prophetis destituti, sese sperant ad regnum funditus deuastatum, reuersuros: qui etiam longe ante Christum, in ipsa terra Canaan templum & altare habentes, prophetis orbi, tanquam palantes oues, misere errauerunt? Dederunt in escam Christi fel, vnde mensa eorum ipsis facta est in laqueum psal. 68. Nos ergo, quos bonus pastor adhuc non ex illo grege habuit

Israelis miserabilis status fuit tpe Christi.

buit tonsas errantes, ablata maceria inimicitiæ, adduxit, & vnũ ouile fecit. Quoniam exaudit pauperes dominus, & vinctos suos non despexit. Ibidem, & Mar.16. Ioan.10. Act.1. Domus Israel, est familia Israel. Sic & domus Iacob dicitur Luc.2. Nunc domus illa prorsus deserta, nec est qui in tabernaculis eorum inhabitet, nisi struthio, onocrotalus, cẽtauri & lamię. psal. eodem & Esa.34. Sopho.2. Nunc de vera spirituali, atq; adeo æterna domo, dicitur: Deus saluam faciet Sion, & ædificabuntur ciuitates Iudæ. psal. eodẽ. Et Dauid spiritu elegit minimus esse in hac domo, q̃ habitare in tabernaculis latronũ. Præludium eius rei nonnihil in præcedentibus audiuimus, plura in sequentibus audiemus.

At illa venit, & adorauit eum, dicens: Domine, adiuua me.

Paulo ante post Christon & apostolos clamitabat, anxietatũ plena, misera muliercula: nunc accedit & adorat, vultui se Christi offerẽs, infracto animo fortis mulier. Fides fiduciam peperit, necessitas impulit, discipulorum intercessio allexit. Accedit itaq;, & adorat. Signis diuino cultui datis fidem suam declarat. Dominum Iesum confessa, confessionẽ debito ritu prosequitur. Non deficit, immo statim nõ exaudita, inualescit. Nihil orationi demit, sed multum addit. Clamabat, miserere mei: nunc adorat, dicens, Adiuua me. Videte & attendite exemplum doctrinæ euangelicæ, quam de orationis veritate sæpius audistis. Fide constanter & improbe orare iubemur. Postulet fidelis cum fiducia, nihil hæsitans. Nam qui hæsitat, is similis est fluctui maris, qui ventis agitur, & impetu rapitur. Neque enim existimet homo ille se quidquã accepturum à domino, Iacob.1. Improbæ & fidelis orationis exemplum hoc loco accipite. Nec pigeat vos Cananæam magistram assumere, cuius animam fides purgauit, & quã spiritus sanctus magistram nobis prædestinauit. Nam & diuina sapientia monet, vt etiam e formica exemplũ sedulitatis petamus. Cæcus quoq; ille Luc.18. nos rectam per viam certo duxerit exemplo. Si vero magis placet exemplum apostolorum, age attende Apostolum ter orantem. Obserua quid illi dominus respõdeat: Sufficit tibi gratia mea. Virtus in infirmitate perficitur. Oportet nos semper orare, & nõ orando deficere. Oportet nos orationi instare exẽplo Græculæ mulierculæ. Diceres mulierẽ eam in synagoga educatam, hymnos & psalmos memoriter tenere. Nunc cũ euangelistæ dicant Cananæam esse, Græculám esse, & genere Syrophœnissam, vides spiritum Dei qui in Psalmista orat, & hic in hac viragigine Christon deprecari. Iisdem siquidẽ cum Psalmographo verbis pene vtitur, psal.45.78.108.118. Attende & eam iuxta orationem dominicam orare. Vnum corpus omnes fideles sumus in Christo. Oramus itaq; alius pro alio. Sic & mulier filiæ afflictionem corde materno persentiscẽs, pro filia, tanquam pro seipsa orat. Sic puella in matre & in discipulis intercessores habens, exorat tandẽ: quod sequẽtia ostẽdũt.

Orandũ improbe.

Qui respondens, ait: Non est bonum, sumere panem filiorum, & mittere canibus.

Sui similis Christus non esse non potest: rex nimirum mansuetus & pauper, sacerdos magnus, affectu infirmitatum nostrarum compatiens, Zachar.9. Hebræ.4. Agnus Dei omniũ clementissimus, Ioan.1. Apoca.5.6.7.14.15.17.21. Respondet mulieri, q prius tacuit. Respõsio eius monet, vt e finibus malorum exeamus: quia mulieri, quæ exijt, respondet. Q. d. Conuertimini ad me, ait, & ego conuertar ad vos. Verbo℞ suorũ memor, conuertit se ergo ad mulierẽ eam, quæ de finibus illis egressa fuit. Recedite, exite de medio eorum popule meus, Esa.52. Exite de illa populus meus, Apoca.18. Sed quo concedendum? Nõ ad fastidiosos Iudæos, clamantes, Templũ dñi, Templum dñi. Non ad negociatores Corban erigẽtes: sed ad benignissimi magistri benignos discipulos, ad pauperrimi regis pauperes œconomos, nihil habẽtes, & omnia possidẽtes, mysteriaq; regni cœlorũ dispensantes: post illos clamandũ, & respondebit Christus. Porro medicus salutis ille, quod mordeat, vinũ vnà cũ oleo habet. Qui ergo curari vult, sustineat. Qui credit, ne festinet. Non est consultum, ait, sumere panem filiorum, & mittere eum canibus. Ecce tibi acerbum vinũ vnà cum leni oleo. Immo responsio nihil acerbi habet, sed purũ est oleum: verba asperitatem vini referunt. Non dicit: Quid ethnicis & Iudæis? Sed, non decet pane defraudari filios, & eo canes alere. Doctrina magnaliorum Dei, non à filijs auferenda. Oleũ hoc est: ethnici tãtis mysterijs in suo errore nõ sunt perpetuandi. Oleum & hoc est: Quã, rogo, veritatem ethnici mendacio nõ commutauerunt? Philosophi potentiam creatoris atomis leuiusculis referunt acceptã, poetę Prometheo fabuloso: Nohemũ Deucalione & Pyrrha mutauerunt. Quin & suarum Sibyllarũ vaticinia ad deos huius seculi detorserũt. Quale est hoc Maronis:

Exeundũ e finibus malorũ.

Vlti-

Vltima Cumei venit iã carminis ætas,
Magnus ab integro seculoꝝ nascit̃ ordo.
Hãc Cumanæ Sibyllæ prophetiam de Chr̃o, vates ille insignis adulator, de Pollionis filio accipit, dicens:
Teq; adeo decus hoc æui, te cõsule inibit
Pollio, & incipiẽt magni ꝑcedere mẽses.
Propter Melampodas eos & scrophas dominus in parabolis fere loquitur. Etiã hic parabolicos dicit: Non est bonum sumere panẽ filiorum, & mittere canibus. Atq diuina sapientia aptissimas nouit similitudines, easq; loco suo apte nouit proferre. Mulier hãc gnomen prima statim frõte intellexit. Sapientia Dei sapientiæ filijs approbatur. filij lucis & filij tenebrarum, non obscuro differunt discrimine, Geñ. 6. 2. Para. 13. De filijs Dei habes Psalm̃. 28. 81. Sap. 5. De filijs Belial dicit Esa. 1. ca. Filios enutriui & exaltaui, ipsi vero despexerunt me. In nouo testamento clarius de hac re agitur. Summa: Iudæi habentes legem & prophetas, cultum & religionem, ac per hoc hæreditatem omnium thesaurorum Dei, erant filij Dei, Deute. 14. Psal. 81. Sed filij illi oĩparentem Deum spreuerũt. Esa. 1. 30. Vnde tandem suapte culpa e filijs in canes abierunt, Psal. 21. 58. Contrà, ethnici qui tunc canes erant, nunc facti sunt filij. Canes tunc dicebantur ethnici, propter omnigenam immunditiam fastus & voluptatum. Receptum fuit in synagoga, vt Iudæi eos, quos cõuiciari siue seueriter arguere voluissent, canes vocarent, 1. Regũ 14. 2. Regum. 3. 26. 4. Regum 8. Psalm̃. 21. Esa. 56. Ecci 13. In nouo quoq; testamento hæretici & flagitiosi quicũq; vocantur canes, Matth. 7. 15. Marc. 7. Philip. 3. 2. Petri 2. Apoca. 22. Increpatoria hæc Christi verba, salutaria fuerunt mulieri Cananeę. Sunt & etiamnum quibuscunq; electis saluberrima, obstinatis vero, quanuis non salubria, non tamen incongrua. Patris est, filios arguere, asinos & bestias pro eorum culpa vocare: si quis aliàs iratus, fratri suo racha dixerit, reus erit gehennæ. Horrendum dictu, quàm scateant hæc nostra tempora calumnijs. Euangelici nostrates quid per Deum aliud crepant, quàm papisticos asinos, bubalos & bisontas? Nulli parcunt personæ, nulli ordini: nec verbis saltem & publicis scriptis ita insanire sunt contenti, nisi etiam propudiosis picturis Germaniam oppleant. Summum pontificem leonem, lupum, vulpem, draconem & diabolum: alium cochleam, alium porcũ, alium felem, alium plaudum delineant: idq; summæ adscribunt pietati. Si vero aliquis catholicorum, veteris & paternæ religionis cultor & assertor, illos vnico verbulo aspe

Canes dicebantur ethnici.

Euãgelici fratres calũniosi.

rius alloquatur: bone Deus, quantis fulminant minis? Valde ergo illis timendũ est, ne paternæ correptionis impatientes, magis atq; magis in suo atrore, instar sepiæ, sese illatebrent, æternæ victimæ mortis. Beata nostra Cananæa, quæ sustinuit increpationem, & percepit consolationem. Eius nunc audiamus verba.

At illa dixit: Etiã domine: nam & catelli edunt de micis, quæ cadunt de mensa dominorum suorum.

Nescias ex euentu hæc verba sint prolata: quale est illud 3. Regum 20. vbi regis Syriæ serui, verba regis Achab in salutem sui regis arripuerunt. Dicunt illi regi Israel: Seruus tuus Benadab dicit: Viuat, oro te, anima mea. Et ille ait: Si adhuc viuit, frater meus est. Quod acceperunt viri illi pro omine, & continuo rapuerũt verbum hoc ex ore regis, atq; dixerunt: Frater tuus Benadab viuit. Nescias an Græca mulier hic quoque in verba saluatoris respondeat, an magis alia aliqua figura & schemate vtatur. Verba ipsa sane absolutam aliquam dialecticam spirãt. Quis hic anaphoram nõ videat? quis epanodon hic esse neget? Sed vnde afflictæ mulierculæ ea dialectica? Certum est, homines in huiusmodi mentis angore positos, etiam obmutescere prorsus. Sed pneuma almũ dat os & verba. Ait ergo saluator: Nolite ꝓmeditari quid loquamini &c. Hoc magistro formante verba, mulier dicit: Recte filijs solis, iuxta verbum tuum fili Dauid, domine clementissime mi, panis vitæ reseruatur. Non ergo Iudæis dominis meis eam felicitatem inuideo. Sed & Deus oĩparens, creator omnium, mens vniuersitatis, lilia agri vestit, volucres cœli nutrit, pullisq; coruorum escam suppeditat. Eius patris nutu, catuli hominum ministerio sunt dati: vnde fit, vt micis ijs, quæ de dominorum mẽsa cadũt, vescãtur. Catula itaq; & ego, idololatra, Dei nescia, creatoris mei nutu defero Dei filijs, satis me beatã reputans, si saltem minutissima fragmenta, à liberorum mẽsa cadẽtia, accepero. Epulenẽ domini mei filij Dei opipara & pinguia oĩa, saltem famelicæ mihi annue hoc colligere, q̃d negligentia pueroꝝ cum analectis alioqui perit. Grande admodũ conuiuium filijs suis fons pietatis ꝑparauit, apparatu magno oĩa nitent. Tanta dñi mei liberalitas, & filijs & catulis, cuiq; pro sua conditione satisfaciet, vt de plenitudine dñi mei accipiant omnes. Bona oratio, quam etiam probat domini sententia.

Spũs sanct⁹ docet nos orare.

Tunc respondens Iesus, ait illi: O mulier, magna est fides tua: fiat tibi sicut vis.

Melior est finis orationis principio. Qui perseuerauerit vsq; ad finẽ, saluus erit. Nos vtut mali simus, tamen improbitate rogantium sæpenumero victi, bona data elargimur. Multo magis pater cœlestis delinitur feruenti. Si quis super oratione delinitur feruenti. Si quis superbus, statim nõ exauditus, recedit retro, suo hoc malo fecerit. Naaman Syrus ille succensebat Heliseo, ꝙ ab eo iuxta aulæ pompam, cui assueuit, non fuisset exceptus, 4. Regum quinto. Sed cum suorum consilio obsequeretur, & remissa superbiæ crista, se domini verbo humiliaret, à lepræ immũditia statim mundabatur. Sic & nos nisi sub potenti Dei manu humiliemur, nunquam exaltabimur.

Orandũ perseueranter.

Attende hic Christon mulieris fidem commendare. O mulier, inquit, magna est fides tua: fiat tibi sicut vis. Quænam fides hic attendenda? Suæ ipsius nuditatis agnitio, Dei benignitatis certa persuasio, infatigabilis fiduciæ oratio, oris clara confessio &c. Talem fidem scriptura vbiq; probat, talem nobis vbique proponit, talem à nobis exigit. Hæc est cordis purificatio, hæc est illa iustitia, sine qua operum iustitia omnis, nulla, immo etiam peccaminosa, est & pannus menstruatæ. Propter hãc Apostolus Philippeñ. 3. oĩa detrimenta arbitrabatur, vt Christon possidere posset: & inueniretur in illo, non habens iustitiam quæ ex lege est, sed eam quæ est ex fide Iesu Christi. Iustitia siquidem legis siue humana, non potest iuxta conscientiam perfectum facere seruientem, Hebræ. nono. Malum ecclesiasten agit, qui hanc iustitiam populo fideli sedulo non inculcat, eam omniũ spiritualium superstructurarũ ponens fundamentum. Nihil sapit euangelij, qui hanc iustitiam non intelligit. Non templi, non arcæ, non terræ Palæstinæ, non ciuitatis sanctæ, sed beneficio sanguinis Christi, ea nobis gratis datur iustitia, ne quis glorietur nisi in Deo. Hoc est prædicare remissionem peccatorũ in nomine Iesu. Qui nõ Mosis, sed Christi præco esse velit, de hac fide legat Ambrosium de vocatione gentium, libri primi capite octauo, Pelagianos confutantem, & ostendentem iustitiam eam, Dei in nobis esse donum. Idem docet Hieronymus, Augustinus, Gregorius, Hilarius, & oẽs ordine à primitiua ecclesia vsque ad posteriorẽ. Vide Bernardum in sermone de festo Annunciationis Mariæ. Vide Hugonem cardinalem vsque ad alios eius traducis catholicos huius nostræ tempestatis.

Magna fides Syrophœnissæ quæ?

Sed ad Cananæã redeamus. Credidit Deum filiũ Dauid Iesum, credidit misericordem, credidit potentem. Hanc tantam fidem vt nobis faceret commendatiorem, mulieri statim non respondit. Voluit vt fidem eã clarioribus subinde & clarioribus verbis ꝓferat in mediũ. Sermo, cordis est nũcius. Cordis abundantiam cor eructat. Marcus oris professionẽ magis commemorat cap. 7. vbi hæc Christi verba recenset: Propter istũ sermonẽ, vade, exijt dæmoniũ à filia tua. Matthęus fidẽ cordis magis delineat. Verba euangelistarũ variant, sed vnius rei sensum locupletiorem & illustriorem efficiunt. Gratia domino Deo, qui tanta mysteria nobis per euangelistarum suorũ diligentiam ostendere dignatus est. Eadẽ gratia immensa sua annuat, vt illi digne in tanta luce ambulemus. Vocatio gentiũ, reprobatio Iudæorũ, in muliere Cananæa satis est designata. Reiecti sunt Iudæi, electi ethnici. Sed & Deus eos oleæ, vnde eiecti sunt, rursus inserere potest: & nos, si insolescamus, reijcere. Sanati ergo, peccatum caueamus, ne quid nobis deterius contingat.

Et sanata est filia eius ex illa hora.

Hæc est summa huius lectionis. Beatitudo est finis nostræ religionis. Hæc oĩa in verbo existunt. Verbũ est ipsa nostra beatitudo. Verbũ est efficax & operatorium, angelorũ cibus est verbũ. O clemẽtissimũ Christũ, fiat tibi (inquit) sicut vis. Non dicit, liberetur filia tua: sed, fiat tibi sicut vis. Attende, filiæ fidem matris venisse auxilio. Sic & centurionis fide, eius seruabatur puer, Matth. octauo. Attendit & Iesus fidem illorum, qui sibi paralyticũ iacentẽ in lecto obtulerũt. Tanta virtus fidei. Tanta virtus verbi, quod nobis Iesum annunciat. Hæc dominꝰ declaraturus, dicit mulieri: Fiat tibi sicut vis. Filiæ sanitatem voluit, sanitatem filiæ matris voluntas obtinuit. Imperat virtus, seruit effectus. Sed putas ociosam esse fidem eam mulieris? putas opera ex hac fide manantia, immunda esse & inferni meritoria? Absit. Mulier procul dubio sanctificata, adhuc plus sanctificari studuit. Statuas suæ gentis, penates & lares proprios, tanquam spectra, deinceps fugit. domino Deo Israel, Messiæ Iesu filio Dauid dño suo vouit, vota'q; sua illi reddidit, eius gloriã summa diligentia libere ꝓdicauit. Fieri eñ nequit, vt

Fides Syrophœnissæ nõ fuit ociosa.

vt ea quæ vidimus & scimus, nõ testemur. Credidi, inquit, propterea loquutus sum, Psal. 115. 2. Corinh. 4. Hæc, charissimi, est mutatio dexteræ excelsi, quæ repente e latrone (vt Beda dicit) facit confessorem, ex Saulo Paulum, ex prædone præconem, ex hoste testem, quę etiam ex mensario facit euangelistam & apostolum Matthæum Leui, qua etiam ex lapidibus filij Abraham efficiuntur. Hæc item dextera impudicam catulã Syrophœnissam, in ouem mutauit Israeliticam. Nos quoque canes eramus, nunc eadem dextera Dei facti sumus oues. Superest vt ouinam simplicitatem referamus, ne veniẽs malignus, & adductis secum septẽ nequissimis spectris, domum vnde eiectus est, repetat, faciatq; nouissima mala peiora prioribus. Tãtum malum benignissimus Iesus filius Dauid, dominus noster, nobis auertat, Amẽ. Domino hic nostro Dauid filio, sit laus & gloria eadem cum patre & spiritu sancto in secula seculorum. Amen.

DOMINICA QVADRAGESIMALIS ieiunij tertia, Euangelium Luc. XI.



Esus erat eijciens dæmonium, & illud erat mutum. Et cum eiecisset dæmonium, loquutus est mutus, & admiratæ sunt turbæ. Quidam autem ex eis dixerunt: In Beelzebub principe dæmoniorum eijcit dæmonia. Et alij tentantes, signũ de cœlo quærebant ab eo. Ipse autem vt vidit cogitationes eorum, dixit eis: Om̃e regnum in se ipsum diuisum, desolabitur, & domus supra domum cadet. Si autem & satanas in seipsum diuisus est, quomodo stabit regnum eius, quia dicitis in Beelzebub me eijcere dæmonia? Si autem ego in Beelzebub eijcio dæmonia, filij vestri in quo eijciunt? Ideo ipsi iudices vestri erunt. Porro si in digito Dei eijcio dæmonia, profecto peruenit ad vos regnum Dei. Cum fortis armatus custodit atrium suum, in pace sunt ea quę possidet. Si autẽ fortior eo superueniens, vicerit eum: vniuersa arma eius aufert, in quibus confidebat, & spolia eius distribuit. Qui non est mecum, contra me est: & qui non colligit mecum, dispergit. Cum immundus spiritus exierit de homine, ambulat per loca inaquosa, quærens requiem: & non inueniens, dicit: Reuertar in domum meam vnde exiui. Et cum venerit, inuenit eam scopis mundatam, & ornatam. Tunc vadit, & adsumit septem alios spiritus secum, nequiores se: & ingressi, habitant ibi. Et fiũt nouissima hominis illius, peiora prioribus. Factum est aũt, cum hæc diceret, extollens vocem quædam mulier de turba, dixit illi: Beatus vẽter qui te portauit, & vbera quæ suxisti. At ille dixit: Quinimo, beati qui audiunt verbum Dei, & custodiunt illud.

PRAEFATIO.

Gloria Dei in nostro mendacio elucescit.



Nfandũ blasphemãt Iudæi pręsens miraculum eiecti dæmonij, inde luculentissimum testimonium veritatis enatum est. Sic veritas semper vincit, etiam cum iudicatur. Diceret quis, feliciter semper Iouis cadere taxillos, & ex moribus pessimis fere optimas leges natas. Inter alia multa salubria præcepta, datur nobs hic exẽplum, blasphemiæ Dei & veritatis catholicę violentijs semper resistendum esse: vtcunque interim nostras iniurias æquo animo feramus. Nemo hic suam excusare poterit infantiam. Si disertus nõ fueris, si Anathotites infacũdus fueris, si impeditioris & tardioris ligũę fueris ab heri & nudiusterti⁹, memineris ꝓuerbij: Simplex orõ veritas. Chri-

Christus Ioan.8.non exquisitæ facundiæ magna oratione, sed simplici laconismo vsus,rñdit:Ego dæmoniũ non habeo,sed cohonesto patrem meũ,& vos ignominia affecistis me.Ego aũt non quæro gloriam meã:est qui quærat,& iudicet.Sic & tu vbi videris veritatẽ in discrimen venisse,vel sal tem contra mendaces dic,Non est verum, Ego non credã,Ego non exibo.Hic saluator maiori apologia os obturat blasphemis.Crepat & ringat synagoga,conuicio rum certe horrendorũ est côuicta,quod sequentia abunde docent.

Iesus erat eijciens dæmonium,& illud erat mutum.Et cum eiecisset dæmonium, loquutus est mutus,& admiratæ sunt turbæ.

Clementiæ Dei opus præclarum.Quid optatius misero contingere poterat,nisi vt à maligni & immundi spũs infestatione assereretur? Infensus ille humano generi spũs,miserũ excæcauit,surdũ & mutum fecit,atq; adeo sensibus omnibus priuauit. Quid enim gustus & tactus affecto? Quis dubitauerit mortem tali miserrimæ vitæ præferre? Certum est,hominẽ illum sensi bus,sine maxima corporis afflictione,orbum non fuisse.Quod cæcus fuerit, Matthæus testatur cap.12.Quod surdus fuerit, ipsa dictio κωφὸς arguit,quæ surdũ & mutũ significat.Marci siquidẽ 7.surdũ significat.Luc.1.mutũ:vbi additur σιωπῶν,tacẽs. Et vsu venire videmus, mutos fere etiã esse surdos.Miseri itaq; hominis afflictionem æstimare potestis.Dein etiã ex summa hominis miseria Dei clementiã & potentiam sine negocio collegeritis.Malignus ille hostis genus humanũ statim à mundi principio tanto liuore est insectatus.Nemo tam felici ingenio præditus viuit, vt omnia mala quibus humano generi incommodat, satis perspicere & dinumerare possit.Hũc corporaliter,illum vexat spiritualiter:illũ sensibus priuat,isti cor & animum aufert. Tyrannidis eius indicium aliquod placet ex scriptura canonica afferre.Quantum in corpore mortalibus noceat, vide Matth. 17.Vbi lunaticum misere affligens,sæpe il lum in ignem,sæpe rapuit in aquam.Lucæ 8.Homo diabolum habens, temporibus multis vestimento non induebatur,neq; domi manebat,sed in fœtidis monumẽtis vitam degere miserabilem.Ibidem frequenter corripuit hominem,qui vinciebatur catenis,& compedibus custodiebatur: sed ruptis vinculis,agebatur in desertum, cap.9.Spiritus correptum ad clamores & mugitus horrendos adegit,discerpsit,spumare fecit,atq; dilaniauit.Huc facit flagellatio Iob 1.2.3.cap.Bella & cædes concitare cacodæmona,vides ibidẽ & 2.Reg.19. Huius loci non obscurũ exemplum habes Luc.13.mulierculæ,quæ decem & octo annis spũ infirmitatis diuexabatur,adeo vt contracta,sese erigere non posset. Quod & hostis in anima,hominis exitio immineat, diuus Petrus ostendit,1.cap.5.dicens eum tanquã leonem rugientem obambulare nos,& quærere quẽ deuoret.Cupiditates variæ sunt, huius seculi deliciæ multæ,pomparũ genera infinita, non paucæ ambitionis species &c.Hæc om̃ia sunt præsentes casses,quibus nos venatur, Matt.4. Ausus & artes eius varias esse, Apostolus submonet Ephe.6. Et apud poetas mille artium esse dicitur.Cum primis cupit verbum Dei e corde hominis ereptum.Dicit ergo perpetuo:Nequaquam propter transgressionem legis Dei moriemini,sed eritis sicut dij,scientes bonum & malum:nihil attentasse nocebit:aude aliquid magni, Giaris & carcere dignum:Omnia probate.Impugnat item & fidem.Dicit ergo saluator:Simon Simon,ecce satanas expetiuit vos,vt cribraret sicut triticũ:sed ego rogaui pro te,vt non deficiat fides tua.Nõ minus filij diaboli dicendi,quibus verbum Dei eripuerit,& quos in fide fecerit vacillare,q̃ Iudæi ipsi, quos diaboli filios vocat Ioan.8. Sunt item ex diabolo, qui virtuti nuncium remittunt, sapientiamq; diuinã despondent,1.Ioan.3.Qui committit peccatum,ex diabolo est:quoniam ab initio diabolus peccat. Omnis qui natus est ex Deo,peccatum non committit.In hoc manifesti sunt filij Dei,& filij diaboli.Dixim⁹ Vectem cum primis conniti in hoc,vt ab homine verbum Dei sublegat,quod liquido videmus Marci 8.Lucæ 8.Facit hoc,vt verbo Dei e corde hominis sublato,se suumq; mendacium illuc ingerat.Apostolus 1.Timoth.4.vocat doctrinam dæmoniorum mendacium & superstitionem.Sunt aũt hypocrisios tot in mũdo gña, quot itẽ sunt hæresios species,id est,infinitæ.Chr̃s vocat zizania inimici hoĩs bono semini superseminata.Mat.13.Hæc est ebrietas illa sine vino,Esa.51.Corona superbiæ,28. Heu mihi, quàm difficile quis hãc ebrietatem exhalauerit.Summa:Diabolus est seductor & ruina omnium errantium & cadentium,Apoca.12.& 13.Hæc cum ita esse videamus,videmus itẽ q̃d dño Deo debeamus,q clementẽ eũ custodẽ nostri, quẽ in hac valle lachrymarum,in hoc pessimo seculo & diaboli regno solum semper nobis p̃sentẽ habeam⁹,miserit.Hoc cũ videam⁹, videmus item nos tã benignissimo nostro custo-

Diaboli inuidẽtiã nemo satis aĩo cõ plecti poterit.

verbũ dei diabolus p̃cipue infestat.

Diabolo in fide q̃ sit resistere.

custodi timorē & amorē debere omnē:q̄d tandem est, diabolo in fide resistere, 1. Petri 5. Cæterum quo magis verbum negligitur, quo magis fides deficit, & quo peccatum magis inualescit, hoc altius regnū maligni radices suas agit. Vere siquidē dictū est ab Origene: Nostra peccata, vitā esse diaboli. Contra tantum & talem hostem promissus est nobis Christus, ad caput hostis eius conterendum. Iesus verus Episcopus noster, certus θεραπεύτης, hoc est, qui adest voce auxiliator & adiutor in tribulationibus quæ inuenerūt nos nimis. Eius virtute homo, de quo iam agimus, liberatur à diabolo, liuidus mastix abigit: homo deinde rursus videt, audit & loquitur: quod homini illi, quod omni, q huic miraculo aderat, populo, & nobis posteris quoq; salutare est. Spathicus ille iā beatus, in Christo triumphat: populus qui fidei primitias habuit, ad futuras decimas non mediocrem accepit profectum: tanto siquidē ex miraculo præsentē digitum Dei adesse didicit. Neq; enim huiusmodi Theurgia, id est, opus Dei, fallere poterat. Hoc est quod Matthæus dicit, populum obstupuisse, & dixisse: Nū hic est filius Dauid? Q. d. Apparet hūc esse supra sortem generis humani. Neq; enim Salomon filius Dauidis tanta polluit virtute. Nobis deniq; & hoc Christi clementiæ opus salutare est, quia fides catholica inde potissimum accipit robur. Pietatis item & timoris Dei inde accipit quisque fidelis efficax documentum. Qui oculos suos à vanitatibus huius seculi spurcissimi auertunt, qui aures suas sepiunt ne vanitates hauriant, in quorum ore dolus non est, vere à diabolo liberati disnoscuntur. Contrà, quorū aures ad sapientiæ clamorem surdę & demissæ sunt, ad quoslibet vero susurros vanitatum arrectæ existunt, quorum os maledictione plenum est, & quorum oculus est nequam: quid illis desit, & qua re laborent, deniq; vbi auxiliū petāt, videmus.

Diaboli vita quæ?

Doctrinę Christi q capaces.

Quidam autem ex eis dixerunt: In Beelzebub principe dæmoniorū eijcit dæmonia.

Quidam, ait. At qui illi fuerunt? Matthæus dicit fuisse pharisæos. Plebs sic nūquam legitur Christo restitisse. Pharisæis, Saducæis, scribis, summisq; sacerdotibus falsa legis intelligentia Thalmudica illa imposuit, vt sese iustos legis operibus & templi maiestate arbitrarentur, & inde in horrendam eam Christi inimicitiam peruenirent. Mirum, tellurem illos dehiscentem viuos in infernum nō demisisse. O q̄ta cæcitas, o quanta humani cordis prauitas, spiritu diuino carentis. Quid, p Deum oro, Pelagiani in natura hūana boni conspicere potuerunt? Apostolus dicit nihil boni esse in carne: quod sanctus Augustinus contra Pelagianos latissimo cāpo rudius & planius edocet. O durę ceruicis homines, o genimē serpentinū, qua frōte audes Deum satanan appellare? Deus eiecit satanan, & tu opus tam diuinum adscribis diabolo? Quis crassiorem & eam horribiliorē, mente concipere possit blasphemiam? Quid non abhorrēt bruta elemēta de tam funesta humanę prauitatis blasphemia? Sol splendorem suum abscōderet, terra tremeret, mare suos in cœlū fluctus iacularetur de tam abominabili calumnia. O Dei longanimitatē maximā, q nō statim vel igni e cœlo collapso, vel chasmate aliquo tam infandum punierit peccatum. Alibi item Ioan. 8. dixerunt, Christon habere dæmonium. Matth. 11. simili calumnia Ioannem Baptistam dehonestauerunt. Quid q talis etiamnum blasphemia, eodem tenore tenet in mundo? Vtinam mentiar. Sed heu mihi, nimium hac in re verus sum. Turcæ quid aliter faciūt, quàm q Christum Dei salutare, assiduis proscindunt conuicijs? Et eandem etiamnum ab impuris Verpis perpetitur calumniā iudex viuorum & mortuorum. Hic vt homines taceam, dico ne ipsum quidē satanan tanta audere mala. Vides quanto maligni homines ipso diabolo sint peiores. Omnium adhuc horribilissimum est, q tam Iudæi quàm Turcæ, hoc se putant iustiores, q̄ atrocius calūniarū plaustra eructāt. Hic obserua, q̄d proprie peccare sit in spiritū sanctū. Peccatum hoc ita apud Matth. cap. 12. legis: Omne peccatum & conuicium remittetur hominibus: at conuicium in spiritum sanctum, non remittetur hominibus. Et quicunq; dixerit verbum aduersus filium hominis, remittetur illi. Qui autem dixerit aduersus spiritum sanctum, non remittetur ei, neq; in præsenti seculo, neq; in futuro. Vnde Lucas ait: Reus erit æterno supplicio. Vides hic peccatum suos habere gradus, contra Stoicorum somnia, dicentium omnia peccata esse paria. Mirum, nouos euangelistas & veteres Stoicos, adeo in scriptura cæcutire, & tam apertā culparum differentiam non videre. Magnum plane crimen fuit, q Iudæi dixerint Iesum Galilæum, filium fabri, & eum fabrum, &c. Sed quia contemptus is nisi in humanitatem Christi venit, expiabilis erat. Num & remitti poterat, quod Christum, tanquam filium hominis, crucifixerunt, Actorū secundo? Quod

Blasphematur nomē Dei in toto mundo.

Blasphemia maximū oīm flagitiū.

Quod autem dixerunt, Christũ filium Dei in Beelzebub eijcere lemures infernales, dimitti non poterat. Nam etiam hodie quoq; de anguipedibus illis gigãtibus, deq; serpentigenis, Dei iustitia sumit vltionẽ. Audiamus Marcum cap. 3. Qui conuicium dixerit in spiritũ sanctum, non habet remissionem in æternũ, sed obnoxius est æterno iudicio. dicebant enim, Spiritum immundũ habet. Attende euangelistam satis candide & aperte ostendere, quidnam in spiritũ sanctũ sit peccare. Vsui venit Iudæis, quod quotidie in furiosis videmus: qui cũ insaniunt, alios omnes lymphatos æstimant. Sic & Iudæi Esaiam ceritum putabant, de Christo dicentem: Dedi spiritum meũ super eũ, quod & Matt. 12. de ipso nostro saluatore interpretatur: Iterũ eundem prophetã insaniæ insimulauerunt, 61. dicẽtem: Spũs domini super me, eo quod vnxerit me: quod Lucas 4. de Christo accipiendũ ostendit. Iterũ Matth. 3. Ioan. 1. vides hæc omnia in Christo adimpleta esse. Res ipsa sese liquido declarauit: sed Iudæorum furor nihil rectũ, nihil sanũ videre poterat, nec etiam nunc potest. Rogas an ne aliud superfit peccatũ in spm̃ sanctũ, iuxta & secũdam blasphemiã eã Iudæorum, de qua iã diximus? Respondeo: prædicta calumnia nõ minores esse hæreticorum omniũ cauillos, quibus in verbũ veritatis peccant. Verbũ dico veritatis, supple, ecclesiæ sensus catholicę. Nam & hæretici sibi de verbo Dei exotici sensus multũ placẽt. Est itaq; blasphemia, & peccatũ in spiritum sanctũ irremissibile, orthodoxon sensum impugnare, ecclesiam vniuersalẽ erroris traducere, ecclesiã Romanã super mendacium fundatam esse &c. Charissimi, attendite vobis, videte ne ponatis os vestrum in cœlum, videte ne in cœlum expuatis, ne adspergines eæ vestræ in vos relabantur. Et quæ, malũ, Germanorũ rusticitas, qui tam apertam blasphemiã non notãt? Quod si ecclesia Romana euãgelion nunquam habuit, vbi ergo delituit euangelion hactenus? Qua traduce iam in Germaniã prouenit? Ad præscriptũ Tertulliani, ecclesia Romana, cuius Germanica filia est, suã traducem ostendere potest, apostolos, euangelistas, martyres, doctores, per ætates om̃es ab apostolorum tempore in hunc vsque diem. Cuias ergo est, qui Irenæum, Athanasiũ, Basiliũ, Origenem, Chrysostomũ, Cyrillũ, & omnes alios succedentes sibi patres vsq; ad Theophylactum, antichristicarum næniarũ condẽnat? Cuias est, qui dicit nugas esse Papisticas, quidquid Dionysius magnus, Cyprian⁹, Hilarius, Hieronymus, Ambrosius, Augustinus, Gregorius, & om̃es alij Latini certa serie vsq; ad Bernardũ, Hugones, Gersonem, & alios posterioris ecclesiæ doctores, memoriæ prodiderũt? Dabimus om̃es tam Græcos q̃ Latinos, ioco scripsisse: certe Sixtus venerandus senex, Laurentius & Vincentius floridæ ætatis egregij viri, ioco tot supplicia non sunt passi. Nec item sancti pontifices Nicolaus, Martinus, Paulinus, Frãciscus, Dominicus, Benedictus, Bernardus, quasi ludendo tot labores & miserias non sustinuerunt. Nec ciuilis res est, quod S. Cleta, Petronella, Euphemia, Catharina, Cæcilia vsq; ad S. Elizabeth viduam, regnũ mundi & omnem ornatũ seculi propter amorẽ domini nostri Iesu Christi cõtempserunt. Si hi euangelion non habuere, si ecclesia non sunt: sequitur, ecclesiam quærendam apud eos, quos S. Polycarpus vocat incarnatos diabolos hæreticos. Ex hac sacra traduce ortus Vuicleff, pater Pickardorũ Bohemicorum: hic veritas delituit in hunc vsq; diẽ, vt vanus sit Christus, qui ex prophetis dicit, regnũ cœlorum prædicãdum in vniuersum orbẽ. Attendite vobis charissimi, & videte qui caute ambuletis. Vsq; ad mortẽ blasphemijs tam crassis resistere deberemus. nemo vero resistit, & patimur tantũ malũ quotidie magis atq; magis proserpere. Quis non videat, aliquod inauditi hactenus horroris nos malũ manere? Iudæorum plaga, cæcitas cordis, qua eos dominus percussit, in propatulo est. Felix qui inde cautior factus, à blasphemijs omnigenis sibi cauit. Sacerdotes nostrates legant, qd S. Hieronymus ad Marcellã, de peccato in spm̃ sanctũ, scribat. Beelzebub quid sibi velit, vt nunc dicam, locus postulat. Ante captiuitatẽ Babylonicã erant ethnici quidam Ekronitæ in ciuitate Ekron Philistinorũ. Hi filijs Israel tantam felicitatẽ, qua propriũ sibi semper præsentissimũ Deũ habuerunt, inuidebant: vnde in æmulationẽ filiorum Israel, & ipsi sibi deum finxerunt, qui Hebraice dicebatur Beelzebub. Egregiũ inuentũ Ekronitarũ, numen venerabile. vtrunq; nomen Beelzebub satis declarat. Baal siue Beel, dicit vir siue dominus: zebub, musca. Deus itaque Ekron, ex nomine designatur fuisse dñs & vir muscarum. Digni Ekronitæ, qui etiam crepitus ventris habuissent custodes & tutores vnà cũ Beelzebub suo. Clemẽtis hæc est sententia. Sunt qui Priapũ & Beelzebub vnũ deum fuisse dicant, cui Sterculius erat maritandus. Plinius muscarij eius dei fecit mentionẽ lib. 10. ca. 28. dicẽs esse Cyrenaicis Achoren deũ, muscarum multitudine pestilentiam afferentẽ, quæ protinus intereunt, postquam litatum est illi deo. Iudæi qui idololatriam certam noue-

rant

Herefis & blasphemia, eiusdem sunt criminis.

Blasphemia apertissima euangelicorũ fratrum.

Beelzebub quid

rant esse diabolicā illusionem, nomē Dei Ekron, diabolorum principi item indiderūt, nec id immerito. De Beelzebub vide 4 Re. 1. Marc. 3. Iudæi prisci quo magis pie Beelzebub principem dæmoniorum vocauerūt, hoc magis impie dixerunt Christon dæmonia eijcere in Beelzebub virtute. Tantam blasphemiā designauerūt illi, accedūt illis noui euangelici nostrates, q nullis non blasphemijs insectantur eos, qui paternam religionem sequuntur & tenent.

Et alij tentantes, signum de cœlo quærebant de eo.

Pertinacia Iudæorum. Ecce aliud genus pertinaciæ Iudæorum. Non erant cōtenti tantis signis. voluerunt ea aliorum accessu signorum ampliata, vere noua portenta. Quid eñ portento similius, q̄ in tot & tantis signis plura petere signa? Quod miraculū maius esse possit, q̄ spiritui cui potestas est aeris, Ephesio. 2. imperare? Quid saluator huic populo plus facere potuit? Qua tandem ratione eorum tolli potuit peruersitas? Fac Christus illis signum e cœlo dedisset, consilio carnis obsecundatus, ignem e cœlo pluere fecisset exemplo Heliæ 3. Reg. 18. num putas illis satisfactum? Magiæ profecto etiam e cœlo signum datum deputassent, dicendo, Magos etiā talia olim edidisse in Aegypto Exo. 7. Christus verissima signa in cœlo edidit: primo, quod spiritui, cui potestas est aeris, qui aerem caliginosum habet, suam potestatem vndiq; abstulit: deinde, q fluctibus maris & ventis procellosis imperauit. Lucas hic non dicit, Christum obiurgasse eos, qui signum e cœlo postulabant. Matthæus vero memoriæ prodidit, qd dominus hic respōderit: Generatio, inquit, praua & adultera signū quærit, & signum non dabit illi, nisi signum Ionæ pphetæ. Itē cap. 16. Cum cœperit esse vespera, dicitis: serenitas erit, nā rubet cœlum. & mane: Hodie tēpestas, rubet eñ cœlum triste. Hypocritæ, faciem cœli dijudicare potestis, signa vero temporum nō potestis? Natio praua & adultera signum q̄rit: & signum non dabitur ei, nisi signum Ionæ prophetæ. Marc. 8. Amen dico vobis, si dabitur gñationi huic signum. Audistis Christū non solum ventis, sed & principi cui potestas est aeris, imperasse: q̄ certe ter maxima cœli signa sunt. sed neutrum horum receperunt: vnde sua culpa etiā alia signa, q̄ Christus in cœlo habuit, non poterant intelligere. Num. 24. prædictum fuit, signū in cœlo oriturum, stellam nimirū Iacob. Signum hoc Magi in oriente viderūt, & hoc secuti, cum gaudio in Bethlehē venerunt. quia iuxta Malachiam, timentibus nomen domini sol iustitiæ orit, cap. 4. Contrà, Iudæi de hoc signo audientes, exanimati sunt omnes. Audita est in cœlo doxologia, visa est claritas Dei, pastores qui in ea regione erant excubātes, hac visione admoniti, viderunt verbum q̄d illis factū est. Iudæi reliqui soporati, obdormierunt in æternam mortē. Spiritus sanctus in specie columbæ super Chr̄m venit, cœlū super ipsum apertū est, vox patris inde audita, Matth. 17. Mar. 1. Luc. 3. 9. Adde q postea & Stephan⁹ vidit cœlum aptum, & Iesum stantem à dextera patris Act. 7. Paulus stupendo miraculo Chr̄i e cœlo dicentis: Saule Saule, quid me persequeris? cōuersus est, Act. 9. Petrus non absimili miraculo e cœlo de vocatione gentium certior est factus, cap. 10. Sed nihil horum poterāt intelligere, vtpote indigni, qui tam grandia miracula Christi cōtempserūt, & p inspirationē diaboli alia & alia signa, secundū iudicium & voluntatem carnis postulauerunt. Hac causa neq; signa cœli in die parasceues Christi esse animaduerterūt. Manet præfractos Apellas adhuc vnum signū in cœlo: nēpe signum filij hominis, vt videant in quem transfixerunt, Zach. 12. Ioann. 19.

Ipse autem vt vidit cogitatiões eorum, dixit eis: Omne regnum in seipsum diuisū, desolabit, & domus supra domum cadet.

Apologiam hic ordit Christus. Thesin vero hic ponit, qua statim æmulorum inuidētiam retexit oēm, tandem validissima cōclusione manifestam colligit veritatē. Thema est: Concordia respublica oīs constat, quātumuis parua. Sic etiam, iuxta prouerbium, conseruant opes maximæ, & augentur exiguæ. Contra, factionibus & dissidijs opulētissimæ q̄cunq; & celeberrimæ ciuitates fundit⁹ excindunt, Iuxta hoc prouerbium, Domesticū dissidium: & iuxta apologum patrisfamiliàs, liberis suis dicētis: O filioli, concordes vos vincere poterit nemo: sed si mutuis odijs intestinū bellum gesseritis, eritis tandē præda hostib⁹. Hæc est apologiæ Christi propositio: nunc quæ illatio sequatur, sequentia ostendunt. Christus acute argumentatus.

Si autem & satanas in seipsum diuisus est, quomodo stabit regnum eius, quia dicitis ī Beelzebub me eijcere dæmonia?

Thema est, Res magnas discordia dilabi. Exemplū Troia, de qua dicit Maro:

Scindit incertū studia in cōtraria vulg⁹.

Quadrat huc apologus Plinij & Gellij, de discordia stomachi & reliquorum corporis mēm bro-

brorũ. Ad hocce axioma hic infert, neq; satanæ regnum posse stare, satanis inter sese dissidentibus. Suprà audistis, satanæ gaudium, vitam & regnũ esse, incõmodare hominibus. Voluptati est illi, flagellare & pdere mortalium genus. Regnat, vbi ad peccandum hoĩem allexerit. Hic cacodæmones sibi omnes cõsentiũt, iuxta hoc prouerbiũ:

In genus humanũ conspirauere satanes.

Boni angeli hic ab angelis noctis dissidẽt, vnde internecinũ bellum ẽ inter bonos & malos angelos. Hoc ergo angelorum noctis non staret gaudiũ, collaberetur regnum, si ipsi inter se in psequendo hoĩem, pugnarent. Exempli grã: Cum hic velit hominẽ vexare, hoĩem sensib⁹ priuare, & mille modis in corpore nocere, ille vero satanũ homini bene volens, luctet & obsistat nocẽti: iam satanæ regnũ stare nõ poterit, ipsis inter sese luctantibus. Aliud: Cum hic alliciat ad mala, suggerat mala, veneturq; hominẽ q̃quo modo spũs superbiæ & libidinum, alius vero volens hoĩem virtuti studere, castimoniã & humilitatẽ homini inspiret, socio vero cõsorti contrarietur & pugnet: nunqd & hic diabolo inter sese bellũ gerẽti, homini ab illis bellum sit timendũ? Sed maligni spiritus hoĩem solum insectãtur, ipsi hoc iure vnanimes, regnum suum pari studio, peccata hominibus suggerendo, vitijs genus mortaliũ tentando, augent omnes. Videm⁹ ergo Iudæorum crassissimã & omnium horribilissimã blasphemiam, à sapientia Dei satis superq; detectam.

Si aũt ego in Beelzebub eijcio dæmonia, filij vestri in quo eijciũt? Ideo ipsi iudices vestri erunt.

Attende patris sapientiã & veritatem diuinam. Recte dicit: Vnde huic sapientia tanta, cũ nullo sit vnquã vsus magistro? Recte dicit, si mens recta fuerit. Quis em̃ non admiretur tantam sapientiã in filijs hoĩm, etiam ipsi obstupescendam Salomoni? Dicit: Non ego solus dæmonia eijcio. Faciũt & hoc filij vestri, sed non in Beelzebub nomine. Filios vestros hui⁹ tempestatis & superioris, in Dei nomine satanas eijcere & semper eiecisse, in propatulo est: quod nullo modo inficias ire potestis. Filij itaq; vestri, qui in Dei nomine immũdos exorcizant spũs, mei sunt testes, eruntq; vestri iudices. Dominum hic per filios Iudæorum apostolos intelligere, locupletes testes sunt Chrysostomus, Theophylactus, & cæteri catholici doctores omnes. Porro apostolos quoq; dæmones eiecisse vides Matth. 10. vbi dicit: Accersitis duodecim discipulis suis, dedit eis potestatem aduersus spũs immundos, vt eijcerẽt eos. Sunt & qui hũc locum intelligãt de exorcistis alijs, de qbus legit Act. 19. Iosephus itẽ, eius ordinis insignem dicit fuisse quendã noĩe Eleazarũ. Idem testis est, Salomonẽ, eum ordinẽ primo instituisse, formamq; certã exorcizãdi illis pscripsisse, nempe nominis Dei Abrahæ, Isaac, Iacob, & reliquorum sanctorum patrum. Contra hoc Iudæi nihil mutire poterãt, nec etiamnũ possunt: adeo valida est virtus. Liquet ergo, filios eorum Christi esse testes, & Iudæorum iudices. Si de popularib⁹ exorcistis ordinis Salomonis intelligis, simile est hoc, quod & regina Sabæ, Niniuitæ, & alij ethnici, Iudæorum pertinaciã sunt iudicaturi. Sed magis proprie intellexeris de apostolis, quorum est sedere in duodecim thronis, iudicare duodecim tribus Israel, Mat. 19. Luc. 22.

Christus ipsissimã se declarauit esse sapientiã.

Porro si in digito Dei eijcio dæmonia, profecto peruenit ad vos regnum Dei.

Conclusio hæc ad duo præmissa argumenta pertinet. Rationi consentaneum haud quaquam est, nec stare potest, diabolos sibi pugnare, diabolũq; posse in diaboli nomine expelli. Et vsus exorcizandi arguit, cacodæmona in Dei om̃ipotentis nomine abigi. Cõsequitur ergo, Christon immundum spiritum non nisi in digito Dei expellere. Digitus Dei hic significat nomẽ Dei oĩpotẽs, sanctũ & terribile. Alludit ad eam digiti Dei maiestatẽ psal. 8. 101. dicẽs, Cœlũ esse opus Dei manuũ. Nos q̃q; mortales, opus Dei manuũ vocamur, psal. 118. 138. Iob 10. Nõ hæc intelligas cum Anthropomorphitis hæreticis, qui hic errandi occasionẽ acceperunt, quasi Deus aures, oculos, nares, os, manus, pedes & reliqua membra, quẽadmodũ scriptura de eo dicit, habeat. Sed De⁹ nihil nisi oculus, nihil nisi auris, nihil nisi manus &c. existit. Hoc est, oĩa nouit & potest. Eam Dei omnipotentiam scriptura canonica pro nostro captu nobis delineat, Deo oculos, manus & digitos tribuens. Scripturæ suæ more Sapiẽtia patris cum Iudæis agit, ne qua elabi possint, sed vndiq; constricti confundantur. Magi in Aegypto etiam digitum eum Dei olim senserunt, Exodi 8. vbi dicunt, Ezba Elohim Hi, hoc est, Hic est digit⁹ Dei. In hoc digito Dei Moses vicit magos Aegyptiacos, hoc digito Dei scripta est lex. Hęc oĩa vt rite intelligãtur, Lucas posuit digitum Dei, Matthæus spiritumsanctũ. Sic (quod aliàs sæpe admonui) euãgelistę sese passim elucidant mutuo. Nunc cum satis ostẽsum sit, Christũ in Dei virtute subigere & compescere satanan: iterum sequitur, regnum Dei aduenisse, Chrysostomus p hoc regnũ in-

Digitus Dei.

Anthropomorphitæ.

intelligit aduentũ Messię. De hoc regno dicitur Gen. 3. Inimicitias ponã inter semen tuũ & semen illius: ipsum cõteret caput tuum. Per hoc regnum mors est victa, absorpta & mortua, Oseæ 13. 1. Cor. 15. Hebr. 2. Nam Chrm oportet regnare donec ponat omnes inimicos suos sub pedes suos. De hoc regno Dei passim euangelicæ & apostolicæ agunt literæ. Luc. 10. 17. dicit aduenisse regnũ Dei. Matth. 3. 4. 10. Marc. 1. regnum Dei prædicat. Et in summa, ecclesia veritatem Dei possidens, hoc ipsum est regnum, cui ne inferorum quidem portæ preualent. Hoc regnũ quia auersati sunt Iudæi, zabulon merito sustinent dominum.

Cũ fortis armatus custodit atrium suum, in pace sunt ea quæ possidet. Si autem fortior eo superueniens, vicerit eum, vniuersa arma eius aufert, in quibus confidebat, & spolia eius distribuit.

Prædicta, maiori veritatis argumẽto adstruit, potissimum vero hoc, quod iam dictum est de regno Dei. Diaboli regnum oportet disperire & euanescere. Vnde S. Marcus ait, satanan stare non posse, finem vero habere. Regnauit in hoc mundo per trãsgressionem Adæ & Heuæ. Regnũ hoc succreuit per homicidium Abel, per bigamiam Lamech &c. Nunc mũdus totus in maligno positus est, nihil vsquam nisi cædes & lenocinia, Sanguisq; sanguinẽ iam dudum tetigit, 1. Ioan. 5. Oseæ 4. &c. Hæc aula, hic thronus diaboli, hoc regnũ zabuli. Gloria cuius, carnis immunditia. Nam & peccatores gloriant in rebus pessimis. Triumphus eius, mors & æterna dãnatio impiorum, quos seduxit. Fiducia eius, vis captiuorũ & temporis diuturni proscriptio. Arma eius, potestas quæ illi nostra culpa contigit. A quo quis superatur, illius siquidẽ cedit iuri atq; potestati. Hic pacẽ habet, etiã ipsi Deo insultans. Ad hoc mundo abutit. nam & saluatori ausus dicere: hæc omnia dabo tibi, si procidens, adoraueris me. Munita arx, secura possessio, ampla spolia, ius proscriptiõis validum, virtus vmbilici hostis maxima, astus & technæ anguis multiplices. Nulla creaturarum culpam exoluere, & violentiæ tanti tyranni resistere potuit. Soli veritati confusionẽ debuit pater mendacij, debuit ludibriũ regi gloriæ, spiritus superbiæ. Emanueli soli triumphãdus tantus hostis. Festinauit ille prædari & spolia detrahere, quia etiam sacramentum incarnationis Christi, mors erat diaboli. Dicit ergo Ioann. XII. Nunc iudicium est huius mundi, nunc princeps huius mundi eijcietur foras. Vnde autem eijcietur? Quid hoc foras? Ex hoc peccati regno, & ex gloriæ tantæ palatio. Silo noster, filius Dauid, Emanuel sanctus, Iesus Christus, fortior illo erat. Princeps huius mundi in illo nihil habuit, Ioã. 14. Sanguine casto virginis beatæ, operatiõe pneumatis sacri incarnatum verbum ęternũ, diabolo nihil debuit. Contrà, multum debuit veritati spiritus mendacij, multum debuit iustitiæ soli spiritus aeris caliginosi, solicitator concupiscentiarum & iniquitatũ oĩm incentor & autor. Superbiæ leo fastuosus, ab agnello Dei cõteri debuit. Tanta est Christi sanctitas, vt iustitia eius credentibus oĩbus suppetat. Tanta eius est potestas, cui violentia satanę obsistere nõ possit. Perijt itaq; myrmileon, quia iure prædam amisit: nam postq̃ pro nobis satisfecit agnus dei, Diabolus nihil habet q̃d calumniet. Et qa fortior eo supuenit, Cerberus ille auernalis, belua illa immanis, facta est myrmex & musca. Dominus Deus exercituũ, suo Cyro salutari nostro Iesu Christo stetit promissis, secundũ 86. 88. 109. 131. Item & hoc Esaiæ 45. portas æreas cõteram, & vectes ferreos confringam: & dabo tibi thesauros absconditos. Hoc nobile duellũ, μονομαχία qua Goliath perijt: vnde scutũ, galea, galdius, & alia arma sublata, & Philistijm subacti, 1. Reg. 17. Samsonis nostri triumphus, huius morte mors est suppressa 1. Cor. 15. Col. 2. Vnde antesignan⁹ & dux noster dicit nobis: Confidite, qa ego vici mortẽ. Ioan. 16. Itẽ: Mihi data est omnis potestas, Matth. 28. Distributio spoliorum ampla. Maniplis plurimis (cantat ecclesia) inde erutis, mundum illustrat suo iubare. Noster Dauid verus homo, humano more triũphat. Triumphatores mundi, non sportulas, sed rectas cœnas, visceratiões, & hoc gen⁹ dona viritim expensabant. Triũphator noster charismata varia dispensat Esa. 11. Psal. 67. Ephe. 4. Insuper & spiritum suum arrabonem salutis nobis largitus est, iuxta prophetiã Iohelis. Theophylact⁹ in hæc verba hunc locũ interpretat: Spolia rapui & trado ea, aliud alij angelo fido custodi, vt p dæmone, cuius tyrannidẽ tulerat, habeat angelon. Sensus & ille facit ad declarationem debellati fortis armati, & ad opulentiæ Dei illustrationem. Videantur nunc sequentia.

Satanę regnum.

Satanę regnũ deuastatum.

Chrs diabolum triumphans spolia diuidit.

Qui nõ est mecum, cõtra me est: & qui nõ colligit mecum, dispergit.

Corollariũ est, Salutaris adiectio, Parænesis grauis. Veritatẽ supradictã corroborat, interim & nos ad vnitatis vinculũ conseruandũ, itẽ ad constantiã & ad pseuerantiam boni operis exhortat. Nihil æque cõtra-

Vnitatis viculum nobis cõmendat.

trarium poterit excogitari, q̃ Deus & Belial, filij Dei & filij Belial. Diabolus lupus rapax, rapit & dispergit: Deus, tãquam gallina pullos suos colligẽs, cõgregat. Ille multiceps belua, superbiam iurgiorum matrẽ (sunt enim inter superbos semper iurgia) spargit. Meum & Tuum, totum mundum conturbantia, disseminat. Inuidię denique tabo mortem induxit in terram, qua non solum amici & necessarij, sed & corpus & anima separantur. Hic igne diuino in vnũ corpus ferruminat anĩos sibi diffidẽtes variarũ gentiũ, homines item & angelos conciliat, & cũ Deo in gratiã redire facit. Illi⁹ instinctu Cain occidit Abelẽ, et ipse statim factus est profugus & vagus. eius q̃que suggestione Lamech duas duxit vxores, & factus est & ipse diuisus. Huius spiritu sancti patriarchæ, Moses & prophetæ, vnum corpus facti, vno cultu omnigenum virtutum vnis cæremonijs vnũ Deum coluerunt, diuersum iter à filijs Belial intendentes: q̃ infinita deorum portenta, infinitis ritibus & immunditijs adorauerũt. Sed illius circumuenta dolis synagoga ante Christi aduentum corruptior, à via recta exorbitare incepit. Vnde factum est, vt tempore Christi pastore vero careret, vnusq́; vero, instar ouis errantis, palaret. Sacerdotes & pphetæ nescierunt prę ebrietate, absorpti sunt à vino, nescierunt videntem, ignorauerũt iudicium, Esa. 28. Immo quod peius est, veritatem salutarẽ in sensum acceperunt repbum & pestilentem. Vnde idem ait capit. 43. Pater tuus primus peccauit, & interpretes tui præuaricati sunt in me. Hæc omnia tangit Christus, dicens: Qui non est mecũ, cõtra me est. Cõdemnat blasphemos vnà cũ spiritu blasphemiæ diabolo. Sed & interim submonet eos qui symbolum vnitatis acceperũt, vt videant sub cuius vexillo militẽt. Duob⁹ dominis seruire nemo potest. Deniq; hortat̃ ne quis blasphemias Dei dissimulet, ne veritati laboranti vereatur dare testimoniũ. Non sufficit, fideles esse ἀκινήτους, hoc est, immobiles, sed & ἀνικήτους .i. inuictos esse oportet. Vt Hebręi, id est, docti, etiam sint Hedræi, id est, constantes. Facit huc quod sequitur:

Cõstãtia & fortitudo nobis commendatur.

Cum immundus spiritus exierit de homine, ambulat p loca inaquosa, quærens requiem: & non inueniens, dicit: Reuertar in domum meã vnde exiui. Et cũ venerit, inuenit eã scopis mũdatam, & ornatam. Tunc vadit, & adsumit septem alios spiritus secum, neqores se: & ingressi, habitant ibi. Et fiunt nouissima hominis illius, peiora prioribus.

Epilogus est totius apologiæ, q̃ tamen hoc, quod iam dictum est, Qui non est mecum, &c. magis magisq́; fulcit. Exemplũ ponit hominis cuiuspiã lymphati, q simul atq; à flagellante diabolo liberatus fuerit, ipse culpa suapte postea septẽ nequioribus spiritib⁹ vexandus tradatur, atq; adeo posteriora eius peiora priorib⁹ fiãt. Tãgit Iudæos blasphemos, & synagogam immedicabili corruptione plagaq́; laborantẽ. Primo, liberauit eos De⁹ ab idololatria, Abrahã nimirũ ab Hur Chaldeorũ. Deiñ dedit illi legem & cæremõias. Dedit & promissiones terræ Chanaan. Tertio, ea p Mosen & prophetas renouauit & auxit. Deniq;, quod promisit, præstitit, dando terrã promissionis: cumq́; & regem peterent, dedit & illis regem, & gloriosos fecit eos p̃ omni gente & populo. Ipsi vero tantorũ bonorũ sæpe obliti, dominũ Deum exacerbauerũt: nouissime oĩm & ipsum seruatorem, quem ex factis potentiæ Deum cognouerũt, morte pessima cõdemnauerũt: q̃d cum facerẽt, redijt in eos spũs ille malignus prius eiect⁹, secum septem se neqores trahens spiritus. Theophylactus p septenariũ, numerũ intelligit maximũ. Numerus ille item apud ecclesiasticos perfectiõem denotat. Nunc itaq; peius se res Iudæorum habet, quàm vnquã antea. Sunt nunc plane abiecti et omni spe destituti. Messiam suum dęmonium habere dixerũt, sunt ergo dæmoniorum principi traditi, cum in corpore, tũ in aĩa flagellandi. Rogas, num se similitudo latius extendat? Maxime. Eos nimirũ cõstringit, q ab ecclesia & fide catholica deficiũt, exemplo Iuliani apostatę & Scytharũ, q ex Christianis facti sunt Mãmoluci. Complectit̃ & parabole recidiuãtes, de qbus dicit̃ Heb. 6. fieri non potest vt, qui semel fuerint illuminati, gustauerintq́; donum cœleste, & participes facti fuerint spiritus sancti, gustauerintq́; bonũ Dei verbum ac virtutes futuri seculi, si plabant̃, denuo renouẽtur per pœnitentiã, ab integro crucifigentes sibimetipsis filium Dei, & ludibrio exponẽtes. Absit hic Nouat⁹, absit Lucifer. Neq; eñ hoc intelligendum est, nisi de irrisoribus & in misericordiã Dei subinde peccantibus, de quibus 2. Petri 2. A quo quis superatus est, huic etiã in seruitutem est addict⁹. Nam si posteaq̃ refugerũt ab inquinamentis mundi per agnitionem domini & seruatoris nostri Iesu Christi: tamen his rursum inuoluti superantur, facta sunt illis postrema peio-

Synagoga fa[...] ta, ipsa [...] tro fi[...] malum cõciu[...]

Eccle[...] defic[...] grau[...] pecca[...]

Recid[...] tio p[...] culos[...]

recidiu[...] tes g[...] fint e[...] crabil[...]

iora prioribus. Attende, verba Petri, Christi esse verba: vt videas, hæc etiam & posse & debere intelligi de canibus ad vomitum reuersis, de porcis in volutabrum peccatorum vestem baptismatum conijcientibus, gratiam Dei & fidei in Christum sacramẽtum, in malitiæ suæ prætextum accipientibus. Neque absenti animo ecclesia lectionem eam hodie populo fideli proponit. Deniq; & hoc loco compræhenduntur hæretici quicunque, ab agnita semel veritate deficientes. Legat sacerdos super hac interpretatione Ambrosium. Nos, ne nimia prolixitate tædium auditori faciam⁹, ad sequentia abeamus.

Factum est autẽ, cum hæc diceret, extollens vocem quædam mulier de turba, dixit illi: Beatus venter qui te portauit, & vbera quæ suxisti.

Fronte meretricum fuisse Pharisęos vides. Confusi tacent, pœnitẽtiam & exomologesin facere supersedent, palinodiam eos cãtare piget. Mulier plebeia & ignobilis, Christi sermõem, solo verbo intellectum, approbauit. Vide clerice, ne pharisaico supercilio efferaris. Quid contra ius canonicum, contra primitiuum vsum om̃ium ecclesiarum, quid deniq; contra apertissimã scripturam, laicos sacrificium laudis in ecclesia materna lingua persoluere vetas? Hieronymus frontẽ ita cõtra laicos non corrugauit, vir omnium doctissimus & religiosissimus. Ecce, inquit, surgunt laici & indocti, rapientes regnum cœlorum. Væ tibi clerice fastidiose, quia reuera extra sortem Dei existis. abiecta enim huius mundi, vere de sorte sunt Dei, 1. Co. 2. Esa. 29. Extollere vocẽ, est hebraismus, quem & vides Esa. 14. & 58. Exaltare atq; extollere vocẽ, est clare & ardenter clamare. Sic & Elisabeth dicitur clamasse alta voce, hoc est, toto corde, voce cordis magis quàm verberatione aeris. Sic & hoc loco mulier ignobilis quædam extulit vocem ad Christi gloriam, dicens: Beatus venter qui te portauit, & vbera quæ suxisti. Ecce tibi laudat Christus in encomio matris. Psal. 88. Deus glorificatur in concilio sanctorum. Viderint *Antidicomarianæ & Antimariani, laudis Mariæ impatientes. Non effœta veri, mater Christi: nõ falsa & delusa, plena gratia Maria. Non vanũ habendum quod dicit, Beatã me dicent om̃es generationes. Habuit olim hostes tempore Theodosii, dicẽtes Iosephum ex Maria liberos suscepisse. Horum præcipuus fuit Heluidius. Deinde non minori sacrilegio Faustiniani, laudi Marię detraxerunt, Christi veram natiuitatem et incarnationem abnegando. Tandem prodijt & Nestor, theotocæ nomẽ Mariæ inuidens. Hostibus illis ab ecclesia deuictis, ex anguium prædictorũ dentibus noua seges hęreticorum suboritur. Sũt quibus displicet cantus Hermanni Cõtracti: Maria mater gratiæ, Mater misericordiæ, &c. Cantũ eũ dãnant quasi superstitiosum. Simplices catholici, qui ex singulari affectu erga gloriosam virginem, cum prædicto autore animam suã in extremis gloriosę virgini commendant, an omnino sint damnandi superstitionis, quisq; mediocriter in ecclesiastica theologia versatus, videre queat. Et pia lingua omnia pie interpretatur. Sed quare odio cantici Hermanni Contracti, in apertam prolabuntur blasphemiã noui Mariomastiges, Mariam ancillæ & seruæ agrariæ conferentes? Ancillam sanctæ Trinitatis Damascen⁹ vocat reginam cœli, Augustinus dominã angelorum & mundi. Quare titulos huiusmodi præconij Mariæ non ferunt? Non absimilis est error, quod dicunt non esse articulum fidei, credas Mariã perpetuam virginem, nec ne. Vide astutiã serpẽtis, quot mæandris simplicitatem ecclesię solicitet. Si articulus fidei ad salutem necessarius negat esse professio perpetuæ virginitatis Mariæ: ergo errauit ecclesia, quæ Heluidium condemnauit, Heluidius vero solus constituendus basis veritatis. Anabaptistæ nostrates vnde suum suxerunt vir⁹? Nõne ex cicuta ea? Anabaptistas, quos dementasti, condemnans, teipsum bis culpabilem ostendis. Sed audiamus præconium Mariæ: Beata vbera quæ suxisti, & beatus venter qui te portauit. Hoc angelus suprà e cœlo attulit, dicens: Bñdicta tu inter mulieres. Hoc Elisabeth spiritussancti afflatu prius protulit, dicens: Bñdicta tu inter mulieres, & benedictus fructus ventris tui. Sacrosancta verba, toties repetita. Aluus beata, quia thron⁹ & ferculum Salomõis: quia templum, in cuius porta sedit rex panẽ comedens: quia thalamus, vbi rex primo vnctus (ter siquidem vnctum ferunt Christũ) & vbi materno diademate ornatus, ecclesiæ sponsus est designatus. Non tanquam de fistula per Mariam in hunc mũdum venit, neq; instar solis radij per fenestram vitream, verum natus ex Maria ver⁹ homo, ex virgineo sanguine conceptus, per virgineam aluum verus homo in hunc mundũ venit. Vere ergo beatus Mariæ venter prædicandus, vbera itẽ vere beata: quia de cœlo plena, manna nobis cibauerunt cœleste: quia nubes leuis, & non atra, super quã adscendit dominus: ibi, quo nos tandem aleret, alimentum accipiens. Vbera vere beata

Iudæi pertinaces.

Laicis in ecclesia psallere licet.

Vocẽ extollere.

Maria omni laude dignissima.

Vẽter Marię virginis beatus.

ta supra petram & nubē eam, vnde in deserto aqua filios Israel sequebatur, & vnde per diem vmbra filijs Israel prouenit. Nostra eñ nubes & vera petra, virago, fortis mulier, petræ Chri mater, vitis est, & Deo & hoibus nectar præbēs. Obmutescat vsq; ad rauim leprosa hæresis. Quisq; syncerus catholicus, in Christi gloriā prædicet Mariam cum Sedulio, Beda, atque adeo cum omni ecclesia, atq; dicat:

Salue sancta parēs, enixa puerpera regem,
Qui cœlū terramq; regit per secula, cuius
Numen ab æterno cōplectens oīa gyro,
Imperium sine fine tenet: quę ventre beato
Gaudia mris hñs, cū virginitatis honore,
Nec primam similem visa est, nec habere
sequentem. Sequitur:

At ille dixit: Quinimo: Beati qui audiunt verbum Dei, & custodiunt illud.

Audiant Christū Mariæ hostes, audiant hæretici. Quinimo dicit: μενοῦγε, q̄d dictū est, nō negat. Dictū est ab angelo, dictū ab Elisabeth, dictum ab hac muliere, dictū à sancta trinitate. Mulier Christū filiū Dei, sapientiā patris, veritatē diuinā, verū hominem fatebat. Nasci eñ e ventre, & lacte foueri, hūanitatis expressissima sunt indicia. Et tantū abest vt Christū susceptæ humanitatis pigeat, vt magis sibi gloriæ ducat. Nō ergo matrē puduit, nec matris laudem ægre molesteq; tulit. Verū quia hic deitatis opera à Iudæis in blasphemiā rapiebantur, sapiētia diuina non intēpestiue verbis mulieris intulit: Quin etiā illi sunt beati, q audiunt verbū Dei, & custodiunt illud. Et affirmatio ea ad duplicē Mariæ facit prædicationē. Mulier cōmendauit atq; decantauit à matris officio, quo peperit & aluit. Probat hoc Christus, & addit aliā prædicationē à religione, in matris cumulū gloriæ & meritorum. Audiuit verbū Dei Maria ab angelis, audiuit ab Elisabeth, à pastoribus, à Simeone, ab Anna, à pignore oīm dulcissimo Iesu, puero annos nato duodecim: quidquid vsquā audiuit, corde suo cōmisit, inde Dei arcana Lucæ & alijs euangelistis suo tempore prolatura. Maria ergo, vt per sanctum Bernardū felicior dicitur, q Christum mente fideli conceperit, quàm ventre intemerato: sic & hic, Christo teste, beatior q verbum Dei æternum tanta cura custodiuit, quàm q verbum incarnatum enixa est & educauit. Vnde & Theophylactus ait: Nullam vtilitatem inde futuram Mariæ ex eo q peperit, nisi alias virtutes habuerit oēs. Nunc ergo quia & peperit, & simul alias virtutes omnes, gratia plena habuit, merito eā ecclesia oīi laude dignissimā extollit. Mat. 12. ait saluator: Quæ est mea mater, & qui fratres mei & sorores? Amen dico vobis, quicunq; fecerit voluntatē patris mei qui est in cœlis, ipse meus frater & soror & mater est. Neq; hoc importune dixit. Insyncerus aliqs dixerat: Ecce mater tua & fratres tui stant foris, quęrētes tibi loqui. Vtiq; hoc in contēptum doctrinæ eius dixit. Dixit ergo saluator, fratres suos & matrē suā se agnoscere, pcepta sua custodientes. Felix itaq; oībus perfectionis numeris virgo Maria, & oīi laude digna non solū, sed dignissima, cuius laudi vndiq; multum accedit. Sed & ex Mariæ felicitate nostrā consideremus beatitudinē. Vni Mariæ datū est, genitricē esse verbi, & eiusdē obseruatricē. Omnibus nobis datū, per verbi Dei custodiam Christo conciliari, & proximos illi fieri: vnum corpus nimirū, fratres, sorores & matrem. Plausibile hoc nostræ carni. Videamus ergo, quid sit hoc verbū Dei, quid hoc audire & custodire. Verbū Dei est, qdqd nobis in & per Christon promisit, quidqd in & per Christū nobis ad præstandū, omittendum, & perpetiendū à Deo patre est mandatum. Verbū est, exemplū Christi nobis ad imitandū esse pręscriptū. Habes quid sit verbū: disce & quid sit audire. Audire est, auribus audiendi (hoc est, puro affectu) verbum audire, auditūq; syncere credere. Custodire, est factis præstare: non abscondere & defodere terræ, vt solum maneat & sine fructu: sed ad vsurā dare minam euangelicā, corde bono & optimo creditum semen cū multo fœnore cultori reddere. Catholico pacifico hoc facile qsq; psuaserit. Vt litigatoribus quis satisfaciet? Iouiniastæ hic rem sibi putāt habere factā, q non dicatur, Beati qui audiunt verbū Dei, & faciunt illud: quasi nusquā legatur, Hoc fac & viues: Si vis ad vitā ingredi, serua mandata Dei. Qui sic docuerit, & sic fecerit, magnus erit &c. Obseruent hic catholici aduersus Sirenas fallaces, etiā audire idē esse, quod obedire & factis præcepta præstare. Nam audire alicuius monita dicimur, cū ea obseruamus, præcipientiq; obedimus. Hoc pueri in scholis sic cum grammatica addiscunt. Vnde hoc extat Mancinelli:

Audio te, ausculto: tibi vero, obtempero
signat.

Custodire item, opus requirit: custodia, operis est. Nam & φύλαξ, id est, custos dicitur, qui rem aliquā tuetur & curat. Piget me in re omnibus catholicis receptissima, quasi in labyrintho aliqua laborare. Qui sordet, sordescat adhuc: catholicus qui vere corde per fidem iustificatus est, iustificetur

Hūanitatis susceptæ Christum non piget.

Maria virgo multis noibus ppetuū encomiū sibi meruit.

Verbum Dei quid.

Audire verbum Dei, quid.

Custodire verbi Dei, quid.

tur adhuc. Audiat quid dicat Veritas: Qui fecerit voluntatē patris mei, hic mihi frater, soror & mater est. Hoc est, Beati q audiunt verbum Dei, & custodiunt illud. Theophylactus ait: Qui audierit, faciat sermonem: & non fiat ei in condemnationē recepta audiendi virtus. Beda quoque hic bona opera intelligit. Sed quid Theophylactum & Bedam saltem cito, cum nemo sanctorum patrum vnquam aliter docuerit? Christus Iesus ad custodiā eam verbi sui, quam illi debemus, & de qua nos iudicaturus est, suam gratiam nobis largiatur: ad suam solius gloriam, quæ illi cum patre & spiritu sancto par est in secula seculorum. Amen.

DOMINICA DIE QVADRAGESIMAlis abstinentiæ Quarta, Euangelium Ioan. VI.

POST hæc abijt Iesus trans mare Galilææ, quod est Tiberiadis. Et sequebatur eum multitudo magna, quia videbāt signa, quæ faciebat super his qui infirmabantur. Subijt ergo in montem Iesus, & ibi sedebat cum discipulis suis. Erat autem proximum pascha dies festus Iudæorum. Cum subleuasset ergo oculos Iesus, & vidisset quia multitudo magna venit ad eum, dicit ad Philippum: Vnde ememus panes vt manducent hi? Hoc autem dicebat, tentans eum. Ipse enim sciebat quid esset facturus. Respondit ei Philippus: Ducentorum denariorum panes non sufficiunt eis, vt vnusquisq; modicum quid accipiat. Dicit ei vnus ex discipulis eius, Andreas, frater Simonis Petri: Est puer vnus hic, qui habet quinq; panes hordeaceos, & duos pisces. Sed hęc quid sunt inter tātos? Dixit ergo Iesus: Facite homines discumbere. Erat autem fœnum multum in loco. Discubuerunt ergo viri numero quasi quinque millia. Accepit ergo Iesus panes: & cum gratias egisset, distribuit discumbentibus. Similiter & ex piscibus quātum volebat. Vt autem impleti sunt, dixit discipulis suis: Colligite quę superauerunt fragmenta, ne pereant. Collegerunt ergo, & impleuerunt duodecim cophinos fragmētorum, ex qnq; panibus hordeaceis & duobus piscibus, quæ superfuerunt his qui manducauerāt. Illi ergo homines, cum vidissent quod Iesus fecerat signū, dicebāt: Quia hic est vere propheta, qui venturus est in mundum.

PRAEFATIO.

Deus proprie benignus.

Diabolus pprie malignus.

IVdæi, vt in præcedētis diei dñicæ lectione auditū est, signū de cœlo, hoc est, magnū & rarissimum aliquod, postulabant. Hic habēt maximū, idq; tale, quod est proprie Dei. Diabolū in aere sępenumero tonitrua mouisse, fulgetra cōcitasse, inde bolides sanguinea (vt aiunt) manu etiā misisse, & hoc genus alia ibi operatū esse, latet neminem. Rursus nunquā à seculo auditum est, diabolum hoībus cōmodasse. Quid ille de nobis bene mereret, q apud Valeriū Max. teterrima & terrifica specie sese cacodæmona vocat ipsum? Si dixerit Iudæus aliqs, diabolum erga humanū genus factū esse clementiorem: quis non videat, eum, progeniē diaboli, patris sui malitiam velle dissimulare? Oportet vt fateamur esse opus Dei, quod hic iam legimus miraculū. Dei siquidē proprium, semper clementē esse. Iudæi semper signū quærunt, 1. Cor. 1. Matth. 16. Luc. 11. Hic maximū signū habent: aut credant ergo, aut validis argumentis hoc signū reijciāt. Quod si dixerint, Heliseū olim tale qd designasse 4. Regū 4. factum non negamus, sed quotam partē dicimus esse huius? Vir quidā venit e Baalsalisa, quæ est villa versus Diospolin siue Thebas sita, deferens viro Dei panes hordeaceos viginti, & frumentum nouū in pera sua: obtulitq; viginti eos panes, vnà cum primitiarum panibus. Dixit Videns seruo suo: Da populo vt comedat. Respondítq; ei minister eius: Quantum est hoc, vt apponam coram centum viris? Rursum ait ille: Da populo vt comedat. Hæ enim dicit dñs: Comedent, & supererit. Posuit itaq; coram eis. Qui co

mederūt,& superfuit,iuxta verbum domini. Cōfer hic puerum viro,qnq; panes martios illos pueri,diurno atq; viatico vni⁹ diei: (neq; eñ dimensum puer secū portare potuit pedes)cōpone centū viros,cū qnq; millibus viroꝝ:parum reliquiaꝝ e viginti panibus,cū duodecim cophinis fragmentoꝝ e qnq; pastillis siue paniscis,cōfer. Deinde audi prophetā, & Christū,vtrūq; dicentē. Propheta ait, hæc dicit dñs: Chr̄us iubet,vtiq; suapte potestate. Conuenit quidem historia in libris Regū, cōmissa cum euangelico hocce miraculo, aliqua parte. Vnde etiā à Theophylacto & alijs huc citatur. Nam iuxta poetam,etiā magnis parua cōponere solemus,vt iuxta Plutarchum, magna magis conspicua reddantur. Adeo professio nostra vel ex hoc miraculo cōtra infelicis gentis calumniā consolidatur. Iudæi itaq; adamantino huic muro arietantes, comminuuntur penitus.

Post hæc abijt Iesus trans mare Galilææ,quod est Tiberiadis. Et sequebatur eū multitudo magna, qa videbant signa, quæ faciebat super his qui infirmabantur.

Post hæc abijt,puta Solymis,vbi virtute magna cōtradicētes sibi reuicit. Disputationē eā apud Ioannē nos fideliter literis cōmendatā habemus:q̄ si Iudæis nō sapit, videmus eos mendacijs assuetos,& ex veritate nō esse. Mare Galilææ,vocat infrà ca.12. mare Tiberiadis. Luc.5. dicit Genezareth mare,de quo suprà dñica quarta à Chr̄i natiuitate. Tiberiadis dicit, q alluat & pterlabat̄ ciuitatē eam,Tiberij* cōditoris sui nomen referentē. Sequebat̄ eū multitudo magna. Quare? Quia videbāt signa,quę faciebat sup his q infirmabant̄. Sequebant̄ quoquouersum,oblectati miraculoꝝ visu: q̄d tametsi plane dānari nō possit,tn̄ prædicabilius fuisset,si oblectati & ducti verbo veritatis,quēadmodū Luc.5. Chr̄o adhæsissent. Arguit eos Iesus insynceritatis,dicēs: Quæritis me, non qa vidistis signa, sed qa comedistis de panibus, & saturati estis. Signa iuuerūt eos,q inde voluptatē quādam carnalē conceperūt,instar Herodis Lu.23. Sed refectio corporis magis traxit, vtpote quæ genio gratior est, & curat cuticulā,palatumq́;(q̄d aiunt)oblinit. Viderint,q hodie tātopere de multitudine cōsectaneoꝝ suoꝝ sibi placent. Nihil sane vulgo inconstantius: vnde poetæ cōuenientissimo epitheto,vulgus & inconstans & clamosum vocant. Ne micā quidē salis habet in toto corpore,q beluæ illi placere studet. Sapit q̄ Dei sunt, & verū agit ecclesiasten, q bestiā eam sedulo pungit. Chrysostomus tunc saltem se verbi semē feliciter dispēsasse putabat,cū vidisset se min⁹ vulgo placuisse, sed hulcus tetigisse:& nō ad applausum,sed ad gemitū & lachrymas mouisse. Maluit flentes q̄ ridētes populū dimittere. Nō vulgus saltē intellige hic infimos ex plebe, sed & infrunitos ingenij oēs,siue sint impatores, siue principes,siue pastores,siue mediastini. Vnde & Chrysostom⁹ imperatricē ausus fuit Iezabelē vocare. Et inuenias de infimis sæpenūero infimū aliquē maioris animi hoīem,q̄ in regū & principū caterua inuenire possis. Et videmus hodie regibus & ducib⁹ nihil esse æque incōstās & pndū. Beluā hanc grex p̄dicatoꝝ mirū in modū lactat, p ei⁹ ingenio disciplinas ecclesiæ antiquans oēs,euāgelion quoq; ipsum eius bestiæ auribus adaptās. Adulatores hi euāgelici, assentādi arte supra oēs q vnq̄ fuerunt, sunt hodie insignes. Cinifliones eñ qui in palpādi arte excellūt,& ipsi(q̄d in nostratibus euangelicastris vsuuenire videre est)libertate vtuntur: sed in rebus, in qbus opus non est: immo etiam in quibus libertas minime locum habet, puta qñ clemētes suos heroas arguūt,q nō satis instēt religionem paternā funditus demoliri. Cęterū(quēadmodū Paulus Samosatenus)asseclis suis ad cætera oīa sunt īdulgētiores. Adde q noui palpones euangelici illi nusquā magis palpāt,q̄ vbi mentita libertate vtunt̄,& vbi nihil minus q̄ lenocinari videntur.

Subijt ergo in montē Iesus,& ibi sedebat cum discipulis suis.

Subducit se Iesus à populo. Scriptum est hoc. Scripturæ sacræ nullus apex superuacaneus est habendus. Certū est ergo,& hic salutare mysterium subesse: nempe hoc,q̄d omnes sancti patres ex scriptura canonica abunde tradunt, vt contemplationi vacare volentes,consortia fugiāt vulgi. In montibus deserti(non in monte vbi satanas dicit: Ecce hęc dabo tibi)se qsq; supintendēs contineat. Sunt montes superbiæ & ocij, sunt & montes contemplationis & negocij seduliq́; studij. Illi sunt excelsa ea, quæ scriptura tātopere abominatur & damnat, vbi Balaā & sacerdotes Baal. Hi sunt montes sancti,qui suscipiunt pacem populo,in quibus habitat ille,qui vere excelsus, humilia clementer agnoscens & respiciens, alta vero semper confundens. Vnde ait: Nolite in altum extollere * cor vestrum, Psal. 74. In montibus illis fundamentis Sion, humiliter sentientibus,iniquis dicentibus: Nolite inique agere, nolite loqui aduersus Deū iniqtatē: sanctoꝝ patrū monumētis, ecclesiæ doctoribus, sanctimonia & doctrina

Secta nulla ergo p̄dicanda, si fuerit magna.

Mōtes in secessu ra vagatio.

na approbatis, qſq; catholicus ſuperintendens deliteſcat. Cæterũ etiã vulgus fugiat, ſolicitudinẽ amet, tanq̃ ſtudio aptã. Quod nos hic Chri exemplũ inſtruit & docet. Solus Chriſtus orauit, ſolus contemplationi, quam theoriã Græci vocant, inſtitit. Porro euſebia & vita actiua doctrinã & curam infirmorum poſtulante, ciuitates, oppida & villas peragrauit. Et Maria virgo glorioſiſſima, ſola angelon diuina myſteria proferentẽ audiuit: poſtea vero q̃ audiſſet Eliſabeth grauidam, ſalutatũ eam montana cum feſtinatione ſuperauit. Præuaricatur ſuperintendens, in regum aulis, in tabernis & theatro, & alijs quibuſcunq; vulgi conuenticulis & ſympoſijs bonas horas male perdens. Solus ſe colligat, & collectis ſenſibus conſideratione rerũ æternarũ ſeſe reficiat. In eccleſijs vero dominũ benedicens, doceat fidem, prædicet euangelion, diſpenſet myſteria regni cœlorũ. Hic cum Ambroſio, Chryſoſtomo, Cyrillo, Bernardo & alijs ſanctis pr̃ibus regnet, dũ iterim Auxentius muſca, aulici Imperatoris mancipiũ, humanis affectibus ſeruit. Aediculas & tabernas ęgrotorũ & xenodochia ingrediatur, pauperibus bona eccleſiæ, etiã conſecrata vaſa, ſi opus fuerit, portans, ægrotos verbo ſalutis & ſacramentis, cũ in corpore, tum in anima confortans. Aediculas effœminatorum & aulas Sodomæ & Gomorrhæ non ingrediatur, niſi forte aliquẽ Loth inde velit liberare, & bigamũ Herodem, regẽ inceſtuoſum, ſacramentorumq́; diuinorũ cõtemeratorẽ, impietatis arguere velit, caput ſuum aulicæ ſaltatrici dono dare non pertimeſcens. Sacerdos legat de vita ſolitaria ſanctos patres & ſacros canones. Nos breuitatis gratia, vnica autoritate S. Chryſoſtomi 7. homil. in Matthæum cap. 2. adducta, contenti erimus. Om̃ia, inquit, mãdata legis nobis ſunt monachiſq́; cõmunia, abſq; ſola profecto pactione coniugij. Monachi dicuntur à ſolitaria vita, quam iuxta Chryſoſtomum omnes etiam epiſcopi ſibi cum monachis debent habere communem, cæteraſq́; monaſtices diſciplinas amplecti. ſolum continentiæ vinculum, ſolos monachos voto ſacramenti obſtrictos tenet.

Solitudinem Chriſti nobis commendat exemplum.

Erat autem proximum paſcha, dies feſtus Iudæorum.

Ecce & hoc voluit euangeliſta ſacrę huic hiſtoriæ inſerere. Non recenſet quo anno miraculum præſens factum ſit, ſed temporis paſchalis nos ſaltem commonet. Dies paſchæ erat præ foribus, Solymis paraſceue iam celebratur, trepidat ſynagoga apparare om̃ia. Chriſtus vero manet in deſerto, atq; in montẽ ſubit. At quare hoc? Nõne dicit, Quotidie vobiſcũ erã in tẽplo, docens? Nonne in encæniorũ ſolẽnitatibus ſolitus eſt diem feſtũ Hieroſolymis peragere? Nõne & legẽ venit adimplere? Magnã ſcilicet religionis opinionẽ cũ ſacerdotum gr̃a ſibi cõciliaſſet, ſi ſabbathũ hoc magnũ Iudæorũ cuſtodiuiſſet, & vetus paſcha cum ſacerdotibus etiã hoc loco celebraſſet. Sed voluit nobis adumbrare, ſe eſſe verum paſcha, quem vetus illud præſignauit, Exodi 12. 1. Corinth. 5.

Chr̃s gratiæ pontificum captator nõ fuit.

Cum ſubleuaſſet ergo oculos Ieſus, & vidiſſet quia multitudo magna venit ad eum.

Operæpreciũ eſt, concordantias euangeliſtarũ conſulere, & inde hiſtoriæ ſacræ enucleationẽ petere. Hiſtoria præſens ſic habet apud Matthæum cap. 14. Seceſſit illinc in naui in deſertũ locũ ſeorſum. Et cũ audiſſent turbę, ſecuti ſunt illũ itinere pedeſtri, relictis vrbibus. Et egreſſus Ieſus, vidit multã turbã, & tactus eſt affectu miſericordiæ erga illos, ſanauitq́; ex illis qui male habebant. Apud Marcũ cap. 6. Abijt in deſertum locũ nauigijs ſeorſum. Et viderunt eos abeuntes turbæ, & agnouerunt eum multi, & itinere pedeſtri ex om̃ibus ciuitatibus cõcurrerunt illuc, & præuenerunt eos, conueneruntq́; ad illũ. Et egreſſus, vidit turbã multã Ieſus: & affectu miſericordiæ tactus eſt erga eos, q̃a erant velut oues non habentes paſtorem. Et cœpit illos docere multa. Apud Lucã cap. 9. Aſſumptis duodecim, ſeceſſit ſeorſum in locũ deſertũ ciuitatis, q̃ vocatur Bethſaida. Quod cũ cognouiſſent turbæ, ſecuti ſunt illũ: & excepit illos, & loquebatur illis de regno Dei, & eos qui curatione indigebant, ſanabat. Ioannes hoc loco addit, ſubleuaſſe Ieſum oculos, & vidiſſe magnam multitudinem veniſſe ad ſe. Vbi amor, ibi oculus. Subleuare oculos, hebraiſmus eſt, ſignificans attente reſpicere. Huc referenda concordantia euangeliſtarum. Submonet concordantia, Chriſtum pie affectum erga genus humanum: verũ animarũ paſtorẽ, tangi ſenſu infirmitatũ noſtrarũ. Dicit Petro: Amas me? Paſce oues meas. Hunc clementiſſimum animarum cuſtodem ſanctus Paulus vocat φιλάνθρωπον, hoc eſt, amatorem hominum. Contrà Baſilius vocat μισάνθρωπον, id eſt, oſorem hominũ ipſum cacodæmona. Deliciæ Chriſti, eſſe cũ filijs hoĩm. Prouerb. 8. Attẽde, quod ſuprà monuimus, vel ex hoc loco planum fieri, Chriſtum à diabolo dis dia paſon diſcrepare. Diabol⁹ homicida ab initio, eius inuidia mors primo irrepſit in orbem. Nõ paſcit, nõ curat diabolus. Chriſtus

Oculos ſubleuare.

ſtus vere veritas & vita, ſaluator mundi, pa nis angelorum, venit quærere & ſaluũ facere quod quod perierat. Dicit ergo: Venite ad me oẽs qui laboratis & onerati eſtis, & ego reficiam vos, Matth. 11. Venite ad me omnes ſitientes, Eſa. 55. Ioan. 7. Apoc. 21. Benigniſſimus noſter paſtor, contẽplationi aptã dilexit eremũ: ſed vbi noſtra indigẽtia eius manũ requiſiuit, nobis nunquam defuit. Noſtrum eſt cum plebe Chrm mature quærere. Hoc vult, ergo ſeceſſit, nos expectans.

Dicit ad Philippum: Vnde ememus panes vt manducent hi? Hoc autem dicebat, tentans eum. Ipſe enim ſciebat quid eſſet facturus.

Chrs cardiognoſtes.

Non tam aduentãtem populum, quàm apoſtolos ſuos ſubleuatis oculis intuetur. Non ſolũ facies adſpicit cordiũ perſcrutator, ſed & corda pluſtrat. Philippus is erat, qui infrà 14. dicit: Dñe, oſtende nobis patrem, & ſufficit nobis. Hanc infirmitatem Philippi conſiderauit ſuperintendẽs Chriſtus. Statuit ergo non ſolum nutrire populum, ſed & erudire diſcipulum. Dicit itaque: Vnde ememus panes vt manducẽt hi? Cauſam percontandi Ioannes clare aſſignat, dicens: Hoc autẽ dicebat, tentans eum. ipſe enim ſciebat quod eſſet facturus. Sciebat quod facturus erat, ſciebat etiã quid fecit. Philippum tentauit, vt manifeſtaret, an ne excideret illi miraculũ aquę vino mutatę: vt opus miſericordiæ in primis etiã ipſi Philippo cõmendaret. Adde quod & voluit manifeſtatũ, nihil ibi eſſe obſonij. Sciſcitatur itẽ, dicẽs: Vnde mercemur? Vt diſcamus etiam exemplũ nobis hic cõmendari. Verba Chri inſinuant, tam illis defuiſſe pecuniã, quam penu. Non eſt contrarium, quod Matthæus habet: Porro cum appetiſſet veſpera, adierũt eum diſcipuli ipſius, dicentes: Deſertus eſt locus, & hora iam præterijt: dimitte turbas, vt abeant in vicos, & emant ſibi cibaria. At Ieſus dixit illis: Non eſt illis neceſſe vt abeant: date illis vos quod edant. Hęc fere & Marcus habet. Lucas hunc locum deſcribit in hæc verba: Accedẽtes duodecim, dixerunt illi: Dimitte turbas, vt euntes, in caſtella villaſque vicinas diuertant, & inueniãt eſcas, quia hic in loco deſerto ſumus. Ait autem ad illos Vos date illis quod edãt. At illi dixerunt: Non ſunt nobis plures quam quinque panes, & duo piſces. Apoſtoli præcipue ſummam huius loci tractant. Eſt autem caput negocij, nihil pecunię Chriſtũ habuiſſe, niſi ducentos denarios: puerum quendã panes hordeaceos quinque & duos piſces habuiſſe: ijs quinque panibus & duobus piſcibus Chrm quinque millia hominũ ſaturaſſe in deſerto. Priuſquã hoc miraculũ ederet, Chrm interrogant diſcipuli, & diſcipulos viciſſim interrogat Chriſtus, quo & interim Philippũ tentat. Hoc ipſum de tentatione deſcripſit Ioannes: cætera alij tres, Matthæus, Marcus & Lucas. Videamus quod Philippus reſponderit.

Reſpõdit ei Philippus: Ducentorum denariorum panes non ſufficiũt eis, vt vnuſquiſque modicũ quid accipiat.

Simplex & bonus diſcipulus, fatetur nihil omino facere ad multitudinem populi, tenuitatẽ Chriſti. Summã oĩm opum ſeu facultatis Chriſti, quæ illi tunc in numerato atque promptu fuit, Philippus fatetur fuiſſe ducentos denarios. Simplicem & ingenuam profeſſionẽ eam dñs extorſit, animo præſenti de mercatura rogitans. Rogatus de emptione Philippus, caput theſaurorum Chri & diſcipulorum, totũ prodit. Sũmam eam etiã alij diſcipuli fatentur, & id quoque faciunt, Chri verbis ad hoc inducti, iuſſi à dño, vt populo ipſi victũ ſuppeditẽt, Marci 6. Reſpondẽt ergo: Euntes, emamus ducentis denarijs panes. Lucas fere idem habet. Audiant hęc epiſcopi, audiant præpoſiti & quicunque magnates eccleſiæ, abbates & monachorum præfecti. Audiuit huc locũ S. Gregorius, Iudocus, & alij, quos & dñs tentauit, quemadmodũ tentauerat etiã Philippũ. Mendico improbe multa rogitanti, plurima dederunt, dicentes: Ne forte nos tentet dñs. Audiuere auribus hunc locum S. Sixtus (vt ab illis exemplũ ſumã, qui noſtro ſeculo fuerunt proximiores) Laurentius, Gregorius, Nicolaus, Chryſoſtomus, Cyrillus, Benedictus, Bernardus, & omnis ſanctorum pontificũ albus. Ambroſius dicit, vaſa ſacra in redemptionẽ captiuorum poſſidere eccleſiã. Cyrillus nihil theſaurorum eccleſiæ reſeruauit, ſed paupibus diſtribuit oẽs. Paulinus cũ oĩa pauperibus erogaſſet, ſeipſum denique vendidit, vt viduæ cuiuſdã paupculę filiũ captiuũ, à barbaris hoſtibus redimeret, matriq; ſuæ baculũ ſenectutis redderet. O vtinã tales iam haberemus eccleſiæ optimates. timendũ, pacẽ eccleſiæ nunquã poſſe cõciliari, niſi ad inſtar hoc ſeſe reformauerint ij, qui eccleſiæ hodie ſunt plati. Nota ſunt ſup hac re pręcepta Chri & aplorum, noti ſancti canones. Fatentur canones, bona eccleſiæ, quod patrimonium vocãt Petri, eſſe bona pauperum. Cicero in officijs dicit, duplicis criminis teneri eum, qui ęrario publico aliquid ſubtraxerit. trifur ergo & ſacrilegus eſt, qui bona ea quæ pauperum reuera ſunt, miſeris & egenis ſubducit. Non ſolũ auaritia oĩm malorum radix, in præfectis eccleſię damnãda ẽ, ſed & ipſe luxus & põpa.

Paup... alere ... bene... ſiæ op... mates.

Ni

Niteat paries templi, sed niteat & pauper, spūale atq; adeo verum Dei templū. dicit Bernardus in Canticis: Quem non afficiat promptitudo discipulorū? Ne Iudas qdem Scariothes fur ille, hic aplorū oīm prōptitudini obluctabat, dicēs: Seruemus nos du centos nr̄os nūmos, ne cras nobis qd desit. Tu tibi pximus esto &c. Nihil tale neq; fur ille dixit: sed fatentur facultatis caput, neq; hoc solū faciunt, sed & seipsos dispensandi officio offerunt. Hoc verę religionis instar Chr̄us volens elicere, nō statim, q̄d statuit, exequebat: sed vsq; ad vesperā expectat, su osq; exercet & tētat discipulos. De denarijs hic obseruandū: Hodie monetarū siue assis certā rationē vix dari posse: adeo variata sunt oīa. Atqui si Budęo credimus, ducēti denarij faciunt viginti aureos coronatos. Trecēti denarij, secūdū eundē, faciūt coro natos triginta. Vt denarius siue drachma, sit decima pars aurei coronati. Denarius siqdem à denario numero dicit. eū Plinius drachmā vocat. Ducenti denarij secūdum potiorē veterū monetā, faciunt duo sestertia. Sestertiū siue mina valet denarijs centum. Habuerunt etiā ethnici aureos denarios, sed argenteorū maior frequentiorq; fuit vsus. Vn̄ sæpenūero legis, argyria poni pro argēteis denarijs, Mat.26. Act.19. Hęc pro rudioribus, vt intelligāt denarij vocabulum, Mat.18.20.22. Marc.14. Luc.7.10.

Dicit ei vnus ex discipulis eius, Andreas, frater Simonis Petri: Est puer vnus hic, qui habet quinq; panes hordeaceos, & duos pisces. Sed hęc quid sunt inter tantos?

Philippus & Andreas fuerūt hoīes, ergo vt hoīes loquunt, nō tn̄ vt impuri. Ille pecuniæ prōptæ, hic annonæ seu penu summā recēset. Ille dicit, ducentorū denariorū panes nō sufficere: hic, Sed hęc qd sunt inter tantos? Erat nonnihil fidei hic, granum sinapis, quassatū calamū & linū fumigans vides. Habenti dabitur, granū herbescet, calamus cōsolidabit, fumus lini inflāmescet. Nihil detraxerunt apostoli potētiæ Dei in Chr̄o, nō maleuole & ex contēptu locuti sunt boni hoīes ipse candor. Fuerunt discipuli dn̄i oēs ad oīa parati. Dicūt apud Mat thæū: Nō habemus nisi qnq; panes. Apud Marcū, cū recensendo suas opes cognouisset, affirmant se qnq; panes habere & duos pisces. Ecce tibi locuples penu. Vides p̄ris sapientiā nō sine causa interrogare. Vides euāgelistas nō esse ineptos scriptores, q tenuitatē eā Chr̄i & discipulorū, adeo dilīgēter cōmendauerint memoriæ. Duodecim erāt discipulorū capita designati apl̄i: reliquorū item numerus discipulorū notus est. Vides annonam exiguā, tenue penu, apparatum paruum. Quis priuatus nullos habens discipulos, nullos habēs apl̄os, sibi famem nō timeat, si nihil habuerit ex asse prę ter denarios ducentos? Sed hic disce, qd sit q̄d Chr̄s docuit beatos pauperes spū: Nolite soliciti esse de crastino. Itē, Nolite thesaurizare vobis super terrā. Quid, quod & ethnic⁹ dicit, Pereat q crastina curat? Exemplū hoc frugalitatis nobis oībus com mune Chr̄us reliqt, siue reges simus, siue pontifices, nisi Christi discipuli esse recuse mus. Potissimū vero pontificibus ecclesiæ, Chr̄i & apostolorū vicarijs, pauptatis p̄cepta sunt data. ~~Vtrū in primitiua ecclesia, pōtifices & epīs quisq; pauperū solatio se obstrinxit~~. Pontifices idolorū, Orci mancipia fuerunt. in eorundē diuitias & delicias potuit Horatius dicere lib. 2. ode 14.

Mero
Tinget pauimentum superbo,
Pontificum potiore cœnis.

Et adhuc extat puerbiū de opiparo apparatu, Cœna pōtificalis. Videāt pōtifices ecclesię, vt aboleāt hoc impiū & portētosum dīctū Plutonis victimarū. Chr̄i Iesu serui, videmus Ephe.5. cuius inuitatores nos esse deceat. Iudas Scarioth pauperes eleemosyna defraudauit. Helluo purpuratus ille, cuticulam egregie, neglecto Lazaro, curauit. Videamus, ne alterū vel vtrunq; imitemur. Adeo ecclesia se primitiua inopū ministrā voluit esse, adeo se pauperū obsequijs dedicauit, vt etiā officiū lithurgiæ agapen fecerit. Euāgelici nr̄ates hodie multa de vtraq; specie disputant, egregios se reformatores ecclesiæ iactitāt, q̄ vtrāq; speciem eucharistiæ venerabilis administrēt, nō vidētes, neglecta agape, etiā vtriusq; speciei administrationē nihil esse. Sed viderint. Catholici sese exacte & vere reformēt, non secūdum iactabundum euangelion eorū, pauperes nihil releuās, immo bis deprimens. Clericus agapen ne tollat, pauperes eleemosyna oblationum ne defraudet, 45. dist. Non oportet. Audiant quid tractet distin. 42. Summa canonum eius distinctionis, hoc versu complectitur:

Clericus hospitijs peregrinos collocet omnes.

Distinctionis octogesimæ secundæ, istos:

Præsul, pauperibus dabis, & lapsos reparabis.

Immane peccatum est, res suas dare histrionibus & venatoribus, 86. dist. Qui venatoribus. Vident Esau &c. Parænesin eam hoc loco fecit diuus Chrysostomus, Ne quis pomposorum & auarissimorum magnatum, mihi hæc dicenti succenseat.

Frugalitatis exemplū Christus nobis reliquit.

Pauptas Christi diligēter literis mandata.

Dixit

Dixit ergo Iesus: Facite homines discumbere. Erat autem fœnū multum in loco. Discubuerunt ergo viri numero quasi quinq; millia.

Magnalia Dei suos habent gradus.

Postquam satis superq; in propatulum venit, Christum neq; promos, neq; cōdos habere, non iocos, non structores secū circunducere, iam primū miraculi fuit locus. Lentū Deū videmus fuisse ad edēda miracula, cū in veteri testamento, tum in nouo. Exo. 4. dicit Mosi: Quid est hoc q̄d habes in manu tua? Respōdet Moses: Virga. Nouit dn̄s virgam esse id, quod Moses in manu habuit, nec hoc Mosen ignorare sciuit. quid est causę cur rogitet? Gloria Dei in miraculis tanto illucescit clarius, quanto miracula edūtur serius. Quod temere prę statur, gratiam amittit.

Sēper inhūanos habet officiosus amicos. Dixit itaq; dn̄s ad Moysen: Proijce virgā eam in terrā. Proiecit, & versa est in colubrum, fugitando fugit Moses. Vides magnalia Dei suos habere gradus. Iam Mose expauefacto, gloriā Dei succrescere videmus. Reuocat dn̄s Mosen, dicens: Appræhende caudam colubri. Paret ille, extendit manū, atq; intortū appræhendit colubrū: & ecce tibi draco lubricus, in pristinā virgam abijt. Vt credant, ait, q; apparuerit tibi dn̄s Deus patrum tuoꝝ. Sic & lenta fuerunt Heliæ, Helisei, aliorumq; prophetaꝝ miracula. Deus non veniet cuiquā auxilio singularis suæ maiestatis præsidij, nisi prius deplorata sint humana om̄ia. Sic & Abraham præter spem credidit se patrem fore multaꝝ gentium. Consentiunt miracula noui testamenti veteribus veteris. Lento siquidem gradu dn̄s aquam vino mutauit, Ioan. 2. Nec festinauit dn̄s cæco visum tribuendo, Ioan. 9. surdumq; curando, Mar. 7. &c. Om̄ia miracula verbo citius exequi poterat, sed ita visum sapiētię p̄ris, vt prius interrogando, & curam differendo, morbos & humanas indigentias satis sub diū proferret, nosq; auidiores salutis efficeret, vt & miraculū tādem suā gratiā inueniret. Dicit itaq; tandē: Facite hoīes discumbere. Ecce adhuc differt gloriæ suæ miraculum, nostrū exercens affectum. Nullus fumus ignis ingentis apparet, nullus nidor vspiam sentitur, nullus archimagirus cum grege coquoꝝ vnquā trepidare conspicitur. Nemo obsonatus est, vehes obsonioꝝ non aliunde aduectæ: & Christus iubet tot millia hoīm discumbere. Quis dubitat, multorum cordibus varias incidisse cogitationes, plures plurima expectasse, varios rei euentum varium concepisse? Non solū hac in re populū varia mente voluisse, sed & discipulos, certum est. Sed tamen sapientiæ Dei nō solū discipuli nō resistunt, sed & populus om̄is magni aliq̄d dn̄m facturum sibi certo persuasit. Nemo fuit qui diceret: Quid attinet ante lentem augere ollam? silent om̄es, parent om̄es, discipuli curāt cubitum, populus discumbit omnis. Poterat dn̄s prætereunti cuiq; panis frustulum vel etiam panem integrum dedisse, sed voluit om̄es, tanquā ad rectam cœnā, discumbere. Olim in deserto desperabundi dixerūt Israelitæ: Nunquid poterit Deus mensam parare in deserto, Exo. 17. Psal. 77? Moses quoq; & Aaron ambo angusti animi fuerunt, dicētes: Nunq̄d nos possumus e pumice (quod aiunt) aquam educere? Iesu Nazareni tanta fuit opinio, vt crederent omnes ipsum etiā in deserto suis affectatoribus cibum dare posse. Iactant om̄es curā suam in dn̄m, & ipse enutriuit eos. Quod præscribitur illis, faciunt, discumbunt, promptuaria dn̄i plena. Dixit, & facta sunt om̄ia. S. Marcus clarius & significātius discubitū hunc describit, nempe populū ad mandatū dn̄i per classes & contubernia, centenos nimirum & q̄nquagenos, distributum. Addit item super viuos cespites graminis ridentis populum consedisse. Instítit paschæ festum. Ver, formosior anni pars, aduenit. Omnia festiua, omnia iucunda, & belle ordinata omnia. Videamus nunc, quid tantum apparatum sit secutum.

Accepit ergo Iesus panes: & cum gratias egisset, distribuit discumbentibus. Similiter & ex piscibus quantum volebat.

Credimus verbo om̄ia condita, potuit ergo sine quinq; panibus illis & piscibus duobus, panes explendæ multitudini creare ex nihilo. Tam non habuit opus panibus illis pueri, ab Andrea indicatis, q̄ non eguit pecunia Philippica. Neq; enim errat Chrysostomus, dicēs: Subiecta materia nō indiget Deus. Verum creaturam suam nouit, cui semel benedixit creatæ. Vnde & in Cana Galilææ, non ex nihilo, sed ex creatura aquæ vinum creauit. Om̄is creatura est bona, ait Apostolus, 1. Corint. 4. Præuidit πάνθεοος, id est, om̄ia videns, Marcionistas, Manichæos, & Valentinianoꝝ cateruas, pessimū hæreticorum genus suboriturum, cui malo occurrendum statuit antequā nasceretur. Creaturā itaq; quam suam agnouit, suā & nullius alterius esse declarare voluit: tin manus ergo suas, vnde primo exierat, recepit. In creatoris sui manus creatura quàmprimū peruenisset, opifici suo paruit:

Hæc occurrit hæreticis euangelica.

fuit: sic &, teste Chrysostomo, auricula Malchi caro peccaminosa, manus sui conditoris agnouit. Natura, inquam, obsequitur & obsecundat creatori: quod in natura nō fuit, hoc fuit in creatore: quod plasmati defuit, hoc plastes suffecit. Panes sator omnium in suas sacrosanctas manus accepit, pisces'que ipsos duos, q̄ statim in creatoris manibus in plaustra plurima obsoniorum excreuerūt. Est itaque iam in promptu copia, quā nunquam sperasset, immo magis obstupescit natura. Superat em̄ (vt Hilarius inquit) naturam virtus operantis, & supergreditur facti intelligentiam ratio virtutis, & sola relinquitur admiratio potestatis. Sed neque creaturā suā in suas sacrosanctas manus, sine speciali placidi affectus indicio, accepit. Gratias siquidem egit. Neque em̄ rapinam arbitratus est, esse se æqualem Deo: sed humilians se, patri gratias egit, cum quo, ex quo, & per quem om̄ia posset in hac terra. Væ superbię spiritui, qui id quod habet, ita habet, atque ex sese habeat. O infelicitatem, o miseriam & perpetuam aporiā, vbi Christi hæc non adest humilitas, etiam in Crœsi & Midæ diuitijs. Chr̄i hæc humilitas vbi fuerit, ibi adsunt oīa: vbi non, etiam si om̄ia adsint, malo adsunt. Post tantū signum copiam eam nouam & admirabilem discipulis suis commendat, traditque populo expectanti apponendam. Noluit ipse suis manibus per se, sua dona distribuere. Simili ratione & vinum ex aqua mutatum, primo architriclino voluit offerri. Miraculi veritas debuit primo animos suorum pascere discipulorum, quos huic miraculo testes dignatus fuit eligere. Sic & Heliseus discipulis suis panes eos, qbus centum eos prophetas pauit, apponendos credidit. Et quis hic non videt anagogen insignem atque illustrem sacrę eucharistiæ, & eiusdem solennis tremēdique mysterij, quod Missam vocant? Animaduertit sanctus Ambrosius, sacramentum hoc loco tale contineri. Vnde & hoc epulū fere cum lithurgiæ officio contulit, super Lucam. Pascha Iudæorum præ foribus fuit, sed dn̄s hic finē eius antiqui paschatis, itē præ foribus esse delineauit. Veri & noui paschatis gustū & prælibamen q̊ddam populo illi, qui se in desertum fuerat secutus, propinauit. Vere ter maximū miraculum hoc, quo quinque pastillis quinque millia hominum satiauit. Mille panes & eo amplius, quenuis pastillorum eorundem continuisse videmus, in paruula pera puer imbellis tantam copiam baiulare potuit. Huic miraculo respondet, quòd incircunscriptus filius Dei, & idem filius Mariæ, in ea persona, in eiusdem personæ habitu, quo crucifixus est, quo à mortuis rediuiuus resurgens, & in cœlos adscendens, in minutissimo pane vere in altaris sacrificio identidem tractetur. Cæterum vt citra omnem obscuritatem hic synaxios sacræ nobis symbolon dedisse videatur, fere eadem facit, quæ in nouissima cœna, vbi eucharistias sacramentum instituit, fecisse legitur. Accipit in manus, & gratiarum actionem non omittit. Quadrat & deserti mysterium. Sacrificium hoc per vniuersum orbem debuit celebrescere. Et mundus, in quo sine pane cœlesti, nihil vsquam nisi fames & mors conspicitur: quid aliud, nisi ipsissima est eremus? Dominus bonus & potens, qui etiam in deserto mensam populo suo parauit, deseruientem vniuscuiusque voluntati, Sapiæ 16. Sed plures filiorum Israel dominus non approbauit, 1. Corint. 10. Videamus nos, vt agapen nostram ita sumamus, ne in iudicium nobis bibamus & edamus.

Missę expssio, eucharistias designatio.

Vt autem impleti sunt, dicit discipulis suis: Colligite quæ superauerunt fragmenta, ne pereant. Collegerunt ergo, & impleuerunt duodecim cophinos fragmentorū, ex quinque panibus hordeaceis & duobus piscibus, quæ superfuerunt his qui manducauerant.

Miraculum aliud aliud trudit, & sequentia pręcedētibus sunt maiora. Magnum miraculum, quinque panibus Martijs quinque millia hominum vsque ad satietatem tanquam pontificali cœna pascere dominum: maximum est, duodecim cophinos fragmentorū insuper, etiam post tot exaturatos conuiuas, colligere discipulos. Vides in quouis pane minutulo, plusquam mille magnos panes fuisse contentos. Vnum miraculum domini, nullum. Vnum miraculum vbi poscitur, ibi decē semper præstat, quēadmodum & olim fecerat in Aegypto. Præcepit Apostolis, vt κλάσματα colligerent. obsequuntur discipuli. colliguntur decem cophini, fragmentorum pleni. Audistis in hoc miraculo eucharistiæ sacræ mysterium repræsentari. Audite & nunc, neminem eius sacramenti administrationi esse præficiendum, nisi rite secundum ordinem ecclesiasticum initiatus, œconomiæque ecclesiasticæ inuestitus. Neque enim vacat mysterio, quòd duodecim corbes apostolorum manus sustulerunt, nullum locum tredecimo aut decimoquarto cuiuis laico, ex quauis taberna ad altare adrepto, sacerdotij inuasori, relinquentes. Sed redeamus ad miraculum, quod reuera tantū est, vt nostram fidem

Euchari stias designatio.

Eucharistiā ministrare cuius sit.

fidem excitet, etiam si plane conciderimus, modo id rite expenderimus. Hoc vt facere possimus, sequentia attente æstimemus.

Illi ergo homines, cum vidissent quod Iesus fecerat signum, dicebāt: Quia est hic vere propheta, qui venturus est in mundum.

Chrysostomus hanc Iudæorum laudem non magnifacit, qui iuxta psalmū, confitentur cū illis benefacit. Nos qualemcūq; confessionem recipimus, q neq; eam congratulationem, qua Chr̄m Solymis, asello insidentem aduectum, solenniter receperunt, reijcimus. Prophetā eum, quē Moses prædicit Deut. 18. de quo & Acto. 7. cōfessi sunt. Dicunt em̄ signāter, ꝓpheta ille, ὁ προφήτης. Sic & dixerunt Ioanni: Tu es propheta ille? &c. Bona confessio. Beati qui in ea permanserunt. Multi crediderūt, dicit Ioan. 2. ꝙ vidissent miracula. Videam⁹ & nos, qui longe maioribus charismatibus Christum verum Deum & hominem mundi sotera agnouimus, vt perfectiori encomio ꝑdicemus, dicentes cū Psalmographo: Quid retribuam dño, pro omnibus quæ retribuit nobis? Calicē salutaris accipiemus, & nomen dñi inuocabimus. Huic nostro dño, q trinus & vnus viuit & regnat, soli Deo immortali & vero, sit par laus & gloria per æterna secula seculorum. Amen.

DOMINICA QVADRAGESIMAE quinta, Euangelium Ioan. VIII.



Vis ex vobis arguet me de peccato? Si veritatem dico, quare vos non creditis mihi? Qui ex Deo est, verba Dei audit. Propterea vos non auditis, quia ex Deo non estis. Responderunt ergo Iudæi, & dixerunt ei: Nonne bene dicimus nos quia Samaritanus es tu, & dæmonium habes? Respondit Iesus: Ego dæmonium non habeo, sed honorifico patrem meum, & vos inhonorastis me. Ego autem non quæro gloriam meam: est qui quærat & iudicet. Amen amen dico vobis, si quis sermonem meum seruauerit, mortem non videbit in æternum. Dixerunt ergo ei Iudæi: Nunc cognouimus quia dęmonium habes. Abraham mortuus est & prophetę: & tu dicis, si quis sermonem meum seruauerit, non gustabit mortem in æternum. Nunquid tu maior es patre nostro Abraham, qui mortuus est? & prophetæ mortui sunt. Quem teipsum facis? Respondit Iesus: Si ego glorifico meipsum, gloria mea nihil est. Est pater meus qui glorificat me, quē vos dicitis, quia Deus vester est, & non cognouistis eum. Ego autem noui eum. Et si dixero quia non scio eum, ero similis vobis, mendax: sed scio eum, & sermonem eius seruo. Abraham pater vester exultauit vt videret diem meum: & vidit, & gauisus est. Dixerunt ergo Iudæi ad eum: Quinquaginta annos nondum habes, & Abraham vidisti? Dixit eis Iesus: Amen amen dico vobis, antequam Abraham fieret, ego sum. Tulerunt ergo lapides, vt iacerent in eum. Iesus autē abscondit se, & exiuit de templo.

PRAEFATIO.



Oncertationem Iudæoꝝ oīm vehemētissimam contra Christum audistis, non integram tamen, sed finē. Confusi Iudæi, à scriptura ad iacula furibundi sunt acti. Operæprecium esset Chr̄iano cuiuis, disceptationem eam vsq; ad verbum memoriter tenere. Incipit cap. 7. & cū octauo finit. Synagoga olim etiam domesticas habuit lectiones, quod vides Exod. 33. Deuterono. 6. 17. Acto. 17. &c. Fuerunt & laici in primitiua ecclesia bibliorum longe peritiores, quàm hodie ipsi sunt ecclesiastæ. Longum esset hic recensere Teclam, Petronellam, Iphigeniam, prophetissas filias* vtriusque Philippi,

Ecclesia prima scripturæ sacræ prima [illegible]

pi,aliorũq; apoſtolorum filias & diſcipulos.Laborioſum item eſſet,Catharinam, Barbaram, Luciam,Agnetẽ, Cæciliam,& alias virgunculas tenellas,vſq; ad miraculum doctas,recẽſere.Probam item,Elpin, & alias matronas,quæ à teneris in liberalibus diſciplinis libere ſunt educatę,ſi commemorare velim omnes,iuſtus mihi liber eſſet conficiendus.Elizabethis itaq;,breuitatis cauſa, exemplum adduxero. Puella infantula comiti prouinciali Thuringiæ deſponſata,in barbaram nationem aduecta,illiberaliter inter pompoſas aulicas ſaltatrices,magis gloriæ mundi,quàm crucifixo,educabatur.Puella vero,diuino quodam tractu,diuino verbo vnice oblectabatur:quare omnem gloriam & delicias,tanquam præſentiſſimum aconitum, auerſabatur. Diadema patrium, exemplo Heſter,haud ſecus atque pannum menſtruatæ, abominari, Chriſti ſpinea corona ſeſe oblectans:nec oblectamentum hoc poſtea mariti amplexus & oſcula ab illa auferre poterant.Luduguicus religione coniugis cõmotus, & ipſe theologizare cœpit. Vxori itaq;(ſaluo coniugali iure)cui puellæ pædagogus non contigit, præceptorem ſanctum Cunradum,ſacerdotem ſeuerum & perquàmſtrenuum,eligere permiſit: cuius præceptis parens, ſanctimoniæ abſolutæ præclara ſtella eſt facta,Germaniæq; totius ſpecialis præſes diuinitus, veri euangelij ſpecimen & inſtar,aduerſus omnes ſuborituras hæreſes,eſt deſignata. Erubeſcant ergo ventres, erubeſcant lyntres,porci & canes noſtrates,qui ſe hodie tantopere de euangelica illuminatione iactitant,videntes ſuum euangelion noctem teterrimam eſſe,collatum ad tantum ſanctimoniæ iubar.

Catholicus pius videat,quid poſſit domeſticum ſtudium & lectio.Si ſcripturæ teſtimonia petis, vide Romañ.16. Phœben miniſtram eccleſiæ Cenchreenſis,Priſcam & Aquilam adiutores Apoſtoli extitiſſe, domeſticamq; eccleſiam habuiſſe,quod & 1.Corinth. 16. Apoſtolus commemorat. Vide iterum Mariam,Thyphænam,Tryphoſam,Perſidem.Iterum vide 1.Corint. 16.Stephanæ familiam eccleſiæ ſeſe mancipaſſe.Ab exemplis ad præcepta veniamus. Ephe. quarto ait Apoſtolus:Omnis ſermo ſpurcus ex ore veſtro non procedat, ſed ſi quis eſt bonus ad ædificationem.Itẽ cap.quinto:Loquentes vobiſmetipſis per pſalmos &c. Coloſſeñ.3.Sermo Chriſti habitat in vobis opulenter in omni ſapientia,docete & admonete vos inuicem.

An hæc clero ſaltem dicta cenſeas? Nonne & laicis opus eſt gladio ſpiritus,quod eſt verbum Dei,Ephe.4?

Ah laice,ſapere incipe.Attende tempora periculoſa,vide tot hæreſes quotidie inualeſcentes,& ſubinde plures ſubnaſcentes, vide dominum Deum tuum ſomnolentiam tuam excitare velle. Expergiſcere,inquam,ne obdormiſcas in perpetuam mortem.Superintendentes tui,muti canes:ſpeculatores cæci, vino huius gloriæ mundi ſoporati ſunt:age igitur, fac tu tibi vigiles. Hactenus nihil niſi obſcœnas fabulas & aniles nænias domi tuæ legiſti. Ioannem Bocatium,Meliſunam,& hoc genus portenta infinita,mitte Vulcano omnia, & biblia legere icipe.Nec eſt quod ethnicas legas hiſtorias,cum biblicæ tam ad humanam,quàm ad diuinam tibi commodent ſapientiam. Non eſt quod de ſenſu ſcripturæ ſolicitus ſis.Scopum accipe ex catholicorum ſacerdotum publicis declamationibus.Dominum item Ieſum(quod ſanctus Gregorius ſubmonet)in peregrina ſpecie tibi apparentem,ſeq; longius ire fingentem,ad cœnam coge,hoc eſt,charitatis operibus impigre inſta,& ipſa vnctio docebit te omnia.Fidem tuam(vt ad inſtitutum reuertar)in mirum modum ſuffulcíueris, vbi concertationem præſentem à principio ad finẽ perlegeris, & memoriæ commendaueris omnem.Videbis eñ validam eſſe veritatem, nihil contra Deum poſſe humana conſilia,3.Eſdræ cap.3.Prouerb.21. Vides hoc loco,iuxta pſal.62. obſtructum eſſe os loquentium iniqua.Vides obturaſſe dominum os mendax,etiam dominica Oculi ſuprà. In hac lectiõe quater obſeruabis dominum loqui, Iudæos ter:vtpote qui ad quartum Chriſti verbũ, quod reſponderent, nihil habuerunt. Sed lectionem ipſam videamus.

Scripturę ſacræ etiã laicis indormiendum.

Quis ex vobis arguet me de peccato?

Collectio eſt ex ſuperiorib⁹. Q.d. Strumam ego veſtram libere vobis dedolaui, hulcusq; tetigi.Agedum viciſſim & vos libere dicite,ſi quid male vnquã docui:deinde item,ſi vitam carpere poteſtis,facite regeratis in me,quidquid aduerſum me habetis.Si doctrina à veritate aliena eſt,ſi Moſen & prophetas non ſapit,hoc iam obteſtati oſtendite.Si vitam nota aliqua prophanam noſtis,nulla vobis gratia habebitur, niſi & hoc rotundo ore proferatis. Tuto hoc præſtiteritis. Cohorte vallatus non ſum, ſolum & inermem cernitis,regna huius mundi non ambientem.Vos armis agitis:nam & mihi mortem molimini

ni, causam ergo proferte. Eia charissimi, cuiq; nostrum summopere adnitendum est. Et hoc verbum Christi quisq; pro se dicere possit. Non est nostrum, fateor, in ea puritatis perfectione, Christo esse pares, debemus tamen esse æmuli, 1. Corinth. 1. 1. Petr. 2. & 4. Præcipue vero episcopi, qui oculus cæco esse debent, puritati omnigenæ habent studere, præsertim vero officium ecclesiæ ab abusuum & auaritiæ crimine suspicioneq; omni, purum illis conseruandũ est. Hoc quia non curarunt, omniũ malorum huius tempestatis sunt certissima causa. Dicat quis nostratium ad hæreticos: Quis ex vobis arguet me de peccato? Væ qui scandalizat vnum ex minimis. Væ væ, & iterum væ, qui & omnem scandalizat ecclesiam, & tanti schismatis occasionem parit. Non est quod sperent pacem ecclesiæ, nisi se exactissime ad Lydium lapidem verbum Dei, reformauerint. Interim dũ malũ tenet, radicesq; quotidie altius agit, episcopi nostri tanti mali caput, domino Deo gratissime venient iudicandi. Exemplar veri episcopi videmus 1. Timoth. 3. Tit. 1. Officium episcopi non modo Apostolus vndiq; tradit, sed & sancti canones hoc candide docent: ad quorum præscriptum si se nostrates reformarent, & Deo & hominibus gratiores euaderent. Hic etiam obseruandum, q̃ fœde noui euangelistæ errent. Ex nostratiũ oculis festucam demere nituntur, trabem in suis ipsorum oculis non considerantes. Et quæ maior insania esse possit, q̃ nomine correctionis ecclesiæ, ipsam ecclesiam exoticis & olim damnatis opinionibus corrumpere? Dicunt hominem liberi arbitrij non esse, item Deum malũ facere, &c. Hoc si verum est, ineptissimus est Christus qui dicit: Quis ex vobis arguet me de peccato? Nam si homo liberi arbitrij non est, cumq; malum faciat Deus, reuixerit hæresis Ophitarum. Nam sic nihil minus satan esset suscipiendus, q̃ Michael: Cain item, secundum opinionem Cainorum, Abeli, immo etiam Christo, esset præferendus. Sed cũ (psalm. 5.) Deus non volens iniquitatem existat, videmus veritatem catholicam tum primũ triumphare, cũ arguitur. Veritatẽ ipsam porro audiamus.

Chrĩ puritatis quã asseq non possum⁹, æmuli simus.

Si veritatem dico, quare vos nõ creditis mihi?

Acutissimũ diuinæ sapientiæ argumentũ obserua. Sensus est: Aut condẽnate me, aut recipite. Insimulate me peccati: aut dicite, quare confessam veritatẽ non recipiatis. Si reprobus, cõuincite: sin verax in doctrina & rectus in opere, doctrinã quare recusatis? mortẽ quare mihi intẽtatis? Dilemma validũ. Pudeat schismaticos suæ superbiæ: filius Dei se aliorũ iudicio submittit, immo etiam hostes prouocat, vt libere proferãt, quidquid aduersus sese habeant. Schismatici eo amentiæ deuenerunt, vt nolint quidquã à quouis contra se dici. Non audiunt pontifices, non scholas. Sed quid dico pontifices & scholas, cũ & omnẽ coronã beatorũ omniũ conculcent? Sic factũ oportuit, vt antichristus vere in illis regnare videatur. Dicerent modeste: Si veritatẽ diximus vobis, quare non creditis nobis? Hoc quia non dicũt, respondeant ipsi & dicant, quare professionẽ catholicã, sensum communẽ, in dubiũ vocent? Et cũ ecclesia basis sit veritatis, dicant, quare matrici ecclesiæ non consentiant. Audiant Christon, ipsorũ responsionẽ p̃occupantẽ.

Qui ex Deo est, verba Dei audit. Propterea vos non auditis, quia ex Deo non estis.

Defecerunt scrutantes scrutinio. Stultus factus est omnis homo à sapientia. Vbi sapiens? vbi scriba? Vnde Galilæo nostro dialectica? Quid catholici simplices timetis cũ Golia gigante congredi? Nolite, dicit saluator, præmeditari quid respondeatis. Ego dabo vobis os & sapientiam. Non hæc dicens, liberaliũ disciplinarum præcepta damno: sed gratiã Dei prædico, gloriã filij Dei declaro. Ipsis deniq; schismaticis, de tot linguis & artibus sibi adeo placentibus, dico, defecisse scrutantes scrutinio. Christus philosophus nõ fuit: supra omnẽ tamẽ philosophorũ præcepta philosophatur. Qui, inquit, ex Deo est, verbum Dei audit. Quid hoc themate verius? quid simplicius? Nihil asino cum fidibus, aiunt ethnici, Nihil porco & Mineruæ: non ex omni ligno fingitur Mercurius. Adeo certum est, quod saluator hoc loco dicit: Qui ex Deo est, verbum Dei audit, hoc est, sapientia à filijs suis prædicatur. Mihi & Musis, ait ethnicus. Sequitur ergo: Qui ex Deo non est, verbũ Dei non audit. Illatio negatiua, ex positione affirmatiua, robustissima. Infert ergo conclusiue, Iudęos ex Deo non esse, q̃ verbum Dei non audiant. Discutiamus singula. Ex Deo esse, dicitur hoc loquendi modo, quo alibi dicimur nasci ex Deo, hoc est, gratia Dei imbui, & eiusdẽ fieri participes, atq; in Deo manere. Ad hunc modũ dicit Gamaliel Act. 5. Si consilium hoc est ex Deo, dissoluere illud haudquaq̃ potestis. Ioannes quoq; dicit 1. ca. 4. Spũs probate num ex Deo sint. Signa eius diuinæ natiuitatis sunt aperta. Qui spiritu Dei ducuntur, hi sunt filij Dei. Opera seu fru-

Argumentum ...stum.

Auditi verbi argumētū.

fructus spūs, sunt charitas, gaudiū, pax, lenitas, benignitas, bonitas, fides, mansuetudo, temperantia &c. Vis articulatim hanc assertionē tibi ostendi? Primū signum est, bono corde verbū Dei, non secundū cuiusuis somnia docere, sed secundū receptū & communem sensum audire. Esa.46.51.55. Hiere.9.31. Item, Audire Christū, puta in veris suis traducis sacræ doctoribus, Deut. 18. psal.2. Mat.17. Marc.9. Exempla huius loci Luc.5.10. Act. fere per totū. Alterum signū est, ipsum verbū auditū custodire, iuxta hoc: Beati qui audiunt verbū Dei, & custodiunt illud. Vide Ezech.33. Matt.7.13. Luc.11. Rom.2.1. Corin.4. Rogas, nonne Iudæi audierunt verbū Dei in synagogis suis? Et quid est quod dicitur Act.13.15.16. in sabbathis Mosen & prophetas legi? Nonne & Christus duodecim annorum post triduū in templo est inuētus? Respondeo, Iudæos tale habuisse verbū Dei, quale & hæretici solent habere, literā nimirū adulterati & exotici sensus. Christus hic non agit de litera, sed de spiritu, hoc est, de veritate siue virtute scripturæ traducis patriarcharū & prophetarū. Vnde alibi dicit: Ne scitis scripturā & virtutē eius. Iudæis suus Thalmud nouū fuit verbum, quod veritas nescit, quale & hæretici sibi fingunt euangelion. Abraham gauisus est, videns diem Iesu: Iudæi videntes, conturbati sunt, haud quaquā itaq; verbū Dei, quod Abrahā habuit, habuisse eos constat. Sic & hæreticis, vtcunq; clamitent & succlamitent verbū domini, nihil illis tamē & euangelio quod primitiua habuit ecclesia.

Responderūt ergo Iudæi, & dixerunt ei: Nonne bene dicimus nos, quia Samaritanus es tu, & dæmonium habes?

Hæretici cōuiciosi.

Sectæ, postq̄ à veritate defecere, conuicijs agere solent: quod in canonicis epistolis fere omnibus videmus. Aemulatione & virulenta lingua omnia agunt, Iaco.3. Hi sunt qui segregant seipsos, animales, spiritū non habentes, 2. Pet.3. Iudæ 1. Prouocati Iudæi Christi argumenti minori & conclusione, ad calumnias impia ora laxarūt. Nōne, inquiūt, bene dicim⁹ nos, q̄a Samaritanus es tu, & dæmoniū habes? Pessime dicitis hoc. Stirpis Dauidicæ Christū esse scitis: quare Samaritanū illū vocatis? Qui veritatē Dei in sanctissima vita docet, is diabolum non habet. Contrà à diabolo citra omnē controuersiā habetur, qui veritatis impatiens est, & insonti mortē meditatur. Taceo hic, ꝙ iuxta omēs prophetas, Christus ipsissimū est verbū Dei, atq; adeo digitus ille, quo diabolus vnice eijcitur. Stat sita bitq; perpetuo Christi propositio: Qui ex Deo est, verbū Dei audit. Ad hoc verbū domini respondeant infelices verpi. Non audiunt etiamnū Mosen & prophetas: quis ergo etiamnū non dicat eos ex Deo non esse? Hoc cum illis hodie quoq; dicatur, non habentes quod respondeant, ad pristinū argumentū, blasphemiarū puta lapides, redeunt. In semine Abrahæ oēs gentes benedicendas esse, verbū Dei est. Nouū dominū in terra facturū, mulierē virū conceptură, verbū Dei est. Iudæi nihil horū receperunt, nec iam recipiunt, ergo ex Deo (vt modeste dicamus) non sunt. Mosen & prophetas ex Deo esse, & per spm̄ sanctū locutos esse, cantat ecclesia. Fatenē & hoc euangelica scripta Ioan.5. & 7. &c. Venit Christus in nomine dñi, secundū scripturas nimirū. vnde Iudæi Christū explodētes, vnà cū Christo Mosen & prophetas explosferunt. Regnū Dei quod illi à se repulerunt, nobis Dei contigit misericordia. mustū sacrorū eloquioꝝ, calixq; salutaris nobis datus est. illis nihil reliqui est relictū, nisi calix irę & furoris, Esa.51. Hiere.25.48. Vinacea superficiei scripturę, illis adhuc supersunt: sed nihil inde exprimūt, nisi maiorem atq; maiorē excæcationē. Sic & hæretici ecclesiæ triumphantis vinū, calicē præclare inebriantē, in δεύτερον perniciosum sibi conuertunt. Calix p̄clarus ecclesiæ, tot sanctos martyres, tot virgines, tot probatæ sanctimoniæ confessores, & omnigenū meritorum peperit species. Quid δεύτερον hæreticorū aliud, q̄ prædones, bustirapas, latrones, lenones & parasitos profert? Nec hæretici sibi minus à blasphemijs temperant, q̄ ipsi Iudæi. Ipsos diuos, quantum in ipsis est, vt taceam iniurias q̄bus viatores catholicos quotidie obruunt, mēdacij & vanitatis traducunt: Christum quoq; ipsum diuidunt, exempli eius imitationē euacuantes. Sed dominus suā amicorumq; suorū gloriam asseret. ipsum audiamus.

Iudæorū ptinacia.

Respondit Iesus: Ego dæmonium nō habeo, sed honorifico patrē meum, & vos inhonorastis me. Ego autē non quæro gloriam meā: est qui quærat, & iudicet.

Hic veritatis & mēdacij discrimen æstima. Lingua rota est natiuitatis, & inflammatur à gehenna. Fructus iustitiæ in pace seminatur. Iudæi calumniantur: Christus docet, instruit, & modestissime respōdet. Vnde recte ab Esaia typo ouis designatur. Huc respicit apostolus, dicens: Cum male-

maledictis incesseretur, non regessit maledicta. Quod Samaritanum eum vocant, suffert: quod vero dicunt eum dæmoniū habere, mira mãsuetudine refutat. Illud, in eius humanitatem fuit dictum: hoc, in eius diuinitatem redūdauit. Theophylactus hic dicit: Illi talia per ignominiam proferūt, ipse autem patienter iniurias in se suscipit. Nam cum seipsos filios Dei dicerent, vehemẽter eos arguit, veritatem vindicans: quando autem ipsum iniuria afficiunt, nō vlciscitur: docens item nos, quę contra Deum sunt, vindicare: quę autem contra nos, mansuete ferre. Chrysostomus: Erudiuit nos, inquit, vt ea quæ ad Deum patrem pertinent, defendamus: quæ ad nos, contemnamus. Augustinus: Horū duorum sibi obiectorum vnum negauit, & alterum non negauit. Quanuis maledictum maledicto non reddiderit, pertinuit tamen, eū negare vnam rem. Non frustra fratres. Samaritanus enim interpretatur custos. Nouerat ille se nostrum esse custodem. Non enim dormit neque dormitat, qui custodit Israel. Et nisi dominus custodierit ciuitatem, in vanum laborauerunt qui ædificant eam. Est ergo ille custos noster, qui creator noster. Non enim pertinuit ad eū vt redimeremur, & non pertineret ad eum vt seruaremur.

Samaritanus interpretatur.

Deniq;, vt plenius noueritis mysterium, quare se Samaritanum negare nō debuit, parabolam illam notissimam attendite, vbi homo quidam descendebat ab Hierusalem in Hiericho, & incidit in latrones: qui eum grauiter vulnerantes, semiuiuum in via reliquerunt. Transijt sacerdos, & neglexit eum: trãsijt leuites, & ipse præterijt. Transijt quidam Samaritanus, ipse est custos noster, ipse accessit ad saucium, ipse impendit misericordiam. Hæc ille.

Dęmonis vocabulū quale.

Vocabulo dæmon ecclesia longe aliter vtitur, quã eo vsi sunt prisci ethnici. Iamblicus Platonicus & alij philosophi, dæmonem acceperunt pro spiritu perito. secundum vocabulum, significat etiam hominem scium. Nos, vt spiritus maligni proprietatem exprimamus, ab effectu eū proprie vocamus dæmonem. Δαίμων Deus, sapiens, & fortunatus dicitur: δαήμων, peritum, scium, artificemq; significat. Nomina hæc diabolo congruunt omnia. Deus est huius seculi, eorum nimirū, qui nihil sunt nisi ventres, Philippeñ. 2. Deus item filiorum diffidentiæ, Ephe. 2. Per fortunatum eum florent in hoc mũdo impij, iuxta hoc tritum prouerbium: Quo maior iniquitas, hoc maior felicitas. Mille artifex est, sinuosus anguis, callidus tentator, & peritus rerum. Ethnici, veri Dei & spirituum bonorum ignorãtes, dæmones cum malos tum bonos esse sunt arbitrati, cacodæmones nimirum & eudæmones, quos Isidorus calodæmones appellat. Nos Deum verum, creatorem & seruatorem omnium, agnoscimus & credimus. eius angelos omnes, bonos esse prædicamus. nulli dæmonum bonitatis aliquid tribuimus. Extat adhuc & alterum quoddam hostis maligni nomen, nempe Διάβολος, id est, calumniator, qui nihil facit, nisi quod intentat crimina aduersus electos Dei. Hebræi satanan vocant & Sed siue Sched. Satanan vocant, quasi calumniatorem: & vectem, qui homini viam salutis instet intercludere. Dein Sed siue Sched vocatur, quasi fur, prædo, deuastator, exterminator, & in summa, oīm malorum caput, existat. Sed ad verba saluatoris reuertamur. Ego dæmonium, inquit, non habeo. Diabolus affert, Christus aufert, peccatum: ille calumniatur & accusat, hic interpellat pro nobis & excusat: ille fons malitiæ, hic fons bonitatis: ille autor mortis, hic vitæ, adeo ex diametro sibi dissident Deus pacis & deus irarum. Sequitur: Honorifico patrem meum. Doctrina nimirum, miraculis, totaq; vita. Nesciis, inquit, quia in his quæ patris mei sunt, oportebat me esse? Christus factus obediens patri vsq; ad mortem, mortem autem crucis. Vos inhonestastis me, pro infinitis meis in vos beneficijs, infinitas mihi rependendo iniurias. Sed ego non quæro gloriam meam. Patris mei est proprium, se quærentes glorificare, Psalm. quadragesimonono: Eruam eum & glorificabo eū, psalm. septuagesimoprimo: Dilectio Dei honorabilis, Ecclesiast. primo: Timẽti se, & continenti iustitiæ, quasi mater honorificata obuiabit, Ecclesiast. decimoquinto. Fidelis itaque est, (ait saluator) & meū depositum in illum diem seruare: quippe qui iustitias iudicabit, & qui dicit, Mihi vltio. Hic discendum catholico, quomodo sese contra hæreticorū calumnias habeat. Petrus de seruatore ait primæ cap. secundo: Tradidit vindictam ei, qui iudicat iuste. Præstet & hoc modo catholicus. vincat in bono malum. Patientes estote, inquit Iacobus, quoniam aduentus domini appropinquat. Prædicent alij nudam & inanem fidem. Catholicus vero erudiat ad iustitiã. Quod si hic ronchisonis scommatibus plurimis supprimetur, à iudice omnium domino propediem resuscitabitur. Dicit eñ: Qui me cõfessus fuerit corã hominibus, cõfitebor & eū ego corã patre meo cœlesti. Per ignominiã & bonã famã, ait Apostolus: vt seductores, & tñ veraces. Non est discipulus maior domino. Si consortes

Diabolus

Satanas

ſortes fuerimus illuſionis, erimus etiã con ſortes benedictionis. De honore Chriſti dicitur Ioannis 5. Qui non honorat filiũ, non honorat patrem qui miſit eum. Item cap. 7. Qui à ſemetipſo loquitur, gloriã propriam quærit: qui autem quærit gloriam eius qui miſit ipſum, hic verax eſt, & iniuſtitia in illo non eſt.

Amen amen dico vobis: Si quis ſermonem meum ſeruauerit, mortem non videbit in æternum.

Vox plane diuina. Veritas iuſiurandũ præmittit, vt rem ſacram animaduertas. O Chriſti clementiã, qui tantum theſaurũ ne hoſtibus quidẽ ſuis denegat. Sed nouit paſtor oues, nouit ſapiẽtia filios ſuos. Voluit ſol iuſtitiæ in tenebras huius mundi radios ſuos, non recipiendos (Ioannis 1.) immittere. Amen amẽ, ait, dico vobis. Primo autem hoc: Omnis qui ſeruat verbum meum, iniquitatem non faciet, cum nihil doceam pietati contrarium, & à virtute alienum. Secundo: verbum meum ſeruãs, veritatem faciet: iuſtitiam ſiquidem Dei in veritate doceo. Tertio: Quiſquis itaque in hac luce ambulauerit, accipiet benedictionem à patre meo, eritque cohęres meus, ſecurus à morte ſecunda. Quarto: Tantum abeſt vt vel Abraham vel Moſes, eos qui ſermonem meum non ſeruant, eruãt, quod vterque horum pręcipuus eſt accuſator eorum, qui ſermonem meũ negligũt, Luc. 18. Ioannis 5. Obſerua hic contra hæreſes, verbum ſeruare, non eſſe ſolum credere. Proprietas vocabuli, opus importat: quanquam hic & alibi in ſcriptura canonica fidem ſemper præuiam habeat. Vocabulum vero ipſum, opus importare vides apud Poetam, dicentem:

Seruare verbum.

Dij patrij, ſeruate domũ, ſeruate nepotẽ. Hoc eſt, protegite, defendite, ducite, &c. Et ſimile Eraſmicum habet: Simia, cum nec domũ ſeruare poſſit more canis, nec onera geſtare quemadmodũ equus, nec arare ſicut boues, paraſitatur, ac riſum mouet. Et hic ſeruare, quanquam ad beſtiam referatur, ocium excludit. Nam & canũ officium eſt, noctu omnia perluſtrare, fures aut arcere, aut abigere, interdiu quibuslibet allatrare, dominumque cum domi tum foris defendere. vnde & aptiſſimo epitheto, canes fidi dicuntur. Et nos volumus domino Ieſu, ſine opere, fideles haberi? Scripturæ quin potius teſtimonia adducimus? In veteri teſtamento nullus ſcrupus habetur. Statim temporibus apoſtolorum, quando gratia domini Ieſu gratuita prædicabatur, hæreſes ſubnaſcebantur. Sed contra antiquiſſimam eam hæreſin dicit ſaluator Matth. 19. Si vis ad vitam ingredi, ſerua mandata Dei. Cap. 23. Quodcunque dixerint vobis, ſeruate. 28. Docẽtes eos ſeruare omnia quæcunque ego præcepi vobis. Marci decimo: Hæc omnia ſeruaui à iuuentute mea. Si in locis hiſce & hoc genus infinitis alijs, ſeruare eſt credere: quid eſt, quod hic apud Marcum 10. ſtatim ſequitur: Vade, & vende vniuerſa quæ habes, & da pauperibus? Nunquid, ſecundum hæreticos, fides quoque & ipſam eleemoſynam eleuat? Dicũt aliud eſſe verbum, aliud eſſe doctrinam. Verum hic ſtatim infert Chriſtus, ſe verbum patris ſeruare, quod certe nõ poteſt eſſe, credere. Quid enim credat ipſe Deus? Quis Chriſto filio Dei, Dei fidem, qua non viſa creduntur, tribuat? Vide de hac re Sentẽtiarum lib. 3. diſtinctione 26. cap. 3. & diſt. 27. per totum. Vides itaque, ſeruare eſſe operari. Audi pſal. 102. Et iuſtitia illius in filios filiorum, his qui ſeruant teſtamentum eius. Nunquid & hic, ſeruare eſt credere? Si eſt, quid ergo eſt quod ſequitur, Et memores ſunt mandatorum ipſius ad faciendum ea? Quis auſit hic dicere, ſeruare eſſe credere, cum ſcriptura tam diſtincte ad opus vrgeat? Adeo nulla diſciplina eſt ſine præceptis, vt etiam diſciplinæ præcepta vocentur. Vnde quoties Chriſtus dicit ſe verbum patris ſeruare, de præceptis intelligendum eſt, & e diuerſo. Vide epiſtolam primam Ioannis, quæ teſte ſancto Auguſtino, contra hæreſin eã, de qua iam agimus, ſcripta eſt, cap. 2. Qui dicit, Noui eum, & præcepta eius non ſeruat: mendax eſt, & veritas in eo non eſt. Quid hic aliud reſpondeat hæreſis, quàm, Epiſtolam eam eſſe ſtramentitiam? Chryſoſtomus dicit hic: Non ſolum fides hic intelligẽda eſt, ſed vitæ etiã puritas. Theophylactus: Si quis ſermonem meum ſeruauerit, hoc eſt, ſi credendo, ſimul & vitã habeat puram. Tunc enim quis vere tenet doctrinã domini, quãdo & puram habet vitam. Nonnus Theologus & idẽ Poeta catholicus, omino ad opus refert: hac maxime cauſa, cum bis habeatur hic φυλάττω, quod vere facto cuſtodio, ſignificat. Adeo circunſpecte olim ſcripturam patres ſunt interpretati, cauentes, ne qua occaſionem darẽt errãdi pruriẽtibus auribus hominibus. Nullus veterum ſiue maximo timore & tremore eam prouinciã ſubijt. noſtratibus hodie luſus eſt, tropis & ſchematibus nouis veritati catholicæ illudere, quod in prophano quocunque autore facere nõ auderẽt. Sequitur: Mortẽ nõ videbit in æternũ. Metaphorica locutio eſt. Neque enim mors corporalibus ſenſibus illis viſui & guſtui ſubiacet.

Antiquiſſima olim hæreſis.

Seruare operari ſignificat.

Doctrina diſciplinę & pręcepti nomẽ habet.

Mortem ergo neq; videre neq; gustare, est non mori, maxime morte secunda. Simeoni ad metaphoram promissum est, se non visurum mortem Luc. 2. Per fidem Enochus translatus quoq; dicitur esse, ne videret mortem, Hebr. 11. De gustu mortis habes Matth. 16. Luc. 9. Heb. 2. Acerba herba, dulcorat eam verbi obseruatio & custodia. Nulla secta, neq; euangelica, neque angelica, neq; illuminatorum, neque cathareorum, aliquid contra vim mortis attulerit. Sequitur:

Dixerunt ergo ei Iudæi: Nunc cognouimus quia dæmoniũ habes.

Infanda illa dictio, dæmon, crebra est in ore Iudæorũ: nomen Dei, non perinde. Ales ille oua huiusmodi in nouis euangelistis excubat hodie. Non sat habẽt, se quoslibet catholicos propudiosissimis alioqui nominibus appellare, nisi & diabolos eos vocent. Insuper etiam nihil vsquã docent, nihil scribunt, nisi subinde repetant, Aduersarij nostri, Aduersarij nostri.

Hæretici catholicos sibi faciunt aduersarios.

Iudæi & Christum suum aduersarium, dæmona nimirum, vocarunt, sed fine causa: sic & hæretici ecclesiasticos aduersarios vocant, nulla alia causa, q̃ ꝙ ipsi ab ecclesia, quam catholici deserere non possunt, defecerunt. Sed euanida arma, cum Iudæorum, tum hæreticorum conuicia & execrationes. Hæc siquidem arma in primis obsunt ijs qui talibus agunt. Dicit ergo psal. 108. Dilexit maledictionem, & veniet ei: noluit benedictionẽ, & elõgabitur ab eo. Et induet maledictionem sicut vestimentũ, & intrauit sicut aqua in interiora eius, & sicut oleum in ossibus eius. Nunc cognouimus, inquiunt. Et hoc est hæreticorum proprium, priores errores non corrigere, seq; ipsos accusare: sed nouis subinde argumentis, vndeuis arreptis, defendere. Audiamus hic, quo argumento Iudæi suã blasphemiam se iustificare posse confidãt.

Abrahã mortuus est & prophetæ: & tu dicis, si quis sermonẽ meum seruauerit, non gustabit mortem in æternum.

Impedit ira animum, ne possit cernere verum, ait ethnicus. Quis ergo sapiens sectis accedat, quarum origo nulla alia est q̃ ira? quarũ auctus nullus alius est, q̃ clamor iracundus? Attende syllogismum furiosi spiritus. Abraham vita hac functus est, prophetæ diem suum obierunt omẽs: ergo tu dæmonium habes, quia tu polliceris vitam sermonis tui obseruantibus. Obtemperans verbi Dei Abraham, obaudientes & prophetæ. Odio Christi etiam non timẽt verbo Dei derogare, Deoq; ipsi detrahere ter blasphemi. Abraham, dicunt, supremũ diẽ obijt & prophetæ: quasi vero Christus de hac vita misera & pœnali dixerit. Neq; item Christus dixit, mortem non gustabit in æternum, sed videbit. Christus dixit de morte secunda. Cuius meminit Ioannes Apoca. 2. 21. quod de hac morte dixerit, appendix, in æternum, arguit. Mortis huius visus, est imago terrifica iræ & iudicij Dei, horror & pauor ęternus &c. Sapien. 17. vocatur visio istæc, personæ tristes, monstra, serpentium ineuitabilium sibilatio, imago tenebrarum. Frequenter enim pessima præsumunt ij, quos conscientia redarguit. Hanc visionem tãgit Iob capite septimo, dicens: Per visiones horrore concuties. capite decimo vocat terrã tenebrosam, opertam mortis caligine, vbi vmbra mortis & nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat. Hęc est illa mors, quæ obseruantes verbum Dei, terrificis visionibus non discruciat, quia Deus lux beata, se illis præmium pollicetur. Simili loquendi modo, teste Augustino Homilia prima, dicitur psal. 33. Quis est homo qui vult vitam, & diligit dies videre bonos? Iudæi vero Christi odio hæc omnia negant.

Mortis visus.

Obserua hic, quinq; esse species mortis: Prima est, separatio corporis & animæ: Secunda est, separatio animæ à Deo, de qua hic agitur. euenit autem illa per peccatũ. Tertia, secundum illud, quod autor mortis diabolus, mors appellatur, culpa redarguens est & horrifica visio, quæ etiam in hac vita incipit. & de hac mortis specie hic agitur.

Mortis species quinq;

Quarta est, lacus inferni, quo præuaricatrices animæ detrudentur, vbi lamiarum, lemurum, furiarũ tetrarum adspectus om̃ia genera suppliciorum superans, agnitioni mirum culpæ & æternitatis condemnationis, priuatio beatæ visionis Dei. & de hac mortis specie hic agitur.

Quinta est laudabilis, qua homo in hac vita neque sibi neque mundo viuit, sed timet Deum, & mandata eius obseruat, & sibi & mundo mortuus, semper habens ob oculos Deum, in iudicium adducturum cuncta quę homo facit, etiam abscondita, siue bona, siue mala. hæc est salutaris, hæc est omnis homo, Ecclesiast. vltimo. Species has describit Sedulius Scotus Hypermensis in epistolam Pauli ad Romanos sexto, super verbo, Gratia Dei vita æterna.

Nunquid tu maior es patre nostro

ſtro Abraham, qui mortuus eſt? & prophetę mortui ſunt. Quē teipſum facis?

Qualis collectio? Sic, teſte Chryſoſtomo & Theophylacto reſpondere debuerant: Nū maior es Deo? Nunquid qui te audiunt, ſunt maiores patre noſtro Abraham? Ipſi Abrahamū hic penitus nihili faciunt, emortuum plane dicentes. vnde iuxta ſapientem, muſca viua Abrahamo potior erat æſtimanda. Detrahunt patri ſuo vultures & canes rabidi, conuiciantur & ipſi verbo Dei, Deoq́ ipſi. Nihil vero vnquam dixit Chriſtus, quod Abrahæ glorię detraheret: neq; enim ſe aut minorem, aut maiorē illi vnquam prædicauit. Vnde ergo Iudæis hæc abſurditas loquendi cadauerosa? Vides poſteriora eorum damna, poſt ſeptem nequiſſimorum mortis & perditionis ſpirituum poſſeſſionē, priori longe facta eſſe peiora. Quod hic toties mortē replicant, quemadmodum ſuprà dæmonem: vides iuxta Pſalmiſtam, ſepulchrum patens factū eſſe guttur eorum, nihil niſi cadauerinum virus ſpirans. Inſuper & Sadducæorum errorem olere eos vides. Nos ergo Dei gratia vere vitali atq; mundo ſpiritu præditi, Saducæorum eum errorem cōfutaturi, dicimus Abrahamū & prophetas viuere adhuc & ſupereſſe. Exodi ſiquidē 3. Deus dicitur, Deus Abraham, Iſaac & Iacob, vtiq; viuentium, Matth. 22. Hoc cum Iudæi negent, faciunt Deum viuentē minorem Beelzebub, Deo muſcarum, ſiquidē viua muſca melior ſit leone mortuo. Si dixerint ſe de morte animæ non loqui, malitioſe luctātur Chriſto, qui ſecundū ſcripturas vitam æternā, ſermonem ſuum, qui citra omnem controuerſiam veritas ipſiſſima eſt, ſeruantibus promittit. Quem te ipſum facis? Alibi dixerūt ſe Chriſtū noſſe, matrē eius ex nomine, fratres & ſorores eius ex nomine noſſe, dicūt etiā illum ſeſe præſtare Deum. Iam rogant, quid ſit, cuias ſit, quem ſe faciat inde. Tentator hic ex ipſis loquitur. Sed Chriſtus nouit conſilium ſatanæ. maluit ſe doctrina veritatis, exēplo religionis & miraculis, Dei miſerationis & potentiæ Dei filium facere, quàm eū ſe verbis iactabūdis dicere. Opera & doctrina fallere non poſſunt: quare ergo Chriſti doctrinæ & operibus fidem non adhibent?

Reſpondit Ieſus: Si ego glorifico meipſum, gloria mea nihil ē. Eſt pater meus qui glorificat me, quem vos dicitis, quia Deus veſter eſt, & non cognouiſtis eum. Ego autē noui eum. Et ſi dixero quia non ſcio eum, ero ſimilis vobis mendax: ſed ſcio eum, & ſermonem eius ſeruo.

Attende benignitatē, & diſce præſentiſſimam deitatem. Vel hac reſponſione declarat quis ſit, quēq; ſe non dicat iactanter, ſed faciat efficaciter. comiter, vt agn⁹, reſpondit. abeſt arrogantia, ſed prudētia præſenti lupos rapaces & vulpes aſtutas mendacij & erroris potentiſſime cōuicit. Quod impij in fine ſuæ orōnis effutierūt, hoc veritas primo cōfutandū duxit, & inde ad caput blaſphemiæ peruenire. Quē te ipſum facis, inquiunt? Hic primo virtutem modeſtiæ tuetur, dicens, arrogantiæ eſſe, hominē ſeipſum laudare. Q. d. Toto cœlo erratis, ſi me arrogantiæ inſimulatis vel tantillæ. Nihil enim vnquam vel factis vel verbis deſignaui, vnde vobis tanti mali ſuſpicio ſubnaſci poſſit. Fugitantem me omnis auræ popularis ſemper vidiſtis. Noui ſiquidē patrem meū cœleſtē nihil peius odiſſe arrogantia. Et quomodo ego gloriæ vanæ captator eſſe poſſim, q ſciam me patrem habere meæ gloriæ ſtudioſum? Glorificauit me ille ſemper hic in terra, & iterum nouo modo glorificabit. Hac ego glorificatione patris contentus, nullam cenodoxam venor. Aſt pater me⁹, de quo iam loquor, non eſt Heli ſiue Ioſeph: ſed ille, quē vos dicitis, q ſit veſter Eloheychem, hoc eſt, Deus veſter, Deus Abrahā, Iſaac & Iacob. Iactatis ſubinde, illum vobis præ cæteris mortalibus eſſe Deum: ſed quia verba mea, quæ eiuſdē mei patris & non mea ſunt, vos non afficiunt, ſed magis offendūt, certum eſt q eū non agnoſcatis. Tātum odiū mei eſt veſtrū, vt etiam iſtoc Deum veſtrū abnegetis, & veſtrapte culpa eius agnitionē amittatis. Ego nolo veſtro exemplo iniurijs ijs, quibus me citra omē meritum peſſime exercetis, exaſperatus, aliquid contra patris mei præſcriptū committere. Quod ſi facerem, certe veſtro exemplo ipſum patrem cœleſtem meū me noſſe diſſimularem, immo etiam abnegarem. Nunc vero cum perfectiſſime omnium, patrē, ex cuius corde prodij, norim, veſtras ſannas, ſcommata & iniurias modeſte ferens, præceptum patris mei perficere pergo. Non hæc gloriabūdus dixero. Nihil mihi falſo arrogo: ſed quod res eſt, proloquor. Vos cogitis, & hanc veritatis confeſſionem tātis veſtris cōuicijs q̄dammodo extorquetis. Niſi enim quod ipſa eſt veritas, fatear: tam ſim futurus nugas,

magis, q̃ mendaces estis vos. Nunc autem noui eum, & sermonẽ eius seruo.

Hæreticis dure respondendum.

¶ Discant hic catholici, quomodo respondeant æmulis, quomodo se in aduersitatibus habeant. Blasphemiæ hæreticorũ exigunt, vt aliquando ipsis schismaton autoribus durius respondeatur: verũ hoc non fiat æmulatione & concitato spiritu. Dein si vsu venerit, vt gloriari aliquem oporteat: viderit, vt gloriationis mensurã cautissime obseruet. 2. Corint. 10. ait Apostolus: Non in immensum gloriabor, sed secundũ regulam. Demum ne quà veritati fraudi sit, veritati studeat, hoc est, simpliciter ambulet, virtuti indulgens. Nam vbi virtuti opera non datur, ibi vere mendacium regnat, iuxta hoc 1. Ioan. 2. Si quis dicit, noui eum, & mandata eius non seruat, mendax est. Iterum hic vides, quod suprà monuimus, seruare verbum, esse iuxta verbi præscriptum viuere, virtuti studere, vitijs bellum indicere, & ipsis strenue luctari. Hoc catholicis satis constat. Superest vt & id præstare aduigilent.

Abraham pater vester exultauit vt videret diem meũ: & vidit, & gauisus est.

Vos maximi semper facitis opinionẽ Abrahę: verum hoc saltem specie quadam & fuco, cæterum re ipsa vere dehonestatis. Sed neq; hoc vos latere volo, ꝙ quo magis verborum superficie Abrahamum patrem vestum extollitis, hoc me quoque magis, velitis nolitis, commendatis. Vt videatis me opus non habere, vt ipsum me prædicem, cum etiam vos mei hostes, hoc non facere non possitis. Abraham pater vester summopere & vnice optauit, vt diem meum videret. Datum est illi hoc, spiritu & fide diem meum contemplatus est. vnde & spiritu in Deo salutari suo exultauit. Vidit, inquam, diem natiuitatis meæ in semine promissionis. Vidit infantiam meam, mysteriumꝗ eius grandi conuiuio in ablactatione Isaac designauit. Vidit crucem meam, vidit mortem & resurrectionem meam in dilecto filio suo Isaac. Nihil hic, nisi risus & gaudia: vnde & promptus statuit filium eum suum offerre, Gene. 15. 18. 22. Adeo diem meum peruidit, vt etiam in ariete illo, qui cornibus inter vepres hæserat, me præsignari intellexerit. Omnia iucunda visu: verum abiectionem vestram in Ismaele, non nisi in maximo dolore vidit, Gene. 21.

Abrahã diẽ Chri vidit.

Nec Abraham solum diem meum vidit. Vidit enim eum & Moses & prophetæ, pene in omnibus legis præceptis, in sacrificijs omnibus, in cæremonijs & visionibus miraculorum vniuersis, maxime vero in promissionibus, Gene. 3. 9. Deuterono. 18. Esaiæ 7. 9. 11. & alibi, Danie. 9. Micheæ 5. Viderunt mortem meam, sepulturam gloriosam, resurrectionem & adscensionem meam. Esaiæ 53. Danie. 9. Zachar. 13. psal. 21. 68. & alibi sæpe.

Hæc dico, ne miremini, quod dixi, Abraham diem meum vidisse, & exultasse in illo. Notissima est dies illa vel ex psalm̃. 117. Hæc est dies quam fecit dominus, exultemus & lætemur in ea. Vos dies illa contristat, quia nihil traducis eius patriarcharũ & prophetarũ habetis.

Dixerunt ergo Iudæi ad eum: Quinquaginta annos nondum habes, & Abraham vidisti?

Ex verbis suis vir cognoscitur. Nihil ergo iniquius, nihil peruersius inuenias verpis illis infelicibus: adeo sine om̃i fronte Christi regis gloriæ veritatis magistri doctrinã saluberrimam peruertunt, omnium ingratissimi discipuli. Admonuit eos Christus medullæ atq; spiritus legis, dicẽs: Abraham diem meum vidit: illi dicunt, Abraham vidisti? Carnales carnalia sapiunt: tenebræ lucem non capiunt. Iudæi & hæretici eodem morbo laborant: inuidentiæ nimirum, quo nihil recte intelligere possunt, & quæ sunt recta, etiam reluctante eorum conscientia, peruertunt omnia. Sed nihil occultum quod non reueletur. Manifestata est Iudæorũ vesania, euidẽs etiam fiet schismaticorũ insania. Charitas, iuxta Apostolum, nihil non in meliorẽ partem accipit: contrà, liuor in malã partem rapit oĩa. Poterant schismatici nostrates letaniã, Sancta Maria, ora pro nobis: itẽ hoc, Maria mater gratiæ, mater misericordiæ, tu nos ab hoste protege: itẽ hoc, Cœli fenestra facta es: hæc, inquam, & hoc genus alia multa, pie interpretari, si charitatis catholicę scintillam vel minimam habuissent. Nunc cum ea careant, canonem sacrosanctum Missæ, & alia omnia, quæ plana & sana sunt, calumniari nõ cessant. Sic & Iudæi poterãt pie interpretari, Abraham vidi, si hoc Christus dixisset. Mercurius Trismegistus, Plato & alij philosophi, de æterno verbo nõnihil viderunt. Dubiũ ergo nõ est, synagogã de hoc mysterio verbi ęterni illustrius aliquid nouisse. Subijsset itaq; Iudæis eius verbi, vel ex Genesios primo capite, Dixit Deus, & facta sunt. Ibidẽ q̃q; sequit: Vidit Deus oĩa q̃ fecerat, & erãt valde

Chri in me rẽ par accipi omnia

valde bona. Deus vidit, vidit itaq; & verbum cooperatoriũ & efficax. Tale q̃d si in memoriam venisset, poterant sermonem eum, Abraham vidi, si à Christo prolatus esset, de æternitate verbi, cui omnia conspicua sunt, intelligere. Sed quia liuore contabuerunt, etiam clarissimum sermonem suorum mendaciorum tenebris studuerunt obnubilare. Sed mentita est iniquitas sibi. Omnibus apparet, infelices apellas ex industria veritati restitisse. Hodie quoq; ex illis desideratur, vt aperte negent, Abrahamum diem Christi nõ vidisse. Quod si hoc Christi verbum satis grauibus argumentis reprobare queãt, palma illis deferet. Quod dicunt, quinquaginta annos nondum habes, Irenęus ad verbum accipit literæ, Christum nimirum pene annum quinquagesimum attigisse, libro secundo, capite quarto. Chrysostomus, Theophylactus, & Augustinus hunc locum prætereunt. Verum oportet vt ad Danielis annorũ hebdomadas hunc locum redigamus.

Dixit eis Iesus: Amen amen dico vobis, antequam Abraham fieret, ego sum.

Attende clementiã & longanimitatem saluatoris, non cessantis beneficijs accumulare etiam ingratos. Poterat eas blasphemias confutare, confutãdo exaggerare. Poterat item quod dixerat, repetere & contentione asserere. Sed maluit Christus maiori maiestatis veritate hunc illuminare mundum: Amen amen, inq̃t, antequã Abraham fieret, ego sum. Q. d. Antequã quidquam fieret à principio, iuxta Prouer. 8. ego sum. Dominus siquidẽ (iuxta Salomonem) possedit me ab initio viarũ suarũ à principio. Vnde & regius propheta ait psal. 109. Tecum principiũ in die virtutis tuæ in splẽdoribus sanctorũ, ex vtero ante luciferũ genui te. Attẽdite dilectissimi verba Christi. Ego sum, ait: non aũt, Ego fui. Chrysostomus hic dicit: Quemadmodũ pater hoc verbo Sum, vtitur, ita & Iesus. Significat eñ perpetuo esse, ab omni nimirũ tempore liberũ. Augustin⁹ ait: Appende verba, & agnosce mysteria: Antequã Abraham fieret, ad humanã naturã: Sum vero, ad diuinã ptinere substantiã: fieret, quia creatura erat Abraham. Nõ dicit, Antequam Abraham esset, ego sum: sed, Antequã Abraham fieret, ego sum. Neq; hoc dixit, Antequam Abraham fieret, ego factus sum. In principio eñ fecit Deus cœlũ & terrã. Nam in principio erat verbũ. Antequã fieret Abraham, ego sum. Agnoscite creatorẽ, & discernite creaturam. Qui loquebatur, semen Abrahæ factus erat: & vt semen fieret, ante Abraham ipse erat. Hæc ille. Obseruarũt Iudæi, quorsum hæc verba Christi tenderent: nempe ad sacrum Eheie verbum, quod dominus ita Exodi 3. expressit, ac si propriũ eius maiestatis hoc sit nomen. Iuxta hoc q̃d Moses Israeli dicere debuit, **Eheie Selaḥani Elechem**, hoc est, Qui est, misit me ad vos: De⁹ puta, qui sine principio est, qui nec finẽ nec medium habet, incircunscriptus, illocalis, immensus, ineffabilis, misit me. Creaturæ non possunt dicere, sumus. nam quatenus esse cœperunt, certum est quod & esse desinent. Vnde de nulla creaturarum recte dixeris **Houe**, Ipse est. Deus solus ætern⁹, immortalis, incommutabilis, verbum æternũ & omipotens **Houe**, est solus. Nunc postquam saluator noster more Dei patris loquatur, & Iudæorum satisfaciat petitioni, declaret quis sit, veritatiq; laborãti succurrat, ostendens verbum carnem factum, impietas magis iritatur.

Tulerunt ergo lapides, vt iacerẽt in eum. Iesus autem abscondit se, & exiuit de templo.

Lapidib⁹, iuxta prouerbium, Christum loquutum vides. Qui cani sanctum obijcit, eum in se iritat. Hanc gratiam & cæteris prophetis retulerunt omibus, Matthæi 21. xxiij. Lucæ xv. Hieremias quoque hui⁹ meminit, dicẽs Threnorum tertio: Conclusit vias meas lapidibus. Item: Tetendit arcum suum, & posuit me quasi signum ad sagittam. Poterant Iudæi vtcunque hic legem prætendere Deuteronomij decimotertio. Maleuolorum siquidem omnium est, scripturam in suam ipsorum perniciem torquere. Nostrates vero euangelici, quorum dentes arma sunt & sagittæ, quid per Deũ habent quod prætexant? Apostolus dicit, Hæreticum hominem post vnam atq; alteram admonitionem fuge. Ambrosius, Augustinus, & alij omnes sancti patres, dicunt ecclesiam, præter orationem & lachrymas, arma nõ habere. Donatistæ, Hussitæ, & alij hæretici, quæ eorum est crudelitas, pacem publicã turbare, & arma sibi vsurpare non sunt veriti. Furor ille per Cæsarem, cui vni gladius permissus, fuit compescendus. Cæterum Ecclesia suis armis orationis & lachrymarum satis est munita. Schismatici nostrates hodie, qui nihil nisi ipsum euangelion sunt, in principio statim sui euangelij præcipuum articulum, Hæreticum occidere, est volũtati Dei obsistere, subinde crepabant. Nunc vero ipsi miseros homines, quos dementauerunt, etiam quietos, tollere non supersedent. Nec hæreticos suos ita ex

Hæretici violenti.

extinguere conantur, sed & veros quoscunque catholicos. Quem non catholicorum parochum, sua parochia mouerunt? Sed forte sua culpa traditi sunt, vt mensuram patrum suorum, Caini, Lamechi, Iudæ Scariothis & aliorum homicidarum expleāt, vt Christi quoque cōpleantur passiones. Sed sanguis Abel aliquando exorabit. Interim vtcunque ringant, veritatē extinguere non possunt. Nam iuxta psalmum, Veritas domini manet in æternum. Veritati eidē Iesu Christo domino nostro, sit cum patre & spiritu sancto, par laus & gloria, per æterna secula seculorum. AMEN.

Euangelium Dominicæ Palmarum, quæratur Dominica prima Aduentus.

PASSIO IESV CHRISTI EX QVATVOR EVANGELISTIS.



Appropinquabat L. autem dies festus azymorum, qui dicitur pascha. Erat R. autem pascha & azyma post biduum. Et M. factum est, cum consummasset Iesus sermones hos omnes, dixit discipulis suis: Scitis quia post biduum pascha fiet, & filius hominis tradetur vt crucifigatur. Tunc cōgregati sunt principes sacerdotum & seniores in atriū principis sacerdotū, qui dicitur Caiphas, & conciliū fecerunt. Et R. quærebant L. summi sacerdotes & scribæ, quomodo eum dolo tenerent & occiderēt: timebāt L. vero plebē. Dicebant M.R. autem: Non in die festo, ne forte tumultus fieret in populo. Intrauit L. aūt satanas in Iudam qui cognominatur Scarioth, vnum de duodecim. Tunc M. abijt R.L. vnus de duodecim, ad principes sacerdotum & summos R. sacerdotes, vt proderet eum illis. Et L. locutus est cū principibus sacerdotū & magistratibus, queādmodum illū traderet eis, & ait M. illis: Quid vultis mihi dare, & ego vobis eum tradam? Qui R.L. audientes, gauisi sunt, & promiserunt, & pacti L. sunt pecuniā illi dare. At illi cōstituerunt ei triginta argenteos: & spopondit. Et M. exinde R.L. quærebat opportunitatē, vt eum opportune R. traderet sine L. turbis. Ante I. diem festum paschæ, sciens Iesus quia venit hora eius, vt transeat ex hoc mundo ad patrem, cum dilexisset suos qui erant in mundo, in finem dilexit eos. Prima M.R. autem die azymorū, quādo R. pascha immolabat, in qua L. necesse erat pascha occidi, accesserunt M. discipuli ad Iesum, & dicunt M.L. ei: Quo vis eamus, & paremus tibi, vt manduces pascha? Et mittit ex discipulis suis Petrum L. & Ioannem, dicens: Euntes parate nobis pascha, vt manducemus. At illi dixerunt: Vbi vis paremus? Et dixit ad eos: Ite M. in ciuitatē R. ad quendam. M. Ecce L. introeuntibus vobis in ciuitatē occurret vobis homo, amphoram aquæ portans: sequimini eum in domū in quam intrat: & dicetis patrifamilias domus: Dicit tibi magister: Tempus M. meū prope est, apud te facio pascha. Vbi R. est refectio mea? Vbi L. est diuersorium, vbi L.R. pascha cum discipulis meis manducē? Et ipse ostendet vobis cœnaculū magnum stratum, & ibi parate. Et R. abierunt discipuli eius, & venerunt in ciuitatem.

Euntes L. R. autem, inuenerunt ſicut dixit illis Ieſus, & parauerunt paſcha. Veſpere R. autem facto, venit cum duodecim: & L. cum facta eſſet hora, diſcubuit, & duodecim apoſtoli cum eo. Et I. cœna facta, cum diabolus iam miſiſſet in cor, vt traderet eum Iudas Simonis Scariothis, ſciens quia omnia dedit ei pater in manus, & quia à Deo exiuit, & ad Deum vadit, ſurgit à cœna, & ponit veſtimenta ſua: & cum accepiſſet linteum, præcinxit ſe. Deinde miſit aquam in peluim, & cœpit lauare pedes diſcipulorum ſuorum, & extergere linteo quo erat præcinctus. Venit ergo ad Simonem Petrum, & dicit ei Petrus: Domine, tu mihi lauas pedes? Reſpondit Ieſus & dixit ei: Quod ego facio, tu neſcis modo, ſcies autem poſtea. Dicit ei Petrus: Non lauabis mihi pedes in æternum. Reſpondit ei Ieſus: Si non lauero te, non habebis partem mecum. Dicit ei Simon Petrus: Domine, non tantum pedes meos, ſed & manus & caput. Dicit ei Ieſus: Qui lotus eſt, non indiget niſi vt pedes lauet, ſed eſt mũdus totus. Et vos mundi eſtis, ſed non omnes. Sciebat nanq; quiſnam eſſet qui traderet eum: propterea dixit, Non eſtis mundi omnes. Poſtquam ergo lauit pedes eorum, accepit veſtimenta ſua: & cum recubuiſſet iterum, dixit eis: Scitis quid fecerim vobis? Vos vocatis me, Magiſter & Domine, & bene dicitis. Sum etenim. Si ergo ego laui pedes veſtros dominus & magiſter, & vos debetis alter alterius lauare pedes. Exemplum enim dedi vobis, vt quemadmodum ego feci vobis, ita & vos faciatis. Amen amen dico vobis, nõ eſt ſeruus maior domino ſuo, neq; apoſtolus maior eo qui miſit illum. Si hęc ſcitis, beati eritis ſi feceritis ea. Et M. diſcumbentibus R. eis, & manducantibus, ait Ieſus: Deſiderio L. deſideraui hoc paſcha manducare vobiſcum antequam patiar. Dico enim vobis, quia ex hoc non mãducabo illud, donec impleatur in regno Dei. Cœnantibus M. autem illis, accepit Ieſus panem, gratias L. egit, & benedixit M. & fregit, M. L. deditq; diſcipulis ſuis, & ait: Accipite M. & comedite: Hoc R. eſt L. corpus R. meum, quod pro vobis tradetur: Hoc facite in meam commemorationem. Similiter & calicem, poſtquam cœnauit, accipiens, M. gratias egit, & dedit illis, dicẽs: Accipite L. & diuidite inter vos, & bibite M. ex hoc omnes: Hic eſt ſanguis meus noui teſtamenti: hic L. eſt calix nouum teſtamentum in meo ſanguine, L. qui pro vobis & M. pro multis effundetur in remiſſionem peccatorum. Dico autem vobis, quia non bibam amodo de hoc genimine vitis, vſque in diem illum, cum illud bibam nouum vobiſcum in regno patris mei, R. Dei. Et L. biberunt ex eo omẽs. Tunc M. L. dixit illis Ieſus: Omnes vos ſcandalum patiemini in me in iſta nocte, quia ſcriptũ eſt: Percutiam paſtorem, & diſpargentur oues gregis. Sed poſtquam reſurrexero, præcedam vos in Galilæam. Reſpondens autem Petrus, ait illi: Et ſi omẽs ſcandalizati fuerint in te, ego nunquam ſcandalizabor. Et M. ait illi Ieſus: Priuſquàm R. gallus bis vocem dederit, ter me es negaturus. Amen M. dico tibi, quia in hac nocte antequàm gallus cantet, ter me es negaturus. At R. ille amplius loquebať: Et M. ſi R. oportuerit me mori tecum, non te

negabo. Similiter & omnes discipuli dixerunt. Non I. de omnibus vobis dico. Ego scio quos elegerim. sed vt adimpleatur scriptura, Qui manducat mecum panem, leuabit contra me calcaneum suum. Amodo dico vobis priusquam fiat, vt cum factum fuerit, credatis quia ego sum. Amen amen dico vobis: qui accipit si quem misero, me accipit: qui autem me accipit, accipit eum qui me misit. Cum hæc dixisset Iesus, turbatus est spiritu, & protestatus est, & dixit: Amen amen I.R. dico vobis, quia vnus ex vobis me tradet, qui R. manducat mecum. Adspiciebant I. ergo adinuicem discipuli, hæsitantes de quo diceret. Et M. contristati R. valde, cœperunt singuli dicere: Nunquid ego sum domine? At ille respondens, ait: Vnus R. ex duodecim, qui M. R. intingit mecum manum in M. paropside, R. in catino, M. hic me tradet. Filius M. R. quidē hominis vadit, sicut scriptū est de illo. Væ autem homini illi, per quem filius hominis tradetur. Bonum erat ei, si natus non fuisset homo ille. Respondens M. autem Iudas qui tradidit eum, dixit: Nunquid ego sum rabbi? Ait illi: Tu dixisti. Erat I. ergo recumbens vnus ex discipulis eius in sinu Iesu, quem diligebat Iesus. Innuit ergo huic Simon Petrus, & dixit ei: Quis est de quo dicit? Itaque cum recubuisset ille super pectus Iesu, dicit ei: Domine, quis est? Respondit Iesus: Ille est, cui ego intinctum panem porrexero. Et cum intinxisset panem, dedit Iudæ Simonis Scariothis. Et post buccellam, introiuit in eum satanas. Et dicit ei Iesus: Quod facis, fac citius. Hoc autem nemo sciuit discumbentium, ad quid dixerit ei. Quidam enim putabant, quia loculos habebat Iudas, quòd dixisset ei Iesus: Eme ea quæ opus sunt nobis ad diem festum: aut egenis vt aliquid daret. Cum ergo accepisset ille buccellam, exiuit continuo. Erat autem nox. Cum ergo exisset, dixit Iesus: Nunc clarificatus est filius hominis, & Deus clarificatus est in eo. Si Deus clarificatus est in eo, & Deus clarificabit eum in semetipso, & continuo clarificabit eum. Filioli, adhuc modicum vobiscum sum. Quæretis me, & sicut dixi Iudæis, quò ego vado, vos non potestis venire. Et vobis dico modo: Mandatum nouum do vobis, vt diligatis inuicem: sicut dilexi vos, vt & vos diligatis inuicem. In hoc cognoscent omnes quia discipuli mei estis, si dilectionem habueritis adinuicem. Dicit ei Simon Petrus: Domine, quo vadis? Respondit Iesus: Quo ego vado, non potes me sequi modo, sequeris autem postea. Dicit ei Petrus: Quare nō possum te sequi modo? Animam meam pro te ponam. Respondit Iesus: Animam tuam pro me pones? Amen amen dico tibi, non cantabit gallus, donec ter me neges. L. Et ipsi cœperunt quærere inter se, quis esset ex eis, qui hoc facturus esset. Facta est autem & contentio inter eos, quis eorum videretur esse maior. Dixit autem eis: Reges gentium dominantur eorum: & qui potestatem habent super eos, benefici vocantur. Vos autem non sic: sed qui maior est in vobis, fiat sicut iunior: & qui præcessor est, sicut ministrator. Nam quis maior est, qui recumbit, an qui ministrat? nonne qui recumbit? Ego autem in medio vestrum sum sicut qui ministrat. Vos autem estis qui permansistis mecum in tentationibus

bus meis. Et ego dispono vobis, sicut disposuit mihi pater meus, regnum, vt edatis & bibatis super mensam meam in regno meo, & sedeatis super thronos, iudicantes duodecim tribus Israel. Ait autem dominus Simoni: Simon, ecce satanas expetiuit vos, vt cribraret sicut triticum. Ego autē rogaui pro te, vt non deficiat fides tua. Et tu aliquando conuersus, confirma fratres tuos. Qui dixit ei: Domine, tecum paratus sum & in carcerem & in mortem ire. Et ille dixit: Dico tibi Petre, non cantabit hodie gallus, donec ter abneges nosse me. Et dixit eis: Quando misi vos sine sacculo & pera & calceamentis, nunquid aliquid defuit vobis? At illi dixerunt: Nihil. Dixit ergo eis: Sed nunc qui habet sacculum, tollat, similiter & peram: & qui non habet, vendat tunicam suam, & emat gladium. Dico enim vobis, quoniam adhuc hoc quod scriptum est, oportet impleri in me: Et cum iniquis deputatus est. Etenim ea quę sunt de me, finē habent. At illi dixerūt: Dn̄e, ecce duo gladij hic. At ille dixit eis: Satis est. Hæc I. cum dixisset Iesus, & M. hymno R. dicto, exierunt in mōtem oliueti: & L. egressus, ibat secundum consuetudinem in montem oliuarum, I. trans torrētem Cedron, M. in villam, R. in prædium, cui nomen Gethsemani. Secuti L. sunt aūt eum & discipuli eius. Sciebat I. autem & Iudas qui tradebat eum, locū: quia frequenter conuenerat Iesus illuc cum discipulis suis, & M. dixit: R. Sedete hic donec M. vadam illuc R. & orem. Et assumpto M. R. Petro & duobus filijs Zebedæi, cœpit M. cōtristari & mœstus esse, pauere R. & tædere. Tūc M. ait R. illis: Tristis est anima mea vsque ad mortem: sustinete hic & vigilate mecum. Et L. ipse auulsus est ab eis, quantum iactus est lapidis. Et progressus M. R. pusillum, procidit M. in faciem suam R. super terram, & orabat, vt si fieri posset, transiret ab eo hora. Et dixit: Abba pater, omnia possibilia sunt tibi, transfer hunc calicem à me: sed non quod ego volo, sed quod tu. Mi M. pater, si possibile est, transeat à me calix iste. Veruntamen non sicut ego volo, sed sicut tu. Et venit ad discipulos suos, & M. R. inuenit eos dormientes. Et dixit Petro: Simon R. dormis? Non M. R. potuisti vna hora vigilare mecum? Vigilate & orate, vt non intretis in tentationē. Spiritus quidem promptus est, caro autem infirma. Iterum secundo abijt, & orauit, eundem sermonē dicens: Pater M. mi, si non potest hic calix trāsire nisi bibam illum, fiat voluntas tua. Et venit M. R. iterum, & inuenit eos dormientes. Erant enim oculi eorū grauati, & ignorabant R. quid responderent ei. Et relictis M. illis, iterum abijt, & orauit eundem sermonē. Et positis L. genibus, orabat dicens: Pater, si vis, transfer calicem istum à me. Veruntamen non mea, sed tua voluntas fiat. Apparuit autem illi angelus de cœlo, confortans eum. Et factus in agonia, prolixius orabat: & factus est sudor eius, sicut guttę sanguinis decurrentis in terram. Et cum surrexisset ab oratione, & venisset ad discipulos suos, inuenit eos dormientes præ tristitia, & ait illis: Quid dormitis? Dormite iam, M. R. & requiescite. Sufficit. R. surgite, L. & orate, ne intretis in tentationem. Ecce M. appropinquabit R. hora, & filius hominis tradetur in manus peccatorum. Surgite, eamus.

Ecce qui me tradet, prope est. Iudas I. ergo cum accepisset cohortem, & à pontificibus & pharisæis ministros, venit illuc cum laternis & facibus & armis. Et M. adhuc R. Iesu loquente, ecce Iudas Scariothes vnus ex duodecim, & cum eo turba multa, cum gladijs & fustibus missi M. à principibus sacerdotum & scribis R. & senioribus M. R. populi. Dederat aũt traditor eis signum, dicens: Quemcunq; osculatus fuero, ipse est: tenete eum, & ducite R. caute. Et L. antecedebat eos, & appropinquauit Iesu, vt oscularetur eũ. Et M. cũ venisset, R. statim accessit ad eum, & ait: Rabbi. M. Aue rabbi. Et M. R. osculatus est eum. Dixit M. ei Iesus: Amice, ad quid venisti? L. Iuda, osculo filiũ hominis tradis. Iesus I. itaque sciens omia quę ventura erant super eum, processit & dixit eis: Quem quæritis? Responderunt ei: Iesum Nazarenum. Dixit eis Iesus: Ego sum. Stabat autem & Iudas qui tradidit eum, cum ipsis. Vt ergo dixit eis Iesus, Ego sum: abierunt retrorsum, & ceciderunt in terram. Iterũ ergo eos interrogauit: Quem quæritis? Illi autem dixerunt: Iesum Nazarenum. Respõdit Iesus: Dixi vobis quia ego sum: si ergo me quæritis, sinite hos abire. Vt impleret sermo quẽ dixit: Quia quos dedisti mihi, non perdidi ex eis quenquam. Tunc M. accesserunt, & manus M. R. iniecerunt in Iesum, & tenuerunt eum. Vidẽtes L. autem ij qui cum ipso erant, quod futurum erat, dixerunt ei: Domine, si percutimus in gladio? Respondens aũt Iesus, ait: Sinite vsq; huc. Simon M. R. ergo Petrus habens gladium, eduxit eum, & percussit põtificis summi R. sacerdotis seruum, & abscidit auriculam eius dexterã. I. Erat aũt nomen seruo Malchus. Dixit ergo Iesus Petro: Mitte gladiũ tuũ in vaginã. Calicem quem dedit mihi pater, non vis vt bibam illum? Omnes M. enim qui acceperint gladium, gladio peribunt. An putas quia non possum rogare patrem meum, & exhibebit mihi modo plus quàm duodecim legiones angelorum? Quomodo ergo implebuntur scripturæ, quia sic oportet fieri? Et L. cum tetigisset auriculam eius, sanauit eum. Dixit autem Iesus ad eos, qui venerant ad se, principes sacerdotum, & magistratus templi, & seniores: Tãquam M. L. ad R. latronem existis cum gladijs & fustibus compræhendere me, cum quotidie L. fuerim vobiscum in templo, & sedebam docens, & non M. me R. tenuistis. Sed hæc est hora vestra & potestas tenebrarum. Hoc autem totum factũ est, vt adimplerentur scripturæ prophetarum. Tunc M. discipuli omes, relicto eo, R. fugerunt. Adolescens autem quidam sequebatur eum, amictus sindone super nudo, & tenuerunt eum. At ille reiecta sindone, nudus profugit ab eis. Cohors I. autem & tribunus & ministri Iudæorum compræhenderunt Iesum, & tenentes M. L. ligauerunt eum, & adduxerunt eum ad I. Annam primum. Erat enim socer Caiphæ, qui erat pontifex anni illius. Erat autem Caiphas, qui consilium dederat Iudæis, quia expedit vnum hominem mori pro populo. Et conuenerũt R. in vnum omnes sacerdotes, scribæ & pharisæi & seniores. Sequebatur I. autem Iesum Simon Petrus, & alius discipulus. Discipulus autem ille erat notus pontifici, & introiuit in atrium principis cum Iesu. Petrus autem stabat

bat ad ostium foris. Exiuit ergo alius discipulus, qui erat notus pontifici, & dixit ostiariæ, & introduxit Petrum. Dixit ergo Petro ancilla ostiaria summi R. sacerdotis, cum vidisset Petrum calefacientem se, L. sedentem ad lumen: Et M. tu cũ Iesu Nazareno R. Galilæo eras. Nunquid I. & tu ex discipulis es hominis istius? Et L. hic cum illo erat. At M. iste R. negauit illum coram omnibus, dicens: Mulier, L. non noui illum. Non I. sum, neq; R. scio, neque noui quid dicas. Stabant I. autem serui & ministri ad prunas, quia frigus erat, & calefaciebant se. Erat autem cum eis & Petrus, stans, & calefaciens se. Et R. exiuit foras ante atrium, & gallus cantauit. Pontifex I. ergo interrogauit Iesum de discipulis suis, & de doctrina eius. Respondit ei Iesus: Ego palàm locutus sum mundo, ego semper docui in synagoga, & in templo quo omnes Iudæi conueniunt, & in occulto locutus sum nihil. Quid me interrogas? Interroga eos qui audierunt, quæ locutus sum ipsis. Ecce hi sciunt quæ dixerim ego. Hæc autem cum dixisset, vnus assistens ministrorum dedit alapam Iesu, dicens: Sic respondes pontifici? Respõdit ei Iesus: Si male locutus sum, testimonium perhibe de malo: si autem bene, quid me cædis? Et misit eum Annas ligatum ad Caipham pontificem. At M. illi tenentes Iesum, duxerunt illum ad Caipham principem sacerdotum, vbi scribæ, seniores & pharisæi conuenerant. Petrus M. R. autem sequebatur eum à longe vsque in atrium principis sacerdotum. Et ingressus intrò, sedebat cum ministris, vt M. videret finem. Accenso L. autem igne in medio atrij, & circunsedentibus illis, erat Petrus in medio eorum, & calefaciebat se ad ignem. Principes M. autem sacerdotum & omne concilium quærebant falsum contra Iesum testimonium, vt eum morti traderent: & non inueniebant cum multi falsi testes accessissent: & R. conuenientia testimonia non erant. Nouissime M. autem venerunt duo falsi testes, & R. falsum testimonium ferebant aduersus eũ, dicentes: Quoniam nos audiuimus eum dicentem, Ego dissoluam templum hoc manufactum, & post triduum aliud non manufactum ædificabo. Hic M. dixit: Possum destruere templum Dei, & post triduum reædificare illud. Et R. non erat conueniens testimonium illorum. Et exurgẽs summus sacerdos in medium, interrogauit Iesum, dicens: Non respondes quicquam ad ea quæ tibi obijciuntur ab his? Ille autem tacebat, & nihil respondit. Rursus summus sacerdos interrogauit eum, & dixit ei: Adiuro M. te per Deum viuum, vt dicas nobis, si tu es Christus filius Dei R. benedicti. Dixit illi Iesus: Tu M. dixisti. Ego R. sum. Veruntamen M. dico vobis, amodo M. R. videbitis filium hominis sedentem à dextris virtutis Dei, & venientem in nubibus cœli. Tunc princeps sacerdotum scidit vestimenta sua, dicens: Blasphemauit. quid adhuc egemus testibus, & R. desideramus testes? Ecce M. R. nunc audistis blasphemiam. Quid vobis videtur? Qui R. omnes M. condemnauerunt eum esse reum mortis. Et L. viri qui tenebant eum, illudebant ei. Tunc M. expuerunt R. L. in faciem eius

us, & velauerunt eum, cædentes R. eum colaphis. & L. interrogauerunt M. eum, dicentes: Prophetiza nobis Christe, quis est qui te percussit? Et R. ministri eum alapis cædebant. Et L. alia multa blasphemantes dicebāt in eum. Exeunte M. autem Petro ianuam, rursus R. cum vidisset illum alia M. ancilla, R. cœpit dicere circunstantibus: Quia hic ex illis est. Et M. hic erat cum Iesu Nazareno. Et L. post pusillum alius videns eum, dixit: Et tu ex illis es. Erat I. autem Simon Petrus stans, & calefaciens se. Dixerunt ergo ei: Nunquid & tu ex discipulis eius es? Et M. iterum negauit cum iuramento, Quia non noui hominem. Et M. R. post pusillum, interuallo L. facto quasi horæ vnius, rursus M. R. qui adstabant, dicebant Petro: Vere ex illis es. Nam R. L. & Galilæus es, & loquela M. tua manifestum te facit. Dixit ei I. vnus ex seruis pontificis, cognatus eius cuius abscidit Petrus auriculam: Nonne ego te vidi in horto cum illo? Ille R. autem cœpit anathematizare, & M. detestari, & M. R. iurare, Quia R. nescio hominem istum quem dicitis. Et M. L. cōtinuo L. adhuc illo loquente, R. iterum gallus M. L. R. I. cantauit. Et L. conuersus dominus, respexit Petrum. Et M. R. L. recordatus est Petrus verbi L. domini M. Iesu, L. sicut dixerat, Quia priusquam gallus cantet R. bis, ter me negabis. Et M. L. egressus foras, fleuit amare. Mane M. autem facto, L. & vt factus est dies, concilium M. inierunt omnes principes sacerdotum & seniores populi aduersus Iesum, vt eum morti traderent. Et L. adduxerunt eū in concilium suum, dicentes: Si tu es Christus, dic nobis. Et ait illis: Si vobis dixero, non credetis mihi: si autem & interrogauero, non respondebitis mihi, neque dimittetis. Ex hoc autem erit filius hominis sedens à dextris virtutis Dei. Dixerunt autem omnes: Tu ergo es filius Dei? Qui ait: Vos dicitis, quia ego sum. At illi dixerunt: Quid adhuc desideramus testimonium? Ipsi enim audiuimus de ore eius. Et surgēs omnis multitudo eorum, & R. vincientes M. Iesum, L. duxerunt illum ad Pilatum I. à Caipha in prætorium. Erat aūt mane. Et ipsi non introierunt in prætorium, vt non cōtaminarent̃, sed vt mādu carent pascha. Exiuit ergo ad eos Pilatus foras. Et M. vinctum adduxerunt eum, & tradiderunt Pontio Pilato præsidi. Tunc videns Iudas qui eum tradidit, ꝙ damnatus esset: pœnitentia ductus, retulit triginta argēteos principibus sacerdotū & senioribus populi, dicēs: Peccaui, tradens sanguinem iustum. At illi dixerunt: Quid ad nos? Tu videris. Et proiectis argenteis in templo, recessit: & abiens, laqueo se suspendit. Principes autem sacerdotum, acceptis argenteis, dixerunt: Non licet eos mittere in corbanan, quia precium sanguinis est. Consilio autem inito, emerunt ex illis agrum figuli, in sepulturam peregrinorum. Propter hoc vocatus est ager ille Acheldema, hoc est, ager sanguinis, vsque in hodiernum diem. Tunc impletum est, quod dictum est per Hieremiā prophetam, dicentem: Et acceperunt triginta argenteos, precium appreciati, quod appreciauerunt à filijs Israel, & dederunt eos in agrum figuli, sicut constituit mihi do-

dominus. Iesus autem stetit ante præsidem. Et I. dixit præses: Quam accusationem affertis aduersus hominem hunc? Responderunt & dixerunt ei: Si non esset hic malefactor, non tibi tradidissemus eum. Dixit ergo eis Pilatus: Accipite eum vos, & secundum legem vestram iudicate eum. Dixerunt ergo Iudæi: Nobis non licet interficere quenquam. vt sermo Iesu impleretur quem dixit, significans qua morte esset moriturus. Cœperunt L. autem illum accusare, dicentes: Hunc inuenimus subuertentem gentem nostram, & prohibētem tributa dari Cæsari, & dicentem se Christum regem esse. Pilatus ergo interrogauit eum, dicens: Tu es rex Iudæorum? At ille respondens, ait: Tu dixisti. Ait autem Pilatus ad principes sacerdotum & turbas: Nihil inuenio causæ in hoc homine. At illi inualescebant, dicentes: Commouit populum, docens per vniuersam Iudæam, incipiens à Galilæa vsque huc. Pilatus autem audiens Galilæam, interrogauit si homo Galilæus esset. Et vt cognouit quòd de Herodis potestate esset, remisit eum ad Herodem, qui & ipse Hierosolymis erat illis diebus. Herodes autem viso Iesu, gauisus est valde. Erat enim ex multo tempore cupiens videre eum, eo quod audierat multa de illo. Et sperabat signum aliquod ab eo videre fieri. Interrogabat ergo illum multis sermonibus. At ipse nihil illi respondebat. Stabant etiam principes sacerdotum & scribæ, constanter accusantes eum. Spreuit autem illum Herodes cum exercitu suo, & illusit indutum veste alba, & remisit ad Pilatum. Et facti sunt amici Herodes & Pilatus in ipsa die. Nam antea inimici erant adinuicem. Pilatus autem conuocatis principibus sacerdotum, & magistratibus & plebe, dixit ad illos: Obtulistis mihi hominem hunc, quasi auertentem populum. Et ecce ego coram vobis interrogans, nullam causam inuenio in homine isto ex his in quibus eum accusatis: sed nec Herodes. Nam remisi vos ad illum, & ecce nihil dignum morte actum est ei. I. Intrauit ergo iterum in prætorium Pilatus, & vocauit Iesum, & dixit ei: Tu es rex Iudæorum? Respondit Iesus: A temetipso hoc dicis, an alij tibi dixerunt de me? Respondit Pilatus: Nunquid ego Iudæus sum? Gens tua & pontifices tradiderunt te mihi, quid fecisti? Respondit Iesus: Regnum meū non est de hoc mundo. Si ex hoc mundo esset regnum meum, ministri mei vtique decertarent, vt non traderer Iudæis. Nunc autem regnum meum non est hinc. Dixit itaque Pilatus: Ergo rex es tu? Respondit Iesus: Tu dicis, quia rex sum ego. Ego in hoc natus sum, & ad hoc veni in mundum, vt testimonium perhibeam veritati. Omnis qui est ex veritate, audit vocem meam. Dixit ei Pilatus: Quid est veritas? Et cum hoc dixisset, iterum exiuit ad Iudæos, & dixit eis: Ego nullam inuenio in eo causam. Est autem consuetudo vobis, vt vnum dimittam vobis in pascha: vultis ergo dimittam vobis regem Iudæorum? Clamauerunt rursum omēs, dicētes: Non hunc, sed Barrabam. Erat autem Barrabas latro, qui L. erat propter seditionem quandam factam in ciuitate & homicidium, missus in carcerem. Iterum ergo Pilatus locutus est ad illos, volens dimittere Iesum. At illi suc-

clamabant,dicentes:Crucifige crucifige illum. Ille autem tertio dixit ad il-
los:Quid enim mali fecit ille? Nullam causam mortis inuenio in eo. Cor-
ripiam ergo illum, & dimittam. Tunc I. ergo Pilatus apprehendit Ie-
sum,& flagellauit: & milites plectentes coronam de spinis, imposuerunt
capiti eius,& purpura circundederunt eum,& veniebant ad eum,& dice-
bant:Aue rex Iudæorum. Et dabāt ei alapas. Exiuit ergo iterum Pilatus foras,
& dixit eis: Ecce adduco eum vobis foras, vt cognoscatis,quia nullam in-
uenio in eo causam. Exiuit ergo Iesus, portans coronam spineam & pur-
pureum vestimentum. Et dicit eis: Ecce homo. Cum ergo vidissent eum
pontifices & ministri, clamabant, dicentes: Crucifige crucifige eum. Di-
cit eis Pilatus: Accipite eum vos, & crucifigite. Ego enim non inuenio in
eo causam. Responderunt ei Iudæi:Nos legem habemus,& secundum le-
gem debet mori,quia filium Dei se fecit. Cum ergo audisset Pilatus hunc
sermonem,magis timuit. Et ingressus est iterum in prætorium,& dicit ad
Iesum: Vnde es tu? Iesus autem responsum non dedit illi. Dicit ei Pilatus:
Mihi non loqueris? nescis quia potestatem habeo crucifigere te,& potesta-
tem habeo dimittere te? Respondit Iesus:Non haberes potestatem aduer-
sum me vllam,nisi tibi datum esset desuper. Propterea qui me tradidit ti-
bi,maius peccatum habet. Et exinde quærebat Pilatus dimittere eum. Iu-
dæi autem clamabant,dicentes: Si hunc dimittis, non es amicus Cæsaris.
Omnis enim qui se regem facit, contradicit Cæsari. Pilatus ergo cum au-
disset hos sermones,adduxit foras Iesum,& sedit pro tribunali in loco qui
dicitus Lithostrotos,Hebraice autem Gabatha. Erat autem parasceue pa
schæ, hora quasi sexta. Et dicit Iudæis: Ecce rex vester. Illi autem clama-
bant:Tolle tolle,crucifige eum. Dicit eis Pilatus: Regem vestrum cruci-
figam? Responderunt pontifices: Non habemus regem nisi Cæsarem. Et
R. accusabant eum summi sacerdotes in multis & seniores M. populi,&
nihil respondit. Pilatus R. autem rursus interrogauit eum,dicens: Non re-
spondes quidquam? vide in quantis te accusant. Iesus autem amplius ni-
hil respondit, ita vt miraretur Pilatus præses M. vehementer. Per R. diem
autem festum solebat dimittere illis vnum ex vinctis,quæcunque petissent.
Erat autem qui dicebatur Barrabas,qui cum seditiosis vinctus erat,qui in
seditione fecerat homicidium. Et cum adscēdisset turba,cœpit rogare sicut
semper faciebat illis. Congregatis M. ergo illis,dixit Pilatus: Quem vul-
tis dimittā vobis? Barrabā,an Iesum q dicitur Christus? Sciebat em̄ quod per
inuidiā tradidissent eū summi R. sacerdotes. Sedente M. aūt eo pro tribuna
li,misit ad eū vxor eius,dicēs: Nihil tibi & iusto illi. Multa em̄ passa sum
hodie p visum propter eū. Principes aūt sacerdotum & seniores psuaserūt
populis,& concitauerunt R. turbam,vt M. peterent Barrabam,Iesum vero
perderent. Respondēs aūt præses, ait illis:Quē vultis vobis de duobus di-
mitti? At illi dixerunt:Barrabā. Dicit illis Pilatus:Quid ergo faciā de Iesu
qui dicitur Christus? Dicūt oēs:Crucifigatur. Ait illis præses: Quid enim
mali fecit? At illi magis clamabant,dicētes: Crucifigatur. Vidēs aūt Pila-
tus

tus quòd nihil proficeret, ſed magis tumultus fieret, accepta aqua, lauit manus coram populo, dicens: Innocens ego ſum à ſanguine iuſti huius, vos videritis. Et reſpondens vniuerſus populus, dixit: Sanguis eius ſuper nos, & ſup filios nr̃os. Et Pilatus adiudicauit L. fieri petitionẽ eorũ. Tũc M. dimiſit illis Barrabam, Ieſum autem flagellatum, tradidit eis vt cruci= figeretur. Tunc milites præſidis ſuſcipientes Ieſum in prætorio, congre= gauerunt ad eum vniuerſam cohortem: & exuentes eum, chlamydem coc= cineam circundederunt ei. Et plectentes coronam de ſpinis, poſuerunt ſu= per caput eius, & arundinẽ in dextra eius: & genuflexo ante eũ, illudebant ei, dicẽtes: Aue rex Iudæorũ. Et expuẽtes in eũ, acceperũt arundinẽ & pcu tiebant caput eius. Et poſtquã illuſerunt ei, exuerunt eum chlamydem, & induerunt eum veſtimentis eius, & duxerunt eum vt crucifigeretur. Pila= tus R. autem populo volens ſatisfacere, dimiſit illis Barrabam, & tradidit eis Ieſum flagellis cæſum, vt crucifigeretur. Milites autem duxerunt Ie= ſum intro in atrium prætorij, & conuocant totã cohortem, & induunt eũ purpura, & imponunt ei plectentes coronam ſpineam, & cœperunt ſaluta= re eum, dicentes: Aue rex Iudæorum. Et percutiebant caput eius arundine, & cõſpuebant eum: & ponentes genua, adorabant eum. Et poſtquam illu ſerunt ei, exuerunt illum purpura, & induerunt illum veſtimentis ſuis. Suſceperunt I. autem Ieſum, & eduxerunt eum. & baiulans ſibi crucem, exiuit in eum, qui dicitur Caluariæ, locum, Hebraice Golgotha. Et cum ducerent eum, appræhenderunt Simonem quendam Cyrenenſem, veni= entem de villa, patrem R. Alexandri & Rufi. hunc M. angariauerunt, vt tolleret crucem eius. Et L. impoſuerunt illi crucem portare poſt Ieſum. Se quebatur autem illum turba multa populi & mulierum, quæ plangebant & lamentabãtur eum. Conuerſus autem ad illas Ieſus, dixit: Filiæ Hieru= ſalem, nolite flere ſuper me, ſed ſuper voſipſas flete, & ſuper filios veſtros. Quoniam ecce venient dies in quibus dicent: Beatæ ſteriles & ventres qui non genuerunt, & vbera quæ non lactauerunt. Tunc incipient dice= re montibus, Cadite ſuper nos: & collibus, Cooperite nos: quia ſi in viridi ligno hæc faciunt, in arido quid fiet? Ducebantur autẽ & alij duo nequam cum eo, vt interficerentur. Et M. venerunt in locũ qui dicitur Golgotha, quod eſt Caluariæ locus. Et dederunt ei vinum myrrhatum M.R. bibere, M. cum felle mixtum. & cum guſtaſſet, noluit bibere, & non R. accepit. Ibi L. crucifixerũt eum, & latrones, vnum à dextris, & alterum à ſiniſtris, hinc I. & hinc, medium autem Ieſum. Et R. impleta eſt ſcriptura quæ dicit: Et cum iniquis reputatus eſt. Ieſus L. autem dicebat: Pater, dimitte illis, non enim ſciunt quid faciunt. Scripſit I. autem & Pilatus L. titulum cauſæ R. eius, & poſuit ſuper crucem, ſuper caput M. eius. Erat L. autẽ ſupſcriptio ſcri pta ſup illũ literis Græcis & Latinis & Hebraicis: Hic M. eſt Ieſus Nazare= nus L. rex M.R. Iudæorum L.I. Hunc I. ergo titulum multi legerunt Iudæo rum, quia prope ciuitatem erat locus, vbi crucifixus eſt Ieſus. Et erat ſcri= ptum Hebraice, Græce & Latine. Dicebant ergo Pilato pontifices Iudæo= rum:

rum: Noli ſcribere, Rex Iudæorum: ſed qa ipſe dixit, Rex ſum Iudęorum. Reſpōdit Pilatus: Quod ſcripſi, ſcripſi. Milites ergo cū crucifixiſſent eum, acceperūt veſtimēta eius, & fecerunt quatuor partes, vnicuiq; militi partē, & tunicam. Erat autem tunica inconſutilis, deſuper cōtexta per totum. Dixerunt ergo adinuicē: Non ſcindamus eam, ſed ſortiamur de ea cuius ſit. Vt ſcriptura impleretur, dicēs: Partiti ſunt veſtimenta mea ſibi, & in veſtē meam miſerunt ſortē. Et milites quidē hæc fecerunt. Erat R. autē hora tertia, & crucifixerunt eum. Prætereuntes M.R. aūt blaſphemabant eum, mouentes capita ſua, & dicētes: Vah, qui deſtruis tēplum Dei, & in triduo illud reædificas: ſalua teipſum: ſi filius Dei es, deſcende de cruce. Similiter & principes ſacerdotum illudētes, ad alterutrum cum ſcribis & ſenioribus dicebant: Alios ſaluos fecit, ſeipſum nō poteſt ſaluum facere: ſi rex Iſrael eſt, deſcēdat nunc de cruce, & credimus ei. Confidit in Deo: liberet nunc eū ſi vult. Dixit enim, quia filius Dei ſum. Idipſum aūt & latrones qui crucifixi erant cum eo, improperabant ei, & cōuiciabantur. R. Et L. ſtabat populus expectans, & deridebant illum principes cum eis, dicentes: Alios ſaluos fecit, ſe saluū faciat, ſi hic eſt Chriſtus Dei electus. Illudebāt aūt ei & milites, accedētes & acetum offerētes illi, & dicētes: Si tu es rex Iudęorum, ſaluum te fac. Vnus aūt ex his qui pēdebāt latronibus, blaſphemabat eū, dicēs: Si tu es Curiſtus, ſaluum fac teipſum & nos. Reſpondens autē alter, increpabat eum, dicens: Neq; tu times Deū, quia in eadē damnatione es? & nos quidem iuſte, nam digna factis recipimus: hic vero nihil mali geſſit. Et dicebat ad Ieſum: Domine, memento mei cum veneris in regnum tuum. Et dixit illi Ieſus: Amen dico tibi, hodie mecum eris in paradiſo. Erat autem fere hora ſexta. Stabat I. autem iuxta crucem Ieſu mater eius, & ſoror matris eius Maria Cleophæ, & Maria Magdalene. Cum vidiſſet ergo Ieſus matrem & diſcipulum ſtantem, quem diligebat, dixit matri ſuæ: Mulier, ecce filius tuus. Deinde dicit diſcipulo: Ecce mater tua. Et ex illa hora accepit eam diſcipulus in ſuam. A M. ſexta R. L. autem hora, tenebræ factæ ſunt ſuper vniuerſam terram, vſq; ad horam nonam, & obſcuratus eſt ſol. Et M. circa R. horam nonam exclamauit Ieſus voce magna, dicens: Heli Heli, lamazabathani: hoc eſt, Deus meus, Deus meus, vt quid dereliquiſti me? Quidam autem illic ſtantes & audientes, dicebant: Heliam vocat iſte. Et continuo currens vnus ex eis, acceptam ſpongiam impleuit aceto, & impoſuit arundini, & dabat ei bibere. Cæteri vero dicebant: Sine, videamus an veniat Helias liberās eū. Poſtea I. ſciens Ieſus, qa iā oīa cōſummata ſunt, vt cōſummaret̄ ſcriptura, dixit: Sitio. Vas ergo poſitū erat aceto plenum. Illi aūt ſpongiā aceto plenā, hyſopo circūponentes, obtulerunt ori eius. Cum ergo accepiſſet Ieſus acetū, dixit: Conſummatū eſt. Et L. clamans voce magna Ieſus, ait: Pater, in manus tuas commendo ſpm̄ meum. & hæc dicens, R. expirauit. Et I. inclinato capite, tradidit & M. emiſit ſpiritum. Et M. ecce R. velum templi ſciſſum eſt in duas partes, à ſummo vſque deorſum. Et M. terra mota eſt, & petræ ſciſſæ ſunt, & monumēta apta ſunt.

Et multa corpora sanctorum qui dormierant, resurrexerunt. Et exeuntes de monumentis, post resurrectionẽ eius venerunt in sanctam ciuitatem, & apparuerunt multis. Centurio M.R.L. autem & qui cum eo erant, custodientes Iesum, viso terræmotu & his quæ fiebant, & quia sic clamans expirasset, timuerunt valde, dicentes: Vere filius Dei erat iste. Et glorificauit L. Deum centurio, dicens: Vere hic homo iustus erat. Et omnis turba eorum qui simul aderant ad spectaculum istud, & videbant quæ fiebant, percutientes pectora sua, reuertebantur. Stabant autem omnes noti eius à longe. Erant M. autem ibi R. & mulieres multæ de longe adspicientes. Inter quas erat Maria Magdalene, & Maria Iacobi minoris & Ioseph mater, & Salome, & mater filiorum Zebedæi. Et cum esset in Galilæa, sequebantur eum, & ministrabant ei, & aliæ multæ, quæ simul adscenderant cum eo Hierosolymam. Iudæi I. ergo, quoniam parasceue erat, vt non remanerent in cruce corpora sabbatho (Erat enim magnus ille dies sabbathi) rogauerunt Pilatum, vt frangerentur eorum crura, & tollerentur. Venerunt ergo milites, & primi quidem fregerunt crura, & alterius qui crucifixus est cum eo. Ad Iesum autẽ cum venissent, vt viderunt eum iam mortuum, non fregerunt eius crura: sed vnus militum lancea latus eius aperuit, & continuo exiuit sanguis & aqua. Et qui vidit, testimonium perhibuit, & verum est testimonium eius. Et ille scit quia vera dicit, vt & vos credatis. Facta sunt enim hæc, vt scriptura impleretur: Os non comminuetis ex eo. Et iterum alia scriptura dicit: Videbunt in quẽ transfixerunt. Cum M. sero R. autem factum esset, quia R. erat parasceue, quod est ante sabbathum, venit M. quidam homo diues ab Arimathia, nomine Ioseph, nobilis R. decurio, vir L. bonus & iustus: Hic non consenserat consilio & actibus eorum, qui expectabat & ipse regnum Dei. Et M. discipulus I. erat Iesu, occultus autẽ propter metum Iudæorum. Et R. audacter introiuit ad Pilatũ, & petijt corpus Iesu. Pilatus autẽ mirabatur si iam obijsset. Et accersito cẽturione, interrogauit eum si iam mortuus esset: & cum cognouisset à cẽturione, donauit & iussit M. reddi corp9 R. Ioseph. Ioseph aũt mercatus sindonẽ, & deponẽs eũ, inuoluit sindone M. munda. Venit I. autẽ & Nicodemus, qui venerat ad Iesum nocte primũ, ferẽs mixturã myrrhæ & aloës quasi libras cẽtum. Acceperunt ergo corpus Iesu, & ligauerunt linteis illud cum aromatibus, sicut mos est Iudęis sepelire. Erat aũt in loco, vbi crucifix9 est, hortus, & in horto monumentũ nouũ. Et M. posuit eũ Ioseph in monumẽto suo nouo, qđ excidit in petra, in L.I. quo nondũ quisq̃ positus fuerat. Ibi ergo R. propter parasceuen Iudęorũ, quia iuxta erat monumentũ, posuerunt Iesum. Et aduoluit M. Ioseph saxum magnũ ad ostiũ monumẽti, & abijt. Maria R. aũt Magdalene & Maria Ioseph adspiciebãt vbi poneretur, sedẽtes M. cõtra sepulchrũ. Et L. dies erat parasceues, & sabbathum illucescebat. Subsecutæ autẽ mulieres quæ cum eo venerant de Galilæa, viderunt monumẽtum, & quemadmodum positũ erat corpus eius. Et reuertẽtes, parauerunt aromata & vnguẽta: & sabbatho quidẽ siluerũt secundũ mandatũ. Altera M. aũt die quæ

est

est post parasceuen, conuenerunt principes sacerdotum & pharisæi ad Pilatum, dicentes: Domine, recordati sumus quia seductor ille dixit adhuc viuens, Post tres dies resurgam. Iube ergo custodiri sepulchrum vsque in diem tertium, ne forte veniāt discipuli eius, & furentur eum, & dicant plebi, Surrexit à mortuis: & erit nouissimus error peior priore. Ait illis Pilatus: Habetis custodiam. ite, custodite sicut scitis. Illi autē abeuntes, munierunt sepulchrum, signantes lapidem cum custodibus.

IN FESTO DIE PASCHAE, Euangelium Marc. XVI.



ET cum transisset sabbathum, Maria Magdalene, & Maria Iacobi, & Salome, emerunt aromata, vt venientes, vngerent Iesum. Et valde mane vna sabbathorum, veniunt ad monumentum, orto iam sole. & dicebant ad inuicem: Quis reuoluet nobis lapidem ab ostio monumenti? Et respicientes, viderunt reuolutum lapidem. Erat quippe magnus valde. Et introeuntes in monumentum, viderunt iuuenem sedentem in dextris, coopertum stola candida: & obstupuerunt. Qui dixit illis: Nolite expauescere: Iesum quæritis Nazarenū, crucifixum: surrexit, non est hic. Ecce locus vbi posuerūt eum. Sed ite, dicite discipulis eius & Petro, quia præcedet vos in Galilæam: ibi eum videbitis, sicut dixit vobis.

PRAEFATIO.

Paschæ dies, lætitiæ dies.



HAec est dies quā fecit dominus, exultemus & lætemur in ea. Vidit hanc diem Abraham, & gauisus est: vidit Dauid, & exultauit in ea. Quanto illa nobis clarius illuxit, tanto lætius hūc diem celebrare debemus. Et quare rationalis creatura, cui Christus illuxit, non exultet, cum etiam bruta elementa certā præ se ferant lætitiam? Tenebræ factæ sunt dū crucifixissent eū Iudæi: & cum expiraret Iesus, & ipsa terra tremuit: rite ergo, secundum primitiuæ ecclesiæ doctrinam, eadē elementa rediuiuo Christo, cuius mors humanum genus liberauit, nec diuinæ maiestatis gloriæ incōmodauit, immo magis illustrauit, exultāt, suaq; gaudia ostētant. Nusquam diuinæ maiestatis gloria adeo inclarescit, atq; in resurrectione. Iam intelligimus verbum, quod dixit de Lazaro: Amicus noster dormit. Obdormiuit verbo, qui mortuus fuit mundo. Obdormiuerunt etiam oculi nostri seruatoris, corde vigilante: requieuit caro, operante Verbo. Neq; enim dormit neq; dormitat, qui custodit Israel. Hic est grauis sopor Adæ, ex cuius costa ædificata est Heua. Hoc est q̄d Ioseph fratribus suis indicauit somnium. Ab hoc somno Christi sponsa ecclesia nascitur, & ab hoc somno adoratur à fratribus suis Iesus Nazarenus. Quasi de somno carnē excitauit verbum, & somnus ille dulcis est illi, q desiderio desiderauit hoc pascha mādūcare cum discipulis suis. Hæc est dulcedo illa, quæ de forti exijt, Iudic. 14. Eia ergo fratres, exurgamus ad hāc dulcedinem degustandam: exurgamus & vigilemus Chr̄o, ne dormiamus somnum sempiternum eum, de quo dicitur Hiere. 51. Surgamus charissimi, surgamus dilectissimi, & in hac die honeste ambulemus. Ponamus cilicium, abluamus cinerem. Ecce aqua viua e latere templi dextro: aqua purius lauans, q̄ totum mare & diluuiū: aqua supra niuem dealbans. Ecce angeli albicantes, familiares nobis facti, & ipsi lucidi albis vestiti apparēt. Candidati ergo, cantemus cum illis, Alleluia. Qui per quadragesimam de primi Adæ casu luximus, nostramq; defleuimus miseriam, de secūdi Adę resurrectione lætemur, & gratiam, qua saluati sumus, prædicemus. Prædicarē hic tantā nostram felicitatē, prædicarē tāta gaudia: sed (quod Augustinus ait) præ lętitia non possum eloqui, quod sentio. Et (quod alius dicit) flere præ gaudio magis libet, q̄ verba facere. Et procul

procul dubio vestra ipsorum corda, quotq̃t catholici estis, maiora sentiũt gaudia, q̃ effari possitis ipsi. Immo etiã præ gaudijs lachrymas, q̃ verba, fundere vos citius posse confido. Iam videtis plane, quid sit euangelion. nunc diaboli caput est contritum, mortua est mors, infernus despoliatus. Nihil tyrannidi illi iuris fuit in Christũ, non potuit puteus super eũ os suũ claudere: absorbuisset, si quid ĩ illo sui iuris inuenisset. Audi, satana: Iesus Nazaren⁹ ille, quem in eremo tentasti, nõne iam didicisti qui siet? Ecce inuasor iste, non debitor: exactor, nõ peccator: iudex, nõ supplex. Audi anguis, audi hostis: qui in ligno prædã fecisti, sentis nunc quid feceris? crucis mysterium, ligni virtutẽ nonne didicisti? Per lignũ præda tua spoliatus es omni, & in æternũ supplicium captiuus es ductus. Verbo daturus es pœnam, qui verbo reclamans, dixisti: Nequaq̃, sed eritis sicut dij. Et tu mors, quid tibi vis? vbi tuus aculeus? Inferne, & tua, cedo, victoria vbi sit, 1. Corin. 15. Impossibile tibi erat mors, Iesum te detinere potuisse, Act. 2. Inferne, quem patescẽs excepisti, vastatorem tuũ sensisti, 2. Tim. 1. Heb. 1. Esaiæ 25. In Christo Iesu omnia nostra sunt, 1. Co. 3. Vnde & nobis mors & infernus subacta gemẽt. Hac siquidẽ beata luce, pauidus factus infernus, insolito candore depressus, obmutuit. Captiua vero phalanx hoc iubare, cui assueuit in hoc mundo, verbum sequẽs, exhilarata, verbis Augustini exclamauit: Aduenisti redemptor mundi: Aduenisti, quẽ desiderantes quotidie sperabamus: Aduenisti, quẽ nobis lex & prophetæ venturum nunciarunt. Et hoc: Te nostra vocabant suspiria, te larga requirebant lamenta. Vnde spes desperatis? Vnde consolatio in tormentis? In aduẽtu tuo catena nostra decidit, nox fugit. Vita veniente, mors moritur. Et Ambrosius ait: Apertus tartarus, reddit mortuos: innouata terra, germinat resurgentes. Cœlum reseratũ, suscipit adscendentes. Eia ergo fratres, & nos concinamus redempti redemptis, atq; dicamus cum Lactantio:

Euãgeliõ declarat dñi resurrectio.

Depeunt tenebræ, Christi fulgore fugatæ:
Aeternæ noctis pallia crassa cadunt.
Solicitam sed redde fidẽ, precor, alma potestas.
Tertia lux redijt, surge sepulte *Deus.
Nõ decet vt vili tumulo tua mẽbra tegant:
Non precium mundi vilia saxa premãt.
Indignũ est, cuius claudunt cũcta pugillo,
Vt tegat inclusum, rupe vetante, lapis.
Lintea tolle, precor, sudaria linque sepulchro:
Tu satis es nobis, & sine te nihil est.
Solue catenatas inferni carceris vmbras:
Et reuoca sursum, quidquid ad ima ruit.
Redde tuã faciẽ, videant vt secula lumen:
Redde diem, quę nos, te moriente, fugit.
Sed plane iplesti remeans pie victor Olympum,
Tartara pressa iacẽt, nec sua iura tenent.

Cœlum & terra credunt, q̃ mortem (vt diuus Augustin⁹ ait) calcauerit occisus agn⁹. vnde & Firmianus ait:

Et de fauce lupi subtrahit agnus oues.

Oseas hoc prædixit, dicens cap. 13. De manu mortis liberabo eos, de morte redimã eos. Ero mors tua o mors, morsus tuus ero inferne. Morsa, nunc tandẽ rodere cessat, faux inferni insaturabilis. Nõ habet quod nobis intentet diabolus: preciũ siquidẽ nostræ redemptionis persolutũ est, diuinæ satis factum iustitiæ, vt ait S. Augustinus ex psal. 68. Quæ non rapui, exoluebam. Itẽ ex Esa. 53. Disciplina pacis nostrę super eum. Debitũ fuit ingens, sed & precium immensum, neq; enim auro & argẽto, sed vitali & innocenti sanguine Christi, 1. Pet. 1. Hic est sanguis, qui ad postes ædiũ filiorum Israel perlitus, Hebræorum primogenitos ab angelo percussore seruauit. Nostrũ hic est pascha, nostrum itaq; hodie celebramus Pesaç. Aegyptus est percussa, sed in nostro Gessen, vbi habitamus & Deo seruimus, Pesah existit. Trãsit ira, manet ĩ ecclesia Christi gratia: & nostra est, quã hodie celebramus, Christi victoria. Habemus hũc diẽ in monumentum, & celebramus eum solennem in generationibus nostris cultu sempiterno, Exo. 12. Annua, & ea augusta processione triumphum Christi hodie repræsentamus, laudes, quàm humana potest imperfectio, tanto triumphatori deferentes. Triumphandi ius Romani sibi vẽdicant. Egregij triũphatores, Furius de Gallis, Papyrius de Samnitibus, Scipio de Numantinis, Pompeius de Ponti gentibus. Sed theatrum prophanum Cæsarũ Romanorũ, sacro templo cessit regis Iudæorũ. Neq; enĩ triũphatorũ suorũ Roma mater meminit, vnũ p̃ cũctis celebrãs. Prisci Romani, superbi plane hac in re extitere: posteriores per Christi crucẽ humiliati, oẽm mundi gloriam, velut pestilentem vaporẽ, execrantur, nõ gloriãtes nisi in cruce dñi nři Iesu Christi. Triũphatorẽ itaq; nostrũ vt debita laude prosequamur, in q̃ cruce sancta penitus lætemur, necessum est vt historiã ipsam dominicæ resurrectionis, eiusq̃ sacra p̃be addiscam⁹. Lectionẽ ergo sacram audiamus.

diabolus nõ habet q̃d nobis intentet.

Et cum trãsisset sabbathum, Maria Magdalene & Maria Iacobi, & Salome, emerunt aromata, vt veni-

entes, vngerent Iesum. Et valde mane vna sabbathorum, veniũt ad monumentum, orto iam sole.

In die Parasceues decenti luctu vidistis & audistis, ecclesiã Chři passionẽ & sepulturã Chři pie suis repsentare filijs. Nũc audietis, q̃d sibi velit hæc hodiernæ diei festiuitas, quid grauia hæreticis vexilla, q̃d, offendẽs schismaticos, processio, &c. Verum quoniã sepulchri Chři (si tñ sepulchrũ Ioseph, Vitæ, q̃d Ambrosio fieri non posse videt, tribui potest) etiã in hac lectione mentio fit, saltem hoc breuitatis causa, de sepulchro dicam, Esaiam cap. 11. sepulchrũ hoc gloriosum prædicare: Menuhatſo cabod, hoc est, reqes eius (intellige sepulchrũ) erit gloriosa. Hoc & ad huius diei facit solennitatem. Passio fuit, iuxta Philonẽ, oĩm turpissima, mors acerbissima. succedit vero sepultura honestissima, & sepulchrum gloriosum. Monumẽtũ augustissimũ est, splẽdidissimũq;, vel supra cœlũ & supra solẽ delectabile: non solũ propter sanctaꝝ matronaꝝ, apostoloꝝ & angeloꝝ frequentiam, sed ꝓpter sacrosancti corporis dñi contactũ, requiẽ & diuinę potẽtiæ excitationẽ, ꝓpter ꝓphetica oracula & multa salutaria nr̃æ fidei mysteria. Ambrosi⁹ i epl̃is & i sermonib⁹ ostẽdit, q̃bus ratiõibus & instar habeat vẽtris virginalis Matris dñi gloriosissimæ. Faciũt & hoc alij catholici: nec habẽt Rabi Iudæoꝝ q̃d cõtra hanc nostrã expositionẽ Esaię 11. possint mutire.

sepulchrũ dñi gloriosum.

Postq̃ secundũ historiã euangelicã Chr̃s mortuus fuit & sepultus, putabatur nõ nisi in nouissimo die resurrecturus. Secundum eam vulgi opinionẽ & matronæ, de quib⁹ iam audiuimus, deceptæ, arbitrabant corpus dñicum corruptioni fore obnoxiũ. Verum q̃tenus Chr̃m veꝝ ꝓphetã, & eũ oĩm maximũ crediderũt, doctrinã eius imo pectore reseruabãt: exemplũ q̃q; virtutũ omnigenũ adhuc, tanq̃ viuentis, ante earundem oculos versabatur. Amorẽ itaq;, quẽ sempꝑ erga Chr̃m superstitẽ adhuc habuerũt, ne mortis q̃dẽ acerbitas & passiõis species turpissima abolere potuit. Emerunt itaq; aromata, q̃b⁹ sacrosanctũ corp⁹ vngẽdo, putredinẽ diu arcerẽt: idq; more Iudæoꝝ. Mos ille oblinendoꝝ cadaueꝝ, & ethnicis & Iudæis fuit cõmunis: ꝙ mors tam in pios, q̃ in impios ius haberet. Patriarcharum vox erat, Descendã ad inferos, Ge. 37. Sapiẽtes scãdalizati, videntes doctũ iuxtã atq; indoctum cadere, Eccẽs 2. Simeon primus, viso infante Chr̃o, mortem pacis vocabulo circũloquebat. Christus, quẽ synagoga vnxit, e cruce sublatum, noluit rediuiuus iteꝝ vngi à mulieribus, ecclesię typon gerentibus.

Mortuos suos tam Iudęi q̃ ethnici vnxerũt.

Præseruabat vnctio cadauera à putredine ad tempus, nõ perpetuo. Vnde dicit Iob: Putredini dixi, mater mea es: & vermibus, fratres mei estis. Cordatiores in synagoga, vnctionẽ habuerũt tanq̃ cæremonias & typum vnctionis spiritualis, q̃ merito Christi regale sacerdotiũ oẽs designamur. Prophani abutebant in pompã & vanitatem. Idem & hodie vsu venire videmus in iustis funebrib⁹, q̃ in tam superstitiosam abierũt pompã, vt schismatiõ huius tẽpestatis oĩm certissima occasio existant. Nõ possunt tamen excusari schismatici, quod abusus exequiarum tantos ꝑtexentes, hęreses olim damnatas ex orco reuocãt fere oẽs. Poterant eñ citra funestã eam tragœdiã schismaticam, q̃cquid id est abusuum, autoritate patrũ & canonũ salua, apostolica traditiõe & pietate intemerata corrigere: q̃ vesania execrabili etiã ipsos S. pr̃es cõculcare, immo etiam cũ S. canonibus in cineres redigere Vulcano, & tanq̃ hęresios reos, condẽnare ꝑsumpserũt. Ioseph & Nicodem⁹ propter abusum synagogæ, laudabilẽ ritum eũ, quẽ ꝑsancte sancti tenuerũt patres, nõ abrogauerunt. Impij regis Asæ abominabile cadauer, superba plane delibutione pollinctum vides 2. paral. 16. Dicit ibi: Posuerunt eum super lectũ suum plenũ aromatibus & vnguentis meretricijs, q̃ erant pigmentarioꝝ arte cõfecta, & cõbusserunt sup eum ambitione nimia. Execrabilis plane pompa illa & luxus. Sed cõmendabilis oblinitio, q̃ Ioseph reliquias sacras parẽtis sui fecit pungi, Gen. 50. vbi dicitur: Præcepit seruis suis medicis Ropheim, vt aromatibus condirẽt patrẽ suũ. Hic nõ habetur, q̃bus aromaton speciebus funebre vnguentũ confectũ fuerit, queadmodũ chrismatis sacerdotalis et regalis cõfectio literis mãdata est. Non vacat mysterio, q̃d Ioan. 19. dicit, Nicodemũ misturã myrrhæ & aloes ad libras ferme centũ attulisse, Christũq; inde punxisse. Iesum, inquã, vnxerũt, nõ funus, nõ cadauer, quia neq; sacrosanctũ corpus, neq; venerabilis aĩa Deitatis ꝑsentia destitui poterat. Separauit se diuinitas in cruce à Christo, q̃a subtraxit ꝓtectionẽ, non soluit vnionẽ. Mortuus est Chr̃s diuinitate recedẽte, hoc est, effectũ potẽtiæ defendẽdo nõ exhibente. Sed neq; corp⁹ venerabile in sepulchro, neq; animã sacrosanctã dereliquit in inferno, 3. Sentẽtiaꝝ dist. 1. & sequẽtib⁹. Vnctus itaq; Chr̃s duaꝝ specieꝝ charismate, ad significandũ corp⁹ diuina ꝑsentia haud quaquã orbũ. Specieꝝ haꝝ etiã sic coniunctarum, mentio fit Prouer. 7. Cant. 4. Plinius myrrhobalani cõfectionem describit, myrrhæ arabicæ, stactes, aliorumq; aromaton mentionẽ faciens. Idẽ alibi Cedriæ meminit,

nit, dicēs inde etiā defuncta corpora incorrupta diu cōseruari: qppe q hęc xerantica exiccatiua exiſtāt. Theophylact⁹ q̄q; dicit, vnguēta ea virtutē ſiccādi habere, humorē'q; corporis exorbēdi. Cedri virtutē paſſim apud poetas etiā inuenias. Hinc Perſianū hoc hemiſtichiū extat: Et cedro digna locut⁹. Horati⁹: Spamus carmīa fingi poſſe, linēda cedro. Et Hemina in Annalibus ſcriptū reliqt, libros Numę reptos à Cn. Terentio ſub Ianiculo incōſumptos, q̄uis annis D.XXXV. infoſſos, qm̄ cedrati eſſent. Apud Martialē huius gn̄mi crebrā mentionē inuenias. Verū hoc nihil ad nos: ſufficiūt nobis ſpecies eæ, q̄s euāgeliſta recēſet. Seduli⁹ certo tropo xeromyrrhā vocat vnguentū hoc, ſpeciē ponēs p gn̄e. Myſteriū hic eluceſcit, q̄re tres orietales magi infantulo Chr̄o myrrhā obtulerint. Significationē paſſionis myrrha p ſe fert. vnde, teſte Theophylacto, myrrha ſuos mortuos ſepelire cōſueuerūt Iudæi. Vnctus itaq; Chriſtus ritu Iudæorū, ipſi ſynagogę plane ſatis faciēs. Plus ſatis eſt actū. nequidq̄ ſolicitæ eſtis Mariæ. licet in veſpa ſabbathi vnguēta redimere, ſed in aurora diei dn̄icæ vngere Chr̄m non licebit. Prima ſabbathi, diluculo, valde mane, exorto iam ſole, veniunt ad monumentū. ſed ne ſic quidē tēpeſtiue, quantū ad vngendi officiū. Neq; em̄ dabit ſanctū ſuū videre corruptionē, Pſal. 15. Supuacaneus ergo mercatus vnguenti ſynagogici: in eccleſia precioſiora gratis danť chariſmata. Mulieres eccleſiā, q̄ paſſim in ſcriptura ſpōſa vocať, pſignāt. Viri Ioſeph & Nicodemus, patrū typū referentes, non legūtur reuerſi. Chriſtus, cui om̄e bonum placet, ipſarū mulierū piū propoſitū haud quaquā adſpnari, ſed potioribus fidei chariſmatibus repēdere, quanquā ſe vngi, immo ne tangi quidē ab his, ea fidei infirmitate laborātibus, nollet. Noli, inqt, me tangere ſynagogica merce: verū quoniā bona intentione veniſtis, tangite ſpūſancti dono, tangite fide. Sic tāgit (hoc eſt, contemplatur) eccleſia, poſthac charitatis præmiū accipiens, oculo ad oculū viſura & fruitura. ¶ Mulieres pollinctrices has pias, Marcus noīatim exprimit, duas vocās Marias, quod & Matthęus facit. Prima vocabatur Magdalena cognoīe, q̄ſi à turri. Migdal dicitur turris, Græce πύργος. Vnde Hieronym⁹ ad Principiā, vocat Pyrgiten. Septē ab ea dæmones abegit dn̄s Luc. 8. Adhęſit non ſolū doctori Chr̄o, ſed eodem amore quoq; adſtitit, tanq̄ ſeductori morienti, Ioan. 19. Sunt qui hanc quoq; ſororem Marthæ putēt. Altera dicta Iacobi minoris, puta mater, & ipſa Galilæa, Chriſtum ſecuta, cruci'q; eius adſtitiſſe legiť Matt. 27. Marc.

Tangere Chriſtū, qd ſit.

15. Diciť & mater Ioſeph. Iacobus ille minor & Ioſeph, dicunť fratres, Mat. 13. Colligi poteſt, fuiſſe ſororē virginis glorioſæ, & vxorē Cleophæ, Ioā. 19. Apud Euſebiū legimus, Simonē quoq; Cleophæ filiū fuiſſe, lib. 3. cap. 32. Tertia fuit Salome, quę ſecundū Origenis (quā Theophylact⁹ ſequitur) opinionē, mater fuit Ioānis & Iacobi maioris, vxor Zebedęi, cui⁹ mētio fit Mat. 20. Mar. 10. Sunt q & hanc Mariā vocitēt ex apocrypho quodā libello. Sed canonica ſcriptura ſaltem ſex Marias ex noīe expreſſe appellat. Prima, ſancta Dei eſt genitrix, filia diuæ Annæ & Ioachemi. Secūda, ſoror Marthæ & Lazari: quæ tamē, ſecundum quoſdā, Magdalena q̄q; fuiſſe putať. Tertia, Maria Magdalena, de q̄ iam diximus. Quarta, Maria Iacobi, cui⁹ & iā mentionē fecim⁹. Quinta, Hieroſolymitis quędam fidelis, hoſpita S. Petri Act. 12. Sexta, Romana quędā, cuius mētio fit Ro. 16. Sed ad euangeliū. Matthæus habet: Veſpa autē ſabbathorū, q̄ luceſcit ī vnā ſabbathorū, venit Maria Magdalene & altera Maria, vt viderēt ſepulchrū. Marcus habet: Et cū pteriſſet ſabbathum, Maria Magdalene & Maria Iacobi, & Salome, emerunt aromata, vt veniētes, vngerent Ieſum. Et ſummo diluculo diei primi ſabbathorū, veniūt ad monumentū, orto iam ſole. Sic fere & Lucas habet. Attēde hic ad hiſtoriæ veritatē: Sabbathū magnū fuiſſe Iudæis paſchalē illum: vnde & dies om̄es eius hebdomadis, ſabbathi dies noīarunt, à ſabbatho illo magno. In ipſo itaq; ſabbatho ad veſperā, qñ per legē hoc licebat, Mariæ vnguentū emerunt, vt venirent prima ſabbathi, & vngerent Ieſum. Iuxta hoc piū animi ſui inſtitutum, venerūt prima ſabbathi: hoc eſt, die q nobis eſt paſchę, & quē nos dn̄icū vocam⁹, & cultu ſempiterno celebrē habem⁹. Feſt⁹ ille dies. ſed & venerabiles Mariæ, pdicabiles à bono ope charitatis. bonę voluntatis op⁹ q̄q; ipſum cōmendabile, vt tandē hæreſis cōfuſa cōticeſcat, bonis'q; opibus meritū denegare ceſſet. Attēde primo Mariarū liberalitatē. Nō parcūt nūmis, nō ſunt auaræ Chr̄o pceptori ſuo etiā vita defuncto. q̄nta fuit earū in Chr̄m largitas, q̄ etiā mortuū tātis pſequi nō ceſſabāt officijs? Deinde nō erāt in bono ope tepidæ. Sabbatho vix elapſo, emerūt aromata. primo mane vigilāt, ad monumentū curriculo maturant venire. Tertio, ſolicitæ erant & quantū in ipſis erat, paratæ amouere lapidē. Quarto, ſecuræ minarū cohortis ſepulchrū cuſtodiētis: impauidæ ſiquidē iuerunt, ſaltem de amotione lapidis ſolicitæ. Adeo verū eſt, q̄d diciť: Fortis vt mors dilectio. Chryſoſtomus dicit, viris ab illis petendū exemplū. Hui⁹

Mariæ 6. in ſcriptura canonica nobiles.

vero satis. Nunc priusquã ad sequẽtia abeamus, cantemus prius cum Sedulio presbytero, laudantes dñm & dicentes:

Xeromyrrham post sabbathum
Quædam vehebant corpori,
Quas allocutus angelus,
Viuum sepulchro non tegi.
Hymnis venite dulcibus,
Omnes canamus subditum
Christi triumpho tartarum.
Qui nos redemit venditus,
Zelum draconis inuidi
Et os leonis pessimi
Calcauit vnicus Dei,
Seseq́ꝫ cœlis reddidit.

Et dicebant ad inuicẽ: Quis reuoluet nobis lapidem ab ostio monumenti? Et respicientes, viderunt reuolutum lapidem. Erat quippe magnus valde.

Eia quãta fuit piaꝝ solicitudo? quanta charitas? Nunc primũ subit illis lapidis magni illius, ori monumẽti aduoluti. Non timẽt cohortẽ, saltẽ amouẽdi lapidis tangit eas cura. Mulieres erant, lapis fuit magnus valde: quẽ ne machinis qdem tractatorijs reuoluere potuissent. Hæc sola eaꝝ curat cæterum paratæ pro Chrĩ noĩe quodlibet discrimẽ subire. Sepulchri descriptionem haud facile posse dari credo, cũ mos ille sepeliendi & sarcophagoꝝ in hortis ædificandoꝝ aboleuerit. Sunt hodie Bustirapæ potẽtiores, q ne in tẽplis quidẽ beatoꝝ reliquijs parcunt. Sepulchrales hodie lapides euangelici noui, proh pudor, ad quoslibet vsus fori cõuertunt. Et vsq; adeo sunt bruti, siue hoc ita fata volunt, vt superscriptiones & insignia mortuoꝝ quorũcunq;, nobiliũ & plebeioꝝ, eradere curarint. Apparet euãgeliũ tale ĩ frigida natiõe, vbi adeo crassi & obesæ naris euangelici fratres nascuntur. Quis sperauerit aromaton tantas opes hodie intactas, si etiãnũ in hortis busta ędificent? Instar mõtis lapis nullus esset ad huiusmodi specieꝝ reseruationẽ. O tẽpora, o mores. Legimus & Lazari conditoriũ tali lapide obstructũ. Sed vos o pię sorores, immo nrę apud Deũ intercessores, non poterat vestrã pietatẽ lapis ille remorari, vtcũq; magnus. Dñs eos qui sibi inseruire cõstituũt, iuuat. Beatificamus vos fortitudinis & pietatis. Vos virtutũ & meritoꝝ documentũ, diuinitus nobis datũ, læti recipimus. Vos typus ecclesiæ. In vobis clarissime elucet, qua potentia bonũ propositum in suis electis elaboret Deus, quaq́ꝫ largitate coronet. Attendamus charissimi. Deus intentionẽ mulierũ simplicem quidẽ, sed solidæ fidei non adeo consentaneam, non despexit, sed promouit, & maximis charismatum præmijs recompensauit. Vident præter spem reuolutũ lapidẽ, patet os monumenti, exanimati custodes non obsistũt, nihil vsquã periculi, sed vndiq; consolatio extat præsens. Votis matronarum sanctarum succedunt oĩa, præterquã ꝙ in tumba emortuum vngere non licuit. Nihilominus bonũ propositũ approbãs Viuus, ipse corda eoꝝ fidei inunxit charismate cœlesti. Quid ergo nos trepidamus? quid murmuramus, ab hæretico aliquo seducti, dicẽtes legem esse grauiorem, quàm vt eam præstare possimus? Si Deus tantæ simplicitati mulierũ non defuit, præsto erit & ijs, qui mãdata oris eius custodire præsumũt. Veritatis doctor sanctus Hieronymus, dicens, in oĩbus mandatis legislatorẽ potius, quàm legem, æstimandũ. Impiũ est dicere, Quis hoc poterit præstare, illud vitare? Spũs sancti gratia oĩa potest, fides oĩa potest, charitas oĩa potest. Sacerdotes de resurrectionis dñicæ sacramento plura legẽt, populo denunciãda, apud Hieronymũ ad Hedibian, Quæst. 3. 4. 5. & 6.

Bustirapę sunt hodie noui euangelistæ.

Lex domini nõ est supra potentiã charitatis.

Et introeũtes in monumẽtũ, viderũt iuuenẽ sedentẽ in dextris, coopertum stola candida: & obstupuerũt.

A die resurrectionis lapis ille frigidus & põderosus legis, oĩa mysteria salutis occultans, amotus est: nunc itaq; clara & certa oĩa. Mariæ ingrediuntur sepulchrũ, maxima vndiq; & ea stupescenda vidẽt Dei magnalia. Ecce (ait Matthæus) terræ motus factus est magnus. Terra, quæ moriente vita, motabatur horrore: nunc ea resurgente, Chrĩ concutitur exultatione: iam non scinditur petra, sed amouetur. Morituro, in horto adfuit angelus: resurgens, in horto frequẽtes testes habuit angelos. Primus in lapide quem amouerat, sedit: idq; ad dexteram sepulchri. Erat adspectus eius sicut fulgur, & vestimentũ eius candidũ vt nix. Ideæ angelicæ descriptio istæc, angelicis quadrat partibus. Fulgur, igneus splendor est: Deus noster, ignis consumens est, habitans ignẽ inaccessibilem, merito angeli eius in fulguris specie apparent, quũ & ipsi iuxta Psal. 103. plurimũ à tanto referunt ardore, vnde & Seraphim dicuntur. Candor conuenit veritati, cõpetit benignitati, quadrat felicitati. Quid Deus nisi ipsa puritas, ipsa veritas, ipsa misericordia & beatitudo? Rite ergo eius nuncij designãtur candoris specie. Vtrũq;, ignẽ nimiꝝ & candorẽ, vides in sancta metamorphosi siue trãsfiguratione Chrĩ Mat. 17. Item in visione Apo-

Lapis lo[...]stuari[...] legis typus erat.

Angeli cœli commodasi specie semper apparent.

Apoc.1.10. Fulguris splendor datur etiam angelis Danie.10. Vestimentũ angelicũ Marcus vocat stolam. Hic περιβεβλημένον, hoc est, amictũ, cum pro veste, tũ pro stola accipiunt. Refert vestẽ eam, qua sacerdotes in sacris vestiunt, q̃ dicit poderis siue alba. De angelica ea stola plura legis, nẽpe byssum referre Daniel.10. Apoc.6.7. Candor niuis celebrat item Danie.7. Matth.17. Idẽ est quod Lucas dicit: Ecce duo viri adstiterunt iuxta illos in vestibus fulgurãtib⁹. Hieronymus hoc fulgore siue candore intelligit triũphãtis Christi gloriã. Summa: etiã angelorũ habitus designat Christũ esse verum Deũ & hoĩem, angelorũ dominũ. Nihil tenebris cũ luce, vnde claritudo decet Christi angelos. Potest & satan figurã angelorum lucis mẽtitam assumere, & hæretici sibi veritatis opinionem vendicare, sed euidens fiet mendaciũ. Nihil terrificum in angelis Agnelli Dei Iesu Christi. hæretici nihil nisi minas spirant, nihil nisi fraudem ꝓditoriam tractãt. Adeo deniq; sunt obscuri versipelles, vt ne seipsos q̃dem intelligant. Proteo & Vertũno magis varij, seipsos subinde corrigũt, album nigro mutãtes. Neminem moueat, ꝙ S. Marcus saltem vnum νεάνισκον, hoc est, adolescentẽ commemorat, cũ Lucas duos recenseat. Est inter angelos ordo dignitatũ, vnde & throni & dominationes apud Dionysium & alios S. patres vocant. Antesignanus itaq; super lapidem sedit sepulchralẽ, erudiens & consolans mulieres. Duo adstiterũt illi testes & collegæ. Et hoc notandũ: Scriptura etiam angelos, viros solet vocare, Gene.19. Dañ.10. Act.1. De famulatu angelorũ Hieronymus in Matthæũ ait: Dñs noster vnus atq; idem filius Dei atq; filius hoĩs, iuxta vtranq; naturã diuinitatis & carnis, nũc magnitudinis suæ, nũc humilitatis signa demonstrat. Vnde & in p̃senti loco, quãq̃ homo sit qui crucifixus est, q clausus tumulo, quẽ lapis oppositus cohibet: tamen quæ foris aguntur, ostendunt filiũ Dei, sol fugiens, tenebræ ingruentes, terra commota, velum scissum, saxa dirupta, mortui suscitati, angelorũ ministeria, quę ab initio natiuitatis eius Deum probabant. Ad Mariam Gabriel venit, cum Ioseph angelus loquitur: idẽ pastoribus nunciat. angelorum postea auditur chorus, dicentium: Gloria in excelsis Deo. Tentatur in solitudine, & post victoriam statim ei seruiunt angeli. Nunc quoq; angelus venit custos sepulchri dominici, & in vestitu candido signat gloriã triũphantis. Necnõ adscẽdente dño, duo angeli in olìueti mõte cernunt, pollicentes apostolis secundũ saluatoris aduentũ. Hacten⁹ ille. Videamus nunc, quid ad dominicũ sepulchrum negocij angeli habuerint.

Albæ vestis sacerdotalis significa[tio].

Hæretici veritatis opinionẽ sibi vsurpãtes, perpetuo nõ latere poterunt.

Qui dixit illis: Nolite expauescere: Iesum quæritis Nazarenũ, crucifixum: surrexit, non est hic. Ecce locus vbi posuerunt eum. Sed ite, dicite discipulis eius & Petro, quia præcedet vos in Galilæam. Ibi eum videbitis, sicut dixit vobis.

Aestimate quæ dicta sunt de angelis lucis. Nõ ociose hæc præmissa. Ablatum est oẽe dubiũ. videm⁹ lucis angelon. Angelo veritatis nũcio credendũ. fallere siquidem nõ potest. Credamus fratres angelo lucis, quẽ semp veracẽ inuenimus. Nõ illuserũt Abrahæ, Loth, Iacob, Mosi, Gedeoni, Manue, Tobiæ, Samueli, Dauidi, & oĩbus filijs Israel. Neq; item angeli in nouo test. imposuerunt Zachariæ, Mariæ virgini, Iosepho, eiusdem spõso & tutori fidissimo, Magis orientalibus, pastoribus Bethlehemitanis, Petro, Paulo, Ioanni, & alijs cum quibus egerũt, oĩbus. Credamus ergo veritatis nuncio digno. Res tanta p angelon primo debuit p̃dicari. Rei tãtę testimoniũ, primo p angelos fuit ꝓhibendũ. Voluit dñs suã natiuitatẽ, resurrectionem & adscensionem per angelos denũciari. Denũciauerũt & denunciabunt & diem extremũ. Felix q crediderit, seq; ad illũ diem cõposuerit, ne tunc bonorũ operũ nudus, atq; adeo turpis inueniatur, Apo.3.16. Hoc vt fiat, credẽdum angelis, Christi natiuitatem, resurrectionẽ & adscensionẽ p̃dicantibus. Euangelicã denũciationẽ de resurrectione dñica, nunc demum audiamus. Nolite expauescere. Hoc est veri lucis angeli ingenium. Apud Val. Maximũ Tęnarius ille spiritus ex ꝓprijs loquebat, dicens se cacodęmona. Maledictus ille, nihil iucundũ, nihil consolatoriũ: sed exspes, sed horrẽda, sed desperabũda dicit & facit oĩa. Mulieres hæ, ex insolita & insperata diuinæ maiestatis claritate exterritæ, angeli consolatione audita, spũs deuotiõe plus sunt accensæ. Maria saluatoris mater, nõ ex noua & insolita visione angeli, sed ex noua & nunq̃ antea audita salutatiõe cõturbata, & ipsa angeli solamina accepit. Adde ꝙ & dño Iesu angore correpto, atq; in agonia sanguinem sudanti adstitit angelus e cœlo, corroborans eum. Adeo officij angelici est, animos releuare atq; lenire. Euangelium quoq; inopes animi quoscunq; solatur. Sequitur: Iesum quæritis Nazarenum. Ecclesia militãs quærit, triumphans possidet. Beati qui sitiũt & esuriunt iustitiã. In Canticis sponsa subinde quæritat pauida, solicita & ardens. Qui

Angelis lucis credendum.

Angelorum lucis ingeniũ.

ſcrutatur,cõfirmatur Pſal.104.Qui exquirit,inuenit,Sap.6.Mat.7.Luc.11. Quærēti regnū Dei,oĩa ſubijcient,Luc.14. Sūma: q̄ indagat,viuet.Pſal.68.Amos 5.Mariæ q̄ſierūt ĩ ſimplicitate cordis,iuxta Sap.1. Væ duplici corde. Mariæ perq̄ſierunt dum inueniri poterat:cito,ſummo diluculo,orto iam ſole.Eſaias cap.55.& nos ſubmonet vt ita quæramus. Niſi ſic peruestigauerimus,eccleſiæ non erimus. Ieſum,ait,quæritis Nazarenū.Notum nomē angelis: quia(q̄d ſæpe admonui)Ieſus, propriū nomē eſt Dei. Hoc nomen glorioſum matri Chriſti,virgini Mariæ: hoc adorandum nomē Ioſepho, anteq̄.Chriſtus naſceretur, cõmiſſum eſt.Ieſum,ait,quæritis.Q.d.Ille communis noſter amor,oĩm cõditor & ſeruator. Eia ergo ſorores charæ,germanæ dilectæ, ne expaueſcatis.Ieſus ille cœli & terræ dñs interceditq̄ quē qui inueſtigat,non errat.Sequit: Crucifixū. Et hoc facit ad euāgelion gloriæ filij Dei.Theophylact⁹ crucifixū noĩat, Nō em̄ pudet crucis,quæ ſalus eſt hoĩm & bonorū caput. Chryſoſtomus dicit crucis ignominiā, q̄ ante Chri mortē inter oĩa ſupplicia maxia fuit, nūc verſam in gloriā cœli terræq̄.Verū hoc eſſe,vel ex verbis angeli accipi poteſt.Sermo crucis euangeliū, virtus eſt Dei. Chrm crucifixū Apls vnice p̄dicauit,1.Co.1.2.&c. Iudæi & cœlo & terræ ſunt exoſi,quia crucis gloriā auerſantur & calūniant̄,dicentes, Talui (triſſyllabo) hoc eſt, ſuſpenſus eſt. Infelices,etiam ſuos ipſorū p̄phetas naſo ſuſpēdūt,pſal.22.Eſa.53. Surrexit, nō eſt hic. Ieſus dñs & Deus noſter, vitæ eſt autor. reſuſcitauit Lazarō, filiū viduæ,& puellā filiā archiſynagogi, vt videatis illi nihil impoſſibile.Sed illos q̄s e mortis ergaſtulo eripuit, huic vitæ reſtituit.

Chrs reſurrexit glorioſe.

Ipſe vero nō ad hanc vitam pœnalē atq; adeo miſerā,ſed ad gloriā cœleſtis vitæ reſurrexit.Nō eſt hic corporaliter,veſtris donis opus habēs:nō eſt hic,vt eū aromaton ſpeciebus citra fidē delinire & contrectare poſſitis: glorioſus ſiqdē reſurrexit. Mors mortua eſt, & q̄ oĩa hacten⁹ momordit,& à mordēdo nomē traxit, potētioris morſu perijt.Satanæ caput cõtritū eſt: p̄phetarū oracula ſuū effectū nacta ſunt oĩa.Eſa.11. Sepulchrū ei⁹ glorioſum. Menuhatho cabod. Oſe.6. Baiom haſliſi Jekimenu, Venihie Lephanaſ, hoc eſt, in die tertia ſuſcitabit nos,& viuemus in cõſpectu eius.Qui locus ſecundū antiquorū ſenſum, teſte Hieronymo & Theophylacto,de Chriſti anaſtaſi proprie eſt accipiēdus. Ipſe ſiquidem ſolus eſt,ad quē certa fiducia confugimus, vt nos ſaluet. Lœtale illi vuln⁹ noſtræ carnis natiuitatis,prodimus:credentes, nos p̄ ipſum & cum ipſo in die tertia reſurrexiſſe,q̄ tandem fides anaſtaſis vera fuerit.

Hiſtoria euangelica ſacroſancta.

Nō ſufficit, hiſtoricam veritatem noſſe, & hiſtoriæ ſaltem credere:ſacramentum & effectus potiſſimum eſt requirendus, cordiq̄ committendus. Guſtanda & vidēda eſt bonitas,iuxta pſalmiſtam. Item ſentienda eſt bonitas domini.Affectus dulcis,credere in capite noſtro nos omnes reſurrexiſſe:mortem,inferum, ipſumq̄ deniq̄ diabolon eſſe debellatum.Per hominem mors,per hominem item reſurrectio mortuorū.Quēadmodum per Adam omnes moriūtur,ita & in Chriſto omēs viuificabuntur:vnuſquiſq̄ autem in ſuo ordine:primitiæ Chriſtus. deinde hi qui ſunt Chriſti,1.Co.15. Primogenitus ex mortuis,& primitiæ reſurgentium, vitam nobis hac die peperit, quia eius membra ſumus.Nam ſi credimus q̄ Chriſtus mortuus eſt & reſurrexit, ſic & Deus eos qui obdormierunt per Ieſum,adducet cum illo,1.Theſſ.4.Paſſus eſt propter peccata noſtra,& reſurrexit propter iuſtificationem noſtram,Ro.4.

Reſurrectionis articulus maximus.

Hic eſt maximus ille noſtræ fidei articulus, quem eccleſia primitiua à baptizandis cum primis requiſiuit. Hæc omnia ad oraculum Oſeæ referenda: In die tertia viuificabit nos.

Tertiæ diei Chriſti anaſtaſios ratio.

In tertia,inquā die ſaluabimur.Numer⁹ certus,ne quis dubitationis ſcrupus relinquatur. Vnde ſi in hac præſtituta, prædicta, & prædeſtinata die non reſurrexiſſet,de fide noſtra, ac per hoc etiam de noſtra actum eſſet ſalute. Pie canit ergo Poeta:

Tertia lux redijt,ſurge ſepulte *Deus.

De myſterijs huius numeri iam nihil dixero.Saltem quod ad fidei argumentum facit,docebo. Accedit huc typus Ionæ prophetæ.Vidēs in altū piect⁹,abſorbebit à balena,q̄ deuoratū, tertia die terræ incolumē reddidit. Hiſtoria nihil aliud præ ſe fert,q̄ huius de qua iam agimus, ſacræ anaſtaſios myſterium, Matth.XII. Vbi vides Chriſtum hanc ſuam reſurrectionem ſacroſanctam præciniſſe, vt fides certior reddatur.

Trium dierum ratio ſic ſe habet. In paraſceues luce ſepultus eſt:in ſabbatho magno ſabbathum egit: altera ſabbathi reſurrexit.Sic ſecundum Auguſtinum,cata ſynecdochen habes tres dies.Prima dies accipienda ſecundum partem ſui extremam:ſecūda accipiēda eſt ab ipſa diei integritate: tertia, à parte ſui prima.Vnde dicitur Matthei XVI. Marci X. Lucæ XVIII.Tertia die reſurget. Et duo diſcipuli quum irent Emaus, dixerunt: Tertia dies eſt hodie q̄ hæc facta ſunt.

Tertiæ diei Chriſti anaſtaſios myſteria.

Beatum triduum,ſiue triemeria.Plurima huius temporis ſunt myſteria.Huic reſpondet tempus incarnationis, tēpus q̄dragesimalis abſtinentiæ. cõſentiūt horæ huius tēporis,cū q̄dragenario dierū à

re

resurrectione vsq; ad adscensionem. Immo etiã conuenit annorũ quadragenarius, quibus populus Israel fuit in deserto, adeo sanctum est illud triduũ & mysterijs plenũ. sed quod dixi, in pręsentiarũ tanta arcana discutere nolo, ne prolixiori sermone vestram charitatẽ onerẽ. Omissis ergo mysterijs, historiã repetemus. Prima die de cruce depositus, atq; vnguẽtis preciosis perlitus, munda sindone in nouũ monumentũ positus, legem terminauit. Altera die requiescẽs, sabbathũ nobis perpetuũ, quod apud prophetam sabbathũ ex sabbatho dicitur, sanctificauit. Tertia die, suapte virtute leo de tribu Iuda mortificata morte, deuastato inferno, deuicto satana, resurrexit, vt nos liberati, sine timore seruiamus Deo, mortui mundo, q̃d reliquũ est tẽporis, Deo seruiamus. O sacrum triduũ, etiã secundũ veritatẽ historiæ. In quo, vt summã felicitatẽ paucis complectar, chirographũ quod erat contrarium nobis, per decreta e medio sustulit, affixum cruci, & in quo expoliatos principatus & potestates ostentauit palàm, triumphãs per semetipsum de illis, Coloss. 2. Sequitur: Ecce locus vbi posuerunt eum. Aduertite, attendite, videte, Auribus audite testimoniũ angeli: oculis contẽplemini locũ, vbi posuerunt eũ: cernite sudaria, videte sudarium & vnguenta, q̃bus eum Ioseph & Nicodemus delibutũ & deuinctum sepelierunt. Duplici argumento deuictæ mulieres piæ, veritatẽ crediderunt. credamus & nos, ijsdẽ tecmerijs superati. Adeo omnia sunt certa, vt etiam oculis satisfiat: cum iuxta prouerbium, oculatus testis certior esse dicatur. O dulcedinem, o gaudia. Obmutuerunt mulieres præ tanta dulcedine, præ tantis gaudijs. Ecclesia nunc assidue respondet angelo, Christũ verum Deum & hoĩem confitens, vacuũ monumentum tanquã rem Christi contactu consecratã, venerando, visitando, deosculando, iuxta hoc: Vestigia pedum eius adorabũt. Dauidis, Salomonis, & aliorũ diuorum sepulchra ossibus plena, nullã merentur admirationẽ, nullum cultũ. Vacuum hoc bustum, dignum admiratione & veneratione omni. Inde Iudæis, inde ethnicis insultare possumus, ipsiq; triumphato hosti diabolo. Inde gloriandi, inde exultãdi rationem sumimus. Hinc mendaces mendacij conuincimus, hinc fidei sacræ fundamenta iacimus. Dicimus siquidem: Iudæi & Pilatus aut sepultũ nobis reddant, aut rediuiuũ nobiscum adorent. Alterum eligendum, tertium non restat. Sacrosanctum corpus poteratis affigere cruci, quia hoc voluit, quia prophetæ hoc præcinere. Exanimatum corpus in sepulchro grandi mole occlusum, consignatũ, custodia cohortis munitum, detinere non poteratis, quia hoc noluit, quia vates eũ tertia die resurrecturum prędixere. In cruce visus est Marię filius, in sepulchro verbum est declaratus. Infelix synagoga luget amissum, luget cõfusa. Ecclesia exultat in reperto, ineffabilibus fidei charismatibus exornata. Sequitur: Ite, dicite discipulis eius & Petro. Quærebant mulieres in sepulchro alipteriũ, & inuenerunt acroateriũ: hoc est, vngendi locus factus est audiendi. Pollinctrices, factæ sunt prędicatrices. Filius mulieris, genus maternũ voluit honestare, ne qs posthac illi generi culpã Heuæ posset exprobrare. Attende virginitatis fœcũdæ meritũ, sed & attende vigilantiæ & pij propositi præmiũ. Melior est vigilantia somno. Pastores vigilantes, primũ omnium audierunt euangelion de Christo nato. Vigilantes hæ sanctæ matronæ, audierunt euangelion Christi resurrectionis. Iam hora est nos de somno surgere. Surgamus ergo fratres, ne perpetuus nos somnus occupet. Munerarius & agonotheta præsto est, certemus bene faciendo. Apostolos apostolorũ fecit vigilantes mulieres. Dicit illis angel⁹: Vos videtis Christum resurrexisse primæ, quia primæ aduenistis: primæ cordis vera gaudia, quæ mundus abolere non poterit, accepistis, quia & hoc meruistis. Creditis: agitedum, fides charitatis expers ne sit, ociosa ne sit. Tristes ergo & plane collapsos discipulos consolemini & vos ea consolatione, qua vos solatus est Deus. Potissimũ & Petro hæc afferte gaudia. Negauit ille vehementius: dolet ergo nunc acerbius, & flet ardentius. Obserua euangelion. Quo maior est præuaricatio, hoc maior est etiam consolatio: quo grauior culpa, hoc amplior gratia. Theophylactus dicit Petri mentionẽ hic esse factam propter apostolicam dignitatem, quam & Ioannes postea detulit Petro, nolens prior in monumentum, quãuis Petro præcurrẽs, illuc prior venisset, intrare. Habes doctrinam euangelicam, bonum audisti nuncium, charitatis audisti præceptum: nihil hic nisi promissio deest. Illa si accesserit, omnibus perfectionis numeris euangelion erit absolutum. Addit ergo & promissionem, dicens: Præcedet vos in Galilæam. Promissio istæc nouam secum fert certificationẽ, quæ & ipsa desiderari poterat. Pistis rhetorum tropus, orationi angeli neutiquã deerat. Dubium, per id quod dubium non est, confirmare: siue dubijs fidem facere, Oratorum est. Qua in re & angelus hic suis satisfacit partibus. Dixerat, Non est hic. Poterant ergo mulieres tacita cogitatione pulsari & dicere, Vbi est ergo?

Sepulchrũ Chri dignũ pio cultu.

Muliebre genus cohonestauit dñs.

Pontificatus dignitas.

Angelus per Pistin orationẽ suã cõfirmauit.

Gaudium nostrum vt plenum reddatur, cupimus scire vbi sit. Cupimus eius adspectu frui, & fruitione ea gaudia cordiũ nostroꝝ adimplere. Vnde & Maria dicit: Tulerũt dñm meũ, & ego nescio vbi sit. Respõdit ergo angelus, dicẽs: Præcedet vos in Galilęã. Natiõe Galilæus est. patriã suã ergo honestabit, sic & homo mulieris fructus, vos mulieres cohonestauit. Hęc oĩa vt videatis, vera carne resumpta, ipsum viuere videbitis. Hæc omĩa ad pistin. Promissio, multorum sacramentorum locuples est. Galilæa significat transgressionem, significat & illuminationẽ: illic pœnitẽtiæ virtus, hic eius meritũ & gloria designaꝟ. De hac re cũ Gregorius, Bernardus, & alij patres homiliaꝝ autores fere agant omẽs, sacerdotes admonitos velim, vt promissiõis euangelicæ tanta mysteria, ex sanctoꝝ patrum monumentis petant. Nos, ne charitatẽ vestrã plurimis oneremus, vel ea saltẽ indicasse cõtenti erimus. Sequiꝟ: Sicut dixit vobis. Sub passionem sacrosanctam ait Matth. 26. Marc. 14. Lu. 22. Scriptũ est eñ: Percutiã pastorem, & dispergenꝟ oues gregis. Postquã aũt surrexero, præcedã vos in Galilæã. Fidelis Deus, verbi sui nõ immemor, hoc q̃d promisit, non præstare nõ poterit. Beatus q fidele hoc verbũ audit, & fideliter custodit. Duo angeli, q & hic aderãt, secundũ Lucã dixerunt: Quid quæritis viuentẽ cum mortuis? Q. d. Nihil vitæ & morti. Ineptũ est, vitam quasi mortuam quęrere vos. Nõ agunt viui in bustis. Mortui in sepulchris clauduntur, nõ viui. Sequiꝟ apud Lucam: Et recordatæ sunt mulieres verboꝝ eius. Beatæ, quæ verbum Dei ita custodierũt. Faxit Deus, vt & nos custodiamus, in suã ipsius gloriã, q in trinitate pfecta vnus Deus viuit & regnat per omnia seculorum secula. Amen.

DOMINICA PRIMA POST FESTVM Paschæ, Euangelium Ioannis XX.


Vm sero esset die illo vna sabbathorum, & fores essent clausæ, vbi erant discipuli congregati propter metum Iudæorum, venit Iesus & stetit in medio, & dixit eis: Pax vobis. Et cum hæc dixisset, ostendit eis manus & latus. Gauisi sunt ergo discipuli, viso domino. Dixit ergo eis iterum: Pax vobis. Sicut misit me pater, & ego mitto vos. Hæc cum dixisset, insufflauit, & dixit eis: Accipite spiritum sanctum. Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis: & quorum retinueritis, retẽta sunt. Thomas autem vnus ex duodecim, qui dicitur Didymus, non erat cum eis quando venit Iesus. Dixerunt ergo ei alij discipuli: Vidimus dominum. Ille autem dixit eis: Nisi videro in manibus eius fixuram clauorum, & mittam digitum meum in locum clauorum, & mittam manum meam in latus eius, non credam. Et post dies octo, iterum erãt discipuli eius intus, & Thomas cum eis. Venit Iesus ianuis clausis, & stetit in medio, & dixit eis: Pax vobis. Deinde dixit Thomæ: Infer digitum tuum huc, & vide manus meas: & affer manũ tuã, & mitte in latus meum: & noli esse incredulus, sed fidelis. Respondit Thomas, & dixit ei: Dominus meus, & Deus meus. Dicit ei Iesus: Quia vidisti me Thoma, credidisti: Beati qui non viderunt, & crediderunt. Multa quidem & alia signa fecit Iesus in conspectu discipulorum suorum, quæ non sunt scripta in libro hoc. Hæc autem scripta sunt, vt credatis quia Iesus est Christus filius Dei, & vt credentes, vitam habeatis in nomine eius.

PRAEFATIO.


Nstat adhuc sacra solẽnitas resurrectiõis dñicę. Ecclesia adhuc sacrã eam historiã, vtpote in octauis, celebraꝟ. Nostrũ est ergo, & hodie historiã eam vitalem, non secus atq̧ discipuli duo in Emaus iter habentes, ardẽter audire, vt & apertis mẽtis oculis Christum valeamus concernere. Præsens lectio duas optasias, hoc est, apparitiones vnà nobis

bis exhibet. Altera facta est absente Thoma, altera eo præsente. Verum postquã in variarũ optasiarum mentionẽ incidimus, operæ preciũ arbitror esse, vestræ charitati indicare, quot apparitiones rediuiui Christi in euangelicis libris cõmissæ inueniant. Non nostra hæc est curiositas, sed primitiuæ ecclesię pietas. Optasias decẽ Ecclesia matrix corrasit. Prima in die sabbathi facta, nimirũ tũc, cũ cepuri siue hortulani specie apparuit Magdalenæ flenti, dicẽs: Quid fles mulier? Marc. 16. Ioan. 20. Secunda, eodẽ tempore, cũ diceret aliis Mariis, χαίρετε auete, siue vt in Hebræo habet, Schalom lachen, hoc est, pax vobis, Matth. 28. Tertia Petro cõtigit, forte qñ cum Ioanne ad sepulchrũ venit curriculo Luc. 24. Ioan. 20. 1. Cor. 15. Quarta Cleophæ & eius comiti, habẽtibus iter Emaus, qñ visus ẽ parœc⁹, hoc ẽ, pegrinus, Luc. 24. Quinta, cõgregatis apl̃is, Thoma absente, Ioan. 20. Quod pars est lectionis hodiernæ. Sexta, apostolis iterũ congregatis, Thoma vnà cũ illis existente, quæ altera pars est huius lectiõis. Septima, quãdo discipulis in piscatione apparuit, dicens illis: Pueri, nunquid edulij habetis? Ioan. 21. Octaua, vndecim in Galilæa iuxta promissionẽ saluatoris, Mat. 26. Marc. 14. Luc. 22. Hæc apparitio forte in monte Thabor facta est. In ea ipsa apparitiõe dixit: Data est mihi oĩs potestas in cœlo & in terra. Ite ergo in vniuersum orbẽ &c. Matt. 28. Nona quãdo apparuit discũbentibus, exprobrãs illis incredulitatẽ cordis eorum, videntibusq; illis, eleuatus est in cœlũ, Luc. 24. Marc. 16. Hasce apparitiones oẽs paucis verbis Lucas cõplectitur Acto. 1. Apostolus easdẽ ponit argumentum generalis resurrectionis, 1. Cor. 15. Non reluctor Ambrosio, dicenti Christũ primo matri suæ charissimæ apparuisse, quippe cum hoc rationi sit cõsentaneum, & cum Ioan. 21. & 1. Cor. 15. videamus plures factas apparitiones, quæ euangelicis literis commendatæ non sunt. In Euangelio Nicodemi plures habentur, sed quia apocryphus liber ille, prædicatoribus est vitandus. Post sacram adscensionem visus est Stephano Acto. 7. Carpo, teste Dionysio ad Demophilon: Apparebit in fine mundi dux viuorum & mortuorum, 1. Timot. 4. Et duo viri, Acto. 1. Sic veniet, vt vidistis eum adscendentem in cœlum. Salutare esset, apparitiones eas quotannis in ecclesia denunciare, & grandia ea mysteria, quæ continent, excutere. Quantis mysteriis istiusmodi lectiones sint refertæ, vel ex ea quam iam audistis, potestis colligere. Expositionem audiamus eiusdem.

Apparuit Christus decies.

Matri suę Christus primo apparuit rediuiuus.

Cum sero esset die illo vna sabbathorum, & fores essent clausæ, vbi erãt discipuli cõgregati propter metum Iudæorum, venit Iesus & stetit in medio, & dixit eis: Pax vobis.

Hoc procul dubio in ipso die Paschæ, qui Iudæis (vt supra dictũ est) prima sabbathi fuit, actũ est. In ea ipsa die dñs non solũ resurrexit, verum etiã (quod memoriæ traditum est) qnquies amicis & discipulis suis apparuit. Primo, Magdalenę: Secũdo, duabus comitibus eiusdẽ: Tertio, Petro: Quarto, duobus Emaus iter tendentibus: Quinto, discipulis, propter metũ Iudęorum ianuis clausis, collectis. Hic attende Chr̃i immensam erga nos charitatẽ, qui etiam glorificatus iam, suorum curã tantopere egit. Nouerat anxios, nouerat meticulosos. apparuit ergo illis, omnem ab eis timorem auferens, iuxta id quod dixit: Ego autẽ iterum videbo vos, & gaudebit cor vestrum. Verba sunt Psal. 90. Cum ipso sum in tribulatione: eripiam eum, & glorificabo eũ. Qui tangit vos, ait alibi, tangit pupillam oculi mei. Admonet hic locus, ne diffidamus de auxilio Dei, qui se nobis semper præsentem pollicitus est. ¶Domus hæc, in qua delituerunt discipuli ianuis clausis, putatur ea domus, in qua Pentecosten expectabãt.

Apparuit Christus qnqes in ipsa die paschæ.

¶Quod dominus clausis ianuis ad suos venit, respondet resurrectioni, atque eandem (teste Theophylacto) declarat. Perinde atq; ingentia saxa corpori glorificato obsistere non poterant, sic neq; ianua pessulo obserata, Christũ potuit arcere. Petrus e carcere eductus, pulsauit fores Mariæ matris Ioannis, qui cognomento dicitur Marcus. neq; enĩ clausis ianuis in ædes eas intrare poterat. Sed corporis glorificati alia est ratio, vtpote quæ captum excedit humanum. Sanctus Cyrillus confutat eos, qui dicunt Christum hoc loco per clausas ianuas ingredientem, corpus exuisse, atque tanquam vestẽ posuisse, rursusq; recepisse. Ita non possunt non in varios errores incidere, qui ecclesiæ basi veritatis exciderunt. Scitũ est hoc Augustini: Moli corporis vbi diuinitas erat, ostia clausa non obstiterũt. Gregorius dicit: Quid mirũ, si ianuis clausis post resurrectionem suam, in æternum iam victurus, intrauit: qui moriturus veniens, non aperto vtero virginis exiuit? Huc facit, q moriturus, multa similia fecit. Pedibus supra mare ambulauit, Matthæi decimoquarto: Quadraginta dies & noctes solidas ieiunauit, Matthæi quarto: In aere vacuo cum Mose & Helia conuersari, Matthæi decimoseptimo, Marci nono. Adeo dñs naturæ, regulis non subiacet physices.

Corporis glorificati mira est sors.

Si

Si enim hæc potuit in corpore morituro, quid (rogo) nō possit in corpore glorificato, q̄d Damascen⁹ deificatū ausus fuit appellare? Pudeat mysteriomachos, pudeat sacramētarios hęreticos suæ argutiæ, qua catholicæ ecclesiæ tanq̄ fatuæ, ideridē insultāt, dicentes Chrm̄ adscēdisse in cœlū, dexterūq; esse pr̄i cœlesti, nō ergo posse in sacramēto eucharistiæ corporaliter tractari. Cyrillus pie monet, vtinā audiāt. Si tāta, inq̄t, mysteria non poteris inuestigare, imbecillitatem ingenij humani debes accusare. Diuina mysteria captū humanū excedere, vides Mat. 26. Marc. 14. Luc. 22. Ioan. 6. 1. Cor. 11. Breuiter, Apl̄i Chrm̄ audiētes & videntes, certiores facti sunt, Chrm̄ reuera à morte resurrexisse, & vere corpore suscitato, p ianuas clausas intrasse, Et si nō habuit verū corpus, q̄d adscēdit illis? Dicunt sacramētarij nostrates, corpus corpori peruiū non esse, neq; vnū corpus simul in diuersis locis esse posse. Et si corpus non intrauit per ianuas, quid Thomæ contrectandū præbuit? Sequitur: Pax vobis. Chysostomus & Theophylactus intelligūt esse consolationē. Q. d. Ne cōtristemini, bono estote animo, en pręsto sum. Cyrillus intelligit Chrm̄ sese pacē veram insinuare & significare, cum & Apl̄us 2. Cor. 2. dicat eū esse pacē nostrā: neq; illa absurda est interpretatio. Martem & Bellonā spirat, sulfur nitratū olet interpres Germanicus, q reddit hunc locum Germanice, Habt fridt. Quę vox est militū barbarorum, pacē cruentis & Marte iam furentibus stipatoribus indicētium. Adeo nihil puri eloquij Dei, canes & porci immundi, incontaminatū relinquunt. Consolatoria hæc vox est & salutatoria, noui testamenti symbolon: q̄d ergo mirū, si schismatici eam conātur obnubilare, q non verentur pacē ipsam sanguineis rixis & cędibus funestis mutare, perdereq;?

Hæretico cū friuolis cauillis.

Et cum hæc dixisset, ostendit eis manus & latus. Gauisi sunt ergo discipuli, viso domino.

Benignissimus saluator, vt oībus tecmeriarū, hoc est, argumentorum numeris satisfaceret suis, auditui etiam visus argumenta addidit. Videte, inq̄t. Q. d. Audistis verba, humanis organis & sp̄ū vitali formata, videte & manus & latus. Videte humana mēbra. Cognoscite me. Ecce ego præsto sum, en ego ipsē adsum: ego, inquā, q crucifixus erā, corā adsum. Videte ergo manus, videte in manib⁹ fixurā clauorum. Cernite latus, cōijcite oculos in vulnus, q̄d lateri meo lancea militis incussit. Intuimini & cōsiderate, ne cogitetis me aliud corpus quodcūq; assumpsisse, me'q; bicorporem esse. Perspicite ergo corpus cum suis stigmatibus, & eundem in vno corpore credite. Egoipse sum, & non alius: in carne mea, & non in carne alia. Tertullianus testis est, hāc fidē resurrectionis, creditu summe esse necessariā: nos etiā in eodē corpore, quo iam viuimus, resurrecturos: vt & corpus quoq;, q̄d hic ecclesiæ disciplinis conficit, posthac in gloria reficiatur. Adeo Deū iustū esse, vt & corpori sua merita decernat. Monet itaq;, vt exemplo Machabæorum, vltro linguas exeramus, atq; tyrānis eas abscindendas præbeamus certa fidutia, eam ipsam linguā, & nō aliā, nos recepturos, sed gloriosam. Nemo vnquam carnē suam odio habuit, doctrina ergo ea resurrectiōis, immodice nos ad corporales exercitationes subeundas animabit. Chrysostomus testis est, gloriā eā, quæ corpus pij hoīs manet, humanis sensibus & ratione esse maiorem. Quod si quis humani corporis huius vitæ ærumnas om̄es nouerit, is plenius aliquanto & futuræ gloriæ felicitatē æstimauerit. Aliquanto dico, hoc est, ex parte aliqua. neq; em̄ summa corporis futura beatitudo in hoc est consummata, q̄ secundū scripturā priora mala transeunt oīa, sed & secundū scripturā credendū, corpus om̄ia duplicia accepturum. Quod Christus in æternū benedictus, sua vulnera reseruauit: non est accipiendum, quasi hoc adspectui abominabile sit. Sunt em̄ ea militantibus summa spei virtus, triumphantibus gloria, vtrisq; decus, honor & pulchritudo. Si em̄ aliq̄d horroris illis remāsisset, non essent gauisi discipuli visis illis. Videmus nos Christo esse cordi, quippe q nos cordi suo inscripserit: illi nos curæ esse videmus, q̄ manibus pedibusq; suis nos commiserit: q̄d tam beatificandis, quàm beatis, gratias agendi & gloriandi neruus est perpetuus. Augustinus pie hic dicit, ad dubitantium corda sananda, vulnerum seruata esse vestigia. Eia quàm optime nostrę prouisum est fidei. q̄d rogo accedere possit? Luc. 24. significanter dicit: Quid cogitationes adscendunt in corda vestra? Videte & palpate, quia sp̄ūs ossa non habet & carnē, queadmodū me videtis habere. Attendite virtutem vulnerum reseruatorum. Gauisi sunt discipuli, viso dn̄o. Gaudiū hoc ipsum perfectissimum sentient ij, q in extremo die ad beatitudinem exurgent. Contrà, teste Chrysostomo, vulnera ea erunt impijs panicus terror. Videbunt em̄ in quem transfixerunt, non solum crucifixores illi primi, sed & illi secundarij qcunq; Christum subinde crucifigentes. Sic in detestationē homicidij, arma ea quibus homicidiū factum est, in iudicio proferuntur.

Vulnera sua q; Christi reseruauit [illegible]

Di-

Dixit ergo eis iterum:Pax vobis. Sicut misit me pater, & ego mitto vos. Hæc cum dixisset, insufflauit & dixit eis: Accipite spiritum sanctum: Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis: & quorum retinueritis, retenta sunt.

Bene dictũ est ab Augustino: Iteratio, cõfirmatio est. Vides eundẽ Christon esse nostrã pacẽ autorẽ pacis, Deũ pacis, cui hęc salutatio fuit peculiaris, etiã repetita & duplicata. Ioã. 14. Pacẽ meã do vobis, pacẽ meã relinq̃ vobis. Apl'os suos tanquã caduceatores totius mũdi cõstituit, dicẽs: In quãcũq; domũ intraueritis, dicetis: Pax vobis. Vide ecclesiæ symbolon esse pacẽ. Ecclesiæ non sunt, animales sunt, diabolici sunt, æmulatorij spũs, dogmatistæ illi vitiligatores, q̃ exoticis quæstiõibus vndeuis petitis, pacẽ ecclesię perturbãt. Chr̃us hic ecclesiã & ecclesiasticã autoritatẽ fundaturus, pacis peculiarẽ illi salutationẽ præmittit: significans, periculũ, quo catholici ab hæreticis discerni queãt, esse pacẽ. Fundationẽ ecclesiæ hic prælibat. Fundationẽ, fundamentũ voco & neruũ totius negocij euãgelici. Hanc vt cognoscamus penitius, cõmodũ est, vt cõcordantias euãgelistar̃, adducamus, Mat. 28. sic habet: Accedẽs Iesus, locutus est eis, dicẽs: Data est mihi oĩs potestas in cœlo & in terra. Eũtes ergo, docete oẽs gẽtes, baptizãtes eos in noĩe p̃ris & filij & spũs sancti, docentes eos seruare oĩa quęcũq; p̃cepi vobis. Ecce ego vobiscũ sum oĩbus diebus vsq; ad cõsummationẽ seculi. Mar. 16. Ite in mũdũ vniuersum, & p̃dicate euãgelion oĩmi creaturæ: Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit: q vero nõ crediderit, condẽnabitur. Luc. 24. Ecce ego mitto p̃missum p̃ris mei sup vos. Vos aũt sedete in ciuitate Hierusalẽ, q̃ad vsq; induamini virtute ex alto. Sic se euãgelistæ elucidãt. Sensus est: Ecce ego vici, vobis oĩa merui, iam glorificatus sum, nunc tẽpus dãdi sp̃m sanctũ. Mihi siqdẽ, mihi inquã, nato & crucifixo, tanq̃ meritũ data est oĩs potestas in cœlo & in terra. Hereditas & peculiũ ea potestas est mea, qa fili⁹ Dei: meritũ, qa filius Marię. Alterũ mihi abundat, hoc in me credẽtibus conferã: meritũ nimirũ gratiæ & gloriæ. In meo siquidẽ noĩe remissionẽ peccator̃, gratiã & oẽm benedictionẽ sortient oẽs gẽtes. Iam itaq; porro elucescet nomẽ meum, iam regnũ diaboli ad vocẽ noĩs mei non figuraliter, sed corporaliter, hoc est, p̃sentissime & efficaciter subigit. Sic oportuit Chr̃m pati & resurgere à mortuis tertio die, & prædicari in noĩe eius pœnitentiã & remissionem peccator̃ in oĩes gentes, Luc. 24. Non turbet cor vestrũ, neq; formidet, quia audistis adhuc superesse adscensionẽ: neq; eñi in cœlũ adscendens, vos orphanos relinquã. Vobiscũ siqdem ero vsq; ad seculi consummationẽ. Vobiscũ ero in verbo potenti, in sacramentis operatoriæ virtutis, in carne & sanguine victimę paschalis, in iteratione sacrificij passionis corporaliter vobiscum ero assidue, qa non cessabit sacrificium hoc iuge. Huius duplicis meæ pręsentiæ arrabonẽ, do & iterũ dabo vobis spiritum sanctũ, qui in vestro officio apostolico seu sacerdotali, noui & p̃petui sacerdotij, q̃ iam de duplici p̃sentia dixi, effectiue operabitur oĩa. Memineritis quorsum vos elegerim, memineritis qd monuerim. Ecce messis magna, rari messores: en flauescit Ceres, subigite falces, segeti illas tantæ admonituri. Ite, manipulos ferte in æternũ permansuros. Videte pisciũ copiã, piscatorum inopiã, sagenã legis detritã, euangelicis filis reficite, & prorsus innouate: & retia vestra nouata, ea in pisciũ capturã proijcite. Euangelizantibus vobis dabitur verbũ virtute multa, Psal. 67. Attẽdite palantes greges pastore carentes, pascite & regite oues meas. Porro vnitas vt obseruetur, tu Petre esto caput, esto princeps. Amas me? Pasce oues meas. Pascendi & regẽdi spiritũ accipe. In tuo officio, vnius traducis operabitur spũs meus, vt in mundi dissolutionẽ. Nam sicut misit me viuens pater, diuina virtute præditũ, sic & vos plena ea autoritate delego. Pharisęi eam autoritatẽ non intelligentes, plantandi & eradicandi, ædificandi & demoliendi, dixerunt: Quis est hic, q etiam peccata dimittit? Non blasphemiæ notandus est, q sibi potestatem Dei vsurpat, peccator̃ nimirũ remissionẽ? Sed ea potestate me pater misit. Vnde eodẽ verbo, q̃ dixi paralytico & alijs valetudinarijs, Esto sanus, & cõtinuo salubritatẽ acceperũt: sic & dixi peccaminosis, credẽtibus & multũ amantibus, Peccata tua remittunt tibi, & pater remissa habuit in terra. qd nõ tẽplũ, non arca, q̃d tot & tãta sacrificia nõ p̃stiterũt hactenus, hoc p̃stitit verbũ & agnus, Dei & hoĩs fili⁹. Incidi in canes eos, q vnicã meã dilaniauerũt. Et vos ego in mediũ luporũ mittã, sed confidite, ego vici mundum: vincetis, immo vicistis in me & vos. Spũs siquidem meus, cuius vobis donum emerui, potentior est spũ huius seculi. En vobis insufflo, spũs mei pignus præbens. hic vos confortauerit, hic spũs principalis vos confirmauerit, hunc à vobis iuxta Psalmũ 50. non auferam. Flabit ille, & fluent aquæ. Hoc spiritu labiorum meorum interficiam impium & ma

Ecclesiæ symbolon pax.

Vnitatis ecclesiasticæ adumbratio.

& malum illũ. Hic meus spiritus vester erit dux & auspex. Obserua hic, flatũ Christi, spiritũ sanctũ esse, qui antea necdũ fuit datus, quia Christus necdũ erat glorificatus.

Flatus Chr̃i spiritus sanctus.

Procedit ille à patre, ꝓcedit & à filio. Largitur ipse se donũ & dator. A patre itidem datur & à filio. Flatus ille Chr̃i, quo in præsentiarũ spiritũ sanctũ dat, in die pentecostes vehemens fit ventus, replens totã eam domũ, vbi ecclesia apostolica est congregata. Ventus fit vehemens adeo, vt nemo illi possit resistere. Flatus, primitiæ fuit: ventus vehemens ille diei pentecostes, decimæ. Nunc postquã apostoli capaces facti sunt spiritus sancti, nunc simul atq; ad tantum donum & datorẽ accipiendũ informati & præparati: quis non videt, potestates clauium, virtutẽ & veritatẽ sacramentorũ, nusquã esse nisi in officio sacerdotali?

Potestas clauiũ est penes sacerdotes.

Peperit quidẽ incarnatio & passio Christi omnibus remissionẽ peccatorum, sed solis sacerdotibus eius sacramenti dispensationẽ credidit Christus. Nec tamẽ vni Petro, sed in vnius Petri typo, vnitati apostolicæ ea potestas est cõmissa.

Vnitatis ecclesiasticæ adumbratio.

Vnde q apud Matthæũ ca.16. dixit, Tibi dabo claues: statim cap.18. dicit, Amen dico vobis, quodcunq; alligaueritis &c. Et hic in plurali dicit, Accipite. Adeo vnitas, non vnus, in hoc sacramẽto designatur. Sufflauit, vt eius vnitatis mysteriũ repræsentaret. Poterat in lege septuaginta senioribus spm̃ dare ꝓpheticũ, nõ ex Mose sumptũ, sed de Mosis spũ voluit illis pneuma dare, vt præsentis vnitatis ecclesiæ typũ præsignaret. Hic locus cũ primis episcopis & sacerdotibus diligẽter est discutiendus. Nam (quod Hieronymus dicit in Mat.16.) nisi probe intellexerint, aliqd sibi de pharisæorũ assumũt supercilio. Sed quid volunt hæretici, qui plane extra vnitatẽ, vnicæ columbæ Dei, vnicæ Dei, peregrinã sibi & ecclesiæ aduersam, remissionẽ peccatorũ mẽtiunt, penes laicos quoscunq; autoritatem clauiũ reqrendam asserentes? Attende verba, & signa mysteria. Quorũ, inquit, remiseritis peccata, remittuntur eis: & quorũ retinueritis, retenta sunt. Obserua duas claues, non vnam.

Claues duæ, non vna.

Sic & dicit Matth.16. Dabo claues, non clauẽ. Geminatio, facit ad geminã clauiũ virtutẽ exprimẽdã. Est aũt clauiũ ratio duplex, Iudiciũ scilicet & autoritas. Vnde secundũ ecclesiasticos, Quærendus est confessionarius sacerdos, qui cũ potestate habeat iudiciũ. Verbum dñi manet in æternum, Veritas dñi manet in æternũ: vt rumpantur ilia Ario.

Euangelistarũ nouorum error.

Ario, inquã, nouo cuipiã euangelistæ, q & autoritatẽ & potestatem confundens laniansq;, sacerdotiũ negans ecclesiæ, laicis vero quibuscunq;, mulieribus & pueris, clauium potestatẽ tribuens. Cecidit, cecidit dogmatistes nouus, immobilis stat colũna veritatis, Ecclesia certa traduce solis sacerdotibus eã potestatẽ defert. Cæterũ etiã gemina est clauiũ ratio, quantum ad alligationẽ & resolutionẽ. Alligationem primo dixi, sequutus verbũ dñi, in æternũ permanentis, Mat.16.& 18. vbi verbum alligandi sic præpositũ inuenias. Verbum dñi manet in æternũ, Veritas dñi manet in æternũ. Triumphat, q ecclesiæ est catholicæ, traducis vnicæ, succumbit schismaticus extorris. Contradicit ecclesiæ, geminam potestatẽ clauiũ alligandi & soluendi docenti, remissionẽ saltẽ recipiens apostata: sed nihil proficit. Ecclesia adeo ratã habuit excõmunicationis iustæ sententiam, vt etiã eos, qui propter enormia peccata ab hæreticis fuerint excoĩcati, excõmunicatos habeat. Anathema, autoritate scripturæ, est apostata omnis. Anathema maranatha est schismaticus om̃is, eiusdẽ autoritate. Eadem vult hæreticũ hoĩem deuitandũ, adeo vt ne Aue quidẽ illi dici oporteat. Scriptura dicit: Mulier, quæ fidẽ primã voti continentiæ solennis fecerit irritã, habet condemnationẽ. Noui euangelistæ hic etiã censuram euangelicã nihilipendunt. Hic verbũ dñi non clamitant. Hic iustã sancti pontificis excõmunicatiõis sententiã, quæ alioqui rata esset, vel ab hæretico prolata, eleuant. Hic etiã scripturã apertã & claram conantur eludere, veritatẽ mutilantes. Sed aut integrã veritatẽ recipiant, aut se veritatis plane vacuos intelligant. Non confidãt in verbis mendacij dialecticorũ vere bilinguium. Heus vos noui euangelicastri fratres, q bona parte ex monachis & monialibus estis conflati: attendite vobis, credite extra arcã nihil esse nisi perire. Reconciliemini igitur ecclesiæ, exomologesin facite, plangendo vestrum errorẽ, dignos fructus apertæ palinodiæ edite. Ecclesia, cui claues soluendi & ligandi cõmissæ sunt, colũba est, vos recipiet. Quod nisi feceritis, inferni mancipia alligati cœlo terræq; ꝑmanebitis in æternum. Quid miseri cõfiditis in baccalaureo aliquo bilingui, & in magistellis sophistis, non animaduertentes qd Apostolus dicat? Etiam si angelus e cœlo veniens, prædicet aliud euangelium, q̃ in hoc mundo prædicatũ est, quod receptũ est in gloria, anathema sit, Gala.1.1. Timo.3? Summa: Ecclesia euangelion recepit, geminas esse claues ligandi & soluendi ordini sacerdotali vnius ecclesiæ traducis. Verbũ hoc prædicatum est gentibus, receptum est in gloria, manet in æternum.

Thomas aũt vnus ex duodecim, q dicit̃ Didymus, non erat cum eis quan-

quando venit Iesus. Dixerunt ergo ei alij discipuli: Vidimus dominũ. Ille autem dixit eis: Nisi videro in manibus eius fixuram clauorum, & mittam digitum meum in locũ clauorum, & mittam manum meam in latus eius, non credam.

Thomas qua occasione interclusus, in ipsa resurrectiõis die cũ alijs domini apostolis non fuerit, aut vbi locorum delituerit, quidve negocij habuerit, incertum est, nec id scire refert. Scitu vero omnino necessariũ est, dominũ aliquid magni ex illius absentia perfecisse. Non aberat tanquã apostata & profugus desertor. Aberat casu, aut certe temporaliũ rerum negocio aliquo: & ne sic quidẽ absentia istæc illi sine fraude esse potuit. Væ qui ex certa superbia secedunt. Væ qui iracundiæ vitio secedunt, tanquã hostes vnicam dilacerando. Thomas dicitur Didymus. Geminatio eiusdẽ nominis ex Græco & Hebræo. Sic ex Græco & Latino geminatio eiusdẽ dictionis est, Agnus castus, canonicus regularis &c. Thomas Hebraice, Didym⁹ Græce, Latine dicitur gemellus siue geminus. Apparet geminũ fuisse Thomã. Nam & Hebræi ex natalibus nomina mutuantur, vt Beniamin, Pharetz &c. Thomas sine certa & ea graui causa Didymus non dicitur. Res grandis debuit tanta diligentia describi. Facit diligentia ad historicam fidem. Discipuli alij quoq; primo nonnihil fuerunt tardi ad credendã resurrectionẽ, quod vides Marc. 16. Luc. 24. Thomæ vero incredulitas crassior extitit. Crux, claui, lancea, mors, sepulchrum, oculis adhuc obuersabantur illius: quare fides resurrectionis ad cor eius pertingere non potuit. Plures testes non requisiuit, auditui nihil defuit, angelorum & hominũ testimonia abundabant: voluit etiam videre. Deinde etiã non negauit factũ, sed veritatẽ periclitari voluit per tactũ. Suis oculis plus credere voluit, q̃ decem testibus, & tactũ relationi finẽ statuendũ putauit. Hæc quia præfracte & malitiose non negauit, veniam consecutus est. Thomæ peccatum non fuit in spiritũ sanctũ, quale est hereticorũ, sed fuit simile errori Pauli, de quo dicitur 1. Tim. 1. Misericordiam adeptus sum, quia ignorans fecerim per incredulitatẽ. Sequitur:

Ecclesiã deserẽtes, in magno sunt periculo.

Et post dies octo iterum erant discipuli eius intus, & Thomas cũ eis. Venit Iesus ianuis clausis, & stetit in medio, & dixit eis: Pax vobis. Deinde dixit Thomæ: Infer digitum tuũ huc, & vide manus meas, & affer manum tuã, & mitte in latus meũ: & noli esse incredulus, sed fidelis.

En pastorẽ bonũ Iesum Christũ Dei filium, qui ouẽ errantẽ adeo diligenter quærit. Quis pastorẽ eum dubitet etiam agnoscere palãtes oues suas? quis negauerit medendi expertũ? quis dixerit curandarum tonsarũ tædiosum? Non debet errans bidens statim fastidiri, & tanquã desperata relinqui. Ecce tibi, anima tonsæ vnius minimæ siue infimæ, haud minoris Christo constat, q̃ eius qui maximus habetur in ecclesia. Qui solicitus fuit pro Petro apostolorũ principe, tangebatur etiã cura Thomæ Petri collegæ. Episcopi nostrates hic acciperent exemplũ pastoris boni, cui ne respirandũ quidẽ, nisi erraticã reduxerit ouem. Sed heu nostrates non respirant hodie, sed dormitant supini ad vnũ omnes. Desideratur reformatio hodie: interim vero dum illa desideratur, tot anni p̃tereunt, tot animæ quotidie pereunt, surgũt tot sectæ, quotidie plus & plus interit ecclesia. Nihil horũ curant episcopi. Suã quisq; sequitur Neæram. pabulũ deest ouibus, & lac subducitur agnis. Dicunt: Quid ad nos? Ad vos? Multũ certe. De vestris saltem manibus requiretur om̃is sanguis effusus, nedum animæ tot pereuntes. Eia ergo reuerendi in Christo patres, expergiscimini & exurgite: attendite Christũ propter vnam animã, etiam corpore glorificato, totũ gregem denuo visere. Si vultis videre, omnia propter solũ Thomã præcipue facta, perpendite ea quæ in die dominicæ resurrectionis facta sunt, omnia hic repeti. Intrat rursus per ianuas clausas: in medio discipulorũ stat vt ante: salutat vt ante. Et ne dubitet aliquis propter Thomam redijsse, statim dicit Thomæ: Infer digitũ tuum huc, manũ admoue huc. Q. d. Tui causa en adsum. incredulitatem tuam noui. panomphæus, verba tua auribus hausi. scio vulnus tuum medicabile, qui ex certa malitia veritati non luctaris. Veniam ergo mereris. Age itaq; quod cupis, vide & tange. Ego sum, Thoma, ego ipse sum, quẽ cruci affixerunt Iudæi: quem Ioseph & Nicodemus tumularunt. Is ego sum, inquã. Ecce propter te veni. Vide & tange, vt in te oĩs intereat incredulitas, succrescat & roboretur fides. En desiderata adsunt argumẽta. quod optasti, ipse tenta. O sacra vulnera, non solũ in gloriam triumphantiũ reseruata, sed & in medicinã militantiũ. Debet quisq; fidelis sancta ea quinq; stigmata

Pastori bono etiã vnica ouis est curæ.

Vulnera Chrĩ oĩ fideli identidẽ salutanda.

quotidie deuotione cordis summa recolere, pietatis veræ vero cultu tangere, vt & cũ Thoma eorundem virtutẽ queat percipere. Non est papistica superstitio, quod noui baccalaurei & magistelli euangelicastri hodie garriunt, ꝙ pubes inducitur ad salutanda quinq; ea vulnera. Hic vt taceã bona, quæ ex ea salutatione proueniũt: saltem dicam, blasphemandi consuetudini hinc obsisti. Certũ est, salutationẽ eam crebram, homini religionem ingenerare, sine maxima reuerentia sacrosancta ea vulnera nominare. Inoleuit in Germania, iuxta horrendum Sibyllæ oraculum, funesta consuetudo, ad quodq; fere verbum, iurandi vulnera, crucem, sanguinem, & passionem Christi. Hic reformatores, ꝗ̃ pisces, sunt mutiusculi, qui alioqui olympica porticu, quam septemuocam vocãt, magis sunt vocales. Nolunt brachium seculare suũ offendere, videntes hoc malum potissimũ in magnatibus regnare. Magistratus hic seueriter in execrantes animaduerteret, vel linguas virulentas blasphemantium e faucibus discerpendo, idq; à tergo. Sed proh pudor, magnates ipsi in primis huius flagitij sunt insigniter rei, & veri autores. Adeo verum est, omne malum à potentatibus in Babylonem demanasse. Credibile est, tantum malũ toti Germaniæ interitum præsentem illaturũ. Sed hæc Deo committentes, ad virtutem sacrosanctorum vulnerum redeamus.

Respondit Thomas, & dixit ei: Dominus meus & Deus meus. Dicit ei Iesus: Quia vidisti me Thoma, credidisti: Beati qui non viderunt, & crediderunt.

Infirmatus fide Thomas, vt nos corroboraremur.

Incredulitas, atq; adeo peccatum, euanuit. Fides orta est locupletissima. Credit post visum Thomas, credit post tactũ Didymus. Qui prius fratrũ fide dignissimorũ dictis credere noluit, iã veritatis tot argumẽtis cõuict⁹, credit coactus. Credit tarde Thomas, sed credit plene & vehementer, vt nos crederemus cito & libenter. Dubitauit, vt nobis omne dubiũ auferret. Infirmitas eius, nostra est vis & efficientia. Vnde & Hilarius de sancta Trinitate lib. 3. ait: Credo Thomæ, non nisi contrectatis Iesu vulneribus credituro. Dicit: Dominus meus & Deus meus. Audi verba Thomæ, & attende virtutem vulnerum Christi. Tangit Thomas carnẽ, & profitetur deitatem: tangit stigmata & vulnus, & profitetur sanitatis & vitæ autorem. Nunquã antea talis audita est confessio. tanta est carnis glorificatæ virtus. Erubescant euangelici hæretici, sacramentarij nostrates, qui verbũ, Caro non prodest quidquã, de sacrosancta carne Christi intelligentes, eucharistiæ quoq; sacræ eiusdem carnis præsentiam, tanquã ociosam, immo etiam tanquam superstitiosam & impiam horrẽdamq; rem, denegãt. Papisticus forte est Damascenus, qui carnẽ eam deificatam dicit. Sed veritati non repugnat pius doctor. Deus eñ noster ignis consumens est. Deus noster habitat ignẽ inaccessum. Deus homo factus est, carnẽ humanã vere assumpsit. Est ergo caro ea Christi pruna, ignis facta ab igniente Deo. Thomas putre lignũ, fomes aridus, extincta pruna, qui simulac huic igni admotus esset, statim ignem diuinum concepit, cuius flamma etiamnum per totam radiat ecclesiam. Vide an hic mentiatur Alexander papa, qui fere ijsdem cũ Damasceno verbis dicit, ineffabilẽ Missæ, etiam auscultatæ, esse vsum. ignẽ siquidẽ esse luculẽtum diuinæ maiestatis, cui quo quis propius accedat, hoc præsentius accendi. Sed ad institutũ. Dñs nomen Dei est, psal. 44. Cognoscant quia nomẽ tibi dñs. Dñs, quia domini est terra, quia eius pascuæ oues sum⁹ oẽs, quia ipsius est regnũ, & ipse dominat̃ gentiũ. Deus, quia mens vniuersi, in quo mouemur oẽs & sumus. Meus, fiduciæ expressionẽ importat, & amoris indicium. Dñs, timoris significatio est: Deus, religionis pronunciatio. Meus, sensus de dño & Deo. Tetigit Thomas, tactus Thomas. Paucis Thomas verbis totius summã complectitur religionis. Timendus dñs, amandus Deus. De dño Deo in bonitate sentire debemus, gustare & videre qm̃ bonus est Deus: vt fide, spe & charitate semper solũ colamus. Hoc vt pstemus, deificata Christi caro nobis pstet. Amen. Eidem dño & Deo nostro clementissimo, omnipotenti, viuenti, sit cum patre & spiritu sancto par laus & gloria, per ęterna seculorũ secula. Amẽ.

Carnis Chri. glorificatæ maiest.

DOMINICA II. POST PASCHA, SEV Misericordia domini, Euangelium Ioan. X.



EGO sum pastor bonus. Bonus pastor animam suam dat pro ouibus suis. Mercenarius aũt, & qui non est pastor, cuius nõ sunt oues propriæ, videt lupũ venientẽ, & dimittit oues, & fugit: & lupus

lupus rapit & dispergit oues. Mercenarius aũt fugit, quia mercenarius est, & non pertinet ad eũ de ouibus. Ego sum pastor bonus, & cognosco oues meas, & cognoscunt me meæ. Sicut nouit me pater, & ego agnosco patrẽ, & animã meam pono pro ouibus meis. Et alias oues habeo, quæ non sunt ex hoc ouili. Et illas oportet me adducere, & vocem meam audient, & fiet vnum ouile & vnus pastor.

PRAEFATIO.

Hypocritarũ pessimũ genus Chr̃o plurimũ inuisum.



Oto fere capite, vnde præsens lectio sumpta est, aduersus pharisæos & scribas acriter intonuit saluator. Idẽ & fecit apud Matthæum cap. 23. Crassissimæ cutis homines, strigilem talem requirebant. Qui erga miseros peccatores semper omnium fuit clementissimus, quasi internecinum bellũ semper gessit cũ sophistis & mentitæ religionis superciliosis pharisæis. Illi veritatis impatientes, more suo verberibus, q̃ verbis, agere maluere. Veritas instar mellis, exulcerata etiam offendit, alioqui sanũ corpus leniens. Eos itaq; quoruum vulnera cruda erant, pupugit, hoc est, iram mouit. Venditabant sibi iustitiã, de ficta sua sibi placebant sanctimonia, adeo vt sese aliis præferrent, aliorũ sibi censurã arrogarent, pastores & rectores sese populi ingererent: id vero aut q̃stus, aut vanæ gloriæ causa: merito itaq; sibi Christo, cui nullus imponere potest fucus, soli venerunt corripiendi. Erant & alij adhuc pseudopastores, regiæ gloriæ captores, Theudas & Iudas Galilæus, homines factiosi, Acto. 5. Eos ipsos & alios hoc genus, sancti patres, præcipue aũt Theophylactus, huc pertinere adfirmant. Proprie condemnat importunitatẽ simoniacorum ambitiosorum & auarorum, qui se quæstus & vanæ gloriæ gratia ingerunt: episcopatus violẽtia, fauore, largitione, precario, & quocunq; tandem iure, quaq; iniuria aucupantur. Proprijssime vero violentos hæreticos, qui noua & exotica doctrina se veros & illuminatos euangelistas iactant, idq; prætextu reformationis ecclesiæ, qualia monstra Germania hodie multa sustinet, potissimũ tangit. Veniunt em̃ impete vasto, sed non missi, Hiere. 23. 27. Non refert si literas scripturæ calleant, si se identidem sacræ theologiæ iuratos doctores admirẽtur: cum palam sit, nihil eos nisi execrationes ferere, veritati catholicæ professæ ex diametro pugnare. Hoc textus hic luce clarius ostendit. Ipsum audiamus.

Simoniacos Chr̃s auersatur.

Hęreticos cũ primis dñs Iesus odit.

Ego sum pastor bonus. Bonus pastor animam suam dat pro ouibus suis.

Sanctus euangelista p̃sens noster, p̃sentẽ lectionẽ parœmiã vocat: quod schema & ipsi dño nõ infrequens est, iuxtà atq; parabola. Similia sunt rerũ vsu detritarũ, per q̃ veritatis diuinę mysteria declarant. Vulgaris politia pro varietate pecorũ & iumentorum, pastores habet varios: hos gregũ, illos armentorũ. Hic nõnihil variat similitudo: quia ecclesia nõ nisi vnũ nouit pastorem, & ipsa in vniuersum nisi vnũ ouile existit, vnus & idẽ grex, ex eiusdẽ generis pecore, ouibus nimirũ, conflatus. Adeo om̃ia quæ ecclesiæ sunt, ad vnitatẽ tendunt. Sub his duobus vocabulis, pastore & ouibus, cõpræhendit etiã ouile, ianua, ostiarius, pascua &c. Cæterũ cũ etiã plerunq; sub noĩe & persona pastorũ mercenarij quoq; inueniantur, ouibus & pastori ipsi bono fraudi existentes, specialiter etiã hic de huiusmodi pseudo agit pastoribus. Deniq; lupus natura caulibus insidiat, iuxta hoc Maronis:

Trahit sua quenq; voluptas:
Torua leęna lupũ sequit, lup⁹ ipse capellã.
Et hoc:
Triste lup⁹ stabulis, maturis frugib⁹ ĩbres.

Tertia pars huius parœmiæ, potissimũ sunt lupi rapaces. Bonus pastor (vt infrà declarabitur) est Christus. Oues sunt genus humanũ, escã & cætera ad vtranq; beatitudinẽ spectãtia, quotidie e manu Dei expectãs, sub pastoris tutela à lupis secure agẽs. Ouile est ecclesia catholica, teste August. Ianua ẽ ipse q̃q; pastor Chr̃s. Pascua sunt sacra eloquia, orthodoxa puta & catholica. Mercenarij, sunt ventres atq; lucriones siue cerdones illi nũmularijq;, dignitates ecclesiasticas quæstus & vanæ gloriæ causa occupãtes. Lupus, teste Augustino, est ipse diabolus, omniũ malorũ rerũ & autor & vltor. Nã eos quos iritator adigit in culpã, eos postea tortor exercet in pœna. Miraculi tñ loco nõ debet haberi, si etiã ventres & gratiæ Dei mercatores simoniacos hoĩes, vnà cũ p̃cisa hæreticorũ turba, cũ S. Augustino & Gregorio quisq̃ lupos dixerit, sed ouina pelle cõtectos, iuxta scripturã Matt. 7. & Act. 20. Nã & vetus & verũ dictũ est:

Pręlati lucriones, mercenarij sunt.

Quo neq̃t ire satan, trãsmittit sæpe mistrũ.
Et satanæ seruus persæpe nocentior extat.

Atqui ne schematica Chr̃i oratio cõfundatur,

tur, singula ad contextũ euangelij exponamus. Ego, ait, sum pastor bonus. De se hoc dixit & proprie, & vere. De filio itaq; Dei & Mariæ hoc accipiamus oportet. Chr̃us certe bonus est pastor, qui optime consultũ vult ouibus, q optime semper erga oẽs est affectus, pabula & pascua abunde singulis administrans, solstitia pecori defendẽs, & nihil deniq; q̃d boni pastoris est, omittens. Deinde bonus est, q bonorũ nostrorꝫ nõ egeat, q gratis suapte bonitate, non sui, sed ouiũ causa faciat oĩa. Deniq; bonus, immo etiã optimᵒ vel inde esse disnoscitur, qa etiã animã suã gaudens impendit pro ouibus suis. Quid habet homo anima sua preciosius & æque charũ? Tam charũ pignus Christus pro ouibus suis dare nõ dubitauit. Dicit ergo Ioan. 15. Maiorẽ hac dilectinem nemo habet, q̃ vt animã suã ponat qs pro amicis suis. Et validissimo argumento Apostolus Rom. 5. ex hoc loco summam Christi erga nos charitatem colligit, maxime inde, ꝙ se tunc pro nobis in mortẽ tradiderit, cũ adhuc eius essemus hostes. Pastoris tanta ista benignitas, longe ante à ꝓphetis p̃dicta est: nempe Zach. 13. ipso saluatore teste *13. Esa. 53. Mosis, Dauidis, aliorumq; benignitas pastorꝫ, eius loci typus fuit. Huius optimi nostri pastoris vox, benignissimi pectoris indiciũ est: Si me quæritis, sinite hos abire, Ioan. 18. Q. d. Pastorem petite ipsum, & imbellibᵒ parcite ouiculis. Debet pater recondere filijs, non filij parentibus. Episcopi est, oues ipsas quærere, non lanã, lac, vellera, & cætera quæ ouium sunt. Præuaricatur ergo, si oues pro se interimi patiatur: sed libẽtissime ipse se debet impẽdere pro ouibus, 2. Cor. 12. Ingenium pseudopastorũ, quod huic ex diametro luctat, sese his nostris temporibus illustre adeo declarauit, vt nõ potuerit illustrius. Hæresiarchæ grandia subinde contra aduersarios, quos ipsi sibi partim somniãt, partim grauissima sua culpa sibi excitãt, intonantesesesq; verbis identidẽ deuouent, & martyres iactant, extra periculũ feroces, instar canũ ignauorꝫ, qui in domibᵒ, vel post sepes dominorꝫ quibuslibet allatrant. Cohortãtur alios ad militiã, & in pericula alios mittũt, sibi vel post principia cauentes. In scholis suis summũ pontificẽ & oẽs scholas quotidie antichristũ vocant & satanæ tradunt: sed Romã, Lutetiam, Louaniũ, & ad alias academias, vbi antichristum degere adfirmant, proficisci nõ audẽt. Facies hominis, facies leonis: vox hoĩs, bombus apũ & muscarũ. Germania cæcis quibuscunq; est cæcior, pseudopastores eos, sese adeo egregie suis coloribus depingẽtes, nõ attendẽs. Sed allatrẽt in suis septis hoĩes maligni, nos ad bonũ pastorem redeamus. Moses boni pastoris ingeniũ retulit, qui etiã anathema fieri non recusauit pro populo Dei. Et bonũ pastorẽ se ꝓbuit Dauid, 2. Reg. vlt. dicens: Ego sum q peccaui, ego inique egi: isti qui oues sunt, qd fecerunt? Vertatur, obsecro, manus tua cõtra me, & cõtra domũ patris mei. Hic vt diuinũ Paulũ, alios itẽ apostolos, sanctos martyres & cõfessores ꝑtereã: dico etiã ethnicos inueniri, qbus dulce & iucundũ fuit mortẽ pro patria oppetere: qualis Attilius, de quo Horatius ait:

Atqui sciebat, quæ sibi barbarus
Tortor pararet: non aliter tamen
Dimouit obstantes amicos,
Et populum reditus morantem,
Quàm si clientum longa negocia
Dijudicata lege relinqueret,
Tendens Venafros in agros,
Aut Lacedæmonium Tarentum.

Fortitudo ista (fateor) huc collata, vix est candor scintillæ vnius arundineti, collatus ad radios solares & ad omnes reliquos ignes totius firmamenti. Sed quantũ Christi, Mosis, Dauidis, apostolorꝫ, martyrũ & confessorũ gloria excellit Romanæ fortitudinis splendorem, tantũ Romanorũ claritas superat tenebricosam iactantiam nouorũ euangelistarũ. Habent (fateor) nõnullam meriti speciem in hoc, ꝙ abusuũ & superstitionũ zizania taxant: quod nemo satis grauiter & digne pro re facere poterit. Sed tanta est eorũ culpa, qua etiã bonũ semen confessionis catholicæ ecclesiæ, sacramentorũ, traditionumq; apostolicarꝫ eradicare aggressi sunt, vt qdqd laudis ĩ inuectiuis cõtra p̃dicta mala meruerũt, prorsus contenebrescat. Quidqd eñ tantę lampadi veritatis ecclesiæ pugnat, qd nisi Tænaria obscuritas esse possit? Quod etiã sequẽtia luce clarius ostendunt.

Mercenarius aũt, & qui non est pastor, cuius non sunt oues propriæ, videt lupũ veniẽtẽ, & dimittit oues, & fugit: & lupus rapit & dispergit oues. Mercenarius aũt fugit, qa mercenarius est, & non pertinet ad eum de ouibus.

Audistis boni pastoris descriptionem, & nunc conditionem mercenarij audite. Conferto alterũ alteri, & vtriusq; laus ex antithesi longe fiet manifestior. Lucrio q̃ hic pluribus verbis reprobatur, ars quæstuaria q̃ hic acerbius damnatur: hoc maiori encomio bonus pastor extollitur, hoc cura pastoria ab auaritiæ crimine pura, locupletius cõmendatur. De mercenario dicit: Merce

Pastor bonus Chr̃s.

Pastor bonus Christus à prophetis designatus.

Pastores bonus Moses, & oẽs ꝓphetæ, apostoli, euangelistæ, martyres & confessores diui.

Mercenarij cõditio.

Mercenarius, & q non est pastor, cuius nõ sunt oues propriæ, videt lupũ venientẽ, & dimittit oues, fugitq́. Vide crebrã verborũ repetitionẽ, & attende rerũ grauitatẽ. Ter repetit, mercenariũ saltẽ eo spectare, vt rerum & suæ gloriæ lucrũ faciat, dein & fuga bis replicat. Vtrinq; grauis culpa. Nescias an ouibus plus nocuerit pascendo, q̃ decedendo. Ingressus, vt fur & latro. Bona quæ pauperũ sunt, & vnde veri ecclesiæ pastores sustentari debebant, sacrilegus depeculabatur, exemplo malo longe pestilentior, lupũ egit, nedum non abegit. Quod si etiã aliquis horũ, oues ad non importuna fidei pascua compulit, lupo tamen venienti, hoc est, simoniacæ labi succrescenti, non restitit. In doctrina fidei, & in dispensatione mysteriorũ Dei, leo (vt cũ Tertulliano loquar) erat: sed in carpendo & taxando pompam secularẽ, auaritiam, ocia, ignauiam, voluptatẽ, & alia hoc genus vitia, ecclesiam penitus occupantia, hic inquã, ceruus & lepusculus extitit. Hoc propriũ est eorũ, quibus bona conscientia nõ est, suaq́; quos culpa redarguit ipsa. Theudas & Iudas Galilæus, & cũ ijs quos deceperũt, ceciderũt, sed male. Eodẽ exemplo & seditiosi, concitatioris spũs, euangelistæ pleriq;, cum reliquo factiosorũ grege interempti sunt: sed non vt apostoli pacifici, verũ seditionũ autores cruenti. Non tamen ij, qui cum deceptis à se ouibus pœnã meritam subierunt, tam importuni sunt, atq; illi, qui supplicium quod ipsi merentur, in alios transfundunt. Res horrenda, sed vera, atq; vtinam sedata. Tenet adhuc error funestus, tenet adhuc euangelion nouũ, multo sanguine innocentũ inebriandũ. Innocentes, nõ seducentes, sed seductos & rudes voco: his euangelion nouũ crudelia fata minatur. Apostolastri siquidẽ huius tempestatis, eodem tenore insanire pergũt. Meminerimus hic tẽporis, paucis retro diebus transacti. Prædicabatur multũ, scribebatur plurimũ. Quid aũt? Plausibile plane, iucundũ prorsus euangeliũ nouũ. Quale hoc? Libertatis Christianæ. Disciplina ecclesiæ abrogari, vulgus constitui liberũ. Suppressa ecclesiæ obedientia, vulgus etiam iugũ aggrauans seculi remissum voluit. libertatẽ itaq; quã audiuit euangelion nequidquã p̃dicare, armis parãdam putauit. Sed cum potestas Dei ordinatione in seditiosos animaduerteret, euangelicastri & apostolastri eius mali autores, barbaros principes, tot sacramentorũ ecclesiæ, vnde se cũ plebe vnũ Christi corpus esse, meminisse debebãt, oblitos, magis ad vehementiorẽ exardescentiam instigabant: tantũ abfuit, vt pro errãtibus se deuouissent. Apostolastri hi, commisso suo in aliorũ terga imposito, iam regnant: & quotidie vehementius irrũpunt, pastoralẽ baculũ sibi vendicando: sacerdotes eos q veri catholici permanere contendunt, tanta fidutia p̃sequunt, acsi dño Deo inde obsequiũ certũ p̃stent, iuxta hoc Ioan. 16. Sacerdotes quoscũq; catholicos eijciũt, & loca scripturæ Hieremiæ 23. Ezech. 34. &c. quæ in seipsos dicta accipere debebãt, perperã in eiectos torquent. Pastores esse volunt, lupos agẽtes: pastores esse volũt, instar latronũ violenter irrũpentes, mensurã traducis suæ Donatistarũ Circũcellionistarũq; cõplentes. Respondeãt matrici ecclesiæ, verbis Tertulliani eos rogãti & dicẽti: Qui estis? Quãdo & vnde venistis? Quid in meo agitis, nõ mei? Quid hic ad voluntatẽ vestrã seminatis & pascitis? Mea est possessio. Olim possideo, habeo origines firmas. Sed vt à seditiosi euangelij ecclesiastastris ad simoniacos redeam, dico breuiter: Seu stent (puta noui euangelistę) seu sedeant, nihil est bonitatis in illis. Vos nunc submoneo episcopi & parochi, quicunq; catholici esse cõtenditis, vt videatis num & vos p̃sens iudicet parœmia. Sancti apostoli conqueruntur suo tẽpore lupos rapaces irrep̃sisse, maxime vero auaritiæ vitiũ, Phil. 2. Credendũ est historicis, q dicũt vocem in cœlo auditam lamentabilem eo tempore, quo Cõstantinus ecclesiam ditauit: nempe eã, Hodie venenũ cecidit in ecclesiã. Lugubre plane exemplũ, trahens perniciẽ oẽm in æuũ. Quid hodie est in ecclesia, ab ea labe infanda purũ? Non dicam hic nundinationem Missarũ, indulgentiarũ, remissionis peccatorũ, administrationis sacramentorum, & hoc genus, in quod vulgus trito ait prouerbio:

Euãgeliũ nouũ seditiosum.

Propter habere petit, repetitq́; altare
sacerdos.

Hæc tanq̃ leuia transfero. Hoc saltẽ rogo: quis episcopatus simoniace nõ capetur? Quid in vniuersum hodie sunt episcopatus & canonicatus ecclesiarũ cathedraliũ, collegiatarũq́; q̃ cortes atq; auiaria, in quibus principũ & magnatũ huius seculi filij saginant? Quis hodie eligit ẽpos? Vnde eligũtur? Quid hodie potissimũ in receptione electorũ, atq; adeo etiã in electiõe episcoporũ, attenditur, nisi fumosa cera & imagines portentosæ? Filio fabri, & piscatori successores quæruntur Augusti, in quos libere quidam dixit:

Nobilitas fastũ, fastus litẽ parit, armat
Lis odiũ: faciũt hæc tria mortis iter.

Carpentarius cũ filio fabri & piscatore extinctus est à nobilibus, propediẽ & nobiles extrudentur. Hæc est lerna ipsa omniũ malorũ. Mirum nõ est, tantũ malũ hæreticos,

qui scripturam canonicam legunt, offendere: cum & Saracenos, & quoscunq; barbaros scandalo afficere possit. Peccāt schismatici, ꝙ eius abusus causa, etiam ipsam auersantur ecclesiam. Sancti patres certe huiusmodi cacoethes nō probant. Audiatur Ambrosius, quem & sacri canones nō dedignātur. Cum ordinatur, quod dat ordinandus, aurū est: quod perdit, anima est. Quod ordinans accipit, aurū est: quod dat, lepra est. 1. q̄st. 1. canon est notus. O vos ecclesiæ magnates, qui à matrice ecclesia stare contenditis, ipsam audite ecclesiam: quam si in hanc diem audiuissetis, non audiretis iam vobis insultantes hæreticos, quibus quod respondeatis, nihil habetis. Sectæ iracundæ quidē quiduis effutiunt, sed abusus vere taxant. Conuertimini cōuertimini, idq; citissime: attēdite iram Dei vndiq; insonantem, & securim arbori appositam. Cōuertimini cōuertimini, & vosipsos reformate, dum adhuc pœnitentiæ locus est. Audite & contremiscite iudicis districti verbum Hiere. 50. Sicut fecit, facite ei. Item 51. Peruenit vsq; ad cœlum iudicium eius, & eleuatum est vsq; ad nubes. De Babylone hoc dictum est. Babylonē typicos matrem nostrā Romam significare, Petrus apostolus testis est. Idem item nō semel in Apocalypsi ostendit. Eia ergo Roma mater, audi filios tuos, Hieronymū, Ambrosium, & alios sanctos patres: immo etiā audi Christū & apostolos eius, vanā gloriā, pompā & auaritiā vndiq; dānātes: audi inquā, ne surda & obstinata, fias causa luctus oībus regibus terræ, Apoca. 18. Tantæ matris magnificæ filiæ Germanicæ metropoles, audite: Gratis, inqt, date: gratis accepistis. Itē, Quæstus nō est pietas. Væ q prætextu longæ orationis domus comeditis viduaꝝ. Audite ecclesiæ cathedrales & collegiatæ: in vos siquidē vere quadrat hoc Esa. 2. Plena est terra auro & argēto, & nō est finis thesaurorū eius. Vere ita ditata est ecclesia, nihilominus mendicāt clerici veri pastores. Miseri verbi declamatores, & sacramentorū administratores, collegiatarū & cathedraliū ecclesiarū canonicorū sunt calones laboriosi, ęrūnosi & cōtemptissimi. Miseri, fame & inedia cogunt accipere meritū accidētale, votiua, viatica, & hoc genus simoniacas stipes: resipiscite ergo, & æqtatē & æquabilitatē e postliminio reuocate. Attēdite lupū. Apite oculos, & tot schismaticos viros cernite: arrigite aures, & tot vlulatus luporū, & tot fremitus leonum audite: e vestra ipsoꝝ raucedine, lupum in fabula esse considerate: cor pauitans, genua vacillantia lupum adesse prænunciant. Aestimate quo iam summa loco res, quem prendideritis orbē. Adeo manifestatus est lupus. Expergiscimini ergo. Non dormitat hostis. Diabolus est, habet q̄d apud iudicē in nos proferat. Accusauit, & improba accusatione iudicē ad executionē iustitię permouet. Agite ergo deprecemini iudicē, reformationē auspicamini, & q̄ primū absoluite, & oīm iucūdissimā ecclesiā videbitis, & boni pastoris boni subpastores laudabimini. Sin min⁹, mercenarij fures & latrōes, iudicis dextra, deturbabimini. Sed nos miseræ oues, erraticæ tonsæ, per Iesum Chrm̄, de vobis speramus meliora. Faxit Deus, nō frustra.

Hæreticis occasionē dant errādi pseudo catholici.

Ego sum pastor bonus, & cognosco oues meas, & cognoscunt me meæ. Sicut nouit me pater, & ego agnosco patrē, & animam meam pono pro ouibus meis. Et alias oues habeo, quæ non sunt ex hoc ouili. Et illas oportet me adducere, & vocem meam audient, & fiet vnum ouile & vnus pastor.

Dn̄s ad icona boni pastoris redit: vt iterū ex collatiōe boni pastoris, prauitas mercenarij fiat euidentior. Libere loquitur, q̄a sine aggrauante & supprimente veritatem peccato est. Fiducia sui hoc meritū habet. Non est iactantia, ꝙ se bonum pastorem toties adfirmat: ad doctrinam bonam hęc vox necessaria erat. Adde quod etiam prophetica oracula de se dicta, hac voce declarat. In asina Solymas venit, quia hoc ita p̄cinit Zacharias propheta. Prædixere & Vidētes, Christum fore bonum pastorem. Pastorem ergo bonum se vocat, vt videamus in eo omnia omnium prophetarum completa esse vaticinia. Ezech. 34. ait: Suscitabo super pecora mea pastorē vnū, qui pascat ea, seruū meū Dauid, & ipse erit eis in pastorem. Ego autem dn̄s ero eis in Deum, & seruus Dauid princeps in medio eorū. Ego dn̄s locutus sum. Item cap. 34. Dauid seruus meus princeps eorū in perpetuum: Ve * Roeh ehad, hoc est, Et vnicus pastor erit super vniuersos. Quis nō videat Christum huc respexisse, immo verbis prophetę locutū esse, parœmiā hāc boni pastoris proferētem? Propheta quoq; Christus dicitur ille, vnde merito has prophetias declarauit. Esa. 44. Christus q̄q; ipse sub persona Cyri regis, vocat pastor. Cæsar, rex, princeps, nō æstimet læsæ maiestatis crimen, si ab ecclesiaste vocent pastores: cū & ethnici suos reges, pastores vocarēt nō illaudabiliter. Homer⁹ reges suos fere semper pastores vocat. Plato vocat custodes.

Pastor bonus Christus oracula phetarū

*Ked

Magnates ecclesię & reges pastores esse debē

Nota

Nota vox Tiberij: Boni pastoris est tōdere pecus, non deglubere. Sancti patres, q̄rum sentētijs S. canones fundati sunt, Cæsarem catholicum, ouem vocant. Non immerito etiā Cæsarem in numerū ouiū redigunt. Christus siquidē personarum nō est admirator: Immo in potentes potentius animaduertit. Nec Cæsari ius ecclesię creditum est: quanquam Auxentiani, vt & chori & fori ius eleuent, vtrunq; confundant. Apostolus Heb. 13. vocat Christum magnum pastorē. 1. Pet. 5. dicitur summ⁹ custos. Suprà se bonū pastorem probauit, quia animā suam ponat pro ouibus. Nūc se bonum pastorē declarat, quia agnoscat oues suas, & vicissim à suis agnoscat. Boni pastoris est, gregem suū subinde visitare, & iuxta apologum, Argum agere. Oculus domini (q̄d fertur) saginat pecus. Proue. 12. Nouit dn̄s bonus iumentorum suorum animas. 27. Diligenter agnoscit vultum pecoris sui, greges q; suos considerat. Eccl 18. Qui misericordiā habet (ait Iesus Sirac) docet & erudit quasi pastor gregē suum. Sic Christus cum suis semper præsens est, & oēs ex nomine agnoscit. Agnoscit inquā suas oues: sunt aūt, de q̄bus ait Ioan. 8. Si mā seritis in sermone meo, vere discipuli mei eritis: & cognoscetis veritatē, & veritas liberos reddet vos. Itē cap. 13. In hoc cognoscent oēs quia mei estis discipuli, si dilectionē habueritis inuicē. Et 2. Tim. 2. ait Apostolus: Nouit Deus qui sint sui: & discedat ab iniquitate omnis q nominat nomē Christi. Talem nouit, necdū natū, Hieremiam cap. 1. Cæterū ignorātes ignorantur. Ociose credentibus dicet, Nescio vos, Matth. 25. Diuitē epulonem non nouit, sed Lazaron, Luc. 16. Noscunt & vicissim oues ipsum. Sunt aūt, qui audiūt verbum eius. Qui ex Deo est, verba Dei audit 1. Ioan. 4. Qui nouit Deū, audit nos: q non est ex Deo, non audit nos. Ibid. Qui nō diligit, non nouit Deū, quia Deus charitas est. Sperant in te (ait psal. 9) qui nouerunt nomē tuū. Hoc est, qui colūt. Christus nō dicit se venatorē robustū. Venator quisq; canes suos nouit, vnde hūc Melampoda, illum Melanchetem, Pamphagum alium vocat. Equisones quoq; equos proprijs appellant nominibus, hūc Ascheton, illum Cambason, aliū Corithan. Sed & se non vocat equisonē Christus. Deniq; neq; porcarium neq; bubsequā se esse dixit: Canis, inuidiæ notata est bestia, vnde & hæretici vnicā Christi dilacerātes, sub eius bestiæ typo designātur. Equū martium animal, sus immūdus, tauri item armētale genus, cornibus ferociūt, nā & Buceri vocabulū, nō minus crudelitatem importat, q̄ pedes equini. Huiusmodi bestijs discipulos suos Chrs nō cōtulit, nec se istiusmodi bestiarū pastorē dixit. Oues simplices, humiles, patientes, & bonæ frugis plenas, suas agnoscit. Tales & vicissim suū pastorē fide noscunt, spe sequunt, & illi charitatis ardore adhærescūt. Sequit: Sicut nouit me pr̄, & ego agnosco patrē, & animā meā pono p ouibus meis. Quæ hæc illatio? q cohærentia? Gregorius in hom. dubitationē hanc grauissime expedit: agnitionē obedientiæ & charitati tribuēs, idq; aptissime. Nouit siquidē Deus q sint sui, eos nimirū, q declināt à malo, & faciūt bonū. Sic & nouit seruum suū fidelē Dauid, Ezech. 43. Et scriptura passim vocat seruū fidelē Dei Christum. Nullus vnquā seruus dn̄o suo adeo fuit submissus, atq; Iesus patri suo cœlesti. Vsq; ad mortē, & eam crucis, patri factus obediēs Phil. 2. Obaudientē sui pater filiū nouit. Filius identidē dn̄m Deū suū nouit, quia & se formā serui nouit. Paulominus, ait scriptura, minorasti eū ab angelis tuis, hoc est, teste Sedulio, assumēdo carnē, patiendo crucē, q̄d vtrunq; angelis euenire nō potest. Cæterum quatenus & filius est par Deo, rōne vnitatis substātiæ, nō solum nouit mysteria humanæ redēptionis oīa, sed & generatiōis, qua à patre ab æterno genitus, & in æternū gignitur, quaq; sp̄us sanctus ab vtroq; procedit, sacramēta pfectissime solus tenet. Vnde & ait: Ego & pater vnū sumus. Ad Iudæos dicit Ioā. 8. Vos dicitis Deū vestrū, quē nō cognouistis, ego aūt noui eū. Et si dixero q nō nouerim eū, ero similis vr̄i mēdax. Sed noui eum, & sermonem eius seruo. Ecce tibi veritas se ipsam elucidat: quare ergo aliūde interpretationes coaceruemus? Sequitur: Adhuc alias oues habeo, quæ non sunt ex hoc ouili. Nulla hic obscuritas. De ethnicis omnes intelligunt, ethnicos q̄q; opus manuum suarum plastes agnoscit, dicit ergo & eas adducendas sibi. Adduxit autē p prædicationem euangelij, quæ propter traducem vnitatis, initium sumpsit Hierosolymis, Lucæ 24. Adductionem hanc latiori campo prosequitur idem Act. fere p totum. Ex adductione ea factum est vnū ouile, sub vno pastore Christo. Hoc item sic prędictū vides Ezech. trigesimoseptimo. Mysterium hoc admodum grāde, p miraculum duarum virgarum in vnā redactarum, præsignificari vides ibidē. Maceries & interstitiū simultatis, Chr̄i passione est euulsum, Ephe. 2. Iā nō duo populi, sed vnus, Rom. 3. Hic fundat articul⁹ nr̄æ cōfessionis de vnitate ecclesię. Ecclesiā nisi vnicā agnoscit Chrs. Vna fides, vnū baptisma, vn⁹ Deus: ergo & vna saltē est eccl'ia.

Marginalia: Pastor bonus Christus. — Oues Christi quæ. — Agnitio Dei, ex obedientia & charitate est æstimanda. — Vocatio gentium. — Ecclesia vnica est.

Proditor ecclesiæ Vuicleff est, non ouis: qui degener ecclesiæ, in sola Anglia ecclesiā somniauit. Proditores ecclesię, nō oues, sunt Vuicleffistæ Pickardi, q & ipsi ab ecclesia catholica defecerūt, ecclesiā catholicam in angiportū Bohemiæ includere psu mētes. In vniuerso mūdo ecclesia Christo vnico vnica est fundata: nunq̄ in vnū angulum mundi cogef. Vniuersus mūdus p vnū solē illustraf: & vnicus Chrs omnē hoīem venientē in hunc mundū illuminat: lux, vita, pabulū, pascuū, ianua: vnus, oīa in oībus existēs. Rogas, qd ergo dicit Aplus Ephe. 4. Dedit pastores, pluraliter? Respondeo, iuxta Ezech. vnū solū esse pastorē, & vnius ecclesiæ vnicū sponsum, 2. Cor. 10. Ephe. 5. Apoc. 22. &c. Zelotypus sponsus ille, angustū habet stratū & palliū breue, Esa. 28. Habet tñ vicarios & subpastores, se timentes & amantes, quos caulibus multis vnius ecclesiæ in vniuerso mūdo pfecit, qbus etiā spm̄ sanctū suū ad mysteriū hoc dedit. Sūt itaq; & multi pastores, iuxta Apostolū: sed vnius spūs oēs, sub vno capite oēs. Christus omniū vnū est caput. Christi spūs in vno sensu & itelligētia regit oēs. Ministri Christi, oēs. Sic nos, ait Aplus, existimet homo, vt ministros Chri & dispensatores mysteriorū Dei. Sunt inter subpastores & vicarios eos alij alijs maiores: sed si eū q oīm maximus est, Christo contuleris, erūt quasi minima stella composita soli. Et queadmodū neq; ex seipsis stellæ lumen habent, sed id à sole accipiunt: ita & vicarij Christi vniuersi & singuli nihil habent, quod per Christū nō habeant. Et de pastoribus extat oraculū Hiere. 3. Ad hāc prophetiā alludit Aplus 1. Tim. 1. dicēs: Hoc pceptū commēdo tibi fili Timothee, iuxta pphetias q̄ de te pcesserunt, vt milites in eis bonā militiam. Huc referendū q̄d dicit Ephe. 4. Qui dedit alios pastores. Ex pastorū horū numero vnus erat Aplus, qui & ipse pro sua mensura dicere poterat, q̄ & quāta passus esset pro Chri ouibus, 1. Cor. 6. 2. Corin. 11. Sed alia ratione passus est archipastor, alia subpastor. Nisi em̄ ille passus esset, nulla esset huius passio. Arguit pastoꝝ veritatem passio: sed vnius passio, omniū est salus. Petro dicit, Sequere me: & Paulus se impendit. nō tamen grex neq; Pauli erat, neq; Petri: sed ipsius archipastoris, q dicit Petro, Pasce oues meas, Ioan. 21. Ex his Chri verbis, veræ traducis Petrus, tanq̄ vera propago, dixit & alijs palmitibus, successoribus & collegis suis: Pascite gregē non meū, sed dñi, 1. cap. 5. Nunc tandē, vt summā rei in pauca cōferam, admonitos velim hic episcopos, vt ex hac psenti lectione sibi canones pastorios siue pastorales cōficiant. Primo sibi ex hoc loco proponāt boni pastoris formulā ad imitandū. Ad imitandū, inquam, quia ipsam verā illam & perfectā bonitatē fontis bonitatis, nemo adsequi poterit. Suffecerit ergo viatorū perfectio ista, si primo pdicatiōi verbi sedulo institerit episcopus: si munus docēdi sibi pcipue commēdatū, susceperit psul. Duplici digni honore sunt, q in doctrina verbi bene psunt. Nō misit me Chrs baptizare, ait aplus Paulus. Et diuus Petrus ait: Num iustū vobis videf, vt nos derelicto verbo, mensis ministremus? Administratio doctrinæ, apostolis oībus pcipua fuit gloria, q̄ si nostratibus incipit vilescere, & dedecoris loco haberi, apparet quantū hi ab illis discrepēt. Secundo, debēt episcopi cauere quæstū, q non est pietas. Tertio, tam debent affici profectu gregis, q̄ eius defectu. Neq; satis sibi hoc debent æstimare, ꝙ virtutē tradāt, nisi etiā vitijs, vnde ouilia corrumpantur, strenue luctentur. Dicant Simoni: Pecunia tua tecū sit in perditionem. Dicant Herodi: Non licet tibi vxorem fratris tui Philippi habere. Meminerint verbi S. Augustini, dicētis: Fugisti, quia tacuisti: tacuisti, qa timuisti. Et quare Petrus, à petra Christo Iesu excisus, dissimularet, quod poetæ carnales homines, & quod philosophi tyrannis trucibus ausi sunt dicere? Quarto, debēt crebra conuersatione & consuetudine docendi, admonendi, infirmos visitandi, pauperes fouendi, notiores esse singulis, quàm solēt prophani pastores suis noti esse canibus. Comminatur Deus grauiter ijs, qui hæc pastoria opera omittunt, Ezech. 34. Quinto, non debent spirare sulfur nitratum, sed redolere magis thus & thymiama. Ex æquo debent cedere alijs. Sapientia quæ de sursum est, tractabilis est & bonis consentiens. Viderint nonnulli superstitiosi, qua autoritate ausint eos hæresios damnare, qui crassissimos saltem abusus, verbo scripturæ apertissimo pugnantes, iudicant. Eia quàm hic sunt acuti: Gratis accepistis, gratis date: Vnusquisque propter scortationem &c. Hæc, & genus hoc apertissima scripturæ loca, hei mihi quàm limitent. Heu fides, heu pietas, heu religio prisca, huccine rerum peruenimus, vt etiam sine hæresios traductione Christus & apostoli audiri vix possint? Hei mihi. Quot pia ingenia hodie à theologia sacra absterrētur, dum vident, etiam apertissimam scripturā sine magno periculo vix posse doceri? Viderint quoque episcopi, qbus hypocritis scripturarū deprauatoribus fidē adhibeant. Viderint pastores, vt verbū fidei recte secent. Meminerint, multos in posterioribus tēporibus fore

Prophetia de epis

Passio arguit bonū pastorem.

Canones pastorales.

re pseudoprophetas,multos dicturos:Ecce hic,ecce illic est Christus. Ne credant omni spiritui.Deniq; & grex vocē pastoris,verbū Dei,tanquam ipsum pastorem præsentissimū,reuereri discat.Caueat,verbum Dei negligenter audiat: quod certe summū apud Deū piaculum habet. Dein discat vel ab ouium natura, vt non solum audiat & sequatur pastorē pabula administrantē,sed & exemplo ouis,frugi esse incipiat.Sic em̄ fiet,vt dn̄s Deus vtriusq; status strenuos rectores ecclesiæ pficiat.Certū est ex canone 6.q̄st.1. Ex merito: item 8.quæst.1. Audacter:Sæpenumero non ex arbitrio Dei,sed ex merito plebis rectores dari.Suā ergo plebs culpā agnoscat, seq; ipsam corrigat:id siquidē generalis reformationis primus gradus existit. Domin' Iesus pastor opt. max.tā ad hanc priuatā, q̄ ad publicā & generalē reformationem clemēter adspirare dignetur,vt ouile vnicum hoc suū,tot mercenarioꝝ,tot lupoꝝ rapaciū, tot morbidaꝝ tonsarum securū & expurgatū,ad suam solius gloriā indies magis atq; magis in pulchra pace coalescat & succrescat,Amen.Huic animarum nostrarum Episcopo & pastori opt.max. sit laus & gloria cum patre & sancto spiritu,per æterna seculoꝝ secula. Amen.

Priuatus q̄sq; attendat sibi à sophistis nouis.

DOMINICA A FESTO PASCHATIS
Tertia,siue Iubilate, Euangelium Ioan.XVI.



Odicum,& iam non videbitis me:& iterum modicum,& videbitis me,quia vado ad patrem. Dixerunt ergo ex discipulis eius ad inuicem: Quid est hoc quod dicit nobis, Modicū, & non videbitis me: & iterum modicum, & videbitis me, & quia vado ad patrem? Dicebant ergo,Quid est hoc quod dicit, modicū? nescimus quid loquitur. Cognouit autem Iesus quia volebant eum interrogare,& dixit eis:De hoc quæritis inter vos quia dixi, Modicum, & nō videbitis me:& iterum modicū,& videbitis me? Amen amen dico vobis, quia plorabitis & flebitis vos,mundus autem gaudebit:vos autem contristabimini,sed tristitia vestra vertetur in gaudiū. Mulier cū parit, tristitiam habet,quia venit hora eius:cum autem peperit puerum, iam non meminit pressuræ propter gaudium, quia natus est homo in mundū. Et vos igitur nunc quidē tristitiam habetis: iterū autem videbo vos, & gaudebit cor vestrum,& gaudiū vestrum nemo tollet à vobis.

INDVCTIO.

Christi amor erga suos discipulos immēsus.



Aiorem charitatem nemo habere potest ea,qua suos Christ' dilexit discipulos. In finem, vt ipse ait,dilexit *nos. Est mutuus amor inter fratres germanos, itidem inter parētes & filios dilectio est.sed is ignis qui vel inter fratres, vel inter parentes erga se inuicem esse potest,collatus Christi amori erga nos,similis erit stiriæ composita clibano ardenti. Paruulus ille grex Christi discipuloꝝ,magnatibus synagogæ plane fuit inuisus,nulla alia causa, nisi q̄ Christo adhærerēt.Hac item causa nō adeo bene audierunt etiam apud vicinos & amicos suos:nam quod in die parasceues in propatulum venit,vulgus ad felicē parietē inflectere,hoc est, ad potentiores & fortunatiores sese applicare solet. Vnde & Christus se populo non credidit, sciens quid in eo esset.Quo magis itaq; discipuli eius huic mundo contemptui habebantur,hoc Christus eos dilexit vehemētius.Charitate hac permotus, pridie eius diei quàm pateretur, sermonem bene longum ad suos habuit,quē hic noster Euangelista,archigrammateus Christi,cap.14. 15.& 16.fideliter conscriptum,nobis quoque exhibuit. Incipit:Non turbetur cor vestrum.Finit,Confidite,q̄a ego vici mūdum.Semicordatus quisque & mediocriter pius quiuis,fine negocio totius sermonis effectum, ex eiusdem exordio & fine collegerit.Nihil per totum sermonē,nisi summam compassionem & consolationem,vides.Intermiscet item quædā mandata,symbola charitatis aptissima.Eius loci est hodierni euāgelij lectio:in q̄ ineffabili charitate suos solat in hoc,q̄ illis futura prædicit,vanā nimiꝝ mundi lætitiā,ipsorum discipulorum instantem mœstitiam. Ipsam nunc lectionem videamus.

Mo

Modicum,& iam non videbitis me:& iterum modicum,& videbitis me,quia vado ad patrem.

Parabolis quare Christus pcipue sit vsus.

Sic visum dño:& is mos eius fuit peculiaris,vt in parabolis loqueret. Mos is & pphetarũ proprius fuit. Causæ certę eius existunt. Inter multas hæc pcipua est: Verbum Dei,tanq̃ res omnium sacratissima,ita sub verbo℞ inuolucris pijs debebat cõmendari. Repetit hoc loco,& quodammodo illustrat hoc,q̃d Mat.20.& Luc.18.dixit,nẽpe se Solymis crucifigendũ,tertia vero die se resurrecturũ. Prædixerat apud Matth.& Lucã,locũ:iam tẽpus q̃q; ipsum indicat,instans nimirũ. Modicũ,inquit.q.d.Iã hora aduenit,ꝙ proditione à vobis abstrahar, Iudæis tradar,Pilato & Herodi sistar:deniq; pessime acceptus,in cruce subleuabor: & inde mortuus demissus,sepeliar. Sed puteus nõ aperiet super me os suũ. Statim eñ (tertia nimirũ die)resurgam:& sic modicũ,& videbitis me. Videbitis aũt nõ amplius moritu℞,sed glorificatũ corpore,oĩbus malis defuncto. Porro hæc oĩa oportet fieri, quia sic oportet filiũ hoĩs in suã gloriam intrare. Nulla,fratres,alia est via ad vitam, nisi per mortẽ:nullũ aliud iter ad gaudia, nisi per acerbã crucẽ. Adã sensuũ voluptate mortẽ eam pœnalẽ in hunc mundũ intulit,per diuersum itaq; iter,hoc est,per sensuũ castigationẽ,per voluptatis impugnationẽ,per disciplinã & obedientiã,illuc vnde excedimus, nobis redeundũ est,Lu.24. Calicẽ itaq; quẽ dedit Christo pater,vt hęc oĩa nobis declararet,libens bibit,patri libens obediuit,Phil.2.

Dixerunt ergo ex discipulis eius ad inuicẽ:Quid est hoc quod dicit nobis,Modicũ,& non videbitis me: & iterũ modicũ,& videbitis me,q̃a vado ad patrẽ? Dicebãt ergo,Quid est hoc quod dicit,modicũ? Nescimus quid loquitur.

Verbũ hoc,quod de morte sua acerba, & ea turpissima,olim sine omni parabola suis charissimis discipulis prædixerat, non intellexerant. mirum itaq; non est, eos & hic non intelligere ea, quæ de morte sua parabolice dixit. Sed vos in Christo dilecti,attendite, quanti etiã sermo nõ intellectus,apud apostolos fuerit. Nõ despondẽt animũ,nõ abeunt indignabũdi,quẽadmodũ illi supra cap.6.qui dixerũt:Durus est sermo iste,& quis poterit eũ audire? Primo perpendite diligentiã euangelistæ, quẽ nõ piguit eadẽ iterũ atq; iterũ repetere,Replicatiõis hoc genus aplis & euãgelistis oĩbus est frequẽtissimũ. Aplus dicit hoc fieri in cõmodũ ecclesiæ, Phil.3. Ignauũ hodie vulgus,nescio q̃ nouo spũ, ita nasutum incipit fieri, vt euangelicã eã repetẽdi phrasin carpere ausit. Saltẽ hodie in declamationibus lenocinia verbo℞ quærunt. Placet q̃d Lydijs modis proferr. Inuenias,q e voce pplationis verbũ Dei æstimãt. Adeo imponi nobis ipsi volumus. Prædicatores egregie moribus vulgi inseruiũt:nemo sua patria lingua,si Anathotites fuerit,se cũ Hieremia prophetã agere posse arbitrat,si patriã linguam dediscat,& imitatitia alia quæcunq; nouũ se & illuminatũ aliquẽ euangelistam populo venditet. Mirum q̃ noĩa Hebraica nouis pronunciationibus mutent,etiã ineptissimi asini,qui ne Latine quidẽ sunt docti. Sic vulgo ignauo placent,vnde cũ primis displicere debebãt. Certũ est, vulgum qui fucũ rei amat,re ipsa nõ perinde affici. Apostolos videmus rẽ ipsam recte considerasse,& re ipsa ductos semper extitisse videmus. Christi sermonẽ etiã nõ intellectũ, memoriter tenuerũt ad verbũ. Singula verba perpendũt,omni verbo oris Dei vitam inesse credẽtes. Non illis satis erat audisse: intelligere etiã voluerunt. Cõueniũt ergo, inter se conferũt,disquirũt,disputãt. Quid est,inquiunt? Quid sibi vult ænigma? Grande aliquod mysteriũ subesse videmus:vtinam intelligeremus. Hoc ingenuorũ discipulorũ ingenium est. Ignaui verbũ auditũ, nec satis intellectũ, proteruis ventis(vt cũ poeta loquar)tradunt deferendũ in mare. Sed Deus tantũ thesaurũ nõ vult citra ænigmaton tegumenta publicatum. Sic semen oẽ suis glumis,suis folliculis, scapisq; Deus recondit,vt industria humana tanquã preciosum donũ Dei excuteretur. Sic & verbum suũ vult diligenti disquisitione discuti,vt tandẽ in maiori haberet precio. Exemplum habes Eunuchi Candaces reginę, Acto.8. Diligenter ille euoluit scripturam, etiã non intellectã. Non legit solũ,sed & p tot mundi climata Solymas proficiscebatur,nulli labori neq; impensis parcens:illic ea quæ minus intellexit,vel aliqua ex parte auditurus. Christus quoq; vult vt scripturas scrutemur. Et hoc Salomon nõ semel nos monet. Et Sapiens: Audiens sapiens sapientiam, sapientior euadet. Qui quærit, inuenit. Sapientia se diligẽti inquisitione promittit. Ecci 24. Et Eccẽs dicit cap.10. Post industriã sequitur sapiẽtia. Germanicũ q̃q; dictũ est: *Fragens wirdt man weise*, Rogitando sapientiores reddimur. Sũt pleriq; nõ ignaui,sed fastuosi adeo, vt ea q̃ nesciunt,se scire simulẽt, ne ignari videãtur. In eos Satyricum hoc dictum est:

Vulgi ignauia.

Rectè verba ornate q̃rẽda côuocibus ec. fiæ.

Scriptura sensu diligẽter quærẽda.

Turpe est,nescire fateri.
Sunt insuper,qui nihil eorum quæ docẽtur, approbant,nisi eorum opinionibus, immo etiã nequitijs,respõdeant.Sic & olim pru rientes auribus homines, dixerũt prophetis:Loquimini nobis placentia.Sed Sapiens dicit,melius esse à sapiente corripi, q̃ stultorum adulatione decipi:quia sicut sonitus spinarum ardentium sub olla, sic risus stulti.Deniq; sunt,qui ne audire quidẽ volunt,immo etiã nequeunt, Mammoni Voluptiæq́; deuincti penitus.Tales omnes tã absunt à Christianismo,q̃ ab auro scoria. Digni qui designentur iuxta præscriptum apostolicum 2.Timoth.3.

Cognouit autem Iesus quia volebant eum interrogare,& dixit eis: De hoc quæritis inter vos:quia dixi,modicum, & non videbitis me: & iterum modicũ,& videbitis me?

Iam tertio eadẽ verba repetit euangelista. Facessant hic rhetorices præcepta. Nulla est tautologia ĩ tota theologia,nullus solœcismus, nullus barbarismus in christianismo.Nullus apiculus,nullũ iota superfluum.Dignũ verbum Dei, quod subinde nobis inculcetur. Pambus anachoreta ille, vnicã lectionẽ semel auditam,per omnem vitam suam mente sua volutabat sedulus. Nempe eam:Domine, pone custodiã ori meo,ne delinquam in lingua mea. Felix, cui semen hocce ita sapit.est enim,iuxta Dauida,supra mel dulce.Vnctio tali discipulo veritatem & sensum scripturæ non denegabit.Discipuli Christi repetunt auditũ verbũ,soliciti sunt,anxij sunt. Curã eam, quæ discipulos adeo coxerat, dñs non vidit modo,sed & suo ipsius pectore sensit. Nouit quod se iam vellent interrogare:suo ergo more interrogationem præuenit,pŏccupatq́;. Adeo ad docendũ est promptus pastor & magister optimus. Sed neq; hic rem rudius planiusq́; solũ retexuit,verum etiam adiectionem nouam,vnde modicũ hoc,& iterum modicum, facilius intelligerent,subintulit,nempe eam: Amen amen dico vobis,vos flebitis, mundus aũt gaudebit.Dixisset simplicius:Cras ego in cruce occidar,& inde depositus,sepeliar: tũc sepultũ,modicum nõ videbitis, nimirum vsq; in diem tertium.In sepulchris enĩ cõditi,humano visui sunt subtracti.Modicũ erit,& iterum videbitis rediuiuũ. Apparebo vobis,& multis argumẽtis me vobis vere resurrexisse declarabo. Maxime in Galilæa me vobis exhibebo videndũ. Hoc siquidem Marc.16.significãter promissum vides,& Luc.24.& Ioan.20.Sic videre & non videre,quanquã sibi contraria videãtur,vnà stare videmus. Nouit magister, q & quantũ discipulis cõmode traderet.Voluit exercitatissimos habere discipulos, voluit & eos cõsortes sui sacratissimi calicis. Nouerãt tristes,suorum dolores vere doluit. Parte aliqua eũ deliniendum,non prorsus auferendũ,duxit:quia hoc discipulis non cõmodasset. Nã quo hic maior fuit discipulorum tristitia,hoc postea etiã excelluit eorum lętitia.Et inde nũc in cœlo splendida magis rutilat eorum gloria. Hæc oĩa nouit Christus,cui etiã ipsi per contumeliam & passionẽ in sua ipsius gaudia fuit eundũ. Moderate itaq; verbũ suũ desiderantibus exposuit,modesteq́; simul cõsolabatur tristes.Adde quod in hac responsione totum ecclesiæ statũ pulchre delineauit sapiẽtia patris.Vera Christianorum cõuersatio, est inter spinas rosa,in æstu tẽperies,in fletu solatium: inter contumeliã & bonũ nomẽ: vt seductores, & tamen veraces. Huc facit psal.29.In vespere demorabit̃ fletus,& ad matutinũ lætitia.Esa.54.In momẽto paruo dereliqui te, & in miserationibus magnis colligam te. Calix dñi plenus est vino mistus.Qui de hac mistura non bibit, aut in peccatorum suorum desperatione, aut in vanissima huius mundi gaudiorum consolatione perit.Forte etiã nõ vacat mysterio,quod Euãgelista verbum vidẽdi mutauit: vt visio ea,quæ à resurrectione Apostolis cõtigit,maioris energiæ æstimetur. Sic & post nubila solis splendor longe solet acceptior esse. Simili mysterio idẽ Euãgelista in epistola canonica,1.ca.1. adhuc alia duo verba huius significatiõis,vidẽdi nimirum,posuit,vt verã visionem ab ea quę vera non est,secernat.Sed nũc verbum hoc, quod dominus priori verbo tanquam illustrationem adiecit, audiamus.

Verbum Dei dignũ q̃d subinde repetatur.

Ecclesiæ status delineatur.

Amen amen dico vobis, qa plorabitis & flebitis vos, mundus aũt gaudebit:vos autem contristabimini,sed tristitia vestra vertet̃ in gaudium.

Oĩa cõpassionis plenissima.Q.d.Dilectissimi mei,de hoc q̃ritis,quod dixi: modicum,& nõ videbitis me.Sed nõ video q̃re hoc verbum multis vobis exponã.Incumbens periculum satis vos erudiet.Vexatio dabit intellectũ. In schola crucis, tanquã in diatribe siue in palęstra, exercebimini. Instat hora.Cras siquidem modicũ hoc, de quo dixi, aderit. Hei mihi, ex quanta commiseratione hæc Christum dixisse credamus? Dixit: Qui vos tangit, tangit pupillam oculi mei. Certum itaq; est,

Ecclesiæ status luctuosus.

Christũ omnia quæ apostolis prædixit, cor de dolenti tanquã præsentia sensisse. Cras, inquit, hora vestræ dispensationis aderit, cras luctus vester incipiet: nec statim finietur: tenebit eñ tãtisper, donec in hoc seculo mihi seruientes, vixeritis. Planctus ille quidẽ, quẽ de mea crucifixione cõcipietis, per resurrectionẽ meam à vobis auferetur: sed status vester, in quem ego vos vocaui, perpetuo erit luctuosus. Quemadmodum me perpetuam crucis personã vidistis, sæpe flentem, nunquã ridentem: sic & vos noua vita lugubris, cui non assuefacti estis, manet. Eritis huic mũdo reiectamen tum, ouesq; occisionis eritis. In mediũ luporũ peruenietis, Matth. 10. E synagogis vos faciẽt, Ioan. 16. Odio habebimini omnibus propter nomen meum. Trademini in concilia. Ad reges & principes ducemini. Matt. 5. 10. In conciliabulis suis flagris vos cædent. Ibidem, & 23. Breuiter, quicũq; occiderit vos, arbitrabitur se obsequiũ præstare Deo, Ioan. 16. Tantis malis lõge estis impares. Qui princeps vester est, Petrus ipse, quo non velit, ducetur: hac nocte ter me negabit, priusquã gallus cantet: & vos oẽs aufugietis. Auspicia hęc erunt vestri luctus. Contrà, quo vos plus afflicti lugebitis, hoc mundus fusius gaudebit & triũphabit. Eius quoq; rei iamiam exempla videbitis. Herodes cum Pilato in meo sanguine in gratiam redibit. Non tantũ odiũ inter Agathallos & Acanthylidos (quorũ si sanguis vi misceatur, continuo se rursus separat, & dissilit) intercedit, atq; est inter Iudæos & Pilatũ, quos cras videbitis amicissimos. Dicẽt eñ Pilato: Domine, recordati sumus, quia seductor ille dixit se tertia die resurrecturũ. Ille vicissim in grãm Iudæorũ, & morti adiudicabit me crucis, & sepulchrũ milite muniet meũ. Exẽplo istoc, quantumuis sibi tyranni & quicunq; impij diffideant, in persecutione vestra fient vnanimes. Sed & hoc audite: Confundentur etiã egregie oẽs, qui vos propter nomen meum persequentur. Vos vero apud probatissimos quoscunq;, vel occisi, venerabiles eritis ĩ hoc seculo: vt interim taceã gloriam maximam, qua pater meus vos in cœlo beabit. Iterũ eius exemplum cras & perendie videbitis. Cras terræmotũ sentietis, tenebras super vniuersum orbẽ videbitis: cras findentur petræ, scindetur velũ templi, aperientur sepulchra: multi eorum qui in meã mortem consensere: his omnibus visis & auditis, compuncto pectore e monte Caluaria domũ reuertentur. Pilatus cras confundet Iudęos. Dolenter legẽt illi titulũ meæ gloriæ. Dicent itaq;: Scribe aliter, corrige titulum. Quibus ille: Quod scripsi, scripsi, respondebit. Confundetur & ipse Pilatus, non solum per mea omnia responsa, nec item per Iosephi ab Arimathia verba, sed & per propriæ vxoris nuncia. Confundetur Herodes. Confundetur & pudefiet ipse satan, confitente centurione filiũ Dei. Perendie maior confusio facies Iudæorũ operiet, maximus terror & metus eos inuadet, & humi prostrauerit omnes. Custodes siquidẽ timore concutientur, & velut mortui, prostrati iacebunt, me resurgente. Synagoga vero hoc audiens, trepidabit: & in suã perpetuã confusionẽ congregabuntur, consilioq; habito, pecuniã copiosam dabunt militibus, dicẽtes: Dicite discipulos eius nocte venisse, & furatos eum esse vobis dormientibus. Hæc erunt initia perturbationis synagogæ: in die vero pentecostes, & deinceps in perpetuũ, magis atq; magis ludibrio fient vniuerso mundo, vel hostibus miserabiles. Hæc est mutatio dextræ excelsi. In hũc scopon huc missus est filius Dei. Sic reuelabũtur multorũ cordiũ cogitationes. Quod de synagoga dictũ est, de toto mũdo intelligi debet. Est eñ synagoga, mũdus ipse fact⁹. Filij Dei, facti sunt filij Belial. Villam alius emit, alius iuga boum mercatus est, alius vxorẽ duxit. Vnde pro diuersis affectibus mũdus gaudebit, vobis (quos ego ex hoc mundo immundo elegi) mœstis. Contrà, vobis gaudentibus, mũdus mœrebit. Gaudebitis aũt vos in cruce mea, spũalia, vera & æterna gaudia, mundus vero in vanissimis gaudijs peribit.

Tyranni confundentur.

Mulier cum parit, tristitiam habet, quia venit hora eius. Cum autẽ peperit puerum, iam non meminit pressuræ propter gaudium, quia natus est homo in mundum. Et vos igitur nunc quidem tristitiam habetis. Iterum autẽ videbo vos, & gaudebit cor vestrum, & gaudium vestrum nemo tollet à vobis.

Gratiæ mulieris similitudo frequens.

Theophylactus ostendit, parabolã hãc esse plane propheticam. Sæpessime eñ Videntes huiusmodi similitudine grauidatæ mulieris vtuntur, psal. 48. Esa. 13. Hiere. 6. 30. Ezech. 30. Oseæ 13. Mich. 4. Dolorem enitentis mulieris esse vehemẽtem, ex maledictione diuinæ iustitiæ (Gene. 3.) colligi potest. Parœmia omnibus, nisi humana ratione priuatis, nota est: vnde & à domino in re ardua nobis proposita. Facessat superstitiosa verecundia. Nihil in eloquijs diuinis turpe. Humanum cor, impurum est: vnde

vnde & honestissima vocabula, pro sua immunditia, tanquã obscœna accipit. Cæterũ mundo corde homini, etiam vocabula obscœna, casta & sancta existunt: quia mũdis omnia munda. Verbũ, omnẽ oculum mundissimũ creauit, sed culpa coinquinauit. Vnde Adæ & Heuæ oculi culpa aperti, nihil sanctũ in suo ipsorũ corpore videre poterant. Vnde etiam cor purgatũ, grauiditatem & partũ mulierꝝ sine omni audiet rubore. Cruciatus enitentiũ mulierũ exemplum habemus Rachelis, cui partus dolor vitã abstulit. Vnde & Beniamin eius soboles, Ben Oni, hoc est, filius doloris est dictus, Gene. 37. Sic & Iabes 1. Paral. 4. ab hoc dolore est appellatus. Ki Jaladthi be Otzeb, hoc est, quia peperi in dolore. Respiciens ad verbũ Gene. 3. Be Etzeb Theldi Banim, hoc est, in dolore paries filios tuos. Contrà, de gaudijs mulierũ enixarũ habes Gene. 4. vbi nato Cain, Heua non sine gaudio & gratiarũ actione dixit: Possedi hominẽ per Deũ. Ibidẽ nato Seth, eadẽ dixit: Posuit mihi Deus semen aliud pro Abel. Sed ne in re manifesta superstitiose laborẽ, vnius exempli adiectione hic contentus ero. Angelon audiamus Luc. 1. In natiuitate, ait, eius multi gaudebunt. Hanc felicitatẽ ne ethnici quidẽ ignorauerunt. Vnde est hoc:

Et pulchra faciet te prole parentem.

Et illud:

Incipe parue puer risu cognoscere matrẽ:
Matri longa decem tulerũt fastidia mẽses.

Apostolus honestã mentionẽ facit parturientiũ, & proles suas educantiũ, 1. Tim. 2. & 5. Sed ad applicationẽ tandẽ veniamus. Hora afflictionis, de qua Christus suos non semel præmonuit, aderat. Nõ tam discruciatur in partu mulier, q̃ discipuli affligebantur percusso magistro. Percutiã, inquit, pastorẽ, & dispergentur oues gregis. Clausis ianuis, in maxima solennitate tristes sedebant: sed Christus rediuiuum se suis exhibuit, & continuo gaudia, æternorũ initia, gaudere inceperunt. Obserua, parabolam nobis quoq;, qui Christi censemur nomine, dictã esse Marc. 13. Galilæis siquidẽ illis sanctis, nobiscũ in vno Christi corpore summa intercedit necessitudo. Apostolis, nostris patribus, dictũ est: Vos plorabitis. Certe hoc & nobis, eorundem filijs, dictũ sit oportet. Ratio lugendi, est sponsus à filijs nuptiarum ablatus. Christi gratiosi præsentia illa omniũ iucũdissima, nobis negatur: vnde quasi orphani sumus & exules, illo apud patrem illius & nostrũ, apud Deũ illius & nostrũ, ĩ patria existẽte. Anima nostra haud secus atq; ceruus desiderat ad fontes aquarum, ad ipsum Iesum

Apostolis q̃ dicta sunt, etiã ad nos ptinẽt.

anhelat. Cupimus omes identidẽ cũ Apostolo (Philip. 2) dissolui, & esse cũ Christo. Interim dũ in tabernaculo (vt Petrus ait) agimus, lætari non possumus. Inquilini in hoc corpore & in hoc mundo agimus, bis miseri, bis exules: patriã ergo futurã semper inquirimus. Ciuitatem & locũ manentem, æque atq; ipsi patriarchæ & prophetæ, etiam æque ac ipsi pij reges Dauid & alij (psal. 118. 119. 1. Cor. 4. 10. Hebr. 11.) non habemus. Baptizati, per mare rubrũ in desertũ pœnitentiæ transmissi sumus, 1. Cor. 10. Ecclesia mater nostra, secundũ Esaiã, paupercula est, tempestatibus conuulsa. Nauicula Petri dos fluctibus vsq; infestat. Leo fremens, caulas dominicas assidue circumit. Lupi rapaces, oues infestant miseras. dracones horrendũ minitantur. Palma ad viam plantata, à populo saxis prætereunte petitur. Vineã dominicã aper de sylua singularis *ferus depascere, vulpes demoliri nõ supersedent. Deniq; (vt aliquid, quod huic lectioni proprie magis alludat, adducamus) ecclesia nostra omniũ mater, grauida est mulier, e partu iã laborat, idq; afflictione ineffabili. Sed & draco rufus parturienti insidiat, Apoc. 13. Hic, rogo, q̃ gaudia esse possunt? Non est seruus maior dño suo, non est discipulus potior magistro. vilius est putre lignũ viuo. Si dño nostro ita illusere, si magistrũ occiderunt, si floridæ arbori non pepercerunt, quid non facient discipulis & seruis? quomodo arido & putrido ligno æqui esse, & violentas ab eo manus continere poterunt? Vide de hac re Matth. 7. Ioan. 3. Gala. 4. 1. Petr. 1. 2. psal. 21. Nos inter lupos, inter hostium turmas, inter scorpiones vitã degere, nos rosam inter spinas esse, inq; valle lachrymarũ detineri, vide Matth. 10. psalm. 109. Ezech. 2. Cant. 2. psal. 83. Quam ergo securitatem nobis hic pollicebimur? quã somniabimus nobis voluptatẽ? Christus in hoc mundo male audiuit, nos hic aurã popularem & gloriam venabimur? Non habuit hic Christus, quo venerabile caput suum reclinaret: qua ergo fronte nos latifundia latifundijs iungere, aurũ & argentum coaceruare instam⁹? Puer natus est nobis, cuius imperiũ, statim e partu, super humerũ eius vsq; ad montem caluariæ: nos extra hoc Chri nri regnũ, crucẽ puta, aliud quęrimus? Neutiq̃, Neutiq̃. Sed exibim⁹ ad eũ extra castra, improperium eius portaturi. Gaudeat mũdus, insultet nobis, persequat & tollat nos. Iniuriã mussitem⁹, patiẽtes & cõstãtes simus. Nos exules sum⁹, quaslibet ergo iniurias feramus oportet. Filij huius seculi feroces sunt, quia in suo sterquilinio existũt. Mundus ait: Tu tibi proximus esto.

Ecclesia hoc in mũdo lugubris.

esto. Vim vi repelle. Aude aliquid magni, Giaris & carcere dignum. Christus dicit: Qui vult meus esse discipulus, accipiat crucem suam, & sequatur me. Item: Quid cõmoditatis inde pertulerit homo, si vniuersum mundum lucretur, animæ suæ damnum faciens? Hic qui ex mundo est, mũdum Christo præfert: contrà, qui ex Deo est, verbũ Dei audit. Graue fateor lignum crucis, sed magni meriti occasio, maximæ item virtutis omnibus se complectentib⁹. In stabulo vbi Christus natus est, si non pigeat nos vitam degere omnẽ, manet nos æterna regia in cœlo de saphiro, carbunculo, crystallo, & hoc genus gemmis omnigenis ædificata, Esa.54. Aula, inquã, e viuis gemmis & vnionibus patientiæ & bonorum operum meritoriorũ nos manet, idq; in cœlo: vbi nox non est, vbi pro sole & luna claritas Dei radiat, Apocaly.21. Gaudia eius loci neq; auris audiuit, neq; oculus vidit, neq; in cor hominis adscendit. Esa.64. 1.Corin.2. Non sunt condignæ passiones huius vitæ, ad futuram gloriam quæ reuelabitur in nobis. Roma.8. Momentanea leuitas afflictionis nostræ, mire supra modũ æternum pondus gloriæ parit, 2.Corin.2. Et apostolus Petrus 1.cap.1. plane in hũc locum respicit. Sed non longum faciam, summa esto, Iam esse tempus lugendi, Ecclesiast.3. Beati qui lugent, Luc.6. Eamus euntes & flentes, mittentes sementem, vt veniamus venientes cũ exultatione, portantes manipulos nostros, psalm̃.126. In messe lætantur agricolæ Esa.9. Iaco.5. Turturis hic voce vtamur, hic cum columbis gemamus, vt illic cum angelis cœli, Pæan, Io & alleluia cantemus. Threni siue lamentationes, captiuis eructandi. Vnde hic locus euangelicæ lectionis habet, θρηνήσετε, plorabitis, flebitis, lugebitis, lamentabimini. Meminerim⁹, quare signo Thau inscripti simus, Ezech.9. Nonne ergo, quia sedemus & lugemus super iniquitate huius seculi? Qui ita lugent, consolabũtur, Mat.5. Ah quis possit adeo esse insan⁹, vt in hoc periculoso loco, in hoc fœdo ergastulo, in hac turpi catasta lætetur? Sed hei mihi, vnde Christianis choreæ? vnde tripudia? vnde pompæ comessationum & ineptissimarum lætitiarum? O fallacem mundum, O loton importunæ dulcedinis herbam, quæ nos hic detinet, & patriæ immemores facit. Dicis id prouer.17. Spiritus tristis exiccat ossa? Respondeo, physice hoc dictum est. Euangelium dicit: Qui amat animam suam in hac vita, amittet eam in æternum. Cæterum etiam est luctus, qui Dei nõ est: quippe desperationem potius q̃ pœnitentiam, causatur, 2. Cor.6. De hoc luctu neq; hic agitur, sed magis de illo, qui pœnitentiam operatur non pœnitendam. Sic Dauid luxit psal.35.50. Sic Iob, sic Hieremias, & omnes alij sancti. Iterum dicis: Semper gaudete, Philip.4? Respõdeo: Recte hoc, sed semper in domino. Olim pharisæi luctum simulabant, Matt.6. Neq; de fucato illo & personato luctu hic euangelica agit lectio. Verus luctus cordis, dominum inuenit, Deut.4.2.Reg.22. Cordis luctus nõ scindit vestimẽta, sed cor, Iohe.2. Tale cor dominus non respicit, psal.50. Tribulatio parit patientiam, patientia spem, spes non pudefacit, Roma.5. De patientia legat sacerdos Tertullianum. Summa: Iusti in hoc mundo tribulationem habebunt, psal.34. Ioan.16.2.Timo.3. Angusta via salutis, lata perditionis, Matth.7. Hoc ne ipsos quidẽ latuit ethnicos. Testis litera Pythagoræ, de qua Vergilius:

Ecclesię p crucẽ ad immensa gaudia pueniendũ

Tri- quæ dia- est,

Litera Pythagoræ discrimine secta bicorni,
Humanæ specimen vitæ ꝓferre videtur.
Nam via virtutis dextrũ petit ardua callẽ,
Difficilemq; aditum, primum spectantibus offert:
Sed requiem ꝓbet fessis in vertice summo.

Huc tabula Cebetis Thebani, huc somnium referendũ Herculis. Ploremus ergo corã domino qui fecit nos, à quo nos defecimus. Callem angustum tendamus: qui quamuis sit laboriosus, beat tamẽ. Abstineamus & patiamur. Patiamur, vt regnemus, Roma.8.2.Timo.2. Abstineamus, vt saturemur, Lucæ 1. Sponsus noster abest: quæramus eum, obijciamus nos vigilũ importunitati, verbera illorum contemnamus, pallium nostrum perdamus. Epiphania sponsi nostri, iucunda plane, præ foribus est. De apparitione ea dicunt angeli: Sic rursus veniet, vt eum secedentem vidistis. Et ipse ait: Iterũ videbo vos, & gaudebit cor vestrum. Tunc videbimus facie ad faciem, & salua erit anima nostra. 1.Ioan.3. Tunc charissima mater nostra, effœta malorum, fœcunda erit gaudiorum. Tunc liberi cantabimus canticum nouũ, Esa.25. Apoca.21. Cantabimus autem sponso nostro, vnà cum patre & spiritu sancto vni in sancta triade Deo, cui sit par laus & gloria per æterna secula, Amen.

Domi-

DOMINICA IIII. POST PASCHA, SEV Cantate, Euangelium Ioan. XVI.



VAdo ad eum qui me misit, & nemo ex vobis interrogat me, quò vadis. Sed quia hæc locutus sum vobis, tristitia impleuit cor vestrum. Sed ego veritatem dico vobis: expedit vobis vt ego vadã. Si em̃ non abiero, paracletus non veniet ad vos. Si aũt abiero, mittam eum ad vos. Et cũ venerit ille, arguet mundũ de peccato, & de iustitia, & de iudicio. De peccato quidẽ, quia non crediderunt in me. De iustitia vero, quia ad patrẽ vado, & iam non videbitis me. De iudicio aũt, quia princeps huius mundi iam iudicatus est. Adhuc multa habeo vobis dicere, sed nõ potestis portare modò. Cũ aũt venerit ille spiritus veritatis, docebit vos omnẽ veritatem. Non em̃ loquetur à semetipso: sed quæcunq; audiet, loquet̃: & quæ ventura sunt, annunciabit vobis. Ille me clarificabit, quia de meo accipiet, & annunciabit vobis.

PRAEFATIO.

IN superiori lectione audistis, Christũ hæc & alia multa sub suã sanctã passionem discipulis dixisse, vt eos in summa mẽtis cõturbatione solaret̃. Discipulos summe indoluisse, & mœstitia plane absorptos fuisse, multis rationibus ostendere possumus. Nõ cõtristabãtur propterea, ꝙ peculia sua Christi amore reliquerunt, alij alijs plusve minusve. Nec item attenderunt discrimina tanta, quæ illis institerũt vndiq;: sed contristabantur saltẽ, ꝙ audissent se à dño iri derelictũ, dñm ad patrem abiturũ, dominũ ad cœlũ adscensuꝝ. Amici, si qui sunt, quantũ tale longũ amicorũ vale, doloris adferat, norũt: norũt hoc filij & parẽtes, norunt hoc coniuges. Sed nulla necessitas separationis amicoꝝ & necessariorũ vnquã fuit, nec vnquã erit adeo acerba, atq; discipulis Christi fuit abitus. De amicorũ & necessariorũ fatali distractione extat hoc poetæ:

Disciputi de Christi morte valde conturbati.

Diuidor haud aliter, quàm si mea membra relinquam:
Et pars abrumpi corpore visa meo est.

Quid ergo dicemus de afflictione ea, qua afficiebãtur discipuli propter tanti ꝑceptoris abitũ, cuius amore nõ solũ reliquerant bona fortunæ rerũ omniũ, sed & parentes & liberos & vxores? iuxta hoc q̃d ecclesia de S. Ioanne euangelista, quotannis pie & solenniter cantat: Ioannes, Iesu Chr̃o multũ dilecte virgo: Tu eius amore carnalẽ in naui parentẽ liquisti: Tu leue coniugis pectus respuisti, Messiam secutus, Vt eius pectoris sacra meruisses fluenta potare. Sic & Petrus ait: Ecce nos reliquimus om̃ia, & secuti sumus te. Quis ergo nõ videat abitũ Christi discipulis supra mortẽ fuisse grauem? Neq; em̃ Christi ꝑsentia, vulgaris familiaritatis fuit, sed diuinitatis instar illi inerat ꝑsentissimũ. Vnde & Petr⁹ ait: Dñe, ad quẽ ibimus? verba vitæ habes. Tantæ iucunditatis, tãtæ virtutis erat Christ⁹, vt ab oĩbus mundi gaudijs abstracta, oĩm piorũ corda ad se attraheret. Nihil illo clementius, nihil potentius, nihil sapientius. Non erant apostoli ex numero illorum, q̃ propter visionẽ miraculoꝝ Christon sequebantur, vel ꝙ de panibus in deserto adauctis, comedissent. Sed potẽtia verbi veritatis, cui nemo resistere poterat: exẽplar virtutis, quod carpere poterat nemo: benignitas, quæ contempsit neminẽ, quæ iuuit & solabatur omnes, Christo discipulos suos amoris ferrumine conglutinauit. Sic & Maria peccatrix illa, in domum Simonis pharisæi cõfidenter intrauit, pedes Christi lauãs lachrymis, osculãs, & capillis extergẽs, vnguẽtoq; liniens. Sic & Nicodemus vel noctu se ad Christũ cõtulit, vt eũ audiret. Erat em̃, iuxta Salomonẽ, φιλάνθρωπος, hoc est, amator hominũ. Via, veritas, vita, lux, aura, & omnia. Accedit ad discipuloꝝ tristitiam, quod dñs dicit: Diabolus iam conatur & expetit, vt dissipet vos & ventilet ita, vt frumenta & farinula cribris & incerniculis discuti solent. Multa quæ illis obijceret, artifex habuit. Suggerere poterat: En, quare vestra reliquistis? Quomodo nunc amicis & vicinis, quos omnes vobis infestos fecistis, reconciliabimini? In gratiã Annæ, Caiphæ, & alioꝝ plebis optimatũ, vt redibitis? Et multa hoc genus habuit Vectis, quę bonis viris obijceret: adeo hoc tempus Christi mortis, discipulis oĩm fuit discriminosissimũ. Nihil hoꝝ sapientiam patris latuit: oĩa ꝑuidit: quare tanta dili-

diligentia mœstos solari perrexit,& aduersus instantia futuraq́ʒ in æternũ discrimina omnia,salutares consolationes & præcepta tradidit. Audiamus ergo eius verba.

Vado ad eum qui me misit, & nemo ex vobis interrogat me, quò vadis. Sed quia hæc locutus sum vobis,tristitia impleuit cor vestrum.

Arguit ab æquitate. Aequũ est,legatũ, peracto negocio,ad eũ qui se misit,redire. Sic dicit:Vado ad eũ qui me misit. Nõ dicit se in aliã quãcunq; regionẽ,repudiatis à se discipulis,abiturũ. Antea se ostẽdit à patre missum,Ioã.6.8. Missum aũt ad q̃rendã ouẽ perditã,Mat.15. Itẽ exequẽdis munĳs humanæ salutis,Rom.15. Sequit:Nemo ex vobis interrogat me,q̊ vadis. Chryso. ait: Petrus alibi confidenter dixit:Quo vadis? Thomas:Nescimus q̊ vadis,& quõ poterimus viã scire? Philippus:Ostẽde nobis patrẽ. Nũc audiẽtes Christũ dicere,Extra synagogã faciẽt vos. Odio habebũt vos:Qui interficiet vos,arbitrabit se obsequiũ p̃stare Deo:Ego vado ad eũ q me misit &c. nihil r̃ndent. Ita em aĩo defecerũt,vt ne loqui q dẽ possent. Amicorũ esse audẽter rogare, Cicero,Seneca,& alĳ hoc genus philosophi testant. Vnde est illud:Nihil est iucundius,q̃ habere cum quo,tanq̃ tecũ,loquaris. Accedit & huc illud poetæ:

Multa super Priamo rogitans,super Hectore multa. Et alterius:

Quisquis ad hæc vertit peregrinam littora puppim,
Ille mihi de te multa rogatus,abit.

Sensus itaq; est:Auditis me velle & oportere abire. Obediẽtiã debere patri,obediẽtiã patris velle. Vos nihil ad hęc r̃ndetis,nihil rogatis,nulla mecũ colloquia miscetis. Tacetis:sed irrequieto corde intus laboratis,vos macerantes. Animis fortes estote, cõtra fatalẽ vos necessitatẽ roborate. Non hac lege ipse in hũc mundum veni,vt hic semp corporali atq; adeo infirma seruiliq́ʒ p̃sentia manerẽ. Nec itẽ vos ea cõditiõe elegi,vt ꝑpetuo hic in Iudæa delitescẽdo resideretis, commoraremini q́ʒ. Ego nisi ad oues,q̃ periere,domus Israel missus sum. ꝑ functo itaq; negocio mihi commisso,mihi ad patrẽ est redeundũ. Vobis vero vniuersus mũdus est peragrãdus. Dei nutui neq; vos,neq; ego resistere debemus. Age ergo istac cogitatione armemini. Ferendum,q̃d mutari nõ potest. Quo nos cũq; trahũt,retrahunt q́ʒ fata,sequamur. Huic argumẽto æquitatis,adhæret & argumentũ necessitatis. Aequũ em q̃d est,necessario hoc oĩbus est amplectendũ. Ex hac duplici & robustissima cõsolatione,attende in Christo deitatis p̃sentiã. Mœstitia elingues plane & muti facti erant discipuli,Magistri sui causa:nec tñ ad fati acerbitatẽ & execrabilitatẽ puenerũt. Ipse dñs q oĩa nouit, quiq́ʒ oculis oĩa corã vidit,facũdus plane & cõsolabundus extitit,nihil eorũ q̃ sibi à patre fuerant cõmissa,oblitus. Immo etiã ea quę in fatis erant,futura omnia vidẽs,discipulis indicabat, vt sequitur: Christi deitatis argumentum

Sed ego veritatẽ dico vobis:expedit vobis vt ego vadã. Si em nõ abiero,paracletus nõ veniet ad vos. Si aũt abiero,mittã eum ad vos.

Consolatio ab vtilitate. Sensus est:Imprudenter plane vos mœrore cõficitis,audientes me abitũ maturare. Si veritatẽ me esse creditis,age veraci credatis,oro. Expedit vobis,me abire. Cõmoditatẽ nõ parabolice,sed verbis oĩm apertissimis indicabo. Nisi em abiero,paraclet⁹ ille alius,de q̃ vobis sæpenumero dixi,nõ veniet ad vos. Hoc est:Primo,Nisi filius hoĩs glorificatus fuerit,& sese deuicta morte autorẽ vitę declarauerit,& nisi deificata propemodũ carne in cœlũ cõscenderit,seq́ʒ Deo patri pro vniuerso mũdo ostenderit,eius merito spiritus sanctus mitti non poterit,Ioan. 7. Secũdo,Neq; item filius hominis quasi homo,in carnis infirmitate spm̃ sanctum mittere debet. Postq̃ vero dixerit,Data est mihi oĩs potestas in cœlo & in terra,cõuenienter paracletũ eũ dederit,Mat.28. Tertio,Et à vobis auferẽdus p̃sentia corporali,vt eleuet mẽns ad desideriũ cõtemplationis sp̃ualis. Iam carnaliter sapitis,iam secũdũ sensum carnis,cœlorũ regnũ accipitis, Acto.1. Cogitatio hæc carnis abolenda,& sp̃ualis vobis ingeneranda,vt dicere possitis:Iam secundũ carnẽ neminẽ noui,2. Corint.5. Dixi,paracletũ aliũ eũ,vnũ mecum esse,vnũ esse cũ patre:parẽ esse parenti,similẽ esse mei. Nunq̃d ille temnendus? Absit. Ego,qui carne assumpta, officio meo pfunctus sum,satis vobis innotui. Cognouisti patrẽ in me,& me in patre:superest vt & sp̃us ille operet,vt in sanctæ Trinitatis fide saluet totus mũdus. Alioqui etiam sine gratia & operatione sp̃us sancti,nec infantes neq; grãdes natu possunt saluari. Expedit ergo(q̃d dixi)vt vadã:primo quidẽ expedit vobis,deinde & cõducibile erit vniuerso mũdo. Vos,interim dũ vos vocaui, patri meo p meũ amorẽ qualẽcunq; proximi fuistis:nunc porro p perfectiorẽ longe eritis proximi. Hic impia cogitatio ne vos pulset,cauete. Videte ne dixeritis:Scimus quid habeamus, non autem quid acceptu-

cepturi ſimus. Sic perditiſſimi huius ſeculi filij dicũt: Vtinã hic mihi Deus in hoc ſeculo bona tribuat: non ad me pertinet, q̃d in futuro ſeculo de me fieri velit. Nec dixeritis, ſtatũ ſynagogæ potiorẽ reddi nõ poſſe, p̃ſertim ea cauſa, cũ nil periculi eſſe poſſit, vbi ego p̃ſens exiſtã. Credite mihi, inquã, & huiuſmodi ſuggeſtiõibus tentatoris locũ ne cõcedatis. Nã quantũ ſpũs carni præſtat, tantũ ſtatus eccleſiæ futurus, ſuperabit p̃ſentis religionis cõditionem. Nõ ſermo, nõ miracula deerunt: immo ſuperabundabunt. Adde q; non in Iudæa ſaltẽ, ſed & in vniuerſo mũdo vtrũq;, tã veritatis doctrina, q̃ miraculorũ potentia, celebre fiet. Deniq; & oraculum Iohe. 2. & alia hoc genus de ſpũ ſancto, implẽda ſuperſunt. Ecce tibi cõſolationẽ validã ab vtili. Sic & Apl'us ait: Ego aũt q̃d vobis conducibile eſt, ſuadeo. Attende bonũ paſtorẽ, & diſce eundem eſſe verũ Deũ & hominẽ. Bonus paſtor hic accipiat exemplũ, ne quid placeat q̃d malint hoĩes: ſed q̃d res eſt, quodq; conducit, proferat. Quod morale elicit hic Theophylactus. Peſſimũ omniũ mortaliũ genus, eſt hæreticorũ: qui p̃cipue quærũt, vt placeãt populo, quas cõmẽti ſunt, fabulæ. Sed ſequentia nũc porro videamus.

Eccleſia ſynagogæ pluri-mũ p̃ſtat.

Et cum venerit ille, arguet mundum de peccato, & de iuſtitia, & de iudicio.

Attendite chariſſimi, Sapientiã diuinam nihil prorſus, quod ad veram conſolationem facere poſſit, intermittentem. Dixerat ſe paracletum miſſurum: nunc officiũ ipſius oſtendit, vt tacitæ quæſtioni reſpondeat. Docebit vos, inquit, omnem veritatem: ſuggeret vobis omnia quæ dixero vobis: & in vobis omnem veritatem, virtutemq; operabitur omnem. Præcipue vero (vt diſtincte & articulatim vobiſcũ agam) de tribus rebus, per vos, hunc mundum arguet. Verum illa correptio non erit per omnia ſimilis caſtigationibus receptis hominũ, ſed permiſta erit eruditione & veritatis inſtructione. Obſeruandum, verbum Græcum ἐλέγχω, ſignificare arguo, cõuinco argumentis, oſtendo, depræhẽdo. Inde ἔλεγχος, argumentũ, probatio, index, depræhẽſio, Ioan. 8. Quis ex vobis arguet me de peccato? S. Iudas in epiſtola: Ecce veniet dñs cũ ſanctis millibus ſuis, vt faciat iudiciũ aduerſus oẽs ex ijs q̃ ſunt impij. Sic, inq̃t, iudicabit dñs, vt culpas oĩm, palàm faciat oĩbus, & dep̃hendat aſtutos in aſtutia ipſorũ. Sic & ſpiritus ſanctus hunc mundũ iudicabit. Mundum, hoc eſt, hoĩes ſiue genus humanũ in hoc mundo agẽs, ſeq; huic mundo conformans, arguet, vt ſequitur.

Spũs ſancti officiũ eſt, arguere mũdũ.

De peccato quidem, quia non crediderunt in me. De iuſtitia vero, q̃a ad patrem vado, & iam non videbitis me. De iudicio aũt, quia princeps mundi huius iam iudicatus eſt.

Trifaria hæc ſpiritus ſancti correptio, nonnihil obſcura eſſe videtur: ſed attentis obſcura non eſt. Tria continet: peccatum, iuſtitiam & iudicium: hoc eſt, hoĩes, Chriſtum, & diabolum. Peccatũ conuenit mortalibus, iuſtitia filio Dei, iudicium diabolo. Primo, Homines in peccato concepti, mendax oĩs homo, cor hominis ad malũ pronum in omni tempore. Et quare hoc? Quia exciderũt verbo, non crediderũt filio: ſed magis conſenſerunt diabolo, qui in paradiſo dixerat, Nequaquã. Huic Nequaquã, credidit homo: & factus eſt nihil. Amiſit verbũ, reperit peccatũ. Deinde verbum, quod & lux eſt, quod & veritas, via eſt & vita, iuſtitia eſt & iuſtitiæ fons. Vnde Dauid ait pſal. 18. Iuſtificatiões tuas doce me. Item: Viam iuſtificationum tuarum inſtrue me. Item, Legem pone mihi viam iuſtificationum tuarum. Item, Lucerna pedibus meis verbum tuum. Et Salomon prouer. 6. Mandatũ lucerna eſt. Iterũ Dauid: Omnia mandata tua veritas. Breuiter, lex ſiue verbũ, in vniuerſum nihil eſt aliud, q̃ iuſtitiæ Dei declaratio, atq; adeo veritas. Vnde iterũ idem: Bonũ mihi lex oris tui. Itẽ, Viuam, quia cuſtodiui legem tuam. Item, Pax multa diligentibus legẽ tuã &c. Chriſtus verbũ Dei docuit in veritate, ipſa veritas. Idem iuſtitiã Dei quã docuit, etiam exemplo illuſtrauit. Idem homo factus, iuſtitiæ autor eſt effectus. Vnde ait: Veritas de terra exorta eſt, & iuſtitia de cœlo proſpexit. Recte ergo autor iuſtitiæ ſuo iure, tanq̃ hæres, cœlũ intrauit. Tertio, Satanas, fur & latro, autor eſt peccati, exterminator eſt, cuius liuore mors in hunc mundum intrauit, mors in æternũ ſupplicium mittit ſontes. Recte ergo diabolus iudicatus, idq; ab ipſo verbo, cui contradixit. Iuſtitia eſt, vt Perillus taurum pœnalem, quem alijs parauit, primus imbuat, iuxta hoc: Malũ cõſilium, conſultori peſſimum. Homo (vt ad primũ redeam) per aliũ ſeductus, merito p alium, qui id poterat, recuperatus. Poterat hoc verbũ: conuenit hoc nulli, niſi veritati. Diabolus, quia nullo ſuadente peccauit, non immerito peccato irremediabili tenetur. Cæterũ nec homo fraudulẽter eſt liberatus, vt ars artẽ illuderet: nec itẽ violenter eſt aſſertus, ſed iuſtitia. Cuius aũt iuſtitia?

Spũs ſanctus trifariã mũdũ arguit.

verbũ dei iuſtitiæ fons & ipſa iuſtitia.

Peccati autor, diabolus.

Iesu Chri. Quomodo hoc? Quia in Chro nihil dignũ morte inuentũ est, qui ea quæ non rapuit, exoluit. Adeo Christus ipsa est iustitia, & iustitiæ autor. Adeo modis omnibus iuste damnatus est diabolus, ita vt nulla illi spes existat reliqua. Hæc oĩa, ait, spũs sanctus vos docebit: & porro per vos, qui mei estis legati, mundo tradet vniuerso. Hæc quia spũs in vobis operabitur, opus hoc ipsi tribuo spiritui, vt personalẽ proprietatẽ, & vnius deitatis essentiã addiscatis. Spũs, ait, primo docebit vos originalẽ culpã, traducemq́ incredulitatẽ, excidere verbo, & nõ credere in Deũ. Nã (Marc. 16) qui non crediderit, condemnabitur. Nulla hic proderit honestatis species, nullus religionis fucus. Peccatũ est, quidquid extra fidem fit. Non ethnicos solum me ignorãtes, sed magis etiam Iudæos me abnegantes, damnationi obnoxios vobis declarabit. Iudæos ego plantaui vineam Soreth bis frugiferæ vitis: sed illi dereliquerũt me autorem iustitiæ, abierunt in labruscam, vnde iuxtà atq; ethnici, in gehennæ lacũ mittentur. ¶Dein, Quoniã Iudæi non solũ me autorem vitæ, fontem iustitiæ, salutareq́ Dei abiecerunt, sed & traducere & calumniari non supersedebunt, etiã rediuiuum & gloriosum. Vnctio vero ipsa, Iesum Nazarenum regem Iudæorũ, me iustũ & iustitiæ autorem, declarabit. Suggeret vobis, quos pater elegit, Christus ad patrem, vnde prodijt, adscendit. Adscendit, quia descendit. Nemo em̃ poterit illuc adscendere, nisi qui descendit. Christum adscendisse, homines & angeli qui spectaculo interfuerunt, ad hoc vocati, testes sunt. Testes sunt & prophetæ, qui præsagis hoc mẽtibus ꝓuiderũt. Sequitur ergo, Christũ eẽ iustũ. Propter iniquitatẽ em̃ Adã & Heua e paradiso sunt detrusi, & e cœlo deturbatus iniquus satan: vt videatis, portã domini nulli nisi iusto patere. Psalm. 117. Iusti saltem Deũ hæreditant, psal. 36. Lætabitur & iustus saltem in domino, psal. 63. Iustum ducit dominus per vias rectas, & ostendit illi regnũ Dei, Sap. 10. Non intrabit in eam aliquid coinquinatum, Apoc. 21. Sequitur ergo, Christũ esse iustũ. Sed non solum iustus est, filius Dei & idem filius hominis, sibi. Plenus est gratia & veritate, vt de plenitudine eius accipiant oẽs. Verbũ caro factum, in hoc mũdo fecit virtutẽ. Christus omnem perfecit iustitiã, merita virtutum omniũ coaceruauit. Cui vero hoc? Sibi? Non. Ipse em̃ dominus, ipse veritas & vita, ipse lux & gloria. Vobis ergo thesaurizauit: vobis siquidem & puer natus, & filius est datus. Vnde quicunq; verbum recipiunt & custodiunt, eius merito participant, cum ad gratiam, tum ad gloriam. Paracletum me, incarnatum verbum mittit, quia tantum est eius meritum, vt quidquid me autore omittitis, facitis, & patimini, hoc eius merito sit adscribendum. Erit & id omne hostia accepta Deo, meritorium omne: quia eius merito, & me operatore, peractũ est. Sic, inquã, ratiocinabitur spiritus veritatis. Nũc videamus fratres, ꝙ fœde hallucinentur Iouinianistę: fidei ꝑtextu, ipsam verã fidẽ, spũs sancti doctrinã, cũ primis impugnãtes. Dicũt, opera bona, Chri merito & spũs sancti opere perfecta, nihil ad iustitiã facere, nec merita in cœlo habere. Si nihil faciũt ad rẽ, ergo & Chrs ociose hic laborauit, ergo & ociose in cœlum adscẽdit, & neq́ꝙ spm̃ sanctũ misit. Hoc cũ absurdũ sit dicere, ecclesiæ credendum, spũs sancti dogma ꝑdicãti, nẽpe hoc: Accedẽtẽ ad Deũ oportere credere Deũ esse, & esse remuneratorẽ bonoꝝ oĩm. Cæterũ quia Chrs autor est bonitatis, & quia spũs sanctus donũ est & dator: nõ gloriandum esse in opere, sed in operante & boni autore. Vnde & Luc. 10. cũ Septuaginta dicerent: Dñe, etiã dæmonia nobis per nomen tuũ subijciunt: rñdit, Nolite in hoc gaudere, sed potius in hoc, ꝙ noĩa vestra scripta sunt in cœlis. ¶Tertio, Diabolus iudicatus est. Districtum est Dei iudiciũ. Iuste condemnatus est: causa peccati satis discussa, & venia indigna est cõperta. Natura atq; creatione, ꝑstantissima quidẽ diabolus est creatura, nimirum viarum dñi initiũ. Sed quia non seruauit originem suã, nihil illi prodest nitor & dignitas conditionis, Esa. 14. & in epistola Iudæ. Nemo ergo sibi placeat, nemo seipsum seducat. nam si iustitia districta tantæ creaturæ non parcit, impune peccauerit nemo. Hæc est summa prædicationis euangelicæ, suggestionis spiritus sancti paracleti. Primo, Incredulitatẽ, Dei ignorantiam, verbi negligentiam & contemptum, esse peccatum omni homini, Iudæo primũ, dein & Græco. Secundo, Christũ esse iustitiã omni vere credẽti. Rite vero credit, ꝙ purificatus corde per fidẽ, ꝑ bona opera adhuc studet iustificari. Tertio, Deum respectũ nõ habere personarũ, sed à domo sua suum iudicium incipere, & sanctificari in his ꝙ sibi appropinquant. Mundus nihil horum credit etiamnum. Primo, verbum Dei floccipendit, quaslibet illi nugas præferens. Nihil mundo adeo vile est, atq; Dei verbum. Nulla conditio hodie in toto mũdo adeo est adiecta, atq; declamatio verbi. Adeo incredulitas regnat in omni carne. Dein & quisq; pro sua libidine Christum diuidit. Christum integrũ, operantẽ & docẽtẽ, recipit nemo.

Iustitia & iustitię autor Chrs.

Opera bona faciũt ad rẽ iustificationis.

Euangelicæ ꝑdicationis summa.

Portam domini alij suapte virtute, sine me perrumpere conātur: alij ociosis & coinquinatis oībus eam peruiam pollicentur. Deniq; & iniquū Deū cōstituit mūdus, vt pote q iniquitati cōniueat, & peccatū velet: non videns, quanta iustitia nos e satanæ manibus verbū eripuerit, quanta disciplina veritas nos sanauerit, quātaq; æquitate ipsum satanan dānauerit. Hæc omnia spūs sancti suggestione discūt electi. Vnde & Apostolū huc respexisse videmus 1. Timoth. 3. vbi ait: Deus manifestatus est in carne, iustificatus est in spū. Non inficior hic, me Chrysostomū & Theophylactū magis esse secutū. Si aliqd variaui, hoc tēporis & instantiū periculorū importunitas ita voluit. Salua veritate catholica, pulchrū est, vnā rem varie pro tēporis opportunitate tradi. Nā & tēpus, æque atq; vexatio, intelligentiæ parens existit.

Adhuc multa habeo vobis dicere, sed nō potestis portare modò.

Q. d. Elenchismum paucis absoluo. Paracleti officium dixi fore, vt mūdus pessimus, per eum (immo etiam per patrē meū & me vnà cū ipso) arguatur. Correptio ea maxima est, quam ego (vobis parcens) tribus articulis summatim sum complexus. Noui vos turbatos, video contristatos. Poteram de hoc maximo negocio pluribus vobiscū agere. Mors & princeps mundi (cuius iam ingruit potestas) mihi insidiātur. hora illa vel brutis elemētis lugubris, adest. sed nihil horum me, quemadmodū vos, loco dimouet: vnde propter vos, q̄s tanta mysteria neq; capere, neque retinere posse video, supersedebo à copiosiori institutione: in die siquidem pentecostes paracletus ille hoc, quod iā intermitto, submonebit. Nā & vos tunc deposito omni metu, tātorum mysteriorū magis eritis capaces. Sunt & adhuc alia, quæ ad curā pastoralem faciunt, & ad regimen ecclesiæ: quidquid id est, ille docebit omne. Obserua hic Christi deitatem, & spūs sancti cū Christo identitatem. Hic carnis fragilitatem attende, Christi item benignitatem perspice. Disce & hic, tristitiam hominis rationē, nisi ea Dei benignitate conseruetur, penitus absorbere. Sed breuitatis causa ad sequentia abeamus.

Cum autem venerit ille spiritus veritatis, docebit vos omnē veritatem. Non enim loquetur à semetipso: sed quæcunq; audiet, loquetur: & quæ ventura sunt, annunciabit vobis. Ille me clarificabit, quia de meo accipiet, & annūciabit vobis.

Theodidactos promittit fore apostolos per spiritū sanctū, Ioan. 6. Esaias vocat Limude Adonai cap. 54 Ante ei⁹ aduentū, Christi doctrina fere erat cassa. Petrus multa audiuit de Chr̄i passione, luctabatur tamē cruci, Matt. 16. Audiuit, nō coinquinare q̄d per os intrat, Matth. 15. nihilominus cibos cōmunes sumere cunctabatur Actorū 10. Galat. 2. Apostoli audierunt Christi regnum esse spūale, Mat. 20. Marc. 10. tamen Christo iam in cœlū adscendente, rogant de regno tēporali, Act. 1. Necessum itaq; fuit, vt per alium magistrum instituantur, atq; noui hoīes, qui (vt Cyrillus ait) mysteriorum tātorū capaces essent, reformarētur. Pannus vetus q̄ plus consuitur, hoc magis dissuitur: Neq; veteres vtres musti feruentis vim possunt ferre, Matth. 9. Qui hoc? Quia spūs sanctus nondum erat datus, Ioan. 7. Postea vero simulac virtute ex alto induebātur, sine negocio omnia didicerunt. Spiritus sanctus docuit apostolos, quale regnū Christus in hoc mundo habeat. Legis item & euangelij eos discrimen docuit, Acto. 15. Statim itaq; in ecclesiæ exordio disciplinas, solennitates, & hoc genus constitutionū, ad ecclesiæ decorū cōmodaq;, omne apostoli ecclesiæ tradidere, idq; p spiritū sanctum, 1. Cor. 7. 11. 2. Thess. 2. 3. &c. Hęc oīa nō poterat Chr̄s cōmode apostolis per rationē tēporis tradere: reseruabant ergo paracleto spiritui, cui resistūt, quicunq; apostolicas institutiones, siue eas p viuā vocē, siue per literas ecclesia receperit, prophanāt. Viderint hæretici, viderint schismatici: an ipsi aliū spiritū potiorem illo, quem apostoli receperūt, sese recepturos confidāt. Si nō, quare oīa q̄ ipsorū aplorū sunt, obliterāt? Ecclesia etiā euāgeliū viua voce ab apl̄is in gloria recepit. Cōmunis professio, catholicus sensus hoc ipsum extat euangeliū, q̄d apostoli spūs sancti suggestione didicerūt: quare & hoc impugnant hæretici? Ecclesia etiamnū maxima securitate apostolicas obseruat traditiōes, sensumq; asserit euāgelicū sacrę traducis: neq; in hoc errare pōt, nisi forte hęretici tantū Magistrū & Rectorē spiritū sanctū, delirū esse putēt. Nō negamus hoc q̄d Apl̄us dicit, Nos hic ex parte intelligere, 1. Cor. 13. Simpliciter ergo & caute ambulādū nobis cēsemus. Nihil vero simplicius, nihil cautius esse poterit, q̄ probatissimis autorib⁹ accedere, & hoc q̄d p pbatissimos q̄scūq; vniuersalis ecclesię receptū est patres, tenere. Viderint hæretici, an ipsi ex pfectiōe sapiāt.

Spūs sanctus ecclesiæ ædificatiōis architectus.

Hæretici spūs sancti ędificationē demoliri conantur.

piant. Cæterœ si quid superstitionis, dormitante patrefamiliâs, subnatū fuerit, q̄d ex obliquo verbo Dei pugnet, q̄d bonis moribus nō adeo cōsentaneū existat: nihil vetabit, quin id eodē spū ad Lydiū lapidem, hoc est, verbū Dei, redigamus. Neq; enim Chr̄s nobis spm̄ cōsuetudinis cuiuscūq; diutinæ pollicitus est, sed veritatis. Et Apl̄us dicit: Rationabile sit obsequiū vestrū. Nō dicit, consuetudini vulgari sit conforme. Hic obseruandū, sancto euangelistæ Ioanni, vocabulū veritatis, valde esse frequens. Sane vt videamus, ecclesiā non in cōsuetudines nationū varias, sed in vnius veritatis diuinæ firmamentum esse fundatā: accedit huc, q & ipse pater cœlestis Deus vocatur veritatis, psal. 30. Adde q & Christus ipse veritatē se appellat, Ioan. 14. Spūs sanctus sibi nusquam dissidet, sui vbiq; similis est. Spiritus infernalis, artifex est & centiceps bestia. Vnde hæreses referunt Scyllam latrantibus & oblatrantibus sibi canibus, q̄d vt in Marcionistis, in Arrianis, & in alijs hæreticis vsu venisse proditum est memoriæ, ita & idem hodie luce clarius videm⁹. Tot inter hæreticos sunt spiritus & sectæ, quot inter ipsos extant doctores. Vetat ergo Apostolus, ne statim cuiuis spiritui credamus. Q. d. Eum quē ecclesiæ iudiciū approbauit, recipite. Vnde & ecclesiam nobis veritatis basin, cui nitamur, cōmēdat. Sed vnde ecclesiæ veritas, ea vnica constans, & sibi per omnia secula cōsentiens? Ex spiritu vnicæ veritatis vnico. Spiritū eum Christus suæ ecclesiæ, nō solum cōsolatorē, sed & rectorem, & omnigenæ veritatis doctorem, promisit. Vnde in hæreticorū conciliabulis esse non potest, quia vnitati eum Christus recepit catholicæ. In Sion habitat, psal. 75. Hiere. 8. Iohe. 5. Hic ductor est & auspex ὁδηγός, id est, dux viæ. De eius p̄sentia & ducatu, quia promissionē habet ecclesia, errare non potest. Non est similis spiritui superbiæ hæreticorū, dicentium: Labia nostra à nobis. Talis, inquam, nō est columbinæ spūs simplicitatis. Nihil ēm dicet, nisi hoc quod audierit. Quæcunq; audiet, loquetur. Ne ergo, ait, vobis o charissimi mei discipuli, cogitatio mala subrepat, quasi spiritus ille promissus aliud & alienum à doctrina mea, vobis sit suggesturus. Non à semetipso loquetur. Vnitas est consubstantialis inter spiritum, patrem, & me: nihil ergo tanquā nouum & alienum docere poterit. Non patri diuersus, nō mihi aduersus, sed cū vtroq; vnū est: nihil ergo meis verbis, tanq̄ nouū & alienū, addet, nihil tanq̄ superuacaneum detrahet. Nihil nouit pater, quod ignoret filius & spūs sanctus, & econtrario. Quidq̄d ergo spūs ille vobis suggesserit, hoc euangeliū esto, hac in re nihil dubitātes. Iterū obserua, quēadmodū hic dicitur, Quæcūq; audiet, loquetur: sic & audiendi verbū de filio profert, Ioan. 8. Quæcunq;, ait, audiui à patre meo, annunciaui vobis. Audire hoc, cōsubstantialitatē, quā Græci homusion vocāt, exprimit. Cyrillus & alij veteres vsq; ad Theophylactū, ex hoc loco Apostoli verbū illucidāt, 1. Cor. 2. Quis hoīm nouit ea q̄ sunt hoīs, nisi spūs hoīs q est in eo? Sic & ea q̄ sunt Dei, nemo nouit nisi spūs Dei. Atque hæc hactenus. Sequitur: Et q̄ vētura sunt, annunciabit vobis. Plurima apostolis annunciata vides Act. 2. 1. Corin. 12. Ephe. 4. 1. Cor. 14. De Agabo & alijs prophetis, vide Act. 21. S. Paulus p̄uidit futura, Act. 20. Petrus fatū sibi incumbēs, 2. cap. 1. Præcipuū quod hic tangitur, est q spūs sanctus apostolos & eor successores, de statu ecclesiæ certiores reddidit, abusuū & superstitionū syluā, hæreticorū & schismaticorū myrmecias, antichristiq; deniq; minas illis ostēdit, 1. Timo. 4. 2. Timo. 3. Acto. 21. Apoca. fere per totū. Præuidit etiā Apl̄us, schismaticos viros constitutiones apostolicas suggestione immundi spūs abrogaturos. Huic itaq; malo occurrens, dicit 2. Thess. 2. State, & tenete cōstitutiones quas didicistis, siue per sermonē, siue per epistolam nostrā. Sequitur in lectione euangelica: Ille me clarificabit: hoc est, Tunc in nomine meo prædicabitur remissio peccatorū in oēs gentes. Quantū ego me humiliaui, tantum ille me exaltabit: adeo, vt etiam crucē alioqui turpissimā, factura sit summā oīm pior gloriā. Et hoc egregie cernimus p̄fectū. Qui filius Ioseph & Samaritanus temnebat, crux q̄ omni mūdo execrabilis videbat, iam adoratur. Glorificatio ea incepit ante Christi mortē, per eius patientiæ & potētiæ facta, Ioan. 11. 13. Luculētius adhuc Ioan. 15. & 17. In die vero pentecostes per spm̄ sanctū filius Dei clarificabat, & p eundem spm̄ indies clarificat. Iter & hoc loco p̄munit suos Chr̄s aduersus malā mali spūs suggestionē, dicēs spm̄ sanctū nihil noui, nihil à sua doctrina dissidēs, proferre posse. De meo, inquit, accipiet. Q. d. Oīa mea, patris sunt & paracleti, & e contrario: nihil ergo nouū, nihil mihi diuersum proferre poterit. De promptuario meo, qui secundum humanitatē cras passurus sum, veniet, quidquid ille vos docuerit. Tam eius suggestionē, q̄ meū sermonē, verbū Dei & euāgelion credite. Ecce tibi hæretice: Chr̄i est oīs disciplina & solēnitas ecclesiæ. 2. Thess. 3. Præcipimus vobis per nomen domini nostri Iesu Christi, vt subducatis vos ab om̄i fratre, q inordinate se

Abusus corrigi nihil vetat.

Vnitas ecclesiæ vnā.

Ecclesia errare nō potest.

Audire [illegible] fili & spūs sancti.

Ecclesiæ statū [illegible] sanctus dixit [illegible]

Ecclesiæ disciplinæ oēs [illegible] ritū [illegible] darg Christo [illegible] præ[illegible] rendæ.

se gerit,& non iuxta institutionem quam à nobis accepit. Vide traditiones Apostolorum esse obseruandas vt Christi præcepta. Deniq; Sanctæ Trinitatis mysterium obserua: nẽpe has tres personas singulas propriũ quiddã habere, sed quantum ad substantiã, nisi vnũ esse Deũ, cui oĩa sunt communia, cuius oĩa opa sunt indiscreta: mitti tamẽ spiritũ sanctũ in nomine Iesu, quia Christ⁹ nobis eã gratiã peperit. Oremus dñm Iesum, vt nobis suæ sanctę incarnationis & passionis merito ducẽ & doctorẽ veritatis mittere dignetur: quo rectore, ecclesia ab omni schismate & heresi vendicetur, futurorũq; magis prouida reddatur, vt gloria nominis Iesu in prædicatione remissionis peccatorũ nostrorũ magis atq; magis illustret, in S. Trinitatis & eiusdẽ indiuiduæ vnitatis gloriam & laudem. Amen.

DOMINICA, VOCEM IOCVNDITAtis, à paschatis festo quinta, Euangelium Ioan. XVI.



Men amẽ dico vobis: Si quid petieritis patrẽ in nomine meo, dabit vobis. Vsq; modò nõ petistis quidquam in noĩe meo. Petite, & accipietis, vt gaudiũ vestrũ sit plenũ. Hæc in prouerbijs locutus sum vobis. Venit hora, cũ iam nõ in prouerbijs loquar vobis, sed palàm de patre meo annũciabo vobis. In illo die in noĩe meo petetis. Et non dico vobis, quia ego rogabo patrem de vobis. Ipse enĩ pater amat vos, quia vos me amastis, & credidistis quia à Deo exiui. Exiui à patre, & veni in mundũ. Iterũ relinquo mundũ, & vado ad patrẽ. Dicunt ei discipuli eius: Ecce nunc palàm loqueris, & prouerbiũ nullũ dicis. Nunc scimus quia scis omnia, & non opus est tibi, vt quis te interroget. In hoc credimus quia à Deo existi.

PRAEFATIO.



Ratio bene longa ea, qua in & post nouissimã cœnã suis valedixit discipulis, bona parte ad consolandas collapsas discipulorum mẽtes prolata est. Mœroris caligo cordibus illorũ crassas obduxit tenebras. Satan enĩ expetiuit eos, haud secus atq; incerniculo frumẽtũ, dispargere. Abitũ suum dñs illis significauit, eumq; per mortẽ acerbissimã. Ipsi vero regnum Israeli restitutũ iri à dño, priusquã ad patrem iret, sperauerũt: sed neq; ad patrem tali mortis genere sperabãt iturũ. Cũ itaq; omnia longe secius, atq; ipsi sibi pollicebãtur, in fatis esse animaduerterẽt, plane mẽtis atq; cõsilij inopes destituebant. Indigos itaq; cõsolatione, sub mortẽ suã dñs prolixiori (q̃d dictũ est) sermone ad erigẽdum collapsos illorũ animos vsus est. Orationis eius, præsens lectio partiũcula est. in ea triplicẽ consolationẽ cõperimus. Primo recipit eorũ preces in suo noĩe exaudiendas, q̃d sane cõsolatione est plenum. Deinde pollicet perfectiorẽ diuinarũ rerũ intelligentiã, eã nimirũ, qua ꝑ spiritũ suũ nõ in parabolis, sed palàm de patre suo illis sit pronunciaturus. Deniq; promittit illis amicitiã patris, cũ firmã, tum certã. Hortatio tãta nõnihil cõsternatos mouit: factũ siquidẽ est, vt ij quos suprà taciturnitatis arguit, animis receptis, loqui inciperent. Sol mœstitiæ & dolorũ caliginẽ nonnihil penetrauit; adeo vt fidẽ suã illi, in quẽ credebant, iubilantes profiterentur. Verũ simul ac ille, in quẽ credebãt, male ab Anna & Caipha acciperetur, tenebræ mœrorũ teterrimæ redierunt. Sed ad textum.

Amen amẽ dico vobis, si q̃d petieritis patrẽ in noĩe meo, dabit vobis.

Hæc est prima cõsolationis species, qua illis Deũ patrẽ exorabilẽ recipit. Consolatio satis iucunda: longe tamen iucũdior, si eam nõ solũ ad apostolos, sed etiã ad fideles, qui cũ apostolis in eadẽ tribulationis naui sunt oẽs, retuleris. Modũ orationis hic & certitudinẽ exauditionis catholicus addiscat. Petitionũ compendiũ in septem articulos cõgestũ habes Matt. 6. Luc. 11. Promissionẽ item orationis Deo patri exaudiendæ, vides Matt. 21. vbi dicit: Quidquid credẽtes petieritis, dabit vobis. Promissionẽ eã hic repetent, iureiurando suo corroborat. Interim etiã precandi modũ tradit. Amen amen dico vobis, ait: Si quid petieritis patrẽ in nomine meo, dabit vobis. Apud Matthæum dicit: Quidquid credentes petieritis. Confer vtrunque, & sen

Exorabilis nobis Deus pater.

Oratiõis modus.

& sensum mire illustraueris. In nomine siquidē Iesu orare, est fide filij Dei orare. In nomine meo, hoc est, credendo in nomen meũ, fiducia certa de merito incarnationis & passionis, de triumpho resurrectionis & gloria adscensionis, concepta. Petit in nomine Iesu, qui ex psal. 83. dicere vere potestrit: Protector noster adspice Deus, & respice in faciē Christi tui. Itē: Propter Dauid seruũ tuũ, nō auertas faciē Christi tui. Videat catholicus lector exegesin Hieronymi atq; Hilarij. Vtinā conturbatores & corruptores ecclesiæ noui euangelici, complicata mētis ratione, catholicos patres super hæc psalmographi loca legere dignentur, vt discrimen intercessionis beatorũ, & sancti sanctorũ Iesu Chri nostri redēptoris intelligētes, calumniarũ suarũ tandē modũ figere possint. Nō ingressus cœlũ Christus supplex patri, queadmodũ hic in serui forma, sed vt gloriosus appareat pro nobis in cōspectu Dei, Heb. 9. Vnde nō dicit: Si qd petieritis patrē in noie meo, ego vnà vobiscũ patri supplicabo: sed, Ego faciā. Qui hoc in seculo Dauida seruũ egit fidelē, nũc dñs gloriosa facie apparet patri, idq; nobis. Hac fide, hac fiducia S. Franciscus q̃ties sacra eucharistia in tremēdis mysterijs ostēdebat, dicere solitus erat: Dñe Deus cœlestis pr̃, respice in hāc gloriosam Chri tui faciē, & miserere mei. Non est hæc fiducia, saltem voce sanctum nomen Iesu (quod & diabolon euangelistę Christo fecisse testantur) nominare. Neq; enim (quod S. Augustinus monet) vera nominatio nominis Iesu, quæ per spiritũ sanctũ fit, literis constat & voce, sed spiritu & veritate. Fit manēdo in Christo, Christũ creaturis oībus p̃ferēdo, Chri merito fidēdo, Chri Iesu nomē supra omne nomē amādo, atq; eo vnice fruēdo. Hæc est illa ianua, de q̃ ait: Ego sum ostiũ, Ioan. 10. Via hæc, est veritas & ipsa vita, Ioan. 5. & 14. Hęc est scala illa spũs, sanguinis & aquæ, cui Iacob Deũ vidit innitentē, & qua angelos descendere vidit & adscendere. Hac lactea, inquā, descendunt & adscēdunt, aroma precũ fidelium plenis acerris Deo deferētes. Hæc Christi apparitio (vt Cyrillus ait) orationes nostras Deo patri sistit, nobis orādi sp̃m ingenerādo. Eia pie Christigena, in os sacrosanctũ Chri oculos aīæ tuę fige, huc aures cordis tui admoue, audi & vide verũ verbũ, certũ verbũ, saluberrimũ verbũ, virtutēq; ex ore diuino procedentē. Amē amen dico vobis: Si qd petieritis patrem in noie meo, dabit vobis. Audisti & vidisti? Fac & custodias. Promissio certa, sed fidelib[9] saltē recepta. Qui vere credit, oret: & vere exorabit. Qui vere credit, (vt ait S. August.) nō ociose credit: prudēs est, in arenā non ædificat, vnde etiā prudēter supplicat, in tanto sacrificio sapiētiæ sale vtendo, nihil orādo nisi q̃d ad ad salutem aīæ p̃cipue faciat. Quot (rogo) millia, immo q̃t millium millia huius promissionis effectũ sunt experti? Et quis ab ecclesiæ exordio in hũc diē aliter p̃cũ suarũ compos est factus? Si quis hic frustratur, nouerit in nomine Iesu se minus rite postulare. Quod si quis in nomine Iesu iuxta prædictam formam, quantum ad superficiem verborum attinet, orat, nec ille rite precatur. Oportet vt cor atq; adeo veritas adsit. Deinde etiam videndum quid postules, & quare Deo supplices. Deniq; vt in nomine Iesu maneas, & Iesum in te manentem habeas oportet. Crux Christi flagitioso ad flagitia non patrocinatur. Psalmista qui dicit, Respice in faciem Christi tui: statim ibidem infert, Non priuabit bonis eos qui ambulant in innocentia. Oratis, ait sanctus Iacobus cap. quarto, & non accipitis, eo q̃ male oretis. O igitur charissimi, fateo q̃ male oretis... agite puras & innocentes manus orantes extendere, 1. Timoth. 2. Ioan. 9. fiduciam si quidem, 1. Ioan. 3. habemus erga Deum, & quidquid petierimus, accipiemus ab eo, q̃niam præcepta eius custodimus, & ea quæ sunt placita coram eo, facimus. In vitiorũ luto impœnitentem manere, & ore Deum inuocare, quid aliud est, q̃ Deum lenonem & patronum iniquitatis reputare & statuere? Prædam, vsuram, exactiones iniquas, furta omnigena rerum cum prophanarũ tum sacrarum possides, rem etiam inuentam retines, vindictam proximo in te delinquenti meditaris, adulteraris, aut etiam duplici crimine cōiugiũ, proximā sanguinis tui incestando, p̃texis, etiā bigamiæ facinus connubij fuco cohonestas, & mille hoc genus cōmittis delicta: & audes facere, cadaueroso sepulchro fœtidius virus ante Dei faciem exhalare, manusq; plenas sanguinũ Deo obtendere? Vide quid Christus tibi dicat, Matt. 6. & 18. Itē quid dicat Augustinus in Homil. Alleluia. Adeo magni momēti res est, rite in noīe Iesu precari: q̃a qui loquit̃ per sp̃m sanctũ, non dicit anathema Iesu: spũs sancti expers, nō itē.

Nominis Iesu inuocatio, quę

Vsq; modò non petistis quidquā in nomine meo: petite, & accipietis, vt gaudium vestrum sit plenum.

Hactenus, inquit, in noīe meo nihil estis precati. Vide quanto præniteat fides ecclesiæ fidei synagogæ. Abraham quidem vidit diem Iesu, sed non in tanta claritate. Quid enim vmbra corpore minor non existat? Et quantum (immane) discrepat ve-

Eccl... des ... gog... ...

veritas atq; res ipsa ab ænigmate? Adde q etiam in synagoga (quod in Sententiarum libro vides) maxima pars implicite credidit, id quod patrum ipsorumq; prophetarum explicita fides extitit. Non rogauerũt ergo apostoli in nomine Iesu fide explicita, expressa, & clara, ante aduentũ spũs sancti paracleti. Quare aũt hoc? Quia Iesus necdũ erat glorificatus. Glorificatus, inquam, necdum erat, & spũs sanctus necdũ datus. Ille, inquit, glorificabit me, quia de meo accipiet, & annũciabit vobis. Illo magistro apostoli Christi tandem didicerũt, quanto excellentius nomen Christus etiã præ angelis cœli hæreditaret, Heb. 1. Sensus itaq; est: Nõ sit vobis, mei discipuli, res

Nomẽ Iesu nosse, nõ est res parui momenti.

friuola, gerræq;, nosse me: nosse, quàm ego apud patrem bene audiam: nosse mei virtutem nominis. Nomen meum tale est, cui omne sese flectit genu, quod omnis prædicat lĩgua, q̃d ad misericordiã flectit patrẽ meum cœlestem, quantumuis iratũ. Propter nomen meum iam cõtristati estis, ne festinetis. sustinete parum, & maiorẽ centies, immo millies millies, consolationem idem nomen meũ vobis adferet. Orabitis em̃ patrem in nomine meo, & exorabitis: & tunc gaudium vestrum replebitur. Orabitis cõfidenter, precabimini puris manibus in cœlũ leuatis. talem orationẽ in fide nominis mei pater respicit. Gaudiũ quod ex istac precum vestrarum exauditione susci pietis, non erit imperfectũ, quale hoc, cũ olim vobis in nomine meo dæmonia videretis subiecta. Gaudiũ, inquam, hoc plenũ erit, spũs sancti nimirum, Roma. 14. Intellige de plenitudine quæ viatoribus conuenit. Cæterũ plenitudo gaudij eius, collata ad eam, quæ est triumphãtium seu patriæ, est similis vmbræ collatæ corpori. Incipit in exilio, cõpletur in patria: sed nunquã comminuitur, nunquam terminatur. 1. Cor. 2. 1. Pet. 1. Matth. 25. Suprà cap. 14. bis dicit: Si quid petieritis in nomine meo, hoc faciam. Obserua verba, attende mysteria. Hoc faciam, inquit, se hæredem, se coæqualem, se consubstantialem patri declarans. Hoc aũt submonet, vt fiduciam orandi in

Mediator Christus.

eius fide nobis ingeneret. Vt mediatorem vnicum ipsum esse, & non cũ Iob, Mose, Samuele, Helia, alijsq; hoc genus intercessoribus, supplicẽ interprecatorem discamus. Item obserua, quod Apostolis dictũ est, & nobis dictũ esse: nos em̃ in eadẽ naui, qua Apostoli olim periclitabantur, vehimur: hoc est, in eodẽ mundo omnigenis discriminibus exponimur. Oremus ergo & nos. Christus dixit: Orate. Apostoli frequẽter idem dicũt. Ecclesia cum aliàs, tum maxime in iugi sacrificio idem quotidie nobis & frequentissime dicit. Audimus hoc: obaudiam⁹ ergo atq; precemur. Modũ precandi iam audiuimus. Rem eã quæ postulanda est, apud alios euãgelistas septem articulis cõmissam vides. Cũ primis item (q̃d Apostolus monet) orandum, vt currat negociũ euãgelij. hoc est q̃d dñs dicit, Orate vt paterfamiliàs messores vocare, & eos in messem copiosam eã suam mittere, dignetur. Orandũ cũ Dauide psalmo 79. vt dñs vineã suam visitare, cruẽtas sectarum autores, apros & vulpes eius vineæ exterminatores, exterminare digneť. Deniq; item cum Apostolo pro optimatibus ecclesiæ orandũ. Custodes cæcos, mutos canes Optimates, ecclesia hodie sustinet. Orandũ ergo, vt nauiculã Christi videãt incipere mergi, Marc. 4. dñmq; culpæ nostræ dormientem, suscitare tandem aggrediantur. Sequitur:

Hæc in prouerbijs locutus sum vobis. Venit hora, cũ iã nõ in prouerbijs loquar vobis, sed palam de patre meo annũciabo vobis. In illo die in nomine meo petetis.

Parœmice se locutum dicit. Respicit forte in hoc, q̃d dixit se esse vitem, discipulos palmites, patrẽ vinitorem siue agricolam. Respice item in similitudinẽ mulieris enitentis, in hoc q̃d dixit, Modicũ, & non videbitis me, &c. Hic dicit venire horam, cum haudquaquã in huiusmodi parabolis, sed palàm de patre suo sit annunciaturus. Hora hæc partim est tẽpus à resurre- Christus palam suis de pr̃e annunciauit.
ctione gloriosa vsq; ad admirabilem adscensionem, in quo tẽpore (vt dicit Lucas Acto. 1.) suis plurimũ de regno Dei disseruit, mẽtesq; eorum ad intelligendũ scripturas apuit, Luc. 24. Partim venit ea hora in ea pentecostes, in quo tẽpore & mysteria regni cœlorum didicerũt oĩa, & ea quæ ad regimen ecclesiæ pertinẽt, vderũt. Tũc musto nouo pleni, diuina mysteria propalanda eructare cœperũt: tũc disciplinas & solennitates cultus & dispẽsationis sacramentorum instituerũt. Summa: in hac ipsa hora theodidacti, qua mẽsura, & qua via verbũ Dei in oẽs nationes mitterẽt, paulatim didicerũt. Annũciabo, inqt, exprimẽs opa Trinitatis indiuiduæ esse communia. Sunt opa S. Trinitatis plane cõmunia, qa Trinitatis S. opera sunt communia.
& cõmunis gloria: propter personalẽ vero proprietatẽ, aliter docuit spũs sanctus, aliter verbũ. Verbum caro factum Christus, verus Deus & homo, voce & organis loquendi vsus, in aures discipulorum loquens: Spiritus sanctus vero suggessit & penitus docuit. Hoc docere, hic vocat

παρ-

παῤῥησίαν: hoc est,palã,clare,libere:& opponitur parabolicæ locutioni.Accipit & παῤῥησία pro libertate admonendi,quod adulatoribus hypocritis abest.De hac libertate vide Act.4.19.Non docuerunt solum discipuli dñi libere sine vlla personarũ acceptatione,sed & sic vixerunt,Act.9. 14.18.Euangelion vocatur lex perfectæ libertatis,Iaco.2.Vixerũt itaq; apostoli euãgelice,hoc est,libere,non quasi velamẽ nacti malitiæ libertatẽ,1.Pet.2.Hæreticorum libertas,fucus est malitiæ,quantũ ad ipsorũ vitam & mores:quantũ ad doctrinã pertinet,nihil est nisi ars blandiendi.Eos siquidem qui suis opinionibus non subscribũt, identidem execrantur,etiã vbi opus non est,immo etiã vbi laudandi erãt.Suos consectaneos bella,cædes,latrocinia,vsuras,rapinas,exactiones,plebis expilationes,lenocinia,& huiusmodi facinora infinita meditantes,lactant.Synagoga legẽ perfectæ libertatis,per legis Mosaicæ molem rite intelligere non potuit.Spiritus sanctus à die pentecostes in eam legẽ discipulos dñi plene induxit.Atq; hæc hactenus.Sequitur: In illo die in nomine meo petetis.Ante illum diem(vt auditũ est)nomen Iesu atq; eius virtutẽ non agnouerunt.Vnde & in hoc nomine petere non poterant.Ignorauerunt enĩ,quid vere & proprie petere esset.Recepta vero vnctione,charismatisq; sacris delibuti, vnà cum Christi nominis energia,orationis & nominis Iesu virtutẽ didicerunt.Tunc in spiritu & virtute orare cœperunt. Spiritus, quem glorificatus Christus dabat,suggerit quid orandũ fiet: idem & in orantibus gemitus inenarrabiles mouet,Roma.8.

Euangelica libertas.

Et non dico vobis,quia ego rogabo patrem de vobis.Ipse enim pater amat vos,quia vos me amastis, & credidistis quia à Deo exiui.Exiui à patre,& veni in mundum.Iterũ relinquo mundũ,& vado ad patrẽ.

Consolatio q̃ oĩm maxima.

Si quid vnquã ad consolandos apostolos valuit,certe id verbũ est præsens.Et quẽ non leniat,quẽ non soletur,cũ audiat sibi Deũ esse amicissimũ?Amicorũ oĩa communia.Amicus alter idẽ.Verissimũ & certissimũ in Dei amicitia hoc esse Christus monet,dicens,eos qui in amicitiã Dei recepti sunt,intercessore opus non habere.Sic S.Luciæ ait beata Agatha:Quid petis à me soror,quod ipsa matri tuæ continuo præstare possis?Sic Christus:Dico,ait,q̃a non rogabo ego patrem meũ pro vobis. At qui hoc?Nunquid q̃ abiecerit eos pater à facie sua,& nolit pro illis orari,& quale vides Hiere.15.& Ezech.14?Nunqd sic abiecit,vt ij sunt abiecti,quorũ peccatũ est ad mortem,1.Ioan.5?Haudquaq̃.Sed propterea,q̃ ipsi p se rogare possint,eosq; pater exaudiat.Hæc vt rite intelligas,recole ea quæ supra diximus:nempe Christum semel atq; iterum dixisse:si quid petieritis, hoc faciam.Non cessat Christus esse noster mediator & aduocatus:quia non desinit dexter esse Deo patri,cui se pro nobis exhibet gloriosum,Heb.9.Aeternitas vitę gloriosæ,dicitur orare.Hebr.7.Semper viuens ad interpellandũ pro nobis.Non in forma serui prostratus humi,vt in hac vita,sed glorificato corpore viuendo.Hugo repræsentatiue dicit hoc dictũ esse ex natura hũana qua põtifex est,& quã cœlis intulit.Roma.8.Deus q̃ est iustificat,quis est q̃ condemnat?Chrs Iesus, qui mortuus est, immo qui & resurrexit,qui est ad dexterã Dei,qui etiam interpellat pro nobis.Arri, q̃ hunc locũ intelligas, cedo:Qui interpellat pro nobis:an exẽplo Mosis & Aaronis Nume.17?Hallucinaris Arri.Non sic interpellat dñs,atq; seruus.Dic ergo catholice Lyrane,vt hunc locum accipiat ecclesia.Interpellat pro nobis apud patrẽ,ostẽdendo latus & vulnera,vt tollatur omnis condemnationis causa. Benedictus Deus in sanctis suis.Salutaris veritatis hæc expositio.Nam & sic interpellat pro nobis spũs sanctus,Roma.8.Non q̃ seruus familiaris Deo patri suggerat,sed q̃ nos(teste eodẽ Lyrano)postulare & ingemiscere faciat. Neq; enĩ conuenit,spm̃ sanctum à gemitu cordis sui rugire, sed nos rugire facere à gemitu cordis nostri.Sũma:Christus quoties orare dicitur,intelligendũ est,quia largitur nobis esse hoc,quod per sanctũ eius nomen petimus,charitate & Dei amicitia pollentes.Dicit ergo,Si quid petieritis in nomine meo,hoc faciam. Item huc facit quod legitur 1.Ioan.2.Aduocatũ habemus apud Deũ,qui ipse est propiciatio nostra. Ecce tibi Christus non est intercessor,quẽadmodũ legimus fuisse synagogę Heliam, 2.Macha.15. Non quemadmodũ Moses, Samuel,Noe,Iob,Daniel,Hiere.15.Ezech. 14.sed eum qui est ipsa propiciatio,propiciator & propiciationis virtus. Mediat & rogat incarnatio,passio,resurrectio,& adscensio gloriosa.Mediat gloriosa assessio Christi,qua patri dexter assidet.Vnde boni angeli nunc post illam adsessionẽ,ab hominibus coli nolunt,Apocal.19.Aduocatũ habemus apud Deum,1.Timo.2.datorem nimirũ,non rogatorem.Sic habem⁹ apud Deum,quemadmodum Ioan.1.dicitur:Et verbũ erat apud Deum,Sic & Beda ex Augusti

Medi & adu tus C

gustino hũc locum accipit. Qui Bedæ, Lyrano, Augustino, & alijs catholicis consentiunt, Arrianorum & Vuicleffistarum opinionibus non subscribent. Sequitur: Quia ipse pater vos amat, qui in me credidistis. Vides quomodo nõ roget Christus. Amat vos pater, sed in me, fide mea præditos, mei amore flagrantes. Qui fide pollet & charitate, nouit quid dicatur 1. Ioã. 4. Non quasi nos dilexerimus Deum, sed ꝙ ipse prior dilexit nos. Facessat ergo Pelagi⁹ cum sua ficta charitate & fide mentita. Quis enim prior dedit illi, vt retribuatur ei, Rom. 11? Quid habes quod non accepisti, 1. Cor. 4? Ama, sed ex Dei munere. Si amas, dic, per quem? Si credis, cedo, quo autore? Si speras, ede, cuius virtute? Audiatur sanct⁹ Augustinus homilia 17. super verbo Apostoli Ephes. 5. Pax fratribus & charitas cum fide magna. Tu, inquit, credidisti, sed tu fidẽ tibi non dedisti. Pater, ait, amat vos: quia vos me amastis, & credidistis quia ex Deo exiui. Oĩa Dei munere, meo merito oĩa. Vide fidem & amorem sibi cohærere. Ne igitur Iouinianistæ noui fidem solam charitate cassam, iustificare somnient. Ne sibi Deum, extra charitatem, exorabilem sperent. Relinque munus tuum ante altare circuncellio cornute, qui cornibus tuis obuios tibi catholicos quoscunque petis: vade, reconciliare ecclesię, quam pessime offendisti, & sic tandem redi, munus tuum oblaturus. Et vnde tibi noua ea sapientia tua Vigilanti, qui negas sanctos intercedere pro infirmis, fide & charitate tepidis? Sequitur: Exiui à patre, & veni in mundum: iterum relinquo mundum, & vado ad patrẽ. Quasi dicat: Recte credidistis. Veritas vobis præsto est. Maria enim virgo, charissima mea mater, verum Adami sanguinem me peperit. operatione spiritus sancti verbum conceptum æternum. Sed verbum sic homo non est factus, vt hoc quod erat, desereret: sed vt hoc quod non erat, adsumeret: & hoc quod erat, esse pergeret. Nunc postquam sic e cœlo in hunc mundum veni, in mea manu est, illuc rursum sic, vt natus sum, in cœlũ redire. Verus Deus & homo, pontifex ille magnus, pro sua reuerentia exaudibilis, vnic⁹ Dei & hominum mediator. Hęc fides, mei professio, vos gratos vnice Deo patri efficiet. Iudæi hanc fidem auersantes, illi non possunt non esse infensi. Cyrillus hoc loco grauissime in Iudæos inuehit, eorum rationes, quibus Christum reijcere conantur, eluens. Idem facit & Tertullianus iusto volumine. sacerdos vtrunque legat. Nos catholici, Dei gratia credimus Petro & duobus Zebedæi filijs, dominum in monte Thabor transformatum, &

Pelagiana hære s confutatur.

omnia na hęresis cõfutat.

Iudæorũ taxat impietas.

sub gloriosum apparuisse. Quare ergo nõ credemus septuaginta discipulis, & cęteris vtriusq; sexus fide dignis testibus, qui Christum in cœlum adscendisse viderunt, potissimum vero, cum hoc à prophetis lõge ante sic existat prædictum? Ardua res est, credere hominem nubes polumq; transuolitare: sed & ardua res est, hominẽ eundẽ necdum glorificatum, super mare ambulare? Et fides (teste Gregorio) non habet meritum, vbi humana ratio præbet experimentum. Vnde & diuus Augustinus ait in epistola ad Consentium: Fides si adsit, nulla quæstio remanebit.

Dicunt ei discipuli eius: Ecce nũc palãm loqueris, & prouerbium nullum dicis. Nũc scimus qa scis oĩa, & nõ opus est tibi, vt qs te interroget. In hoc credimus quia à Deo existi.

Bñdictus Deus. oculis mœstitia caligantib⁹ grata aura illuxit. Discipuli, q prius abiecto aĩo plane obmutuerũt, nũc doloꝝ caligine expulsa, loq incipiũt. Ecce, inquiũt, nũc clare loqueris. Sic ꝑge dicere. Ista tua nos recreãt verba. Putabãt boni viri, verbũ hoc ꝑbe se cepisse: sed deerat adhuc aliqd, nẽpe hoc, ꝙ Chr̃i corporalis ꝑ̃sentia ab eis erat auferẽda. Id cũ fieri inciperet, atq; id Chr̃i discipuli viderẽt, doloꝝ nox ea, q̃ iã nõnihil recesserat, lõge crassior redijt. Nũc scim⁹, inqunt, qa oĩa scis, & nõ habes opus vt qs te interroget, qui cogitatiõibus tuis, tuo more, nobis abũde respõdisti. Cyrill⁹ dicit discipulos hic potissimũ expertos, Chr̃i stũ esse cordiũ ꝑscrutatorẽ. Dicũt ergo discipuli: Angustia & afflictio oĩs tibi est ꝑspecta: apposite, vbi dolor est, malagma apponis. In hoc credim⁹ te eũ esse, quẽ te nobis iã es fassus, & quẽ te aliàs factis potentibus declarasti. Dei siqdẽ soli⁹ est, corda & cogitatiões nosse mortaliũ, 3. Re. 8. Hier. 11. Act. 1. &c. Sed (qd dixi) cõcidit illa fides discipuloꝝ, cũ pastor ꝑcuteret: cũ sol iustitię pateret, adeo vt etiã sol elemẽtalis ille compatiens, suũ amitteret lumen, tenebraꝝ potestas fidem discipuloꝝ nõnihil obnubilauit: sed spũs sanctus eam in die pẽtecostes face supna redaccẽdit. Tũc tãto eos repleuit fulgore, vt discipuli tenebris infernalibus fierent perpetuo potẽtiores. Fidem eã quã apostoli hic profitentur, & quã postea magna cõstantia in vniuerso mundo ꝑ̃dicauerũt, eam & nos eadem Dei gratia ꝑfitemur. Spiritus sanctus paracletus dignetur eam ad exemplar hoc, quod in aplis relucet, perpetuare, ad suã ipsi⁹, atq; adeo ad S. Trinitatis gloriã, laudem & honorẽ, per oĩa secula seculoꝝ. Amen.

DOMINICA EXAVDI, SEXTA A FESTO Paschæ, Euangelium Ioannis XV. & XVI.



Vm venerit paracletus, quem ego mittam vobis à patre, spiritum veritatis, qui à patre procedit, ille testimonium perhibebit de me. Et vos testimonium perhibebitis, quia ab initio mecum estis. Hæc locutus sum vobis, vt non scandalizemini. Absq; synagogis facient vos. Sed venit hora, vt omnis qui interficit vos, arbitretur obsequium se præstare Deo. Et hæc facient vobis, quia non nouerunt patrem neq; me. Sed hæc locutus sum vobis, vt cum venerit hora, eorum reminiscamini, quia ego dixi vobis.

PRAEFATIO.



T hic locus e prolixo eo sermone, quē dn̄s cum suis discipulis pridie eius diei q̄ pateretur, habuit, est acceptus. Obserua dominum eū sermonē, iuxtà atq; primū, quē in monte fecit, satis prolongasse: nō tamen contra hoc q̄d propheta dicit, Sermonem abbreuiatū faciet dn̄s in terra. Sūma siquidem oīm præceptorꝫ Christi, in vnico charitatis vocabulo cōpræhendit. Nostra vero crassa illa obscuritas, ꝓlixa charitatis opus habet interpretatiōe, crebris inculcatiōibus & correptiōibus. Expendatur ad amussim vterq; sermo, & charitatis præcepta videbis Christum solūmodo tradidisse. Hostes sunt pietatis, qui fidē ita docēt, vt charitatē eleuent. Frustra item Christiana professione censentur, neq; ex Deo sunt, q idētidem verbum Dei audire grauantur. Quod pulchrum est, semel atq; bis. Cuperet anima fidelis vtrunq; sermonē, vtut prolixos, sæpipius audire, & ad verbū memoria retinere. Sed ad lectionem pręsentē. In hac lectione præsenti, Principio dn̄s suis discipulis spiritum sanctū paracletū promittit, & simul exprimit, quidnā in discipulis sit flatus ille sacer operaturus. Dein tristia fata, quæ theodidactos atq; adeo opus hoc spūs sancti, in hoc pessimo seculo maneant, retexit. Spūs immundus, pater mendacij, archihomicida, princeps huius seculi, opus spūs sancti iustitiam & veritatem, à mundi exordio expugnare studuit. Obstinatus in malitia, ab instituto huiuscemodi nunquam cessabit. Nunc verba domini videamus.

Cum venerit paracletus, quē ego mittam vobis à patre, spiritum veritatis, q à patre procedit, ille testimonium perhibebit de me.

Trinitatis sanctæ ꝓfessio. Doctores ecclesiastici, præcipue Cyrillus, acriter inuehuntur in hæreticos, sanctam sanctę trinitatis ꝓfessionē impugnātes. Non inepte confutationē eam hoc loco introducunt, cū statim in primo versu S. Triadis nomē inuenias expssum, paracleti nimirū veniētis, filij pneuma hoc sacrosanctū à patre mittentis. Ecce tibi q̄ hic dilucide S. Trias recenseatur, id'q; talibus verbis, vt ex illis naturæ siue essentiæ monas, & personalis discretionis atq; proprietatis trias, sine negocio possit peruideri, modo catholicæ aures (vt Augustinus ait) audiant. Spiritus paracletus venit missus. Filius mittit à patre, & ab eodem flatus ille sacer procedit. Atqui cum à patre quoq; mittatur, consequitur, eum à filio quoq; procedere: vt substantialis vnitas depræhendi queat. Sed hæc aliàs. Spiritus ille sanctus hic sæpius promittitur, vt ea pollicitatione mens discipulorum, quæ tristitiæ nube plane fuit obducta, serenior efficeret. Veniet, veniet, ait: nulla in eius aduentu erunt molimina. Spiritus em̄ est. Veniet consolator, nō conturbator: paracletus est enim spiritus. Vestrum saltem est, omnē curam in illum reijcere, atq; illū animis fortibus patienter expectare. Veniet siquidē ad releuandas vestras mentes, quas post tantā mœstitiā maximis, id'q; supra omnē spem, gaudijs replebit: adeo, vt porro nullis deprimi possint calamitatibus. De spū sancto quænā catholica sit professio, suo q̄q; loco dicetur. Nūc ergo breuitatis causa de eius testimonio dicamus. Contextus habet: Ille testimonium perhibebit de me. O grande verbū. Quadriennio fere apl̄i in Iudæa multa audierunt, plurima viderunt: tamē adhuc illo testimonio opus habuerunt. Sed nunquid satis superq; audierunt & viderunt? Maxime. De Chr̄o vero, q in seruili forma docuit, virtutesq; edidit, testimonio indigebant, nō humanæ eloquentiæ, sed diuinæ potentiæ. Nihil, q̄d ad sensus humanos ptinere potuit, illis deerat: spūalis doctoris, q penit' instrueret, hoc est, q superna luce corda illustraret atq; inflammaret, adhuc indigi erant. Vnctio illa spūalis, adhuc eos debuit admonere,

re,vt disceret,Iesum per spiritũsanctũ conceptũ,ex Maria virgine natum:Iesum esse Messiã verum, puta Deum & hominẽ, tot prophetarũ oraculis promissum,tot patrũ visionibus & gestis mystice designatũ. Regnũ eius esse spirituale,potentiã Dei aduersus portas inferorũ. Regnũ ei⁹ esse virtutũ omnigenũ opus,patientiã & perseuerantiã aduersus insultus tyrannorũ & hæreticorũ omniũ.Christũ esse filiũ Dei, vt in sermone supiori Ioan.16.auditũ est,discipuli aliq̃ ratione sibi habuerunt psuasum. Et Matt. 16.dicũt:Tu es Christus filius Dei viui. Verum postq̃ paraclet⁹ testis & doctor ille toties promissus,discipulis illaberet,q̃si ab integro illuminabant,& contra tenebras oẽs muniebãtur, arrabonem Dei gratiæ omnigenæ accipientes. Testimoniũ oris siue vocis suam habet efficaciam, suamq; energiam scripturæ: sed vtrunq; superat spiritua le. Scripturã quoq; de Christo testimoniũ ferre,vides Ioan.5. Sed nisi vnctio interna erudiat, & lectio & audit⁹ interpretationũ perdit. Abraham hoc teste certior factus, credidit verbum esse Dei: Tolle filium tuũ vnigenitũ,quem diligis,Isaac,& offer eum in holocaustum super vnũ mõtium,quem monstrauero tibi. Mulier Sareptana audiuit vocẽ prophetæ:Hæc dicit dñs Deus Israel:Hydriæ farina non deficiet, nec lecythus olei minuetur, vsq; in diem qua daturus est dñs pluuiã super faciẽ terræ. Sidõis hęc vere beata vidua,hoc ipsum vnde vitã suã & filij,vel ad dies duos aut tres prorogare potuit,pphetæ dedit:q; hoc teste,hoc magistro, interius certior facta esset, hoc, quod propheta dixit, verbũ esse dñi. Nisi eñ credidisset,neq; sua dedisset,neq; dona cœlestia recepisset. Summa: Quod somnium & visio Pharaonis est sine interpretatione Ioseph,hoc est vocis & literæ testimonium citra testimonium Vnctionis. Hanc apostoli simul atq; acceperunt, non solum cõfutabant scribas & legis doctores, verũ etiam gloriabant in supplicijs & contumelijs ppter nomẽ Iesu susceptis. Tale ac tantum dogma spũs sancti,vocant plerophoriam siue certã persuasionẽ.Sed iuuat videre,quot extent de Christo testimonia. Ex multis nos decẽ in mediũ proferamus.Primum est vocis paternæ,Mat.3.& 17.Secundum est spũs sancti,ibidem & Ioã.15.1.Ioan.5.Tertiũ est suipsius,Ioan.8.Quartum, eiusdẽ miraculorũ,Ioan.10.Quintum,Mosis & prophetarum,Ioan.5. Sextũ, Ioannis Baptistæ,Ioã.5.Septimũ,Simeonis & Annę pphetissæ,Luc.2.Poterit & huc referri cultus & oblatio mystica trium magorum Mat.2.Octauũ, cæcorũ,claudorũ,& aliorũ de quibus Chrs optime est meritus. Vnde extat hoc Samaritidis & Samaritanorũ, Ioan.4.Iam non propter sermonẽ tuũ credimus.ipsi eñ audiuimus,& scimus q; hic est vere seruator mundi Christus. Et hoc cæci,Ioan.9.dicentis: Credo dñe, ipsum saluatorẽ adorando.Nonũ, apostolorũ, Ioã. 15.præcipue vero Ioannis euãgelistæ,19.& 21.Decimũ,sanguinis & aquæ,1.Ioan.5.In pmissis testimonijs verbũ dñi inuenias:vnde ea pcipue duxi assignanda.Cæterũ innumera sunt de Christo testimonia,viuorũ & mortuorũ,angelorũ & hominũ,cœli & terræ. Testimoniũ spũs sancti, adhuc in scripturæ lectione & doctrina durat. Nã (q̃d dictum est)sine illo teste & magistro testimõia pdicta frustra sunt scripta: lectiõis & auditus eorũ oĩs opa luditur.Per spũm adoptionis clamam⁹,Abba pater.ipse testimonium phibet spũi nostro,q; sumus filij Dei: ipse adiuuat infirmitatẽ nostrã,Rõa.8. Ille arra & pignus,quo obsignati,cõfirmamur in omi intelligẽtia & constantia, 2.Co.1.5. Eph.1.&c.hęc est sacra illa vnctio & ignis, q̃ illuminamur & accendimur,2.Co.1.1.Ioan.2.Heb.6. Ex huius magistri inspiratiõe theodidacti vocamur,Ioan.6.Esa.54.Huic doctrinæ spirituali affinis est & germana ipsa testificatio,quã credentes habent in se ipsis,1.Ioan.5. Testimoniũ hoc internũ,arram,pignus & obsignationẽ sentiunt fideles in suis cordibus. Inde gaudent pro nomine Iesu oẽe calumniarũ & tormentorũ genus perpeti.De qua re aliàs.Sequitur:

Spũs sanctus docet spũaliter & efficaciter.

Testimonia de Chro decem præcipua.

Et vos testimoniũ perhibebitis, quia ab initio mecum estis.

Aliud testimonium,aliud trudit. Spiritus sanctus,vbi nobis testimoniũ de Iesu filio Dei clementer inspirauerit, nos continuo neq; carni,neq; sanguini acquiescendo,testimoniũ ipsum proferre incipiem⁹. Sic & spiritus sanctus & nos vnà testabimur.Ille(vt ait S.Augustinus) inspirando, nos sonando. Credidi,propter quod locutus sum,habet psal.115.2.Co.4.Et nemo dixerit dominũ Iesum, nisi per spũm sanctũ, 1.Cor.12. Spiritus sanctus ignis consumẽs est.Eloquium & testimoniũ eius,ignitum: supprimi ergo non poterit. Dicit itaq; Hieremias cap.XX.Dixi,non recordabor eius,neq; loquar vltrà in nomine eius.Et factus est in corde meo quasi ignis exæstuãs, claususq; in ossib⁹ meis:& defeci, ferre nõ sustinens.Hoc est quod ait:Et vos de me testificabimini, quia duplex vos testimoniũ de me habetis:internum videlicet spũs sancti, & externũ doctrinæ meæ quam audistis,& operum quæ vidistis. Neq; de parte aliqua doctrinæ & vitę meæ testimonium perhibebitis, sed totam simul doctrinam,

Spũs sanctus facit nos testes Christi.

vitamq; vniuerso mundo pronunciabitis: idq; ordine eo, quo oĩa feci & docui: quia statim in exordio officij mei, vos mihi testes vocaui. Ad hoc spiritũ sanctum vobis mittam. Vos iam pleraq; non intelligitis, ille declarauerit. Vos iã meticulosi, ille nouo musto deebriatos, audaces faciet. Vobis iam imbecillibus, ille spũ vehemẽti afflatis, & igni diuinæ fortitudinis accensis, robur dederit animorũ. Ille oblita in memoriam reuocabit, ille omnẽ dubitationẽ eliminabit. De apostolorũ testificatione dicit Act. 1. Accepta virtute spũs sancti, eritis mihi testes nõ solum Hierosolymis, verũ etiam in vniuersa Iudęa Samariaq;, deniq; vsque ad extrema terræ. De testificatione ea plura vides ibidem cap. 4. 8. 10. 18. 20. 23. Exemplo hoc apostolorũ oportet episcopos & diaconos oẽs ire in vniuersum mũdum, & prædicare euangelion omni creaturæ: hoc est, tam catholicis, q̃ hęreticis: tam fidei domesticis, q̃ extraneis Iudæis & Saracenis. Illos erudiẽdo, admonendo, arguẽdo, &c. hos confutãdo, & errorũ reuincẽdo. Quod q nõ facit, re ipsa declarat, se spũ sancto esse cassum. Nã spiritu q p̃diti sunt sancto, etiã capitis sui piculo à ꝓfessa veritate non stare non possunt, certi vel animã suã ab oĩ tyrannide hoĩm & cacodęmonum esse tutam. Atq; hæc hactenus. Nunc porro in secunda parte huius sermõis, videbimus crucem veritatis testimonio esse appendicẽ.

Episcoporum & diaconorum munus.

Hæc locutus sum vobis, vt non scandalizemini. Absq; synagogis facient vos. Sed venit hora, vt omnis qui interficit vos, arbitretur obsequium se præstare Deo. Et hæc facient vobis, quia non nouerũt patrem, neq; me. Sed hæc locutus sum vobis, vt cum venerit hora, eorum reminiscamini, quia ego dixi vobis.

Admonemur hic martyrij, quod Origenes potissimum Christianis oĩbus incũbere ostẽdit. Est enim martyr, qui vsq; ad mortẽ, veritatem asserit: quod vtiq; veritati debet Christianus quisq;. Omnibus itaq; dictum est: Hæc locutus sum vobis, vt non scandalizemini. Nec iam primum nobis hoc præcinit: aliàs enim idem frequentissime facit Mat. 10. Mar. 3. Luc. 6. Non est, inquit, discipulus supra magistrum, neq; seruus supra dominũ. Si patremfamiliàs Beelzebub vocauerunt, quanto magis domesticos illius? Præmonuit nos & rerum futurarum seriem ostendit, vt fortiores redderet, dicereq; faciat:

Martyres Chri nos vocat spiritus sanctus.

Præbenda est gladio pulchra hæc & candida ceruix.

Philosophi prisci non dubitauerunt se oĩbus mortis generibus exponere, pro humana ea, quam profitebantur, sapientia. Romani, Lacedęmones, Atheniẽses, & alij nobiliũ vrbium municipes, summo felicitatis loco duxerunt, pro patria mortem oppetere. Quare ergo nos ꝓ fide Christi cũctemur mori, cum certo sciamus, ita ęternę vitæ parari gloriã? Hoc vt promptius pręstemus, Christus nobis in apostolorum personis p̃dixit, sine crucis supplicio & scãdalo, ad ęternæ vitæ gaudia & gloriam pertingere posse neminem. Est siquidem p̃cipua cõsolatio, necessitatis ipsius ineuitabilis cognitio. Aiunt ergo ferẽdum, quod mutari nequeat. Adde & hoc q̃d poeta dicit:

Prospice q veniũt, hos casus esse ferẽdos:
Nam leuius lædit, q̃dquid p̃uideris ante.

De huius cõsolationis specie Cyrillus multa differit. nos paucis ijs q̃ diximus, contenti, de ipsa cruce deinceps agam⁹. Crux ea, quam hic dñs electis instare adumbrat, duplex est: Pœnæ scilicet & calumniæ, ne supplicium sine scandalo comite veniat. Pœna in bonorũ temporalium confiscatione, in exilio, & in suppliciorum illatione, deniq; in vitę siue animæ vitalis ereptione, sita est. Et certe hęc pœnę species posterior, res parui momenti haud quaquam haberi potest. Hoc q̃d ipsi tẽtatori satis est ꝓspectũ. dicit ergo: Pellem ꝓ pelle, & oĩa q̃ habet homo, dabit ꝓ aĩa sua. Et Poeta ait:

Crux duplex.

Vt corpus redimas, ferrũ patieris & ignes,
Arida nec sitiens ora leuabis aqua.

Altera pars crucis, etiã ipsa morte est acerbior. est autem calumnia, qua etiam huius seculi hoĩes, tyrãni & hypocritæ, bonũ nomẽ electorũ conãtur denigrare. Impius est, qui famã negligit. Et nomen bonũ melius est vnguentis preciosis. Et ethnicus ait:

Oĩa cum perdas, famam seruare memẽto.

Huius itaque crucis partis siue speciei, tanquã grauissimæ oĩm, dñs cũ primis meminit, dicẽs: Absq; synagogis faciẽt vos. Absq; synagogis facere, est tãquã hoĩem impium & execrabilem igni & aqua interdicere. Nec publicis munijs solum, verum etiã omniũ honestorũ cõsortio indignum designare atq; censere. Eius rei partim similis est Romanorũ proscriptio, partim ecclesię excommunicatio. Nõ est parua excommunicationis cẽsuræ pœna, iuste irrogata. Satius esset homini, mille mortis genera subire, quàm suapte culpa in excommunicationis pœnam incidere. Verum si ab iniquo fuerit illata iudice, nihil est illa magis meritorium. Vnde ait Augustinus, Christi discipulos in hac excommunicationis pœna ni-

Excommunicationis [illegible]

nihil esse degrauatos, cum ipsi vltro e pestilentissima ea synagoga fuerãt exituri. Sed nihilo minus vides hic, quàm nomen Christi fuerit inuisum Iudæis. Et quis bene sibi conscius, non fugiat aulam tyrannorum & huius mundi amicitiam? Quis non fugiat conciliabula hypocritarum & hæreticorum? Videmus tamẽ quo odio aulæ tyrannorum, hic mundus, hypocritarum & hæreticorum conciliabula, laborent in hoc, ꝙ veritatis doctores nunquam non proscribant, conuicijsq; proscindant. Christũ solem iustitiæ, in sua venientem, sui non receperunt, Ioannis primo. Et propter veritatis testimonium nullum non prophetarum capitali odio prosequuti sunt Iudæi, Matth. V. XXIII. Lucæ XI. XIII. Aggrauat Apostolus odium, quòd proprios prophetas, hoc est, filios suos, odio Christi occiderunt, 1. Thessal. 2. Et ipse saluator, teste Chrysostomo, idem flagitiũ effusionis sanguinis exaggerat, quod Zachariam intra templum & altare occiderint, Lucæ XI.

Synagoga Iudæorũ quid.

¶ Synagogam ecclesia accipit pro Iudæorum cum priscorum tum nouissimorũ eorum, qui Christum persequebantur, & etiamnum auersantur, corona. Hebræis dicitur Mabdela. Synagogam Latine vertere possumus adductionem. Placet illa proprietas loquendi, vt inter noui & veteris testamenti fideles, nominalis quædam discretio habeatur. Realis diuersitas est inter veros Abrahæ filios & carnales Israelitas: ne quis miretur, Christianis & Iudæis nihil conuenire. Propter hanc differentiam & proprietatem loquendi, sectarum conuenticula non merentur vocari ecclesia, sed magis cõciliabula sunt appellãda. Synagoga carnalis illa, eos quos propter fidem Christi eiecit, vocabat aposynagogos: quo vocabulo sanctus Ioannes etiam hoc loco vtit. De eiectione hac vide Ioan. 9. 12. &c. Synagoga carnalis ea filios Dei protrudens, facta est synagoga & sedes diaboli, Apoc. 2. Ecclesia scortatores, prædões, homicidas, & quoscunque flagitiosos, maxime hæreticos, vitat: synagoga vere pios & professæ veritatis, quibus resistere non potuit, doctores repudiauit. Noluit synagoga tenebricosa nomen Iesu solis iustitiæ prædicari: sed homines spiritu Dei pleni, à prædicatione eius nominis non poterant desistere. Hinc illæ tragœdiæ. Hæc de altera crucis parte dicta sufficiant. Seqtur: Venit tempus, vt oĩs q interficit vos, arbitretur obsequm se pstare Deo. In synagogis suis fidelibus cõminando, præcipiebãt ne Christum prædicarent, Matt. X. Acto. 4. Constantes in fide, partim virgis cecidere, Mat. 23. partim lapidibꝰ petiere, Act. 7. partim gladio ceciderunt, Act. 12. Deo gratificari se putãt homicidio tali Iudæi, idq; contra legẽ Exodi 20. Deu. 5. Sanguis Abel & aliorum occisorum clamat, & terra bruta interfectoribus hominum est infesta. Nam (quod Plinius ait) neq; serpentem, postquam hominem momorderit, iterum eum in sua viscera terra recipit. Mirũ ergo est, terram parricidis illis sacrilegis non dehiscere. Attende, quo signo dominus homicidas eos notauerit. Alij quicunq; latrones, plerunque conuertũtur exemplo eius, qui dixit: O domine, cum veneris in regnũ patris tui, memento mei. Sed homicidæ illi sacrilegi, qui ad supprimendam veritatem Christos domini tangunt, magis atq; magis excæcantur: & tanquam profugi patriæ cœlestis, aperto & crassissimo signo declarantur. Facinus tale homicidij nõ solũ bonum opus, verum etiam cultum Dei, latrian nimirum & prosphorã, arbitrantur αἱδροφονίαμ, hoc est, homicidium putãt sacrificium. In tantam excæcationem, signum reiectionis à facie Dei, exclamat S. Augustinus, dicens: O error horrẽdus: ita ne, vt placeas Deo, percutis placentẽ Deo Iudæe, & templũ Dei viui, te feriente, prosternitur, ne templũ Dei lapideum deseratur? O execrabilis cæcitas. Hæc ille. In execrabilẽ eam cæcitatem facit hoc, q̃d sequitur: Sed hæc facient vobis, qa nõ nouerũt patrẽ neq; me. Beda hic dicit: Filius in patre, & pater in filio est: & qui videt filium, videt etiam patrem. Pater ergo, ꝙ quicunq; filij credulitati obstinata mente resistunt, nec patrem nosse. Hoc est signũ illud, quod Cain profugus secum pertulit. Quis non cæcutiens homo, videat in hoc signo homicidas eos Iudæos, extorres esse cœlestis patriæ, qppe q neq; patrẽ norint, neq; filiũ? Moses Ex. 32. dixit: Cõsecrastis hodie manus vr̃as dño, vnusq̃sq; in sanguine filij & fratris sui, vt det vobis benedictio. Idem Deut. 13. præcipit pseudoꝓphetas occidi sine cm̃i misericordia. His & similibus locis Iudæi impingũt, nõ attendentes Chr̃m ꝓphetã illũ esse summũ, quẽ idẽ Moses p̃cepit audiri Deut. 18. Nec obseruãtes illum esse magni cõsilij angelon, Esa. 9. Hac immedicabili cæcitate etiamnũ audet dicere, se nulla alia culpa in horrendũ hoc & perpetuũ exiliũ esse missos, nisi ꝙ nõ oẽs Christi ap̃los & discipulos occiderint, antequã euangelion Christi in mundo vniuerso prædicarent. Ecce qualis pœnitẽtia. Ecce quantum cæcitas & furor illis indies succrescat. Satis de Iudæorũ cæcitate. Nũc videndũ, an ne nos quoq; aliqd istiusmodi cæcitatis in nobis habeamꝰ. Primo hic æstimanda Iudæorum ingratitudo, in quam ecclesia nõie saluatoris dicit: Populemeꝰ, qd

Hõicidij criminis horror.

Aposynagogi q.

Cain signum Iudæi referunt.

Cain signũ pseudochristiani q̃q; referunt.

feci tibi, aut in quo cōtristaui te? Ego plantaui te vineā electā, tu facta es mihi amara valde. Ab huiusmodi ingratitudine nos parum abesse quis neget? In quadragesimali obseruantia qd rogo polliciti sunt ij, q apostolicarū traditionū adhuc obseruantes existunt? Quare exomologesin fecerunt? In die parasceues religio renouata, altera Paschæ prorsus euanuit, quasi catholica religio triduana haberi debeat. O bone Deus, quàm non potest, quod fictum est, durare. Altera statim à resurrectiōe, itur in Emaus, non cum Christo, sed cū diabolo principe huius mundi. Non verbū Dei tractatur, sed luditur, iocis & vanitatibus opera datur. Emaus non in hospitiū Christi, sed in popinam ganeonū & in lupanar conuertitur. Matrix ecclesia, hoc sacro tēpore solenniter baptizabat: recens baptizatos, in albis crebris exhortationibus verbi Dei, canticisq; spiritualibus, eucharistiæ deniq; participatiōe refouebat. Nūc oīs ecclesiæ matricis cōsuetudo docēdi, baptizandi, & cōmunicandi, plane est obliterata. Subrepsit clamor pompofus linguarū, subrepsit & priuatarū Missarū nundinatio infinita: atqui misera plebs, quid laudis sacrificiū existat, penitus ignorat. Vnde ij qui catholici esse volunt, quiq; ex plebe sanctissimi sunt, pessime plerūq; errant, vltro citroq; ad phana hæc & illa discurrendo, Deū, quē vel ethnici vbiq; esse credunt, quæritādo. E regiōe illuminati illi euangelij neoterici fratres nouelli, qui quadragesimalē abstinentiā contemerarunt, certo Dei iudicio etiā paschalibus gaudijs frustrati, processiones festas, iuge sacrificiū, alleluia repetitū, cæteraq; ecclesiæ cantica meloda, prorsus execrantur. Adeo verus cultus vtrobiq; iacet, vndique Dei ignorātia & ingratitudo, vndiq; odia, vndiq; pericula. Quis em̄ aut hic aut illic, absq; capitis sui discrimine, abusus & errores taxauerit? Vtraq; pars in eos, qui citra abusus & hæreses syncere fidē Christi docere satagunt, & sine omi hypocrisi & schismate catholicā vitam viuere connituntur, mirum in modū intonant atq; fulminant. Putat vtraq; pars se Deo sacrificiū facere omniū gratissimū, si huiusmodi homines strenue persequatur. Putant hunc esse verum zelum domus Dei: non vident æmulationem eam esse diabolicam. diabolus enim homicida est ab initio, atque adeo eius zeli autor, Romanoꝝ 9. Iacobi 3. Ouis alia si aliā dilacerare possit & deuorare, tunc etiā verus Christianus Christiano manus inferre debebat. Pseudochriani, iuxta ingeniū maleuoloꝝ lædunt, & se læsos vociferantur. Vides nihil differre à Iudæorū cæcitate nostratium furorem. Lapidarunt Stephanum tanquā legis desertorē Iudęi inuocantem nomen Christi, & dicentē: Dn̄e Iesu, in manu tuas cōmendo spiritū meum, Acto. 7. Coniurarunt in necē Pauli, synagogas oēs confutantē, Actor. 23. Sed quo ore persequuntur hæretici catholicos, veteris ecclesiæ maiestatis studiosos? Qua fronte abusuum patroni, ecclesiæ simulatores, odio afficiunt eos, qui ecclesiā ab omnibus mendis superstitionū cupiant expurgatā? Dn̄s Iesus magis conqueritur de Iudæis, q̄ de ethnicis veritatē impugnantibus, Matthæi 23. dicens: Hierusalem Hierusalē, quæ occidis prophetas, &c. Illis vero qui Christi noīe censentur, qui ecclesię vnicę Dei columbę, esse contendunt, grauius imputatur flagitium, si innocentes & veritati studentes molestent, quàm vel Iudęis, vel ethnicis Christum ecclesiamq; nescientibus. Si cognouissent, ait Apostolus 1. Cor. 2. regem gloriæ nunquam crucifixissent. Et seruator ait: Quia non nouerunt patrē neq; me. Pater & filius vnū sunt, Ioan. 10. Nemo venit ad patrē nisi per filiū, Matth. 11. Ego (ait) in patre, & pater in me, Ioan. 14. Non sum solus ego, sed pater mecū est, Ioan. 16. Nihil ergo patris habent, qui filiū temnunt Iudęi & Agareni, vtcunq; sibi de Deo patre placeant. Sic & alieni sunt à Chr̄o, alieni ab ecclesia, q eos infestant qui Christi gloriā & ecclesiæ certū decus quærunt. Immo culpa horum grauior apud Christū existit quàm illoꝝ, q illi perduelliones sunt Christi, hi vero sub confessione noīs Christi in Christos sæuientes, similes sunt illi, qui proditorio aīo dixit: Aue Rabbi. Colligere & est ex præmissis, persecutionū tyrannidē certum esse signū Cain, signū excæcationis obduratæ & immedicabilis, Iudæoꝝ exterminiū quam maneat. Sed tantū malum dn̄s Iesus clementer auertere dignetur. Christus est mitissimus agnus Dei, Chr̄us autor pacis. Dicit ille: Discite à me, qa mitis sum & humilis corde. Idem ait: Estote misericordes, sicut & pater vester cœlestis misericors est. Apostolus de agnitiōe Christi multa agit. Idē optat Iudæos oēs eandē agnitionē habere. Nō est ergo & de nostratib⁹ desperādum, sed magis obnixe pro illis orandum. Deniq; etiā ouibus in medio lupoꝝ degentibus, optāda est patiētia & animi fortitudo. Robur hoc animi & lōganimitas ea, potissimū per verbū Dei dat. Vnde & hoc loco dn̄s repetit q̄d dixit: Hęc locutus sum vobis priusquā fiat, vt cū factū fuerit, credatis. Faxit Deus, vt miseræ tonsę inter tot lupos vocem pastoris libenter audiamus, & ardenter custodiamus, ad suā ipsius gloriam, Qui vnus Deus in trinitate viuit & regnat, per omnia secula seculorum. Amen.

Persecutio christianorum nis mea pe.

In die

IN DIE SANCTO PENTECOSTES,

Euangelium Ioannis XIIII.

I quis diligit me, ſermonem meum ſeruabit: & pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, & manſionem apud eum faciemus. Qui non diligit me, ſermones meos non ſeruat. Et ſermonem quem audiſtis, non eſt meus, ſed eius qui miſit me, patris. Hæc locutus ſum vobis, apud vos manens. Paracletus autem ſpiritus ſanctus, quem mittet pater in nomine meo, ille vos docebit omnia: & ſuggeret vobis omnia, quæcunq; dixero vobis. Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis. Non quomodo mũdus dat, ego do vobis. Non turbetur cor veſtrum, neq; formidet. Audiſtis quia ego dixi vobis: vado & venio ad vos. Si diligeretis me, gauderetis vtique, quia vado ad patrem, quia pater maior me eſt. Et nunc dixi vobis, priuſquam fiat, vt cum factum fuerit, credatis. Iam non multa loquar vobiſcum. Venit enim princeps mundi huius, & in me non habet quidquam. Sed vt cognoſcat mundus, quia diligo patrem, & ſicut mandatum dedit mihi pater, ſic facio. Surgite, eamus hinc.

PRAEFATIO.

Ectio quoq; præſens ad copioſam orationẽ, conſolationibus exuberantem, quam ſub paſſionem ſuam ſacroſanctam Chriſtus noſter ſaluator habuit, pertinet. Sermo, qui ſingulari affectu colatur, digniſſimus: quippe diuinum ſpiritum & vitam æternam præſentiſſime ſpirans. A feſto Paſchæ vſque in hanc feſtam lucem, aliquot lectiones ex illo ſermone ſumptas, charitas veſtra audiuit. Videtis itaque, quàm inuigilet eccleſia illum ſermonem omnibus facere commendatiſſimum. Conatum eum ſuum hodie præſenti lectione abſoluit, nihil ex ſermone eo nunc porro in eccleſia legens: reliqua quæ ſuperſunt, cuiuſq; domeſticæ lectioni legenda relinquendo. Sex ſunt præcipue, quæ præſenti nobis lectione exhibet. Primo, Dominus nos ad ſui amorem prouocat. Secundo, Amorem eum ſuum promiſſionibus certis exornat. Tertio, Loquitur de ſpiritu ſancto, & de officio eius, quod illi in eccleſia Chriſti intercedit. Quarto, Pacẽ ſuis pollicetur. Quinto, Corda ſuoꝝ triſtitia plane oppleta releuat. Sexto, Certiores ſuos reddit, principẽ huius mũdi ſibi nequidquam inſidias moliri. De ſecundo & primo.

Si quis me diligit, ſermonem meum ſeruabit: & pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, & manſionem apud eum faciemus.

Audite chariſſimi, audite qua diligentia Chrs nobis ſui amorẽ credat. Principio, ne quis hic erret, quis ſui verus amor exiſtat, tradit. Dein eius ignis vſum docet. Primo ait: Si qs me diligit, ſermonem meũ ſeruat. O ſedulitatẽ optimi magiſtri, O craſſam & damnabilẽ cæcitatẽ eoꝝ, qui hæc tam clara verba ſibiipſis obſcurãt. Chriſtũ amare, eſt eius verbũ ſeruare. Quid ſibi ergo nouus euangeliſta vult, qui renatũ hodie, quaſi ab integro blaterat euãgelion? Recte de nouo euangelio, q̊d nemo vnq̃ ſanctoꝝ habuit, gloriaris. Eſt aũt tale euãgelion nouum, ꝙ neq; amorẽ ex pręceptoꝝ Dei obſeruatione, neq; iuſtificationẽ ex hoc amore & pręceptoꝝ Dei cultu, ęſtimas. Vetus euãgeliũ, noſtrũ euãgelion, veꝝ euãgelion, q̊d traduce ſacra, ſerie ſuccedentiũ ſibi ſanctoꝝ accepimus, hoc loco fulcit. Docemus ſiqdem charitatẽ, fidei iuſtitiã exornantẽ & cõplentem, Iaco. 2. Vides ꝙ fides adiumẽto fuerit factis illius, & ex factis fides pfecta fuerit? cap. 3. Fructus iuſtitiæ in pace ſeminat̃ facientibus pacẽ. 1. Ioan. 3. Qui facit iuſtitiã, iuſtus eſt. Hanc noſtram doctrinã alibi ex locis Romano. 13. Galat. 5. adſtruximus. Viderint noui euangeliſtæ, cui nitantur fundamẽto. Eccleſiã temnũt, ſcripturã miſere lacerãt, Chrm quoq; ipſum diſſoluũt: neq; eũ docentem plene recipiunt, exẽpla penitus negligunt. Vetus euangelion certum & firmũ habet fundamentũ, Chriſtum facientẽ & docentem, charitati abſolutam iuſtitiam tribuẽs, 1. Corinth. 13. Iacobi ſecundo. Hęc eſt ſapiẽtia illa, de qua ſaluator ait:

Amorem ſui Chriſtus nobis maxĩa credit dilĩgentia.

Om̃is qui audit sermones hos, & facit eos, assimilabo eum viro prudenti, qui ædificauit domum suam super firmam petram. De hoc veteri euangelio dicit sanctus Augustinus: Dilectio sanctos discernit à mundo, quæ facit vnanimes habitare in domo: in qua facit pater & filius mansionẽ, qui donant & ipsam dilectionem, quibus donant in fine etiã ipsam suam manifestationem. Sed ne noui euangelistæ, veteres Philistini, hic cœno nostrum laborem obstruant, dicentes Christum hic non loqui de obseruantia præceptorum Dei, sed de verbo suo: nouerint, Chrrstum sese ipsum declarare, paulo ante, vbi obiectionem hanc Iouinianisticam præoccupat, dicens: Qui habet præcepta mea, & seruat ea, ille est qui me diligit. Accedit, quod & verbũ Dei passim in scriptura, pro præceptis accipitur. Et friuolum penitus est, quod dicunt, sermonẽ Dei seruare, esse fidem per verbum in corde retinere. Sed Ioan. 8. hæ neniæ prorsus confutantur, quod alibi crassiori Minerua docuimus: nunc breuitatis causa, saltẽ vnum Christi exemplum adijciemus. Christi vnicum exemplum, quod hodie in præsenti loco proponitur, adducendũ puto: Vt agnoscat mundus, ait, quia diligo patrem, propterea quemadmodũ mihi præscriptũ est à patre, sic facio. Ecce tibi, quicunq; pius catholicus es, fundamentum certum & firmum: fac ergo veritati acquiescens, ad Sirenarum voces obsurdescas. Qui charitate præditus est, qui igne diuino flagrat, haud quaquam onere præceptorum Dei grauabitur. Hic ipsum, vt Christus toti mundo testaretur, ad confutationem nouorũ euangelicorum, prouinciã non modo docẽdi, sed & faciendi subijt. Euangelium catholicorum est, in Christum baptizari, & facere quæcunq; ille nobis præcepit: lex perfectæ libertatis, ne regnet peccatum in mortali nostro corpore. Neq; obseruantiam Dei præceptorum, Christi merito & spiritu sancto editam, peccaminosam & dãnationis æternæ meritoriã esse, sed Deo patri supra om̃e sacrificium legis Mosaicæ gratã, iuxta hoc quod ait: Et pater meus diliget eũ. Quem vero diligit? Iniustum? Absit, sed iustificatum. Quæ vero consummatio iustificationis? Si quis, inqt, diligit me, mandata mea seruat. Amat pater natura omnes, opusq; manuum suarum agnoscit, obseruantes vero sui, pietate pollentes, proprie & specialissime tanquam amicos suos amat, & cum Abrahamo alijsq; patriarchis, amicos suos vocare non erubescit. Quid hac promissione maius? quid iucundius? Promissionem hanc si quis vere credenti corde receperit, nihili ille amicitiam huius mundi & eius dominorum, nihili gloriam faciet om̃is carnis. Ignis ille diuus ita scintillat, vt eius splendore, oĩs splẽdor totius mũdi ptinus euanescat. Sed hacten⁹ pmissio se nõ saltẽ arctat, latius em̃ exerit. Sequit̃ ergo: Et ad eũ veniemus, & mansionẽ apud eũ faciemus. Attẽde verba, signa mysteria. Venire, & facere. O profunda verba. Verbum veniendi, importat singulare aliqd donũ. Vbiq; Deus, sed non vbiq; æque gloriosus. Venit itaque maioribus charismatibus. Habenti dabitur, vnde ignis hic diuinus linũ fumigans non extinguet, Esaiæ 42. Matthæi 12. Si quẽ operosum inuenerit amicum, illi se vicissim (quod cum venia nouorum euangelistarum dixero) operosum exhibebit. Qui hoc? Mansionem cõstruet sibi sancta Trias apud eum. O maiestatem, O pondus verborum. Mansionẽ, inquit, faciemus apud eũ. Vult ergo vt faciat homo: sic em̃ fiet, vt & ipse operetur. Qui dicit: Hoc fac, & viues: idem dicit: Ad eum veniemus, & mansionem apud illum faciemus. O apparatum, o opus. Dic noue Euangelizaster, possit ne Deus veniens habitationem sibi in homine perficere iniusto? Obserua catholice, verba Christi esse certissima. Caue igitur, Vitiligatores nouos euangelicos perpetuaris ea peruertere, & quoquouersum torquere. Homo custodiens mandatorum Dei, vtiq; iustus, cum ex fide, tum ex ea Dei præceptorum custodia, templũ & habitatio Dei fit. Faciũt sibi mansionem pater, filius, & spũs sanctus, hoc est, hoĩem sanctũ sanctificant adhuc, iustum iustificant adhuc, amorem perpetuant, & fidem informant, exornant, maioribusq; subinde charismatibus beant. Ornata domus, ornatissimi domini argumentum existit. Hoc loco disce sensum genuinum verborum sancti Pauli 1 Corint. tertio, sexto, 2. Corinth. 6. Ephesi. 2. vbi dicit, nos esse templum Dei viuentis, etiam secundum corpus. Idq; dicit iuxta scripturã Leuitici 26. Esaiæ 52. Habitabo in eis, ponam tabernaculum meũ in medio eorum, non eijciet eos anima mea, sed ambulabo inter eos, & ero Deus eorum, & erunt ipsi populus meus. Sed qui erunt populus eius, templũ & habitatio eius? Natura filij Abraham, dicentes, domine domine? atque baptizati, opera bona negligẽtes? Haud quaquam, sed fidẽ viuidam operosamq; Abrahæ referentes. Vnde ibidem Leuitici vicesimosexto ait, & paulo ante: Si mandata mea custodierint, si in præceptis meis ambulauerint, & fecerint ea. Hæc constructio, hic apparatus & ornatus domus Dei, est donũ Dei, ne qs glorietur. Neq; em̃ nos illum (vt in pcedẽti dictũ est sermone) amauim⁹. Sine me, ait, nihil potestis. Pater est agricola,

Euangelicorum fratrum cauilli diluuntur.

Ven. Deus.

Tem. Dei hom.

cola, palmitem fœcundum purgans, vt copiosiores fructus edat. Hæc est illa habitatio Dei in nobis, 2. Corint. 6. Huius ædificationis spiritus sanctus est architectus, non Moses & alius quicunq; homo. Atq; hæc de charitatis vsu: nunc de ijs qui charitate sunt vacui, dicamus.

Qui non diligit me, sermones meos non seruat.

Maius dicit, & minus vnà complectitur. Non facit Dei voluntatem, non custodit legem. Sequitur ergo, q neque eloquia oris Dei diligit super aurum & topazion. Non meditatur in lege Dei die ac nocte. Nō credit Salomoni Prouerb. tertio, dicenti, conquisitiões sapiētię diuinæ præstare auro & argēto. Non obaudit spiritui sancto, dicenti ibidē capite octauo: Accipite disciplinam meam, & non pecuniam: doctrinam magis quàm aurū eligite. Villā & iuga boum quina emere, vxorem ducere animū induxit. His in rebus acuti sunt filij huius seculi. Ex fructibus arborē æstimat diuina sapia. Sermones meos non seruat, inquit: ergo & me nō amat, ergo & iustitiæ non est esuriens & sitiens. Obserua diligentiā magistri, & te diligentē pbe discipulū. Quod Chrs suprà adfirmatiōe asseruit, idē nūc negatiue adstruit. Audistis, omnem thesaurū nihil esse collatum verbo Dei: rogas ergo, vnde ista preciositas verbo Dei cōtingat? Audi Christum hoc in sequentibus docentem.

Et sermonem quem audistis, non est meus, sed eius qui misit me, patris.

Verbum humanū vnde dicatur. Non est meus, hoc est, non est humanus. Sic suprà eodem dicitur: Verba quę ego loquor vobis, à meipso non loquor. Pater autem in me manens, ipse facit opera. Verbum humanum, verberās aerem vox est. vnde etiam, teste Bernardo, verbum dicitur. Verbum Dei est ipsa potentia Dei. Dixit siquidem Deus, & omnia facta sunt. Sed quid est quod iam audiuimus eum, dicentem: Qui non diligit me, sermones meos non seruat? Attende Christum verum Deum esse & verum hominem. Quod dicit, Sermones meos: se verum Deum, consubstantialē patri & spiritui sancto, adfirmat: quod dicit, Non est meus, se verum hominem declarat. Augustinus facit differentiam inter sermones, & sermonem: per sermonem, accipiens verbum hoc, quod erat in principio apud Deum, hoc nimirū quod Deus ipse erat, Ioannis primo. Et hæc interpretatio facit ad verbi Dei prædicationem. Verbū potens, immo omnipotens est, quia Deus est. Certum est, quia ipsa existit veritas. Vide canonem 1, q. 1, Interrogo.

Verbum Dei quid sit.

Hæc locutus sum vobis, apud vos manens. Paracletus autem spiritus sanctus, quem mittet pater in nomine meo, ille vos docebit omīa, & suggeret vobis omnia, quæcunq; dixero vobis.

Verbū Dei, ipse est Deus. Nō est ergo humanarū virium, verbū hoc citra spiritū sanctum, id est, sine Dei gratia capere. Infrà ergo ca. 16. ait: Adhuc multa habeo vobis dicere, sed non potestis portare modo. Quē cœli cœlorū capere non possunt, quomodo eum digne pro re compræhenderit angustia mentis humanæ? Nunc postquā spiritus sanctus capaces nos verbi facit, liquescit, & eum verū esse Deum, vnum cū patre & verbo esse numen. De spiritu sancto vt & nunc dicamus, locus est. Sed quem cœli cœlorum capere non possunt, quomodo illum humana exploret lingua? Verum quoniam digne prædicare non possumus, non ergo tacebimus. Sol, luna, stellæ, volucres, pisces, bestiæ, ignis, aqua, terra, aer, & omnia quæ creata sunt, ipsum spiritum sanctum prædicant, suum'q; fatentur & venerantur plasten. Vnde & homo merito quibuscūq; modis poterit, ipsum paracletum extollit & fatetur, in tympano & choro, in chordis & organo, in cymbalis benesonantibus & iubilationis. Paruitatem nostri sermonis ipse spiritus sanctus in cordibus vestris dignetur facere amplissimā. Fidem nobis largiatur cum simplicē tum puram, vt iam in speculo fidei contemplemur, postea facie ad faciem visuri. Interim scripturæ adhærebimus sacræ. Scriptura vtriusq; testamenti euincit, Spiritū sanctum cum patre & filio vnum esse numen, tres personas, vnam essentiam. Hoc ecclesia catholica fide orthodoxa semper credidit, Pneumatomachi hac in fide aberrantes, etiā vniuersalem ecclesiā (vt hęresis carcinoma est) vitiare conabantur. Arrianus Macedonius, diabolicus ille hæreticus, huius erroris præcipuus extitit autor. Sed vicit veritatis columna ecclesia. Paracletus ipse spiritus, ex hæreticorum ea adspergine efficacē aduersus omnem hæreticorum tabem medicamentū præsentissimū effecit. Extant inter alia ecclesiastica monumenta, tres libri diui Ambrosij de spiritu sancto ad Gratianum Cæsarem. Extant & totidem libri Didymi Alexandrini, quos Latine reddidit sanctus Hieronymus. Hi duo columnæ ecclesiæ, ex vtroq; testamento tantū aceruum scripturæ coaceruauerunt, vt tāto thesauro etiamnū se gaudeat ecclesia locupletatam.

Verbum Dei Deus sine Deo non capitur.

Spūs sanctus cum patre & filio vnum est numē.

Vides catholice quid debeas patribus, vides quare diabolus hæreticos instiget ad detrahendum columnis ecclesiæ. Spiritus sanctus q olim p prophetas est locutus, qui & per sapientes, Salomonem, Iesum Sirac, Philonē & alios, sua mysteria huic mundo protulit: nunquid ille in nouo testamento ab apostolorū temporibus vsq; ad hæc nostra tēpora obmutuit? Nunquid ecclesiam, cui proprie est promissus, hactenus dereliquit? Non dereliquisse, sed prophetas, doctores & rectores, iuxtà atque apostolos & euangelistas ecclesiæ semper abunde præfecisse, Apostolus Ephe.4. testis est. Facessant ergo & abeant in malam rem nouitij Euangelicastri, qui se ita hodie de genuino scripturæ sensu ostentant, quasi spiritus sanctus hactenus Endymionis somniū dormierit. Hæresis antiqua nouum euangelium, si patrū gloriam omnino suppresserit, quid aliud sperare possimus, quàm Arrium, Eunomium, Macedoniū, & oēs deniq; hæreticos emersuros? Dibaphi nostrates & sacramentarij, eius rei vt clarum, ita & horridum exemplū existunt. Credit ecclesia catholica atq; orthodoxa, spiritum sanctum à patre & filio, non factū nec creatum, sed procedentem, vnū numen esse cum patre & filio, hoc est, Deo patri & filio esse consubstantialem. Hic spiritus consolatorius in die Pentecostes sacra, discipulis quidē illapsus est, iuxta sacrā historiā Act.2. sed nō tunc incepit esse. Neq; enim instar aliorum ventorum ex aere agitato atq; commoto (sic enim de ventis ratiocinatur) formatus est, sed plastes ipse e cœlo venit. Plastes, inquam, ipse: quia in principo & ipse creaturæ opifex erat. Gene.1. siquidem dicitur: Spiritus dñi ferebatur super aquas. Non auster, non aquilo, q necdum erant, sed qui est æternus & immensus, spiritus qui Deus est ipse, Ioannis quarto. Pios ab illo tēpore spiritus ille semper rexit, & tanq̄ peculium possedit, impios auersatus, Gene.6. Quod vero pijs semper sit moderatus, habes in exemplo Iosephi Gene.41. Quod omnigenis donis, etiā artibus, donauerit mortales spiritus almus, vides exemplū Bezaleel Exod. 31. Dñs pacis & vnitatis autor, præclarum typon sacræ ecclesiæ traducis præsignauit, Num.11. accipiēs de spiritu Mosis, & de eo tribuēs septuaginta viris ad hoc electis, nō Mosis spiritum extenuans, sed vt ecclesiæ traducis figuram præmitteret. Cæterū quēadmodum neq; fonti aliquid detrahitur, si quis ex eo bibat: neq; funalis flāmæ, si quis candelam ex ea accendat: sic Mosis spiritui nihil dempsit, quum eo septuaginta viros adimpleret Deus. Gene.41. clare dicitur Ioseph in Aegypto, Ruah Elohim, id est, spiritum Dei habuisse. Iosue quoq; spiritu Dei præditum fuisse, habes Numer.27. De Gedeone, Samsone, & de alijs ducibus, quos scriptura spiritum Dei habuisse commemorat, tacebimus. De prophetis hoc saltē adducemus, Heliseum Heliæ spiritum sortitum, sed duplicatum, secundum mensuram donationis spiritus sancti, 4. Regū 2. Spiritu sancto alios quoque prophetas locutos esse, vides 1. Petr.1. 2. Petr.1. Deniq; in sancto sanctorum Christo Iesu plenissime est declaratus. Christus siquidem per spiritū sanctum est conceptus, Lucæ 1. Matthæi 1. Hæc est prima vnctio Christi regis Iudæorū & pontificis summi. Dein statim à partu succreuit puer, corroboratusq; in spū, Lucæ secūdo. In baptismo innitebatur illi, Matthæi tertio. Postea statim à spiritu ductus est in desertum, & in omnibus illi adfulsit plena lampade: neq; enim ad mensurā dedit Deus fideli seruo suo Dauid, Ioannis tertio. Et hæc est alia vnctio, de qua dicitur Esaiæ sexagesimoprimo, Lucæ quarto. Caue vnctum verbum intelligas, quia e verbo procedit pneuma. Secundum humanitatem Christus dicitur plenus spiritu, Ioannis 1. Psal.40. 132. ¶ Neq; silentio prætereundum est, etiam in veteri testamento nomē spiritus sancti celebre fuisse. Psal.50. Spiritum sanctum tuum ne auferas à me. Sap. 9. Sensum autem tuum quis sciet, nisi tu dederis sapientiam, & miseris spiritum sanctū de altissimis? Ecclesiastici 1. Disciplina sapientiæ cui reuelata est & manifestata? & multiplicationē ingressus illius quis intellexit? Vnus est altissimus &c. sequtur: Ipse creauit eam in spiritu sancto. Deniq; Esaias ait capite 63. Afflixit spiritum sancti eius. In hunc locum procul dubio respexit Apostolus, Ephesiorum quarto dicens: Spiritum sanctum nolite contristare. Item propheta idem eodem cap. dicit: Ruah Kados, Vbi dicit, Deum spiritū sancti sui in medio populi sui posuisse. Et Didymus citat hūc locum libro secundo. ¶ Nunc porro spiritum sanctum verum Deum esse, ab effectu, opere, proprietate & officio pdisca mus. Effectum vero siue virtutem spiritus sancti, nomina, quæ illi scriptura tribuit canonica, satis superq; exprimunt. Spiritum sanctum nos Germani vocamus Den heiligen Geist, nec satis constat, qd sibi vocabulū Geist velit. Neq; eñ conuenit Hebraico Ruah, neq; Græcanico πνεῦμα: quod verti potest flatus, flamen, spūs &c. Germanice Windt. Verisimile, hoc vocabulū Germanicum Geist, alludere ad canticū ecclesiæ, Dulcis hospes aīæ: vt sit Geist quasi gast. Spm̄ sanctū hospitē esse animę, vides Ro.8. 1. Cor.3. Gal.4. &c. Flatus dr, qa spirat, vbi vult,

Spūs sancti opera ab æterno ostēdi possunt.

Spūs san[cti] nomē etiā in ve[te]ri testa[mento] [ce]lebre.

Spūs san[c]tus ex [ip]sorū ope[ribus] rū effect[u] Deus de[c]laratus.

Spūs san[c]ti no[mē]

vult,& nescias vnde veniat,aut quo vadat, nec sit qui illi poterit resistere, quãuis hoc Psylli in Aphrica aliqñ attentauerint. Poetæ aptũ epitheton vento tribuunt,dicentes rapidum. Dicitur & aura ventus,quia haud secus atq; zephyrus, corda lassa recreat, & ad labores subeundos animat. Cephali fabula, eius rei non obscurũ exemplũ habet. Quidquid id est solaminis, quod aura corpori humano confert, hoc animæ præstat flatus supernus. Et quoniam spiritus sanctus secundũ nobilissimas linguas,Hebræam & Grecanicã, nomine venti præcipue exprimitur, ipse spũs sanctus in die Pentecostes tanquã impetus venientis flatus aduenire maluit, Acto.2. φερομένης πνοῆς, hoc est,aduenientis flatus. πνοὴ flatus. Huc pertinet quod insufflauit dñs in discipulos,dicens:Accipite spiritũ sanctũ,Ioan.20. Nec abludit quod dicitur Gene.2. Insufflauit, quia & idem verbum est apud Ioannem & in Genesi, ἐνεφύσησεν. In Genesi autẽ inspirauit homini spiraculum vitæ corporalis, nunc spirituali vita gratia reformat hominem,quod ita in sermone S.Cyprianus submonet vere diuino. Philosophi spiritum sanctũ vocant animã mundi, Deum quoq; vocant mentẽ vniuersitatis, diuinæ potentiæ assignando, q̃ Luna, mare, aer, terra,vigeant atq; regãtur. Aura hæc olim audita Heliæ,3.Reg.19. Potestas hæc spiritus,olim suscitabit nos,iuxta hoc Ezec.37. Scietis qa ego sum dñs,cũ aperuero sepulchra vestra, & eduxero vos e tumulis vestris,popule meus,& dedero spiritũ meum in vobis,& vixeritis. Atq; hæc de nomine spiritus. Vocatur & Dei digitus. Hoc scripta lex in tabulas lapideas Exod.31. hoc & cordibus nostris ea quotidie inscribitur, Hiere.31. Hoc ita vides Matth.12. & Lucæ 11. Dicitur & arra, quia pignus est certum. σφραγὶς, hoc est,signũ & arrabo, quo obsignamur,hoc est,certificamur de beatitudine æterna,deq; hæreditate paterna,Eph.1. 2.Cor.1. Dicit & chrisma,id est,vnctio interius, qua vngimur vnctione vtriusq; dignitatis, sacerdotalis nimirũ & regiæ, fortitudinis puta & omnigeni boni, 2.Cor.1. Hoc chrismate vnctus est & ipse Christus, Psal.44. Hebr.1. Acto.10. De hoc chrismate dicitur 1.Ioan.2. Vnctio quã vos accepistis ab eo,manet in vobis. Item ibidẽ: Ipsa vnctio docet vos de omnibus. Ex istac voctiõe nos q̃q; Chriani dicimur. Preterea & paracletus dr̃,hoc est, exhortator & cõsolator. Aptissima duorũ noĩm copula. Nam qui nos solatur in anxietate,idem & admonet in tranquillitate. In cruce & afflictione lenit, suggerens tot promissiones gratiæ & gloriæ,dilatat in tribulatione,Psal.4. Ille item inclinat cor nostrum in testimonia Dei,auertens nos ab omĩ auaritia, cantabiles facit nobis iustificationes Dei, in loco peregrinationis nostræ. Viam mandatorũ Dei currimus, illo dilatante corda nostra, Psal.118. Hoc est gaudiũ spiritus,de quo Roma.14. Hic ducit volentes,Roma.8. ducit filios Dei,Galat.5. Dicitur ergo & spiritus libertatis,& adoptiõis filiorũ Dei,Rom.8. 2.Cor.3. Adeo tã exhortatio,q̃ cõsolatio, necessaria. Nisi eñ ille nos admoneat, nosq; volẽtes ducat, tranquillitas iners & vitiosa erit. Breuiter: qdqd in nobis boni est,hoc opatur bonus ille spiritus:vnde pro varijs effectibus bonitatis eius in nobis,varia adhuc noĩa habet: sed nos breuitatis gr̃a adhuc vnũ adijciemus,nẽpe hoc,q̃ & δύναμις, id est,virtus dicitur,Luc.1. virtus puta altissimi. Et idem euangelista cap.24. ait: Sedete in ciuitate quoadusq; induamini virtute ex alto. Iuxta promissionẽ eam hodie spiritu potenti,virtute altissimi repleti apostoli. Nemo ergo spiritui illi, qui in ipsis erat, resistere potuit,Actorum 3.6. Lucæ 21. Dynamis ea,etiamnum in fidelibus fortior,spiritui huius seculi, per hanc triumphat: & stat quicunq; triumphat & stat. Porro quia omnia ita operatur, vt nescias vnde veniat,aut quo vadat, magis in scriptura spiritus dicitur. *Sapientiæ septimo, Subtilis & penetrabilis.* Cæterum vt videas consubstantialem esse patri & filio, nunc vocatur spiritus Christi, Romanorũ octauo:nunc spiritus filij, Galatarũ quarto:nunc spiritus patris, Matthæi decimo. Hæc de nominibus:nunc quoq; eius virtutem ex epithetis colligamus. Epithetum præcipuum est,sanctus, de quo suprà ex Esaia & Dauide nõnihil diximus. Nunc quoque hoc adijciendum puto Leuitic.11. Estote sancti, quoniam ego sanctus sum, dicit dominus. Dicitur ergo spiritus sanctus, quasi sanctificator. Romanor.primo dicitur spiritus sanctificatiõis. Hic quoq; Deum natura esse vides spiritum sanctum. Quoniã (quod dixi) Deus solus sanctus & sanctificator Ezech. 37. Diximus paulo ante, ethnicos philosophos nõnullam persuasionem de spiritu sancto habuisse:id nunc adfirmandũ censeo:neq; eñ solum animã mundi,sed & spiritum sanctũ nomine agnouerũt, Valerius Max.lib.4.cap.7. dicit: Atq; vt illarũ ædes sacra domicilia,harum fida hoĩm pectora, quasi quodã spũ sancto referta tẽpla sunt. Hæc ille. Atq; id de pcipuo epitheto. Dicit & rectus Psal.50. Ruah Nachon: Spm̃ rectum innoua in visceribus meis. Et statim Ruah Nediba dr̃ spũs liber. Sic dict⁹,qa ei⁹ gr̃a recti corde atq; adeo liberi efficimur. De hac re suprà dictũ ẽ. Dicit & spũs bon⁹,

Spiritum sanctũ etiam norũt philosophi.

Spũs sanctus apte & vere dicitur paracletus.

Spũs sanctus not⁹ ethnicis.

Ruah Tobah Nehe.9.Psal.142.Luc.11. sic dictus, qa fons bonitatis & benignitatis Sapien.1.12. Insuper etiam dicitur Ruah Hadasa, hoc est, spūs nouus, Psal.142. Ezec.11.18. sic dictus, qa oīa renouat. Psal.103. Emitte spm̄ tuū, & creabuntur, & renouabis faciem terræ. Non dicitur nouus, quasi recēs, atq; adeo in S. Trinitate iunior & posterior, sed ab effectu, qa hoīes nouos facit, veteresq; exuit, 2. Cor.5. Gala.6. Ephe.4. Coloss.3. Tit.3. Simili ratiōe (quod & suprà dictū est) dicitur spūs adoptionis, per quē clamamus, abba pater, Roma.8. Gala.4. Spūs effectus apud Esaiam septē charismatibus exprimitur. Apl's denario numero eadem enumerat. Vtrinq; perfectus numerus, sed hic pfectissimus. In ecclesia siqdem verissime peccata remittit, & vere ingemiscere facit. Dator dicitur, qa cū patre & filio operatur. Donū dicitur, qa à patre & filio pcedit, & qa oīa eius dona sunt gratuita. Quod dat, habes testimonia Psal.103. Iohe.3. Zacha.12. Luc.11. Ioan.3. Quod operat & dat, vides Gene.1. Psal.142.147. Esa.11. Matt.4. Luc.4. Non puto iam, ex vobis q hæc auditis, aliquē cū Ephesijs illis Acto.19. dubitare, sit ne spūs Dei, nec ne. Sed post ecbasin tantā, nūc demū reuertamur ad textū. Paracletus spūs sanctus ille, quem pater in noīe meo mittet. Hoc est dicere: Paraclesin eā ego vobis peperi: merito natiuitatis & passionis meę mittetur ille consolator à patre. Adeo meum incarnari, nasci, viuere & mori, sacramentum est vestræ salutis. Vobis puer sum natus, vobis filius datus: propter vos vado mori, & resurgam, vt spiritū eum vobis merear. Itē in nomine meo mittet, hoc est, in gloriā (vt Theophylactus vult) noīs mei. Q.d. Ille me glorificabit. Glorificabit autē, quia contraria nō docebit. Nam si quid noui & meæ doctrinæ diuersum vobis suggereret, me obliteraret, nomen meū vobis sordere faceret, atq; adeo dedecoraret: quod cū non faciet, me glorificaturus veniet, in noīe meo, vel in mei noīs gloriā veniet. Vel secundū eundē Theophylactū, In noīe meo, quasi loco meo, vice mea, pro me. Vnde & Apostolus Roma.8. Spiritum sanctū, Christū vocat. Dicit aūt: Si Chr̄us in vobis est, corpus quidē mortuū est ppter peccatū, spūs aūt vita est propter iustificationē. Vides (ait ille) quō suprà dicens spm̄ Dei habitare in eis, deinde subdit: Christus in vobis, Christū scilicet, Spm̄ nominans? In noīe itaq; Chr̄i mittetur, hoc est, in vicē Chr̄i. Paracletus quidē, alius erit personali proprietate, sed idē essentiali vnitate. Vult dicere: De eius consolatiōe nihil est q̄d dubitetis, leniet animos vestros pręsentissime, quod ne oēs quidē angelorū præstare possent exercitus. Post consolationē eam non eritis meticulosi adeo, vt ad vocē ostiariæ cuiusdā me negetis, q ne Annā quidē, Caiphā, omemq; synagogā formidabitis. Et quo iam vestra afflictio est maior, hoc amplior erit & ipsa cōsolatio. Cęterū ipsa consolatio tūc primū suis numeris absoluetur, si veritate misceat. Fortis mulier, forte vinum, fortis rex, sed fortior oīm veritas. Veritate ergo vos imbuet, vt perfecte leniat. Ille vos docebit. Ille, emphaticos intelligendū. Q.d. Ego officio meo sum defunctus, superest vt & illo nunc doctore vtamini, vt S. Triadis perfectā fidē assequamini. Neq; angelorum quispiā vos ita docere poterit. Ille meus spūs oīa, quæ vobis, pro tēporis ratiōe adhuc obliuiosis, exciderūt, in memoriam reuocabit. Ille vobis adhuc rudibus, ea quæ necdū capere potestis, inspirabit. Ille, inquam, spūs patris mei & meus, hæc faciet. Immo etiam ipse, q vos hactenus voce & ore institui, nunc porro spū meo, id est, spūaliter informabit. Intellige, hoc quod dn̄i spūs facit, hoc ipsum etiam facere dominum. Nam si Apostolus se dicere potuit pręsentem Corinthijs, cum fuisset absens: verius hoc ille dicere potest, q sua maiestate oīa replet, nec vspiam abest. Hypomnesis siue admonitio istæc, admodum est necessaria. Antidotū quippe præsens est aduersus oēs diaboli suggestiones. Spūs sanctus, ait, nō vos, diuina solū virtute docebit, sed & in memoriam eduxerit ea, quæ vobis dixi, oīa: eiusq; monita ita accipiatis, tanq̄ si ex ore meo ea audissetis. Hac hypomnesi, charissimi, certiores efficimur, euāgelistarū libros verissimū esse verbū Christi, nec de doctrina Christi verbū vnicum, immo ne apiculū quid[illegible] aut iota aliquod prætermisse Apl'os & Eu[illegible]gelistas: nihil variatum, nihil immutatū, nihil additū, nihil demptum. Deniq; videmus euangelistas & apl'os nihil aliud docuisse, quàm id quod scriptum est. Ea quæ literis cōmendarunt, ea etiam prædicarunt: vtrunq; per spm̄ sanctum factum. Regius propheta ausus fuit dicere: Spūs dn̄i per me locutus est, & sermo eius sub lingua mea, 2. Reg.23. Quid ergo vetet, quo minus apl'os, qbus pneuma peculiariter erat promissum, per eūdem locutos credamus? Adeo sermo apostolorum, spiritui sancto referendus acceptus: & linguæ eorum, lingua Christi accipiendæ. Dicis, homines fuerunt apostoli. Quasi non idem fuerint & prophetæ. Sequitur sectio huius lectionis quarta.

Spiritus sancti effectus.

Spūs sanctus mittitur in nomine Iesu.

Euangelistarum libri, verbum Dei.

Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis. Non quomodo mundus dat, ego do vobis.

Pacem omnē sensum exuperantē, Philip. 4. Christus suis discipulis reliquit. Pacē quoq; sibi soli vēdicat. Vides itaq; spm̄ sanctū à schismaton autoribus plurimum dissidere, & schismata Christo cum primis pugnare. Vnde ait apostolis: In quamcūq; domū intraueritis, dicite: Pax huic domui. Et nato saluatore, angeli pacem mundo annunciauerunt. Rursus & hoc peculiare est Christo rediuiuo, vt post resurrectionē ad suos veniens, identidē dicat: Pax vobis. Pax illa vera est euthymia, hoc est, animi tranquillitas, à philosophis tantopere quæsita, sed non inuenta. Solicite omnium quæsiuit eā Plutarchus, sed nequidq̄. Stoici, seduli huius extitere indagatores: sed q͂a spm̄ sanctū ducem nō habuerūt, sedulitas eorum superstitio euanuit. Apostolis nō quęsita, reperta est. Misertus illorum Deus, in tāta calamitate destitutorum. Illi in hoc mundo pacē habentes, Dei pacis expertes permanserūt. Hi in hoc mundo depressi, Dei releuationē meruerunt. Pax huius mundi, violentia, cōspiratio, gaudiū in rebus pessimis, discipulis Christi plane luctans, eos ad Deū ingemiscere fecit. Hæc pax dicitur fructus spūs, gaudiū spūs, Gala. 5. Huius & meminit Col. 3. Et pax Dei palmā ferat in cordibus vestris, in quā vocati estis in vno corpore. Qui huius mūdi minas experti sunt, & in cordibus suis patientię sensum habēt, norunt de qua pace loquar. Hæc est fidei iustitia, Rom. 5. Hæc est electorum gloria, Sapien. 1. Hiere. 6. 9. Gala. 6. Ephe. 2. Huc cōcordia & vnanimitas pertinet ecclesiæ, 1. Cor. 1. 2. Cor. 11. 2. Thess. 2. Huius pacis Deus cœli Deus est, 1. Cor. 14. Carnalis sapientia inflat, & schismata mouet, 1. Cor. 8. Pro hac potissimū orandū pace. De hac potissimum accipiendū, quod cantat ecclesia: Da pacē domine in diebus nostris. Huius pacis symbolon est osculū pacis, quod datur in sacris mysterijs, quæ lithurgian Græci, nos Missam vocamus. Hęretici Missam abrogant, turba grauis paci, placidæq́; inimica quieti. Osculi sacramēta antiquant schismatici, q͂a linguæ eorum, quæ gladius est acutus, non sapit nectar illud. Nostrorum tēporum antesignanus, à suis etiā dictus est æramētū siue campana lœthalis, die mordt glock. Sic hæreticorum conciliabulum, etiam ipsis hæreticis horrendum. In ecclesiam quadrat hoc Esaiæ: Apud me vmbraculum ab æstu.

Pax Christi quæ.

Osculum pacis in Missa hæretici abrogant.

Non turbetur cor vestrum neque formidet. Audistis quia ego dixi vobis, vado & venio ad vos. Si diligeretis me, gauderetis vtiq;, quia vado ad patrem, quia pater maior me est. Et nunc dixi vobis, priusquam fiat, vt cum factū fuerit, credatis.

Quinta pars huius lectionis, est consolatio, qua Christus in æternum benedictus, pauida suorum corda recreat. Sensus est: Quid turbamini de abitu meo, reditus mei immemores? Recte tristaremini, si abitum saltē audiretis: nunc cū vtrunq; ex me audiatis, mœrorē ponere, vel saltem temperare deberetis. Deinde si diligeretis me, magis gauderetis. Auditis em̄ me ad patrem reditū maturare. Gloria huius seculi, nihil est nisi vapor, similis est flori occidenti: apud patrem certa est & solida gloria: par est ergo, vt post tot labores & contumelias, tandem ad gloriam partam assumar. Deinde & pater maior me est: æquū ergo est, vt & illi me subijciam: q̄d deniq; vobis maximū meritorum pariet cumulum. Patrē me maiorem esse, vos non latet, sed patri mē parem esse nescitis. Infirmitas em̄ carnis meæ, oculos mentis vestræ, ne in deitatis meæ gloriam intēdere possitis, detinet: quod si non esset, gauderetis me gloriam meam resumere, vt etiam carne assumpta, oībus patri coæqualis conspicer. Vane itē perturbat vos æstimatio humanitatis, qua mihi timetis, tanquā mors me sit absorptura. Vanus, inquā, ille est metus, p̄sertim vobis, quibus patris potentia aliquāto est cognita. Hic sensus magis Chrysostomo celebratur. Theophylactus hunc sequēs, dicit: Dixit hoc, puta, Pater maior me est, iuxta illorum sententiam, credentiū ipsum quidem esse infirmū, patrem aūt posse in tēpore afflictionis sufficere. Breuiter, humanitatis vox est, Pater maior me est. De diuinitate accipe, quod dicitur Ioan. 10. Ego & pater vnū sumus. Item 14. Qui videt me, videt & patrē meū. S. Cyrillus hic acerrime in Trinitarios hæreticos inuehitur. Quis vero neget, hæreticos esse oculatissimos ad ea, quæ pro se facere videntur, inuestigāda? putant se rem habere factā, cū repererint, Pater maior me est. Malo hoc etiamnum laborāt, qui pro suis opinionibus statuendis, syluas scripturæ locorum coaceruant. S. Augustinus etiam hoc loco eluit hæreticos cauillos, dicēs: Christus cum in forma Dei esset, sicut Apostolus loquitur, non rapinā arbitratus est esse se æqualem Deo. Quomodo em̄ rapina possit esse natura, quæ non erat vsurpata, sed nata? Semetipsum aūt exinaniuit, formā serui accipiens. non ergo amittens illam, sed accipiens istā: eo modo se exinaniens, quo hic minor apparebat, q̄ apud patrē manebat. For-

Chrs̄ par patri.

ma quippe serui accessit, sed forma Dei nō recessit. Hæc est assumpta, illa non consumpta. Sequitur: Hoc attendat Arrianus, & hac attentione sit sanus: neq; cōtentione sit vanus, aut (q̄d peius est) insanus. Hæc ille. Hilarius item hunc locū lib. 7. & 8. fusissime tractat. Sed nos ad textū. Et nunc dixi vobis, priusquā fiat, vt cū factū fuerit, credatis. Dixi abitū meum magnæ vobis fore cōmoditatis, quod iā non capitis, nō tamē ego superuacue effutio. Nā quod iā minus intelligitis, id postea, simul atq; à morte resurrexero, vestræ fidei neruus fiet.

Iam non multa loquar vobiscū. Venit em̄ princeps mundi huius, & in me non habet quidquam.


Q. d. Iam instat hora, qua subducar à vobis. Tempus adest: modicū adhuc, & nō videbitis me. Hoc prædico, vt videatis me omnia nosse, atq; adeo vltro mortē subire. Hostis humani generis antiquus, mortem mihi intentat innocenti: sed non videt, me ita id, quod nō rapui, exoluturū: neq; item animaduertit, quantū inde sibi malū excitet. In mundi statim exordio obloquebat mihi cū suo Nequaq̄. In eodē tenore mihi luctari pergit: sed tandem, quidquid id est mali, mihi iudici soluet. Tantū abest vt aliquid in me habeat, q; ego multa habeā aduersus eū. Iam quidē iudicatus est, sed superest adhuc dies horrendi iudicij, quē & ille nouit, qui dixit: Iesu Nazarene, venisti ante tēpus torquere nos? Obserua hic & infrà 16. Itē suprà 12. Princeps huius mūdi dicitur, nō q; aliquid iuris in creaturā, q̄ Dei est, habeat. Vendicat quidē sibi inde aliq̄d: vnde dicit, Hæc oīa dabo tibi, si procidēs, adoraueris me. Sed dicitur proprie princeps huius mūdi, q; hic mūdus totus in maligno sit positus: maxime eo tēpore, q; potestas tenebrarū remissis debaccharetur habenis, Luc. 22. Vnde nusquā nisi hic in tribus p̄missis locis sub passionē dominicā, princeps huius mundi dicatur. Facit huc, quòd Ephe. 6. dicitur: Non est nobis lucta aduersus carnē & sanguinem, sed aduersus mūdi dn̄os, rectores tenebrarū seculi hu[9], aduersus sp̄uales astutias in cœlestib[9]. Hæc ex Augustino, qui de creatura, quę Dei est, & diabolo nihil debet, dicit: Mundus hic est subditus creatori, non desertori: redemptori, non interemptori. Sequitur:

Diabolus dicit princeps huius mūdi.

Sed vt cognoscat mundus quia diligo patrem, & sicut mandatū dedit mihi pater, sic facio. Surgite, eamus hinc.

Nihil habet in me diabolus calumniator ille: verū ego non sum immemor mei officij. Scio qua via omnis iustitia sit adimplenda. Vnde qui in forma Dei eram, formam serui mihi adsumpsi, vt humilitatis atq; adeo salutis exemplū & sacramentum mundo præberem. Obedientem itaq; me, vel vsq; ad mortem, mortem aūt crucis, exhibebo. Sic salutare Dei huic mundo, etiā ante faciem omnium populorū, sum paratus. Natiuitatis & passionis meæ sacramento, Abraham olim non cunctabatur dilectū filium suū Deo offerre. Virtute eius sacramenti, patriarchæ & prophetæ tot aduersitates huius seculi pertulerunt, tot virtutes exercuerunt. Maior in nouo testamēto patientiæ & virtutū cumulus excrescet. Hæc omnia cū videam, superesse video, vt huic religioni & exemplū & sacramētum subministrem. Mundus olim vniuersus videbit, quis fructus meæ natiuitatis & mortis insit. Surgite ergo, atq; eamus hinc. Iudas cū ministris sacerdotum & cohorte militum in hortū montis oliuarū veniet. In horto mortis occasio est nata: mysterium poscit, vt & in horto mortis medicinā dare incipiam. Surgite, iuxta consuetudinem meā, quam hactenus habui, & in locū proditori cognitum, in locū mysterio congruum concedamus. Iesu bone, cui nostra salus tantæ erat curæ, eius sacramenta tanta excita, spiritumq; tuum alterum paracletum, in tuo nomine nobis mitte, vt te in sancta Triade rite diligamus, & laudemus nunc & in æternum. Amen.

DOMINICA TRINITATIS, EVANgelium Ioannis III.



Rat homo ex pharisæis, Nicodemus nomine, princeps Iudęorum. Hic venit ad Iesum nocte, & dixit ei: Rabbi, scimus q̄a à Deo venisti magister. Nemo enim potest hæc signa facere quæ tu facis, nisi fuerit Deus cum eo. Respondit Iesus, & dixit ei: Amen amē dico tibi, nisi quis renatus fuerit denuo, non potest videre regnum Dei. Dixit ad eum Nicodemus: Quomodo potest homo renasci,

cum sit senex? Nunquid potest in ventrem matris suæ iterato introire,& renasci? Respondit Iesus: Amen amẽ dico tibi, nisi quis renatus fuerit ex aqua & spũ sancto, non potest introire in regnũ Dei. Quod natũ est ex carne, caro est: & q̃d natũ est ex spũ, spũs est. Non mireris quia dixi tibi, oportet vos nasci denuo. Spiritus vbi vult, spirat: & vocẽ eius audis, sed nescis vnde veniat, aut quò vadat. Sic est omnis qui natus est ex spiritu. Respõdit Nicodemus, & dixit ei: Quomodo possunt hæc fieri? Respondit Iesus, & dixit ei: Tu es magister in Israel, & hæc ignoras? Amen amen dico tibi, quia quod scimus, loquimur: & quod vidimus, testamur: & testimonium nostrum non accipitis. Si terrena dixi vobis, & non creditis: quomodo, si dixero vobis cœlestia, credetis? Et nemo adscendit in cœlum, nisi qui descẽdit de cœlo, filius hominis qui est in cœlo. Et sicut Moses exaltauit serpentem in deserto, ita exaltari oportet filium hominis: vt omnis qui credit in ipso, non pereat, sed habeat vitam æternam.

PRAEFATIO.



Essimũ mortaliũ genus, pharisæi: hoc tñ tantũ bonũ q̃d p̃sens nobis lectio proponit, pepererunt. Infensi cũ primis Christo extitere, ꝙ illis & vita & doctrina contrarius esset: hoc est, ꝙ syncerã vitã degeret, veritatemq́; docẽs, mores eorum subinde carperet. Matthæi potissimum 23. eius loci habes exemplũ. Qui locus si quẽ pungit, cũ Nicodemo & cum apostolo Paulo, qui & ipse pharisæus fuit, ad dominũ Iesum cõuertatur. Tanta erat pharisæoꝝ istorũ insolentia, vt eorũ timore, etiam ipsi optimates plebis, Christũ recipere vererentur, Ioan. 12. Et ex pharisæoꝝ secta qui Christi euangelion audiens, ipsam esse veritatem intellexit, non tamen syncera fide Christo adhæsit, vt vides Luc. 7. Acto. 15. Nicodemũ quoq; hic vides fermentũ pharisaicũ perdite sapere. Christi doctrinã nõ improbauit quidẽ, sed nec eã libere asseruit. Verũ & sui accessus sunt virtuti, cuius si quis veram esuriem & sitim conceperit, paulatim satiabit. Nã q̃d Chrysost. ait, Nemo repente bonus valde, nemo repẽte valde malus. Vnde & Nicodemus, cũ hic patiẽter Chri correptionẽ sustineret, meruit q postea Iudæorũ maledicẽtijs exerceret, Ioan. 17. & q tandẽ viuificũ corpus exanime vnà cũ Iosepho ab Arimathia, de cruce deponeret & sepeliret, Ioan. 19. Nicodemus hic an indiuiduus comes apostoli diui Pauli extiterit, nec ne, incertus sum. Euangelij p̃sentis lectio propter quęstiones eas, quas inter sese habuerunt, dialogi habet speciem. Ipsam lectionẽ sacrosanctã audiamus.

Sitientes iustitiã saturabunt.

Erat homo ex pharisæis, Nicodemus nomine, princeps Iudæorũ. Hic venit ad Iesum nocte.

Euangelista hic, historicorũ more, Nicodemũ diligẽter describit, à secta nimiꝝ, & à noĩe, & à statu. Pharisæũ primo dicit eũ fuisse, quæ secta, vulgari opinione ipsissima religio habebatur. veritatis sedes penes eam credebatur. sed vulgi opinio à veritate longe aberat. Nostratium doctorũ pompæ & insignia, à pharisaismo non multum dissident. Ad quodcunq; tertium verbum, sese nostri *rabani iuratos sanctæ paginæ Doctores & Magistros Nostros proclamant. Obstupescunt piæ aures ad iactantiã nostratium, maxime euangelicastroꝝ, qui papisticos huius pompæ arguunt, & ipsi centies hoc in crimine existunt culpabiliores. Nicodemus significat victorẽ populi, iuxta thema Græcũ. Idem fere est Nicolaus. Si ad Hebraicam analogiam reduxeris, sanguinẽ innocentẽ sonabit, à Neki Dam. Vtraq; interpretatio congruit personæ, maxime ad fidem Christi cõuersæ. Homo Christianus, innocenter & sanguinum purus viuat: gloriæ huius seculi fugitans, probam (vt cũ poeta loquar) pauperiem sine dote quærat. Se vincat, & totũ mundũ vicerit: in bono malũ vincat, & populum vicerit vniuersum. Principatus Nicodemi, magistratui nostrati non multũ absimilis est, maxime vero municipioꝝ, quoꝝ senatores monarchæ Romano subditi, leges sacras colunt, libertati patriæ vnice student. Vulgus equitũ, quod bona parte hodie viuit ex raptu, quod se violentiæ & insolentiæ natũ arbitratur, paꝝ Nicodemi habet, Nemrothicam vero ferociã spirat, & Deo & hominibus graue. Nicodemus hic natalibus fuit Iudæus, potissimũ in hoc præclarus, ꝙ natus pharisæus. Alijs donis Alci-

Nicodemi nomẽ interpretatur.

bis di Platonico par: nam vt Socrates in illo quod carperet, reppertt: ita & Christus quod in Nicodemo castigaret, vidit. Ille sapientia humana pollens, virtute erat immunis: hic diuinæ sapientiæ laborabat penuria, dein & fortitudine animi non adeo erat felix. Venit noctu, idq; propter metũ Iudæorũ: nouerat sui ordinis viros ad vnũ omnes, Iesu Nazareno veritatis doctori, viro innocenti insidiari, sed aperto Marte iniquitati non fuit ausus resistere. Dein & Magister in Israel, verecundabatur ab illo discere, qui sibi in literaturæ gradu insignijs & titulo esset inferior. Bone Deus, quãdo tandem pharisaismus ille cessabit? Magistrum fortem animo, patronũ veritatis, vbi aliquem hodie certum inuenies? De gloria titulorũ cum res agitur, magistellorũ myrmecias scatẽtes videas. Sic & heroas strenuitate nulli Hectori cedentes inuenias, si de stemmate Inachi & de genere Codri contendas: sed qui pro focis & aris se deuouere ausit, nullus erit. Interim in mundi tenebris Thersites & Aegisthi, nycticoraces lucifugæ, sibijpsis splendidi supra Ioues ipsos videntur. Prodeant tandem, & solem iustitiæ Christũ cũ Nicodemo quærant, vt diei filij, atq; adeo vere clari euadãt. Nicodemus hic noster vere nobilis factus, vtpote qui ter in hoc euangelio celebretur, primo nimirum hic cap. 3. & postea 7. & 19. Nostrates, nisi hoc exemplo illustres efficiantur, exemplo anonymi lurconis, perpetuæ noctis mancipia peribunt, pereunte eorũ memoria cũ sonitu. Quod nostrates magistelli & dynastæ in Cimmerijs tenebris perpetuo delitescunt, bis rei sunt. Nicodemus in vmbra legis, Christi gloriã conspicabatur, atq; illi se attemperauit: quantæ ergo nostratiũ tenebræ, quanta culpa, qui in clara die cæcutientes, Christum fastidiunt? Sed Nicodemum audiamus.

Nicodemus vere nobilis.

Et dixit ei: Rabbi, scimus quia à Deo venisti magister. Nemo em̃ potest hæc signa facere quæ tu facis, nisi fuerit Deus cum eo.

Magnifica p̃fatio, tanto doctore digna: ne dicas eũ manũ ferulæ necdum subduxisse. Sed sapientia patris Christus noster dominus, p̃dicationẽ eam imperfectã & plane inertem vidit atq; castigauit. Apparet, eum sermonẽ Nicodemi interloquẽdo decidisse, nec hoc mirũ. Quis em̃, mediocriter fidelis, cocles & defioculus non videat, sermonẽ Nicodemi ad tantæ lucis maiestatẽ nihil plane fecisse? Rabbi primo vocat Messiã nostrũ, vocabulo cõmuni legis doctoribus oĩbus. Quid ergo hoc nomen ad veritatẽ diuinã? A Deo venerunt oẽs prophetæ, etiã ipse Baptistes. Et magistri nomen nõ adeo honorificũ, cũ & coqui, equites, agasones & pastores, suos magistros habeant, curiaćq; suos. Nemo potest hæc signa edere, q̃ tu facis, nisi p̃sentẽ sibi Deum habeat: neq; hoc p̃clarũ. Nã & Moses, & Iosue, & p̃phetæ miraculis claruerũt. Atqui pharisæus hic, nõ laborans vitio collegarũ suorũ, verba hæc effutiuit maligne, quẽadmodũ illi qui Mat. 22. dixerunt: Magister, scimus quia verax es. Non sic captiose Nicodemus cũ Christo egit: sed quantũ credidit, tantũ fatebatur. Adfuit synceritas, sed laborauit veritas. vnde & meticulosus, noctu ad Iesum se contulit. Aberat impietas, sed aderat infirmitas. Benignissimus ergo Iesus, absolutæ sciẽtiæ doctor, magistellũ vacillantẽ corrigit. Et ip̃m audiamus.

Respondit Iesus, & dixit ei: Amen amen dico tibi, nisi quis renatus fuerit denuo, nõ potest videre regnum Dei.

Responsio hæc Christi, ad orationẽ laudatoriã Nicodemi nõ satis accedere apparet. Simile fere est quod dñs respondit Iudæ Thaddæo Ioan. 14. rogãti: Dñe, quid factũ est q manifestatur⁹ es nobis teipsum, & nõ mundo? Respondit Iesus & dixit ei: Si quis diligit me, sermonẽ meũ seruabit. Si verba inspicias, videtur Christus aliud reddidisse, aliud Iudã petijsse: si sensum rite discutias, omniũ aptissimã responsionẽ videbis. Sensus est: Mi Iuda, ego me saltem verbi mei custodientibus amicis meis declarare habeo: nihil mihi cũ mundo, penitus in malo posito, nullas nõ nugas veritati p̃ferenti: vobis itaq; meis amicis, ex ore meo pendẽtibus, meipsum declarauero spirituali aduentu hic in hoc seculo, & in futuro facie ad faciem contemplandũ & fruendũ exhibebo. Sic & se respõsio habet, Nicodemo data. Sensus eius est: Tu Nicodeme noctis es auicula, solaris claritatis incõsueta: oportet ergo te renasci & fieri lucis alitem, hoc est, veritatis supernæ capacem, theodidactũ. Signa mea (quæ Iudæi semp q̃rũt) te mouẽt, vt mihi aliqd tribuas, Rabbi, magistrũ à Deo venisse fatendo. Nunc postq̃ te catechumenũ mihi exhibes, libẽs tibi meæ doctrinæ incunabula ostendam. Dicã eqdẽ, nec te suspẽsum chare tenebo. Sẽsib⁹ hæc imis, res nõ est parua, reponas. Si quis cõsors regni cœlorũ esse cupiat, ante oĩa illi opus est, vt ἄνωθεν, hoc est, ab integro & e supernis renascatur. Sacramentũ siquidẽ renascẽtiæ, illuminatoriũ est, & aliorũ

Nicodemus primo noctis auis.

Baptismus est porta sacramẽtorũ oĩm.

aliorum mysterioꝝ salutis ianua. Grande itaq; donum illuminationis, quippe quod porta est sacramẽtoꝝ diuinorum omniũ, tabula prima, naufragos e peccatorum abysso ad portũ salutis perferens. Per hoc sacramentum nisi quis regeneretur, meritorum meorũ immunis, spũs sancti charismaton particeps esse non merebitur, nec fidei oculis ꝑatrẽ luminũ vnquã contuebitur. Nulla eñ cõparatio lucis & tenebrarum, nõ mortis & vitæ. Ad hæc ille:

Dixit ad eum Nicodemus: Quo modo potest homo renasci, cum sit senex? Nunquid potest in ventrem mr̃is suæ iterato introire, & renasci?

Sermo dñi quanq̃ in lege esset fundatissimus, tamẽ Nicodemus legis consultissimus, eum non intellexit, ꝙ eo tempore clauis Dauid ab Israel esset ablata. Hebraicum Mimaal, atq; Græcũ ἄνωθεν, significat, ab integro atq; e supernis nasci. Est q̃dem renascendi vel regenerandi vocabulum, in veteri testamẽto rarissimũ: sed sensus, infrequens nõ est. Spũalis siquidẽ circuncisio cordis, oculorũ & aurium, huic renascentiæ plane est germana, diluuiũ, nubes, mare rubrũ, & hoc genus alia sacramenta, huius mysterij verus typus extitere: sed nouitas vocabuli, nouũ mustũ, lagenulã vetustã non satis vietam, penitus perrupit. Non respexit Nicodemus in verbũ Mosis: Dñs circuncidet cor tuũ, & cor seminis tui: huc si acumen rationis intendisset, spũalis circũcisionis ei statim subijsset. Verũ simulac citra scripturæ testimonium carnaliter Christi verbũ accepit, magnam absurditatẽ mente concepit. Simile fere est responsum Nicodemi, verbo mulieꝝ Persarũ, quæ (vt apud Iustinum est) cũ viderẽt aciem maritorum filiorũq; suorũ pulsam, & paulatim terga hosti dãtem: obuiam exercitui occurrentes, sublata veste, obscœna corporis ostendunt, rogantes, num in vteros matrũ & vxorũ velint confugere. Ab obscœno hoc dicto & facto, Nicodemi cogitatio non longe aberat. Pharisæo excidit verbũ propheticũ psal. 2. Atha Anihaiom Jelidthicha, hoc est, filius meus es tu, ego hodie genui te. Hoc in loco psalmi Deus pater dicit se Messiam genuisse, vtiq; sine muliebri sexu. Modus ille loquendi cũ in veteri, tum in nouo testamẽto est detritus, psal. 109. Ante luciferũ genui te. Sic & sapientia generare dicitur prouer. 8. Sap. 4. Ecci 24. Esa. 66. Ego qui generationẽ cæteris tribuo, sterilis ero? & alia hoc genus plura. Similiter & in nouo testamento, 1. Cor. 4. Gal. 4. Tit. 3. 1. Pet. 1. Hic etiã obiter

Renascentiæ vocabulũ recẽs non est.

hoc obseruandũ, q̃d diuus August. hoc loco dicit, verba Nicodemi vesaniã anabaptistarũ potẽtissime cõuellere. Nã quẽadmodũ homo secundũ corpus nõ potest ex materna renasci aluo, sic etiã nõ potest secũdũ animã semel ex ecclesiæ matris vtero fusus, iterũ fundi. Sed error tantus nõ potuit cõuenietiori tpe nasci, atq; in hoc, in q̃ oĩs ecclesiæ ꝓfessio fere est antiquata. Sic etiã ex Arrianis nati Donatistæ. Vel ex anabaptistaꝝ errore viderẽt noui euãgelistę, quẽ ignẽ in ecclesia succenderint. Sequitur:

Respondit Iesus: Amẽ amẽ dico tibi, nisi quis renatus fuerit ex aqua & spũ sancto, non potest introire in regnum Dei.

Sensus est: Homo natus semel ex muliere corporaliter, denuo habet renasci ex aq̃ & pneumate spũaliter, siue sit infans, siue capularis senex: alioqui regni cœloꝝ consors nõ fiet. Duo elementa satis nota, sed sacramenti significatio arcana: sed in scriptura vtrũq; receptissimum. De aqua baptismi tot figuræ, tot oracula extant Videntiũ: similiter & de flamine & spũ sancto abunde scriptura testat̃. Aqua ea sacramẽtũ baptismi ꝑ verbũ efficit̃: aquæ sacramentũ hoc, noui & æterni testamẽti est symbolon: huius ego dñs & autor. Flamẽ ipse est spũs sanctus, quem pr̃ mittit & dat in noĩe meo, & ꝑsentissime in tãtis operat̃ mysterijs. Per hæc duo regenerat pr̃ meus hominẽ semel genitũ, renouãdo eũ nõ secũdum corpus, sed animã. Natiuitatis carnalis immũdities, hac regeneratione expiat̃. Priori illi carnis, si esset sancta, alia regeneratione opus nõ esset: nũc vero cũ Iob, Dauid & ꝓphetæ oẽs peccaminosam eã obtestent̃ & defleãt, hoiem ex aqua & spũ sancto oportet renasci, vt eo sacramẽto prioris natiuitatis eluat̃ impuritas. Prima natiuitas (vt S. Chrysost. ait) vasa profert inutilia, gr̃æ reformãda. Exẽpli gr̃a: Primꝰ homo Adã formatus ex terra, secundus Heua ex costa Adæ cõditus, tertius Abel ex semine vtriusq; natus. In duabus formatiõibus, creatio Dei æstimãda: in tertia, natura corrupta. Hæc, q̃a immũda, prorsus morti nos generat, vel æternæ. Actũ est de nobis, nisi ꝑdicta rõne renascamur ad vitã æternam. Iob natiuitatẽ carnis deplorat immũdissimã, Dauid dicit nos nasci filios irę. Apl̃us omẽ q̃d in nobis est mali, natiuitati illi assignat. Adeo nos morti generãt carnales parẽtes: opus ergo habemus parentibus alijs, q̃bus vitã referamus acceptã: sunt aũt Deus & ecclesia. Porro Chr̃s vult dicere: Si nõ miraris Nicodeme, carnales parentes corru-

Renasci habemus ex aqua & spũ.

ptioni & morti edere proles: quare miraris, tales parẽtes regenerare ad vitam? Rogas (ait Theophylactus) vt aqua generare possit? Interrogabo & ego, quomodo semen, & ipsum aquosum existens, potest in hominẽ transformari? Rogas (ait Cyrillus) vt ex aqua? ego vicissim rogo, qui ex terra? Sed hic alius partus & excellentior editio, nihil terrenæ cõmunicans generationi. Vnde hic non ratiocinatione, sed fide est opus. Nihil eñ (vt ait Chrysostom⁹) æque est perniciosum, atq; humanæ rationi spiritualia subijcere. Dicis te tale nihil vidisse? Et animam tuam quam nõ vides, te credis habere. Quid vis? Homines nos genuerunt homines: Christus filius Dei, christos & filios Dei nos regenerat verbo suo, sacramento suo, matre, hoc est, ministerio ecclesiæ. Prima natiuitas (ait beatus Augustinus) est ex terra, secunda e cœlo: prima est carnis, secunda spiritus: illa ex mortalitate & corruptione, hęc ex æternitate & puritate. Illinc sumus peccatores, filij condemnationis, præda diaboli: hinc iusti, filij gratiæ, hæredes Dei. Illinc carnales, hinc affectus sortimur spirituales. Illinc vetus, hinc noua creatura. Per hanc sacram renascentiam recepimus pristinam innocentiam: & qui prius nihil nisi filij Adæ eramus, hoc sacramento filij Dei adoptamur. Vetus homo ex duobus, anima nimirum & corpore, constat. Vnde & in hac natiuitate duo requiruntur, aqua nimirum & spiritus. Aqua (ait Cyrillus) sanctificãdo corpori, animæ spiritus. Sanctus Irenæus hac de re scitu dignissima scribit mysteria. Inter cętera dicit, aqua nos & spiritu regenerari oportere ad proferendum bonos fructus, quatenus nec terra sine pluuijs fructus edat. Vide libr. 3. cap. 18. Vide & Clementem libr. 8. vbi ostendit, omnia aqua & aere conseruari. Lib. 9. natiuitatẽ spiritualem dignissime prosequitur. Neq; hic puto silentio premẽdum, quod sanctus Augustinus dicit: Haud secus atq; nascitur quisq; ex carnalis matris suæ visceribus hæres paternorum bonorum, sic etiã renascimur ex visceribus ecclesiæ hæredes patris cœlestis. Aeternæ itaq; damnationis mãcipia sunt, nõ solũ Iudęi & Agareni oẽs baptismũ ignorãtes, sed & hæretici & schismatici quicũq; extra ecclesiã baptizantes. Viderint hæretici, q̃d patrimonium extra mr̃imoniũ expectẽt. Admonẽdi hic catholici, vt gratiã baptismi rite æstimãdo, Deo patri dignã vitã viuere pgant. Admonẽdi itẽ, vt negligẽtiam abusuũ multorũ, verissimã hæresion & schismaton occasionẽ, corrigant. Hanc rẽ, ꝙ hodie nemo curat, neq; Helias, neq; Ionas satis deflere poterit.

carnis natiuitas instar habet renascẽtię spũalis.

Aqua facit ad sanctificationẽ corporis: spũs, ad aiæ.

Renascimur ex visceribus ecclesiæ.

Quod natum est ex carne, caro est: & quod natũ ex spiritu, spũs est.

Hac particula Christus omnia, quæ dixit, declarat. Gnome est, quã quotidie veram experimur. Talis quæq; creatura, qualis est nata. Ex carnali generatione carnales, bestiales, ferales, bruti & mortales sumus: ex spũali, spirituales efficimur. Quid eñ caro aliud, q̃ carnalia gignat? Bestia bestiam gignat necessum est, & putredinem putredo. Malus coruus, malum ouum. Spina non profert vuas, nec tribulus ficus. Fieri itaq; non potest, vt homo sine renascẽtia ea spirituali, ea quæ Dei sunt, intelligat & quærat. Vnde ait: Quod natũ est ex spiritu, spũs est: & q̃d ex carne fusum est, caro est. Ex spũ natus est qui ait: Oĩa possum p eum qui me confortat. Item: Iam neminẽ agnosco secundũ carnẽ. Attende potentiã & virtutẽ spũs. Quod natũ est ex spũ, spiritus est, ait. Beda: Non solum spiritualis, sed & spũs vocatur: quia sicut substantia spũs inuisibilis nostris adspectibus, ita is qui per gratiã Dei innouatur inuisibiliter, fit spũalis & Dei filius, cũ visibiliter oĩbus caro & filius hominis appareat. Ingeniũ mutat, non conditionẽ: affectus nouos induit, carnem nõ exuit. Vnde Theophylactus spiritũ accipit pro spirituali homine. Neq; eñ spiritus diuinus fit baptizatus, sed quũ adoptionem filiorum in spiritu, & gratiam & honorẽ susceperit, spũalis esse meret. Apostoli vocant pneumaticos. Spũs carnem & ossa non habet, Luc. 24. Spũs itaq; sunt baptizati, sed affectu, non natura.

Spũalia intelligimus, q̃tenus spũales sumus.

Spũales efficimur nõ substãtia, sed affectu.

Non mireris quia dixi tibi, oportet vos nasci denuo. Spũs vbi vult, spirat: & vocẽ eius audis, sed nescis vnde veniat, aut quò vadat. Sic est omnis qui natus est ex spiritu.

Christus in æternum benedictus, vidẽs Nicodemum plane stupescentẽ, gnomen prædictã exemplo siue similitudine naturali omniũ perspectissimo, suffulcit. Baptizati, atq; adeo illuminati, tantoꝝ mysteriorũ sensum cõsequi possunt, nec porro talibus similitudinibus opus habẽt. Nicodemo vero & catechumenis opus est exẽpli huius expositione. Spiritus, inquit, vltro citroq; spirat, vbi & vt libet: hoc est, naturali proprietate à Deo creata, quo visum est, fertur. Personat vniuersum orbẽ, non vides illũ, flatus eius strepitũ saltẽ audis. Tantum abest vt nr̃o arbitrio possit cohiberi, vt ne sciam⁹ quidẽ vnde veniat, aut q̃ tẽdat. Norũt mathesios expẽrtes, vẽtoꝝ ꝓprietates, humidi sint an calidi &c. sed thesauꝝ Dei (nisi

(nisi Aeolium antrum aliquod fingant) vnde proficiscuntur, nũquam ostendent. Dein & periodũ locũq́ȝ, quo se recipiant, nullius vnquam mens est assecuta. Sic & spũs sanctus ineffabilis maiestatis suæ potentia operatur. Audis illũ in verbo scripturæ venientẽ, procedentẽq́ȝ à patre & filio, mitti in noĩe Iesu: tẽpus vero & locũ, modũ & terminũ nõ vides. Sentis & afflatum, quoties consolationẽ accipis: essentiæ effectũ sentis, q̃ties consolationes eius sentis: sed essentię eius maiestatẽ non percipis, qa neqȝ vẽti naturalis rationẽ ratione assequeris. Hactenus habet vẽtus naturalis spũs sancti similitudinẽ. Nam vt ille incorporeus, subtilis & penetrabilis est: ita & hic oĩa virtute agit inuisibili, ille vero, quia creatura est, oĩa corporaliter: hic, qa creator, spũaliter agit oĩa. Ioannes Chrysostomus, Theophylactus, Cyrillus, spm̃ ventũ saltem accipiũt. Augustinus & Beda, ad spiritũ sanctum hunc locũ referũt. Item in homilia de festiuitate pẽtecostes illa Act.2. & Ioan.14. Sequitur:

Vetus spiritus sancti habet instar.

Respondit Nicodemus & dixit ei: Quomodo possunt hæc fieri? Respondit Iesus & dixit ei: Tu es magister in Israel, & hæc ignoras?

Deest Nicodemo hoc ipsum, de q̃ hoc loco agit. Sine spũ ea quę spũs sancti sunt, velle sapere, est in tenebris sine funaliũ lumine velle videre. Quomodo possunt hęc fieri? Da gloriam Deo: crede, & intelliges. Nisi em̃ credideris, nõ intelliges. Sed heus tu doctor legis, nũ maiestatẽ immensi Dei ratiõe cõcludes humana? Quod si tu qui doctor es ineruditorũ, oculus cæcorũ, lux in tenebris ambulantiũ, ita caligas & hallucinaris: heu mihi, quantis erroribus reliquus grex inuolutus credẽdus? Quõ possunt hęc fieri? Hoc nihil aliud est dicere, q̃, quõ creatus est mũdus ex nihilo? q̃ consilio formatus hõ? quõ natus est Isaac ex ꝓmissione? qua ratiõe & via signa edita in Aegypto, mare diuisum, Iordanis retro lapsus? quõ prophetæ reliquiæ corpus exanimũ redanimauerũt? quõ aqua Iordanis lepram alienigenæ eluit? Et quõ, iuxta prophetã, concipere poterit Alma? Nonne hæc oĩa in Esra vel Orbim legis? Tu scripturã mysteriorũ Dei, rationibꝰ humanæ angustiæ cõcludes? Cyrillus ait: Quantam putabimus cæterorũ Iudæorum fuisse obscuritatẽ, cũ Rabbi eorũ adeo fuit insciũs? Fungum, non hoĩem, Christꝰ hominẽ sciolum esse ostendit. Fastum superciliũq́ȝ pharisaicũ (vt ait Augustinus) tollit, vt hominem spũali regenerationi ꝑparet, Nicodemo tanquã indocto insultãdo. Vtinam & nostrates fastuosos pharisæos spũs Dei insolentiæ arguat. Pacem ecclesiæ iam haberemus reconciliatam, abusus haberemus correctos, nisi Elymasitæ vtrinqȝ spiritui Dei obsistant. Noui euangelici, egregij simulatores, ecclesiam nulli vel semicatholico nõ execrabilẽ cõminiscũtur. Supstitiosuli catholici, dissimulatores ĩsignes, abusus & supstitiones oẽs fouẽt. Vtrĭqȝ simili pertinacia & sua asserũt, & ea q̃ sanæ doctrinæ sunt, insectant. Dñs cum Elyma mago illo Actor.13. iudicet oẽs, qui certa obstinatia aliq̃d veritati catholicæ contrariũ vel simulãdo vel dissimulãdo, vias dñi rectas inuertere nõ verentur. Idem cũ Nicodemo illuminare dignet, se in vera simplicitate quærentes.

Nicodemus ꝑparatur spirituali regñationi.

Amen amen dico tibi, quia quod scimus, loqmur: & quod vidimus, testamur: & testimonium nostrum non accipitis.

Q.d. Non hæc ex me ipso loquor. Verba hæc, mea nõ sunt. Patris est, quidq̃d audis. Pater ipse per me loqtur. Pater de se testimoniũ profert: hoc illi licet, qa nihil est illo maius. Dein & Amẽ testis fidelis & verus, initiũ creaturæ Dei, oculatus testis adest, hoc q̃d vidit & nouit, edisserẽs. Tu Nicodeme ipse dixisti me à Deo venisse, superuacue itaqȝ verborũ meorũ rationẽ postulas. Prophetæ afflati Deo, qui saltem audierunt, sola fide, citra omnẽ ratiocinãdi respectũ, sunt recepti: nemo oraculorum eorundẽ rationẽ requisiuit: & tu mihi discredis, qui visa & cõperta mihi profero mysteria? Creditis homini Mosi, & sanctæ Trinitati fidem adhibere recusatis? Hæc dicẽs dñs, verbũ Nicodemi vrget, q̃d dixit: Scimus ꝙ à Deo venisti magister. Tanquam dicat: Non veni simili ratione atqȝ Moses, sed veni dñs. Væ qui dño seruum præfert. Ego sum, ait, q testimoniũ fero eorũ quæ scio & vidi: & testimonium fert de me, qui me misit. Ego si testimonium feram de meipso, verum est testimonium meum: quia scio vnde veni, & quo vado. Sed ecce tibi testimonia abundant, testiũ sum felicissimus. Felix q testimonia nostra nõ contẽnit. Vide Ioan.8. Apo.3.

Deo sine omni ratiocinatiõe credendum.

Si terrena dixi vobis, & nõ creditis: quomodo, si dixero vobis cœlestia, credetis?

Hic in persona Nicodemi ipsam tãgit synagogam. Idem fecit & supiori verbo, qm̃ etiam pluraliter dixit: Et testimoniũ nostrũ non recipitis. Nõ creditis, ait. Q.d.

Infidelibus & perfidis Iudæis, nō credentibus & non credituris contestor, ꝙ suapte perfidia credere recusant. Aquæ naturā expiabilem, venti spirabilem esse scitis: apta plane sacramenta regenerationi cognoscitis, nec tamen etiā sic tale sacramentū cognoscere vultis. Nō cōsequemini, q̄a conseq̄ui nō vultis. Et si ea quæ humanæ rationi subiacent, non capitis: quomodo cōsequamini, si ea quæ mētes humanas superāt, dicerem? Rogas em̄, quomodo possunt hæc fieri? In cœlū adscendere conaris, & videre quæ homini non licent cernere. Mane, mane, inquā, in terra puluis & vmbra. Expurgare, vt tandē possis rite in cœlū euolare. Terrena dixi de generatione spūali, q̄ generatio terrena quoq; est, quia ex elemētis cōstat, quāuis secundū virtutē gratiæ & honorē sit cœlestis. Baptizatur homo, hominū ministerio: aqua corpus abluitur, abluitur etiā in hoc seculo. Ventus deniq; spirando & recreat, & animat. Signa ea ad rē signatam q̄ proxime accedunt. Hoc dono esto contentus: crede euangelio, & regenerare, & sufficiet tibi. Verū si lactis hunc cibum fastidias, solidū nunquā gustabis. Iudæi (quæ eorum est pertinacia) de cœlestibus rebus testimoniū petebant humanum: nec vno teste contenti, (habuerunt em̄ Ioannem eius rei testem non pœnitendum) Christus plures adduxit, patrem nimirū, verbum & spiritum: plures adducere non potuit. hominē aliquem præter Messiam ipsum proferre non potuit, quia præter illum nullus vnquam in cœlum adscendit. In hunc modum Cyrillus ea quæ sequuntur, superioribus annectit.

Aqua & ventus apta sacra regnatiōi *Terrena q̄ Chrūs dixerit.*

Et nemo adscendit in cœlum, nisi qui descēdit de cœlo, filius hominis qui est in cœlo.

Tu pharisæe Ha Parusch, in exordio orationis tuæ dixisti: Scimus quia à Deo venisti magister. Oportuit ergo & meis verbis te fidē adhibuisse. Sed nō adhibes, quia nō credis, qualis & quātus e cœlo descenderim. Demonstrationē petis & rationem rerū cœlestiū. Carnē & sanguinē e supernis vis delabi. Sed nihil eius rei vnquā illuc peruenit. Ego vnigenitus Dei, verbū æternum, sapientia patris, Emanuel, &c. solus illinc descendi: illinc, inquā, q̄ neq; Enoch, neq; Helias, neq; Moses vnquā peruenerunt. Missi dicuntur & à Deo venisse prophetæ, non ꝙ in cœlum vnquā pertigerint, sed quia electi ad prophetandi ministerium extiterunt, & quia vocē Dei audierunt. Verbū venit e regalibus sedibus om̄ipotēs, Sap. 1. Verbū venit in hunc mundū, sed nunquā deseruit cœlum. Hic pie catholice obserua, q̄ procliue sit homini ex scriptura errorē comminisci. Filius hominis hic dicitur descendisse de cœlo. Apollinarius hic, instar puerorū hilo in faba reperto, Io Io succlamitans, ecclesiæ insultare, præ se omnes contemnere, se vnice illuminatum iactare. Qui autem? Audiamus nouum euangelistam. Christum longe excellentius prædicat, nempe talem Christum, qui habuerit corpus e cœlo, qui tanquam per canalem per virginē in hunc mundū venerit. Non abest scriptura. Sic em̄ ait Ioannes: Nemo adscendit in cœlum, nisi filius hominis qui est in cœlo. Adest & ratio, quia honorifica de Deo talis est p̄dicatio. Humilius & propemodū absurdū est, Deū hominē fieri. Nouū euangelistam nō audiuit ecclesia, alienū nō audiuit grex dominicus: sed quod à traduce sancta didicit, Mariæ filium in vna hypostasi verum Deum & hominē adorare pergit. Nam & sic habet idē euangelista: Verbū caro factū est. Hic Apollinarista suos profert tropos: sed traducis ecclesiæ albus, intelligit verbū ex Maria virgine veꝝ hominē natū. Vnde & ipsam gloriosissimā virginē theotocam prædicat, eiusq; filium verū Deū & hominem adorat. Neq; em̄ euāgelista dicit, Verbum fuit caro: sed, factum est. Fieri & fuisse, ecclesiæ differunt. Sic vincit veritas, & immobilis permanet columna veritatis ecclesia. Nunc postquam audias in vna hypostasi, hoc est, in vna persona ex duabus naturis Christum tradi: obserua scripturā eam, quę sic Christū docet, nunc quoq; oīa quæ sunt hominis filij virginis, attribuere verbo filio patris: rursus eandē, verbi quæ sunt, adscribere homini. Vnde & hoc loco, filius (vt Theophylactus dicit) hominis dicit descēdere de cœlo, eo ꝙ sit vna persona & vna hypostasis: dein, vt ne, quum audieris qui descendit, putes ꝙ non sit in cœlo, dicit: Is qui in cœlo est. Noli em̄ suspicari, me propterea (ait) non esse illic, quia descendi: sed & hic sum corporaliter, & illic sedeo cum patre vti Deus. Hæc Theophylactus. Sed catholicus hic qui possit dubitare, cum ethnicus dicat:

A Ioue principiū Musæ, Iouis oīa plena?

Et hoc quod iam dictū est, poterit credi esse cœleste illud, de q̄ dixit: Si cœlestia dixero vobis, quomodo credituri sitis? Iterum, Quod dicit, Nemo adscendit in cœlum, nisi filius hominis: non intellige, quasi suis amicis, fratribus, sororibus & proximis, p̄cepta Dei custodientibus, cœlū neget. ἀναβέβηκεν p̄teriti tēporis, nō potest de futura adscēsione intelligi. Illud saltē agit, se ideo solū loqui de superna renascentia, ꝙ vnus omnium e cœlo descenderit. Ad de

Missi dicunt prophetę, sed nō e cœlo *Procliue est hoi ex scriptura errores cōminisci* *vna Chri. psona ex duabus naturis.* *Chrs solus de spūali renascētia loq poterit*

de quo & autor eius sacramenti vnicus existat. Non ergo hic locus claudit cœlũ fidelibus, immo aperit. Adscensuri enim sumus illuc, vnde caput nostrum descendit. Nemo ante caput adscẽdit, adscendimus autem post omnes. Nos siquidem corp⁹, ille caput: nos decimæ, ille primitię. Ille hęres, nos cohæredes & conciues angelorum. Nostra conuersatio est in cœlo. Solus itẽ filius hoïs adscendit, sed solus est cũ corpore, quod vtiq; non relinquet. Adscẽdet vnus, puta in vnitate, nisi vnam agnoscẽs sponsam: non adscendet cũ sponsa & concubinis hæreticis & schismaticis varijs.

Et sicut Moses exaltauit serpẽtem in deserto, ita exaltari oportet filium hominis, vt omnis qui credit in ipso, non pereat, sed habeat vitã æternam.

Ex superiori sermone verbũ cognosci potest Christus. Nunc ergo & seruili forma se hominẽ ostendit, & simul aduersus crucis scãdalon nos salutari præmuniuit antidoto. Immo etiam crucis sacramenta vnà declarat. Dixerat de sacramento baptismi, ostendit donum baptismi ineffabile. Homo puluis & vmbra, putredo, filius iræ, in baptismo fit hæres regni cœlorum & filius Dei. Maxima istæc est gratia. Patres veteris testamenti, dicti populus Dei: nunc qui olim ne populus quidem erãt, dicuntur & sunt filij. Sed vnde hoc? Cuius hoc beneficio? cuius merito? Cui id referemus acceptum? Nemini, nisi crucifixo, regi gloriæ. Dicit ergo: Ita exaltari oportet filium hominis, iustitiæ Dei sic satisfiet, sic oracula videntium complebuntur, sic visiones typice effectum sortientur suum. Moses (in mansione tricesimaquinta & sexta, Zalmona & Phumon) saraph in palo exaltauit, signum, vt omnes quos igniti presteres mordicus arripuissent, viso eo curarentur: qui adhuc illæsi fuissent, eo die securi permanerẽt, Nume. 21. Quid sibi figura velit, scitu perquàm necessariũ est. Virtus fuit sua typo, & ea non parua: quis ergo non videat, maiorem efficaciam inesse veritati & rei signatæ? Populus Israel, offenso pr̃e cœlesti, adiudicatus est morsibus presterum. Totus mundus peccauit: eadem ergo iustitia tradit⁹ est peccatis ad aliam atq; aliam iniquitatẽ. Peccata presteres sunt, hoc est, serpentes igniti. Peccatum est hæmorrhois serpens, qui suo morsu sanguinem omnẽ effluere facit: dipsas, sitim æternã faciens: seps vulnificus, hominem plane putrescere faciens. Hic est fructus arboris eius, quã mulier serpẽtis suasu tetigit: vt videas peccatũ rite per cæcilias, colubros, angues, & om̃e genus ignitorum serpentiũ, significari. Nunc vt remediũ cõsentiat morbo, statuit pater per augustiorem serpentẽ saraph quendã (hoc est, per eum qui sine peccato, peccatorum, atq; per hoc sine veneno serpentiũ, speciẽ velaturus est) vniuersum genus hominum à peccatis suis liberare. Ego ipse ille sum, qui speciem peccatorum in me ipsum trãstuli, circuncisionem in corpore meo circunferens, legi, quæ peccati omnes insimulat, subiectus. Exaltabor itaq;, vt omnis qui viderit me oculis fidei, seruetur: nõ vitæ deciduæ, quemadmodũ in deserto, sed æternæ beatitudini. Aduerte illic exaltatã effigiem chersydri. non erat tamen chersydrus, siue iaculus, siue scytale, siue cẽchris, siue cerastes, siue aliud quodcunq; genus serpentium aut vermium venenatorum. Sic quemadmodum ille serpens istic exaltatus, nihil minus fuit quàm anguis: sic & Christus nihil minus est, quàm peccator. Atq; hæc hactenus. Huc facit Romano. 8. Quod lex præstare non poterat ea parte, qua imbecillis erat per carnem: hoc Deus proprio filio misso sub specie carnis peccato obnoxiæ, præstitit, ac de peccato cõdemnauit peccatũ per carnẽ, vt iustificatio legis impleretur in nobis, qui non secundum carnẽ versamur, sed secundũ spiritũ. Item hoc: Qui peccatũ non fecit, nec dolus inuentus est in ore eius, &c. ipse peccata nostra pertulit in corpore suo super lignũ, vt peccatis mortui, iustitiæ viuamus, 1. Petri 2. Pro nobis factus peccatum, 2. Cor. 5. Execratio, Galat. 3. Qui alioqui reuera est augustissimus ille sacerdos, cuius typũ vides Gene. 22. Itẽ hic obseruandũ, neq; in Mose, neq; in Ioanne haberi æneũ serpentẽ, neq; itẽ id legi apud septuaginta: sed ad illustriorẽ sensum, iuxta historię veritatẽ ab interprete sic positum. Cæterum fuisse æneũ, vides 4. Reg. 18. vbi Hebraice legis, Nehas Ha Nehoseth, hoc est, serpens æneus. Moses neq; serpentẽ neq; æneum habet, sed tantũ vocat signũ exaltatũ saraph, quoniam serpẽtes igniti illi, quos nos presteres vocamus, illi seraphim appellauere. Euãgelista vocat serpentẽ secundũ formam, nõ secundũ proprietatẽ naturalem. Serpẽtes igniti secundũ August. & Cyrillum, quos nos sequuti sumus, significant peccata. Sed serpens exaltatus, secundũ Bedã, significat passionẽ Christi, in cui⁹ solũ fide regnũ (vt ille ait) peccati & mortis superatur. Visio significat fidẽ, donũ sp̃us sancti. Vtriusq; baptismus est sacramẽtum, fidei nimirum & mortificationis. Vnde & infantes per fidei sacramentũ, cũ baptizantur, ec-

Sacramentorũ virtus vnde.

Peccata sunt serpentes.

Peccata per serpẽtem curantur.

Serpẽs in eremo exaltatus, nihil minus quàm serpens fuit.

De serpẽte aheno vbi legatur.

Videre serpentẽ quid sit.

ecclesiæ fidei sunt cõsortes, eamq́ꝫ sibi proprie atqꝫ suo iure vendicant, De cons. dist. 4. Quis autem. Quis autem nesciat, credere, esse infantibus baptizari: nõ credere autem, non baptizari? De fide habes Rom. 6. Ibidem habes in Christi mortem nos baptizari. De spiritu habes Gala. 5. Nouã vitam eam gratiã requirere vides Tit. 3. Inanis est fides & ficta mortificatio, nisi sequatur boni operis exercitatio. Arborẽ bonã quæ tales fructus bonos edat, nos efficiat, qui est optimus maximus, ad suam ipsius laudẽ & gloriam. Qui viuit & regnat per omnia secula seculorũ. Amen.

DOMINICA PRIMA POST TRINITAtis, Euangelium Lucæ XVI.



HOmo quidã erat diues, qui induebat̃ purpura & bysso, & epulabat̃ quotidie splẽdide. Et erat quidã mẽdicus, noĩe Lazarus, qui iacebat ad ianuã eius, hulceribus plenus, cupiẽs saturari de micis, quæ cadebant de mẽsa diuitis. & nemo illi dabat. Sed & canes veniebãt, & lingebãt hulcera eius. Factũ est aũt vt moreret̃ mẽdicus, & portaret̃ ab angelis in sinũ Abrahæ. Mortuus est aũt & diues, & sepultus est in inferno. Eleuans aũt oculos suos, cum esset in tormẽtis, vidit Abrahã à longe, & Lazarũ in sinu eius. & ipse clamans, dixit: Pater Abraham, miserere mei, & mitte Lazarũ, vt intingat extremũ digiti sui in aquã, vt refrigeret linguam meã, quia crucior in hac flamma. Et dixit illi Abraham: Fili, recordare quia recepisti bona in vita tua, & Lazarus similiter mala. Nunc autem hic consolatur, tu vero cruciaris. Et in his omnibus inter nos & vos chaos magnum firmatum est, vt hi qui volunt hinc transire ad vos, non possint, neqꝫ inde huc transmeare. Et ait: Rogo ergo te pater, vt mittas eum in domum patris mei. Habeo enim quinqꝫ fratres, vt testetur illis, ne & ipsi veniant in hunc locum tormentorum. Et ait illi Abraham: Habẽt Mosen & prophetas: audiant illos. At ille dixit: Non pater Abraham, sed si quis ex mortuis ierit ad eos, pœnitentiam agent. Ait autem illi: Si Mosen & prophetas non audiunt, neqꝫ si quis ex mortuis resurrexerit, credent.

PRAEFATIVNCVLA.

Lectio de Lazaro: historica ne sit, an parabolica.

LEctionẽ sancti euãgelij p̃sentẽ, historiã rectius q̃ parabolam dixeris: neqꝫ hodie satis constat. Ambrosius narrationem asseuerat esse, hac maxime causa, ꝙ nomẽ mẽdici exprimatur. Irenæum Ambrosius videtur sequi: nam & ille lib. 2. cap. 63. hunc locum enarrationẽ vocat. Idẽ historico hoc exẽplo, diuites voluptuosos grande suppliciũ manere adfirmat, lib. 4. cap. 4. Hieronymus hũc locũ tanquã rem gestam tractat. Idem & S. Gregorius facit, quanquã neuter historiam esse adfirmet. Vide hunc in libro dialogorũ, illum epistola ad Mar. de exitu Leæ. Itẽ ad Paulã de obitu Blesillæ. Augustinus de verbo dñi, in dubio reliquit, rem gestã an parabolã crediderit. Tertullianus de res. car. Item Orige. super Ezechie. homi. 9. vocat exemplũ. Origeni Beda subscribit. Chrysostomus, quẽ & Theophylactus secutus est, parabolã vocat. Idẽ facit & Athanasius q̃st. 21. Nos tãetsi in hac re nihil certi definiamus, contextũ tñ tanq̃ rẽ factã prosequemur. Siue factũ esse, siue iã fieri, siue factũ iri malis: locus hic subindicat, quid de futuro seculo nobis pollicemur: nempe hoc, quod Athanasius dicit: Qui bona fecerunt, ibunt in vitam æternam: qui vero mala, in ignem æternum. Idem euangelicæ literę vndiqꝫ submonẽt. Potissimum hoc agit Mat. cap. 25. Ioan. 5. Theophylactus dicit hic figurate dominũ adumbrare finẽ inclemẽtiũ, iuxtà atqꝫ eorũ q in hoc seculo in patiẽtia dura queqꝫ sustinẽt. Dixerit quis, hic nobis scopon p̃poni

Scriptura non voluit nos ignorare de dormientibus.

descri

descriptionẽq; fieri salutis & condemnationis. Salutis pauperũ & afflictorũ, q̃ se miseri quicunq; fideles consolari possunt. Iudicij, quo Epicurici porcelli ad pœnitentiam, si qui electi sint, absterreri queant. Præmonet dives, securus reddit pauper. Vtrũq; fecit Deus, ait Salomon: vterq; homo, mortalis, eiusdẽ limi, eiusdem naturæ: sed nõ eiusdẽ vitæ, neq; item eiusdem meriti, teste Augustino. Hic vides iustũ iudicem, vtrunq; pro merito iudicare. Sed his præfatis, nũc ad ipsum cõtextũ veniamus.

Homo quidam erat diues, qui induebatur purpura & bysso, & epulabatur quotidie splendide.

Diuitiæ peruerso mũdi iudicio gloriosæ.

Primo hic diuitis fit mentio: sed postea vbi de futura vita agitur, Lazarus proprio nomine diuiti anonymo præfertur. Vnde insinuatur, miseras quidem opes in hoc seculo mendicis prænitere, sed in alio seculo non item. Mũdus ab opulentia beatitudinẽ æstimat, Iac. 2. Oculi vero dñi in pauperes respiciũt. Neq; citra mysterium peculiosi nomen supprimitur. Communi em̃ omniũ doctorũ sententia hic significatur, opimos quoscũq; & mũdi gloria insignes, obscuros esse cœlo. Dñs hoĩes illos non nouit: vnde & rei illius, quã diuites pecuniam vocãt, superscriptionem siue numisma non nouit, Matth. 22. Sunt alieni à Deo, q̃bus ait, Nescio vos, Matth. 5. & 25. Sunt Dei, quos ex nomine nouit & vocat, vt Abrahamum, Gene. 22. Mosen Exod. 3. Philippum, Nathanael, Zachæũ & alios. Theophylactus dicit Hebræorũ esse traditionem, fuisse mendicum quendam Lazaron nomine, atq; dominum eo proprio nomine vsum esse in genere. Diuites hoc in seculo multa habent nomina: propria nimirum, gentilitia, cognomina, agnomina, vnde & excellentes viri magna vocantur nomina, habent & nomina eos q̃s vsuris deprimunt, hoc est, debitores. Hæc est opum summa felicitas: sunt em̃ diuites mera fabula & nomẽ inane, vnde posthac nomen non habent, pereunte memoria eorũ cum sonitu. Et diues, hic nomen est ignominiosum: gloriosum, mendicus. Anonymus hic opulentus, in causa est, vt nostrates nummosi, diuitis nomẽ auersent. Sed frustra nomen detestant, cum re ipsa subinde oblectentur. Cũ audiũt Matth. 19. diuites difficile intrare in regna cœlorũ, dicũt: Nõ hoc ad nos, Crœsis & Crassis hoc dixit dominus. Sensus ille diuitibus nostratibus duobus nummis esset redimendus. Sed si Christus non Midas & Tantalos solum, magis vero eos qui fideles noĩe dicuntur, re autem ipsa Mammoni famulantur, damnat: væ Crœsastris & Crassastris omnibus. Viderint, cui euangelion Christi prædicetur: Pelopi ne, an Cyniræ cuipiam, an baptizatis, Christumq; profitentibus. Sequitur: Erat diues. Prima hæc est prædicatio diuitis. Vide, noctuas laureoticas & effigies pecudum, nummis inscriptas, Deo nõ adeo arridere. Vide Christum non ab re pauperes spũ dixisse beatos. Diuitiæ quidem per se res bona sunt, sed propter abusum spinæ fiunt possidentibus. Non hoc dicimus de iniquitate, qua aut congregantur, aut conseruantur: sed simpliciter malas vocamus & peccatum, figura ea, qua & Apostolus Heb. 11. aulam vocat peccatum. Abusus hic statim subiũgitur. dicitur enim diues splendide se & ornasse & pauisse. Sardanapalus siquidẽ tam amictu quàm victu cuticulam curare assolet. Et q pecunia est Crassus, fere semper indulgentia gulæ Cassius existit.

Maximus in hoc mũdo, nullus in cœlo.

Diuites anonymi Deo, mundo sunt ipsissima nomina.

Diuites in ecclesia diuitũ nomẽ exhorrescunt.

Diuitiæ malæ.

Diuites an saluari q̃ant. si q̃unt, qua hoc rõne.

¶ Quæritur hic, An ne diuites saluari queant: Et si queant, qua id ratione fieri possit. Hanc quæstionem vt S. patres Chrysostomus, Hieronymus, Ambrosius, Augustinus, Gregorius, Bernardus, & hoc genus alij dissoluant, verbi Dei prædicator viderit. Noui euangelicastri nostrates strenue hactenus, nescio quos, sophistas atro carbone notarunt, bis sophistæ ipsi. Nihil em̃ in vniuersum nouum illorum extat euangelion, quàm adulatio quædam & captatio diuitum. Non philosophiam, sed philochrematiã (hoc est, amorẽ pecuniæ) spirant, qui se hodie illuminatos & ecclesiæ reformatores obtrudunt. Ius pontificiũ, quasi Antichristi commentum, Vulcano dicauerunt. Ipsi vel hoc potissimum nomine capite plectendi, etiã si hæresis Vulcano adiudicari non debeat, q approbatissimum ius, vnde vera omnium statuum reformatio sumi potest, in cinerem vertere sunt ausi: interim ipsi crassissimis adeo vitijs blandientes, informem reformationem iactitãt. Theutonici ordinis primas quidam, iuxta nouum euangelion reformatus, iam, qui frater vocabatur, princeps dicitur: qui cœlibatum vouit, iam vxorius est. Ad similem reformationem archiepiscopi quidã Germanici adspirant: venationi hactenus & voluptati studuerũt, nunc ferina vescũtur bis delicati. Nõ prædicatur illis pœnitentia, sed ad maiora vitia illis indulgetur licentia. Nõ est euangelion, Facite vobis amicos de mãmona iniquo: nec itẽ euãgelion est, q indulsit ocio, laboret manibus, vt habeat q̃d pauperib[9] impertiat. Sed euãgeliũ nouũ saltẽ ẽ, corporalis exercitatio ad modicũ cõducit: hoc euan-

Euãgelici fratres nostrates nõ philosophiã, sed philochrematian profitentur.

Reformationẽ informẽ auspicati sunt euãgelici noĩs hæretici.

euangelion nouũ episcopi prurientes auribus vtroq; pollice probant: vt qui sordet, sordescat adhuc. Vah tibi reformator, Vah tibi reformator. Qui se similiter reformare velit episcopus, consulat 12. quæst. 1. Quatenus diuitias possidere quis possit, videat ibidem dist. Clericus & Habeat. Item 30. dist. Hæc scripsimus. Canones præfati adeo sunt euangelici, vt noui euangelicastri vel ex eorundẽ combustione antichristici esse ostendi possint. Sequitur: Induebatur purpura & bysso. Scriptura (ait Origenes) non insimulat hunc hominẽ iniquæ acquisitionis aut possessionis, nec item vitiorũ quorumcunq; infamat: sed purpuratum fuisse dicit. Sed nunquid iuxta prouerbium εἵματα ἀνήρ, vestis vir, hoc est, vestitus virũ facit? Gregorius, quẽ & Beda sequitur, respondet: Non ociose diuitem hic taxari luxuriæ vestium, nec item Ioannẽ alibi ociose laudibus celebrari à vestitus abiectione. Et adorea laus nõ esse non potest, quod Apostolus dicit, sanctos in melotis hoc in mundo oberrauisse. Origenes mollitiem vestiũ adnumerat luxuriæ Sodomiticæ ex Ezech. 16. Idem eandẽ mollitiem dicit esse crimen Aegyptiacũ, Babylonicũ, & Moabiticũ. Dissentiunt euangelici nostrates & Græcis & Latinis, dicentes, diuitem nõ propter luxuriã, sed propter incredulitatem damnatũ. Mendacij eos facile reuiceris, si verba euãgelistæ rite æstimaueris. Iudæus fuit, circuncisus fuit, æque ac Lazarus credulus fuit, Abraham æque ac Lazarus patrẽ habuit, pœnitentiã deniq;, ethnicos latitantẽ, cognouit. Immo verisimile est, Lazaro in fidei ratiõe ꝓpolluisse, & hunc in fide simplicium saluatũ, illum in locupletiori pharisæorũ fide damnatũ, q̃d contra legem, pauperes sui memores benefaciendo non fecerit. Sed ad textũ. Purpura in ætate ea post aurũ & gemmas cũ primis ad ornatum fecit. Hebræi vocant Argaman, Græci πορφύραν. Sericũ, quod Hebræi Ses, Græci byssum appellant, itidem cultui seruiebat. Vnde sæpe coniuncta inuenies in sacra pagina, nempe Exod. 25. 2. Para. 3. Prouer. 31. Apoca. 18. Quod si diues ille adeo deliquit luxuria vestiũ, heu mihi quantũ peccant nostrates, luxui vanitatem addentes? Quis adeo adamantinus esse possit, quẽ non moueat tanta mollities & tanta vanitas, lenonũ omniũ dissolutionem superãs? Furiosos plane imitantur nostrates hodie, vestes etiã preciosissimas dissecando, vel ipsis Turcis execrabiles magis q̃ imitandi. Neq; insania ea forũ, sed & chorũ contaminauit. Vtrobiq; nostri euãgelici cæci. Quod si stramentitius autor est diuus Iacobus, fœnacei sunt sancti apostoli Petrus & Paulus apl'orũ principes, qui si delẽ fœminã, siue herois sit, siue ex infima tũ grege, auro & gemmis ornari nolũt. Nũ hic reformatione opus? Virgines opimæ Herodiadũ filiæ, capita & ceruices auro & gemmis onustas vix erigere possunt. Mirum, Helenas nostrates, articulos tot annulis implicatos, edendi vsui rite posse applicare. Pauperes videntes hic suũ sudorem, suamq; vitam in tantã pompam & vanitatem verti, nõ possunt non ingemiscere. Ingemiscunt & petulantes iuuenes, videntes suæ incontinentiæ tantas insidias, Hippolytũ & Bellerophon moturas, strui. Noui euangelistæ, qui aliàs solũ sacræ scripturæ literã requirũt, hic certe glossema aliquod atq; tropon cõminiscuntur, aut consiliũ, aut ociosam fabulã, ex locis 1. Tim. 2. 1. Petri 3. facientes. Credẽti omnia munda. Hester immunda, quæ regiũ cultũ pannũ reputauit menstruatæ. Schwermeria (hoc em̃ nouo vocabulo noui euangelistæ eos, quos sibi aduersari animaduertunt, denotant) fuit sancta Elisabeth vidua, quæ aulicum ornatũ angue peius odit. Adeon insanus quis esse possit, vt leuissimorũ & eorũdem vanissimorũ hominũ nouum euangelium, tantis ineptijs inseruiens, approbet? Mirũ, terram tantis adulatoribus & vitiorum patronis non dehiscere. Sed e patagijs, e galbanis & melitæis vestibus, e lacinatis deniq; porphyritibus & ostro, ad pollucibiles cœnas & mactea veniamus. Sequitur: Et epulabatur quotidie splendide. Εὐφραινόμενος, Origenis versor reddidit, delicijs luxuriaq; lætans. Vnde colligere est, nepotem purpuratũ Epicureũ plane fuisse, vtpote qui iucunditati iuxtà & voluptati operam dederit. Et verba euangelistæ idẽ videntur inferre: dicit em̃: Epulabat̃ quotidie pollucibiliter, nepotabatur itidem iucunde. Germanæ sorores sunt, Iucunditas & voluptas. Et epulæ sine euphrosyna, funebrem præ se ferunt speciem. Εὐφροσύνη etiam à sancto Luca voluptati sociatur in parabola filij prodigi, ca. 15. Hæc est illa beatitudo, pro qua euangelicastri nostri tanquã pro focis & aris hodie decertãt. Euangelicos fratres Epicuricos plane diceres, si ebrietatem auersarentur. Epicureos temulentiam odisse, vel ex hoc poetæ videre est, dicentis:

Nox non ebria, sed soluta curis.

Nunc simulac euangelici nostri ebrietati non admodũ luctentur, nõ philosophos, sed philœnos: nec Epicuri discipulos, sed porcos, qualis Sardanapalus erat, de quo dicitur:

Nõ homo, sed porcus, Sardanapalus erat,

meo iure ipsos dixero. Sardanapalo tamẽ longe

Euãgelici nostrates antichri.

Vestiũ luxus dãnat̃

diuitis nepotis cõdẽnatio, euangelicos frẽs hæreseos arguit.

Purpura & byssus q̃lia vocabula.

vestes hodie laciniatim dissecantur, in scãdalon etiã Turcis.

Aula ... polyp... Beller... phõ... insidi...

Luxus ... bi di...

Euã... epi... peior... hoc... ebri... fecit...

longe sunt Sardanapaliores, hoc est, magis bruti. Neq; enim lurco ille eo amentiæ peruenit, vt ebrietati crimen auferret. Hodie postquã nihil, præter solã incredulitatem, peccato deputat, quis ausit comessatiõem splendidã culpare? Papista est qui ieiunia prędicat. Adeo Deũ mali autorẽ statuũt no ui porcelli, peiores Marcionistis Martiniani. Deus, inquiũt, vinũ creauit: scilicet ad crapulã. Paulus hic ociose ait, ad sumendũ cum gratiarũ actione: nisi forte gratiarum actio habenda sit, vociferatio illa ebriosorũ euangelicorũ fratrũ, qui ebrij subinde eructant psal. De profundis clamaui ad te domine. Nihil, euãgelicis fratribus credẽtib9, immundũ, ne vomitus qdẽ, fide corda eorum purificãte. Peccatũ est sola incredulitas. Nullũ habent credẽtes peccatũ. Nemo ergo peccat, nisi Agarenus & Iudæus. Nouum hoc mustũ euangelicũ serpens in paradiso Heuæ ppinauit, Gẽn. 3. Hoc diabol9 Sodomã & Gomorrhã potauit, Gene. 19. Ezech. 16. hoc populũ Israel Exo. 32. 1. Co. 10. Balthassar Babylonicũ Danie. 5. inebriauit, hoc exhilarauit Herodẽ Matth. 14. Fructus huius euãgelij, cõspiratio, insidiæ, bella, cædes, væ & vę, Prouerb. 23. Hic vt Nabal, Absalon, Herodis, aliorũq; hoc genus Iudæorũ cõuiuia cruenta pręterea, vt & Lapytharũ aliorumq; ethnicorũ vetustorũ funestas comessationes taceã, saltem Tarquinij Superbi & Alexandri Magni cõpotationes cõmemorãdas puto, cũ altera harum Lucretiæ fatũ, altera Clyto necẽ intulerit, testibus Liuio & Iustino. Nolo hic euangelistastros nouos cõmonefacere verbi domini Esa. 5. Amos 6. Luc. 6. 21. Ro. 13. Ephe. 5. Nolo itẽ sanctorũ patrũ adducere testimonia. Ethnicũ saltem vnũ atq; alterũ testem proferam: quos si non audiunt, etiã horũ testimoniorũ indigni habendi. Horatius ait:

Euãgeliũ euãgelicorũ nrãtiũ serpẽs in paradiso Heuæ ꝓposuit.

Sperne voluptates: nocet empta dolore
voluptas.

Et Lucanus ait: Gurgite puro
Vita redit, satis est ppl'o fluuiusq; Cereseq;.

Et Statius dicit:

Ah miseri q̃s nosse iuuat, q̃d Phasidis ales
Distet ab hyberna Rhodopes grue, q̃s magis anser
Exta ferat, cur Thuscus aper generosior
Vmbro,
Lubrica q̃ recubẽt conchylia molli9 alga.

Λαιμαργός si quispiã hæc ridet Azotiæ patronus, posthac ethnicos eos iudices habebit, Matth. 12. Epicurei & Philoxenæi noui euangelistæ nostrates, sibi digni vident, vt posthabitis omnibus sanctis martyrib9 & cõfessoribus, ipsis accedamus. Et inueniunt cæci hi cæcos, qui ducatũ eorum sequi ament. Deus humanæ eius cæcitatis misereatur. Sequitur:

Et erat quidam mendicus nomine Lazarus, q iacebat ad ianuã eius, hulcerib9 plenus, cupiẽs saturari de micis, q̃ cadebãt de mensa diuitis. & nemo illi dabat. Sed & canes veniebant, & lingebant hulcera eius.

Diues vestitu Milesius, victu fuit Epicureus, animo non Manlio, non Phalaride & Nerone, sed canibus omniq; fera crudelior, corpore valens, vegetus & incolumis, mente infirmus. Cõtrã Lazarus nobilissimus ille noster, corpore affecto, pauper & mendicus, animo vero & locuples & inuictus. Principio hic de diuitijs obseruandũ, Dñi esse terrã & plenitudinẽ eius, pauperẽ dominũ facere & ditare, Gene. 30. Deuter. 15. 1. Reg. 2. 3. Reg. 3. Iob. 1. Prouer. 8. Eccl. 11. Alterũ alteri diuina pdestinauit prouidẽtia, diuitis copia pauperis succurrat inopię. Diuitiæ & egestas, secundũ vulgi ingeniũ, sibi plane pugnãt: sed secundũ legem creatoris, sibi pulcherrime consentiunt, quod S. Augustin9 pclare docet, dicẽs: Pauperis est rogare, diuitis erogare. Diues habet vnde beatitudinẽ emat, pauper habet quã vẽdat. Mendici huius nostri nobilissimi illius conditionẽ S. Lucas describit tanta diligẽtia, vt oĩs qui descriptionẽ eam audierit, nõ possit non cõmoueri. Nescio an ethnicorũ scriptorũ aliqs pauperẽ rogatorẽ aliquem vnquã tali dignatus sit honore. Deus quos honestet, nouit. Lazar9 primo fuit inops, dein mendicus, tertio hulcerosus, q̃rto vagus, domo carens & hospitio, qnto famelicus adeo, vt cũ canibus micas eas, q̃ de mensa diuitis cadebãt, & pedibus cõuiuarũ conculcabantur, edere cuperet. Deniq; non habuit qui compateret, qui consolaretur, q ve eius lauaret, extergeret & curaret vulnera. Canes officiosi, hoĩm inhumanitatẽ condemnant. Sunt ex theologis, q dicunt hominem adeo destitutum fuisse omni humana consuetudine, vt canibus non modo ablingendũ, sed & ad deuorandum liberior aditus fuerit. Theophylactus dicit: Aegrotãt alij, sed hulceribus carent. Ad vestibulum diuitis iacebat: ecce alius dolor, videre alios in delicijs, se vero fame premi. Insuper destitutus erat omni cura, & canes lingebant hulcera eius, cum nemo esset q ab illo istos abigeret. Beda quoq; ait: Quia nemo ei ad visitandum aderat, testantur canes, q licenter eius vulnera lingebãt. Idẽ miseriã Lazari exaggerãdo, ait: Poterat ad pœnã sufficere paupertas, etiã si sanus fuisset: rursus suffecisset ęgritudo, etiã si subsidiũ adesset.

Dñs pauperẽ facit & ditat.

Pauperis est rogare, diuitis erogare.

Pauperes gloria Christi.

set. Sed vt probaretur amplius pauper, simul hũc & paupertas & ægritudo tabefecit: atq; insuper videbat procedentem diuitẽ obsequẽtibus cuneis fulciri, & se in infirmitate & inopia à nullo visitari. Ambrosius allegoricos fideles ex ethnicis primitiuæ ecclesiæ canibus confert, idq; suffragante sibi scriptura Matth. 15. Sacerdos ipsum autorem consulat. Non hic prætereũdum est, quod saluator ait, Nemo illi dabat: nam & hoc ad cumulum afflictionũ facit misel li, Nemo, ait, illi dabat. Dis ditẽ ad sua conuiuia concit. Aquæ om̃es in mare defluunt, Dites inter sese sua cõmunicãt. Hic dies ad profusionem opum nõ sufficit. Noctu inebriantur lychnobij, noctu comessatur liberius. Vnde ait poeta:

canes euãgelici sũt ethnici ad fidẽ conuersi.

Te Liber, & si læta adfuerit Venus,
Segnesq; nodum soluere Gratiæ,
Viuæ producent lucernæ,
Dum rediens fugat astra Phœbus.

Sic dies & noctes in absumẽdis opibus insumunt opulenti. pauper vbiq; iacet. sitienti pocula nemo porrigit, egeno nemo donat. Lazarus itaq; nõ modo derelictus & contẽptus ante fores diuitis sub dio iacuit, sed & mundo huic abominatio extitit. Nemo delicatorũ prætérijt, q non diris deuoueret diritatẽ istã Lazaron. Lazaron diritatẽ voco secundũ mundi sensum. Ingenium mundi filiorũ est, auersari inopes. Certum est, etiã onustos auro & potẽtia splendidos, ipsum euangelion tẽnere ꝓpter Lazaron. Certum est, & baptisma in quo inopes & quicunq; mendici intinguntur, diuites & potentes risui habituros, nisi priuato in magna pompa baptizẽtur. Exemplum hui⁹ loci habes in Chronica Nauclerij: vbi vides optimatẽ quendã, etiam bene de articulis fidei catechizatum, baptismi lauacrum fastidiuisse, quũ vnà cũ miseris & infimatibus vnum baptisma sibi animaduerteret. Nisi idem om̃es adhuc diuites purpuratos affectus teneret, melius cum ægrotis & mendicis ageretur. Consoletur miseros, q audiunt se vere esse Christos, ipsorũ esse regnum cœlorũ, Christum filium Dei, qcqd in ipsos collatũ sit, sibi adscribere & referre acceptum: quanto huic mũdo magis sunt abominabiles, tanto apud Deũ gratiores. Quis mediocriter Chr̃ianus dubitet verum esse q̃d Chrysostom⁹ ait, vulnera Iob & hulcera Lazari preciosa & accepta magis ante Dei faciẽ visa, q̃ Salomonis purpuræ & gloria? Descriptus satis supq; pauper & mẽdicus: supest vt illi discamus succurrere, atq; adeo vere fieri Christianos, vere fieri euãgelicos. Neglectũ hactenus hoc christianismi op⁹. reformatio itaq; ecclesiæ hic potissimũ suum auspicium sumat oportet.

Lazarus mũdo execratio & diritas.

Diuites sua põpa ecclesiam conspurcare.

Hulcera & purulẽtia Iobi, apud Deum speciosiora q̃ Salomonis ornatus.

Hic, vt de prophanis magnatibus taceam, certe archiepiscopos & cæterũ clerũ reformationem meditantẽ, & om̃igenis misericordiæ opibus non insistentẽ, toto aberrare cœlo dico. Si illuminatiores euangelici esse volumus, quare nõ seqmur poti⁹ Martinũ Turoneñ episcopũ, sanctitate probatissimũ, q̃ Martinũ aliquem exititium monachũ, religionẽ despõdentem? Martinus ille etiã vestes suas pauperibus largiri solitus, vnde in sacro Missæ officio, pro interula mendico data, lumen cœlestis gloriæ eũ circũfulsit. Ecce tibi illuminatũ Martinũ. Vbi hic Martiniani veri Chr̃iani, veri euangelici? vbi correctores ecclesiæ, & morũ censores? Nusquã antichristũ spectes præsentius, atq; in hoc loco. Mendicitatẽ Martiniani nr̃ates hodie, secundũ nouũ euãgeliũ Martinianũ, dãnant, ꝑtendẽtes patresfamiliàs mechanicos, capite cẽsos & ad inopiã redactos: eos saltẽ cõtendunt inopia leuãdos. sed impius & plane Antichristic⁹ prætextus. Nã & eos q ad rastros redierũt, euangelici nostrates magis deprimunt, & ad laqueos adigũt. Nihil euangelicũ sapit q dicit: Dissolue colligationes impietatis, solue fasciculos deprimẽtes, dimitte eos q cõfracti sunt, liberos, atq; om̃e onus disrũpe. Euangeliũ est regale hoc: Rex filios vestros tollet, facietq; sibi eqtes &c. filias vestras faciet sibi vnguẽtarias, &c. Agros vestros & vineas & oliueta optima tollet, segetes vr̃as sibi addecimabit. Papisticus Dauid, qui areã Areunæ Iebusæi violẽter gratisve non abstulit, 2. Reg. 24. Papisticus est qui dicit: Beatus, manus suas ab om̃i munere excutiens: Beatus, q post aurũ non abijt: Beatius est dare q̃ accipere: qa sola fides beatificat. Stramentitius est autor q dicit: Ecce merces operariorũ, qui messuerũt regiones vestras, q̃ fraude nõ est reddita à vobis, clamat. Noui euangelicastri à consilijs Roboã, om̃e onus miserę plebeculę aggrauandum cẽsent. Hoc euangeliũ secut⁹ Achab, abstulit vineam Naboth 3. Re. 21. Hæc sunt nostra tẽpora, hi mores, hoc euãgelion, sic ꝑtextu patrumfamiliàs inopum, mendicos extrudim⁹. Ociosi & vegeti, miseros & aduersa valetudine degrauatos, ad opus manuum cogere volumus. Faciamus esse, vt mendicorũ pleriq; morbos mentiantur, & fœditate vulnerum ambiant. non hoc miraculi loco habendum. sunt enim in omni ordine & cõditione reprobi. etiam in albo apostolorum, traditor Christi est inuẽtus, & satanas ipse in angelorum numero fuit. Mali corrigẽdi, boni fouẽdi. Dicis esse circunforaneos & ambubaias: extrudẽdos ergo esse, cũ Moses nobis paupes eos, q intra portas nr̃as sunt, cõmẽdet. Quare & tu circun

Martiniani q veri euãgelici.

Euãgelium mẽdicitatem non patitur.

cuncellio antichristiane, intra cellam tuam te nō cōtines? qre domi non manes? Sed & vnde es tu? Dicis, indigena sum, pater patriæ sum, dux, comes, regulus, &c. Vt audio, domini iam nō est terra: ergo nulla tibi pars ī paradiso. Sed qd multis? Si ethnicus es, memineris maiores tuos, pegrinos quoslibet haud grauate hospitio recepisse, & Iouem deum hospitalitatis constituisse. Si Iudæus, idem cogita. Si Christian⁹, memineris te paupertatem professum esse. Mendicū te S. Chrysostomus esse ostendit, vel ex hoc, ꝙ quotidie mendicans, precario viuis, etiam si Cæsar sis. Et vbi euangelion, Quod tibi fieri nolis, alteri ne feceris? Vbi verbū domini, Alter alterius onera portate? Fac, te esse vagum (quod equidem fieri poterit) mendicum, ca... inomate & lepra fœdum. Nonne Deus & natura hic submonent, quid tibi frater debeat Matthæi VII? Quare ergo hoc ipsum fratri tuo non præstas? Si de corpore Christi es, quare Christos despicis? Quod si secundum legem Deuter. XV. non vis esse mendicos in populo tuo, age ecclesiam ex asse hæredem facias. Heus tu illuminate euangelice frater, princeps, dux, comes, ciuis, & quisquis es ex diuitum albo, audi celebre euangelion hoc: Vade, & vende vniuersa quę habes, & da pauperibus. Celebre hoc, inquam, nempe Matth. 19. Marc. 10. Lucæ 18. Non te sophisticus spiritus nouorꝝ euāgelicastrorum decipiat. Veteres euangelistæ & apłi Chri, quo sensu euangelion hoc vendēdi oīa & donādi pauperibus docuerint, exēplum eorundē satis illucidat Act. 2. 3. 4. & 5. Sed hic mollē adolescentē opimum, tristē abire videre videor. Iam q prius verbū dñi, verbū dñi succlam tādo, stentore fuit vocalior, q̄ piscis silet mutiuscul⁹. Ferat ergo imꝑfectus paupes mēdicos ante templū Act. 3. secus vias Luc. 18. & ante sua vestibula Lazaron iacentē. Nō potes, o imꝑfecte iuuenis delicate & locuples, neq̧ itē vis, vniuersa tua vendere & dare paupibus? vel largire q̄d superest. Dicis, nihil tibi supesse? Orci te mācipiū declaras. Soli auaro nihil est satis. pius, vel minimo est cōtentus. Habēs duas tunicas pius, vnam fatetur sibi superesse. Vides latam viam etiam ad vitam. Hoc iter latius sancti patres olim tenentes, mēdicos & vagos quoscunq; ita coluerunt, ita amauerūt, vt eos, suos dominos vocare non vererentur, credentes euangelio Matt. 10. 25. Vnde ergo tibi nouum euangelion hoc, quo ꝑdones, latrones, Thrasones, & hoc pestilentiss. mū hominum genus q̄tidie foues, miseros vero haud sec⁹ atq; infensos hostes, immo tanq̄ ipsū satanan auersaris? Ambrosium 3. Offi. cap. 7. audi.

Celeberrimus locus euangelij penit⁹ obsolescit.

Dños suos oli vocauerunt pauperes S. patriarchæ & ecclesiæ patres.

Feræ, ait, non expellunt feras: & homo excludit hominem? canes ante mensam impastos esse non patimur: & homines extrudimus? Si vere euangelicus esses, lætareris, & summo felicitatis loco duceres, simul ac in pauperes, à quibus regnum cœlorū emere possis, incidisses. Sed vt hūc locū in pauca conferam, non hic nouos prædicantes, sed ipsum Christū, prophetas, apłos & euangelistas audiendos dico, Deute. 15. Esaiæ 1. 58. 59. Psal. 112. Dispersit, dedit pauperib⁹, iustitia eius manet in seculum. Talem iustitiam docet Christus & Apostolus, Mat. 5. 6. 7. 25. Luc. 6. 2. Co. 9. Ad talem iustitiam inuitaret te præmij promissio, vrgeret supplicij cōminatio. Longe maiora largiūtur pauperes, q̄ accipiunt. Contrà, si nihil illis eroges, inexorabilem tibi dominum efficiunt, adeo vt ne guttulam quidē refrigerij, tibi in tormentis detēto, mittat. Sed fac, neutrum horum nobis proponatur, fac te nullo præmio tua dare, nullo supplicio tua miseris subtrahere: tamen ipsa natura submonet, vt fratri benefacias. Adeo opus misericordiæ iustificandi ratione vacuū esse non potest. Satis diuitibus dictū est: restat vt & paupertatis sanctæ & saluificæ exempla petamus. Non oēs damnantur locupletes, neq; inopes saluantur oēs. Damnātur locupletes, in *croco degentes, & miseros negligentes: saluant paupes nō rebus, sed spiritu, hoc est, patiētes & fortes. De patiētia Lazari ait Theophylactus: Num Lazarus in tātis malis blasphemabat? num cōuiciabat? num inhumanitatē condēnabat? nū prouidentiam Dei reꝑhendebat? Nihil horū. Sed fortis erat & magnæ philosophię. Neq; elixū, neq; assum optabat, non grossos, nō obolos, sed micas sub mēsa iacētes, desiderabat: eas vero ne canib⁹ quidē ipsis inuidebat, sed vnà cū canib⁹ illis vesci optabat. tantū abfuit vt diuiti male cupet liuid⁹ atq; malign⁹. O desolatū Lazaron, o pium mendicū, dignū cui dñs veniat auxilio, q̄q; angeloꝝ cōciuis fiat. Quadrat nomen. Lazarō interpretari poteris, adiutū à dño. vt etiā ipsū vocabulū faciat ad Dei ꝑmissionē.

Misericordiæ opus iustificat.

Factū est aūt vt moreret̃ mēdicus, & portaret̃ ab angelis in sinū Abrahæ. Mortuus est aūt & diues, & sepultus est in inferno.

Prouerbiū est, Quęq; res ad certū durat tēpus. Et in oēni negocio exitū ꝑcipue cōsiderem⁹, subinde dicētes: Quod sequtur, specta. Curā eā ingenerat nobis vicissitudo rerum, q̄ assidue à nobis cernit. Et hoc loco miꝝ exitū ditis & mēdici videm⁹. Augustinus dicit: Mendicus ante fores diuitis assumit,

mitur,& in Abrahæ gremium infertur, diues ex aula in Orcũ deturbatur. Memento finis,ait Sapiens,& in ęternũ non peccabis. Non hic mortis nos Sapiens solũ cõmonefacit,sed potissimũ Dei iudiciũ districtum, præmia bonoꝝ & supplicia reproboꝝ,nobis subijcit. Est quidẽ mundi iudicio mors omniũ amarissima, sed necessitate moriendi amaritudinẽ eam nobis tẽperamus: sed de illis quæ mortẽ sequuntur,de iudicio,de præmijs & supplicio,solari nos non possumus,nisi in Christi fide pietati incũbamus. Prouerbiũ est: Velim siue nolim,cogor succũbere fato, Rex ęque atq; mẽdic⁹ cadauer: sed oĩm resurgentiũ par ratio nõ est,1.Cor. 15. Deinde etiã vita breuis est hũana,breues dies hoĩs sunt. Insup & mũdus ipse transit & senescit:& vix figura eius adhuc superest. Vnde Apostolus paucis tam Lazari q̃ diuitis anonymi vitã & mortem perstringit,de gremio vero Abrahæ & de inferno,q̃ æterna sunt, pluribus agit. Occiderunt vterq;, vterq; homo, vterq; mortalis, breuis vitæ. Atqui ille ab angelis in sinũ Abrahami est delatus, hic in æternas tenebras est deiectus. Opulentos,vulgus vocat felices & beatos: miseros vero,infelices,sed Dei iudiciũ à vulgi opinione lõge est alienũ. Deus pater in filio suo dicit: Beati pauperes spũ. Deus verus est,oĩs autẽ homo mendax. Veritati igitur acquiesce o homo. Crede te hic & illic felicẽ esse non posse: sed momentanea gaudia,ęterna manere supplicia. Contrà & tibi persuasum habe, neq; hic & illic esse posse crucem: per breuem siquidẽ tentationem piorum,sequitur perpetua consolatio. Sodomiticus Crassus cupit hic in bonis ducere dies suos, & post Tithoni senectam facili morte (qualem Augustus optare solebat, quamq; euthanasian vocat) in aliam vitam,& eam beatã,trãsire. Hoc caro vult: hoc sustinere tandem poterit. Sed Dei voluntas est,vt q hic Crassus existit,illic Irum agat. Hic exactor,illic mendicus: hic voluptuosus,illic ærumnosus. Hoc ita diuinę visum sapientiæ, hoc ita vult Dei iustitia,ne hõ credat aut humana Deũ non curare,aut Deũ ocio, gula,voluptatibus & oĩgenis vitijs & vanitatibus oblectari,facinorum patronus. In diuite voluptuoso vides hic mẽdicitatem erubescendam,cui diuites meritorum insultant: vides insipientiam,quam prudentia diuina præditæ virgines ridenr. Crapulã sequit inedia,& famẽ saturitas oĩgenũ bonorũ. Quadrat in Lazaron cãticũ ecclesiæ de S. Martino: Martinus Abrahæ sinu lęt⁹ excipit: Martin⁹ hic paup & modicus cœlũ diues ingredit. Petis aptã scripturã,ad hęc puerbia & ecclesię cantica? Luc. 6. Væ vobis diuitibus,q habetis cõsolationẽ vestram: Væ vobis,qui saturati estis, q̃a esurietis: Væ vobis qui ridetis, quoniã lugebitis & flebitis. Contrariũ vero vides & hic, consequenter & Matth.5.&c. Augustinus hic rogat, vter horũ bene sit mortuus. Mũdus bene mori arbitratur eos, qui in huius mundi decedunt felicitate. Ecclesia dicit beatos eos, qui in dño moriuntur: hoc est, eos q etiam in dño vixerũt, q in dño semp manserunt, & dominũ in se manentẽ semper habuerunt. Vnde ait sanctus Augustinus: Viuite bene, ne moriamini male. Idẽ (quod suprà diximus) affirmat diuites impios posthac fieri erubescendos mendicos. Vocat eñ diuitem lurconẽ, mendicũ infernalẽ. O confusionẽ & contumeliã. Quanto præstat hic esse inglorĩũ,vt claritatis futuri seculi consors fiat homo? satius est hic egere, & illic delicijs veris affluere. Lazarus in hoc seculo abominatio hominibus, post fatum factus est decus angelis. Hic linctus à canib⁹,illic ab Abrahami amplexib⁹ honorificentissime excipitur. Facesse hæresis,non delirat ecclesia,rogans pro vita functis: Et sanctus *angelus repręsentet eas in lucẽ sanctã. Administratorij spiritus sunt,in ministerium huc mittuntur, propter eos qui hæreditatẽ capiunt salutis. Gaudiũ est illis super vno peccatore pœnitentiã agente. Quanta ergo illis lætitia,quanta festiuitas cũ anima pœnitentiæ præmia capessente? Orandũ cuiuis,vt sibi animã agenti,cœlestis pater tales comites atq; duces mittere dignetur. Abrahã quis sit,ex primo libro Mosis satis superq; illucescit. Hic euangelista dicit Abrahamum & sinum & gremium habere expansum ad excipiendum beatas animas. Infernus insaturabiliter caua guttura pandit. Et brachia sua ad amplectendũ & excipiendũ filios suos extendit pater Abrahã. Qui autẽ sunt filij Abraham? Non oĩs est dñi,qui dicit, Domine dñe: sed qui facit voluntatẽ dñi,dñi est. Sic & filij veri sunt Abrahæ, qui eius pietatem referunt. Sic & saluator ait Iudæis: Vos estis filij diaboli,non Abrahæ. Item: Potẽs est Deus ex lapidibus illis filios excitare Abrahæ. Apostolus quoq; Rom.4. dicit filios Abrahæ esse eos, qui vestigijs fidei eius innituntur. Vestigia fidei pro fructibus spiritus,hoc est, pro ipsa pietate accipi, vides 2.Corinth.12. 1.Petr.2. &c. Vestigium fidei Abrahæ,est exemplum obediẽtiæ eius, Gene.15.22. Iacobi 2. Et Zachæus pœnitentia non simulata verbis, sed factis expressa,filius Abrahæ designatur, Lucæ 19. Tales Abrahæ filij, in talis patris recipiuntur requiem & consortium. Impij vero & quicunq; hypocritæ,fideiq; simulatores eijciuntur, Matt.8. Luc.13. Tertullianus multa de

Occidimus ęque oẽs, non autẽ pari omnes resurgemus gloria.

Infelices corã Deo q̃s iudicium mundi saltem felices arbitratur.

Erubescẽda mendicitas dãnatorum.

Mori be[illegible] ne qu[illegible]

Cantica ecclesię immerit[illegible] ab hæret[illegible] cis exib[illegible] Lazaru[illegible]

Abrahæ filij qui.

ta de sinu Abrahæ disserit libro q̃rto contra Marcionem, vbi sinũ eum dicit esse receptaculum fidelium animarum, in quo adumbretur figura futuri: locumq́; eum, tametsi cœlestis non sit, inferno esse longe superiorem atq; altiorem, præbereq́; refrigeriũ animabus pijs vsq; ad consummationem. Hilarius dicit, in eo loco animas iustorum tantisper custodiri, donec in regna cœlorum illis concedatur ingressus. super psalmum CX. Eius sinus item meminit super psalmum LXII. Ambrosius de obitu Valent. sinum eum dicit esse secessum animarum beatificandarũ, hoc est, æternam beatitudinem suo tempore suscepturarũ. Idem dicit de fide resurr. Sequamur Abrahã moribus, vt nos excipiat in gremiũ suũ, & tanquã Lazaron suæ humilitatis hæredem, pro prijs circũfusum virtutibus, pio foueat amplexu. Nõ enĩ nos in gremio corporali, sed in quodã bonorũ factorũ amictu sancti patriarchæ probata Deo successio fouet. Hæc ille. Augustin' quæst. euan. 2. dicit, sinũ Abrahæ esse requiẽ beatorũ pauperũ, quorũ est regnũ cœlorũ, Mat. 5. Idẽ lib. 4. de anima, sinũ eum intelligit de loco Abrahæ requiei deputato. Theophylactus continentiã bonorũ intelligit, ad quã à tẽpestate huius maris, tanq̃ ad portũ appellunt: q̃niã & in mari sinus appellamus, loca portubus & quieti apta. Sũma: Beati sunt pauperes spiritu, & ipsorũ est regnũ cœlorũ. Patet ergo, sinũ Abrahæ paratæ beatitudinis esse adũbrationẽ. Statio honorifica & festiua, vbi coeũt electæ aĩæ, vsq; dum cõsummationis tẽpus adueniat. Iterũ ex Theophylacto notãdũ, neq; Abrahamũ ociosa fide locũ eum esse sortitũ, sed opere bono, quo vagos intra tabernaculũ suũ recepit, vel coactos, quo hospitum pedes lauit, q̃ illis ministrauit, optima quæq; illis apponẽs, Gen. 18. 19. Heb. 13.

Sinus Abrahæ, qs.

Sinus maris, sinus Abrahæ habet similitudinem.

Laboremus ergo cum Abraham, Deum ipsum mercedem recepturi. Bona quies, q̃ tantum expectat præmiũ: tutum receptaculum, quod tantæ mercedis possidet tantum solatium. Felix vere, qui in tanti sui patris gremium peruenerit. Nusquam pueri melius recubant, nusquam tutius latitant, q̃ in parentum gremijs. Sequitur de diuite nepote contrarium.

Eleuãs aũt oculos suos, cũ esset in tormẽtis, vidit Abrahã à lõge, et Lazarũ in sinu eius. & ipse clamãs, dixit: Pater Abrahã, miserere mei, & mitte Lazarũ, vt intingat extremũ digiti sui in aquam, vt refrigeret linguã meã, qa crucior in hac flamma.

Vbi sunt misericordes illi, q infernum negant esse perpetuã damnationẽ? Heu mihi, pauci nõ sunt, infernũ negantes, hæretici. Sunt enĩ & eius hæresios farinæ, qui aduersus cõmunem sensum & professionẽ catholicã, purgatoriũ negant. Certũ est, eos qui hodie negant purgatoriũ, cras negaturos infernum. Vtrinq; enim vna subest ratio, auersatæ nimirum professionis catholicæ. Græcis infernum vocatur ᾅδης, Hebræis Schol. Non moueat q Hebræum Schol, etiã sepulchrũ significat. Nã & Latinis cœlum dicitur aer. Nõ sequitur tamen, præter aerẽ nullum esse cœlũ, Dei maiestatis sedẽ, vbi mansiones beatorũ variæ sunt pparatæ. Accedit huc q & Hebræis Gehinan vel Gehenna infernus est, Mat. 10. Mar. 9. Iacobi 3. Geennã Latini vocant ignem infernalẽ, quanq̃ proprie aliud significet. De igne infernali habes hic & Mat. 25. Gregorius hic disputat, vt incorporeum possit in certo loci spatio detineri & cruciari. Quæstionẽ eã ex Matt. 25. soluit, dicens: Cum ignis atq; locus ille diabolo & angelis ei' (qui & ipsi incorporei sunt) sit paratus, sequitur etiam paratum esse animabus iuxtà atq; corporibus reproborũ, quæ & ipsæ sunt satanæ angelæ atq; ministræ: per quas satan sæpenumero efficit, per seipsum quod nõ potest. Mahometh in Alcorano suo confitetẽ infernum, dicens: Quisquis peccator, q se magis, atq; magis inquinat, in igne perpetuo discruciabitur. Plutarchus in commẽtario De dæmonio Socratis, narrat Timarchum in specũ Trophonij ingressum, & posteaq̃ illinc redisset, pdigiosa dictu sibi visa, non admodum abhorrẽtia ab ijs, q̃ nostri de inferno pfitent. Et de inferno dicit Vergili':
Luctus & vltrices posuere cubilia curæ.
Pallentes habitãt morbi, tristisq́; senectus,
Et metus, & malesuada fames, & turpis egestas,
Terribiles visu formæ, lœtumq́;, laborq́;.
Quo ore ergo audent hæretici purgatorium, atq; adeo infernum, negare? Nonne & Abrahæ sinum inficiantur, dum bonorum operum merita diffitentur? Adeo hæretici vel ipsis ethnicis, campũ Elysium & infernum confitentibus, sunt infideliores, atque adeo antichristi. Sed ad diuitem inferni fomitem reuertamur, dicamusq́; illi cum sancto Augustino: Vbi est vestis byssina? vbi vita abundãs & afluẽs copijs multis? Nonne morte oĩa trãseunt tanquam vmbra? Ecce tibi Diues nepos se hic impinguauit, vt infernalẽ nutriret ignẽ: vt fœcundus esset pœnæ, crassum ventrem fouit, popã inferno gratissimã. O paupertatem, O mendicitatem. Quæritur mors, & non inuenit. Melius est non nasci, quàm ad huiusmodi

Infernũ & Purgatorium eadem peruersitate negantur.

Incorporea aĩa in iferno detineri & cruciari potest.

Sinũ Abrahæ qui negent.

Nepos, teda infernalis picata.

nasci pœnam. Pauper in hoc mũdo aerem & somnum cum diuitibus habet communem: nec vnda, nec pluuiarum guttæ miseris negari possunt. diues in inferno ne guttulam quidem aquæ minimam ad refrigerandam linguam habuit, nec somnum inuenire potest, nec mortem. deniq; nec aura, quæ (teste Nasone) est reqes labori, contigit damnato. Accedit ad pœnæ cumulũ, ꝙ Lazaron vidit in tãtis gaudijs. Recte & hoc: nam & Lazari pœna hic vel inde suc creuit, ꝙ diuitem subinde vidit in tãtis delicijs. Quod dis Abrahamum patrem vocat, videmus Iudæũ, circuncisum, fide non inanẽ, nõ vacuũ: vanũ vero operꝫ bonorꝫ, & virtute nudũ, quippe qui in cœlo nõ thesaurizauit, qui depositum certum non habuit apud fidelem Deũ. Miserere mei, ait. Ecce tibi, credit Deum misericordem. At quare credenti misericordiã esse apud Deum, misericordia negatur? Psal. 58. Nõ miserearis oĩbus qui operant̃ iniquitatẽ. Iaco. 2. Iudiciũ sine misericordia illi, q non facit misericordiã. Eccl 18. Ante iudiciũ qui nõ parat iustitiã, confundetur. Mitte Lazarꝫ. Præclarus ille Azotius vilissimũ hoĩem in gremio Abrahæ cernẽs, mirabat̃ rerꝫ commutationẽ. Putabat, secũdum huius seculi ritũ, eum sibi locũ iure deberi, mendicos et infimos etiã in alia vita sibi suiśq; similibus posthabendos putabat. Sed animaduertẽs secus euenire sibi & Lazaro, sensit mundi iudiciũ esse vanum, vidit se delusum. Incipit ergo, pudore omni abiecto, mendicare & mendici fieri mẽdicus, infimũ Lazaron sibi mitti rogãs. Supbus humiliatus, sed serius, q̃ ad meritum eius facere possit. Et forte non rogabat sibi mitti aliquem ex suorꝫ compotorum & congerronum numero, quos præmisit, quia neminem horũ in gremio Abrahæ felicem vidit. Mimę itidem, helluones, citharœdi, *chelij, & hoc genus hominum, subinde ad cõuiuia optimatum vocantur. Vnde ait Poeta:

Quis deuium scortum eliciet domo
Lyden? Eburna dic age cum lyra
Maturet, in comptum Lacænæ
More comam religata nodum.

Neminem & ex hoc grege in Abrahę vidit cõsortio. Lazaron vidit, illũ sibi legari supplicat. Cupit autẽ mitti, vt intincto extremo digiti aqua, linguæ suæ refrigerium aliquod præstet. Iam non facit nauseam palato delicati ditis, purulentia vulnerũ mendici. Iam per digitos eos refocillari cupit, quos antea videre non potuit sine abominatione. Non rogat macteam aliquam, nõ artocreas, non tuceta, non salagma, nõ melicraton, non defrutum, non vinum Creticum, aut aliquid cæterum hoc genus cibi & potus preciosioris, cui à puero assueuit: quia conscientia trepidabat, timuit se frustra magna petere. Gregori⁹: Stillam aquę rogat, qui micam panis non dedit. Obserua iterum: Rogat guttulam aquæ, qui apothecam plenã habet vino. Sed domini est terra & plenitudo eius: quod attendite diuites, quod hic tãdem discite opulenti. Nõ sunt vestra quæ hic possidetis, alioqui quomodo diceret vobis: Stulti, cui congregastis hęc oĩa? Anonymos heros, paucis ante horis talem non sperauit miseriã. Audite infernalis mendici vocẽ, qui iam fidutia magna optima vobis quæq; promittitis, o Mãmonistæ, o Sodomitani ciues. O insani, ait S. Augustinus, non obstupescitis, nõ attonitos vos reddit, nõ deterret vox Christi: Stulte, hac nocte repetẽt animam tuam abs te, Luc. 12? Quod si non credis euangelio, vel experientię, quã ob oculos quotidie vides, crede, & ad te ipsum tãdem redi, aut salamandri ingenium tibi cõpara. Sed neq; salamandri natura ab hoc igne tuta fuerit, ꝙ vel diabolum ipsum exurit. Age ergo pœnitentiã, age Lazaron ciba: quod nisi feceris, Tantalus fies. Crede veritati, dicenti: Amen dico vobis, si quis dederit haustum aquæ frigidæ in noĩe meo, mercedẽ suam non amittet, Matt. X. Sed quare linguæ saltẽ refrigeriũ petit? Lingua præ cæteris torquetur membris, iuxta hoc: Quo quis magis peccat, eo ipso membro maiora supplicia luet. Vltrices flammę (vt ait S. Gregori⁹) miserẽ torsere linguam optimis quibuscunq; assuetam. In conuiuijs item vrbanitas, facetiæ, ioci, non infimam laudem sibi vendicant. Bene item poti, vel de criminibus commissis se iactare solent. Insuper etiam hic detractio & blasphemia oĩs regnat. Viderint noui euangelici, qui peccata venialia non curant, quiq; bona opera protegendi virtutem habere negãt. Antichristis talibus aures suas nemo accõmodet: qui vero sapit, Christum audiat, amicosq; sibi de mammona iniquo faciat, Lucæ 16. Sequitur:

Nepos damnatus Iudæus fuit.

Superbi in inferno humiliantur tandem.

Lingu frigeri posci dãnatus nepos gatur.

Et dixit illi Abrahã: Fili, recordare q̃a recepisti bona ĩ vita tua, & Lazarus similiter mala. Nunc autẽ hic cõsolatur, tu vero cruciaris. Et ĩ his omnibus inter nos & vos chaos magnum firmatum est, vt hi qui volũt hinc transire ad vos, non possint, neq; inde huc transmeare.

Tanta ne animis cœlestibus inclementia? Gregorius ait, Erectos per iustitiam iudicis, ad clamores damnatorũ obsurdescere,

re, nec vlla misericordia tangi. Pendent e Dei nutu, iustificant & comprobant Dei iudicia. Respondet itaq; Abraham verbis Dei ijs, quæ sunt Matth. 25. Roma. 14. 2. Cor. 5. Non insultat damnato inhumaniter & inique, sed modestissime respōdet: Fili, recordare. Filium vocat, quem secūdum carnem & sacramentum circūcisionem, sobolem suam agnoscit. Subijcit ergo causam condemnationis, dicens: Recordare, qa recepisti bona, acsi dicat: Memineris purpuræ & byssi, subeat tibi assiduæ voluptatis, quorum ego tibi exemplum non reliqui. Affuesce malis, q bonis es defunctus. Ecce ego & filij mei vere mecū. Ego obediui Deo, obaudierunt & illi filij mei. Circūcisi siqdem, eius rei signum acceperunt: tu, quoniam satanæ secutus es consiliū, in satanæ pœnæ p uenisti consortium. Confer voluptatē cum pœna. Stipendium peccati, ignis, æternum. tolle & sustine quod tuum est auctoramentum, & tace. Recordare amice, q̄ nō solum identidem pergræcari es solitus: sed & hoc succurrat, q̄ melitæos catulos, plaudos, vertagos, & canū vim Lazaro prætulisti odoram. Fieri ergo non potest, vt duos cœlos succedentes sibi habeas: nec item fieri potest vt exores, q pauperum clamoribus aures semper clausisti tuas. Vnde inter nos & vos chasma ingens atq; chaos confusum firmatum est, vt ij q volunt hinc transire ad vos, non possint. Tam non possunt qui hic sunt, ad vos descendere, q̄ ij qui apud vos istic sunt, huc adscendere. Homines qdem & eadē caro vtriq; sumus. Vnde si per Dei iudicium imperscrutabile liceret, cuperemus vobis consultū: sed discreuit nos iustitia iudicis iusti, ne vnquā coeamus. Chaos dicitur discretio istæc propter irreuocabile Dei iudiciū. Hiatus siue vorago dicitur propter perspicuitatem, qua & dānati beatorum, in suæ pœnæ augmentū, beatitudinem vident, & beati damnato℞ supplicia concernunt, sed citra gloriæ suæ fraudem, immo in gloriæ suæ illustrationē & incrementum. Theophylactus confutat hoc loco Origenistas, q post longum aliquod tēpus etiam damnatis Dei promittunt misericordias. Ignis infernalis est æternus, Matthæi 25. Esa. 66. vocat inextinguibilis. Marci nono, ex Esaia ita vocatur. De hoc igne ait Apostolus 2. Thessalo. 1. Daniel propheta cap. 12. futuram quoq; vitam vocat interminabilem, accedens ad hoc quod dicitur Luc. 10. Ioan. 6. 2. Cor. 2. Galat. 6. Ambrosius primo officiorum, hunc locum fusius prosequitur, & hoc potissimum euincere studet, ne pij scandalum patiantur, videntes impios in hoc seculo florere. Hic locus est sanctuariū hoc thesauro℞ Dei, quo qui cum psalmographo intrauerit, Psalm. 72. scandalorum securus erit omnigenum. Solatur itaq; hic Ambrosius miseros, dicens: Horum (puta diuitum) requies in inferno, tua in cœlo: Horū domus in sepulchro, tua in paradiso. cap. 16.

Iudicium Dei in damnatos iustum.

Naturaliter etiā cupiūt saluari damnatos, beati.

Chaos, qd dānatos ab electis discernit, quid.

Misericordes hæretici confutantur.

Et ait: Rogo ergo te pater, vt mittas eum in domum patris mei. Habeo enim quinque fratres, vt testetur illis, ne & ipsi veniant in hunc locum tormentorum.

Epulo locuples, inferni ignis fomes, videt chaos, contemplatur chasma, audit sententiam, sentit conscientiam, audit sibi Dei sentētiam declarari, sentit conscientiam se stimulari, & à vermibus eiusdē se mordicus arripi. Cessat ergo precari pro se, pro fratribus vero orare præsumit suis. Et hac oratione ostendit, damnatorum pœnam non solum succrescere visione beatorum, sed & duplicari damnatione eorum quos in peccatis comites habuerunt, vel quo℞ præuaricationi ansam dederunt. Hac in re hæreticis pręcipue timēdum: neq; eñ facinorosi malo exēplo tantū nocent, quantū malo documento hæretici. Viderit quisq;, dum adhuc videndi & conuertendi tempus est, ne vel exemplo vel documento scādalon occasionem administret.

Dānatorū pœna accidentalis crescit subinde.

Felix, quem faciunt aliena pericula cautū. Mirum, hoīem in tantis supplicijs & in tanta confusione, integra adhuc mente, talia posse pspicere. Corpus anonymi ditis iam putrescit, anima ignit & torquetur: & nihilominus virium suarum compos, sensu suorum tāgi, illis prospicere, & de illis solicita esse potuit. Sic Deus ad pœnas sustinendas æternas sufficere vult. Et si tāta facultas contingit damnatis ad suppliciorū redundantiam, quis dubitet maiorem concedi beatis ad eorum vbertatem gloriæ? Et qd non videant, qui ante speculum, in quo omnia relucent mysteria, adstant? Animæ tantæ potentię relictæ, pœnam (quod dixi) augent. Plus satis fuerat diti dānato sua pœna: sed ecce tibi etiam accedit aliena. Hic videmus infandum blasphemare, in suum maximū malū, eos q dicunt, Sacerdotes infernū feruidiorem facere q̄ existat. Diues nepos iam ei rei experientiam sortitus, testatur longe magis ęstuare, quàm & dici aut credi possit ab hoīe. Sed qd est, quod Lazaron sibi vsq; officiosum cupit? Nōne & hoc facit ad pœnæ exaggerationem? Adeo non habuit in numero electorum obęratum sibi. Offendit omnes, infensos habuit oēs. Qui Deo soli peccat, vnà cum Deo sanctorum cuneum exacerbat omnem.

Anīæ suę potentiæ manēt etiam in inferno.

Vulgi maxima blasphemia, inferni ęstus extenuans.

Et ait illi Abraham: Habent Mosen & prophetas, audiant illos.

Non tacet quidem Abrahā, sed non exaudit, & preces dānati tanquā vanas reijciens, sana subindicat, si non profutura dānato, certe semper commoda saluandis. Orat pro Sodomiticis & Gomorrhæis, q̄ sese pascunt in diem occisionis. Respondet Abraham: Fili, salutare quidem esset germanis tuis, à voluptuosa ad frugi vitam redire: sed illius ergo, nō video quare Lazaron e gremio meo in mundum rursum emittam. Neq; enim est in fatis, vt mortui regnū cœlorum prædicent Moses & prophetæ suos prædicatores habent à Deo rite vocatos, sacerdotes & scribas: eos audiant. Adde ꝙ non conueniant mendico tales partes. Nihil legi Dei addendum, decidendum nihil. Moses ergo rite e sacerdotib⁹ audiatur, & ꝓphetæ. Legat, qui hoc potest, vtrosq;. Moses quinq; libros præceptorum Dei, numero sexcēta & tredecim, conscripsit. Prophetæ legis Dei interpretes, præcepta ea breuissima methodo sunt complexi, charitatis nimirum solius Dei & proximi. Hos si fratres tui audierint, in locum eum pœnalē non deuenient: sin, ea eos manent supplicia. Abbreuiatus sermo charitatis, hoc Moses pauperes præcipue commendat diuitibus, Exod.22. Leuit.19. Deuterono.15. Et Dauid ait: Dispersit, dedit pauperibus, iustitia *Dei manet in seculum seculi. Maximo encomio eleemosynam extollit idem Psal.48. Esa.1. 58. 59. Hiere.5.7. Ezech.18. 22. Amos 5. pluribus idem agunt. Audiant eos, & bene illis erit. Audiant & sapientes pios, potissimum vero Ecclesiastic.6. Summa: charitas, benignitas, humanitas, abstinentia, & hoc genus virtutum, legenti Mosen & prophetas, nusquam non occurrunt. Eos ergo si audierint, monitis eoꝝ si acqeuerint, iustorum recipient mercedem.

Euāgelij ꝑdicatio nō omnibus cōcessa est.

Eleemosyna nobis cōmēdatur.

At ille dixit: Non pater Abraham, sed si quis ex mortuis ierit ad eos, pœnitentiam agent.

Abraham tanquā propheta (Gene.20.) non solum patriarcha magnus, amicus Dei omnipotentis, vanus monitor diuiti fuit epuloni: qd ergo apud suos Moses & prophetæ efficient? Dis ipsi Abrahamo se admonitorem obtrudit. Non, inquit: sed si qs ex mortuis resurrexerit, persuaserit. Mosen & prophetas vsque ad satietatem, immo etiam vsq; ad nauseam, audierunt. Operæpreciū itaq; fuerit, vt ex mortuis aliqs illis, quæ & quanta supplicia impœnitentibus sint parata, indicet. Iam omnium est vox: multa scripta sunt, & docētur plurima: sed qui ex mortuis redierit, futurum statum significauerit, nemo vnquā prodijt. Vsq; in hodiernū diem vox illa increbrescit, etiam in ecclesia. Adeo fides non est omniū, adeo lata est via quæ ducit in perditionem. Audiuit & venter purpuratus Mosen & prophetas, circūcisus itē fuit, sed semper purpuratus aqualiculus permansit. Ex se ergo fratrum suoꝝ animos æstimabat, sciens eos verbo Dei parum tribuere. Neq; hoc prætereundū est, ꝙ operosæ pœnitentiæ mentionē facit. Sensit, sed serus, qd sibi defuerit. Credidit pœnitētia Deū placari, sed opera pœnitētiæ nō edidit. Pœnitētię fructū sibi defuisse cōperit, pœnitētiæ ergo fructus fratrib⁹ suis optat. Q.d. Pœnitētia me in Abrahę sinū perduxisset, impœnitēs cor in hunc locū pertraxit: solam ergo pœnitentiā fratribus meis velim persuasam. Discat hic catholicus, q̄ salutare sit pœnitere: videat, q̄ nouum euangelion sit pestilens, opera pœnitentiæ eleuando. Monachi exititij perfidum hominū genus, instar viperę aduersus pœnitētiam, Dei gr̄æ illicem, sese obdurat, alijsq; naufragis hanc salutarem tabulam auferre conatur, vel ipso damnato potatore nobili peius. Sequitur:

Opera pœn[...] tia.

Ait autem illi: Si Mosen & prophetas non audiunt, neq; si quis ex mortuis resurrexerit, credent.

Ex verbis Abrahami sine negocio colligimus, verbum dn̄i permansurum æternum, Deuterono.13. Nemo quærat à mortuis veritatem. Esa.38. Infernus (ait Ezechias) non confitebitur tibi. Viuens confitebitur tibi, sicut & ego hodie: pater filijs notam faciet veritatem tuam. Nihil itaq; rei mortuis & viuis. Contactu reliquiarū mortuus qdam redanimatus est, sed quæ inde pœnitentia secuta? Quę metanœa digna secuta est resuscitationem puellæ, adolescentis & Lazari? Prophetæ mortui, etiānum prędicant & miracula edunt, Ecclesiast.29. Moses adhuc voce magna clamat. Esaias exaltat quasi tubam vocem suam. Audiatur Moses impijs maledicens, Deuterono.27. Audiantur prophetę Esaias & Hieremias, Tophet siue Thopthe describentes, Esa. 30. Hiere.7.19. Quod si impij auribus grauiter audiunt, non illorum gratia sua iudicia reuocabit diuina sapientia. Impios hic conuenit diues Comedo, cui nisi credant, propediem iudicem experientur. Sed qd tandem est vere credere? Pœnitentiā agere. Non hoc Crassus ille damnatus solum docet. Zacharię filius, Ioannes Baptista magnus ille, idē docet. Hoc quoq; docet ipse Christus Matthæi 3. Marc.1. Lucæ 3. & 24. Beatus qui intelligit.

Morti[...] redi[...] & [...] rū [...] frat[...] cau[...] & [...] indic[...]

Vera [...] dei [...] re pœ[...] tentia

Alle-

ALLEGORIA.

Allegori cos nepos diuitis significat Israele & h. paucos.

Ambrosius, Augustinus, Gregori⁹, Theophylactus allegorice hanc lectionem accipientes: diuitem, populum Israelicum significare dicunt, carnalem illum, in litera legis inflatum, cæteras gentes præ se tanq̃ famelicas contemnentē, immo tanquam canes, quos ne micis quidē neglectis dignos censeat, auersantem. Tandē vero dñs e stercore pauperes erigens, gentibus contemptis misertus, eos illuminauit, superbos & delicatos Iudæos æternis tradidit tenebris, Lucæ 1. Psal. 58. Peculiosus ille lurco, etiā hæreticos significat. Prænitēt illi catholicis Lazaritis miseris. Trilingues sunt hæretici, in omni genere disciplinæ exercitati sunt, & id etiam videri volunt, vnde papistas subinde asinos vocāt, nihil illis eruditiōis tribuentes. Spurius Philistæus immani est corpore: nec id mirum, multos habuit viros mater eius, multos habuit patres meretricis filius. Nisi solum patrem habuit pusillus Dauid, honestæ mulieris filius. Ambrosius: Diues, inqt, hæresis euangelia multa composuit: pauper fidelis hoc solum euangelion tenuit q̃d accepit. Diues philosophia plures sibi Deos facit, pauper ecclesia vnū Deum nouit. Hodie iactāt se illuminatos. Germaniam euangelion vnquam audisse negant, Romam acephalam sedem esse eblaterant, Lutherum veritatis caput proclamantes, in hęc fere verba:

Salue salue mi Luthere,
Cuncti tibi dicunt, Chęre
Veritatis columen
Io Io.

Vnde & hoc est, ꝙ secta ea subinde nos, qui ecclesiæ filij esse cōtendimus, vltro citroq́ insectatur. Audiant ergo quid dominus dicat: Nonne q prædaris, prædaberis? Item: Dicis, q̃a diues sum & locupletatus, & nullius egeo: & nescis, q̃a tu es miser & miserabilis, & pauper & cæcus & nudus. Valeat ergo diues ille Lutherus, & locuples Carolstadius. Dñs Deus det nobis, vt cum paupere Martino, & cum inope Nicolao, cum misero Paulino, cum mendico Francisco, Dñico, Benedicto, Bernardo, &c. in catholicæ matris gremio expectemus omnis boni retributorem Deū vnum in sancta Triade, patrem, filiū & spiritum sanctum. Cui laus sit & gloria in æternum. Amen.

DOMINICA II. POST TRINITATIS,

Euangelium Lucæ XIIII.



HOmo quidam fecit cœnam magnam, & vocauit multos: & misit seruum suum hora cœnæ dicere inuitatis, vt venirent, quia iam parata sunt omnia. Et cœperunt simul omnes excusare. Primus dixit ei: Villam emi, & necesse habeo exire & videre illam. Rogo te, habe me excusatum. Et alter dixit, Iuga boum emi quinq;, & eo probare illa. Rogo te, habe me excusatum. Et alius dixit: Vxorem duxi, & ideo non possum venire. Et reuersus seruus, nunciauit hæc domino suo. Tunc iratus paterfamiliâs, dixit seruo suo: Exi cito in plateas & vicos ciuitatis, & pauperes ac debiles, & cæcos & claudos introduc huc. Et ait seruus: Domine, factum est vt imperasti, & adhuc locus est. Et ait dominus seruo: Exi in vias & sepes, & compelle intrare, vt impleatur domus mea. Dico autem vobis, ꝙ nemo virorum illorum, qui vocati sunt, gustabit cœnam meam.

PRAEFATIVNCVLA.



MAIOR pars vulgi, parum fructus ab audito refert euāgelio, quia non audit ardenter, neque libenter. Audit ex sola consuetudine, non sine tędio. Ecclesiam siquidem intrat corpore, animo domi manente, aut in agro, aut in alio quopiam negocio vagante. Sic verbum Dei auditur ab oībus, id est, per tempora oīa. Sic à puero sacra eloquia audientes, senescit bona pars vulgi, nec tamen adultæ perfectionem ætatis sibi comparat. Videas complures capulares senes, silicernia ipsa, qui ne ipsius q̃dem fidei catholicæ prima didicere elementa. Sanguineis lachrymis quod vel ipsi Heliæ est deflendum. Turcæ maiori feruore suum Alchoranum audiunt. Iudæi feruidiori studio Mosen suum addiscunt: nos & Iudæis & Turcis scandalo sumus, qui fabulas quascunq; euangelio Christi præfecimus. Hæc dico, vt quisq; seipsum probet, deq;

Verbum Dei cōdigna diligētia paucissimi audiunt.

deq́ꝫ suæ profectu religionis periculum faciat, quàm huius mundi fluxa oĩa ęternis præferat, quibus armis, hæreticis operum bonorum meritum extenuantibus, immo etiam negantibus, possit occursare, quanta fidutia, quantoq́ꝫ amore gaudeat aduersa oĩa pro veritatis orthodoxæ assertione subire. Hic si frigidiusculũ & nihil à virtute euangelica referentẽ inuenerit, sese accuset: Deum suam gratiam efflagitet. Prælecta iam est parabola, arcanorum prælibatorũ fœta: semen vitæ, verbum iucũdum & salubre, audiuimus. Faxit Deus corde bono & optimo cupiamus. Amen.

Homo quidam fecit cœnam magnam, & vocauit multos.

Verba præsentis parabolæ ita prolata sunt, vt propemodũ res gesta videantur. Certo Dei consilio hoc factũ: nempe vt videamus, omnes damnatos sua ipsorum culpa dãnari. Si volueritis aut audieritis me, bona terræ comedetis, Esaiæ 1. Alibi: Noluerunt audire vt bene agerent. Mala bonis præferunt, tenebras luci posthabent. Sapientiam (Prouerb. 5.) oĩe bonum multis parasangis superantẽ, benedictionẽ præcipuam Dei, stultus Esau iusculo lentium vendit. Aegrotus medicũ vitat, malens perire, quàm curari. Hoc ipsum præsens lectio declarat: ipsam (quantũ dabitur) ad verbum prosequamur.

Homo quidã. Homo ille Chrs est Iesus, verbũ e virgineo sanguine caro factũ: Homo, non Apellis phantasma: Homo, nõ Valentini cœleste aliquod corpus. Nõ tamen homo Carpocratianus, de vtroq́ꝫ sexu genitus: sed quidam mirabilis conditionis, homo admirabilis, verbum per spiritum sanctum conceptum, ex Maria virgine homo natus: Christus Messias, promissus saluator huius seculi. Non Messias, qui secundũ Paulum Samosatenum initium ex Maria sumpserit, sed qui secundũ hoc quod verbum est æternũ, in principio fuit, idq́ꝫ apud Deum, Deus. Homo, sed & Deus verus, mediator nimirum Dei & hominũ. Homo de quo dicitur, frater non redimet, redimet homo. Quidam homo, admirabilis homo, de quo tam mira prædicantur, superbis in iudicium, submissis in auxiliũ & salutem.

Cœna magna ẽ ecclesia. Cœna magnifica, est regnũ Dei in hac terra, q̃d vocatur ecclesia catholica, sanctorũq́ꝫ communio. Regnũ hoc conuiuio lautissimo, non labori difficili, non operi molesto confertur: in quo non operarij difficiles, sed conuiuæ ouantes conspicantur. Hic panis vitæ, hic calix salutaris, verbũ, sacramenta, & omnigena bona, esurientibus replendis commoda. Regnũ Christi dicitur cœna, quia institutum in vltima ætate mundi, in seculorꝫ vespera. 1. Ioan. 2. Filioli, hora nouissima est. 1. Corint. 10. Fines seculorꝫ in nos deuenerunt. Prãdiũ præmissum, cœnæ iam instat tẽpus. Cœnã nihil, nisi quies, sequi potest. Nouũ testamentũ terminus est, cui nihil porro impẽdet. Cœna ergo dr, vt postcœniũ tenebricosum atq́ꝫ adeo exitiosum Saracenici Alcorani condẽnetur, & vt comessatio serotina ac per hoc superuacanea & deplorata taxetur, & æternę damnationi obnoxia ostẽdatur. Qui pergræcantur, noctu pergræcantur. Nox nihil moderabile suadet, iuxta poetam. Et alius dicit:

Heus tu fallaci nimium ne crede lucernæ,
Iudicio formæ noxq́ꝫ merumq́ꝫ nocet.

Summa: Nihil luci & tenebris. Vnde nox quieti data est, præuaricãtur lychnobij, noctu sese ingurgitãdo. Vocatur & regnum Christi prandiũ Matth. 22. quia mysteriũ euangelij etiã in retro seculis fuit reuelatũ, sed non in tanta plenitudine, atq́ꝫ in cœnæ tempore, vt dicit Theophylactus. Proprie vetus lex dicitur prandium, q̃ illi noua erat succenturianda. Vetus, quatenus corrigi debuit, quatenus eius imperfectio reficienda erat, prandiũ dicitur: quanquã ad noui testamenti plenitudinem collata, vix ientaculum atq́ꝫ merenda videatur. Euangeliũ cœna recta, quia in ea prædicatur gratia plena. Cœna magna, q̃ non in sola Syria, sed in vniuerso terrarũ orbe promulgata tanta gratia. In semine Abrahæ promissio, benedicendæ omnes gentes, Gene. 15. Roma. 4. Galat. 3. Vocati multi. Bene multi, quia exhibitor conuiuij ait: Prædicate omnibus creaturis. Vocauit multos, vocauit complures, non omnes: quod intellige de culpa vocatorum, non de illiberalitate vocantis, qui omnes homines vult saluos fieri, 1. Timo. 2. qui etiam sub nomine omniũ creaturarum, vniuersum genus vocauit humanum, Hebræos, Græcos, barbaros, Scythas, senes, pueros, seruos, liberos, masculos, fœminas. Sic & intelligendum, quod de calice eucharistiæ dicitur, Qui pro multis effundetur. Suffecit, immo superest effusio sanguinis omnium peccatorꝫ ablutioni, quantum ad effectum: sed sic plurimi sunt affecti, vt perlui nolint. Et quid vetet hominem in Bethlehemiticũ ire stabulum, & in montem caluariæ exire, Christiq́ꝫ improperia cum Simone portare? Verum si qui non exeunt, vrbica voluptate retinentur. Sic etiam nihil vetat omnes ad cœnam magnam, omnibus sufficiẽtem, venire: nisi prauus cuiusq́ꝫ emanentis affectus, ipsius satanæ suggestionibus infectus, de quo infrà. Nunc breuitatis causa ad sequentia abeamus.

Prãd... voca... magn...

Quo... do... Scri... v... adu... m...

Et misit seruum suum hora cœnæ, dicere inuitatis vt venirent, quia iam parata sunt omnia.

Serui ad cœnā magni vocātos, qui.

Christum Iesum, verũ Deum & hoīem, δειπνοποιὸν, hoc est, cœnæ præparatorē esse, vestra charitas audiuit. Nunc quis seruus sit, obseruandum. Apostolorum senatus, euangelistarum ordo, discipulorũ corona omniũ, vnicus hic seruus dicitur, quia nisi vnica est columba. Adeo nihil ecclesiæ & sectis. In parabola nuptiarũ plures serui commemorantur, vt prophetarũ & apostolorum fieret discretio: non spiritus, sed ministerij impfectioris & perfectioris. Hic vnũ saltem seruum mittit, in singulari numero etiam veteris testamenti ministros cõpræhendens. Nam & hic & Matth.22. vbi de nuptijs agitur, tēpus gratiæ noui & æterni testamēti, regnũ Christi intelligitur. Adest iam seruus ille vnicus (cui tamen olim Moses fuit præuius & prophetæ, corona apostolica sacra: hora item cœnæ δείπνητος, hoc est, tēpus cœnæ adest. Incepit hora ea ante mille & quingentos annos, in die nimirum Pentecostes, quando spiritus sanctus apostolis illabebatur, nouo eos musto inebrians, linguisq; ardentibus donās. Tempus gratiæ est, de quo dr̃ Esa.49.2.Cor.6.

Seru' vnicus mittīnos vocare ad cœnam magnam.

Hora cœnæ.

Vocati q.

Qui autem sunt vocati? Quos Moses & prophetæ ante vocauerũt, pplus sunt Israeliticus: populum eum, iam instante cœna, vocauit vnicus vnicæ atq; adeo veræ religionis minister. Vocat autē vt venirent, vocat gratis, nullum commerciũ & recõpensationē poscit, nihil vocatos adferre iubet, sed venire præcipit: quod vt volentes præstent, addit inuitationi, parata esse oĩa. Paratos, & non turbatos, parata cœna conuiuas requirit, hoc est, gratos & voluntarios. Breuis valde est vocatio, sed locuples sensu: eius itaq; exegesin subijciendā puto. Viri fratres, scitis Heuę semē, quod & Abrahæ est, contriturum caput serpentis, & in eo benedicendas omnes gentes, Gene.3.15. Scitis resuscitandum prophetam de medio vestri, atq; eum vobis loco Mosis audiendum, Deutero.18. Præterea clam vobis non est, quæ & verbis & scriptis de Messia prædixerint prophetæ. Potissimũ semen hoc Heuæ, semen item hoc Abrahami, prophetam illum, Messiam illum, hoc nostro, in quod incidimus, tēpore (iuxta vaticinia Iacobi & Danielis Genesis 49.Dañ.9.) fore nasciturum, idq; in Bethlehem, Micheæ 5. Messiam eum atq; prophetā euangelizaturum, Esa.35. miracula facturũ, Ibidem, occisum iri, ibidē, à morte resuscitandũ, Oseæ 6.13. Psalm.15. Hæc & hoc genus plura de

Vocatio eius verba.

Messia Dei gratia, crebra vobis prophetarum inculcatione innotuere. Insuper & vobis liquet, in propatulo esse, Magos ab oriente venisse, & de Messia nato scrutatos esse, pastoribus Bethlehemitanis gloriā Dei illuxisse, atque illis de Messia nato angelos euangelizasse. Nec item latet vos, quem Simeon venerabilis presbyter in vlnas suas exceptũ puerulum Messiā sit testatus. Quē vobis Messiā Ioannes Zachariæ filius commonstrauerit, equidem compertum habetis. Denique & vos ipsi noscitatis, quisnam se filiũ Dei, non dixerit, sed fecerit. Et quem innocentissimũ turpissima morte condemnando cruci affixeritis, non ignoratis. Demũ solis deliquiũ, terræ vniuersæ commotionē, scissuram veli templi & lapidum apertionem monumentorũ, & reliqua, quæ tunc cũ Iesum Nazarenũ regem vestrũ misere in ligno occideretis, accidere, portenta plurima negare non potestis. Postremo omnium, & hoc q̃d pręcipue timebatis, & quod Iesus ante prędixit, se nimirum tertia die à morte resurrecturum, euenisse omnibus cõstat, etiã ethnicis. Nũc vero attēdite hunc esse lapidem illum, iuxta prophetam Dauid, reiectũ ab ædificantibus, & factum in caput anguli, nec esse in alio quopiã salutē. Viri fratres, libere & hoc dico, q̃ Dauid ipse defunctus est & sepultus, cuius sepulchrum apud nos est vsq; in hodiernum diem. Corpus quoq; eiusdem cõputruisse, coram cernitis. Iesus itaq; Nazarenus, est sanctus ille, de quo Dauid vaticinatus est, dicens: Non dabis sanctũ tuum videre corruptionem. Sanctus hic non cõputruit vnus, quia peccato caruit vnus. Vnde & iuxta scripturas resurrexit, & adscendit in cœlũ, sedetq; dexter Deo patri omnipotenti. Postremo omnium, & e cœlo spiritum suum (iuxta Iohelē) nobis misit, testesq; omnium præmissorũ constituit. Atqui fratres scio q̃ ignorātes regi glorię man' intuleritis: pœniteat ergo vos, & cõuersi, baptizemini in noīe Iesu, vt deleant̃ peccata vr̃a. Apparuit benignitas Dei erga vos, Tit.2.& 3. nouum testamentũ præ foribus est Hiere.31. ablatum sceptrũ à Iuda tēporale, instat spũale: facite ergo, vt huic regno per baptismi sacramentum inauguremini. Vocauerunt ad hoc regnũ vos olim prophetæ venturum, nos ad id ipsum iam instans eodē cũ pphetis spũ vos vocamus, & dicimus: Venite, ecce parata sunt oĩa. Ne dubitetis: Vos ipsi vr̃as consulite scripturas, & videbitis vatum oracula de Messia præmissa, in Iesu Nazareno completa esse oĩa. Audistis illũ in cruce hoc ipsum dicere, Cõsummatũ est, Ioan.19. Iesus iam glorificatus, Spũs sanctus datus, claues regni cœlorũ commissæ

ni-

nihil restat, nisi vt Christo nomina detis. Appræhendite disciplinam, adorate pure, suscipite filium, ne irascatur pater, & pereatis de via iusta, Psal. 2. Hæc apostolica inuitatio. Videamus quid inuitati & dixerint, & fecerint.

Et cœperunt simul omẽs excusare.

Opipara cœna Christi magna.

Deflendum malum, hoc est de quo suprà semel atq; iterũ dixi. Vocati sunt, obsonia oĩm delectamentoꝝ parata esse, horã cœnandi instare illis indicatum est, iussi venire, nullam mercedem adferre moniti. Mundi siqdem amatores eguerunt omnes, quantumuis diuites: q vero in Christi cœnam perueniunt, non minuentur omni bono. Vocantur ergo, vt gustent & videant, quoniam bonus est dominus, Psal. 35. Gustent, & Christi regno cõsortes fiant. nam qui eius carnem & sanguinem edit, in illo manet, Ioan. 6. Sic regnum cœlorum, Saræ filijs est denũciatum & oblatum: ipsi vero, Agar ancillæ filij esse malunt, discipuli & serui Mosis mori. Semel ancilla, nunquam hera: semel seruus, nunquã dñs. Quærentes iustitiam suam, ad Dei iustitiã nõ ꝑuenerũt: abusum hunc literæ, sequebatur alius: seruitutem carnalis literæ, sequebatur seruitus Mammonæ & Voluptiæ misera. Deprauati itaq;, & in mundi vanitate absorpti, sese excusare cœperũt. Excusatur promissio terræ Canaan, promissio fructuũ terræ, promissio vxoris & liberoꝝ, nouellas oliuarum referentum. De hoc carnali sensu & excusatione hic agitur. De homicidis illis, q seruos ad se missos, cæsos lapidauerunt, vide Matth. 21. 22. Et forte eadem acerbitas Iudæos non exasperat omnes, nec idem liuor vexat vniuersos. Lucas hic in genere agit de causa excæcationis. ipsam audiamus.

Excusant vocati terram promissam.

Primus dixit ei: Villam emi, & necesse habeo exire, & videre illã. Rogo te, habe me excusatum.

Villã mercari quid.

Non odio veritatis quidem, sed amore vanitatis Apella primus emanet. Villã mercatus sum, ait. Syriæ regnũ ex mercede pacta mihi debetur, terra Canaan mea est. Adeo excæcat regiæ maiestatis splendor Agarenos, q olim dixerunt: Constitue nobis regẽ, 1. Re. 8. Iesum Nazarenum, huius mundi pompam damnantem, abiecerunt, dicentes: Nolumus hũc, sed Barabbam saluum volumus. Liberi spiritus fuit Gedeon, qui dixit, Non ego dominabor vobis, nec item filius meus, sed dñs Deus dominabitur vobis. Et regalis vox, dicens: Vermis sum, & non homo. Quæ ergo, malum, ambitio, qua inter vermes vermis dominari cupit? Reges gentium, ait, regnandi cupidine vexãtur. Benefici vocari gaudent: vos autem non sic. Accedit ꝙ principio ecclesię nõ sine capitis piculo Christũ licuit profiteri. Huic quàmprimũ quis nomẽ daret, proscriptus, & anathema capitis, & rerum discrimen subijt. Iterum euangelium vult, vt omni poscenti nostra, demus, nihil possideamus, &c. φιλότιμος nobilista, audiens tale esse euangelij ingenium, ipsum auersatur. Et qs est qui nõ hac peste laboret? Nam iuxta Comicum & ille ferocit, cui imperium vel in beluas cõtigit. Non mentitur philosophus, 6. Topicoꝝ dicens: Oẽs honorẽ appetunt. Et non delirat Horatius, dicens: Sed fulgente trahit cõstricto gloria curru, Non minus ignotos generosis.

Hinc est ꝙ perpauci ex animo amplectuntur euangelion Chr̃i, qui propter nos non modo homo, sed & seruus factus est. Reciperetur ab oĩbus, si superbiæ frena laxaret, si possessiones & emptiones prædiorum permitteret, præsertim optimorum maximorum fundorum, quales Marcus Varro describit, dicens: Prædium præstare & rite vocari, cui sit vinea, hortus, aquæ irriguæ, salictum, pascua, olieta, prata, nemora, piscatoria & venatoria loca, piscina siue viuaria, deniq; cui & sit sylua, & ea qdem roborea. Optimũ maximũ euangelion ꝓbaremus, si nobis huiusmodi latifundia, census, vectigalia, fasces superbos & imperia possidere & emere permitteret: quod cum nõ faciat, ab omnibus contemnitur. Euangelium nos huiusmodi nõ probare, vides apud sanctum Ambrosiũ 1. offi. 28. Dum augere opes, aggregare pecunias, occupare terras possessionibus cupimus, pręstare diuitijs, iustitiæ formam exuimus, beneficentiã communem amittimus. Et paulo suprà: Natura iuõs cmune generauit, vsurpatio ius facit proprium. Apostoli ab hoc vitio longe abeunt, scientes diabolum propterea corruisse, ꝙ elegerit potius præesse quàm subesse. Interim dum domicellus (vt ita cum vulgo loquar) ambitiosulus vadit considerare prædium emptum atq; emendũ, amittit Dei regnum. Rogo te, inqt, effice vt dominus tuus habeat me excusatum. Humilitatem superbus verbis prætẽdit: sed superbia actionis, Dei voluntati reluctans, ostendit, excusatoria ea verba nihil esse nisi impietatis schema. Sequitur:

Mundi amatores potius lõge [illegible] à regno Dei.

Et alter dixit: Iuga boum emi quinque, & eo probare illa. Rogo te, habe me excusatum.

Proh qualis est illa emptio, quæ tanta cura emit caduca, æterna, nos ab omni mole cœlestia liberantia, negligẽs? Qui vult ditescere, ecce in laqueos diaboli incidit, 1. Tim. 6.

Sed

Sed quid prodest homini, si etiam vniuersum mundum lucrifecerit, animæ vero suæ iacturam patiatur? Mat.16. Marc.8. Luc.9. Cui emit? Cui parta relinquit? Nonne in suum malũ diues nepos, quinq; suis germanis bona sua reliquit? Emptores boũ aiũt: Agricultura horrea replet & apothecas: pecuaria res carnario & culinæ seruit. vtrũq; pecuniam auget. Voluptuosum est, proventum videre armentorũ & gregum. Iucundũ est, ex istoc prouentu cernere opplета esse & adimpleri omnia. Qui negligit saginarium, vacuũ habebit penarium, & nõ satis adipale sorbitabit iusculum. Seruulus apostolicus ait: Nolite emere, nolite possidere, sed vendite & date pauperibus, Mat. 10.19. Marc.10. Luc.18. Acto.2. Tu, inquit, terrena cogitas: ego vero pauperem reb⁹ ad cœlestia te voco, vt meritorũ fias diues. Quinq; iuga boum, sunt tauri decem. Et quid hoc? fac, perfectum numerũ infinita significare iumenta: sed quid etiam infiniti iuuenci, nisi mugitus & fimus? Poterunt aliquid esse, si eos cũ propheta velis mactare, 3. Reg.19. Quod si aliter iuga boum æstimas, quo plura possides, hoc te fortius conculcabunt, in lecto te quiescere nõ permittent, & secũ in stercore suo te perire facient. In infernum, inquã, te protrudẽt, iuxta hoc Chri: Facilius est camelũ acus foramen penetrare, ꝙ peculiosum in regna cœlorũ intrare, Matt.19. Marc.10. Luc.18. Licet opimo Iudæo emere & possidere, mulgere vaccas, saginare vitulas, probare & exercere tauros: verũ interim dum hæc agit, regnũ cœlorũ amittit. Et nequidquã se deinde excusauerit.

Boues mactati profuerunt.

Et alius dixit: Vxorem duxi, & ideo non possum venire.

Stulte, non potes, quia non vis. Nõ potes, quia tuapte concupiscentia es impeditus. Vxorius es, zelotypus es, Dalidula blandula; cæcus Cupido te excæcauit, adeo vt nectar regni cœloꝝ suauijs mulierculæ infirmæ & immũdæ posthabeas, viliusq; ducas. Vxorio huic grati lenones, accepti gnatones. Insusurret illi quispiam salutationes suas, perferat illi munuscula à sua sibi missa, laudet quispiã, & publicã curã puellarũ eum enitescere dicat, & statim arrectas sibi videbit stulti aures. Cantillet quis amatoria carmina, & easdẽ sibi patentes animaduertet. Amor musicam discit. Carmine conciliatur amor. Cantandum itaq; amatori hoc eroticum:

Nõ põt, qa nõ volunt venire libidinosi.

Mitis Hymen, Hymenæus Hymen, cui mollia curæ
Cõiugia, & parili vicula nexa iugo.

Facessant hinc apostoli, dicentes esse ex eunuchorũ piorũ genere, qui se propter regna castrauerunt cœloꝝ, Mat.19. Supprimendũ hic quod Apostolus dicit, 1. Cor.7. Velim omnes esse sicut ipse sum. Arbitror hoc bonũ esse propter instantem necessitatem. Qui habent vxores, sint sicut non habeant. Qui elocat nuptũ, bene facit: attamen qui non elocat nuptũ, melius facit. Beatior item est vidua, si sic maneat iuxta meam sententiã. Opinor aũt ꝙ & ipse spiritũ Dei habeam. Stramentitia hæc. Cedro digna loquitur, qui bigamiam licitã prædicat. Sanctus Lucas ardorẽ amatoris huius, vehementẽ facit, dicens: Vxorẽ duxi. Sic & infrà dicitur eadẽ phrasi, vxorẽ ducebant, ἐγάμουν, ἐγαμίζοντο. Infrequens apud hagiographos est præsens cõduplicatio, vxorem duxi. sufficit siquidẽ simplex verbum γάμησαι siue γαμεῖν, id est, ducere. Legitur (fateor) apud biblicos scriptores, vxorem accipere: quia hoc verbũ proprie nõ significat, ducere vxorẽ, quemadmodũ hoc verbum γαμέω. Sic & simpliciter γαμέομαι, id est, nubo, sufficit ad illustrem sensum. Affectum vxorij euangelista exprimit, dicens: γυναῖκα ἔγημα, hoc est, vxori nupsi. Sic aufert cor hoĩs species mulieris, & sic apostatare mulieres faciũt sapientes. Apostoli veri, Christi amore leue pectus coniugũ respuere possunt, Messiã sequẽtes, vt ex eius sacro pectore sacra fluenta potare mereantur: possunt aũt hoc, credentes verbo domini Luc.18. Qui vxorẽ suã propter me reliquerit, longe potiora etiam in hoc mundo accipiet. Amator Iudæus, de nuptijs cogitat, sibi dicens: Bono sis animo, tibi ducitur vxor. Sed cũ ita studet rei vxoriæ, amittit regnũ gratiæ & gloriæ.

vxorẽ ducere, vehemẽs est dicendi modus.

Et reuersus seruus, nunciauit hæc domino suo.

Renunciatio hæc, est euangelica & prophetica querimonia: Quis credidit auditui nostro? Domine, prophetas tuos occiderunt, altaria tua subruerunt, & ego relictus fui solus, & insidiantur vitæ meæ. Itẽ: Cecinimus vobis, & non saltastis: plorauimus, & non luxistis, Esa.52. 3. Reg.19. Mat. 11. Roma.10. Spiritus loquitur, spũs conqueritur, spũs in ore omniũ orthodoxorũ damnat mundũ. Pereunt iumenta in stercore suo, nolunt sub potenti manu Dei humiliari, sapiunt in negocijs terrenis filij huius seculi, carnis curã in concupiscentijs agere pergũt. Spũs sanctus electos per mirabile iter ducit & regenerat in spem viuã, qua præditi, huius mundi omnia tanquã stercora contemnunt. Quod dicunt, Excusatum me habe, meq; excusa, friuolum est est verbum. Contra huiusmodi verbum vide

Renũciata sunt dño oĩa.

de psal. centesimũ quadragesimũ. Ioan. 15. Roma. 1. Sequitur:

Tunc iratus paterfamiliàs, dixit seruo suo: Exi cito in plateas & vicos ciuitatis, & pauperes ac debiles & cæcos & claudos introduc huc.

Ira patris familiàs.

Palam item fit per euangelium ira Dei aduersus omnem iniquitatẽ & iniustitiam hominũ, Roma. 1. Hic non commemorat euangelista homicidas & Iudæos eos, qui Christi euangelion capitali prosequebantur odio Mat. 21. & 22. Nihilo minus tamẽ succenset indignabundus paterfamiliàs emanentibus: nedum excusationem eorũ non recepit. Iram eam paulo post tam hi qui se hic excusant, q̃ illi qui Matth. 21. 22. euangelion persequuntur, sunt experti. Venerunt Romani, villasq́; emptas deuastarũt, locumq́; & gentem (quod Caiphas præuidit) abstulerunt. Boues vnà cum vaccis & vitulis mactauerunt, vxores iuxtà atq; intactas incestauerunt, liberosq́;, quibus vxorij gignendis adeo indulserunt, abegerunt, & tanquam vilissima omnium mancipia, in perpetuam seruitutem vendiderunt. Quod si tantũ meruerunt Iudæi, qui licitum fecerunt: quantum illos manet iudicium, qui illicitum sectantur? Emere villas, licitũ erat: iuga boum mercari, iniquũ non est: & qui ducit vxorem, non peccat. Vnde duo primi, excusationem liciti prætexuerũt. Ille vero q connubij fœdera inijt, nihil excusatione se opus habere est ratus. Iniquũ est, hominem robustũ venatorem coram domino agere, imperio in alios sibi placere, alios ad ædificandam turrim Babel, & ad quiduis huiusmodi cogere, alios exactionibus exugere, & fasciculis iniquitatis deprimere. Illicitũ est, aliena rapere, fœnerari, furto & iniquitate quacunque rem augere. Peccatũ extra sacrũ connubium rem cũ quacunq; muliere habere, scortari, mœchari, &c. Hæc & alia hoc genus flagitia, heu mihi, quantam pœnam merentur? Sequitur:

Iræ pr̃ifamiliàs argumẽtũ.

Exi, pauperes, debiles, claudos & cæcos concitũ atq; adductũ. Fastidiosos, potentes & diuites, inanes relinquam, atq; de sedibus deturbauero, delicatulos vino compunctionis potabo. Regnũ meũ propriũ pauperibus dicabo, Matth. 5. Luc. 6. Opimis illis iam bene est, habent quo se oblectent, pauperes eligo, Iaco. 1. 1. Corinth. 1. At quid est quod dixit, Exi in plateas & vicos? Significat hic locus etiam secundo vocatos Iudæos, primo omnes simul, secundo proprie pauperes & miseros, ignobiles & idiotas, 1. Corinth. 1. Nec seruus vltra præscriptum vadit Matth. 10. Habet populus legis magnã prærogatiuam, Roma. 3. Eius non contemnenda pars est, ꝙ tam sedulo & tam honorifice vocantur. Primo, per Abrahamũ, Mosen & prophetas. Secundo, per Christũ ipsum & Christi discipulos. Tertio, post resurrectionẽ & adscensionẽ Christi item vocatur Israel solus per Christi discipulos, qui neq; tunc Iudææ fines exierunt. Hoc significant vici & plateæ ciuitatis. Nobiles, claro genere nati, diuites & delicati Iudæi, dicunt: Num quis ex optimatũ albo credit in eum? Plebs, quæ non nouit legem Dei, maledicta, illi saltem adhæresct, Ioan. 7. Hieremias quoq; fatetur, magnates vias Dei nosse, iugũ vero domini ferre, & viam Dei tendere nolle notam, cap. 5. Pauperes ergo & ineruditi euãgelizandi, Esa. 61. Matth. 11. 1. Corinth. 1. Admirata est sola plebs Christi miracula Marc. 11. Solam plebẽ Christi affecit doctrina Marc. 12. Atqui etiam ex plebe plurimi extiterunt insynceri. Vulgus eñ prophanũ, partim regem sui similem, hoc est, prophanũ desiderabat, imperij pertæsum Romani. Vnde & Iudæ Galilæi & Theodæ facile adhæsit. Vnde etiam Christum in regem constituere in animum induxit, cumq́; videret Christũ mundanã eam gloriam adspernari, adspernabatur & ipsum, partim itẽ populus Christũ sequebat, quasi ollari amicitia, quippe ꝙ semel atq; iterũ ab ipso in deserto miraculose esset pasta, Ioan. 6. Tamen vulgus ipsis sacerdotibus & principibus, etiam sic vtut insyncerum, fide filij Dei prænituit. Adeo ecclesiæ exordium ex infimatibus & pauperibus quibuscunq; est conflatũ. 1. Cor. 2. Quem nemo principum huius seculi cognouit. Luc. 1. Deposuit potentes de sede, diuites dimisit inanes. Contrà pauperes repleuit bonis, Psal. 33. Luc. 1. Petrus itaq; in die pentecostes exiens e plebeijs, hoc est, e vicis & plateis, circiter tria millia ad cœnam agni adduxit, Act. 2. Hi miseri ecclesiæ exordium sunt, de quibus dicitur ibidẽ: Erant perseuerantes in doctrina apostoloꝝ, & communione & fractione panis, & precationibus. Primitiæ aũt huiusmodi vocantur cæci & claudi, quia instar cæcorum & mutilorum in hoc mundo extitere contempti. Nemroth robustus venator, Esau pedibus celer & brachijs valens, vterq; oculatus & callidus, vterq; ducendis & superducendis vxoribus pronus. Sylua siquidẽ, vt ait poeta, sine Venere rustica est. Neuter vero horum aptus est regno cœlorum, ꝙ cæcos & claudos saltem, hoc est, miseros, pauperes, imbelles, impotentes, castratos, ignorantiam suam agnoscentes, seq́; cæcos confiten-

In plateas & vicos ire quid?

Plebi... tissimum... euangeli... Chri... lecta...

Cæci &... claudi... ad cœ... magn... sint... cti.

tentes,recipit.Iudæos sciolos dominus co arguit,Ioan.9.dicens:Si cæci essetis,pecca tum non haberetis:nunc vero dicitis,vide mus, idcirco peccatum vestrum manet. Et sanctus Petrus veniam promittit ijs,qui ex ignorantia peccauerunt.Et diuus Paulus dicit se indulgentiam consecutum,quod per ignorantiam ecclesiam Christi sit persecutus.Et seruator in cruce pro synagoga orans,ignorantiam eorundem excusat. Allegoricos hoc de cæcitate dictū est: sic etiam per potentiam & diuitias intelligere possumus iustitiam operū pharisaicam, iustitiam legis hypocriticam. Contra quā Apostolus dicit,se omnē iustitiā legis,tanquam damnū,contemnere,vt Christi potentiæ & opū possit participare.Breuiter: Saluator pauperes,cæcos & claudos conuiuas cupit,qui nec villas emere possunt, sese alijs præferendo.Cæcos,qui in rebus temporalibus non sunt adeo acuti.Claudos & debiles,qui sese propter regna cœlorū circuncidere castrareque non supersedent,monachos phileremos.Aliàs dominari,victui instare,vxoremque ducere,peccatum non est,sed splendor regalis,diuitiæ,& res vxoria,à regni cœlorū fruitione remorandi maximam energiam habent. Vt ex minori maius colligas: nempe raptores,vsurarios,exactores,violētos quoscunque & homicidas, scortatores, adulteros,lenones, & hoc genus flagitiosos,regni Dei esse extorres omnes.Sequitur:

Potentia & diuitiæ pharisaismū signi ficant.

Et ait seruus:Domine,factum est vt imperasti,& adhuc locus est.Et ait dominus seruo:Exi in vias & sepes,& compelle intrare,vt impleatur domus mea.

Vocati & inducti Iudæi, pauperes & miseri.Sed hactenus Dei benignitas augusta fuerit,nec illa clementia faciet ad prædicationē amplissimæ bonitatis Dei, quæ omnia eius excellit opera.Adde quod nec Iudæorū Deus solum est, Romañ.3.Misertus ergo est & ethnicorū,misericors & miserator dominus. Adduci voluit & alias oues,quas extra Syriæ angiportum habuit,Ioan.decimo.Cœna augusta & magnifica,domus ampla & regalis. Mansiones in ea multæ. Numerus Iudæorum signatus,nimirū ex quaque tribu duodecim millia:sed quotus hic numerus ad tantam patrisfamiliàs infinitam amplitudinem?Adde quod vniuersa multitudo Israel ad conuiuium non peruenit domini hoc splendidum.Homo ergo paterfamiliàs benignissimus ille, ἄρχικον ῥῆμα, hoc est,regale verbum protulit, dicens seruo suo:Exi.Seruus(quod dixi,& contra schismaticos nostros replico)vnus,vnitatis ecclesiæ catholicæ symbolon habet.huic, & non schismaton autoribus varijs, ait:Exi. Exi,inquit,ad vias & sepes.Et illi profecti,prædicauerunt vbique. Exi,ait, in orbem vniuersum.Vnde psalmo decimooctauo:In omnē terram exiuit sonus eorū, & in fines orbis terræ verba eorū.De hac re audiatur Apostolus Actorū decimotertio: Vobis,ait,oportebat primū loqui sermonem Dei:sed quoniā repellitis illum,& indignos vos iudicatis æterna vita,ecce conuertimur ad gentes.Et in synagogam dixit Abacuc 1.Videte contemptores,& admiramini & euanescite:quia opus operor ego in diebus vestris,quod nō credetis,si quis enarrauerit vobis.De vocatione gentium quoniā aliàs subinde agimus,eam iā his saltem indicatā volumus.

Seruus vnus mittitur.

Gentium vocatio certa.

Sepes,gentiū abiectionē insinuant.Palantes,dispersas,& plane à Deo derelictas, abiectasque,sepium adumbrat dictio.Cæterum etiam maxima maceries firmata extitit,non solum inter synagogam & ethnicos,verū etiam inter Deum & ethnicos. Alieni plane eramus,non populus,sed canes famelici,ne micis quidem mensæ dominicæ digni.Sepes,chaos inquam extiterunt ingens,nos à populo & filijs Dei secernens.Viæ, variæ idololatricæ opiniones,variæ philosophiæ persuasiones,variæ peccandi licentiæ & consuetudines.Summa:Agrestes, syluestres, rudes, indociles Dei,palustres,in vitiorum luto & sentina immersi,caliginosi & execrabiles fuimus, vt videas miserationem Dei erga nos magnam,& vt verbi Dei virtutem rite possis æstimare.Nempe eā de qua sequitur,Compelle intrare.Compulsione istac significatur virtus verbi Dei & functionis apostolicæ,de qua dicitur Actorū quarto:Virtute magna reddebant apostoli testimoniū Iesu Christi.Et Marci xvi. Illi profecti, prædicauerunt vbique domino cooperante.Et ipse paterfamiliàs ait:Ego dabo vobis os, cui non poterunt resistere omnes aduersarij vestri.Sic Hieremias ædificandi & demoliendi potestate polluit in gentes & regna. Sic Esaias dictus sagitta domini electa.Tanta fuit maiestas doctrinæ apostolicæ,tanta virtus miraculorum,tanta religio,tanta sanctimonia,tantaque existimatio meritorum,vt facile potentiam & rationem humanam Christo Iesu captiuam ducerent omnem.

Gētes cō temptæ fuerunt olim.

Cōpellimur intrare virtute euangelij magna.

Compelle hoc,plerique zelo quodā, sed non satis probabili, accipientes,quoslibet

ad fidem catholicam compellendos affirmantes. Sed & canonicam scripturam & patrum autoritates, sibi plane habent aduersa. Schismatici euangelici nostrates, qui prius præcipuum suarum assertionum articulum habuerunt, Hæreticum hominē occidere, est voluntati spiritus sancti pugnare: nunc mutata sententia, incipiunt seuerissime animaduertere in eos, qui diuersa ab illis sentiunt. Hactenus catholicos capitali odio sunt persecuti, parochos catholicos omnes sibi refragantes, monachos & sanctimoniales e monasterijs detruserunt. Nunc etiam inter sese concitatissime velitantur. Doctrina eorum ea est, quam ipsi subinde variant: & vita eorum ea est, quam nemo vel mediocriter religiosus, non possit suo iure accusare. Vnde fit, vt multi & boni & eruditi, ab illis subinde desciscant, & vt ipsi inter se perpetua & internecina bella gerant. Nemo credat, quàm hic minarum spirent, quàm fulminent. Ad eam intemperiem suam, Compelle hoc intrare, torquent. Interim tamen pernegāt, licere Cæsari in ipsos violentiarum, sacrilegiorum, scandalonq́ multorum censura vti. Sic & Donatistæ, teste Augustino, latrocinijs & omnigenis violentijs ecclesiam conturbantes, noluerunt catholicum magistratum tantæ eorum insolentiæ obsistere. Et si qui insignes latrones ex eorum secta, magistratus animaduersione in supplicia fuissent protracti, martyres eos voluerunt coli. Sed viderint schismatici, quibus scripturæ locis obtinere possint, vt ipsi quacunq; iniuria alios impune afficiant, quaq; violentia quoslibet ad suas opiniones approbādas cogant. Catholicis omnino persuasum est, fidem persuaderi debere, non cogi. Cæterum etiam Compelle intrare, est in bono malum vincere, patientia & beneficentia cogere. Sequitur enim, parata sunt omnia. Pulchrū verbum compulsionis, pronunciatio Dei miserationis. Sic vt sua bonitate omnibus exposita Deus cogit, coegerūt etiam apostoli longanimitate & mansuetudine, non minis aut violentia. Ex hoc loco nata hyperbole, qua monitos dicimus in inhospitales, qui nos non satis libere & officiose inuitauerunt, Tunicam meam vel amiculum meum tu mihi dilacerasti, vel per antiphrasin ironicā, Vestes meas mihi non dilacerasti: hoc est, in domum tuam non induxisti, non inuitasti, non humaniter excepisti atque tractasti, &c. De inuitatione liberali & officiosa, atque adeo violenta compulsione, vide Gen. 19. Iudic. 13. Luc. 24. Simili violentia rationis, patientiæ, beneficentiæ, modestiæ & illibatæ religionis

Cōpelle intrare, exponit̄ per parata sunt oīa.

vi atque maiestate, ethnicos præter omnē eorum spem, citra meritum eorum omne, ad cœnam hanc magnam pertraxerunt.

Domus hic ecclesiam catholicam significat, de qua habes Gene. vigesimooctauo, 2. Regum 7. 3. Regum 8. Psalm. 25. 83. Esa. 5. 56. Aggei 1. 2. Domus hæc necdum est repleta, plures adhuc capiet electos, & credibile est etiam complures, si non omnes, adhuc in domum eam peruenturos. Iudicia Dei abyssus multa. Orandum hic, vt dominus ori nostro custodiam ponere dignetur, nec nos in mirabilibus supra nos ambulare sinat.

Dom[...] eccle[...] amp[...] omni[...] cape[...]

Obseruamus hic trifariam inuitationis rationem: Prima siquidem vocatio existit, secunda rectius adductio dicetur, tertia cōpulsio habenda. Et etiamnum, teste Beda, varie nos Dei vocat miseratio. Neque enī per prædicationem modo euangelij, sed & sæpenumero per huius mundi prospera inducit. Itidem etiam per aduersa compellit. Dicit ergo Gregorius: Felix necessitas, quæ nos ad potiora cogit. Iterum atque iterum videndū est nobis, vt vocationem eā intelligamus, ne venire cūctemur, ne cōtēnamus, ne& nobis eueniat, vt dū nos excusam⁹, q excludamur, digni inueniamur.

Trifa[...] voca[...] mod[...]

Cæterum & qui iam per sacramentum baptismi, per professionem articulorum fidei in ecclesiam Christi ingressi sumus, qui iam verbo & sacramentis refouemur: videamus num & electi simus, videamus an etiam eorum ingenia, quos paterfamiliàs indignos vocat, referamus. Indigni sunt, electi non sunt, qui saltem sunt numerus, hoc est, qui bene facere supersedent, indignissimi & bis mortui, qui peccando dominū gloriæ subinde ad irā prouocant, superbi reguli, auari agricolæ, & vxorij molles, identidē ducturientes. Electi sunt & reges, sed non nisi pauperes spiritu, cum Dauid dicentes: Vermis sum & non homo. Electi & negociatores, caupones & cerdones, sed qui in negocijs fratrem non circunueniunt, quiq́ sic emunt, tanquam non possideant. Eliguntur etiam ex coniugatorum ordine, sed ij, quos castus amor constringens, sic sibi corpore cohabitare facit, vt mens Deo vacet atque fruatur. De hac re in sequentibus.

Electi[...]

Dico autem vobis, q nemo virorum illorum, qui vocati sunt, gustabit cœnam meam.

Horrenda vox, terribile verbum, charissimi. Videmus hic frustratos sua spe eos, qui dixerunt, Excusatos nos habeas. Dominus implacabilis iræ, hic respondet: Excu

Excusationem non recipio. Nemo, ait, eorum, quibus id honoris habitum est, vt primi vocarentur, cœnæ meæ aliquid gustauerit. Breuis sententia. Sedem emansoribus ante fores, quod aiunt, immo verius in inferno ponit. Ianuam suam illis iam clausit, clamaturis aliquando etiam aures miserationis clausurus, Matthæi vigesimoquinto. Sed nunquid hæc sententia Iudæos saltem constringit? Minime: nam quanquam iudicium suum semper à domo sua incipiat, & sanctificetur in ijs qui sibi appropinquant, tamen & in alios iram suæ iustitiæ extendit. Aeque itaq;, immo districtius Nemroithas ambitiosulos, Mammonistas sordidulos, Priapistasq; libidinosos cōdemnat in ecclesia, atque in synagoga. Dicis: Hi noluerunt venire. Vide an tu rite veneris. Non venit, in quem dictum est: Cor eius longe est à me. Audi iudicem Lucæ duodecimo: Plus vapulabit, qui volūtatem domini sui scit, & non facit. Iterum Matthæi vigesimosecundo, cui vestis nuptialis non est, in exteriores tenebras, colligatis manibus pedibusq;, detruditur. Dicis te Christi discipulum, & eius præcepta non seruas. Mendacij te Ioannes arguit 1. cap. 2. Et Apostolus ostendit, complures Christū ore profiteri, factis negare, Tit. 1. Vnde non dicendo saltem, domine domine, mereris regni cœlorū consortium, Lucæ sexto, Ioan. 5. 13. Quale iudicium maneat inofficiosos & ociosos Christianos, vide Matth. 25. Socie socie, depnologia catholica, hoc est, vocatio & modus cœnandi, quam ecclesia orthodoxa tradit, longe alia est ab ea, quā hodie Iouinianistæ prædicatores, superintendentes & euangelistæ noui instituunt. Et contextus lectionis præsentis, multum abhorret à nouo horum euangelio. Tres hic viri recensentur, quorum quisq; propter singulam condemnatur negligentiam. Tu singulas eas negligētias, immo plures in te dissimulas. Et quod plus est, non negligentias modo, sed & præuaricatiōes crassissimas iustificas. Dominandi libido te vexat, adeo vt non reddas ea quæ parentes tui quo iure quaque iniuria occupata tibi dereliquerunt: sed & ipse non cesses nulla non violentia, nullis non insidijs alios subinde e suis extrudere bonis. Nec illa tua ambitio à sacrilegijs vllis sibi temperat, ecclesiæ prædia, iuxta atq; prophanorum dominiorum villas, tuis corradendo. Tua absoluta iustitia est, bella, & ea insidiosa, subinde meditari, & psalmum De profundis, in cœnis tuis, quas dominicas vocas, elatrare & cornicari. Sed Pellæo iuueni, cui mundus non sufficit vnus, nihil est commune in aula ea, cuius præcipui architecti & rectores, sunt mendici, cæci, claudi & debiles. Alexandrini nostrates, cœlum terræ miscentes, diuinū sibi nomen quasi ex raptu putant obtigisse. Solum apud eos euangelion est: Dijs non detrahes. Et hoc, Fac quæcunq; inuenerit manus tua, quia dominus tecum est. Mirum, quàm hæc loca & hoc genus alia, noui apostolastri nostrates suis dijs obliniant. Adulatione suorum apostolorum vermes miseri deificati, minimum digitū suum crassiorem faciunt dorso omnium retro tyrannorum: & quos maiores eorum flagellis ceciderunt, eos ipsi scorpionibus proscindunt. Et inter ipsos tyrannos nullas leges, nullum æquitatem curari videmus. Nullam iurisdictionem, nullum ferunt iudicem. Quisq; suus iudex est: & qui potentior est & violentior, ille & iustior est. Vis hodie fas est, violentia iustitia. Quanto leuius condemnatur Iudæus villam emēs, quàm pseudochristianus, q per fraudes & insidias, per bella & cædes, subinde ad maiores honores adspirans, omnia humana conturbat? Alius tantum agrorū, quantum non miluus oberret, possidet: nō cessat tamen alios & alios identidem coemere. Audiat terræ vorator ille prophetam Esaiam capite quinto: Væ qui coniungitis domum ad domum, & agrum agro copulatis. Et quid prosunt stulto diuitiæ, cum sapientiā auro redimere non possit? Et dominus dicit Lucæ duodecimo: Videte & cauete ab omni auaritia, quia non in abundantia cuiusquam vita eius est ex his quæ possidet. Hoc est, secundum Theophylactum: Neque qui multa possidet, diutius viuit, neque comitatur diuitiarū multitudinem vitæ longæuitas. Sed ipsi dites Plutonis instinctu contrarium sibi occinunt, dicentes

— Hac mente laborem
Sese ferre senes, vt in ocia tuta recedant.

Quasi deliret ille qui dicit: Stulte, hac nocte repetent animam tuam abs te. Et cui congregasti hæc? Quid dicam de fraudibus, de dolis, deq; tot technis, quibus frater hodie fratrem in omni negocio circunscribit? Nusquam inter Christianos hodie tuta fides. præstaret cum Turcis hodie simpliciter cōmercia inire, quàm cum fraterculis nostratibus, etiam euangelicis. Dicunt inuigilandum esse victui, instandum operi. Sed saccularijs holophantis tenebrionibusq; dominus interdicit, ne supplantent, ne manticulentur, & incautos in nassam illiciant atque defraudent. Deinde victum quem tu tibi quæris vni, decem, viginti, & eo pluribus sufficeret ciuibus. Et quis hodie manuum labore victum quæ-

Irascit deus nō Iudæis solū emanentibus.

Euāgelici nostrates, insignes principū adulatores.

rit? Quis hodie nobilista, quis satraps, quis comes artem danisticam non exercet? Ex Dardanidis militibus degenerant in Dardanarios. Et omnes fere dynastæ abeunt in danistas. Tam satrapes quàm ciues aua ritiæ studentes, se negociari dicunt ad edu candum vxores & liberos. Cui, rogo, vxores & liberos nutriunt? Christo, an diabolo? Christus in stabulo natus est, à fabro lignario educatus, nihil in hac terra possidere voluit. Ecclesiæ suæ item cunabula, mendicos & claudos elegit. Nihil Christi habent, nihil ecclesiæ, quibus ad luxum & voluptatem nihil est satis. Diabolo itaque spiritui superbiæ & huius seculi pompæ liberos suos educant, vxoresque suas Veneri & Cupidini fouent, diaboli mancipia quicunque auari, siue ciues sint, siue reges. Qua in re maxime culpabiles sunt illuminati nostrates fratres euangelici, qui se aliorum censores obtrudunt, & ipsi præcipue hoc in luto hærent. Et eo peruersitatis hodie res peruenerunt, vt speciem virtutis induant vitia etiam crassissima. Hoc nouum & plausibile prædicatur euangelion. Quis gregalium prædicatorum ausit digne pro re in optimatum suorum vitia inuehi? Catholicas virtutes inter eos quis prædicat? Absolutum euangelistam apud eos agit, qui fidem solam subinde crepat. Qui merita operum bonorum prædicat, qui culpas vitiorum & eorundem supplicia subindicat, papisticus est. De statu viduali & virginali 1. Corinth. 7. nemo apud eos disserit. Christus ipse ab euangelistis illis prædicatur, qui monachos & sanctimoniales à castitatis proposito absterrent. Vbi noui apostoli regnant, nec ibi quisquam contra eos, qui repudia, duplicata matrimonia, & hoc genus lenocinia, iustificant, mutire quidem audet: nisi tanquã Schwermerius & catabaptista, velit asynagogus fieri. Eia (Thuringicũ Wanne) quàm torue illum inspiciunt, qui voti monastices mentionem facit? Anathema maranatha est, qui dicit, eum qui per votum se voluntariæ castrationi obstrinxit, habere condemnationem, vbi ab instituto animum desponderit. Pontifices siquidem eius sectæ, exititij monachi sunt fere oẽs. Adeo noui apostoli & apostolæ istiusmodi, ducturiunt & nupturiunt, vt etiam vidui & viduæ lugere & elugere, ante secundas nuptias, nequeant. Satis apud eos eluxit, qui statim aliam duxit. Fabula est, commentum est papisticum, quod contra nuptiarum pompas scriptum est Lucę vigesimoprimo, Romañ. 12. 1. Timoth. 2. 1. Petri 3. Quis non videat hæc nostra tempora ea esse, quæ à Christo sunt prædicta Matthæi 24. Marc. 13. Lucæ 17. 2. Thessalo. 2. 2. Timoth. 3. 4. &c? Quid diceret sanctus Hieronymus, si hodie in hoc mundo adhuc ageret? Heluidium & Iouinianum hæreticos ægre tulit, nuptias virginitati ęquare: vt ergo perferret nostrates, cœlibatum nõ solum nuptijs postferre, sed & damnare? Sanctum patrem audiamus, contra Heluidium sic dicentem: Idem tu putas esse, diebus & noctibus vacare orationi, vacare ieiunijs, & ad aduentum mariti expolire faciem, gressum frangere, simulare blanditias? Illa (vxor) hoc agit, vt turpior appareat, ac naturæ bonum infuscet iniuria. Hæc ad speculum pingitur, & in contumeliam artificis Dei, conatur pulchrior esse, quàm nata est. Inde infantes garriunt, familia perstrepit, liberi ab osculis & ab ore dependent, computantur sumptus, impendia præparantur. Hinc cocorum accincta manus carnes terit, hinc textricum turba commurmurat, nunciatur interim vir aduenisse cũ socijs. Illa ad hirundinis modũ lustrat vniuersa penetralia, si torus rigeat, si pauimẽta verrerint, si ornata sint pocula, si præparatũ prandiũ. Responde, quæso, inter ista, vbi sit Dei cogitatio. Et hæ felices domus. Cæterũ vbi tympana sonant, tibia clamat, lyra garrit, cymbalum concrepat, quis ibi Dei timor? Parasitus in contumelijs gloriať, ingrediũtur expolitæ libidinũ victimæ, & tenuitate vestiũ nudæ, impudicis oculis ingeruntur. His infelix vxor aut lætatur, aut perit, aut offenditur, & maritus in iurgia concitať. Hinc discordia seminariũ repudij. Aut si aliqua inuenitur domus, in qua ista non fiant, quæ rara auis est, tñ ipsa dispẽsatio domus, liberorũ educatio, necessitates mariti, correctio seruulorũ, quã à Dei cogitatione nõ auocẽt? Ad hæc sancti Hieronymi verba, legat sacerdos de hac re Basilium de perfectione vitæ. Item ad Nazianzenum de vita solitaria. Matrimonium, inquis, diuinæ est ordinatioĩs, honestũ corã Deo & hominibus. Quis hoc negat nisi *Catharoes? Sed & tu audi Apostolũ, qui nos tũ corpore tũ mente Deo vult seruire, & esse sanctos. Et si cõiugium integritatẽ (vt ait Sedulius) nõ impedit, quid est quod Apostolus coniugatis dicit, Ne fraudetis vos, nisi ad tempus, vt vacetis ieiunio & precationi? Iterum ais: Amanda vxor. Recte & hoc. Sed Deus supra omnia, Deuteroñ. 6. Matth. 22. Iterum: Diuortium nõ est faciendũ, Matth. quinto, 19. 1. Corinth. 7. Tantum abest vt hoc negem, cum etiam lenocinium esse dicam bigamiam. Et nouis euangelistis hac potissimum causa succenseo, quod diuortia facile admittant. Interim tamen dico,

Euãgelici fratres lenones.

Euãge... nostra... noui... renci... tiqs... res.

Qui ... [illegible]

dico, propter Christũ & propter euangelicum negociũ, omnia, etiam vxorẽ nonnunquã, derelinqui debere. Viderint monachi & monachæ, qui contra fidẽ Christo datam, connubij fœdera inierũt, num ad religionẽ posthabitã sanctius reuertantur, necne. Hic locũ non habet sororcula Abrahæ Gene. 12. 20. Liberũ coniugiũ oĩbus esse fatemur Matt. 19. 1. Cor. 7. 1. Tim. 4. Heb. 13. Nemini tamen eius vitæ laquei tendi debent. Euangelicastri nostrates, p̃dicandi euangelij partes nulli, nisi vxorio, committũt, Matrimoniũ in suæ sectæ symbolon conuertentes. Adeo nulla hæresis sola. Iouinianus, qui de merito bonorum operum male sentit, de sacramentis ecclesię bene sentire non potest. Connubiũ illis qui non continent, prohibere, diaboli est: rursus idẽ continentibus præcipere, eiusdem est matris. Quatenus Christiano negociari liceat, iam prætereo. Diues interim se ad hoc 1. Timoth. 6. instituat. Viderint qui eloquia Dei ita secant, vt in eos q̃drent: Popule meus, qui te beatum dicunt, ipsi te decipiũt, Esa. 3. Veritas domini manet in æternũ. Verũ est quod sanctus Nilus Episcopus dicit, Quemadmodũ ægre incedit qui colligatos habet pedes, ita in negocio euangelico libere versari nõ potest, qui curis huius seculi est impeditus. Vide sanctũ Augustinũ lib. 2. quæst. euãge. cap. 30. Theophylactũ in Luc. Epilogus esto: Ethnici nos secus viam inuenti sumus, varijs opinionibus deuiantes, varijs affectionibus seruientes. Secus sepes, quia longe à Deo aberamus, bruta iumenta in sepibus ignorãtiæ detenti, carnis illecebris fœdi. Nunc vero ad regnũ filij Dei adducti, regios mores, vt tantæ gratiæ digni viuamus, induamus. Ambrosius allegoricos triplex hominum genus hac cœna opipara indignũ dicit, Ethnicos, Iudæos, & hæreticos. Hæresin confert Heuæ, quæ maritum ab obedientia Dei seduxit. Mulier ea nos ex filijs Dei filios Belial efficere præsumens, iuxtà atq; anguis diabolicus, nobis est auersanda. Luc. 14. De sepibus ait Augustinus Ser. 33. de verbo dñi. Veniant de sepibus hæretici. Hic inueniunt pacẽ. Nã qui construunt sepes, diuisiones quærunt. Veniant & mendici, illo eos vocãte, q propter nos oẽs pauper est factus, 2. Corint. 8. Veniãt valetudinarij, quia sanis nõ est opus medico, Matth. 9. Veniant claudi, vt cum Dauid orent Psal. 16. Perfice gressus meos in semitis tuis, vt non moueantur vestigia mea. Veniant cæci, vt cum eodẽ Vate precentur, dicẽtes: Illumina oculos meos, ne vnquã obdormiscã in mortẽ, Psal. 12. Faxit Deus, vt sic trãseamus per bona temporalia, ne amittamus æterna. Amen.

Negociatio periculosa.

Ethnici, Iudæi, & hæretici cœna dñica magna indigni, allegoricos

DOMINICA DIE POST TRINITATIS tertia, Euangelium Luc. XV.



Rant appropinquantes ei publicani & peccatores, vt audirent illum. & murmurabant scribæ & pharisei, dicentes: Quia hic peccatores recipit, & manducat cum illis. Et ait ad illos parabolam istam, dicens: Quis ex vobis homo, qui habet centum oues: & si perdiderit vnam ex illis, nonne dimittit nonagintanouem in deserto, & vadit ad illam quæ perierat, donec inueniat eam? Et cũ inuenerit eam, imponit in humeros suos, gaudẽs. Et veniẽs domum, conuocat amicos & vicinos, dicẽs illis: Cõgratulamini mihi, q̃a inueni ouem meam, quæ perierat. Dico vobis, q̃ ita gaudium erit in cœlo super vno peccatore pœnitentiam agente, q̃ super nonagintanouem iustis, qui nõ indigent pœnitentia. Aut quæ mulier habens drachmas decem, si perdiderit drachmam vnam, nonne accendit lucernam, & euerrit domũ, & quærit diligenter, donec inueniat eam? Et cum inuenerit, conuocat amicas & vicinas, dicens: Congratulamini mihi, q̃a inueni drachmam quam perdideram. Ita dico vobis, gaudium erit coram angelis Dei super vno peccatore pœnitentiam agente.

PRAEFATIO.


Ratia Dei subinde in scriptura canonica celebratur, cũ omnis nostra salus inde profluat. Hac siquidẽ sumus prædestinati, vocati, electi, educati, iustificati, atq; adeo ex abysso perditionis in regnũ salutis asserti. Gratia datũ est nobis, in Deũ patrẽ credere atq; illi fidere. Gratia Deũ patrẽ amamus, proximũq; in Deũ, & propter Deũ gratia diligimus. Quare ergo gratiã Dei nõ prædicemus? quare in ea nõ gloriemur vnice? Gratia venimus ad lauacrũ regeneratiõis, & adoptati sumus, Christo incorporati, vnũq; Christi corpus cũ ecclesia catholica effecti. Gratia à legis onere liberati, atque adeo (vt Apostolus Ephe. 2. vocat) saluati. Saluati, quia in spem viuã regenerati, 1. Petri 1. Insuper quod si post tanta Dei gratiæ accepta charismata, innocentiæ pristinæ vestẽ mundã, eam rursus coinquinauerimᵒ, etiã recidiuo peccato gr̃a medebit̃. Sol iustitiæ tanta miseratione abundat, vt etiã in tenebras eas, quas sibi homo semel illuminatus ipse conciuerit, iubar suæ bonitatis (quo vtiq; peccator indignus) immittat, quo peccator e tænarijs faucibᵒ in salutis statũ redire queat. Non q̀ vitijs oblectetur, sed vt peccatori tanta longanimitate pœnitentiæ ansa suppeditetur, calcarq; addatur. Nõ possum mihi hic tẽperare, quin cũ Christo clemens dicã peccatori, semel à peccatorũ spurcitia abluto: Vade, amplius noli peccare, ne tibi quid deterius contingat, Ionan. 5. 8. Ecclesiam peccatori pœnitentiæ gratiã non negare, vides Matth. 18. Iaco. 5. Verũ illusoribus grauissimũ omniũ iudicium absq; vlla spe veniæ eandẽ cõminari vides quoq; Matth. 12. Heb. 10. 1. Ioan. 5. Vtrunq; in præsenti lectione nobis ea nostra omniũ mater exhibet. Nostrũ est, vt illius filij obaudientes esse adlaboremus, præsentem lectionem audientes, & in fructus dignos sacræ pœnitentiæ custodientes. Faxit Deus hoc præstemus.

Gr̃a Dei fideliter ẽ tradẽda.

Erant appropinquantes ei publicani & peccatores, vt audirent illũ. Et murmurabant scribæ & pharisæi, dicentes: Quia hic peccatores recipit, & manducat cũ illis.

Euangelista aliquot parabolas ex ore Chr̃i exceptas, literis cõmẽdaturus, primo rationẽ, vnde parabolæ istæ natæ sint, ostẽdit: q̃ auditor facile colligere queat, quorsum sint p̃latæ. Publicanos dicit ad Christũ venisse, eius verbi audiẽdi gratia. Sunt aũt publicani, q̃ publica vectigalia exigenda certo ęre cõstituto redimebãt. Erat hoc genus hominũ tum Iudæis plane exosum, idq; supra cęteros (quod apparet) peccatores. Res militaris, mundi opinione præclara est, adeo vt mundi domini, militiæ experientes, familiares sibi p̃cipue adsciscant, ipsiq; potius ex militiæ q̃ ex philosophiæ studio malint nobilitari: teloniũ non adeo p̃clarũ habet̃, quanq̃ apud Romanos, teste Cicerone & Vlpiano, publicanorum ordo, & numero amplissimus, & dignitate extiterit potentissimus. Apud Iudæos vitæ ea conditio prophanissima omniũ condemnabat̃. Et saluatorẽ, peccatores obstinatos publicanis cõferentẽ, Matt. 18. Iudæorũ sentẽtiæ suffragari videmus. Publicani hi vnà cũ reliquis peccatoribus ad Christum confluxerunt, vt eius audirent verbũ. Admissi, audierunt: & verbo veritatis vtrinq; incidente tacti, bonę frugis propositũ conce pere, & sic Christũ sibi comem valde demeruerunt. Animaduertentes Christũ neminem ad bonã vitam adspirantẽ submouere, ipsum ad sua prandia concire sunt ausi. conciunt. philanthropos adest, conuescitur, & omnia quæ humanitatis verę esse poterant, illis exhibuit officia. Iudæi q̃ publicanis amicitiam renunciauerant omnẽ, videntes Christũ erga hoĩes eos adeo eutrapelon, id est, facilem, illi indignabundi succensuere. Discipulis itaq; eius dixerunt: Quare vester magister publicanos & peccatores non solũ ad colloquendũ, verũ etiã ad cõuescendũ recipit? Mat. 9. Saluatorẽ quoq; ipsum (Luc. 7.) amicũ publicanorũ & peccatorum vocant. Obserua hic, Apostolũ à Christi exemplo nihil dissidere, 1. Cor. 5. vbi ait: Scripsi vobis ne commisceamini cum scortatoribus &c. Non stat hic Apostolus à pharisæis, vnde locum eũ circunspecte declarauit ipse, dicens: Non omnino cum scortatoribus mundi huius, aut rapacibus, aut auaris, &c. alioqui videlicet e mundo exissetis. Sed si quis cum frater appelletur, fuerit scortator, aut auarus, &c. cum eiusmodi ne cibum quidem capiatis. Ecce tibi eos qui Christo nomen dederunt, si præuaricentur, vitandos secũdum Apostolum. Idem & Christus docet Matth. 18. Qui ecclesiã non audierit, sit tibi velut ethnicus & publicanus. Obserua ex verbis Christi, etiam extraneos publicanos & nocentes fugiendos. Sed neq; Chr̃s hoc loco sibi pugnat. Nouit pastor suas oues, nouit quos pater elegerit, & propter quos in hunc mundũ venerit. Et aliud est, cum flagitiosis familiaritatem habere, vt eos tua cõsuetudine ab erroribᵒ abstrahas: & aliud, cõmercia cũ illis inire, vt in rõne dãdi & accipiẽdi illis fruaris. Clemẽs & alij histo-

Publicani qui,

Publica nis qua Chris mis ex extite...

q̃re Chr publica nos... ipse... dos... it, nõ... nem...

historiographi testant, primitiuā ecclesiā hęc cōmercia & mutuę cōmoditatis cōsortia infideliū & sontiū, anxie vitasse. Et sancti canones etiamnū hoc ipsum fidelibus serio præscribūt. Irenæus, Tertullian⁹, Eusebius, & alij eius tēporis scriptores historiographis catholicis suffragādo, impiorum omnium, maxime hæreticorum, necessitudines pestilentissimas plane ostendunt. Vnde & sanctus Ioannes Euāgelista Cherinthū nō secus atq; viridem lacertā aut Getulū vitauit leonē. Et Polycarpus Marcionē vt satanę fugit primogenitum. Sed de hac re aliàs. Nunc ad Christū reuertamur. Christus venerat perdita quærere & saluare: nouit item quos quæreret: vnde nō minus familiariter vti voluit Zachæo & Matthæo publicanis, q̃ Nicodemo & Simone pharisæis. Mariæ Magdalenæ æque amicus esse voluit, atq; Marthæ. Peccatrici diffami Lucæ 7. & mulieri Samaritidi ei quæ qnq; viros habuit, & etiā tum non suū virū habēti, iuxtà fuit humanus ac Marijs Iacobi & Salomæ. Quid pharisæis aduersus eam suā clementiā oggannientibus responderit, vides Matt. 9. Marci 2. Luc. 5. Bene habētibus, inquit, non est opus medico, sed ægrotis. Discite quid sit, Misericordiā volo, & non sacrificiū. Acsi dicat: Vos de vr̃a vobis placetis iustitia: hi miseri, opus manuū patris cœlestis, iustitia omni sunt vacui, peccatis omnigenis pleni: hic opus est medela, hic opus cura. Horū suspiria, horū lachrymæ, horū vota & eleemosynæ pluris sunt apud patrē meum cœlestem, quàm om̃ia vestra sacrificia tēplaria, matutina & vespertina. Hoc tandem ex Osea discite. dicit em̃: Misericordiam vult Deus magis q̃ sacrificia. Sed iterum atq; iterū obseruāda sunt hæc verba Christi: Nō veni vocare iustos, sed peccatores: & maxime hoc quod subdit, ad pœnitentiā, Matth. 9. Marc. 2. Luc. quarto, εἰς μετάνοιαν. Audiant Dominum hic sibi obuiā ire, qui vano huic seculo placentia prædicāt, euāgelici noui. Vulgus auribus pruriens, hodie suo ingenio aptos nactus ecclesiastas, nihil de pœnitētia agēda, sed plurima de indulgētia audit sperāda atq; credenda: Christū siquidē venisse peccatores quærere, Matt. 9. saluos facere, 1. Timot. 1. Colligit ergo, quatinus & sic euangelizatur: Peccemus ergo, vt peccatores quæramur & saluemur. Faciamus mala, vt veniāt bona. Respondet vero illis Apostolus: Quorū dānatio iusta est, Rom. 3. Item cap. 2. An diuitias bonitatis illius ac tolerantiæ lenitatisq; contemnis, ignorans q̇ bonitas Dei ad pœnitentiā te inuitat? Ad pœnitentiā, ait, subscribēs euangelistis dicētibus, εἰς μετάνοιαν. Quod repeto, propter abrogatores canonū pœnitentialiū, hostes pœnitētiæ, ebuccinatores vanæ & inanis indulgentiæ. Misericors Deus: sed vt misericordiæ eius multitudine vincaris & cōpellaris intrare. Vincit te bono, vt tu desistas à malo. Sentiendū de dn̄o in bonitate, nempe sic: Eia tantis te prosequit̃ beneficentijs, sui facit tibi copiā, si amicū tibi offert: age ergo reuertere, resipisce, noli amplius peccare, quiesce agere peruerse, disce agere bene. Fac dignos fructus pœnitentiæ proferēs, tantis te charismatibus gratum exhibeas. De pœnitentia postea. Nunc quid Christus parabolicos dixerit, videamus.

Peccatores ad pœnitentiā, nō peccandi licētiā, dn̄s venit vocare.

Et ait ad illos parabolam istā, dicens: Quis ex vobis homo, qui habet centum oues: & si perdiderit vnam ex illis, nonne dimittit nonagintanouem in deserto, & vadit ad illam quæ perierat, donec inueniat eam?

Prouerbium est: Aut esse insanum, aut maleuolum, qui suarum rerum iacturam rideat. Cuiq; sua res chara est: vnde dolet, si quid inde pereat. Præcipue animalia, q̃rum humana vita indiget, mortalib⁹ sunt curæ. Vnde Pythagoras putabat iniquū, si homo eorum vesceretur carnibus. Agricolæ & milites equos vel liberis suis plus curant. Scytha iurauit se hinnitū equi p̄ferre cantui cithararum. De venatoribus ait Horatius:

Manet sub Ioue frigido
Venator, teneræ coniugis immemor,
Cū visa est catulis cerua fidelibus.

Sunt apud Poetas & historicos tot nobiles equi, atq; inter cæteros Aschetos, Cambasos, Lampon, Panchates, Podarces, Stirinos, Thoes. Sunt tot nobiles canes, atq; inter cæteros Agliodos, Alce, Dorceus, Dromas, Labros, Lachne, Leucon, Menelius, Thous. Pastores item quo sunt magis humani, hoc plus cura gregū & armētorum tangūtur, quod miro artificio pleriq; poetarū in Eglogis exprimūt. Quod si animantia bruta mortalibus ita vel gaudio sunt vel dolori, maxime vero si bonos pastores pecudes ita afficiunt suæ, vt eos nocte dieq; super eas excubare nō pigeat: Seruator gnomen ex pastorali ea cura & affectu proponēdam nobis duxit, qua suā erga nos curam nobis delinearet. Bonus dominus non se venatorē cruentū, nō equitem strenuum, sed pastorem simplicem,

Seruator pastor maluit dici, quā venator aut eques &c.

atq;

atque eum vpilionem, se vocare maluit, Ionis decimo, Ezech. 37. Zachariæ decimotertio. Nos quoque suæ benignitatis imitatores esse volens, non canum liuidorum, neque equorum superborum schemate suos significat psal. 43. 48. 73. 76. 77. 78. 79. 94. 99. 106. Esa. 11. 53. Ezech. 34. Zacha. 13.

Cẽtenarij numeri significatio

Centenarius numerus significat ecclesiam vniuersalem, totumve genus humanũ. Immo etiam secundũ Bedam, numero istoc profecto æque angeli atque homines comprænhenduntur: vt perdita ouis, genus humanum referat. Amissio est præuaricatio.

Amissi & pditi qui.

Perditi sunt, quibus non licet Aue dicere. Errare, est eo peruenire, vt tenebras luci præferas. Pastor, quæ sua est bonitas, suo officio non deest. Christus vero pastor bonus, patris electos noscens omnes, etiam mundo deploratos & desperatos quærit. Quærit in genere, quærit specie: quærit vniuersos, quærit singulos.

Dimitti 99. oues, quid.

Dimittit alias, non vt eorum curam ponat, sed vt affectũ eum, curamque quam erga perditam gerit, nobis declaret.

Desertũ quid.

Desertum est vanitas huius seculi, in quo etiam misere errauit ipse Salomon, qui Ecclesiasten de hac huius eremi vanitate conscripsit. Sancti item patres frequenter de fuga seculi, de vita solitaria, deque contemptu agunt mundi. Mirum ergo, vnde se euangelicos possint iactare, qui tantas res non dissimulent modo, sed & probent, professam monasticen omnibus mundi nugis posthabẽtes. Si qui Christi sunt, fures & latrones eos ne audiant, ne sequantur. Tu hic o mortalis homo, vide, quàm tuam resipiscentiam bonus pastor cupiat. Vide quàm nitatur vt se sequaris. Audi ergo & sequere bonum pastorem. Caue ne tuapte culpa eius resistas voluntati, prædaque lupis infernalibus fias.

Et cum inuenerit eam, imponit in humeros suos gaudens: & veniens domum, conuocat amicos & vicinos, dicens illis: Congratulamini mihi, quia inueni ouẽ meam quæ perierat.

Fastidiosi pharisæi Christo vitio dederunt, quod cum publicanis & cæteris peccatoribus, ob palàm admissa infamibus, biberet & manducaret. Christus vero ostendit hoc suarum esse partium, exemplo pastoris, de inuenta pecude errabunda gaudium magnum habentis. Inuentam in deserto ouiculam pastor non male accipit, non delumbat, sed ad gregem suis humeris impositam portat. Sic & seruator peccatorem auribus audiendi audientem, & ad se redeuntẽ, humanissime tractat, & maioribus subinde charismatibus reficiens. Beda ait: Ouem in humeris suis imponit, quia humanam naturam suscipiens, peccata nostra ipse portauit. Theophylactus: Infirmitates nostras & peccata nostra ipse portauit, idque sponte & libenter. Et propheta dicit: Cuius liuore sanati sumus. Ioannes ait: Ecce agnus Dei qui tollit peccata mũdi, pastorẽ agnũ faciens. Bonus pastor afficitur sensu nostrarum infirmitatũ, vnde & ouis dicitur. Satisfacere item pro portare scriptura accipit Esaiæ 53. Ezech. 18. 1. Petr. 2. Obseruat Beda, non dici, Congratulamini angelis, sed mihi. Ipse pastor est, ipsius sumus oues.

Coio dni & i ctus i clesia corpo Christi.

De tonsa inuenta, gaudia pastor habet. De filio suo prodigo recepto gaudet pater. Vult & suos sua gaudere gaudia. Dicit ergo, Gaudete mecum, congratulamini mihi. Hoc dicit, volens ecclesiam flere cũ flentibus, & gaudere cum gaudentibus. Vnde Corinthiorum ecclesia de incesto contristabatur, & de eiusdem conuersione & satisfactione gaudium accepit.

Tertullianus, Exomologesin docens faciendam, ait: Quid vereris fateri quasi tibi insultaturo, qui tecum flebit & lamentabitur, qui pro te Deum exorabit & precabitur? Hoc Apostolus omnibus præscribit, Romanorum duodecimo. Et sic recte alius ait:

Vt ridentibus arridẽt, & flentibus adsunt,
Et quare homo non moueatur cum homine, quum hoc bestiæ faciant? Et in sequentibus seruator ostendit, etiam angelos, qui spiritus sunt, de hominis conuersione moueri.

Dico vobis, quod ita gaudium erit in cœlo super vno peccatore pœnitentiam agente, quàm super nonagintanouem iustis, qui non indigẽt pœnitentia.

Deus mortem peccatoris non vult, sed magis vt conuertatur & viuat, Ezech. decimooctauo. Voluntas Dei, sanctificatio nostra. Dicit ergo: Sanctificamini, quoniã ego sanctus sum, Leuit. 20. Probat atque adeo lætatur Deus, quoties sua fit voluntas. Angeli in Dei amore perpetuati, cũ Deo & velle & nolle habẽt commune: Hoc & nos rogamus fieri in nobis, dicẽtes: Fiat voluntas tua, sicut in cœlo & in terra. Denique & angeli omnium eorũ, quæ in ecclesia fiunt, testes adsunt. Tertullianus dicit eos ratum habere coniugiũ, quod sacerdos in sacris mysterijs cõfirmat. In tremẽdis mysterijs angelorum exercitus adesse, Chrysostomus

mus & Gregorius locupletes sunt testes. Angeli denique orationes nostras Deo offerũt Apoc.5. Adeo angelis nobiscũ est diuinæ dispensationis necessitudo quædã. Nã & ipse Christus ait: Angeli eorum vident faciẽ patris eorum semper. Item: Si quid solueritis in terra, erit etiam solutũ in cœlo, certe etiam angelis. Sic etiã ad institutũ, Ecclesia gaudet hominem à laqueis diaboli solutum, gaudẽt & angeli: & e contrario Deus videns hominem suæ voluntati pugnare, dolore afficitur, dolent & angeli, luget quoque ecclesia. Vide ergo o homo, ne contristes spiritũ Dei. Vide ne longanimitate Dei ad pœnitentiam te inuitanti, abutaris, & iuxta duritiam cordis tui pœnitere nesciẽs, thesaurizes tibi iram, Roma.2. Comitatem Episcopi animæ tuæ æstima. Si in pœnam pro tuæ culpæ merito iret, & si toties sua in te fulmina, quoties tu peccas, mitteret, olim in inferni profundum esses protrusus. Nunquid ob tantam gratiã conueniet tibi, Dei clementię tali illudere, iterum peccando? Velit hoc ille, qui tuam perditionem expectat & cupit satanas. Tu vero fac voluntatem eius qui bonus est, & qui tibi optime vult. Quid autem bonus ille atque bonitatis fons de te requirat, & quidnam existat quod tibi commodare possit, ipse profatur, dicens se peccatores vocare ad pœnitentiã: & hæc dicit, gaudiũ esse angelis cœli super vno peccatore pœnitentiam agente. Et secũdum Ezechielem vult, vt conuertaris & viuas. Vult vt derelinquendo malũ, & præstando bonũ, sanctificeris. Hoc vbi præstiteris, voluptati illi es, gaudio eũ afficis: & sic nõ exprobrauerit tibi tua cõmissa, post tergũ suũ reiecta omnia. Hiere.31. Esa.38. Heb.8. Nec itẽ ecclesia quod Tertullianus ait, tibi exprobrauerit, tibi insultando: sed quæ te cadẽte fleuit, tecum gaudebit resurgente, 1. Ioan.4. Eia ergo opus dignum pœnitentiæ fac, dum dies est, & dum operari licet. Instat nox, quãdo nulli opus facere integrũ erit, Matth.25. Pœniteas ergo subito, ne nox ea præueniat te. Qui habet aures audiendi, audiat spiritum Dei in ecclesiis clamantem, & vocem suam instar tubæ exaltantem, peccata sua ecclesiis annunciantem, Apoca.1.2.3. Esa.58. Clamantem autem, pœnitentiam agite, Matth.3. Marci 6. Pœnitentiæ fructus dignos facite, Matthæi 3. Lucæ 3. Quiescite male agere, discite bene facere, Esa.1. Absistat iniquus à via sua praua, Esa.55. Item cap.56. Facite iustitiã, quia iuxtà est salus mea vt veniat, & iustitia mea vt reueletur. Euãgelista nouus videat, quem hic tropum comminiscatur, contra hoc quod sequitur: Beatus

Benignitas Dei ad pœnitentiam nos inuitat.

Iustitia ex ope bono æstimat.

vir qui faciet hoc. Qui spiritũ domini ad opus pœnitentiæ præstandum non audierint, vt in facto suo beatificentur, sed spiritui nequissimorum nouorum euangelistarum acquieuerint, domino de neglectis bonis operibus pœnam dabunt, vocemque audient, Ite vos maledicti. Placet huius gnomes summam colligere, nempe eam: Primo, aberrare peccatorem, certe volentem: quia secundum Senecam, nemo peccat inuitus. Et sanctus Augustin⁹ ait: Om̃e peccatum adeo est voluntariũ, vt aut peccatum nullum sit, aut sit voluntariũ. Huc pertinet peccandi consuetudo. Secundo, alienum esse huiusmodi peccatorem ab ecclesia Dei, Aue illi dicendum non esse. Tertio, quærendum tamen, & tantisper pro eo orandum, donec à diaboli laqueis liber euadat. Hæc est voluntas Dei. Quarto, contristat spiritũ Dei peccator, Ephe. 4. Offendit ecclesiam. Non ergo vere pœnitet, nisi conteratur, hoc est, nisi doleat, pœnamque huius culpæ teneat. Nam Deus (Psal.93.) fingit laborem in præcepto. In quem locum ait Hieronymus: Vera pœnitentia fugit delicias. Sequitur porro in parabola: Quàm super nonagintanouem iustis, qui non indigent pœnitentia. Peccator Christo multum facit negocij, Esa. 43. Hieremiæ 6. Derelinquit ergo nonagintanouẽ oues non errantes, & plus gaudet de vna ouicula perdita & recepta, quàm de nonagintanouem non amissis & recuperatis rursum. Plus gaudet de vera pœnitentia mulieris peccatricis, Luc. septimo, quàm de Simone hospite suo & omnibus conuiuis. Beda: Hi qui se nullis peccatorum molibus oppressos sciunt, stãt quidem in via iustitiæ, nulla illicita perpetrãt, sed tamen ad cœlestem patriam anxie hõ anhelant. At contrà qui se aliqua illicita egisse meminerunt, plus ad Dei amorem exardescunt, seseque in bonis operibus magis exercent. Dicit ergo: Cui minus dimittitur, minus diligit. Sunt qui nonagintanouem iustos, accipiunt de angelis beatis, pœnitentia opus non habentibus.

Sequitur:

Pctm̃ voluntariũ est, ergo excõicandũ, pctõr vero spe pœniæ ferendus.

Peccator Christo multũ facit negocij.

Aut quæ mulier habens drachmas decem, si pdiderit drachmã vnam, nonne accendit lucernam, & euerrit domum, & quærit diligenter, donec inueniat eam? Et cũ inuenerit, conuocat amicas & vicinas, dicens: Congratulamini mihi, qa inueni drachmam quã perdideram.

Sa-

Pœniæ salubritatē multis parabolis Chr̄s nobis proponit.

Satis optimo magistro visum non fuit, pœnitentiæ salubritatem vna saltē parabola declarasse: nam & alteram subdit, vt tantum sacramentū nobis redderet commendatius. Quare age quoties ouem errātem, quoties pastorē oues aut pascentē, aut quæritantem videris, fac tibi secundū primam similitudinē, pœnitentiæ operū succurrat. Dein secundū alteram, videns viduā, vidēs pecuniam, videns quē rem amissam quærere, fac eius sacramenti tibi subeat. Pecunia, vt huius mundi se ferunt res, homines miseri egēt. Nam sine pecunia mūdus nulli sua præstat obsequia. Eccēs 10. Pecuniæ obediunt omnia. Vnde dicit poeta:

Pecuniæ in hoc mundo obediunt omnia.

Si nihil attuleris, ibis Homere foras.

Et alius:

Et genus & formam regina pecunia donat.

Propter miseros ergo reseruanda, etiā acquirenda, exemplo deniq; viduæ, duo minuta sua in gazophylaciū proijcientis, libere expendenda, Luc. 21. Marc. 12. Nec vidua ea, tanquā rem vilem sua ea minuta in gazophylacium proiecerit, à dn̄o commēdatur. Pecunia item res est preciosa, aliqn̄ magis ex æstimatione superscriptionis, q̄ materiæ. Apta ergo parabole. Mulier tam charam rem quærit, vt quę diligentissima: & quo magis in inquirendo fuit solicita, tanto lætior est effecta de nummo suo inuento. Mulier significat ecclesiam, q̄ Apoca. 12. amicta sole & luna dicitur. Pecuniæ satis diues est mulier hæc. Nos vero denarij sumus, ad Dei similitudinē & imaginē conditi & regenerati. Vnde non tam propter conditionis materiā, q̄ propter numismsma genitrici nostræ sumus chari. Anxię nos curat, solicite seruat. Verum quæ huius seculi errorū est vorago, & qui casus sunt, nonnunquā tam charæ rei aliqd amittit. Amittit aūt potissimū, dispensatoribus domus, diaboli susurrationibus sopo ratis, rem tantam sibi cōmissam non satis caute custodientibus. Gnome habet: Inueni drachmā quā perdideram. quasi dicat, quē accuratius custodiuissem. Hoc de pastore non legitur. Quærit pastor ouē quæ perierat, & inuenit tonsam quæ perierat. Et hoc obseruandū, q̄ mulier drachmam nō dicit suā: sed simpliciter dicit, drachmā quam amiseram. Pastor vero ait, Ouem meam quæ perierat. Quod ita descriptum est, vt alteram parabolarū de Christo, alteram de ecclesia acciperemus. Sponsa se & omnia quæ habet, Christo refert acceptā. Illius vero est orbis terrarum, & vniuersa quæ sunt in eo. Nos oues pascuæ eius, Ioan. 10. & 21. 1. Pet. 5. Sponsa tantum habet, quantum accipit. Vnde & Apostolus ait:

Denarij q̄mō nos simus.

Mulier amissæ drachmæ culpam agnoscit.

Quid habes quod nō accepisti? Sponsa animas fideles accipit custodiendas, vulneratum à latronibus accipit curandū. Huc ptinet quod Lucas dicit Acto. 2. Dn̄s addebat, qui salui fierent, quotidie congregationi. Idem dicitur 11. 16. Harū si quæ amittitur, mulier sua culpa id factū esse fatetur. Quærit ergo hoc diligentius, quo suā culpam accusat vehementius, æmulādo sponsum, qui neminē vult perire. Quærit pastor, quærit mulier: ille dn̄s, hæc ancilla. Quanq̄ si dona, quibus vt acies ordinata, lemuribus infernalibus est formidolosa, quibus inter hæresios opiniones & sensum scripturę orthodoxum iudicare habet, spiritū sanctū ex capite suo Christo (psal. 44. 132.) possidens, attendas, reginā recte dixeris. Candelam quam accendit, studiosam scripturaꝝ discussionē accipe. Lumen est illustratio veritatis. Nā & in prophanis literis lux siue lumē, intelligētiæ habet significationē. Elucidare sigdē & dilucidare, declarare significāt. Dom⁹ verrit̄ & tota euertitur, postq̄ abusus varij & supstitiōes subortæ, schismaton & hæreseon causæ corriguntur. Grossus perditus, non solū peccatorem, sed & hæreticis opinionibus hominem deprauatū designat. Neq; talē materna viscera auersantur. Hæreticos, inquā, ecclesia exemplo Christi, Petrū post fletū negationis recipientis, etiam hæreticos materno sinu ad se redeuntes libenter & gaudens amplectitur: quod Lucifer solus, damnat, infernalis Luciferi victima opima. Non pudeat ergo errorē suū fateri, non vereatur palinodiam cantare, si quis à catholico sensu exorbitauerit, hæreticoꝝ persuasione seductus. Non timeat Smyrnensem illū episcopū Luciferū, de lucifero vero matutino, Christo Iesu, occasum nesciēte, bene sentiat, & ecclesiæ gremiū sibi expansum inueniet, simulac erroribus recantatis, ad tantā dominā redierit. Vtinam ecclesiæ optimates ecclesiam referāt. Accendendæ lucernæ tēpus adest, totus fere grex misere palat: sed qui requirat, quotusq; est? Hoc periculū Ezech. 24. deplorat. Sed de Dei bonitate nemini desperandum. Nouit eñ suos e quouis discrimine eripere, Prouer. 25. Beda mulierem diuinę sapiētiæ mysteriū n referre ait. Sacerdos & ipsum Bedam l gat. Sequitur:

Ecclesia ancilla.

Candela quā mulier accendit, scripturæ.

Domus verrit quid sit.

Hæreticis eccl. ecclesia.

Ita dico vobis, gaudium erit coram angelis Dei super vno peccatore pœnitentiam agente.

Attendite vnā atq; eandē vtriusq; gnomes collectionem. Gaudet pastor, exultat mulier, lætantur angeli. Hic tu noue euangelista, qui beatos suo merito defraudando,

do,negas,cum impassibiles existant, etiam protinus esse incōpassibiles:attende angelos stare ante patrē cœlestē, nobiscū tamē & lætari & cōtristari. Quod ita vult Dei sapientia,ne se extollat hūana insipientia.De qua re aliâs.Hic videmus opera pœnitentiæ etiam ipsas cœlestes exhilarare mētes. Sed rudibus totius huius loci de pœnitentia methodum subijciendam puto, nempe istam:Primo,pœnitentię locū esse in ecclesia,nec septies,sed septuagies septies peccatores quoscunq; recipiendos,neq; hæreticis misericordiæ locū denegandū. Secūdo, pœnitētiæ tres partes esse,contritionē,exomologesin,& satisfactionem. Luderanos, hoc est scurriles,declamatores esse, fucum pœnitentię docentes,has tres partes negligentes, cum totus huius lectionis status nihil aliud velit,q̄ vt inter vere pœnitētes & iustitiarios, de fide ociosa sibi plaudentes, discriminet.Tertio,pœnitentiam verā catholicæ doctrinæ nō modo in terra, sed & in cœlo esse efficacē. Recte em̄ dicit Beda: Dux in prælio plus eū militē diligit,q post fugam reuersus,hostem fortiter premit, q̄ illum qui nunquam terga præbuit, & nunquam aliquid fortiter fecit.Quarto,peccatores impœnitētes,aut citra veræ pœnitentiæ tres partes,metanœā aliquam noui euangelij mentientes, nihil commune habere in ecclesia.Dicūt euangelistę noui:Christus venit peccatores saluos facere. Recte hoc. Sed & addendus modus pœnitentię, cuius symbolon est baptismus. Sic venit Christ⁹ propter peccatores,vt *sic eos sanctificaret:hoc est, vt peccatores ad pœnitentiam vocaret. Sic & medicus pius visitat ægrotos,nō delectatione morbi,sed eius odio. Per medicinā pellitur morbus, & sic curatur ęgrotus.Per pœnitentiam concipitur odium iniquitatis, cōcipitur amor pietatis,& sic saluatur peccator. Mentitur blasphemus,q dicit Christū peccatores esse velle.Sic pie dixeris:Christ⁹ vult vt peccatores conuertātur,vt e peccatoribus pœnitentes reddantur. Diuersa sunt hæc:Peccator peccans,& Peccator pœnitens. Super hoc gaudent angeli cœli, super illo angeli Tænarij. Pœnitētes Christ⁹ dorso suo impositos,ad regna cœlorū portat, impœnitentes diabolus cauda sua inuolutos vel e cœlo secum in profundum laci rapit. Super hos lugēt angeli cœli,exultant spiritus Auerni. Peccator ergo qui damnari non vult cum diabolo,pœniteat,idq; cito. Hoc vt præstemus omnes,quia & peccatores sumus omes,annuat nobis omnibus,qui solus est bonus pastor animaꝝ nostrarū: sine q̄ nihil,& per quem omia possumus.Huic soli vero, viuo & immortali Deo, sit honor & gloria, vnà cū patre & spiritu sancto in sempiterna secula. Amen.

Pœnitentiæ methodus.

Peccator peccās & pœnitēs, diuersi.

DOMINICA POST TRINITATIS IIII.

Euangelium Lucæ sexto.



ESTOTE misericordes,sicut & pater vester misericors est. Nolite iudicare,& non iudicabimini. Nolite condemnare,& non condemnabimini. Dimittite,& dimittetur vobis. Date, & dabitur vobis. Mensuram bonam & confertam & coagitatam & supereffluentem, dabunt in sinum vestrum. Eadem quippe mensura, qua mensi fueritis, remetietur vobis. Dicebat autem illis & similitudinem: Nunquid potest cæcus cæcum ducere? Nonne ambo in foueam cadunt? Non est discipulus supra magistrum. Perfectus autem omis erit,si sit sicut magister eius. Quid autem vides festucam in oculo fratris tui, trabem autem quæ in oculo tuo est,non cōsideras? Aut quomodo potes dicere fratri tuo:Frater,sine eijciam festucam de oculo tuo, ipse in oculo tuo trabem non vides? Hypocrita, eijce primum trabem de oculo tuo, & tunc perspicies vt educas festucam de oculo fratris tui.

PRAEFATIO.

PERq̄ necessarium est Christigenis omnibus,vt non solum promissionū lenitate subinde demulceātur,verum etiam præceptoꝝ calculis vrgeātur. Vtrunq; em̄ & Christū & pphetas fecisse constat. Pseudoprophetæ blandissima saltem & placentia,cum regibus tum populo proposuerūt. Hos potius q̄ illos,noui euangelistę nostrates sequi malūt, vt populi plausum & principum gratiā venētur. Viderint vero tam auditor q̄ prędicator, qs eos maneat exit⁹. Noster dn̄s & magister Iesus Chrs,nō meram fidē & vanā credulitatē ponit iustitiæ

Olei lenitate & vini acrimonia pharmacũ fit euangelicum.

fundamentum, sed vt peritus medicus, fidei dulcedini mandatorũ miscet amaritudinẽ, vt olei lenitas & vini acrimonia mista, pharmacum efficiant euangelicũ: nempe hoc, Homo baptizandus in remissionẽ peccatorum, Acto.2. Roma.2.5. credat Christũ Iesum filiũ esse Dei viui, Matt.16. hoĩem factũ ad saluandũ genus humanũ, Mat.18. Marc. 16. Actor. 1.4.10. Roma.5.10. Ephesi.1. In hac fide præbeat membra corporis sui, iuxtà atq; animã, seruituti iustitiæ, quæ in vitę nouitate consistit, Rom.6. itẽ in sanctitate sita est Luc.1.2. Petr.3. Hanc nouitatem vitæ Dauid duobus pedibus pulchre incedere facit, dicens: Declina à malo, & fac bonum. Et Esa.1. ait: Dediscite male facere, & bene agere assuescite. Euangelium sub vno præcepto charitatis vtrunq; complectitur, Ioan.13.15. Roma.13. Gala.5. Porro charitatis pręcepta multa tradit. Hoc potissimũ loco quinq; saluator nobis cõmendat: quæ nisi custodierimus, amicũ illum habere nõ poterimus, Ioan.15.1. Cor.7. Credere saltẽ (1. Cor.13. Iaco.2.) & dicere: Dñe dñe, Luc. 6. est stulte in arenã non profuturã ædificare domũ, Matth.7. Quare præsentẽ lectionem, tanquã veræ Dei sapientiæ certã & locupletem institutionẽ subacerbam, melicis Sirenarũ hæresion illecebris, mortẽ pręsentem illaturis, p̃ferendo, audite & custodite.

Estote misericordes, sicut & pater vester misericors est.

Christus vult nos primo bonos eẽ, & dein bona op̃ari.

Hic primo nobis esse præscribit, in sequentibus facere. Hic vult nos esse bonos, postea mandat vt bonos edamus fructus: quod præstare nõ poterimus, nisi boni extiterimus. Quidqd eñ corde non puro protulerimus boni speciem mentientis operis, hypocrisis est & fucus. Simulator iustitiæ quærit, sed nescit qd: currit, sed nescit quo. Bonitatis Christianæ præcipuũ argumentum est misericordia, vnde mandat hic primo, vt simus misericordes. Deus bonus & bonitatis fons, ex misericordia præcipue disnoscitur. Misericors & miserator dñs, patiens & multæ misericordię, Psal.85.140. Et Christus filius Dei hoc potissimũ argumento cõprobatur: nã mansuetudo Christi apud oẽs fere prophetas celebratur. Misericordia aũt in duobus p̃prie cõsistit: in affectu nimirũ, & effectu. Illud εικτιρμὸν vocat Aplus Phil.2. hoc ἐλεημοσύναι euãgelista Matthæus ca.6. Illud est ægritudo cordis ex miseria aliorũ iniuste laborantiũ: hoc (licet & ægritudo sit ex aliorũ incommodis suscepta, ęque atq; illud) auxiliũ magis atq; opus importat. Alterũ ex altero profluit. Dñs hic radicẽ quęrẽs, bonos nos eẽ volẽs, primo vult, vt cor super miseros & egenos intendat atq; cõmoueat, qa Psal.41. habet: Beatus q intẽdit sup egenũ & pauperẽ. Et Aplus ait: Si dedero oẽs facultates meas pauperibus, & charitatẽ nõ habeã, nihil mihi prodest. Exemplũ miseratiõis petamus ex ipso Chro Mat.15. Mar.8. Luc.7.10.18. Itẽ Mat.9. Mar.6. Cõmendatio eius virtutis amplissima exprimit Oseę 6. Mat.9. Misericordiã volo, & nõ sacrificiũ. Et satis magna eius virtutis prædicatio vel in hoc relucet, q̃ similitudinẽ & instar Dei p̃sentissimũ referre perhibet. Huc facit & illud Poetæ: Regia (crede mihi) res ẽ, succurrere lapsis. Ad hãc virtutẽ exhortant nos & euãgelistę & apli Mat.18.25. Ephe.4. Col.3.1. Petr.3. Cõmẽdatur nobis hic à fine & mercede, teste Theophylacto, Mercedẽ pollicet, dicẽs nos fore similes Deo. Late se hęc virtus exerit, fons est diues riuulorũ, arbor felix frõdium & ramorũ, q̊d sequentia illucidãt.

Nolite iudicare, & nõ iudicabimini.

Charitas & misericordia vetãt, ne suspicemur & temere fratrẽ iudicemus: immo magis oĩa bene interpretemur, multitudinemq; peccatorũ operiamus. Meũ est iudiciũ, ait oĩpotens cardiagnostes recte iudicans. Cõtra maligna nostra iudicia, quæ saluator hic prohibet, dicit Apls Ro.2. Inexcusabilis es o homo, quisqs es q iudicas. Nã hoc ipso q̃ alterũ iudicas, teipsum cõdẽnas. Eadẽ eñ facis q̃ iudicas. Cõtra detractoriũ iudiciũ dr Ro.14.1. Cor.4. Iac.4. Cõtra friuola, Col.2. Contra dubia & falsa, Ioan.7. Dño ergo oẽ iudiciũ p̃mittendũ psal.49. 2. Timo.4. Heb.12. Iustus se prior accusat, Pro.18. Iniustus ergo, quisqs alterũ dẽtero dit Theonino. Verum est vetustissimũ Iudæorũ prouerbium, 1. Reg.24. Ab impijs egredietur impietas.
E proprio cãtu volucris disnoscitur oĩs.
Sic Nabal iudicauit Dauida, dicens: Hodie increuerũt serui, & fugerunt dños suos. Dicis: Non licet mihi dicere id q̊d res ipsa est? Itẽ: Nõne licet fugere hæreticũ hoĩem? Itẽ Quare cõcionatores subinde iudicãt & damnãt alios e suggestis publice? Respõdeo: Iudicare dñs p̃hibet, magis vetat scriptura calũniari, 1. Cor.5. Admonere vero & amice arguere fratrẽ errantẽ, inter te & ipsum solũ, remotis arbitris, salutare est & meritorium, Matth.18. 2 Thessa.5. Ephe.5. Si nihil sic profeceris, dic ecclesiæ. Si nec ipsam audierit ecclesiã, tum demũ vita nõ minus quàm ethnicũ. Verum caue ne & hic temere iudices. Audi Apostolũ 1. Cor.4. Nolite ante tẽpus iudicare, quoadusq; veniet dominus, qui & illuminabit abscondita tenebrarũ, & manifestabit consilia cordium. Interim tu sic cogitabis: Dño suo aut stat, aut ca-

Misericordia i duobus proprie consistit.

cadit. Tu quid iudicas alienũ seruum, Ro. 14? Te ipsum potius incusa, nec te quæsieris extrà. Quantum ad hæresin attinet, fac tu sensum, quẽ e matris ecclesiæ suxisti vberibus, teneas. caue matrem irrideas ecclesiam. Si ab ecclesia aliquos deficere obseruaueris, atq; ecclesiam eos ferre videris: tu q̃re hic hæreticum non solum, sed & ecclesiam traduxeris, illum erroris, hãc lenitatis? Vitandi hæretici, sed non suggillandi, non proscindendi. Deniq; ecclesiastę officij est, arguere & increpare tempestiue, intempestiue: sed & hoc cum omni animi lenitate. Tu qui priuata persona es, vsurpationem partium ecclesiasticarum fuge. Neq; item iudicium est aut condemnatio, quod præco verbi dominici in flagitiosos quoslibet strenue inuehitur, sed pastoralis est cura & salutaris castigatio. Et hic officium, in quo Christi spiritus operatur, attendendum, nõ præconis persona.

Calũnia non est, e suggesto in vitia intonare.

Nolite condemnare, & non condemnabimini.

Condẽnamus primo, cum dicimus: Dignus est ille quem carnifex patibulo suspẽdat, cui terra dehiscat, quem diabolus discerpat. Indignus in quẽ sol resplẽdeat. Secundo, fit facto, cũ eum quem indignũ nostris officijs iudicamus, aut non iuuamus, aut molestamus. Cõdemno, siquidem tantundem est, atq; Damno afficio. Sic Indemnis dicitur, qui est sine damno. Vtraque harum condemnationũ charitati pugnat. vtranq; Christus hic vetat. Abraham, Isaac & omes alij patres, cũ indigna paterentur, nõ condẽnauerũt errantes, sed magis excusauerunt, magis sua illis officia exhibuerunt. Quod vnquam Dauid contra Saul verbum condemnatoriũ protulit? Et quibus non prosequebatur officijs? Et Moses etiam iratus, nõ dixit: Domine, dignus est populus ille quẽ perdas. Sed ait: Obsecro, peccauit popul⁹ iste peccatũ maximum. fecerunt eñ sibi deos aureos. verum tu dñe dimitte eis hanc noxã: aut si non facis, dele me de libro tuo quem scripsisti, Ex. 32. Et Apostolus optabat anathema esse Deo pro Israel. Christus quoq; ipse factus est pro nobis maledictum, nostram in se recipiẽs culpam. Verum cui charitas deest, quid aliud faciat, q̃ vt verbis & factis fratrẽ offendat, pugnetq; illi qui dicit: Quod tibi non vis, alteri ne feceris?

Cõdẽnamus alios tã verbis quàm factis.

Dimittite, & dimittetur vobis.

Si quid in te admissum est, forti animo suffer. Pertinet fortitudo ad scientiam perferendarum iniuriarum, teste Cicerone 4. Tus. quæst. Pręsta ergo te virũ fortem, non ad vindicandum iniurias, sed ad perferendas eas. Melior siquidem (Pro. 16.) est patiens viro forti: et q dominatur animo suo, expugnatore vrbiũ. Magistrat⁹ nouerit vt secundũ legẽ sontes plectat, nec ipse in legem impingat. viderit vt citra om̃em animi concitationẽ gladio vtatur, ne apud Deum reus homicidij teneatur. Certe priuat⁹ ad remittendũ hoc euangelico cogit̃ præscripto. Et qui in potestate est, si suam ipsius iniuriã vlciscatur, præuaricatur. Tam seruus q̃ domin⁹, facile proximo in se delinquẽti iniuriã, quantumuis magnã, condonauerit, si recte secũ reputauerit, quis & quantis ipse Deũ quotidie erratis offendat, memor scripturæ quæ dicit: Septies in die cadit iustus. Indulgere hoc, Græco verbo dicitur ἀπολύω, id est, absoluo. Poterit & meo iudicio hic legi: Absoluite, & absoluemini. Videtur eñ hic locus proprie prolatus in hypocritas pharisæos, q foris se lauabãt, iustosq; arbitrabant̃, intus pleni inuidia & latrocinijs. Sed per nos suo quisq; abũdauerit sensu. Et nos nostro abundantes, faciamus hic text⁹ habeat ἀφίημαι, id est, dimitto, libero, absoluo. Nam & hoc vocabulo q̃tidie vtimur in oratione dominica, dicẽtes: Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos absoluimus debitores nostros. Vult paria facere Deus tua debita cũ debitis illis, quæ tu fratri tuo dimittis. Magna in oratione diuina (teste Chrysostomo) certitudo nobis remissiõis peccatorum proposita est, si modo nos dimiserimus. Cõtrà q̃ ore Deũ (vt cum Ambrosio loq̃r) cõuenimus, vt nobis dimittat, si nõ absoluimus nos? Adeo cor nostrũ vel iræ, vel indulgẽtiæ Dei testimoniũ nobis profert. Breuiter: sola condonatio, Dei bonitatis nobis est argumentũ. Neq; eñ Deus vllã pœnitẽtiã recipit, hac misericordię parte neglecta, Mat. 5. Atq; hæc hactenus.

Ferẽdę iniuriæ etiã ethnicorũ autoritate.

Remittẽs debita fratri, meret̃ remissionẽ peccatorum.

Date, & dabitur vobis. Mensurã bonam & confertam & coagitatam & supereffluentem, dabunt in sinum vestrum. Eadẽ quippe mensura, qua mensi fueritis, remetietur vobis.

Postremum hoc domini præceptũ, magnam habet appendicẽ, puta promissionũ, quia in maiori versatur negocio, nempe in dãdo. De eleemosyna experientiã habemus, neminẽ ea depaupari, vel iuxta prouerbium Germanicum. Hoc & ethnicis (q̃d non immerito cui mirũ videbitur) certũ fuisse, ex hoc poetæ constat, dicentis:

Vilia q quondã miseris alimẽta negabat,
Nunc mendicato pascitur ipse cibo.

Sed nostros nos potius audiamus. Pro. 19. Fœneratur domino qui miseret̃ pauperis. Aeterna tabernacula parat eleemosyna. Lu

Eleemosyna habet multas promissiones.

eleemosyna ditat, & nõ depauperat.

cæ 16. Satius est dare q̃ accipe, Act. 20. Largire ig.t, & dabit̃ tibi. Porro largire cito, da spõte, da ex certa cõmiseratione, vt donũ tuũ eleemosynæ nomen mereat. Qui cito dat, bis dat. Et hilarẽ datorẽ diligit Deus. Et verũ est q̃d 1. Offi. ca. 30. dicit Ambrosius: Nulla est beneficẽtia, vbi nulla est beneuolentia. Hospitales estote, ait Petrus, sine murmuratiõe, 1. cap. 4. Qui parce semẽtem facit, is & parce messurus est. Potẽs est Deus (ait Apostolus) efficere, vt totum beneficiũ in vos exuberet, vt in om̃ibus oẽm sufficientiã habentes, exuberetis in om̃e bonum, quemadmodũ scriptũ est: Dispersit, dedit pauperibus, iustitia eius manet in seculum, 2. Co. 9. Psal. 112. Hoc vult & Saluator, hic bonæ mensuræ mentionem faciẽs. Nec moueat aliquẽ q̃d dicat, Dabũt. Non eñ dabũt, q̃cunq; illi retributores sunt, nisi secundũ nostrũ bonum propositũ, q̃d ex sequentibus euinci potest: Dabũt mensuram bonam, confertam, coagitatã, &c. Obserua, mensuræ vocabulum, hic tam liquida q̃ arida compræhendere. πεπιεσμένον, id est, pressam. σεσαλευμένον, id est, cõcussam. Mẽsura, qua res metiundas premimus, concutimusq́;, certe aridarum est rerum. Sequẽs dictio, ad liquida magis pertinet, ὑπερεκχυνόμενον, id est, supereffluentẽ. Interpres græcam vocẽ satis expressit: nã & Latinũ Fundo fundis, de liquidis proprie accipitur. Significatur autem hoc loco opus misericordiæ cibãdi & potãdi: sed p̃ tot epitheta magis nobis pastio cõmendat. dicit̃ eñ, cõcussam, cõfertã &c. Magis cibatione q̃ potatione opus habẽt miseri. plures siq̃dem inedia q̃ siti pereunt. In vtroq; cęterorũ operũ misericordiæ significatio cõtinet. Promittit se Deus p̃ nostra clementia fore clementem. neq; eñ (teste Theophylacto) eadem qua nos elargimur, mẽsura nobis reddi potest, cũ maiora p̃mittant: p̃ nr̃o siq̃dẽ affectu dabũt nobis. Dabũt vobis, ait. Qui aũt sunt datores illi? Paupes q à nobis acceperunt. Nã & sic infrà dicit 16. Recipiẽt vos in ęterna sua tabernacula. Mensurã bonã, suffertã, conquassatã, & supeffluentẽ Lazarus diuiti suppeditasset, hac à damnationis sentẽtia liberasset, si ex vera cõpassione illi vel micas suæ mẽsæ cupitas dedisset. Antimetron erit posthac, simulac gloria filiorũ Dei manifestatur. Immo & chœnix modiusq́;, q̃ plus capiat, cõcutiet. Omnia siquidẽ q̃ in hac vita male patrata sunt, illic in memoriã reuocantur. Recordare, ait, quia recepisti bona &c. De hac vicissitudine habes infrà 14. Coloss. 3. De mercede habes Mat. V. X. 1. Cor. 3. 2. Ioan. Om̃ia tamen ad Dei misericordiam referẽda, quod huius lectionis præcipuum est caput. Nam statim dicitur: Sicut pater vester misericors est. Vnde euãgelista circũspecte hoc q̃d dixit, Dabunt, quodãmodo declarat atq; corrigit, subinferens, Dabitur vobis: vt discamus, ad Dei bonitatẽ referenda omnia. Et dñs sibi acceptũ fert, quidquid in miseros contulerimus: quo fit, vt etiã per manus inopũ nobis in cœlo thesaurizemus. Nõ alius baiulus, non alius currus, nec alia nauis oneraria nobis esse potest, quo nr̃a illa præmittamus, nisi paupeꝝ vẽtres. Chrysostomus vocat pauperum ventres horrea æternitatis. Hunc locum, vt Matth. 7. & Mar. 4. describatur, operæprecium est, vt sacerdos studiosus sedulo videat.

Mensuræ vocabulum.

Pauperes retributores.

Dicebat autẽ illis & similitudinẽ: Nunquid potest cæcus cæcum ducere? Nonne ambo in foueã cadũt? Non est discipulus supra magistrũ. Perfectus autem om̃is erit, si sit sicut magister eius.

Duæ hæ parabolæ, altera de cæcorũ duce, altera de discipulo perfecto, disiunctim legũtur: q̃si ad ea quæ suprà dicta sunt, non p̃tineant. Sine negocio vero possunt superioribus adijci. Cohærere videbis, si ita accipias, q̃si Christus vtrãq; dixerit in temerarios iudices, qui alios fastidiunt & diris deuouent, eadẽ committẽtes, de quibus alios condemnant. De cæcis illis dicitur Ro. 2. Confidis te ipsum esse ducẽ cæcorum, lumen in tenebris versantiũ, eruditorem insipientiũ, habentem formam cognitionis ac veritatis per legem. Qui igitur doces aliũ, teipsum non doces: qui prædicas nõ furandum, furaris &c. Iac. 4. Qui iudicat fratrẽ suum, detrahit legi, & iudicat legẽ. Qui iudicat legem, nõ est factor legis, sed iudex. Sal fatuũ nihil prodest, Matt. 5. Luc. 14. Si lumẽ quod in te est, tenebricosum est, ipsæ tenebræ quantæ? Luc. 11. Si ecclesiastes delirat, si magistratus ineptit, plebs insipiẽs nõ esse nõ potest. Si corruit sacerdos, qui stare poterit laicus? Labascẽte principe, cadat et populus oportet. Ignorãtia ducis, est calamitas populi sequẽtis. Corrumpunt magis exẽpla, q̃d poeta ait, magnis autorib⁹ orta. Hec ad primã similitudinẽ. Seqtur secũda: Nõ est discipulus supra magistrũ. Hoc est: Si vocatus es ad p̃laturã & magistratũ, age imitare & tu magistrũ eũ, cuius te discipulum esse iactas. Cœpit Iesus facere & docere. Tu q̃q; Christi exẽplo prius vita ipsa, q̃ doctrina, doce. Duꝝ est, inq̃t Gregori⁹, vt q nescit ferre moderamina vitæ suæ, iudex fiat vitæ alienæ. Si magistrum Iesum sequeris, nihil opis boni omittis, nihil mali committis, oĩb⁹ te submittis, nulli te p̄fers, amas om̃es,

Filio cœlesti & magistro Chro vt similes fieri possimus.

omnes,etiã infimos,quoscunq; perditos amice quæres.Si magistrũ audis,etiam si oĩa q̃ tibi præcepta sunt,pstiteris, seruum te inutilem dices. Sic secundũ tuam mensurã similis magistro tuo euades.Græcum κατηρτισμένος,Theophylacti interpres vertit,elaboratus.Sensus est: Perfectus erit & elaboratus,q tam vita quàm doctrina,hoc est, q & exemplo vitæ & religiõis præceptis magistrũ suum imitať.Quisquis fecerit & docuerit,hic magnus, expolitus & pfectus vocabiť in regno Christi,Matth.5.Minimus, qui docet,& non facit.Petenti da,cupienti mutuũ accipere,ne auerseris,inimicũ dilige:& pro tua capacitate eris pfectus, quẽadmodum pater cœlestis, Ibidẽ. Breuiter: Sequere & audi Magistrũ tuum,& ecclesiasticæ pfectionis gradũ continges. Si alterum neglexeris,hoc est,si doctrinã Christi plurimi feceris,eamq; verbis subinde exornaueris,aliisq; eã studiose commẽdaueris, hæc inquam si oĩa præstiteris,exemplum vero ipsum neglexeris,nullus eris.

Quid autẽ vides festucam in oculo fratris tui, trabem autem quæ in oculo tuo est, non consideras? Aut q̃modo potes dicere fratri tuo: Frater, sine eiiciam festucam de oculo tuo,ipse in oculo tuo trabem non vides? Hypocrita,eiice primum trabẽ de oculo tuo, & tunc perspicies vt educas festucã de oculo fratris tui.

Vestra charitas audiuit,bonæ mensuræ similitudinẽ ad dandi & operãdi præceptũ pertinere.Præsens, q̃d iam audistis simile, ad pceptum de nõ iudicando & condẽnando quadrare,nũc quoq; audiatis.Parabola cæci ducis,ad idem pceptũ de non iudicando,facit.Repetit hic,vt inculcet. Inculcatũ aũt vult, qa mundus temerariis iudiciis est plenus. Festuca, est & arboris, & nouellæ oĩno infantis,& cuiusq; sati pullulus.Sunt qui pro puluisculo aut pro acere accipiãt. Trabs vel trabis,diciť à trahendo, q in altum trahatur.Proprie,secundum Festum, sunt duo ligna ædificii simul compacta.nã cum simplicia sunt,non trabs, sed tigna dicũtur.Hic maximũ aliquid significat,quẽadmodum festuca minimũ quiddam.Hãc Saluator alioꝝ peccatis cõfert, eoꝝ nimirum qui iudicãtur.Illam cuiusq; oculo proprio,ei⁹ nimiꝝ hominis q alios iudicat,inesse dicens,maximæ culpæ temerarios iudices insimulat. Nõ cõparat alteꝝ alteri,sed iudicantis culpã longe grauiorẽ apud Deũ esse ostendit culpa iudicati: vt sit bis terq;

Festuca quid.

Trabs quid.

malus,qui alios iudicat & condemnat,ipse nõ innocẽs. Primo malus est in se,qa eadẽ facit quæ in aliis reprehendit:secundo peior,q aut leuitatis, aut supbiæ, aut inuidiæ vitio temere de fratre iudicat:tertio pessimus est,q ante tempus iudicans,ecclesię sibi officium vsurpat, & Dei maiestatis honorem sibi vẽdicat: quasi sibi frater magis quàm Deo aut stet,aut cadat. Et quis poterit crimen maligni iudicis satis peruidere? Certe immensam esse, psens parabola declarat. Et quid attinet hominem ante tempus iudicare, cum Deus potens sit lapsum erigere,sic vt eum qui hodie sit Saulus,cras aut perendie faciat Paulum:& eam quæ iã peccatrix est infamis & abiecta,actutũ cõpunctam corde, Christus filiam agnoscat dilectam Luc.7? Et nihil attinet nos præiudicare, cum omnes ante Christi stabim⁹ tribunal,iuxta hoc quod scriptum est: Viuo ego,mihi flectetur omne genu.Et hoc, Datum mihi omne iudiciũ.Et hoc, Quem dominus cõstituit iudicem viuoꝝ & mortuorum.Mirum quàm aliorum iudices illi sint sagaces & lyncei in odorãdis & videndis alioꝝ erratis. Ad olfaciendos alioꝝ pedores, nasum habent rhinocerotis, omni vertago sagaciorẽ: sed qui in suo sinu fœtorem virusq; odorẽt, magis simi sunt q̃ capellæ,odoratuq; magis sunt priuati, quàm ii qui coryza laborant.Et in videndis aliorum turpitudinibus & mendis,lumina habent aquilinis magis clara, qbus vel lyncas vincant, ad sua vero vitia agnoscenda talpas dixeris.Hic lamias poeticas penitus referunt,nihil non in aliis videntes,nihil nisi oculus:veꝝ q̃ sua flagitia videant,ne vnum qdem oculũ habẽtes.Temerariis istiusmodi iudiciis oĩa sunt hodie plena: nihil vndiq; audiť, nisi inuectiuæ & lœdoriæ. Qua in re excellunt pcipue noui euangelistæ q ne ipsis quidẽ parcunt diuis,peiores omnibus retro seculorum hæreticis.Neq; eñ de Donatistis,qui præ cęteris hæreticis ecclesiasticos maxime vitioꝝ traducere solebãt, vsquam legas, q & diuos siue beatos ipsos tanta pucacia diiudicare ausi fuerint.Apostoli nostrates illi,quid nõ faciant viuis, cũ etiam beatis graues & molesti esse nõ vereantur? Non sat habẽt, q alios quoscunq;, cuiuscunq; itidem ordinis & dignitatis,Papistas & priapistas appellãdo,omnib⁹ verborum etiam scripturæ infecteť cõuiciis, nisi etiam cãticis & picturis infandum dehonestent. Et ne quis dubitet, qd trabs in oculo eius qui alios cõdemnat,existat:vsq; adeo sunt vitiis omnibus dediti, diaboli hi & Belial filii, vt quiuis bonus eũ sibi potissimum commendatum habere possit,quem illi damnant, Quid enim virtutis apud eos

Maximũ crimẽ est, alios iudicare.

Euangelistæ noui veras agunt lamias.

speres, q meritis potissimũ detrahunt? Saltē se alijs meliores ducunt, qa plus q̃ alij credunt, nempe tredecimũ articulũ fidei, Sola fides iustificat: decimũquartũ, Opera quantumuis bona, sunt peccaminosa & gehēnæ meritoria: decimũquintum, Deus facit malum. His & alijs hoc genus Lutheranę scholæ articulis, sanctiores se cæteris haberi volunt, atq; ex istac luce oculum se cæcorũ & lumen totius mundi obtrudunt. Sunt ex altera parte, q ocia, inertiā, luxum, concubinatum, furta & raptus, simoniā, sacrilegia, & talium vitiorũ lernā dissimulant in se & in suis: hæreticos vero & præcisos subinde condēnant eos, q in quadragesimalis ieiunij tēpore, lactarijs vtuntur & ouis vescuntur. Anathema itē illis sunt, q cucullos non gestant voto gestandos susceptos: item eos qui Breuiariũ rarius attingunt, biblia vero frequentius legunt. Anathema maranatha habent eos, q verbũ Dei canonicæ scripturæ cōmissum, decretis præferunt iuris pontificij, quive veritati consuetudines posthabent. Ociose illis scriptũ est: Non est regnũ Dei cibus & potus, sed iustitia & pax & gaudiũ in spiritu sancto. Non mediocriter illis hallucinatur Hieronymus, dicens: Nō mediocriter errat, q minus bonum maiori præfert. Cessent hi tandē camelũ deglutiendo, colare culicem: quin hoc potius iudicent, ne ponatur offendiculum fratri. Summa summarum: omnes temerarij iudices, vel poetas & ethnicos audiant:

Prelati ecclesijs, nimiũ in alterã partē declinant.

Maxima pars hoīm morbo iactat eodem:
Aut sumus, aut fuimus, aut possumus esse
quod hic est.

Si vitam inspicias hominũ, si deniq; mores,
Cũ culpent alios, nemo sine crimine viuit.
Quæ culpare soles, ea tu ne feceris ipse:
Turpe est doctori, quem culpa redarguit
ipsum.

Væ nobis, qui in euangelica luce, eo tenebrarum deuenimus, vt ethnicorum institutione opus habeamus.

Chrysostom⁹ timet plerosq; hoc loco opinionē concepturos, quasi non liceat Christiano magistratui aniaduertere in sontes. Sed non poterit is sensus hic elici. Dicit ẽm hic contra hypocritas, & non contra veros epos & iudices Dei timentes. Et hoc obseruandũ quod dicit, Eijce trabē ex oculo tuo, vt possis deinde festucam ex fratris tui oculo eximere. Huc adducendũ, quod de iure gladij dicit, Rom. 13. Itē, quod Timotheo præscriptũ est: Argue seueriter, vt cæteri timorē habeant. Exemplũ eius correptionis seueræ habes in vtraq; Corinthiorũ epl'a. Itē Phil. 3. vbi ait Apl'us: Nunc aũt flens dico, inimicos crucis Chri. Quod ad festucã & trabē attinet, Matthæus graphice prosequit cap. 7. Conferat hæc loca inter se studiosus sacerdos. Nos summã huius loci in pauca conferētes, dicimus irã Dei manere oẽs seueros hypocriticos tyrãnos, temerarios, leues, superbos & inuidos aliorũ iudices & condēnatores oẽs. Item eos q dare remittereq; ex animo nō satagunt, neq; volunt. Faxit De⁹, hypocrisin oẽm corrigētes, ipsum magistrũ veritatis Iesum Chr̄m audiamus, lucemq; sanctã sequamur. Amen. Huic cũ patre & spiritu sancto sit par laus & gloria per æterna secula. Amen.

Christianum magistratum ... bit ... sontes.

DOMINICA V. POST TRINITATIS, Euangelium Lucæ V.



VM turbæ irruerent in Iesum, vt audirent verbum Dei, & ipse stabat secus stagnum Genezareth, & vidit duas naues stantes secus stagnum. Piscatores autem descenderant, & lauabant retia. Adscendēs autem in vnam nauim, quæ erat Simonis, rogauit eum à terra reducere pusillum: & sedens, docebat de nauicula turbas. Vt cessauit autem loqui, dixit ad Simonem: Duc in altum, & laxate retia vestra in capturam. Et respondens Simon, dixit illi: Præceptor, per totam noctem laborantes, nihil cepimus: in verbo autem tuo laxabo rete. Et cum hoc fecissent, concluserunt piscium multitudinē copiosam. Rumpebatur autem rete eorum. Et annuerunt socijs qui erant in alia naui, vt venirent, & adiuuarent eos. Et venerunt, & impleuerunt ambas nauiculas, ita vt pene mergerentur. Quod cum videret Simon Petrus, procidit ad genua Iesu, dicens: Exi à me domine, qa homo peccator sum. Stupor enim

circundederat eum, & omnes qui cum illo erant, in captura piscium quam ceperant. Similiter autem Iacobum & Ioannem filios Zebedæi, qui erant socij Simonis. Et ait ad Simonem Iesus: Noli timere. ex hoc iam hoĩes eris capiens. Et subductis ad terrã nauibus, relictis oĩbus, secuti sunt eum.

PRAEFATIO.



Lectionem hanc euangelij præcipue nobis legendam declarandamq́; ecclesia omniũ nostrum mater statuit. Visum ecclesiæ, vt hic coram videamus, qua vehementia populus legis euangelij doctrinam (cuius tamen pro tẽporis ratione tunc satis capax non fuit) audiuerit: vt æmulationem nobis istoc exemplo moueat, calcarq́; addat. Valde enĩ absurdum fuerit, nos verba Christi negligere, aut etiã mente non adeo ardenti audire: cum nos in sacramento baptismi huiusmodi intelligendis simus inaugurati. Dein cum & filij ecclesiæ simus, operæ precium fuerit, hanc lectionem penitus intelligere, quoniam allegoricos hic ecclesiæ nobis maiestas delineatur. Facit hæc ecclesiæ cognitio contra hæresion & minas & blanditias, quæ ambo hæresi semper insunt: vnde & hæresis tam hydrã quàm Sirenas refert. Qui ecclesiæ maiestatem (Psal. 44.) nouerit, inq́; verbo dñi rite per ipsam ecclesiam institutus fuerit, cum Dauide etiã dicere poterit psal. 45. Fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei. Nouerit item aures suas spinis sepire, atq; eas auertere, ne audiãt sibila hæreticorum subdola. Ipsam ergo lectionem audiamus.

Ecclesiæ catholicæ cognitio salutaris.

Cum turbæ irruerent in Iesum, vt audirent verbum Dei, & ipse stabat secus stagnum Genezareth, & vidit duas naues stãtes secus stagnum. Piscatores autem descenderant, & lauabant retia. Adscendens autem in vnam nauim, quæ erat Simonis, rogauit eum à terra reducere pusillũ: & sedens, docebat de nauicula turbas.

Factum est, inquit, vt turbæ multæ irruerent in illum. Euangelista more historicorum, antequam sacrosanctã doctrinæ hanc & miraculi historiã literis cõmendet, primo præfando sequenti descriptioni inductionẽ facit. Vrgebat, inquit, populus turmatim vndique confluens, vt audiret verbum Dei: quod & quale neq; Iudæi, neque scribæ, neq; itẽ sacerdotes docebant, tetri & austeri alioq homines. Christi grauitas virtutem habuit, qua oĩs cordis tristitia, qua etiã immundi spiritus infestatio pellebatur: chorda iucunda in ligno duro, qua tot electoꝝ corda trahebantur. Alibi itẽ legis, ꝙ populus non minori vehementia ad Christũ properauit, audituq́; verbi Dei institit, Matth. 12. Marc. 3. Luc. 8. Marc. 1. 2. Pro eius tẽporis ratione ardor is satis erat probandus, tametsi etiã tum ingeniũ vulgi esset, in principio feruere, in medio tepere, in fine frigere. Ferbuit tunc atque exarsit amore verbi: sed paulo post quàm apostolos vidit extra synagogã cæsos eijci, tepuit: iam plane friget. Sed ad institutum. Irruit tũc popul⁹ in Iesum. Ipse vero stabat ad ripam stagni Genezareth (Matth. hebraice vocat Genesar: & est idẽ mare, quod aliàs Tiberiadis dicitur, de quo supra dñica q̃nta post Epiphaniæ) videns duas nauiculas, non curbitos, non cataphractos, non liburna, non myoparones, & hoc genus põpatica, quæstoria atq; bellatoria nauigia, sed horias, id est, naues vidit piscatorias, ærũnæ & labori ædificatas. Aptas sane naues, quæ in ecclesię typũ recipiantur: est enĩ ecclesia ad miserias & labores ab æterno prædestinata. Duas vidit, vnam elegit: nempe Simonis, quã Sapientia æterna elegit, vt eam ecclesię vniuersalis, vnitatis atq; vnius summi pontificis autoritatis contra oẽs hęreses & schismata typũ faceret. Piscatores exierant retia sua lotum: quod significat, nos citra omne nostrum meritum vocari, gratis omnia accipere, quod & gratis postea expendamus. Ingressus in eam, quæ Simonis Petri erat, rogitans dominũ nauis, vt eam paululum à terra deflecteret, significans Ecclesiasten à mundi vanitatibus & à vulgaribus affectibus se abstrahere debere. Significans item, verbũ in præcipuo decoro prædicandũ. Quod itidẽ significatur Ioan. 6. Matth. 14. vbi plebs iussa sedere ad sumendum panẽ e pauculis multiplicatũ. Subducta naui à terra, consedit benignus & tranquillus, sedit item autoritate pollens: nam & in sessiõe autoritatis adumbratio fieri solet, quod vides 3. Reg. 1. 2. 1. Paral. 17. 22. 28. 29. 2. Paralip. 9. vbi de solio Dauid & Salomonis dicitur. Et iudiciũ dicitur esse apud sedentes. Vnde & dominus sedens, docuit in monte Matth. 5. In templo Matth. 26. In synagoga Luc. 4. Huc facit, ꝙ cathedra etiam à sedendo dicit. Adde ꝙ & pharisæi

Ecclesia nauis nõ pompę & luxui, sed labori ędificata.

Ecclesia vna nauicula.

Sedẽs docuit Chrs suã autoritatem declarans.

etiam sedendo docuerunt, Matth. 25. Paulus quoq; & Lucas ante Philippos ad littus sedentes, docuerunt, Actorum 16. Augustinus testatur Episcopos in regionibus vltramarinis sedendo solitos docere. Præclarum itẽ est, quod Eusebius ex Philone ostẽdit, tam viros q̃ mulieres in ecclesia primitiua sua loca determinata habuisse, vt commode & decenter sacris interessent. Quod apostolicæ institutiõis esse vides, 1. Cor. 14. Debet etiãnum ecclesiasticus ritus talis obseruari: Nec ecclesiastici spũs habendus, qui traditiones istiusmodi ecclesiæ decoro seruiẽtes, contemerauerit. Quod si fors aut necessitas tulerit, etiã extra augusta tẽpla doceri & consecrari posse, nemo mediocriter Chrianus inficias iuerit: sed hoc vel temere, vel pręsumptuose, absq; grãdi sacrilegio, facere poterit nemo. Schismaticus est, q hoc attentat in rituum ecclesiæ abrogationem. Archidoctor Chrus qd in hac nauicula docuerit, nusquam legitur, præter hoc quod aliàs euangelica doctrina dicitur. Euangelistas non om̃ia quę Christus ant docuit aut scripsit, literis commisisse, Ioannes ipse fatetur. Satis superq; sacrosancti * archigrammates scripserunt. vtinam nos eos fideliter audiremus.

Ecclesiæ decorum apostolicum institutũ, sine grandi sacrilegio, non conteratur.

Vt cessauit autem loqui, dixit ad Simonẽ: Duc in altum, & laxate retia vestra in capturam.

Hoc loco morale memorabile nobis exhibetur, nempe hoc: post auditum verbi, non ad spectacula vana, non ad negocia peccaminosa, non ad ocia inertia, non deniq; ad choreas, ludos, crapulas & luxum abeundũ, sed ad opus manuũ, q̃d nobis Genesis 3. præscribitur, festinandũ. Opus hoc Dauid quoq; celebrat, Psal. 128. Labores manuum tuaꝶ quia manducabis, beatus es & bene tibi erit. Contrà, præcipuum, quo Sodoma Dei tantã iram cõmeruit, peccatũ, fuit ocium, Ezech. 16. Ecclesia itaq; cũ primis vel inde laudatur, ꝙ ociosa panẽ nunquam comedat, Psal. 31. Beata illa Lamuelis regis mater, operatur in lana & lino, videtq; bonam esse negociationẽ suam, quippe quæ beata prædicat. Vnde & ociosos filios, tanquã degeneres, eijciendos atq; anathemate feriẽdos, vt confusi, operari discant, statuit Acto. 20. 1. Cor. 4. Ephe. 4. 2. Thessa. 4. 1. Timoth. 5. Primũ itaq; quærendum regnum Dei, & iustitia eius verbi auditu & diuino cultu: deinde qsq; laboret, vt habeat quod fratri impertiatur, ne panem à quoquam, in suam perditionẽ, sine digna retributione sumere cogatur: nam & sic homo iustificatur. Interim & hoc obseruandũ, quod Apostolus dicit 1. Thessal. 5. Noueritis eos qui laborant inter vos, & præsunt vobis. Itẽ hoc 1. Timoth. 5. Qui bene præsunt, duplici honore digni habeantur, maxime ꝗ qui laborãt in verbo & doctrina. Ex q̃bus Apostoli verbis clare videmus, ocium literarium nihil minus esse quàm ocium, hoc est, inertiam. Dicitur autem ocium, q̃a & vacationẽ aliarum rerum, & solitudinẽ requirit. Vnde q̃dam ait: Nunquam minus sum solus, quàm cũ solus sum. Et alius cum à quodam interpellaretur atq; rogaretur, quid ita solus degere possit ætatẽ, respõdit: Iam postquam tu pedem huc contulisti, solus esse cœpi. Cæterum etiam docendi officiũ labori deputari vides Ioan. 4. 1. Cor. 15. Galat. 4. Ephe. 4. Phil. 4. 2. Timot. 2. &c. Vuicleffista nouusq; euangelista anabaptista, sacerdotem studio & doctrinæ grauiter inuigilantẽ, ad opera mechanica redegerit: vt ociose dixerit Petrus, indecens esse, apl̃os, neglecto verbo, ministrare mensis. Deniq; & hic audiendus Apostolus, qd, nam de iure dandi & accipiẽdi doceat, qd de expẽsatione mysteriorum Dei, & receptione victus & amictus tradat, qd de communicatione catechizantis & catechizati moneat, quidq; sibi velit, dicens: Laborantem agricolam oportet primum de fructu accipere, 2. Thessa. 2. Sed nos iam sequentia videamus.

Conciõibus finitis quid præstandum.

Et respondens Simon, dixit illi: Præceptor, per totam noctem laborantes, nihil cepimus. In verbo autem tuo laxabo rete.

Hic vides verum esse quod Dauid dicit Psal. 127. Nisi dñs ædificauerit domum, in vanũ laborauerunt q ædificant eam. Vides quantũ intersit inter plantare, & incrementum dare: vides tempus nõ disperdi, quod cultui diuino impenditur, remq; diuinam cum primis ad victum remq; domesticam conseruandã facere. Vides, inquã, qd sit benedictio Dei, sine qua om̃is humanus conatus vanus est. Idem quoq; de verbi effectu accipiendũ. Neq; ẽm Paulus plantans atq; Apollo rigans, aliqd efficiunt, sed Deus oĩa perficit, incrementum dando. Incrementum se saltem ecclesię daturũ recepit. Ecclesiæ siqdem sese totum, quantusquantus est, dedit. Currunt ergo hæretici tumultuãtes, factiosi sunt cũ Iuda Scarioth, alijs discipulis dñi dormientibus, vigilant, cœlum terræ miscendo, pacemq; prodẽdo catholicã: sed nihil proficient. amentia siqdem illoꝶ, suo tempore manifestabitur. Contrà de tra ducis ecclesiasticæ apostolis intell. gẽdum, quod dicit: Ego dabo vobis os & loquelã, cui non poterũt resistere oẽs aduersarij vr̃i. Item:

Item: Vos nō estis q loquimini &c. Simon Petrus multum & operæ & tēporis insumpsit, & nihil profecit, quia dñs benedicendo non affuit. Bonū est, Petrum experientem, suum vanū opus agnoscere & fateri. Inde em̄ Christi opus fit celebrius. Aerūno si homines & idem laboriosi, tota laboraue runt nocte, idq; ibidem loci, certi ne pinnā quidē, squamam aut spinam piscinā (quod aiunt) ibi posse, maxime istoc tēpore, inueniri, quippe qui omnē lapidem mouerint. Nunc vero audiunt dominum sibi dicere, Duc in altum: Item, Laxate retia, idq; ad capturam. O Christi autoritatem. Populus Christum vrget, auidus verbi audiendi, piscator nauiculæ suæ ad tantū opus illi libenter facit copiam, iussit prouehi in profundū, Petrus paret. Iussi laxare retia Petrus & socij, obtemperant, etiam ad eius nutum pisces adnatant, quod sibi Petrus persuadens, ait: Pręceptor, tametsi sciam hic nihil esse piscium, in verbo tamen tuo sagenulam fundamve proijcere in mare non cunctabor. Verbo dñi cœli creati sunt, & spiritu oris eius om̄is virtus eorū. Manna e cœlo verbum produxit, coturnicū vim in patrum castra adegit. Verbo huic omnipotenti non fidere non possum. O sanctū & efficacē laborē, in nomine Iesu susceptum. Ipse em̄ cooperatur 1. Cor. 3. Non hic ratiocinandū, Qui hoc fiat? Regale exēplum Abrahæ, Gene. 15. Romañ. 4. Ioan. 4. iuxtà hoc præstandū quidqd ille iusserit. Achaz quispiā hic dixerit: Petre, insanis, qui cum scias hic nihil esse pisciū, capturam piscium tibi polliceris. Dñm tentas Petre. Sed sile miser, sile. Nam dñm tentare est, dño non obtemperare. Si tentauerunt dominū patres in deserto, Psal. 94. Tentauerunt autē, dicendo: Nunquid parare poterit dñs mensam ī deserto? Psal. 77. Potest: Parauit em̄, & suos pane de cœlo pauit, Exodi 16. 17. Quod si quidā verbo Dei increduli fuerūt, & etiānum sunt, num ergo incredulitas illorum Dei & veritatē & virtutē euacuabit? Absit. Roma. 3. Etiam nobis non credentibus Deus verus est, seipsum negare veritas non potest, 2. Timo. 2. Et vincit cū iudicat. Piscetur ergo in nomine dñi Petrus.

Dominū tētare, est dño non obtempe rare.

Et cum hoc fecissent, concluserūt piscium multitudinem copiosam.

Verbum Dei ē, Ita & Amen.

Obtemperatū est verbo Iesu, horia in altum abducta est, curriculum factū, sparsum deniq; rete. Veniat nunc Achaz visum, an hæc om̄ia frustra. Obseruet pius Zacharias pręcipere virtutem, seruire effectum. Videat, inquā, verbi virtutē non solum aliqd, sed oīa posse. Exitus acta probat, & effectu veritas Dei illucescit. Disce hic credere anima, hic fidere verbo, ipsumq; amare o anima humana condisce. Vide multitudinem & eā copiosam: vide naues præ tanto onere sidentes. Verbum, q̄ pollicetur, affatim præstat oīa, Esa. 55. Petr⁹ e carcere ductus, ait: Nunc scio vere qa dñs misit angelum suum, & eripuit me. Vere, ait, qa antea nesciebat verum esse, sed putabat se visionem videre. Hæc est Dei visio veritatis, cui etiam p̄ter spem credendū. Sic se habet Dei veritas, vt semper longe plus præstet, quàm pollicetur. Adeo verum est quod Apostolus dicit, verbum eius esse, Ita & Amen, 2. Cor. 1. Promisit fidelibus, p̄cepta sua obseruātib⁹, gratiā & gloriā Mar. 10. Matth. 25. Ioan. 5. Nihil hic dubites. Tu quod tibi pręscripsit, perfice: quo te beet merito, illi committe, Matth. 5. 10. Contentus Simon decem aut duodecim piscium libris, sed ecce tibi tantam vim concludit, quantā vix oneraria caperet nauis. Sic vides Chr̄m æternum esse verbum, cui & volucres cœli & pisces maris obsecundant, Psal. 8.

Rumpebatur aūt rete eorū. Et annuerunt socijs qui erant in alia naui, vt venirent, & adiuuarent eos.

Miraculō magno verbi maiestas declarata.

Miraculum, quo euangelicæ prædicationis efficacia designanda erat, aut magnum, aut nullū esse debuit. Non hic hyperbole, sed ipsa historica est veritas, queādmodum & Ioan. 21, pisciū multitudo accipiēda, vbi dicitur, discipulos verriculum non potuisse trahere, Petrus certe hic cū socijs tantā vim piscium e trahæ perplexione expedire, atq; in lembū cōmode ferre non poterant. nam & ipsa traha iam rūpi. Impares tanto oneri, signum dederunt socijs, q in altera nauicula erant, vt veniētes, auxiliatrices sibi manus in exoneranda traha adferant. Adueniunt socij, manusq; socias ferentes, ambos lembos piscibus replent, vt parum abfuerit, quin vtraq; scapha pessum ierit. Vides hic cumulatum miraculum, vides huic non sufficere solum Petrū. Hic ergo exemplum humilitatis Petri successor summus pontifex petat: ne quà se efferendo, sibi vni arroget hoc, quod nō vni, sed vniuersitati domīnus dedit. Vides item ruptum verriculum, nec tamen elabi pisces, vt intelligas verba Saluatoris Ioan. 17. Seruaui eos in nomine tuo, q̄s dedisti mihi, & nemo ex eis perijt, nisi filius ille perditus. Manus domini valida, & quis electos inde abstraxerit? De mysterijs postea: nunc & hoc ethicon obseruandum: Socios qui erant in altera cymba, haud grauatim vel ad signum sibi datum, aduolitasse, socijs suppetias attulisse, in ecclesia quoq; oportere, vt alter alterius one-

ra portemus: quisq; quod sibi cupiat fieri, alteri faciat. sic via perfectionis tenditur, qa sic lex Christi adimpletur.

Et venerunt, & impleuerunt ambas nauiculas, ita vt pene mergerent.

Ciuitas firma, frater fratrem adiuuans: funiculus triplex, difficile rumpitur. Quod & Aesopicus apolog⁹, in infrangibili fasciculo, & in fractione leui virgarum singularum, demonstrat. Communionẽ eam Saluator voluit, vnde non alteram, sed vtrãq; nauim piscibus implere maluit. Magnum profecto miraculum, quo Christũ cœli terræq; dominũ sine negocio depræhendas. Vnde ait: Si mihi non creditis, vel saltẽ operibus credite, Ioan. 10. 14. Atq deitatis Christi longe euidentius est argumentũ, immensa eius benignitas. Dei proprium esse, semper misereri & parcere, Dauid & o͠mes testanť prophetæ. Vnde & seruator ait: Estote misericordes, sicut & pater vester misericors est. Magis itaq; suã deitatẽ hic Christus misericordia declarauit, quàm potẽtia. Omnipotens suum verbũ benigniter omnibus administrauit, nauiculam piscatoriam intrare non cunctari, miserosq; piscatores non fastidire. Deniq; largissimo naulo non illum solum, cuius nauiculam ingressus, donauit, verumetiam eiusdem socios eodem præmio honestauit. Eia, qs huic præceptori ex animo non obsequatur, quẽ videat tã liberalẽ esse in mercede reddẽda? Naulum vere tantũ est, quo vtranq; nauim nõ cõduxerit, sed emerit. Sed maius est, q̄ & piscatorẽ eum misellũ, sibi obtemperantẽ, apostolũ regni cœlorũ & ecclesiæ vniuersalis, id est, regni Dei archiprincipẽ cõstituerit, quod in fine huius lectionis audiemus.

Deitas Chri̅ magis benignitate quã potẽtia declarata.

Quod cũ videret Simon Petrus, procidit ad genua Iesu, dicens: Exi à me dn̄e, quia homo peccator sum.

Tam in dono benigni largitoris, q̃ in miraculo o͠mipotentis præceptoris, Petrus Christum filiũ Dei viui agnouit. Vtriusq; rei æstimatione, visus Petro saluator aut iam creauisse pisces verbo virtutis, vt olim Gene. 1. aut fudisse instar mannæ Exod. 16. aut certe ex abysso euocasse, eo modo quo olim coturnicum vim in Israelitica adegit castra, Ibidẽ. Prospere cessit labor nauticus. nunc celeuma audiamus. Exi à me domine, quia homo peccator ego sum. Non absimile est quod Esaias ait cap. 6. Væ mihi, qa tacui. Vir pollutis labiis ego sum, & in medio populi polluta labia habentis ego habito, & regem dominum exercituum vidi oculis meis. Manue pater Samsonis, eadẽ humilitate quasi in ecstasi dixit: Morte moriemur, quia vidimus Deum. Gadareni aliter affecti, rogauerunt Iesum, vt exiret fines eorum, Matth. 8. Luc. 8. Non sunt Petrides, sed Petromastiges, qui non similiter mouentur suæ cõsideratione indignitatis. Tales sunt euãgelici fratres nostrates, quorum præcipuus est articulus: Pœnitentiam non dolore, sed gaudio ordiendam: papisticum commentũ esse & desperationis seminarium, quidquid hactenus scholastici de contritione & cæteris pœnitentiæ partibus docuere. Non stant ab illis exempla clemẽtię Christi erga publicanos. Nã publicanus sua cõmissa non dissimulans modo, sed & sese efferendo, sibi de sua prauitate subplaudens, omniũ est infelicissim⁹. Quis em̃ non prætulerit illi pharisæũ, de sua sibi bene placentẽ sanctimonia? Præclarius siquidẽ dicitur: De⁹, ago tibi gratias, qa nõ sum sicut cæteri homines, raptores, iniusti, adulteri, velut etiam hic publicanus: ieiuno bis in sabbatho, decimas do omnium quæ possideo. Hoc, inquã, honestius dicitur, quàm: Deus, ago tibi gratias, quia non sum similis pietatis amantibus, sua pauperibus dantibus, neminẽ prægrauantibus, fœdus matrimonii nõ labefactantibus: velut sanctus Nicolaus & diuus Martinus, aliiq; hoc genus hominum. Nunquam ieiuno, pergræcor assidue, decimas non soluo, immo sacrilegus bona quæcunque ecclesiæ occupo, & ne aris quidem ipsis sanctorumq; reliquiis parco. Vtra harum odio magis habenda iactantiarũ? Nonne hypocritica illa Deo sanctimoniam tribuit, vernilis vero hæc atq; Lotterica, Deum flagitiorũ autorem & patronum efficit? Videat ergo pius quiuis, qd noui moliantur euangelistæ. Fatetur ecclesia publicanos pœnitentes seruari, incontritos vero dãnari, iactabundos duplicis criminis apud Deũ teneri reos, Luciferoq; æque, immo turpius quàm hypocritas, esse pares. Iustificatur, q præ ineffabili dolore atq; pudore, p̄cul stat ab aris, nec oculos qdem suos in cœlũ audet attollere, sed percutit pectus suũ, dicens: Propicius esto mihi peccatori, Luc. 18. Itẽ, Non sum dignus vocari filius tuus, Luc. 15. Thrasones, eqtes & milites cruenti, publicanorum antesignani, Plutonis mancipia, hodie e cę de recenti, e latronum spelunca, e teloneo, immo etiam e fornice potius, quàm e casto cubiculo, vxorii, zelotypi, etiã bigamici lenones, ad eucharistiæ nouarũ ordinationũ panem & vinum concurrunt: tunc se potissimũ eucharistia dignos reputantes, cum sine omni contritione, confessione & satisfactione, psalmum Germanicum versum, melodia quadam militari elatrauerint. Sed viderint illuminati. Nos sanctorũ patrum expo

expositiones etiam consulamus. Theophylactus prostrationem Petri pro magna reuerentia accipit, similem illi qua Ioannes ait se indignũ, qui procumbens, dñi soluat calceamẽta. Ambrosius ait: Admirabaẽ do na diuina, & quo plus meruerat, hoc præsumebat minus. Dic & tu: Exi à me dñe, q̃a homo peccator sum, vt respondeat tibi dominus: Noli timere indulgenti dño peccatum fateri. Sequitur:

Stupor enim circundederat eum, & omnes qui cum illo erant, in captura piscium quam ceperant. Similiter autem Iacobum & Ioãnem filios Zebedæi, q erãt socij Simonis.

Attonitos tãti miraculi magnitudo reddidit omnes. Theamboleon, hoc est, opus, cuius æstimatione homo non obstupescere non potest, piscatoribus Iesum Nazarenũ filium Dei esse declarauit. Sed primitiæ hæ sunt operũ Christi, decimæ sunt, de quibus ait: Et vos maiora his facietis. Beda negat piscationẽ hanc esse eandem, de qua dicitur Matth. 4. Idem dicit eos nõ statim ab opere piscatorio desijsse, sed ad labores ex more redijsse, vt postea fieret, quod Matthæus & Marcus narrant, quomodo eos binos vocauerit. Piscationi item institisse apostolos post Christi resurrectionẽ, & magistro, qui eos semper pauit, absente, victum sibi conquisiuisse, vides Ioan. 21. Quod Petrus in hac ecstasi dixit, Exi à me: hoc magis Christum sibi fecit approximare. Sic enim apud Dei clemẽtiam comparatum est, vt eos qui se humiliant, exaltet omnes, & econtra. Sequitur:

Et ait ad Simonem Iesus: Noli timere. ex hoc iam homines eris capiens. Et subductis ad terrã nauibus, relictis omnibus, secuti sunt eum.

Vides nihil erratum esse à Petro in hoc quod dixit: Exi à me. Si enim in hoc verbo aliquid esset erroris, certe Christus hoc incastigatum non præterijsset, qui alibi etiam verba Petri corrigere solet Matt. 16. Ioan. 13. Noli, inq̃t, timere: nihil est q̃d formides. Peccata hõis se humiliantis, non faciunt, vt ipsum hominẽ, cuius causa in hunc mundũ veni, deserã. Vidisti successum felicẽ, q̃a in verbo meo misisti rete. Credis ergo me filium Dei, ad cuius verbũ prosperentur oĩa. Experieris id ipsum longe præsentius, nẽpe in piscatione hominũ, cui te præfecero. Sed de mysterijs huiusmodi pauca subijciẽda duco.

ALLEGORIA.

Duæ na-

Duæ naui culæ, adumbrant ecclesiam ex Iudæis & ethnicis: vt habeat hæc gubernatorẽ Paulũ, illa Petrũ, Galat. 2. In Petri horiolã dñs descendit, q̃a & ex virgine Iudæa nasci voluit, & fines Palæstinæ exire noluit. In illa naui corporaliter non fuit, q̃a in ecclesiã incircũcisoꝝ non venit, nisi spiritualiter. Obserua verbum dñi in ecclesia esse oportere. Nam & arca ex huiusmodi mysterijs suã habuit celebritatẽ. Obserua item, sacramẽta extra ecclesiam nihil generare nisi lepram: nam & ipsum mãna extra arcam cõputruit. Insup & hoc non est prætereundum. Prędixit dñs somnolentiã prælatoꝝ, quæ nulla alia est, nisi verbi Dei negligẽtia, quã hodie etiã pueri in nr̃is vidẽt & querun tur. Verbo instandũ, geminus sensus requirendus, inde ædificatur ecclesia, inde cõuincitur hæresis. Natiuum sensum voco eum, qui prædicatus est gentibus, & q̃ receptus est in gloria. Sensus allegoricus (vt exemplis agã) est: Epũs sit vnius vxoris maritus, hoc est, vnius diœcesios superintendẽs, qui sensus pro loco & tẽpore prolatus, non quidem refutandus est, sed fidẽ non ædificat, nec item schismatis resistit. Requirendus ergo sensus natiuus, q̃a is tandem aduersus inferoꝝ portas potens existit: hæc intelligentia salutis est iter, quod neq; Romulus neq; Albanus inuenire volunt, quanquã hoc facere possint. Veritatis sermo simplex est. Veritas per se satis ornata, illi qui sedulus adlaborat, fraudem non facit. Satis huius. Rogat dñs in hac naui: primo, vt pusillum à terra abducatur, submonens, rudiores primo lactis cibis, vt dicit Apostolus: vel, vt dicit Gregorius, moderata prædicationis distillatione esse reficiendos. Quod dein dicit, Duc in altum: significat, solidũ cibũ adultis proponendũ, 1. Cor. 3. Hebræ. 5. vt primo nauiculationẽ, dein curriculũ, atq; laboriosam nauigationẽ Petro mandauerit. Altum, Ambrosi⁹ vocat profundũ disputationum. Quid, inq̃t, tam altũ, q̃ altitudinẽ diuitiarũ videre? Idem dicit, Mentẽ quidẽ humanã, generationẽ diuinã cõpræhẽdere nõ posse, sed à fidei plenitudine eam posse amplecti. Si Deo, inq̃t, nõ credimus, cui credemus? Viderit nauiculę Christi gubernator, vt hic gnauiter & caute laboret. Poterit & nauiculatio prope ripam, intelligi de prædicatione ea, quæ circuncisis in mundi angulo, Syriæ nimirum parte Iudæa, est facta: cursus vero, qui in profundo factus est, rite repræsentauerit euangelizationem eam, de qua ait: Ite in mundum vniuersum, Marci 16. Item: Docete omnes gentes, Matth. 28. Hoc & Bedæ placet. Piscatores eos ethnicis nobis promisit Deus apud Hier. 16. Rete significat euangeliũ, quod Ambrosius vocat oratiõis sinus q̃sdã & disputatiõis recessus.

Duæ nauiculæ faciunt vnã ecclesiã.

Rete est euangelium.

Pisca-

Piscator euangelij prędicatorē adumbrat. Quod dicit in singulari numero, Eris pisca tor, vnitatem nobis sensus catholici commendat. Sic & ait: Tibi dabo claues, hæresibus & schismatibus obuiam eundo, non donum fidei vel loco vel personæ alligando.

Aquam mortis symbolon habere, diluuium & mare rubrum insinuant. Et baptismus tam mortis q̃ vitę mysteria importat. Pisces e maris imo, ex abyssi tenebris in auram & lucem salutis ἀνθρωποαλιεὺς, hoc est, piscator hominum ducit, immo etiam trahit. Quia dn̄s peccatoris mortem nō vult, Ezech. 18. Electi pisces, quos verriculū euangelij trahit & retinet, sunt, q ore staterem catholicæ habent professionis, Matth. 17. Sterilis cathedra & inanis prędicatorum labor, nisi dn̄s in nauem descendat, & cooperetur ipsis, Orandum ergo vt attendat dominus, videat, respiciatq́ vineam, quā plantauit dextera eius, vt ostiū illis aperiat, Coloss. 4. 2. Thess. 1. vt sermo currat eo cursu, quem vides Acto. 2. 14. 1. Cor. 16. Impleti lenunculi, plenitudinis gentium sunt adumbratio. De hac re vide Roman. 11. Huc facit hoc, quod dicitur Lucæ 14. Matth. 22. Adhuc est locus. Ecclesia dicitur vna nauis, propter vnitatem quæ nusquam est maior, quàm inter catholicos, hanc ἁγίων κοινωνίαν, id est, communionē sanctorum vocamus. Poteris & ecclesiam vocare ἰχθυοτροφεῖον, hoc est, viuarium, in quo pisces ad mensam dominicam aluntur, vt tandem fiant domino Iesu piscis assus, qualis fuit Laurentius, qui præfigurabat in pisce super prunas posito Ioan. 21. Nauis hæc tuta, syrtes, scyllas & charybdes legens, ad portum tendit salutis. Diabolus vnitatem eam schismaton digladiatiōibus findere studet, quod testantur hæc nostra tempora, in quæ hoc ille dixisse videtur: Per mala longa pacis. Deus pacis, nobis non mundi, peccatorum & diaboli, sed suam pacem reddere dignetur, Amen. Illi vni & vero Deo, patri & filio & spiritui sancto, sit par laus & gloria per æterna secula. Amen.

DOMINICA DIE POST TRINITATIS Sexta, Euangelium Matthæi V.



NIsi abundauerit iustitia vestra plus quàm scribarum & pharisæorum, non intrabitis in regnum cœlorum. Audistis quia dictum est antiquis: Non occides: qui autem occiderit, reus erit iudicio. Ego aūt dico vobis, q̄a om̄is q irascitur fratri suo, reus erit iudicio. Qui autem dixerit fratri suo Raca, reus erit concilio. Qui autem dixerit Fatue, reus erit gehennæ ignis. Si ergo offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris, quia frater tuus habet aliq̄d aduersum te, relinque ibi munus tuum ante altare, & vade prius reconciliari fratri tuo: & tunc veniens, offeres munus tuum.

PRAEFATIO.



IN p̄cedētibus μακαρισμοὺς, id est, beatitudines saluator tradidit, octo nimirum. Per eosdem non solum docuit nos quid cœlestis pater à filij vnigeniti sui affeclis fieri velit, verumetiam certiores nos reddidit, angustam eam octo beatitudinum viam, ad æternam vitam ducere. Vnde & beatitudinis sibi nomen vendicant virtutes hæ octo. Post doctrinā eam euangelicā, legē quoq; ipsam affeclis suis refricat atq; in memoriā reuocat, ne videat beatitudinū præceptis legem Mosaicam penitus antiquare. Est ergo sensus lectionis præsentis, Chr̄m nō venisse abrogatum legem, sed adimpletum. Q. d. Dico vobis, Neminē meum discipulum iuxtà ac Belial esse posse: oportere vero meos discipulos legem totam vsq; ad minimū apiculum custodire, nempe legē eam quæ charitatis est. Circūcisio, cęremoniæ & iudicialia, propter imperfectionē corrigēda sunt: sed nec moralis lex posthac manibus saltē præstanda est: magis em̄ corde conseruanda. In hūc sensum, lectionem præsentē, qua iracundiæ peccatum prohibet, dn̄s prouulit. eam, quantum possumus ipsius gratia, ardenti affectu audiamus.

Post beatitudinum octo doctrinam, legem repetit dn̄s.

Nisi abundauerit iustitia vestra plus quàm scribarum & pharisæorum, non intrabitis in regnū cœlorum.

Audiant hæc illusores, qui verba Christi quoquo torquent, vt suis inferuiant libidinibus. Caue frater dicas, Christū hæc aut non dixisse, aut ioco dixisse. Mattheus fide di-

dignus testis est, hæc Christum tradidisse, idq; serio. Et veritas diuina nihil ociose dixit, quippe qui de omni verbo ocioso rationem nos sibi vult reddere. Sed tu forte dicis, cogitationes tuas vectigalis esse immunes: vnde quod effari nō licet, tacita celes memoria. Et si non scis te talem impietatem mente tractare, vitam tuā interroga: respondeant tibi tua opera. Fideles viri, quos in sacramento baptismi, perq; ministerium sanctæ matris ecclesiæ spūs sanctus in nouā creaturā regenerauit, nihil tale mente concipiunt, & vita omni exprimunt se credere, Christum æque ex animo docuisse, omittendū malum & præstandū bonū, atq; credendū. Iouinianus itaq; est, non Christianus, qui absolutā iustitiam ex sola fide æstimat. Credimus ergo cū ecclesia, eum esse iustū qui facit iustitiā, 1. Ioā. 3. Itē eū qui facit iustitiam, ex ipso Deo natū esse, 1. Ioan. 2. Credimus item verū esse q̄d Dauid dicit, 1. Reg. 26. dominū vnicuiq; secundū suā iustitiam & fidē tribuere. Sic & saluator hoc loco dicit: Vos discipuli mei dilecti, hoc præcipio vobis, ne tantū fide sola & ociosa, sed operosa iustitiam sectemini, Roma. 6. 2. Cor. 9. 1. Timot. 6. 2. Thess. 5. Hebræ. 11. Iacob. 2. 1. Ioan. 2. 3. Nam vt fides cor purificat, ita fide iustificatus, amplius iustificari cupit, iustiorq; fieri intendit, sitiens & esuriens iustitiæ operū, nimirum quæ iustitiæ fidē & ornat & auget & perficit. Opera bona fidei iustitiā ornare, vides Esa. 61. vbi de vestimentis agitur iustitiæ. Item psal. 44. vbi de cultu reginæ dicitur. In Canticis per totū, ornatus sponsæ prædicatur, vsq; ad capillū capitis minimum. Apoca. 3. vestimenta bonorū operū, turpitudini ociosæ fidei opponuntur, cap. 21. Sponsa ornata commendatur. Operꝫ bonorū iustitiam, fidei iustitiam augere vides Rom. 1. 6. 12. Ephe. 4. Col. 1. 2. Thessalo. 1. 1. Petr. 2. 2. Petr. 1. 3. Et Prouer. 13. dicitur: Anima operantiū impinguabitur. Eccī 18. Non verearis vsq; ad mortē iustificari. Cōtrà, fidē citra bona opera euanescere, vides Luc. 13. Opera bona iustitiā fidei consummare, vides Iaco. 2. 2. Corin. 9. Tales, id est, pfectos Chrs vult discipulos. Dicit ergo: Tales ego volo discipulos, q nō immerito tā Iudæis q̄ ethnicis veniant pdicandi. Pharisæi non nisi externā iustitiā curāt, meos ego asseclas longe aliter affectos volo. Illi mundo placere student, vos patris mei cœlestis gratiā solam volo attendere. Magni faciunt illi & admirantur suā iustitiā, verū nulla est ea, comparata vestræ, quā ego ex vobis reqro, iustitiæ. vobiscū sit περισσεία: hoc est, vos iustitia longe excellere debetis Iudæos, ita vt illorꝫ iustitia vestræ collata, obtenebrescat. Vos siquidē lux in domino, Ephe. 5. Vos filij lucis, 1. Tim. 5. Vestrū igitur est, nō exterius saltē theatricæ iustitiæ splendorē mentiri, sed ex illustri corde verē veræ lucis opera edere. Nō apparere, sed vere esse bonos vos volo.

Fidei iustitia etiam ex operibus æstimanda.

Opa bona fidei iustitiā ornant, augent, consummāt.

Obseruandū, hic nō agi de propria iustitia Iudaica ea, contra quā diuina adeo maiestate diuus Paulus intonat, & quā hie raticā vocare poteris. Hæc siquidē iustitia legis fuit, & ad templū pertinuit, ritus & consuetudines Iudaicas multas complectitur. Hic vero de iustitia operꝫ virtutis, quā ethica vocare possumus, in qua tam pharisæi q̄ philosophi imperfecti extiterāt, agitur. Iustitiā eam Christus suis cōmendat, nō fuco aliquo pharisaico repræsentandā, sed corpore & mente, volūtate & opere vere præstandam. Nihil ergo est, quod hic dementatores animorū & ecclesiæ conturbatores clamitāt, dominū hic loqui de iustitia fidei: cuius gratia & hunc locū transtulerunt, melior, pro maior siue abundantior. Iustitiā fidei se saltē noscere iactitant, quasi ecclesiastici diuū Paulū nunquā aut legerint, aut intellexerint. Ecclesia iustitiā fidei eo sensu, quo traditā sibi accepit, retinet: secundū sensum eū nos dicimus hic de ethica, immo de pietate, cuius partes sunt theoria & praxis, dici. Nos quoq; recte sentire, sequētia (quod vestra audiet charitas) potenter euincunt. Vtriusq; linguæ, Græcæ nimirū & Hebraicæ, veritas vult, vt ea iustitia in nobis sit perfectior, q̄ fuit in antiqs: vt nō de bonitate, iuxta neotericorū versionem, sed de excellentia hic agaſ. Quanq̄ Christiana iustitia, per se alioqui, Iudaica potior existat. Christigenæ filijs Abrahæ in pietatis iubare prænitere debent: quia filij (quod dixi) lucis, in die euangelij luculentissima, & non in legis vmbra degunt. Superant autem & excellunt, cum plus pro regno cœlorum agunt & patiuntur, & cū non solum externam, sed & internam munditiā requirūt. Quod si verba Christi ad fidē saltem torseris, sequeretur, etiā Iudæorū scribas & pharisæos viperinum genimen, in Christū credidisse, sed citra nostræ credulitatis modū & mensurā. Sed viderint fidutiarij creduli nostri, quibꝰ scripturæ locis nitantur. Iustitia, quā ecclesia ex fide per charitatē operante docet, & de qua hic agitur, in scriptura canonica est fundatissima. Loca eius rei suprà pleraq; adduximus: quibus si cui non satisfecimus, subijcimus Deutero. 24. psal. 17. Prouer. 10. Esa. 5. Hiere. 22. Ezech. 18. Dani. 6. Oseæ 10. Amos 5. Lucæ 1. Roma. 2. Ephe. 6. Philippeñ. 1. 1. Timoth. 6. Hebræ. 11. &c. Cœlum hic non vocat dominus saltem cōmu-

Iustitiam q̄lē Paulus impugnet.

Euāgelici nostrates infideles interp̄tes bibliorū.

Iustitia fidei p charitatē operantis, in scriptura est cantatissima.

Cœlū su-

um hic Chrs in cipit.

communionẽ ſanctoꝝ eccleſiæ militantis, verũ etiam patriæ & eccleſiæ triumphantis. In hac terra incipit Christus hoc ſuum regnũ ædificare: abſoluet, cũ omnes eo ꝑuenerimus, vbi Christus eſt in gloria patris. Eſt aũt regnũ Chriſti in hac terra eccleſia catholica, in qua quicunq; eſt verus orthodoxus, quatenus Chriſti ſpiritu ducitur, & ſpe vitæ præditus eſt, cœlũ iam habet: poſthac vero, ſi in fide iſtac per charitatem operante perſtiterit, non ſpe, ſed re cœlũ habitabit, pro ſuo merito gloriæ Dei conſors & hæres. Legat catholicus Irenæum lib. 4. ca. 26. & 27. & videbit longe alia ibi, quàm illuminati noui euangelici docent, tradi. Sequitur:

Audiſtis quia dictum eſt antiquis: Non occides: qui autem occiderit, reus erit iudicio.

Quota eſt iuſtitia antiquorũ, collata euãgelicæ?

Hic, chariſſimi, quam Chriſtus doceat iuſtitiam, auditis. Moſaicam tradit, & illi ſuam componit, vt perfectionem eccleſiaſticam illuſtret. Sit ſenſus: Quid Moſes in monte Sinai patribus præceperit, quatenus quotidie in ſynagogis legitur, ex Exodo cap. 20. & Deute. 5. tenetis. Nunc vnã præſcriptionũ earundẽ in medium afferamus, inde declaraturi, quã ex me, mei magis petant. Dixit Moſes Exo. 20. Lo Tiſirzah, hoc eſt, Ne occidas. Hoc qui conſeruaſſet, vitam ſuã ſibi conſeruauit, Ezech. 20. Qui non, capitis eũ iudicium ſubire oportuit. Quiſquis eñi humanũ ſanguinẽ fudiſſet, eius quoq; cruorẽ fundendũ æquitas diuina cenſuit, Gene. 9. Et Leuit. 24. dicitur: Qui hominẽ occiderit, morieẽ. Naturalis item lex, hæc Moſaica ſcita approbat. Et ethnicoꝝ populorũ regumq; decreta, iure gentiũ approbata, homicidã capite plectẽdũ ſanciunt. Sed quota eſt hæc iuſtitia, quæ Iudæis iuxtà atq; ethnicis eſt cõmunis? Vobis ego eminentiora oſtendã. Sequitur:

Ego autem dico vobis, quia om̃is qui iraſcitur fratri ſuo, reus erit iudicio.

Præceptũ 5. decalogi tripartitur Chrs.

Quintum decalogi præceptum, vt vos penitus erudiam, tripartior. Primo itaq; dico, non iraſcendũ, iraſcentem Dei iudiciũ ſubterfugere non poſſe adfirmans. Moſes ait: Qui hominẽ occiderit, morte moriaẽ. Nume. 31. Idem de homicidio inuoluntario diſcernit Deute. 4. & 19. Ego irã ipſam prohibeo, conteſtãdo iracundos quoſcũq; iudiciũ Dei nunq̃ euaſuros, vtcũq; hic per Moſẽn impune iraſcantur. Iudæi reum nõ habent ſtomachoſum: iuſtum ꝑdicant eũ, qui neminem occidit, etiam ſi bile tumeat atra. Sed Chriſtianorum iuſtitia maior, atq; adeo perfectior eſſe debet: nempe ea, q̃ omni careat excandeſcentia, ſæuitia & rabie. Euangelicus ignis, propter quem veni, iram abſumit omnem, iuſtum illum prędicans qui iram concoquit. Lex cerebricoſos etiam iram in aliquẽ effundentes, nuſquam repræhendit: nec ad iudicem trahẽdo ne vadatur, prohibet. Euangelium ſcaturiginem & venam homicidĳ compeſcit, liuori omni obſiſtens: lex fluuium execratur, eos ſaltem reos agens, qui gladio feriunt. Vnde in Iudæos Eſaias dicit 29. Populus hic labĳs me honorat, cor autem eorũ longe eſt à me. Prouerb. 6. Præter cætera odit pater meus cœleſtis cor machinans cogitationes peſſimas. Ibidem 11. Abominabile eſt cor malum. Vnde ait cap. 23. Fili, præbe mihi cor tuum. Adſtipulatur magiſtro diſcipulus Ioannes, 1. ca. 3. dicẽs: Qui odit fratrem ſuum, homicida eſt. Ira cui non obſiſtitur, quæ non corrigitur, inueteráta fit odium. odiũ quod & liuor dicitur, nihil boni cogitat, ſed machinaẽ ſubinde mala. Gladio aperto Marte peteret, aut certe clam pugione fratrẽ ſuperaret, niſi iuſtitiæ ciuilis pœnã timeret. Vnde apud Deum omnis iracundus homicidĳ reus habetur, quia apud Deũ volũtas cum in bono, tum in malo, pro facto ſemper reputatur. Vides de qua ira hic agatur, nempe de maleuola ea, quæ fratri malum vult, quæ machinatur & cudit mala. Eſt zelus, eſt & pathos, de quo dicitur pſal. 4. Iraſcimini & nolite peccare. Parentes, præceptores, patresfamiliàs etiam, liberis, diſcipulis & familiæ ſuccenſent: ſed ira ea, aut zelus aut paſſio dicenda: facile item ſopitur, quia ex certa malitia nõ oritur. Huius iræ meminit Salomon Prouer. 17. 19. Ecci 7. De Caina & Herodiana hic agitur. Hæc vulnifica pueros à bimatu & infrà mactauit, Mat. 2. Illa non minus cruenta & lœtifica, Abelẽ ſuſtulit, Gene. 4. Hæc ira cum intus tum extrà, peccatum eſt. Prouer. 12. Fatuus ſtatim indicat iram ſuã: qui aũt diſſimulat iniuriam, callidus eſt. Item 29. Qui ad indignandũ facilis eſt, erit ad peccandũ procliuior. Et Seneca ait Trag. 7. Ira quæ tegitur, nocet. Appetit hæc vindictã, non ſecũdum ordinẽ legis, nec propter debitũ finẽ, qui eſt conſeruatio iuſtitię & correctio culpæ, ſed ex perturbatione mentis faſtidioſæ & impatientis. Hæc ira, iuxta apoſtolum, iuſtitiam Dei non operatur, Iacobi primo. Vnde & Apoſtolus ait Ephe. 4. Om̃is indignatio & ira tollatur à vobis. Talem irã euãgeliũ penitus eliminat: nec id mirũ, cũ nullũ peccatũ ſit humanæ conditiõi ita aduerſum, vel iuxta hoc poetæ:

Ca-

Cādida pax hoīes, trux decet ira feras.
Ora tumēt ira, nigrescunt sanguine venæ.
Lumina Gorgoneo lenti⁹angue micāt.

Irascendū diabolo, & q̄mō.

Vt iræ discretio peruideatur, obseruandū, diabolo, cui in baptismo cū omni sua pompa, bellū indiximus, irasci oportere, illūq; omni armaturæ genere impugnandū. Talis siquidem ira, virtutis amorem nobis ingenerat. Ira cacodæmonis, mortē in hunc mundum fudit. Iracundo illi hosti si legitime fide & virtutum exercitio resistamus, viuemus. Qui fratri indignatur, diabolum imitatur: qui diaboli & eius operum pompæq; odio tangitur, Deū pio affectu imitari comprobatur. Prouerbium est:

In genus humanū cōspirauere satanes.

Aequum ergo est, vt inter nos amemus, Ioan. 13. 15. iramq; omnem in ipsum communem omnium hostē, legitime effundamus.

¶Sunt qui hic dicant nobis præscribi, ne temere excandescamus, inflāmemurq;. Sic Irenæus 2. ca. 57. intelligit. Sic & Theophylactus legit. Hieronymo adiectio illa non placet, quanquā & ipse contra Pelagianos ea vtatur. Augustinus ab Hieronymo non discrepat. Ante hos Hilarius & Chrysostomus, ab re, vel sine causa, adiectum legerunt: sed Hebraicum originale adiectionē eam nescit. Omittendam ergo censuerim, maxime propter peruersum huius seculi ingeniū. Quisq; sibi causam grauem & dignam irascendi fingere potest. Sed reuera nulla stomachandi causa esse potest legitima, nisi ea qua contra diabolum legitime, hoc est, amore virtutū & odio vitiorū accendimur. Sic plebis iniquitas nemini bono probabilis esse potest, Regum & optimatū stomachum cedere nescium (vt cum Flacco loquar) sese ipsos vlciscendo, totq; bella & cædes commouendo, fas & iura confundendo, iuris ordinē cassando omnem, nemo bonus probauerit. Phinees zelus bonus fuit, qui nō se, sed sacerdotis, Mosis atq; adeo Dei iniuriam est vltus. Et ipse Deus zelum eum approbauit, immo etiā ipse ita irascitur. Sequit:

Qui autem dixerit fratri suo Raca, reus erit concilio.

Quinti p̄cepti secūda pars q̄.

Secundū præceptū domini, ne fratri dicamus Raca: nam qui id dixerit, concilio reus erit. Dicis: scio quid ira, quæ iudicio Dei obnoxia est, existat: nunc quoq; quid hoc Raca, propter quod cōcilium est conuocandū, propter quod consules consultare habent, sibi velit, scire cupio. Respuitiua quædā est dictio, fastidiosumq; verbū: quale est pannosus, saccus, vappa &c. Et Germanice contemptos vocamus, Hudel, sack, &c. Significat item idē quod Rac,

Raca qd.

Germanice, Phu dich an. Item, dignus in quē conspuatur, in quē canes mingant. Viderit Germanicus interpres, illuminatus ille nouus euangelista, quænā lingua colli immurmuratione ronchisonā significet, das scharren im hals. Nouus euangelista, aliquid noui proferre voluit, vt admirabūdus exciperetur. Audiat hic verba Christi: Qui dixerit, ait, fratri suo Raca. Dicere Raca, certe dictionē significatiuā est effari, & non gannire siue fremere, siue aliud quodcunq; colli murmur edere. Quod si de gutturis barritu dn̄s dicere voluisset, dixisset: Qui iracundā aliquā vocē ediderit. Errāt item qui Racha adspirate legunt. Rak siue Roka significat sputū atq; saliuā. Recte ergo dixit Theophylactus, Raka respuitiuū quiddā denotare Syris. Sputū contemptus significationē habere vides Deute. 25. vbi lex dignū censet in quē conspuatur, fratris mortui semen suscitare dedignantem. Et euangelium Dei stultitia sputi typo adumbratur Ioan. 9. Fateor Hebraicū Rik, vacuitatem siue inanitatē importare, sed neq; id ipsum aliquid ad gutturis siue colli vocem facit. Conuenit vero huc, si pro vanitatis, humilitatis vulgaris plebeiæq; significatione accipias. Nā & plebeios, triobolares, semissis homines, nauci & vappas vocitare solemus. Sic Raca significauerit hominem ignobilē, qualē fastidiosa domina Michol Dauida reputans, inter Ha Rekim, id est, plebeios numerauit, 2. Reg. 6. Paucos ante annos quidā legit, Raa: quod tantundē est, acsi diceretur, Nequā, nisi errauerit librarius. Non habebit locū Rica, si vacuū pro fatuo accipias, ne hoc q̄d sequit, ociose appositū videat. Leuius eñ est Raca siue Rica, q̄ fatue. Apud nobilistas (& nō nobiles) nostrates, frequētes sunt vituperationū voces, & Raca & Fatue exuperantes, rusticos eñ, vocant cadauera: ciues, saccos axungiæ, Schmeer seck. Et quisq; hodie proximū suū contemptim arcessit, vnde crebræ adeo sunt dictiones, laur, dropb, knobell, &c. In oībus his, nisi toto cœlo aberret sapientia diuina ipsa, grauissime peccat. Rei sunt cōsilio, q dixerint Raca, id est, ignobilis siue prophanus: bis terq; rei, q hominē cadauer & saccū putridū habēt. Esaias 50. p̄dixit & Christū à synagoga ita fore vilipēdendū, vt etiā in diuinā eius faciē cōspuere nō vererentur: q̄d factū videmus Marc. 15. Luc. 18. Nostrū est, exēplo Chrī huiusmodi contemptū patienter ferre, nemini tale aliquid inferre, quia de talibus iudicat dn̄s. Cōsiliū hic accipit pro cōsultatiōe cōsedentiū iudicū, vnde etiā pro ipsa consulū consultatione accipi potest. Neque enim talis corona coit, neq; consultat, nisi prius

euāgelicorū nouorū interp̄tatio ridicula.

Sputū cōtēptus habet significationem

coacta fuerit. Sensus est: Adeo graue delictum est, fratri Raca dicere, hoc est, contemptibili proximum appellare vocabulo, vt propter eius criminis dijudicationẽ, totũ senatũ cõuocari oporteat, & sup tali culpa discernere. Hoc sibi vult συνέδριον, id est, consessus. Sequitur:

Qui autem dixerit Fatue, reus erit gehennæ ignis.

Quinti p̃cepti tertia pars.

Tertium præceptum impios eos, qui neq; iræ neq; labijs suis frenum imponũt, constringit. Præcipit, ne irati fratri dicamus, fatue: pœnã addit p̃uaricationis, ignẽ æternũ. Confer tria præcepta tribus pœnis, & inuenies peccata paria non esse. Irasci minus est, q̃ iracunde Raca euomere. plus est dicere iratum fatue, q̃ raca. Primũ, sequit̃ iudicium: secundũ, consiliũ: tertiũ, ignis infernalis supplicium. Si bile intumescis in fratrem, iudiciũ Dei non effugies: si bilis in leuem contumeliã eruperit, cõmeruisti vt super tuo peccato concilium vocetur, deq; culpa tua discernatur. Si tandem maiori contumeliæ frena laxaueris, & vlciscendi affectu fratrem Nabal, μωρόν, fatuumve cõpellaueris, dignus eris q̃ Acherontis in ignes mittaris. Hæc est omniũ maxima comminatio. nulla siquidem pœna maior eẽ potest, q̃ in Phlegethontis ignis fomitem perpetuũ adiudicari. Gehinnon, quod vallem diaboli reddere possumus, quid sit, alibi ex Hiere. 7. & ex 4. Reg. 25. item ex 2. Para. 28. ostendimus. Hic quoq; idem vt dicam, operæprecium esse arbitror. Erant olim homunciones tribus Beniamin, quos Iudæi Hinnon appellauerũt. hi in valle quadam non longe ab Hierusalem filios suos & filias per ignem eductos, Moloch idolo dedicauerunt. Dei vero iudicio idololatræ ij ibidẽ loci trucidati, sanguine, funeribus & igni iunctis, vallem eam infamem reddiderunt. Vnde & Hieremias vallem hanc vocat Ge Heregia, id est, vallem trucidationis, interfectionis, vallem exitiosam & morticinorum. Postquam idololatris hominibus in ea valle talis pœna contigit, factũ est vt geenna pro damnatorũ loco à Iudæis acciperetur, & ignis geennæ pro Tænaria flamma sumeretur. Quis non præferat huic valli Emeck Benacha, id est, vallem victoriæ & triumphi 2. Para. 20. de triumphatis impijs à Iosaphat sic dictam? Deprimi, atque adeo in vallem adigi potest virtus & pietas: sed nõ superari, neq; supprimi. Perditio enim impiorum nõ dormitabit, & in inferno spes redemptionis nulla est reliqui, Luc. 16. Processus ille iuris, quo euangelista hoc loco vtitur, post hoc omnibus manifestabitur:

Peccata paria non sunt.

Gehinnõ interp̃tat.

nemo iudicem illum effugiet, nulla ibi erit personarum æstimatio. Leges huius seculi, araneæ conferuntur, vtpote quæ imbecilles saltem muscas captas retineat, crabronibus obnoxia ipsa. Contrà Dei iudicium potentibus potenter tormenta perpetienda sancit. Senatores, apostolos intelligere poteris, iuxta Matth. 19. Luc. 22. Hieronymus pro angelorum senatu accipit. Calumniæ crimen apud Deum adeo leue non est, atq; nobis videtur. Neq; enim Apostolus temere conuiciatores excõmunicat, 1. Cor. 5. Nisi itaq; pœnitentiam egerint, saluari in æternũ nequibunt. Conuicium vero est, quod maligno animo, vindictæ nimirũ cupido, fit. Cæterũ etiã secundum canones, calumnia est, quæcunq; violenta pauperũ suppressio. Calumnia non est, neq; conuiciũ, sed zelus, si quem acriter correctionis fraternę causa arguas. Talem vides Esa. 16. Hiere. 5. Matt. 25. Luc. 11. 24. Gala. 3. Ἀνόητοι, quod hic legitur, non solũ fatuos, sed & rudes significat. ἀνοησία enĩ ruditatẽ denotat. Sed hic maxime propter digradationẽ culpæ, ἄφρονα, id est, imprudẽtem significabit. Neq; Iudæi Christũ solũ ἀνόητον, id est, rudẽ, sed & ἄφρονα, *ἄσσοφον μωρόν & ἄσοφον, hoc est, fatuũ & Dei sapiẽtia plane destitutũ, qualem nos vocamus impiũ & atheum, vocauerunt. Sic vocant hodie catholicæ veritatis studiosos illuminati euangelici nostrates. Quis, per Deũ oro, vel adamantinus, non cõmoueatur tantis lœdorijs, quibus non modo verbis & scriptis, sed & canticis orthodoxæ fidei studiosos insectantur? & ne quid iracundiæ diabolicæ desit, etiam verbis & scriptis portẽtosas picturas addunt, nulli ordini parcentes. Calumniatoria ea verba, scripta & cantica, picturas itidem turpissimas zelo adscripserit aliquis, si ociosos saltẽ ventres, si solũ luxuriosos nepotes & sacrilegos bonorũ ecclesiæ decoctores taxarent, ipsi seduli, temperãtes, spiritu pauperes, eleemosynis & omnibus bonis operibus instãtes. Nunc vero postquam & ipsi insignes sint nepotes, lenones, Mammonæ & Voluptię mancipia, criminationi eorũ quod prætexas, nihil inuenies. Calumniando itaq; alios, se bis iudicant & condemnant. Longe grauius delinquunt, q̄ etiam eos q̃ in messe dñica strenue laborãt, doctrinę & studio sedulo instantes, traducere non cessant, impios subinde eos vocãdo, nulla alia causa, nisi q̄ suis opinionibus sensum communẽ ecclesiæ eos præferre videant. Quod vere peccatum est in spiritum sanctum, Matth. 12. Luc. 11. Quod vero & euangelicos eos viri ecclesiastici hæresios insimulant, non est calumnia, sed veritatis assertio. Quis pro-

Calũ crimẽ graue.

Zelus ... cõui...

Calũ... hæret. euãg.

Nõ calũnia ... sed ... hæret... erroris ...

profeſſionis catholicæ mediocriter erudi-tus,non videat,quãtis hæreſion erroribus ſcateant euangelicorum nouorum ſcripta & dicta omnia? Diceres eos ex induſtria hæreſes ſepultas velle reſuſcitare. Quod q̃ videt atq; intelligit,non immerito hæreticos eos appellat. Hæreſin itidem illorum qui ſcriptis ſuis retexit,vt incautos retineat,ne exoticas eorum opiniones veritatis loco recipiant,bono zelo fertur. Pauli præſcriptum Tit.3.eam defenſionem poſcit. Vnde & hoc loco hęreſis eorũ aliqua nobis venit refutanda. Dicunt illi opera cũ bona, tũ mala,paria eſſe oĩa:ſed hic vides,iraſci, minus eſſe peccatũ, q̃ dicere, Raca:Raca vero dicere,non tantæ eſſe culpæ,atq; dicere Fatue. Quod ſi tantũ criminis eſt in verbis,heu mihi,quãtum culpæ credemus ineſſe factis? Vides hæreſin? Faxit Deus,vulpeculæ talium autores, vineę dominicæ de uaſtatrices, capiantur. Sequitur:

Si ergo offers munus tuum ad altare,& ibi recordatus fueris quia frater tuus habet aliquid aduerſum te, relinque ibi munus tuum ante altare, & vade prius reconciliari fratri tuo:& tunc veniens,offeres munus tuum.

Hic videtis,quorſum Chriſtus oĩa præmiſſa dixerit. Dilectionis ignẽ in pectoribus noſtris accenſum vult. Hoc igne om̃is liuoris rubiginem vult expurgatam. Deus charitas eſt, & qui manet in charitate,in Deo manet. Diabolus inuidiæ eſt autor. Aemulatio omnis,diabolica eſt & animalis. Præceptum itaq; domini eſt,vt diligamus inuicem. Pręceptum hoc Chriſti,proxime & ſecundum fidem eſt illuſtrandum, idq; ſtrictiſſime,in hunc modum:Nõ iraſcaris fratri,hoc eſt,amabis fratrem. Ne dixeris Raca, hoc eſt,magni ſemper facies fratrem. Ne dixeris fatue,id eſt,quantũ potes proximũ laudibus effer,vel maledicentibus tibi benedicendo. Charitas ſiquidem multitudinem peccatorũ operit, & optime interpretatur om̃ia. Hoc ſenatori noſtro perplacet,hoc ſupra omne ſacrificiũ illi & gratum eſt,& acceptum. Dicit ergo, munus etiam iuxta aram relinquendũ tantiſper,donec frater ſit reconciliatus læſus. Q. d. Charitas mutua pluris Deo eſt,q̃ holocauſtomata & victimæ. Vnde & Mat.9. ait:Diſcite quid ſit,miſericordiam volo & non ſacrificium. Et hoc Marci duodecimo:Diligere Deum ex omni corde,intelligentia & anima,plus eſt quàm vniuerſa holocauſtomata & victimæ. Obedientia quoq; victimis præfertur 1.Regũ 15. Confeſſio item oris, vitulæ antefertur cornua producentis & vngulas, Pſalm.68. Vſque adeo Deus qui charitas eſt, charitate afficitur,vt malit ſuo ſe defraudari cultu, q̃ charitatis officia negligi. Noſtrates euangelici,in vniuerſum nullam habent religionẽ abſolutam,niſi lœdorijs quoslibet impetere:arbitrantes ſe obſequium pręſtare Deo, ſi diuerſa ſibi ſentientes quoſcunq;, odio capitali inſectentur. Vnde etiam in ſuis cœnis, quas dominicas vocant, concitatiſſima quæq; cantica eructant,leones magis q̃ agnos referentes. Ipſi quoq; pœnitentiæ ſibi locum obſtruunt,tam contritionem,q̃ confeſſionẽ & ſatisfactionẽ, ad pœnitẽtiã nihil facere docẽtes. Vnde in ſua inuidẽtia ſe q̃tidie magis atq; magis obfirmãt:tantum abeſt vt reconciliari fratribus ſtudeant. Sed valeant illuminati ij obſcuriſſimi. Tu catholice,quicunq; es,hic Deum miſericordiã velle, & non ſacrificium, animaduerte. Caue ergo fratrẽ lædas,offenſo reconciliari ſtude:ſi quẽ in negocijs circunueniſti,redde quadruplum,dimidium bonorum tuorũ da pauperibus. Quod ſi frater reconciliari noluerit, tecumq; in gratiam nulla ratione redire voluerit,voluntas tua apud Deum pro facto reputabitur,teq; excuſabit:modo tu ſis extra noxam. Cæterum vt etiam infimo cuiuis gaudeas reconciliari, memento proximũ tuũ omnem hominẽ eſſe, memento tibi charitatem à Chriſto tuo iudice præſcriptã. Recole,iuxta tuam dimiſſionem & tuum tibi debitum iri dimiſſum. Da Deo vindictam, & tuam ille tibi remittet culpam. Obſerua hic tam reconciliationem,q̃ oblationem præſcribi,ne quis ſe fide ocioſa ſperet poſſe iuſtificari. Vtrinq; eñ opus exigitur. Poſt reconciliationem factam, obſerua munus Deo gratum fore,vtiq; iuſtificationis argumentum. Iniquorũ ſiquidem dona,abominatio ſunt Deo. Et immũdum nihil in ſancta perferre licet. Adeo bonum opus Deus vbiq; à nobis exigit,adeo bonũ opus vndiq; commendatur. Quod ſi nihil in tota ſcriptura canonica inueniretur, quod nos ad ſedulitatem bonorum operũ inuitaret,quod certe infinita propemodũ faciunt:nomen ſaltem hoc,quo Chriſtiani dicimur, ad opa bona nos potẽtiſſime impelleret. Chriſtus fecit & docuit:præcipue itaq; & nobis operi inſtandum bono. Dicimur etiam apud Ignatium Theophori, Pneumatophori, Chriſtophori, certe ob id,ꝙ debemus ſanctam Trinitatem,cui inaugurati ſumus,in corde & corpore noſtro portare,& templum Deo nos noſtro ſemper exhibere,1.Corin.6. Adde ꝙ Chriſtigenæ

Charitatẽ nobis prę ſcripſit Chriſtus.

Charitati deus oẽm cultum poſthabet.

Euãgelici nõ ſtudẽt recõciliari fratribus.

Etiã infimos ipſos tenemur placare.

Fides ſola non iuſtificat.

Chrĩano rũ nomia multa,oĩa ad bona opa nos adhortãt.

stigenæ etiam theoctisti vocantur, id est, à Deo cõditi, puta ad bona opera. Dicimur etiã Theodoti siue Theodori, id est, quos Deus donauit, puta varijs donis. oportet ergo vt & Theophili simus, id est, amantes Dei. item Theotimi, id est, colentes Deum: & Theoduli, serui Dei: vt simus Pheronymi, hoc est, vt habeamus nomen vera citer cum re: ad eum modum quo sanctus Hieronymus Serenillam dicit vere esse serenam, fide cor eius pacificãte, nulla pecca ti conscientia eius animum vexante. Faxit Deus, charitate irradiati, ita professioni nostræ respondeamus. Ad ipsius solius gloriam, qui in sancta Triade viuit vnus Deus per omnia secula seculorum. Amen.

DOMINICA VII. POST TRINITAtis, Euangelium Marc. VIII.



Vm turba multa esset cũ Iesu, nec haberẽt q̃d manducarẽt, cõuocatis discipulis, ait illis: Misereor super turbã, quia ecce iam triduo sustinẽt me, nec habent quod manducent: & si dimisero eos ieiunos in domum suam, deficient in via. Quidam enim ex eis de longe venerunt. Et responderunt ei discipuli sui: Vnde istos quis poterit hic saturare panibus in solitudine? Et interrogauit eos: Quot panes habetis? Qui dixerunt: Septem. Et præcepit turbæ discumbere super terrã. Et accipiens septem panes, gratias agens, fregit, & dabat discipulis suis, vt apponerent. & apposuerunt turbæ. Et habebant pisciculos paucos, & ipsos benedixit, & iussit apponi. Et manducauerunt, & saturati sunt: & sustulerunt quod superauerat de fragmẽtis, septem sportas. Erant autẽ qui manducauerãt, quasi quatuor millia. & dimisit eos.

PRAEFATIO.

EVangelica istæc lectio, plena sane est mysteriorũ vitæ. Beatus qui intelligit. Tria nobis præcipue hic proponuntur. Primũ, Iesum Nazarenũ verũ Deum esse & hominẽ. Verbũ nimirũ caro factum, Ioan. 1. Numen suũ benedictus ille noster Galilæus, præsenti miraculo præclarissime declarauit. Secundũ est, Eum nostrũ Deũ, nobis hominẽ factũ, nostri nunquã obliuisci, in tempore famis & discriminũ omniũ nobis semper adesse, psal. 36. Prouer. 10. Tertium est, Misericordiæ exemplũ. Misertus famelici populi, miserationem suam verbis expressis posteritati significauit, vt omnes ad misericordiam & charitatem catholicã prouocaret. Hæc summa est euangelij. ipsum nũc audiamus.

Cũ turba multa esset cũ Iesu, nec haberent q̃d manducarent, conuocatis discipulis, ait illis: Misereor super turbam: quia ecce iam triduo sustinent me, nec habent quod manducent: & si dimisero eos ieiunos in domum suam, deficient in via. Quidam enim ex eis de longe venerunt.

Est quidem in primis consentaneum, vt puris affectibus ad audiendum Dei verbum veniamus. Verũ etiam oportet semper verbo instare, tempestiue, intempestiue, 2. Timoth. 4. Qui non est contra nos, nobiscũ est. Quacunq; ergo ratione Christus prædicatur, ferendũ est, modo Christus vere & integre factor & doctor, secũdum exempli & documenti sacramentum prædicetur, Marci nono, Philippen. primo. Vsu venire videm⁹, vt ij qui temporaliũ gratia verbũ audiant, & spiritualia corde recipiant. Ecclesiastes verbũ Dei recte secans, auditores importunos eos, qui insyncero affectu irrepserunt, arguit & increpat, cuique suum peccatum (quatenus verbum Dei gladius vtrinq; est scindens) denuncians. Fit ergo, vt castigati procidãt in faciem suam, pronunciantes q; Deus reuera in ecclesia sit, vbi domino plebs paratur perfecta. Cæterum rite primo quæritur regnum Dei & iustitia eius. Inquisitori siquidem tali, omnia subijcientur. Deus scit quibus opus habeamus. Qui nos finxit, sictilis infirmitatẽ nouit. Populus Israeliticæ turma-

Chris[tus] tegre e[t] p[ræ]dic[atur] non [...]

turmatim ad Christum confluxit, eos qui male habebant, secum deferens, vt à domino Iesu curarentur. Bonum illis fuit, etiam ea occasione ad Christum pertrahi. Felix necessitas, quæ cogit ad meliora. Dominus vero Iesus vnà cum corporis sanitate, etiam mentium salubritatem protulit: animos cœlesti pabulo, pane nimirum angelorum, quod est verbum Dei, omnes pascendo, interim nõ oblitus, corpus etiã suo cibo opus habere. Noluit vt Deus tentaretur, quasi animabus pastis, corpus fame periclitari non possit. Carnis quidem cura in desiderijs (Roma. 13.) non est facienda: sed nemo sanæ mentis est, qui carnẽ suam non foueat nutriatq;, Ephe. 5. Miraculi vero hic locus fuit, quia populi turba ingens in desertum Christum erat secuta. Non idem omnibus affectus fuit, & ipsi discipuli in fide extiterunt infirmi. Miraculi itaq; locus fuit, vt doctrinam omnibus faceret commendatiorem. Primo hic forum cupedinarium nullum extitit, nulla popina, nulla caupona, nullum diuersorium. Hac oportunitate dominus Iesus ostendere voluit, penuarium Dei semper esse plenum, eructans ex hoc in hoc. Deinde etiam commodum erat, vt mentes iuxtà atq; corpora curarentur. Accersitis itaque discipulis suis, ait illis: Miseret me plebis Israeliticæ, eius me tangit penuria. Iam triduũ est q mihi adhærent, nec quod edant illis est in promptu. Si impastos eos dimisero, periculum est, ne in via deficiant: pleriq; siquidem de longinquo venerunt. Eia quàm accurate perpendit omnia. Plane hacce oratione sese & creatorem & seruatorem omniũ declarauit. Quod miserescit, hominis est: quod om̃ia videt, numinis est: vt cõfundatur Euthyces, qui nisi vnam in Christo operationem docere ausus fuit, Euangelista quintus. Discipuli & ipsi homines, sed crassi & carnales, quippe qui parum famelicorum compatiebantur miseriæ. Discipulorum eorum tepiditatem vidẽs cardiognostes, eam palàm faciendam, ipsisq; eam discipulis declarandam duxit. Adde q & ipsorum animos ad futurum miraculum excitauit interrogando. Nunc quid respõsi elicuerit, audiamus.

Chris[...] tegre e[...] pdicati[...] non fa[...] niatus

Et responderunt ei discipuli sui: Vnde istos quis poterit hic saturare panibus in solitudine?

Discipuli rudes & tepidi non adeo curarunt, homines esurirent nec ne. Obliti item, q antea quinq; panibus & duobus piscibus numerosam pauisse turbam. Hic itaq; reddunt verba, infirmitatem & ruditatem plane exprimentia. Nullum consilium dant, quia vnde cibum proferãt, nullam penuariam cellam vidẽt. Infirmitas infirma profatur: Potestas, potentia operatur. Homo rudis & carnalis, rudia & carnalia loquitur: Sapientia diuina, magnalia exequitur. Probat electos Deus, cordium consilia in apertum profert, vt in humano mendacio suam illustret veritatem, vtq; humanæ infirmitati suã declaret maiestatem. Multa adeo mira secum trahit vnumquodq; miraculum. Nescias, maius miraculum sit, discipulorum ruditatẽ pspexisse dominum, quàm multiplicatis panibus & piscibus pauisse populũ. Omnia quæcunq; voluit Deus in cœlo & in terra, fecit psal. 134. Deo possibilia omnia, Matt. 19. Lucæ 18.

Miraculũ q̃dq; Chri varijs miraculis est plenum.

Et interrogauit eos: Quot panes habetis? Qui dixerunt: Septẽ. Et pcepit turbæ discũbere sup terram.

Audiamus responsum discipulorum, verbum obliuionis & diffidentiæ, verbũ duri cordis & inclementiæ. Adeo in carne humana citra dei gratiam nihil est boni, & mendax omnis homo. Nunc postquã diuina sapientia om̃ia hæc in apricum protulit, rogat quot panes habeant, vt ostendat, miraculo nihil fraudis subesse: rogat item, vt mysterio fundamentũ iaceat. Saluatori, q ipsa vita est & angelorum esca, thesaurum bonorum dei penes se habuit: discipuli vero nisi septem panes norunt, eos puta, q̃s oculis carnalibus viderũt. Quis non videat, hic discipulorum mentes valido tentationis ariete pulsari? Cogitatio illis irrepere poterat: quid septem panes faciant ad tantam multitudinem, & eã famelicam? Triduo transmisso, vacuũ portarũt ventrem: triduano ieiunio esurientes homines tres aut quatuor, septẽ panes absumere possunt. Contra cogitationis eius tẽtamẽta, cõsiderandũ, neq; in gladio neq; in hasta liberare dominum, 1. Regũ 17. Et queadmodũ eadẽ facilitate e multis millibus hostiũ liberat atq; ab vno: eũdẽ dominum sic æque e paucis panibus, immo etiã ex nihilo, multa millia saturare posse, quia ex nihilo creauit om̃ia. Hoc credendum, vt Deo sua gloria detur, Romanorum quarto. Qui omnia potuit ex nihilo creare, potest etiam panes ex nihilo creare, nedũ non ex panibus panes augere. Opus mirificum Dei iam sequitur. Rogemus Deum, vt ad eius miraculi auditum, aures cordis nostri aperiat.

Et accipiens septem panes, gratias agens, fregit, & dabat discipulis suis, vt apponerent. & apposuerunt turbæ. Et habebant pisciculos paucos, & ipsos benedixit, & iussit apponi.

Panes q̃re Chr̃s nõ freq̃ntius multiplicauerit.

Theophylactus ait, Christum populũ non semper pauisse & cibi miracula subinde edidisse, ne quis suspicetur, populum saltem secutum edulij amore. Adde q́ & sic cauit, ne quis Epicurus arbitretur verbum audiendum saltem atq; dispensandum ventris replendi nomine. Neq; etiã hic miraculum hoc fecisset, nisi tanta fames populi hoc suasisset. Ieiunos & inedia compressos non dimisit, ne qua inter eundum deficiant: doctrinam nobis relinquens, quatenus carnis curam agere debeam⁹. Fames ad edendum nos prouocet, non voluptas. Prælati ecclesijs & hic discant, longe se à Christo esse alienos, quum pingui ventre subinde de ieiunio disputant. Sacri canones episcopum & parochum etiam pauperum educatorem esse volunt, non ieiuniorum & inediæ inductorem. Ijdem in ecclesiæ ieiunijs infirmorum & pauperũ rationem semper habendã censent. Neq; itẽ ipsos diuites delicatioribus assuetos cibis, ad oleris cibum cogunt. Pastores vero idola, aliorum scapulis imponentes onus, q̃d ne digito quidem tangunt ipsi, moderationem vllam nesciunt legis. Timotheum à potu aquæ non reuocant. Apostolos potius spicas vellentes condemnant esurientes. Viderint idola ea, cuius referant ingenium, Christi ne an antichristi. Ecce mitissimus Christus panes hic septem in sacrosanctas suas manus accipit, filium Dei se præstans, quippe qui ex paucis multa, & ex nihilo omnia creare potest, & in cuius manibus sunt omnia. In manus accepit, vt suum se plasma cognoscere adumbret. Denarium Cæsaris nec in manus accepit, nec agnoscit. Gratias agit, filium hominis se declarando. Hominis est, Deo de acceptis muneribus semper gratias agere. Eius rei p̃clarũ nobis hic exemplum Christus relinquit. Fregit panes sedulus p̃familiãs. Dedit discipulis suis dñs largus. Discipulis, q̃rũ diariũ siue ephodion hoc fuit, nihil abstulit, immo plurimũ adauxit. Saturis siquidem pro septem panibus, septẽ sportas reliquiarũ plenas reliquit. De panibus gratias egit vt homo: piscibus bñdixit vt pontifex. Sic & Luc. 9. pani benedixit. In mysterio duo panes vtrunq; testamentũ important. Septem panes mysterio charismaton noui testamenti congruunt. Solis sacerdotibus rite ordinatis, tam docendi partes q̃ sacramentorũ administrãdorum munia conueniunt. Sacrosancta itaq; hæc discipulorum est administratio. Scitamentũ preciosum, dapiferi sancti. Mensa non minus sancta, q̃ ea de qua dicit psal. 77. Impius dicit: Nunquid poterit Deus parare mensam in deserto? Potest hoc. Nã hic vides Christum mensam condidisse, & non minus diam, q̃ propositionis eam, Exod. 25. Nume. 4. Hic vides Christum pinguẽ esse panẽ, regibus delicias præbentem, Gene. 49. Vere itaq; sacerdotium sanctũ, electum regale genus: sunt enim nostri sacerdotes cupedinarij, scitamentum omnigenę delectationis, manna & coturnices legis longe exuperans, administrantes, sed gratis hoc: eius significationem præ se tulit panis miraculose auctus, & pisces. Edite ergo electi, edite exultantes, quia tales epulas nunquam antea gustastis. Edite, quæso, libere, quia largus vobis adest pastor, Messias nimirum ab æterno ordinatus: quẽ nisi credentes receperitis, famem æternam vt canes patiemini, psalm. 58. Edite ergo dilectissimi, & Messiam vestrum agnoscite, vt animabus vestris requiem inueniatis.

Panes duo & septẽ qd significent.

Carnis cura q̃tenus habenda.

Et manducauerũt, & saturati sunt: & sustulerunt quod superauerat de fragmentis, septem sportas. Erant autem qui manducauerant, quasi quatuor millia. & dimisit eos.

Verba non sunt leuia, sed facta grauissima, quæ hac lectione nobis sunt proposita. Audiamus ergo verbũ, quod factum est nobis. Fames hic aderat, & aberat vnde pelleretur. Secutum esset itaq; periculum, nisi qui vbiq; est, Deus ipse attulisset auxilium. Magnus dominus noster, quia semper maiora q̃ rogatur, præbet, spe maiora vsq; suis suppeditat. Dicit ergo in nõie dñi propheta: Comedẽt, & supererit. Mirare homo, obstupesce creatura. Septẽ panes saturant quatuor hominum millia, & septẽ canistra reliquiarũ plena colligunt. Quid vnquam ęque mirabile auditum? Vere oĩa quæ hic nr̃ facit Galilæus, mirabilia sunt, ineffabilia & immensa. Quantũ ad naturã, etiã sunt impossibilia. Quis Nazareni nostri deitati diffidat? Quis cacodæmon, quæ aduersitas hanc fidem ab electis auferat? Quis hunc dominum non ex animo colat, qui suis libere dat, nihil vicissim p̃ter syncerum cultum postulans? Quis tale soluat eduliũ? Et quã cõmutationẽ, tãto alimẽto dignã, hõ proferat? Iudæorũ multitudini, in q̃, sine dubio, & indigni pleriq; fuerunt, liberrime tanta bona dñs Iesus est elargitus: quis ergo dubitat illũ maiora nobis,

Spe...

bis,qui corpus eius sumus, suppeditatur? Quis enim vnquam suam ipsius carnem odio habuit? Misertus est illorum. In fame & siti illis auxiliator adfuit. nos ergo non vane cõfidimus, eum in omni tribulatione & anxietate nobis seruatorẽ adfuturum, 1. Petri 5. Heb. 13. Ille sese nobis talem promisit, Matt. 28. Ille nouit, quibus opus habeamus, Matth. 6. Ille nouit affici infirmitatũ nostrarum sensu, Heb. 4. Propterea homo factus est, Ibidem & cap. 6. Propter nos ea fecit Iesus miracula, & nostri potissimum causa literis eadẽ sunt cõmissa, Romañ. 15. 1. Corinth. 10. Nobis siquidem (vt exemplis agam) scriptum est, Abrahæ suam fidem ad iustitiã esse reputatã: vt inde discamus, nos (vt Ambrosii verbis vtar) gratis accepisse, q̃ ad merita tendamus, Rom. 4. Clarius petis testimoniũ? Matth. 16. vides discipulos solicitos, ꝙ nauticos panes secum non sumpserint. Quibus saluator ait: Quid cogitatis inter vos ipsos, o parum fidentes, ꝙ panes nõ sumpseritis? Nondum intelligitis, neq; memoria tenetis quinq; illos panes, cum homines essent quinquies mille, & quot cophinos sustuleritis? Neque septem panes eos, cum homines essent quater mille, & quot sportas acceperitis? Idẽ & in præsenti capite, Marci nimirum octauo, habes. Quid autem istæc correptio aliud sibi vult, nisi vt miracula ista semper ob oculos habeamus, atq; inde discamus, omnem nostram fiduciam in illum conijcere? Vides, nõ Iudæis illis qui in deserto comederunt, hæc esse scripta, sed nobis? Quod potuit in deserto, dicit & se posse in mari. Potuit vndiq;, consequitur ergo, posse omnia semp. Quare si rei familiaris tenuitate tentaris, ad hãc lectionẽ confuge. Discipulos inspice, verbum eorũ perpende, Vnde quis eos poterit saturare in deserto? Exitum considera. Saturati sunt oẽs, sportę reliquiarum septem sunt reliquę. Ecce tibi Christiane modicæ fidei, quid trepidas? qd turbaris? In tam præsentem tuum Messiam, quare spem tuam non conijcis omnem? Conijcies autem, audiens Euangelistã tibi hanc historiã & miraculum multiplicati edulij conscripsisse. Parum, immo pro tanta turba nihil erat, in deserto alimoniæ: sed duce & auspice Christo, saturati sunt oẽs. Et ne quis conuiuiũ hoc præstigio alicui adscribat, quasi apparenter & non vere comederint, vacuoq; stomacho dimissi fuerint, sportę fragmentorum septem sunt collectę. Curis ergo excruciãtibus te, dic: Quid me ab re exeditis? Euanescite & in ventum abite. præsentem siquidem mihi habeo, in quo thesauri Dei continentur omnes corporaliter: illũ, qui vel angelorum est esca, dantem escam timentibus se, Psal. 110. in tempore oportuno dantem, Psal. 144. dantem omni carni, 135. Quantum ego egeo, tantũ ille abundat. Dabit ille certo, quia Deus est. A dando, Deus nomẽ trahit. Datorem Deũ esse, totus mundus experientia didicit. Dat, & non exprobrat: dat, & semper abũdat. Superest hoc vnum, vt primo quæras regnũ Dei & iustitiam eius. Quære auditu fidei regnum Dei. Operare iustitiam, vocationi studendo tuæ. Sic fiet, vt ille omnia sub tuos conijciat pedes. Nemo enim iustũ vnquam vidit derelictum, & semen eius quęrens panem. Fructum audistis euangelij, quãtum ad sensum literalem. Nũc porro moralia excutiamus. Misertus est dominus plebis esurientis: vult & nos, erga miseros, misericordes munificosq;, Lucæ 6. Præcipuum eius præceptum est charitas, Matt. 5. Ioan. 13. Fidei misericordia vacuæ cœlum non reseratur. Cœlum sibi apertum vidit Stephanus, dicens: Ne statuas illis hoc in peccatum. vtiq; inimicos amans suos. Quotidie Deum inuocas, dicens: Miserere mei Deus secundum magnam misericordiam tuam. exaudiet te, exorabis illum, si tu tibi supplicem exaudias, & te illi exorabilem præbeas. Qui obturat aures suas ad clamorem pauperum, & ipse clamabit, non exaudiendus, Prouer. 21. Compatere miseris, cum Christo dic: Si dimisero eos ieiunos, deficiẽt. Da, & supererit. Perde panem temporalem & pisces maris, & possidebis, in manu sua cuncta tenẽtem, bonorum omnium fontem. Illũ, inquam, quantusquantus est, demereberis tibi, si pauperis misertus fueris. Fœneratur enim domino, qui pauperum miseretur. Non hic respice vxorem, non attende liberos, sed Christum tantum thesaurum adspice. Si vxor obsistit, vxorẽ Hiob & Michol Dauidis coniugem stultam ride. Si vir vesanus obstat, Nabal ille dũ pgræcatur, & crapulam edormit, Abigail prudens Dauides, id est, Christos domini pascat, & pacem familiæ suæ conciliet. Beati misericordes, Matthæi quinto. Nõ inuenies beatos prædicari voluptuosos nepotes. Faciens itaq; conuiuium, noli vocare diuites congerrones, voluptatis gratia: sed voca pauperes, salutis tuæ animæ causa, Lu. 14. Esaias quoq; dicit: Vagos induc in domum tuam. Audi diuitem purpuratum, propter fratres anxiũ in inferno. Ex parte totũ, ex minori maius collige: & videbis Philoxeno illi cõuiuas & cõpotores suos oẽs iocosos & iucũdos, vnà cũ famulitio inclemẽti pœnã eẽ. Adeo popinatio sit

Miracula Christi nostri causa facta, & memoriæ tradita.

Præstigio Christus haudquaquã vsus in suis miraculis.

Fidei misericordia vacuę cœlũ est clausum.

Pauperes magis ad conuiuia vocandi.

pseudomessiæ & antichristi. Sed quis non videat eorũ technas? quis eorũ non rideat nænias? Ioannes in Apocaly. de hac secta prædixit. Hæretici nõ sunt Turcæ, quia ex nobis nõ sunt. Verũ tamen quando nobis aduersantur, & flagellũ nostrũ sunt, ecclesia reformata, eius mali finẽ propediem videbit. Christus in æternũ benedictus, hic in genere de omnibus pseudoprophetis nos hic præmonet. Varij erũt, quemadmodum & antea semper varij fuerunt. Nulla vnquã hæresis est nata, quin statim in diuersas sectas fissa existat. Vnde catholici graphice hæresin Cerbero, Chimeræ, hydræ, & cæteris multifarijs bestijs compararunt. Varij fuerũt Marcionistæ, quod vides apud Irenæum. Historia ecclesiastica testatur, & diuersos inter sese fuisse Arrianos, Macedonianos nimirũ & Eunomianos. Nec cũ Donato per omnia conuenit Petiliano. Et hodie pugnant sibi euangelici Saxonici & Heluetici. vtrisq; discordant Dibaphi. Hæreticos Christus vocat pseudoprophetas, quia scripturarũ sensum sibi pollicentur, & sermo eorũ vt cancer serpit. Petrus vocat eos falsos doctores, Paulus pseudoapostolos, Ioãnes antichristos. Hæreses vnde dẽphendanť, certa secũ circunferunt argumenta. Nam vtut personatus lupus incedat, facile ab oue discerni potest. Vnde saluator hic non monet solũ vt hæreticos caueamus, sed & adijcit signa certa, quibus eos disnoscamus, domíq;(vt aiunt) videamus. Primo dicit, Qui veniũt, id est, prorepunt aliunde, irumpunt nullo certo traduce nati, legitima vocatione nulla designati. Catholicos suæ doctrinæ certos habet autores, seriem nimirũ succedentium sibi sanctoꝝ. Nullus hominũ prosapiam suã tanta fide ostendere potest, atq; ecclesia suã potest originem. Hæresis vero sterilis res est, cum suo autore statim nata emoriens. Hæresiarcha quisq; suæ sectæ & caput est, & cauda. Deinde catholicus nihil quod suarũ partium non sit, sibi arrogat. Contrà, hæresis ordinis ecclesiæ contemnens, nihil sibi non arrogat. Papa & Cæsar, princeps & præsul, præco & prætor, satrapas & sacerdos est, quisquis hæretica labe existit infectus. Dicit ergo, veniunt. q. d. Veniunt nullo certo traduce, veniũt suapte temeritate, ordinis conturbatores ecclesiasticæ. Vtrunq; vocabulum hereticus complectitur. Hæresis siquidem (secundũ Hieronymum, cuius verba celebrantur 24. qst. 3. ca. Heresis) dicitur ab eligendo, ꝙ quisq; hæreticorum preter sensum communem, sibi opinionem & viam quam sequatur, eligat. Atq; hoc est primum vnde hæresis discernatur. Dein etiam vtcunq; personati veniant hæretici, oculos tamen veri catholici non possunt perstringere. Meloten siue vestem ouium, intellige speciem, qua noui quicunq; dogmatistæ aut fuco veniunt illustrandæ veritatis, aut prætextu promouendæ religionis, se ecclesiæ obtrudunt: sed lupi intus latẽtis quidquid est fuci, sine negocio deprehendi potest. Theophylactus, Hilarius, & plerique alij, meloten accipiunt pro blandiloquentia, quã Rom. 16. Apostolus vocat χρηστολογίαν. Hæresis blanditur mel felle mistũ. Comparatur Sirenarum cantui dulcisono quidem, sed ad perniciem trahente. Dicit ergo Salomon Eccẽs 7. Melius est à sapiente corripi, q̃ stultorum adulatione decipit quia sicut sonitus spinarũ virentium sub olla, sic risus stulti. Et per risum stultus infert plagam. Esa. 18. blandiloquentia vernilis & exitialis illa dicit Schalmon, hoc est, consolatio hominũ vana. Nempe talis: Deus est misericors, Non vult mortẽ peccatoris: saltem crede, & saluus eris. Sed verba sapientis sunt quasi stimulus, & q̃si claui in altũ defixi, Eccẽs 12. In blandiloquos prophetas quid dicatur Hiere. 6. 8. Ezech. 13. ipse vide. Illecebrosos eos p̃cones Apostolus vocat aurium prurientium fricatores, ad Titum. Idem ad Galatas dicit, eos q tantopere hominibus placere student, seruos Christi non esse. Propheticũ gladium acutũ illum, in ore suo hæretici non ferũt, Esa. 49. Vulpinæ caudæ sunt, non sagittæ acutę prophetice, de quibus ibidem dicitur. Quadrat in eos hoc poetæ:

Animi sub vulpe latentes.

In eos dicitur Ezech. 13. Quasi vulpes in deserto, prophetæ tui Israel. Non adscendistis ex aduerso, neq; opposuistis murũ pro domo Israel. Væ qui consuunt puluillos sub omni cubito manus, & faciunt ceruicalia sub capite vniuersæ ætatis ad capiendas animas. Tale vestimentũ est euangeliũ neotericum, quod his nostris temporibus inoleuit: Sola fides iustificat: Deus bonorum nostrorum non indiget: Si quid mortiferꝫ biberint, non eos nocebit. Pellibus ouillis & caprinis si non conuenit euangelion, quod hodie de Christiana libertate increbuit, rusticus homini similis non erit. Sed lupus interius latitans, sese prodidit, cũ in seditiosos agricolas euangelista nouellus ipsos principes, alioqui feroces, prouocaret iam exasperatos, dicens: In vaginã vestram ego vobis cacauero, nisi strenue gladio vtamini. Sed de lupo interno statim plura. Est & ouilla pellis quædam ad sinistram, pharisaicæ iustitiæ, catinũ foris purgantis, camelum glutientis, culicem colantis. Veniunt & hi ad Deum, nõ spũs ductu sancti,

Hæresis ois varia, & in seipsa diuisa

Hæretici sunt pseudoprophetæ.

Hereticos quibus signis disnoscam⁹.

Heresis vocabuli quę significatio.

sancti, sed suopte fastu. Veniũt corpore ap parẽter, non corde verè. Ieiunant, sed sibi: sabbathizãt, sed ad suam ipsorũ libidinem. Sericũ & hi p̃dicant, byssum sindonẽq; docent, lanas & plumas tradunt, regnum Dei pecunia vendẽtes, corban erigẽtes, precio ignem purgatorij restinguentes. Sed & hi altera panem ostendũt, altera lapidem gestant. Claudunt enĩ lupi auidi alijs regnum cœlorũ, nec ipsi intrãt. Clauem habent regni cœlorũ, sed erraticam. Duces sunt cæcorũ, ipsi cæci. Dicunt, pax, vbi non est pax. Deuorant domus viduarũ p̃textu prolixæ oratiõis, Missarumq; multarũ, quo aucupio vniuersum fere mundũ lucrati sunt. Circũeunt mare & aridã, vt vnum faciant ꝓselytum, vt om̃ia prædia venent, & totius mũdi thesauros aucupent. De animarũ salute viderint dij. Adeo hypocrisis & intus est lupina, charitate Dei & proximi vacua. In eã dicit hoc Iob 15. Cõgregatio hypocritæ sterilis, & ignis deuorabit tabernacula eorum, qui munera libenter accipiũt. Concepit dolorẽ, & peperit iniquitatẽ: & vterus eius p̃parat dolos. Eccl 19. Est qui nequiter se humiliat, & interiora eius plena sunt dolo. Hæresis & hypocrisis differẽtia est, ꝙ illa eligit exotica dogmata, hæc simulat bona opera. Vtriusq; frons pietatẽ mentitur, recessus vero vanitatem prodit latitãtem. Cautos nos vult dñs ad huiusmodi fel, mel le mistũ, discernendũ. Contra technas serpẽtis antiqui, vult nos instar serpentiũ esse prudentes. Qui aũt hoc? A vestimẽto molli externo, ad asperitatẽ internam progrediendũ. Non verba ipsa, sed res virus p̃sentissimum referens, æstimãda. Fieri non potest quin lupus ouina pelle tectus, ingeniũ lupi referat. Nam & lupus in ouẽ transformatus, in suam vsq; redit naturã. Attendamus ergo, num res ipsa lupinũ quippiam spiret. Veri & insignes palpones, vt artem suam tegant, libertatẽ & ipsi sibi assumunt, & tunc magis adulãtur, cum magis obiurgant & libere loquunt. Internus ergo lupꝰ attendẽdus. Cõtristauit Apostolus Corinthios, sed ad fructus pœnitentiæ salutares, non vt in carne aliorũ glorietur, vnde & se insipientẽ fatetur, 1. Cor. 9. 2. Cor. 11. Hæresiarchæ ꝑtinaciæ vitio saltem velitant. Nihil in vniuersum illorũ vult seueritas, nisi vt se veritatis loco adores. Veniunt siquidem hac sola ratiõe, vt suam sectã late ꝓpagent, corpusq; Christi quæ est ecclesia catholica, dilanient, 24. quæst. 1. Vbi sana. Hic est lupus ille intrinsecus, quẽ qui vnico verbo læserit, heu mihi quantũ minarũ sibi excitauerit. Adde ꝙ & liberi sunt hæretici, sed vbi non oportet. liberi sunt rodendo absentes, & eos quos sibi vident reniti: cæterũ indulgentiores suis ad quiduis, etiã ad bigamiã. In hypocrisi item absconditus latet lupus. Simoniæ crimen Pharisæis nullũ est: fornicatio simplex culpam nõ habet: ociũ, vita est cõtemplatiua: & quæq; vitia, quantũuis crassa, virtutis speciem induẽt illis, qui instar paxilli, qcquid impositũ fuerit, sustineant. Si pro esu butyri & oui pecuniã large expendant, si Missas multas grandi ære redimãt &c. Verũ si quis dixerit, Precio empti estis, nolite serui fieri hominũ, hæreticus est. Si dixerit, Cõuenientibꝰ vobis, quisque suam cœnã occupat &c. schismaticus erit. Neq; hoc vlla alia causa, nisi vt in carne tua glorieẽ perditionis homo. Hoc est quod Chrysostomus in hũc locũ dicit: Lupus tectus pelle ouina, ꝑ vocem cognoscit & actum: ouis balat, inclinata deorsum: lupus vlulat cõtra cœlum. Huc facit mysterium, quod Apostolus ex Danie. 9. 1. Thes. 2. edisserit. Qui legit, intelligat. Satis superq; Christus nos admonuit. Admonitionem Christi ecclesiastici doctores abũde declarauerunt, animasq; suas saluarunt, Ezec. 3. Pseudo q nunc aures suas præbet, sua perit culpa. Attendite, idem est, q̃d deuitate, cauete, fugite. Quod & Apostolꝰ subinde monet. Qui amat periculũ, peribit in eo. Quantũ cõuersatio noceat assidua, vel inde colliquescit, ꝙ & doctrina & sacramenta hæreticorum sunt prorsus exitiosa. Satis huius. Sequitur:

A fructibus eorũ cognoscetis eos. Nunquid colligunt de spinis vuas, aut de tribulis ficus?

Ioannes vult vt spiritus ꝓbemus, nũ ex Deo existant, 1. cap. 4. Qua hoc ratiõe fiat, partim dictũ est, & hic consequẽter docet. Suprà Christus prauum affectum taxauit pseudo ꝓphetarũ, hic externũ opꝰ tãgit. Si qs ꝑ ingenij paruitatẽ internũ lupum, hoc est, malitiosum hæreticorum affectum, dignoscere nõ poterit, vel externa opera attẽdat. Fructꝰ hic recepta phrasi (vt infrà plenius dicetur, pro ipsis operibus accipiendi. De hypocrisios fructu dicit Isidorus: Om̃e syncerum permanet. Quæ autem simulata sunt, diu latere nõ possunt. Eleemosynam nunq̃ faciunt, nisi tuba prius ante se canteẽ. Et in synagogis eleemosynã faciunt, vtiq; vt honorificentur ab hoĩbus. Adde ꝙ nullam faciunt, nisi e pauperũ sanguine. Orãt item, sed non clam coram Deo. In synagogis vero orant stantes & in angulis platearum, vt hoĩbus orare videanẽ. Protrahunt orationẽ, in rapinã viduarũ & orphanorũ. Adeo nihil vspiam in hypocrisi est, nisi furor & iniquitas. Et si hæc tanta flagitia in opibus simulatæ religionis oratione & ele-

Oues vestes etiam pharisæos significat.

Hæresios & hypocrisios differentia.

Hæresis lupum alit.

Hypocrisis lupum alit.

Fructus hæresios & hypocrisios est externum opus.

emosyna offenduntur, quis non videat reliquam omnem vitã hypocritarum nihil esse nisi ipsam impuritatẽ? Hæretici quoq; (vt de crassioribus eorum fructibus loquar) papistas auaritiæ nunquam non traducũt: sed vnus e mille mihi dari non potest fratrũ euangelicorum, qui spiritu pauper prædicari possit. Adeo eorum cupiditati ecclesiæ stipendia, quæ sibi quo iure quaq; iniuria vendicant, non satisfaciũt, vt prophanis negocijs diuitias eos cõgregare non pudeat. Venationi alij student, alij regũ stipatores agunt, alij prætores sunt, alij sedentarij cerdones, polygraphi, scribendorum librorũ finem non faciunt, nulla taberna, nulla itidem latrina ẽ, quæ non sit plena libellorũ scriptorũ nouorum. Farciũt & sarciũt, furantur & mutuant vndiq;, quo libros tot edant. Epistolas dedicatorias, nihil nisi stipem eblandiẽtes, cõscribunt: librarijs suas deniq; elucubrationes diuendũt, vt rem familiarem augeãt. Olim item catholici principes adeo abundabant, vt tot fundarent monasteria & cœnobia: hodie nostrates, oĩa sacrilege sibi vsurpando, egent. Quid dicã de luxu & gulæ vitio, quo euangelici depereũt omnes? Diceres eos delectũ ciborum, in ecclesiæ disciplinam receptũ, hac sola damnare causa, vt liberius suo inseruiant genio. Castimonia apud eos item pessime audit, vnde monachos & sanctimoniales gehennæ adiudicant omnes. Videre videor, in ianuis Nicolaitarũ opera adstare. faxit Deus, vana me ludat imago. Potero hos fructus pluribus declarare: sed non video quare in re manifesta multũ laborem. Ad Christi itaq; verba reuertar. Ex fructibus, inquit, eorũ cognoscetis eos. Fructus sunt amussis infallibilis, in qua falsus deprahẽdatur euãgelistes. Paulum subinde citant apostolũ, & Paulũ aguntSamosatenũ. Nulla alia causa sanctis patribus iniqui sunt, nisi quod eorum religione obscurantur. Sic imperitus ille pictor gallos gallinaceos vicinos abigi iussit à tabula sua, ne eorum collatione eius imperitia proderetur. Martin⁹ & Paulin⁹ episcopi, vua sunt & ficus. Martiniani nostrates & Pauliani, labrusca sunt & tribul⁹. Ex fructibus etiam ipsas arbores facile discreuerimus. Non Aetianum, non Iouinianũ euãgelion, sed hoc quod sanctorũ tradux cũ ore tum exemplo docuit, vterq; diuorum iam dictorum acceperunt: vnde & fructus veræ religionis edidere. Nostrates, quia ab illo euangelio ecclesiastici sensus, per nouã intelligentiam defecerunt, non possunt ab ecclesiæ religione nõ degenerare. Horum vero lycie & internus lupus, tam non fallit iudiciũ Christi, quàm externi fructus eiusdem iudicium non effugient. Sequitur:

Hæretici sanctis patrib⁹ sunt iniqui, & quare?

Sic oĩs arbor bona, fructus bonos facit: mala aũt arbor, malos fructus facit. Non potest arbor bona malos fructus facere, neq; arbor mala fructus bonos facere.

Hisce verbis amplificat ea quæ dixit. Parabolica est locutio, similis illi, Mali corui malum ouum. Horatius quoque in hũc sensum dicit: Neque imbellem progenerant aquilæ columbam. Euangelica tradux ouinos & columbinos fructus edit. Genimen viperarũ, * viperos Iouinianos & Aetianos non fundere non potest. De hac re quæ iam diximus, ad sequẽtia ibim⁹.

Omnis arbor, quæ non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur. Igitur ex fructibus eorum cognoscetis eos.

Hic comminatur dura pseudologis dominus Iesus. O quanta est hæreticorum pœna in inferno, qui non solum cõdemnantur de praua eorum vita, sed & de doctrina peruersa schismaton ansa. Vnde dicunt Arrij pœnam necdum esse definitã. Habet Arri⁹ quoque fratres quinq;, quorum supplicij modus & ipsum manet. Grauissimum est supplicium hæreticorum omnium, geminis iam dictis ratiõibus. Longe vero grauiori pœnæ obnoxia est hæresis illa, quæ bonis moribus fraudi est. Saluator igitur hic argumentum, quo hæresis quæq; dinoscatur, repetit, dicens: Igitur ex fructibus eorum cognoscetis eos. Repetitio, hæresios bonorum operum meritũ eleuantis, crimen exaggerat. Et ad hoc facit quod sequitur:

Non oĩs qui dicit mihi, domine dñe, intrabit in regnũ cœlorum: sed qui facit voluntatẽ patris mei qui in cœlis est, ipse intrabit in regnum cœlorum.

Hic Saluator exprimit, de quibus fructibus, & de qua potissimum hęresi loquutus sit. Mentem domini videt, qui ea quæ hãc lectionem præcedunt & sequuntur, attente perspicit, sine negocio inueniet. Nouit saluator vulgum alioq; ad bona opera frigidum, statim audita doctrina de sola fide sine vllo bono opere iustificante, clamaturum, Io Pæan: Hoc verũ euangelion: Misericors pater: Edamus, bibamus: Viuam⁹, poterit viuere nemo satis. Nulla hęresis magis, quàm hæc, Christo luctatur. Dicit illa viã regni cœlorũ esse latam, Christus vero eã dicit arctam. Hæresis dicit: Omnis qui dicit, domine domine, intrabit regnum cœlorum. Christus id pernegat, dicens, credalum,

lum, Domine Domine dicentem, opera vero bona nō habentem, regnum cœlorum non visurum, etiamsi dæmonas eiiciat. Potissimum itaque hanc hæresin, tanquam sibi potissimum pugnantem, Saluator exempli causa adducit: quod tam præcedentia quàm sequentia arguūt. Qui facit voluntatē patris, est arbor bona, fructus habens bonos, eius est intrare portā eam, quæ solis iustis patet. Ficus vero habens fidei virentia folia, absque fidei fructibus, maledicta est, Matthæi 21. Marc. 11. Luc. 13. Fructus euangelici, digni fructus pœnitentiæ, dicūtur etiam fructus spiritus, Gal. 5. fructus lucis, Eph. 5. fructus iustitiæ, Philipp. 1. Iacob. 3. De hoc fructu vide Matth. 13. Marc. 4. Luc. 3. 8. 12. Ioan. 4. 12. 15. Roman. 1. 6. 7. Philipp. 4. Colo. 1. Hebræ. 11. 12. 13. Cantillare psalmos, dicere Dominus Iesus, immo etiam in nomine Iesu maxima quæque signa edere, folia sunt tantum: sed arbor illa, quantumuis viridis, nisi omnigenum bonorum operum vberes fructus protulerit, maledicetur: tantum abest vt iustitiæ laudem mereat. Dominus Iesus spiritu sancto suo, spiritū phanaticum, apostaticum, dementatorem animorum illum, qui bene currentes, per nouū euangelion cunctatiores facit: vnà cū spiritu illo hypocritico curriculum ibi statuēte, vbi veritas & via non est, interficiat: Ecclesiæ tandem suę traducis doctrinæ doctores, & syncerę religionis probatos episcopos præficiat, ad publicam ecclesiæ pacem & ædificationē, suamque solius gloriam: quæ illi cum Patre & Spiritu sancto par est per omnia secula seculorum. Amen.

Hæresion q Chro magis cō traria.

DOMINICA POST TRINITATIS nona, Euangelium Lucæ XVI.



HOmo quidam erat diues, qui habebat villicū, & hic diffamatus est apud illū, quasi dissipasset bona illius. Et vocauit illū, & ait illi: Quid hoc audio de te? Redde rationem villicatonis tuæ: iam enim non poteris villicare. Ait autē villicus intra se: Quid faciam, quia dominus meus aufert à me villicationē? Fodere non valeo, mendicare erubesco: Scio quid faciā, vt cum amotus fuero à villicatione, recipiant me in domos suas. Conuocatis itaque singulis debitoribus domini sui, dicebat primo: Quantū debes domino meo? At ille dixit: Centum cados olei. Dixitque illi: Accipe cautionē tuam, & sede cito, scribe quinquaginta. Deinde alij dixit: Tu vero quantū debes? Qui ait: Centū coros tritici. Ait illi: Accipe literas tuas, & scribe octoginta. Et laudauit dominus villicum iniquitatis, quia prudenter fecisset: quia filij huius seculi, prudentiores filijs lucis in generatione sua sunt. Et ego dico vobis: Facite vobis amicos de mammona iniquitatis, vt cum defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula.

PRAEFATIO.

PArabolę hui⁹ persuasibilis sensus est, hic stabilem nobis permanendi locum nō esse cōcessum, Heb. 13. sed futurum nobis inqrendum. Vitam breuē esse, in quam hoc Hiob quadret: Homo natus ex muliere, breui viuens tempore, repletur multis miserijs. Qui quasi flos egreditur & conteritur, & fugit velut vmbra. Itē: Breues dies hominis sunt, numerus mensium eius apud te est, cap. 14. Et hoc Esa. 40. Omnis caro fœnū. Et 1. Pet. 1. vita nostra vocat breuis incolatus. Caro, vocatur gramē: gloria carnis, flos graminis. Gene. 2. 18. Ecci 11. Corpus e terra sumptum, in cinerem dicit reditum. Iuxta hoc videmus etiam carnē nostram, etiam dum viuit, incipere putrescere: vt recte dixerit Iob, putredinē, suam esse matrē: vermes, sorores. Verum non sic, quēadmodum irrationabilia, in nihilū reuertimur. Anima humana immortalis est, vnde à corpore per mortem separata, illuc veniet, vbi sibi locum, dum adhuc in corpore erat, præparauit, atque ibi corporis excitationem iudiciumque Dei extremū expectat. Anima itaque quæ in cœlo sibi thesaurum sedula congessit, Matth. 6. bene sibi prospexit. Opera enim nostra sequuntur nos, Apocalyp. xiiij. Fidelem habemus depositarium, 2 Timoth. 1. Potens est nobis depositum nostrum seruare in illum diem. Quod illi non credidim⁹, perdidimus. Neque enim huius mundi congestas diuitias hinc abituri, nobiscū auferre possumus,

mus, Psal.48. Diuitiæ item & gloriæ nihil nobis proderunt, immo culpâ grauabunt, & oberunt vnice. Harum rerũ omniũ præsens, parabola nos submonet. Videamus igitur vt Christo monitore fideli, id agamus vt cum hinc, iuxta Iob capit.1. & Eccles. exierimus, ne turpitudo nuditatis nostræ nos confundat, Apocalyp.III. Sunt nobis mansiones in cœlo præparatæ, si induti, & non nudi, reperiemur, 2.Cor.5. Veste itaq; nuptiali nobis opus erit, Matth.22. Quod hic seminamus, illic metemus, Galat.6. Sed hæc ex textu ipso planius audiemus.

Homo quidam erat diues, qui habebat villicum, & hic diffamatus est apud illum, quasi dissipasset bona illius. Et vocauit illũ, & ait illi: Quid hoc audio de te? Redde rationẽ villicationis tuæ: iam enim non poteris villicare.

Oeconomus Dei omnis est homo.

Homo diues, est Christus iudex viuorũ & mortuorũ, dñs dominantiũ, solus dñs, rex regum diues in omes, de cuius diuitijs vide Roma.1.9.10.11. 2.Cor.8. Ephe.1.2.5. &c. Recte diues, quia in ipso omes thesauri sapientiæ & scientiæ reconditi, Colossen.2. Oeconomus homo quiuis est, Quid em̃ habet homo quod non acceperit? Diffamatores, sunt fructus nostræ inclemẽtiæ, suspiria & lachrymę viduarũ & orphanorũ, quę in cœlũ clamitant. Et quorũ clamor in aures dñi Sabaoth intrat, Iacob.5. Exod.22. Ego audiã clamorem eorũ, dicit dñs. Diffamatores item sunt blattæ, tineæ, ærugo & putredo thesauri nostri absconditi, Iaco.5. Sic copiã testiũ Deus contra impios instaurat. Cæterũ ipse accusatoribus & testibus non eget: qppe cuius oculis omia pateant. Parcit eius longanimitas arbori nonnunquam sterili, frugis causa melioris, Lucæ decimotertio. Sæpe etiam stulto dicit: Hac nocte repetent à te animam tuam, Lucæ duodecimo. Quare quod tutũ est, O homo, amplectere: interim dũ in tabernaculo corporis tui es, ad iudiciũ Dei te compone: composueris autem, si bona dñi tui recte expenderis, aut certe de iniquo mammona amicos tibi conciliaueris. De hac re videat catholicus ecclesiastes Theophylactũ & Ambrosium. Dicis te domini tui bona non prodegisse, sed parce reseruasse. Atqui lex & euangelion distributionẽ eorundem tibi præscripserunt. Idipsum quoque proprietas pecuniæ te monet. χρῆμα enim tam pecuniam quàm negocium denotat. Vnde & dominus dicit: Negociamini dum redeo.

Diffamatores nostri qui apud Deum.

Pecunia, ad Græci vocabuli

Vide Chrysostomũ super Matthæum homilia quinquagesima. Quod si dñi tui bona, insignis barathro & liguritor, per ventrem & anum in latrinam profudisti, æque peccasti. Mediũ ergo & hoc, quod tutum est, tene. Fidelem te domini tui œconomũ exhibe. Et hac in re si quid neglexisti, fac cito & diligenter negligentiam corrigas. Iuxta hoc quod sequitur:

Ait autem villicus intra se: Quid faciam, quia dominus meus aufert à me villicationem? fodere non valeo, mendicare erubesco. Scio quid faciam, vt cum amotus fuero à villicatione, recipiant me in domos suas.

Affectus humanos præsens parabola graphice delineat: caute ergo parabole consideranda. Villicus iniquus, qui prouinciam sibi creditam male administrauit, etiam nõ vocatus, ad reddendam rationem suapte conscientia vocatur. Secum itaque anxio hæc animo volutat: Ecce deijcieris officio: Laborare non didicisti: labori non assueuisti: præcipue à duro, vtpote fodiendi, agricolandi, ligna secandi, & cæteris hoc genus abhorres: superest ergo, vt ostiatim publicitus mendices: sed & hoc dispudet. Interim etiam deliciæ quibus consueuit, & inter quas consenuit, in mentem veniunt, & sic vndique anxiatur. Inter saxum & sacrum constituto succurrit consilium. Magister Fames siue Venter adest, ille de quo ait Poeta:

Quis expediuit psittaco suum Chære?
Picas quis docuit verba nostra sonare?
Magister artis, ingenijq; largitor
Venter. Et alius: Labor omnia vincit.
Improbus, & duris vrgẽs in rebus egestas.

Paupertas per se satis perspicax, admonitore opus non habet. Est enim, vt ille ait, sophia autodidactos, quæ sibi, qua se tueatur, inuenire potest viã. Affectum hic quisque suum cohibeat, & quorsum hæc dicantur, attendat. Submonemur hic sedulæ pœnitentiæ, vt negligentiã sedulitate bonorum operum resarciamus. Anima immortalis est, corpore iam vtens, tanquam domicilio inquilina: vnde si eiecta fuerit, nihil nisi æternum perire, sibi reliqui esse vidit, nisi sibi in suo incolatu atque exilio probe perspexerit. De qua re sequentia audiamus:

Conuocatis itaq; singulis debitoribus domini sui, dicebat primo: Quantum debes domino meo? At ille dixit: Cẽtum cados olei. Dixitq; illi

illi: Accipe cautionem tuam, & sede cito, scribe qnquaginta. Deinde alij dixit: Tu vero quātum debes? Qui ait: Centum coros tritici. Ait illi: Accipe literas tuas, & scribe octoginta.

Hoc est vti foro. Nouit humana astutia amiculum pro venti aptare flatu. Dispēsator hic iniquus dicit secum: Dominus meus ipse facultatum suarum summam nescit, tuto aliquid inde tibi retinueris. Nihil aut parum tuum furtū domino tuo incommodabit, tibi vero plurimum sic consulueris. Fac, rescifcat. at tu tibi proximus esto. Audentes fortuna iuuat. Audendum est aliquid magnum & carcere dignum. Quid? ęquum quis in necessitate requirat? Oēs, iuxta Menandrum, præ necessitate facimus mala. Neq; illa legem habet. Depuduit. Conuocat itaque debitores, dicit singulis: Inseruiam tibi, tu aliquando itidē fac & mihi. Gratia gratiam parit, manus manum fricat. Dominorū ministeria, nullius sunt hæreditas. Quis scit, quàm diu domini mei œconomus permansero? Præsagio, breui me iri amotum. Tu ergo dic, quantum debes domino meo? Respōdit: Centum cados olei. Ad hoc ille: Accipe taleam tuam cito, & scribe quinquaginta. Alteri dicit: Accipe gramma tuum, & scribe octoginta. Alteri quinquaginta cados olei remisit, alteri viginti coros tritici relaxauit: vtrisque indulgens, vt vtrunq; sibi demereretur. *Sic filij huius seculi prudentes* sunt & sapiūt sibi in negociationibus mundi. Vtinam tam solertes simus in spiritualibus. Nisi enim nos Christus ad eam diligētiam hac parabola impulerit, perpetua inertia peribim⁹. Sed humanus affectus citius hic accipiet persuasionē carnis vaframenti augēdi. Spiritualibus itaq; hic opus habemus auribus: vt casto corde discamus non minori cura animarum nostrarum saluti consulere, quàm filij huius seculi rei familiaris instant studio. Norunt puro corde homines, fidem seruandam dominis suis, primæ Corinth. quarto: soluenda debita, quarti Regum quarto, psalmo trigesimosexto, &c. Nos ergo literam ipsam prosequamur.

Affectus carnis nequam.

¶ Hebraicum בת, quod Latine proferimus bathum, liquidorum maior est mensura: qualis apud nos est obba vel cadus. Et Hebraicum כר, quod nos corum efferimus, de maiori aridorum mensura accipitur, qualis est modius, chœnix, medimnus. Sed certa, vt cum tempore propemodum oīa variata sunt, vtriusq; mensuræ descriptio, facile dari non potest. Sequitur:

Cadus & corus mensurę noia qualia.

Et laudauit dominus villicum iniquitatis, quia prudēter fecisset: quia filij huius seculi, prudentiores filijs lucis in generatione sua sunt.

Hic scrupus cooritur. Dubitatur, Christus ne œconomum panurgum commendauerit, an eiusdem dominus. Si Christus, apparet res esse gesta, & non parabola. Si œconomi dominus, videtur suæ rei iacturam ridere. quod stultorū est. Sed fieri potest, vt etiam prudens quicunq; dominus, huiusmodi vafri serui artē admiretur, etiam sibi valde incōmodam. Nos vero magis parabolicos intelligimus, non quod iniquitatem, quam semper prohibet, probet hic, sed quod iuxta verba euangelica, prudentiam nobis euangelicam commendet. Vtrunque enim textus habet, iniquitatem & prudētiam. Hanc laudat, illam non itē. Neque item prudentiam laudasset, nisi parabolicos aliò respexisset. Parabole nusquā torquenda, cum ipsa se exponat diuina sapientia. Adaptat similitudinem filijs huius seculi & filijs lucis. Illos dicit in suis negocijs callidos, hos incautos. Exuscitat ergo suorum dormitantiam, atque ipsis serpentinam prudentiā vnà cum columbina commendat simplicitate. Sic & Roman. VIII. Apostolus à prudentia carnis ad spiritualem prouocat. Non peccatur in spirituali astu, quo filij Israelitę spoliarunt Aegyptū, quo Iacob fratri suo Esau benedictionem præripuit, & Laban decepit, &c. Cęterum prudentiam carnis scriptura damnat, Ro. 13. 1. Corinth. 14. Contrà prudentiam spiritus nobis identidem inculcat Matt. xxv. Luc. XII. Rom. VIII. 1. Timot. III. Titi 2. 1. Petr. IIII. In generationibus suis, significantius legitur ex Græco, ad proprias suas generationes: hoc est, ad negocia secularia, in qbus quisq; sibi prospicit, quisq; sibi est proximus. Vult saluator sic & lucis filios esse vigilantes, sapientes, & nouissima prouidentes, bonis operibus suam vocationem certiorem reddentes. Mentem hanc Christi sequentia planius elucidant.

Prudētia euāgelica nobis cōmendat, nō iniquitas.

Et ego dico vobis: Facite vobis amicos de mammona iniquitatis, vt cum defeceritis, recipiāt vos in ęterna tabernacula.

Nonne iam plane intelligitis, quid sibi dominus Iesus æternum benedictus, velit in parabola callidi œconomi? Aduertenda est hic dulcissimi domini nostri grauitas. Attendēdum, quàm serio hic agat. Et ego, ait, dico vobis. Vehementiā vides aptam,

Amicos de māmo

tam, ex vehementi & ardenti animo profectam. Imperiosum est verbum Domini & Magistri. Poterat simplicius dicere: Facite vobis amicos de mãmona iniquo. Sed magnitudo rei hãc seueritatem poposcit. Parabolam pensiculatius discutiamus. Villicus dum adhuc in domo domini sui ageret, quum eiusdem domini sui pannis adhuc vestiretur, eiusq; pane vesceretur, sibi amicos fecit. Cum audisset se amotum iri, festinanter sibi cõsuluit. Sede, ait, cito, scribe quinquaginta. Collegit sibi fauorẽ hominum, antequam eorum indigeret: melius ratus esse, præuenire, quàm præueniri. Sero sapiunt Phryges. Sero dicitur, Date nobis de oleo vestro. Non est hic desidendi locus. Euãgelium cursum requirit. Stulti sunt qui procrastinant pœnitentiã.

na iniq̃ ut nobis cõciliemus, vehemẽt dñs p̃rçcipit.

Quis scit an adijciant hodiernæ crastina vitæ
Tempora dij superi?
Martialis poeta ait:
Crede mihi, non est sapiẽtis dicere, Viuã.
Ouidius:
Qui non est hodie, cras minus aptus erit.
Et alius:
Omnes eodem cogimur: omnium
Versatur vrna. serius, ocyus,
Sors exitura, & nos in æternum
Exilium missura cymbe.

Audiendus ergo Sapiens, dicens: Ante mortẽ bene fac. Eia frater, sic se habet res. Tabernaculum huius corporis relinquendum, 2. Petr. 1. Mundus hic nobis deserendus, 2. Timoth. II. Mundus igne dissoluetur, 2. Petri 3. Vide ergo o animula vagula, vt locum tutum tibi pares: nẽpe in cœlo, vbi mansiones multę, Ioan. 14. Illuc peruenies scala tres gradus habente, fidei nimirum, spei & charitatis. Gratia domini nostri Iesu Christi est scala, quæ duab⁹ perticis & tribus constat gradibus. Quinq; dictiones, à litera G incipientes, scalam eam exprimũt: Glaub der Genadt / Gehorsam der Gepott / Gudthadt: Fides in gratiam Dei, Obediẽtia ad mandata Dei, Bona opera. Germanus septem G, tanquam hierographicas, *sibi cordi ĩfigat. De fide & spe aliàs. Nunc de charitate disseramus, litera hoc requirente. Simili vehementia de charitate saluator fere vbiq; dicit, Quale est illud: Ego antẽ dico vobis, nolite irasci. Itẽ, Hoc est mandatum meum &c. Non minori seueritate affirmat, non nisi charitate p̃ditos regnum cœlorum capessere posse, Matth. 25. Sic & hic vult, vt per charitatẽ nobis mansionem in cœlo præparemus. Pauperum esse regnum cœlorũ, dicit Matthæi V. Diuites nihil commune habere in regno cœlorum, dicit Matth. XIX. Hoc

Scala qua ad cœlum conscẽdamus.

Charitatis p̃ceptũ vehemẽs, est in scriptura.

itaq; solum restat diuitibus, vt regnum cœlorum à pauperibus sibi redimãt: quod & Apostolus monet 1. Tim. 6. Iuxta hęc oportet diuites pauperũ fieri seruos. Cum pauperibus largiuntur, sic oportet eos esse affectos, tanquam ab illis accipiant. Quid autem? Aeterna tabernacula. Lazarus poterat ea diuiti anonymo diuendere: sed quia ea neglexit emere, tandem mendicans ne guttulam quidem aquæ meruit accipere. Obserua schematicã esse locutionem, pauperum esse regnum cœlorum. Deus siquidem est cœli & terræ domin⁹. Vt vero nobis declaret, q̃ sibi grata sit eleemosyna, dicit regnũ cœlorum in pauperum esse manibus, Mat. 25. Hoc vt penitus persuadeat, ipse paup esse voluit. Vnde q pauperes fastidit, Christũ ipsum temnit. Vides vnius Lazari amicitiã pręstare familiaritati omnium opulentorũ & regum terræ. Non possunt vniuersi locupletes & potentes huius seculi cœlũ tibi vẽdere: cõsortẽ inferni supplicioꝝ te possunt accipere. Quę (malum) ergo humana est ignauia, qua pauperes diuitibus posthabemus? Possunt diuites plures sibi Lazaros amicos cõciliare, Chr̃ḿq; sibi multis noĩbus deuincire: q̃d quia facere supsedent, hoc grauior erit eoꝝ damnatio, q̃ facultas fuit ꝑcliuior. Christon pannosum crede iacere in p̃sepio, q̃ties nudos vides & inuestes. Vesti ergo & tege miseros, & Christum ipsum vestiueris. Si plures sunt, hoc Christũ tibi adstringis præsentius. Si plurib⁹ tuę sufficiũt diuitię, & soli succurris: certe nec Chr̃m ipsum diligis, quẽ in pluribus egere pateris. Scit ille quãtum nummoꝝ in arca habeas. Vides exulẽ vagum, vides vicinũ proximũ domo publica habitantẽ, nec sarta tecta præstare posse, vides domus cõductitiæ locario grauari miserũ, Christũ cernis in stabulo, Christũ tueris exulare in Aegypto. Quare age sarta tecta præsta. Locario, quo locariũ soluat, pecuniã p̃be, vagũ in domũ tuã recipe, & de ipso Chr̃o te benemeritũ crede. Si plurib⁹ operã eam p̃stare poteris, & in vnũ saltẽ beneficia ea cõtuleris, Christũ in pluribus offendisti. Nouit ille domus tuæ capacitatẽ: vnde iniuria se affectũ censet, si vnũ saltem admiseris: multos vero, q̃s recipere poteras, excludis. Dicis, q̃s om̃ibus potest adesse? & q̃s poterit par esse opitulationi vniuersorũ? Quis hoc abs te req̃rit? Charitas tibi saltẽ cõmissa est. Habet illa suũ ordinẽ, vt si nõ possis de om̃ibus bene mereri, officium præstes ijs, quibus arctiori vinculo es obstrictus. Verum si citra eam rationem ordinis, auaritiæ suasu alijs benefeceris, neglectis alijs, quadrat in te hoc Iacobi secũdo: Si diligis proximũ tuum sicut teipsum, be-

bene facis. Si vero personam respicis, peccas: & redargueris à lege veluti trāsgressor. Quisquis enim totam legem seruauerit, offenderit autem in vno, factus est omniū reus. Dicis iterum: Quod si omnem facultatem meam alijs distribuero, ad mendicitatem erubescendā ipse peruenero. Respondeo, nec hoc ex te requiri, Christum hoc abs te non contendere. Salutare quidem esset, te omnia tua dare, & ad perfectionem euangelicā te adspirare. Matthæi decimonono, Marc. 10. Lucę decimooctauo. Sed si magnificus talis spiritus tibi nō contigit, memineris prouerbij: Manu, non thylaco seu corbe, ferendum. Et Apostoli 2. Cor. 8. Non vt alijs relaxatio fit, vobis autem angustia: sed vt ex æquabilitate, vestra copia illorum succurrat inopiæ. Atqui viderit locuples, quo affectu sit præditus. Frigidi plane sunt & charitatis expertes, qui miseros suis canibus posthabent. Dura lectio frigidis illis, vt calescant, recitanda, Lucæ sexto, Væ, Væ. Aspera item virga adhibenda, puta excommunicationis, 1. Corinth. 5. Breuiter: Date affatim & libere, & tantundem recipietis, Lucę sexto, 2. Corin. 9. Hunc locum sententia D. Augustini super psalmū quadragesimūoctauum claudendum puto. Dicit ille: Noluit Deus, vt perdas diuitias tuas, sed vt locum illis mutes. Consilium tibi dedit. Intelligat charitas vestra. Modo si amicus tuus intraret in domum tuam, & inueniret te loco humido frumenta posuisse, qui forte sciret naturam corruptionis frumentorum, quam tu nescires: daret tibi huiusmodi consilium, dicens: Frater, perdis quod cum magno labore collegisti: in loco humido posuisti, paucis diebus ista putrescūt. Et quid facio frater? Leua in superiora. Audires amicū suggerentē, vt frumenta leuares de inferioribus ad superiora: & non audis Christon monētem, vt thesaurū tuum leues de terra in cœlum? Audis peculiose, te tua non perdere, sed vere custodire, quæ miserorum ventribus ingeris. Quin ergo tua seruare pergis? Non minor est virtus, quàm quærere, parta tueri. Miserabile est, nummosos eo amentiæ peruenire, vt non sapiant neq; intelligant, vt nouissimis præuidendo, sua quæsita & parta rite conseruent. Miserabile item est, opulentos eo peruenire cæcitatis, vt pecuniæ vsum non videant, de quo Poeta:

Dura lectio frigidis, vt calescant, recitanda.

Nescis quid valeat nummus, quem præbeat vsum.

Adest pecunia, abest gratia. Beati in quibus vtrūq; cōcidit. Quis est hic, & laudabimus eum? Eleemosynas eius narrabit omnis ecclesia sanctorum, Ecclesiastici tricesimoprimo. Veri sunt Albij, qbus Deus iuxta poetā, Diuitias artemq; fruendi tribuit. Mammona iniquum hic intellige, quidquid diuitiarum possidere poteris. Ne credas tibi aut furto, aut rapina, aut vsura eleemosynam esse dandam. Nam qui offert de substantia pauperis, quasi qui victimat filium in conspectu patris. Precium scorti & canis, & hoc genus abominationis, inter sacra dona non est reponendum. Da tua, panem tuum frange, in domum tuam induc vagos. Labora manibus tuis, vt habeas q̄d des tuum. Copiæ iniquæ dicuntur, quia res nihili humana persuasione tanti æstimantur, vt etiam dites, beatos & felices vulgus arbitret *. Infert ergo: Qui in minimo iniquus est, is & in maiori iniquus erit. Dicitur & iniquū, quia affluentia rerum temporalium non facit veras diuitias. Verę diuitiæ sunt, de quibus Apostolus dicit 1. Corinth. 6. Vt sint diuites operibus bonis. Et Esaiæ tricesimotertio, Diuitiæ salutis sapientia & scientia, ipse thesaurus eius. Veras diuitias etiam intelligit æterna gaudia, de qbus scriptū est: Quę diuitię glorię hęreditatis eius in sanctis. Vide Bedam. Dicitur & iniquum, quia non est nostrum: nos vero quasi nostrum existat, eo abutimur fruendo. Sequitur ergo: Et si in alieno fideles non fuistis, quod vestrum est, quis dabit vobis? Beda: Alienæ sunt à nobis huius seculi facultates, id est, extra naturam sitæ. Nihil intulimus in hunc mundum, haud dubium nihil hinc nos esse absportaturos. Patria nostra est in cœlo, nostra vita Christus, nostræ opes spiritualium operum fructus, de quibus Prouerbiorum 13. Redemptio animæ viri, propriæ diuitiæ eius. Eleemosyna viri quasi sacculus cum ipso. Eleemosyna vere nostra est, quia nobis saluti est. Nostrū est, quo rite vtimur. Quod in arca perit, nostrum non est. Quod cautius viperino sanguine & candenti ferro attrectamus, nostrū nō est. Immo nos eius sumus, qa ei seruimus. Qui liber est, dispargit iuxta psalmū 112. 2. Cor. 9. Hæc dispensatio laudatur, culpatur profusio œconomi apud eundē euangelistam. Vnum verbum σκοϱπίζω est apud Lucam & Paulum, 2. Cor. 9. Quo admonemur, vt non minus large dispergamus bona temporalia ad eleemosynam, quàm filij huius seculi ea expendunt ad luxum. Illud est Laurētizare, hoc est, vere euangelicum esse: hoc est Lottherizare, hoc est, tenebrionem agere: illud candoris, hoc nigredinis. Mammona ab Hebraico Hamath deriuatur, quod tumultum, impetum, atq; clamorē significat. Hæc quia in regum diuitumq; regijs existunt, Māmon hebraicum, vnde mammona Latinum, pro diuitijs accipiunt. Duci etiam poterit ab Haman, quod

Mammō iniquus.

Mammō psuasione saltē hūana magni momenti res apparet.

Veræ diuitiæ.

Alienæ sunt nobis seculi opes.

Eleemosyna nostra est.

quod est augere,qa diuitię alię alias petunt. Quo plus sunt potæ, plus sitiuntur aquæ. Auarus auro non impletur. Vt Mammon vel Hamon, copias significet. Ecclesiastici quinto, Psalmo quoque tricesimoseptimo, Hamon pro Mamon accipit.vnde Septuaginta ibi legunt πλοῦτον. Videmus itaq;, omni deriuatione Mammon, Mamon siue Hamon, diuitias designare. Poterit etiam iniquum dici Mammon, propter insatiabilem eum augendi voraginẽ. Nam & ethnicis diuitię ob id male audiunt, qa iritamẽta existant. In hunc sensum ait Hieronymus: Diues aut iniquus, aut iniqui hæres. Ardor ille augendi, fas non concernit. Vnde idem ait ad * Agelasiam, Diuitias vocari iniquas, quia inique congregantur. Vides non esse alicui diuitum opus, vt vsuræ, furto, rapinæ, & hoc genus iniquitati studeat, inde eleemosynam facturus, cum opes per se iam suspicione iniquitatis non vacent. Irenæus libro tertio, capite octauo, multa de hoc vocabulo asserit, sed Hebraicæ linguæ penuria laborat. Cæterum * חוֹסֶר Oser siue Oser, Hebræis diuitias significat. Matthæi sexto item hoc legis vocabulũ, quod præter hæc duo loca nusquam in totis biblijs inuenias. Satis de vocabulo. Ad parænesin redeamus. Eclepsin siue defectum vitæ huius, etiam totius mundi videtis o vos Mammonistæ. Finis instat, finis adest, nihil efferetis eorum quæ habetis. Ne tegulam quidem ædium vestrarum vobiscum absportabitis. Hic palatia ampla, aulas, porticus & atria possidetis, in cœlo scenas & magalia quidẽ cuperetis: sed vbi guttulã aquæ non inuenitis, ibi neque mapalia habere poteritis. Agite igitur belli viri, scenotæ, hoc est, peregrini hic esse eligite, & satagite in patria domos vobis certas, regias, ęternas struere, psalmo decimoquinto ad patriã suspirantes. Non vos remoretur hæresis vetus, euangelion nouũ. Euangelista quidam nouus cum hunc locum e suggesto exponeret, non habens satis argumenta contra bonorum operum merita, exclamans, dixit: Audite vos o theologiæ studiosi. Hic præcipuus est locus, in quo papatus est fundatus. Obtestati igitur, vos in primis contra hunc locum armate, loca omnia contra iustitiam operum huc congerentes. O ecclesiasten. Contrà catholicos obtestatur veritas: Manete in sensu catholico eo, quẽ vel litera regrit ipsa. Cauete ergo o catholici

Hæretici se aduersus veritatẽ armãt.

Aetianos, cauete Iouinianistas: Christũ, cui nomen dedistis, ipsum audite. Videte cui loquatur. Sic habet lectionis exordium: Dicebat aũt & ad discipulos suos parabolam hanc. Ecce tibi discipulis suis dicit, facite vobis amicos &c. discipulis certe credentibus. Habent ergo credentes, opus, mansiones, beneficio in pauperes collato, sibi præparare. Fidem non habens, nec Christum habet. Fide Christum tangis, sentiens meritum passionis & incarnationis, sine omni præuio merito, gratis tibi datum. Fide, inquam, hanc Dei erga te maximam charitatem, qua cum adhuc inimicus esses, proprium suum filium pro te dedit, sentis tangisq; Christũ: sed non nisi charitate possides. Charitas enim est Deus, & qui manet in charitate, in ipso manet. Christ⁹ sine te, te redemit: sed sua gratia partam tibi beatitudinem, ipsum te vult arripere, idq; violenter, Matthæi vndecimo, Lucæ decimosexto, idq; per angustam portã, suprà decimotertio. Vt appræhendas vitam, 1. Timothei 6. ama, operare, Matthæi 5.25. Ioannis 5. Nouo dicendi modo noui opus habent euangelistæ, vt facere sit credere. Nos catholicũ retinebimus idioma, facere pro operari accipientes. Dicimus itaque secundum hoc idioma, apertam portam regni cœlorum, frameam amotam ab atrio paradisi, idq; Christi merito, om̃i credenti. Verum si vis ingredi, serua mandata Dei, Matthæi decimonono. Hoc fac & viues, Lucæ decimo. Quæcunq; dixerint vobis, facite, Matthæi 23. Facite dignum fructum pœnitentiæ, Matthæi tertio. Qui fecerit & docuerit sic, magnus vocabitur in regno cœlorum, Matthæi quinto. Beati eritis, si feceritis ea, Ioannis 13. Qui facit voluntatem Dei, manet in æternum. Qui habet audiendi aures, audiat. Veritas domini manet in æternum, Psalmo 116. Verbum domini manet in æternũ, Esaiæ 4.1. Pet. 1. Omnes ad Christi tribunal constituemur, Roma. 14. 2. Corinth. 5. Operatores iustitiæ ad dexteram constituentur, & gloriæ æternæ digni habebuntur, Matthæi 7.25. Hæc est domini veritas, in æternum manens, beatus qui seruat eam. Eam qui nobis illucescere fecit dominus Iesus, ab om̃i nos mendacio afferat, inq; vera religione & disciplina nos dirigat, ad suã solius gloriã, quæ illi cum patre & filio & spiritu sancto vna est per omnia secula seculorum. Amen.

DOMI-

DOMINICA POST TRINITATIS decima, Euangelium Lucæ XIX.



Idens Iesus ciuitatem, fleuit super illam, dicens: Quia si cognouisses & tu, & quidem in hac die tua quæ ad pacem tibi, nunc autē abscondita sunt ab oculis tuis. Quia venient dies in te, & circundabunt te inimici tui vallo, & circundabunt te, & coangustabunt te vndique, & ad terram prosternent te, & filios tuos qui in te sunt: Et non relinquent in te lapidem super lapidem, eo quòd non cognoueris tempus visitationis tuæ. Et ingressus templū, cœpit eijcere ementes & vendentes, dicens illis: Scriptum est, quia domus mea, domus orationis est. Vos autem fecistis illam speluncam latronum. Et erat docens quotidie in templo.

PRAEFATIO.



Ectio euangelica duo præcipue continet, quorum primum est, Vaticinium super ciuitatis Solymæ Iudææ metropolis deuastatione. Huic parti adhęret causa deuastationis, quam dn̄s Iesus in primis deflet. Est autem ingratitudo, cæcitas, contemptus verbi Dei, & hoc genus præuaricationes & peccata in filiū Dei. Multa flagitia, sequuntur plurima flagella. Grauem culpam, sequitur horrenda pœna & vltio digna. Lento siquidem gradu (vt Valerius Maximus ait) ira Dei procedit: sed tarditatem pœnę, grauitate supplicij compensat. Pręstat hoc credamus, quàm experiamur. Alterum est, Historiola seueræ deturbationis in templo ementium & vendentium. Huic parti adhęret exemplum docendi. Dominus enim ab hoc graui & tremendo facto, quotidie in templo docuit, ostendens quodnam præcipuum opus approbet. Vestra charitas gnauiter vtrunq; audiat.

Videns Iesus ciuitatem, fleuit super illam, dicens: Quia si cognouisses & tu, & quidem in hac die tua, quæ ad pacem tibi, nunc autē abscondita sunt ab oculis tuis.

Vltima profectio Christi ad Solymas. Profectio hæc Christi, vltima fuit earū, quas dominus ad Solymas habuit. Descriptio eius incipit capite decimoseptimo, vbi saluator dicitur peragrasse Samariam & Galilæam. Capite decimooctauo dicit: Ecce adscendimus Hierosolymam, & implebuntur &c. Postea domui Zachæi salutem attulit, tandē asinæ insidens Christus, cum magno honore excipitur, Matthæi 21. Hic saluator inter eundum, ante hanc festam pompam, vrbem defleuisse, & eiusdem triste fatum prædixisse dicitur. Vtrunq; norint pij, ex pijssimo corde nostri saluatoris effluxisse. Sympathia, id est, cordoliū excidendæ vrbis declarat, verum esse quod dicit Propheta: Nolo mortem peccatoris. Threni siue lamentum, horrendæ iræ Dei sunt argumentum. Iudicium hoc quod in vrbem saluator hic vaticinatur, grauius est eo de quo psal. 78. dicitur: Deus, venerunt gentes in hæreditatē tuam, polluerunt templum sanctum tuum, posuerunt Hierusalem in pomorum custodiam. Posuerunt morticinia seruorum tuorum escas volatilibus cœli, carnes sanctorum tuorum bestijs terræ, Effuderunt sanguinem &c. Parum facit hoc malum ad illud, quod Christus hic Hierosolymis minitatur, quo antea nullum horribilius præcessit, nec sequetur. Vnde & speciali grauitate ab euangelistis describitur, Matthæi 22. 24. Marci 13. Lucæ 12. 17. 19. 21. Hanc procellosam adeo calamitatē dominus lachrymis prosequendo, suam veram humanitatem, qua sensu miseriarum nostrarum afficitur, declarat: quod & facit Ioan. 11. Lazaron lugens. Interim relinquit & nobis doctrinam, hunc mundum nihil aliud esse, quàm vallem lachrymarum. Vnde dicitur Matt. 5. Luc. 6. Beati qui lugent. Væ ridentibus, Luc. 6. Patria ridendi locus, Ecclesiast. 3. Prouerb. 31. Idē ostendit Basilius Magnus libro ad monachos cap. 75. Fleuit itaq; subinde Christus, nunq̄ risit. Fleuerūt & apostoli, Petr⁹, Paulus, & Ioan̄es, Mat. 26. Mar. 14. Luc 2. Phil. 3. Act. 5. Nemroithæ & Esauitæ venatores illi fortes, fletū muliebrē & puerilē habent. Sed taliū puerorꝝ est regnū cœlorꝝ, & beatus est, q cū Maria peccatrice illa lachrymis Christi rigat pedes. De fletu Chr̄i hæc, nunc verba, quæ fletui miscuit, audiamus: Quia si cognouisses & tu. Q. d. Ah Hierusalē, tu iam intēpestiue rides, mox ploratura, Mat. 9. Luc. 16. Planctū eū si iā videres, à lachrymis tibi nō tēperares. Vtinā iam fleas ad pacē tibi. Benign⁹ est p̄r meus, q̄ppe qui fletu

Nō velle mortem pc̄tōris Christū, argumentum.

Solymis omniū grauissime cōminat Christus.

fletu vel iratus non deliniri non potest. Exemplum Niniuitę, Ionę 3. Achab, 3. Reg. 21. vt interim de Dauide, Manasse, & alijs qui sanctius fleuerunt, taceam. Placabitur ergo, dabitq; vt mea gaudia gaudeas, si ad horum lamenta lamenteris. Onus tuum video, & indoleo. Vidit & hoc olim Daniel, & indoluit. Romanorum exercitum in te concitas, latronem tibi Barrabā Iesu præferendo. Huic suæ lamentationis paraphrasi, vnà vaticinium hoc deuastationis vrbis coniunxit, schematice vrbi aures tribuens, vt vaticiniū inde grauitatem aliquā nanciscatur. Onus hoc & porro iam audiamus.

Quia venient dies in te, & circundabunt te inimici tui vallo, & circūdabunt te, & coangustabunt te vndique, & ad terram prosternent te, & filios tuos qui in te sunt. Et non relinquent in te lapidem super lapidem, eo quòd non cognoueris tempus visitationis tuæ.

Christus in æternū benedictus, ea quæ in genere dixit, iam per amplificationem & exaggerationem speciatim declarat atque confirmat, indicans iram Dei iam ferbere. Rabbi optimus, tametsi nouit Israelem in tanta comminatione ad pœnitentiam impelli non posse, suo tamē officio deesse noluit. Quinq; verba hic contra ipsam vrbem prædicit, vt exprimat se ex maxima compassione & vehementia hæc dicere: cæterum vnico verbo oneris eius malum exprimere poterat, dicendo: Hierusalem, funditus deuastaberis. Longe adhuc aberat mali tempus, nēpe quadraginta annis à Christi passione. Titus Vespasiani filius, huic negocio dux erat à dño Deo præstitutus. is tunc cum hæc prædicerentur, necdum erat natus. Theophylactus nisi trigintaquinque annos colligit. Sed & sic hic Christi verbū vaticinij nomen sibi vendicat, prophetia habendū, etiā si nisi post mensem, hoc malum instare prædixisset. Primo vaticinatur venturos dies in Iudæos, puta executionis iustitiæ Dei districtę. Dixerat: Et quidē in hac die tua: quod de longanimitate Dei intellige, puta de die illis ad resipiscentiā concessō: quē pœnitentiæ diem simulac neglexerunt, venit dies iræ, calamitatis & miseriæ. Titus & Vespasianus, iuxta Hieronymū ad Hedibiam quæst. 8. similes erant duobus vrsis, qui egressi de sylua, dilaniauerunt petulantes illos pueros, in Helisæū prophetā ludos faciētes. Circūdabunt vallo. Q. d. Venient inimici tui non instar latronū, rapientes & fugientes, sed bellū illaturi, idq; tale, quale Chaldæi gesserant olim, te vallo circunuallantes, Ezech. 17. Huius, de qua hic dicitur, obsidionis meminit Egesippus libro 5. cap. 20. 26. Non vallabunt, sed circūuallabunt, tantus erit exercitus. Vallo, synecdochicos, dixit, quale est, Armato milite complent. Ac si dicat: Nihil nisi vallū erit quocūq; te vertas. Non solum circūuallabunt, sed & cingent, supple hostiliter. Elegantius siquidē dicitur, Cingere ciuitatē obsidione, quàm obsidere. Obsidio deniq; non erit pigra & quieta, sed concitatissima & formidolosissima. Coangustabunt eñ te vndiq;, vt etiam intra ipsos muros sit angustia & anxietas. Ecce tibi diuinæ sapientiæ argumentum præclarum. Quis enim Vegetius tam compendiose obsidionē tantam possit complecti? Denique horribilissimā omnium addit Romanoꝝ victoriam, dicens: Solo æquabunt te, & filios tuos qui sunt in te, hoc est, penitus expugnabunt, ne lapidem quidem super lapidē relinquentes. Hyperbole seruit mysterio legis antiquandæ, & regni euangelij illi sufficiendi. Cæterꝝ & vrbem eam euertere, & in planum redegere Romanæ manus. Toties ergo apud Euangelistas eius deuastationis fit mentio. Excidij eius lugubre auspiciū Cæsar non distulit in autumnū inertem, sed statim in operoso Aprili, in ipso paschate Iudæorum, bellum Palæstinæ intulit, quod ante Septēbrem non confecit. Hic locus qdem est dicendi de pœnitentiæ modo & vsu, sed belli tanti atrocitas, vt de eo hic disseram, me cogit. Voluerunt Iudæi in libertatem se asserere, Romaniq; regis Herodis iugū excutere. Romani ergo Cestiū satrapam, quem tunc Palæstinę pfecerunt, ad copias suas miserunt. Cestius vero infeliciter cum Iudæis congressus, idq; non semel. Infelix illa dimicatio, superstite Nerone, agebatur. defuncto eo, Vespasianus Cæsar designatur, qui primo duxit Romanoꝝ clades & iniuriam vindicandā. Expeditionem itaq; misit in Palæstinā. Iudęi ex pristina victoria læti, se pugnæ credere nihil dubitarunt, sed Romanus exercitus præualuit, ipse, Iudæorum decem millibus occisus, paruam cladem accipiens. Iudæorum antesignani erāt Niger Peraita, Silas Babylonius, & Ioannes Essenus. Romanoꝝ duci, Antonio nomen erat. Post hæc Titus Cæsar Galilæam armis aggressus, multis malis eam afficiens, Gadara siquidē vrbem demoliebatur, qua euersa, Solymas iterum omni teloꝝ genere cœpit expugnare. Machinis bellicis varijs, nūc obsoletis, muros exteriores in multis locis pfodit. Iudæi cōtrà ludibūdi saccos acerosos incussiōibus arietū opposuerūt. Iosephus eoꝝ dux, consilio pollebat. Eleazar manu

Solymarum deuastatio qnque verbis declaratur.

Titus & Vespasianus duo vrsi.

manu fortis erat, reliqui audaciores. Vespasianus Iudæorum risu exasperatus, vrbem concitatius cœpit oppugnare. Cæsar vulnus accepit, exercitus feruenti oleo repressus. Interim alia pars exercitus expugnauit Iaphe, Traiano duce, qui inde in Samariam venit. Samaritæ in monte Garizim collecti, auxilium Dei ibidem sperantes sibi potissimum affuturum, spe frustrati sunt. Gerealis siquidem primipilaris, ipsos Iudæos Deum inuocantes pulsans, vndecim millia & quingentos interemit. Post hæc ciuitas Iotapata expugnatur, atq; in ea multa millia Iudæorum trucidantur. Hic primum Israel animum deijcere incepit. Iosephus vero vir bellipotens, oratione bene magna suos ad constantiam exhortabatur, sese dicens gestire pro patria mori, & præstare semel gladio cadere, quàm perpetuo seruitutis iugo deprimi. Interea Cæsarea deuastatur, Ioppe excinditur, & hic & illic magna Iudæorum vis extinguitur. Titus item Romanos auitæ virtutis commonefecit, dicens perorando: Ipse in periculum primus excurram, vos sequimini. Dum hæc fiunt, Galilææ pleræq; vrbes munitissimæ excipiuntur, inter quas præcipue erāt Gamala & Giscala. E Giscala euasit antesignanus Iudæorum Ioannes, q Solymas veniēs, ciues obsessos & pene deficientes animauit, vir depræliator, mortem non metuens præsentem. Ananus belli pertæsus, Ioāni huic restitit, pacis legem recipiendā contendens. Deditionē ille persuasisset, nisi Idumæi Iudæis suppetias venissent. Idumæorum dux erat Simon, vir pacis inimicus, qui de pace ineunda consultantes multos sustulit. Factio itaq; etiam inter ipsos nascitur Iudæos obsidione cinctos: quod audiens Vespasianus, Martis opus alacrius redintegrauit. Dum hæc fiunt, antesignanus quidam alius Romanorum, nomine Placidus, multas cędes Iudæorum fecit circa Iordanem, vel hosti misericordiam incussuras. Hiericho depopulatur. Dicuntur ibidem vna die nonaginta Iudæorum millia interempta. Iudæi q in obsidione Hierosolymitana erant, per duos eorum duces Ioannem & Simonem, vel inuiti ad resistendum Romanis vrgebantur. Vnde accidit, vt etiam intestino bello Iudæi se mutuo interficerent, & plures fere Iudæi suis, quàm Romanorum, armis dicuntur prostrati. Accidit eis, quod petierunt: Sanguis eius super nos & super filios nostros. Barrabam seruatū sentiunt. Prædicatur itaq; illis: Agnosce tibi Barrabam viuere, Iesum vero mortuum. Ideo in te regnat seditio, pax sepulta est. Titus bellicum quasi ab integro auspicatur, etiam magno sui ipsius capitis discrimine. Iudæi quoq; ipsi, quasi Romanorum armis irritati, noua contra Romanos rabie implentur. Quod sentiēs Titus, oratione alia suis ostendit, eos non sine maximo dedecore ab obsidione absistere posse: Pręstare ergo illis bis mori, quàm tanta turpitudine Ausonicam virtutem labefactare. Animo itaque recepto, Romani crebris arietibus & sudore multo muros impetētes, fossasq; vrbis congesta terra opplentes*. Exteriori vero muro disrupto, interiores adhuc duo erant integri, vnde etiamnum Iudæi Romanæ iuuentuti multum negocij fecerunt. Iosephus vero videns Iudęos nequidquam Romanis obsistere, orabat duobus sermonibus satis prolixis, suisq; persuadebat, vti se Romanis dedere non grauentur. sed citius chalybē & adamanta emolliuisset, quàm desperatorum Iudæorum animos: potissimum vero, Ioanne & Simone pacem omnino recusantibus. Iudæi mortem præsentem videntes, mortem nihili facere inceperunt: non fami intus, non hosti foris cedendum statuerunt, saltem inultos mori, nefas putantes. Diceres hic nihil nisi calamitatem *calamitatum omnium fuisse calamitosissimam. Romani impetum extremarum suarum virium fecerunt, hi scalas muris adhibitas adscenderunt, illi machinis muros contuderunt, isti alibi martem solicitauerunt. Iudæi tantum sulfurei picatiq; ignis in scalas eiaculauerunt, vt ipsa Romanorum instrumenta muris affixa, ignis vi absumerentur omnia. Et nisi adeo inedia contabuissent Iudæi, Romanorum insultum retudissent. Titus suos subinde exhortabatur, dicens, iam tum illis vel æternæ gloriæ, vel perpetuæ ignominiæ tempus instare. Militibus itaque ad bellum excitatis, noctu eorum aliquot selectos cum buccinatore per pomœria ad arcem vrbis, Antoniam nomine, excipiendam immisit. Forte fortuna fatoq; arx illa exuperatur, truncantur custodes. Hoste iam muros habente, classicum cantat tibicen, succlamitant milites, ignē in ædes vicinas quaslibet eiaculantur, obuios quoscunque Iudæos occidunt. Iudæi metu exanimati, putantes Romanorum exercitū totū vrbem habere, pro se quisq; suæ saluti consulentes, alius in templi munitiones, alius ad vrbis quæq; se recepit propugnacula. Romanorum exercitus buccinæ clangore excitatus, muros adscendere fategit.

Et cum prima nouo radiaret lumine terras
Tithoni croceum linquens aurora cubile,
Iam sole infuso, iam rebus luce relictis,
Cæsar ferratas acies in prælia cogit.

Quis

Quis hic Iudæorū stragem sufficiat describere? In tēpli ædificijs Iudæorū vis erat collecta, in armis mori, & vsq; ad mortē dimicare parata. huc Romana iuuentus impetum facit, obuia quæq; demetit. Iudæi loci freti cōmoditate, hosti fortiter resistūt, multos Romanorū neci dātes. Ibi Sabinus, Iulianus, & pleriq; alij insigniū Rom. ceciderūt. Titus ipse effusionē sanguinis abhorrescēs tanti, conditiones pacis Iudæis obtulit, orationē ipse faciens, quas Iosephus interpretabatur, & ipse ad leges eas accipiendas populū inducere nitebatur. Ioannes vero respōdit, populum Dei ad internecionē perire non posse: & expedire semel interire, quàm æternū seruire. Titus videns sua se nihil proficere clementia, Cerealem misit angustas vias occupare: cui Iudæi tanta manu obstitere, vt nescias vtrum his an illis palmam assignes. Titus aditus templi angustos omnes, latiores facere curauit. Fit via vi, machinis templū petitur, atrium Salomonis congestis vndiq; scalis riget. Adscendunt Romani, obsistunt Iudæi atq; moles lapidū, turres & culmina tēpli conuellunt, his se (quando vltima cernunt) telis defendere curāt. Atrorius Romanus e scalis præceps cadens, Lucium socium illapsu enecauit, ipse saluus manens. Multi Romanorū templi cæmentis obruti, viui sepeliuntur. Titus videns Italis templū superari nō posse, iussit arietes admoueri. Sed & structura templi plane adamantina, machinis nihil cessit: admouetur itaq; ignis vndiq;, vbi ligna apparebant. Ignis in æthera adscendit: templum præ ignis vi, vbi ligna erant, absumitur: argentum, quo templū tectum erat, tanquam aureus imber de cœlo decidit, liquefactū. Templi iam interiora patescunt. Titus in templū inspiciēs, dixit: Non immerito creditum est, phanum illud summi fuisse Dei sedes. Hic primo Iudęorū confusa est ferocitas. Iam non agunt armis, sed alij se præcipites dant, alij in ignem incurrunt, & manus sibi potius quàm hosti inferunt. nemo fuga, sed pleriq; sese illatebrantes, salutē quæsiuerunt. Triūphabant Romani, clamantes: Verpi extincti, templū in cinerem versum, vrbs euersa. Romani milites post tantam stragē trucidare captos abhorruerunt. Reliquijs ergo parcentes, suos qsq; captiuos venditioni exposuit. Venditores crebri, emptores pauci. Adeo viluit merx illa captiuorū Iudæorum, vt nemo ea mancipia emere dignaretur. Ioannes & Simon in secretioribus templi absconditi, fame coacti sese produnt. Oblati Cæsari, in triumphum sunt reseruati. eo facto, Simon inferias pro tot occisis, mactatur, Ioannes perpetuis carceribus mācipatur. Numerus occisorū Iudæorū, decies centena millia fuisse dicitur: venditorum, nonagintaseptem millia. Consentiūt sibi historici, Iosephus, Egesippus, & Eusebius de numero occisorum. Eusebius Pamphilus ex Iosepho abbreuiationes historię colligit, farrago & illa plena est horroris. De fame eius obsidionis hoc memoriæ est proditū, plerosq; modium siliginis om̄ibus suis bonis mobilibus & immobilibus, non paruæ æstimationis, emisse. Frumēta, neq; molari lapide contusa, neq; in furno cocta, comedebātur. Immo etiā gramina, fœnum & stramina aqua macerata, famelicis cibus fiunt. Fame enectos, machinis iaculatorijs in hostiū castra quotidie plurima proiecerunt. Titus immanitate ea offensus, fertur dixisse: Nisi Romanorū manus in gentē eam crudelem fato venissent, aut nouum diluuiū, aut Sodomiticum suppliciū vniuerso terrarū orbi esset timendum. Tanta in vrbe fuit fames, vt lex proprietatis seruari non potuerit inter plebem. Famelici siquidē videntes aliquam ianuam clausam, statim agmine facto irruperunt, atq; cibū in ea quæsiuerunt, inuentam vi abstulerunt. Subegere item alij alios fateri, vbinam locorū quisq; sua cibaria abscondisset. Cibū etiā alij alijs vel ex ore, nedum e manibus, diripuere. Domus, e qua nidor aliquis spirasset, famelicorū irruptionē effugere non poterat. Mulier quædam, Maria nomine, cuius patriam Bethizob dicunt fuisse, lactantis infantis sui mediā partem coctam cū comederet, atq; eius cibi infandi nidor ad nares famelicorū in platea pertingeret, irruptionem in eam domū fecerunt, quibus illa alterā partem suæ prolis, quam crudam vsq; in aliā cœnā reseruauit, obtulit, dicens: Ecce mea viscera vobis deuoranda obfero: edite cadauera cadauerosi. Infelix ego, quod peperi, comedi. Cui infantē (quod Egesippus addit) educauero, cęteris rebus omnibus spoliata? Quis genitrici cibus aptior suo partu? Quod sepulchrum proli conueniētius aluo materna, vnde exierat? Hæc tanta mala Chrus illachrymans pdixit. Dedit timētibus se significationē, vt fugiāt à facie arcus: vt verbis Psal. 59. vtar. Sub id tempus etiā ipsam naturā fecit lugere. Historici certe plurima portēta eius temporis recensent. Inter cætera visi sunt cometæ, gladij speciē referentes, longoq; tempore durantes. Currus itē falcati, cōflictus peditū & hippomachiæ, in aere visi. Audita est vox in tēplo: Surgite, apagete ex his ædibus. Iehosua quidam prophetico correptus spiritu, per plateas ciuitatis omnes succlamauit: Enyo ab oriente, clangor ab occidente, clamor à quatuor ventis, sonitus super Hierusalē & templū. Magistratus ho-

hominē eum animaduertit, sed ille clamitare non cessauit. Causa excidij fuit, ꝙ non cognouit tempus visitationis suæ. Episcopa fuit visitatio orientis ex alto, Luc. 1. Visitationē eā prædixit psal. 26. 64. 105. Consulat theologiæ studiosus concordantias Visitationis, & consonas hoc genus. Facit huc Esa. 60. Surge, illuminare Hierusalē. Illuxit Christus, Tit. 2. 3. Messias venit, quē morte turpissima sustulerunt, nedū non receperunt. Vnde hanc visitationem clementiæ, sequebatur visitatio iræ, de qua & prophetæ idētidē dicunt. Egesippus dicit causam fuisse parricidiū. Sic vocat sacrilegā occisionem domini Iesu in mortē traditi, lib. 5. cap. 32. Traditi in reprobā mentē, à Romanis defecerunt, vt veniret super eos sanguinis innoxij vindicta. Historia hæc parce & caute prædicanda. Sunt eñ (vt audio) plerią; ignaui, qui superstitiosius & turpius æquo, de muliere famelica ea, quę sua viscera in sua viscera condidit, & alia pleraq; eblaterant. Christiani exemplo horrēdo istoc admonemur, vt visitationē gratiæ, de qua Esa. 49. rite æstimemus, 2. Cor. 6. Verbū salutis recipiamus, Acto. 11. Beati qui audiunt verbū Dei, & custodiunt illud. Curemus ergo, vt verbū hoc quod Deus ipse est & Amen, in maximo decoro prędicetur, idq; libere, sine omni personarū respectu, sic vt spirituali gladio putrida membra resecentur, ecclesiaq; Christi reformetur. Quod nisi præstiterimus, præsentē lectionē tristia nobis fata minari credamus.

Causa excidii Hierosolymitani.

Excidiū Hierosolymitanū quid nos admōeat.

Schismatici nostrates hodie identidem flagellū inundans prædicant, & Germaniæ exitium subinde minitantur, sed nō lugentes, verū tanquā ridentes, rem tam lugubrē vaticinātur. Prophetas nouos eos hic conuenio, obtestans eos vt dicant, quare Germanos tale fatū maneat. Respondere vidētur: Quia euangelion Christi non recipit. Dico ego Germaniā bona parte, olim Materno, Euchario, Valerio, & alijs ipsorum apostolorum discipulis euangelizantibus, Christi euangelion recepisse. Postea item per sanctos Bonifaciū, Kilianū, & alios hoc genus sanctos martyres & cōfessores, euangeliū filij Dei latius per totā Germaniam propagatū. Quos fructus in regione hac nostra protulerit, exemplo sunt Paulinus, Maximinus, Florinus, Lubentius, Goar, Elizabeth vidua, Elizabeth sanctimonialis, & infiniti vtriusq; sexus martyres & cōfessores. Tu ergo Lutherane euangelista, vide quod euāgelion habeas, si hoc quod Alemania olim recepit, & etiamnū traducis ecclesiæ sensus contra tuas hæreses asserit, neges. Iterū te rogo, per quē dominus Theutones depopulabit? Per Turcan', qui

Germāia euāgeliō christi statim in ecclesiæ exordio recepit.

Euangelij antiqui fructus.

gladiū sibi sua temeritate vsurpat, an per Cæsarē inuictissimū nostrū Carolū? Si per Saracenos, videris tu fœdus cū eo inijsse, aut certe inire constituere, ne inundans flagellum te tāgat. Si fœderatus Agarenis nō es, neq; pacisci cū eo constituis: cedo, quā Pellam tibi Deus præsignauit, vbi latitās, tutus ab hoc flagello esse possis? Si nullum, vanū est euangeliū tuū, qui vnà cū aneuangelicis euangelista diuinus perire habeas. Si Cæsar gloriosissimus Carolus noster, patriam suā desolabit, age dic, quā ob rem id faciet? Sunt ne papistæ pertinaces? Age, quis papistarū contra publicā pacē, interea dum tuū euangelion prodijt, bella mouit? Quis iudiciū cameræ conuicijs publicis proscidit? Quis, dic, alia hoc genus facinora, Cæsaris ira digna, designare pergit? Vide frater, quo me protrahas? Parcens tibi, vela cohibebo: hoc saltem dicam, iram Dei magnates & infimates ecclesiæ omniū nationū mereri omnes, qui ne crassos quidem abusus & superstitiones subnatas, corrigimus. Quantū ad tuū euāgeliū attinet, certū est, iram Dei præsentē Germanis imminere, ꝙ tuis nænijs aures præbuerit. Sed speramus Deū per vere catholicos tam tuum euangelion, q̄ subnatos in ecclesia abusus, propediem aboliturū. Neq; eñ perpetuo nobis poterit irasci, psal. 102. Hiere. 3. Sequitur euangelij altera pars.

euāgelicorū nouorū vanitas.

Et ingressus in templū, cœpit eijcere ementes & vendētes, dicens illis: Scriptum est, quia domus mea, domus orationis est: vos aūt fecistis illam speluncam latronum.

Hoc est zeli Christi sacrosanctū opus. Hoc primo in exordio sui officij edidit, Ioan. 2. Sub sacrosanctā suā passionē idē opus repetijt, Matth. 21. Marc. 11. Negociabātur Iudæi in templo, quæstui artibus omnigenis studentes, non sine pontificum consensu. Neq; eñ corban sine templi magistratus nutu in templo erexerint. Hanc auaritiam summorū sacerdotū ꝙ Chrūs ferre nō posset, crabrones iritauit. In templo oues, animalia & alia holocausto apta, mercabātur: & sic templū in forū boarium conuertebant templi præsides. Hoc cum Christus non ferret, significauit sacrificiorum legis antiquationē instare. testis est Theophylactus. Factū ipsum quodāmodo dixit, Deū sanguinē hircorum aut vitulorum non sitire, psal. 49. Dedit etiam episcopis exemplum, errores & cacoethes anathematis flagello debere castigare, 1. Cor. 5. Continenda episcopis violētiæ manus, cū ecclesia ꝑter verbū Dei & lachrymas, gladiū vllū nesciat.

Sacrificiorū legaliū finis.

E p̄orū est abusus corrigere, & ecclesię ꝓspicere.

Videmus etiam hoc loco episcopi munus esse, ecclesiæ prospicere: vnde etiā superintendens appellatur. Videat ergo & consideret, si qui columbas in ecclesia venditet. Sunt hi mercatores simoniaci, gratiā spūs sancti venalem exponentes, contra hoc q̄d dicitur: Gratis accepistis, gratis date. Testis Ambrosius. Theophylactus hic ī summates ecclesiæ acriter inuehitur. O vtinā exoraremus dn̄m Deū, vt Paulo tertio zelū sanctū incutiat, simili seueritate ecclesiā sibi creditam expurgandi. Abusus oportet expungi, vt tandē quæ sana sunt, possint videri. Quod nisi fiat, timendū est, ne aliæ & aliæ quotidie hæreses nascantur, ecclesiā'q; Christi penitus conculcent. Zelus ergo nostratibus summopere est desiderādus Christi, Ioan. 2. Phinees, Nume. 25. Regis Iehu, 4. Reg. 10. Heliæ, 3. Reg. 19. &c. De hoc zelo dicit̄ psal. 118. Tabescere me fecit zelus meus, quia obliti sunt verba tua inimici tui. Hoc zelo qui præditus est, intelligit q̄ dico psal. 68. Deturbās Christus nundinatores, ait: Bethi, Beth Thephillath, hoc est, domus mea, domus oratiōis vocabitur, Esa. 56. Hiere. 7. Exemplo istoc q̄ faciunt episcopi, ad scripturæ canonicæ ꝑscriptū redigere debēt oīa. ¶ Schismatici hic aures Coricæo similes arrigūt, immemores māticæ posticæ suę. Si priscorū pleriq; ecclesiā Christi auaritia conspurcarunt, & exemplū hoc nostrates hodie magnates sequuntur, certe euangelicastri ipsi eiusdē criminis insignes existunt. Quod vero prætextu abusuū ecclesiam prorsus conantur abolere, speluncæ latronū, spelæam addunt hæreticorū, mali conduplicatores. O vos monarchæ, attendite vobis & vestratibus. O vos superintendentes, considerate vestra culpa ecclesiam Christi Augiæ stabulū pene referre. Satagite ergo eā q̄primū expurgare, ne irascatur dn̄s, & pereatis de via iusta. Zelum sanctū induite. Diligite cum regio propheta decorē domus dn̄i, ne nobis & vobis exemplo Iudæorū malū, quod & 1. Cor. 10. videmus, contingat. Diligite (repeto eīn) decorē domus Dei, vt in noīe dn̄i inimicos vestros ventilare possitis. Sequit̄

Zelus domus Dei in ep̄is desideratur.

Exemplo Chri ep̄i ecclesiā reformātes, oīa ad scripturā dn̄t redigere.

Et erat docens quotidie in tēplo.

Hoc ꝑcipuū Christi munus, hoc episcopi peculiare officium. Hæ partes in ecclesia duplicē merēt̄ honorē. Nō misit me Christus baptizare, ait Apostolus. Et Petrus euāgelizauit, non baptizauit Corneliū. Adeo nihil faciūt cautiones & cæteræ cæremoniæ ad docēdi munia. In tēplo Christus docuit: quo admonemur, doctrinā euangelicam efficacē nō esse, nisi in ecclesia. Beati q in ecclesia scripturā elucidant, vt ad iustitiam erudiāt multos. Beati qui hic audiunt verbū Dei, & custodiūt illud. Væ illis, q ad hæreticoꝝ speluncas ab ecclesia deficiunt. Infelices, q in ecclesia euāgeliū attēte nō audiunt, nec rite custodiūt. Dn̄s Iesus audiendi nobis aures donet, Idē corda nr̄a incrassata, sui amore accēdat, vt sitientes, ad vitę fontē properem⁹: ad suā ipsius gloriā, quæ illi cū patre & spū sancto vna est, per oīa secula seculorum, Amen.

DOMINICA XI. POST TRINITATIS, Euangelium Lucæ XVIII.



Dixit autē & ad quosdā qui in se confidebant, tanq̄ iusti, & adspernabant̄ cæteros, parabolā istā, dicēs: Duo hoīes adscenderunt in templū, vt orarēt: vnus pharisæus, & alter publicanus. Pharisæus stans, hæc apud se orabat: Deus, gratias ago tibi, qa nō sum sicut cæteri hominū, raptores, iniusti, adulteri, velut etiā hic publicanus. Ieiuno bis in sabbatho, decimas do omniū q̄ possideo. Et publicanus à longe stans, nolebat nec oculos ad cœlū leuare: sed ꝑcutiebat pectus suū, dicens: Deus, propicius esto mihi peccatori. Amen dico vobis, descendit hic iustificatus in domū suā ab illo: Quia omnis qui se exaltat, humiliabitur: & qui se humiliat, exaltabitur.



PRAEFATIO.

In hac ꝑsenti parabola graphice plane duæ nobis proponunt̄ personæ. In altera docet̄, quid factu necessariū sit ad salutē: in altera admonemur eoꝝ, q̄ nobis sunt fugienda. Personaꝝ altera est pharisæus, altera publican⁹. Vtraq; exitialis, sed huius curabile est malū, illius immedicabile vulnus. Hæc cōuersa, humilitatē, suiipsius cōtemptū, cōtritionē, cōfessionē, satisfactionem, orationē, spem'q; salutis firmā nobis delineat. Illa peruersa, fastū, iactantiā, ꝑsumptionē, suiipsius cōplacentiā, philautiā, fastidiā

dium proximi,fiduciā iustitiæ suæ,hoc est, propriarū viriū nobis exēplar adumbrat. Publicani huius pœnitentia vt omnē culpam pristinæ vitæ abluit,sic pharisæi illius iactantia omnē legis iustitiā contaminat. Quare charissimi,ne aut in desperationis barathro,de quo dicit,Peccator cū in profundū venerit peccatorꝫ,cōtēnit,pmaneamus,aut de iustitia hypocritica nobis placeamus,lectiōis huius contextū attente audiamus:in eo siquidē contra vtrunqꝫ toxicū,pſens nobis proponit antidotū.Adde, ꝙ etiam hæreses variæ,& eæ pestilētissimę, hoc loco impugnant.Qui amat periculū, pereat in eo.Deus nouit suos.qui Dei sunt, doctrinæ catholicæ amantes,audiant sensum huius parabolæ catholicum.

Dixit aūt & ad quosdā qui in se cōfidebant, tanq̄ iusti,& adspernabantur cæteros, parabolā istam, dicens: Duo homines adscenderunt in templum,vt orarent:vnus pharisæus,& alter publicanus.

Et Deo & hoībus inuisam esse superbiam,videmus vel ex ipso iudicio,q̄ æternæ dānationi addicti sunt angeli apostatici,qbus sua placuit venustas,adeo vt etiam ipsi Deo se auderēt cōferre:vnde ex angelis in satanas sunt conuersi.Sic & fastus homines semper deijcit,depressos humilitas vsqꝫ erigit.Præclarū eius rei instar ī duab⁹ psonis,publicani & pharisęi,nobis exhibet. Hic toti mundo spectabilis,etiam ipsi Deo charus esse est visus:ille oībus cōtemptus, etiam Deo sordere abominabilisqꝫ esse est creditus.Adeo humanū iudiciū semper est vanū:sic humana delirat sapiētia.Nō meæ cogitationes,cogitatiōes vestræ,ait Esaias. Indignentur & ringāt qui velint.hic nō fit aliter.Veritas(quæ Christus ipse est)mentiri nescit.Ad institutum:toto cœlo aberrant,qui fidunt vel sibi,vel operibus suis. Quid est homo?quid suo Marte potest? Scilicet egregiū quiddā.Agnoscamus nos ipsos,nostroqꝫ nos pede metiamur.Ex ortu nostro nos rite æstimauerimus.In peccatis concepti,nosmetipsos erubescimus,teste Bernardo.Quis ergo confidat in hoīe? & quis fidat sibi?In alterꝫ dicit Hieremias: Maledictus qui confidit in hoīe.In alterū Iob:Quod iniqtas,ait,est maxima.Quod si gloria carnis deprimi debet,Esa.40.fiducia humanæ sapiētiæ & potētiæ,Hier.9. curruum & equorū,psal.19.146.opū,Prouerb.11.Marc.10.oportet & fiduciā propriæ supprimi iustitiæ,vt sit oīs nostra gloria & fiducia Deus,Hier.9. psal.124.vtqꝫ in

Homo nihil habet, in q̄ gloriari possit,aut cui fidat.

sola Dei gratia acquiescamus,ea sola corstabiliendo,Heb.13.Miseri pharisæi, putabant se solos iustos,& sibi oīa tribui voluerunt:nō vidētes & se ex immundo semine immūdos cōceptos.Superbiunt aūt,qa se nō agnoscūt.Intra se non æstimāt,vn̄ se foris quęritāt.Suorꝫ spirituū(q̄d Dei soli⁹ est) pōderatores eē volūt,sui iudices,sui coronatores,sui buccinatores.Breuiter:seipsos cōmendāt ante tēpus,&vt aliud malum aliud trudit,etiam alios condemnāt.Discite ergo hic electi Dei catholici:discite,inquā, contra tantum malū euangelicam humilitatem.Bernardus in psal.90.recte dicit:Periculose habitant homines,in propria merita sperantes.Iustitiam exequi,Christiani est:de iustitia sua se efferre,Pelagiani.Apostolus Roma.10.dānat iustitiā pharisaicā: quanto magis condemnauerit eiusdē iustitiæ fiduciam?Qui iustus est,iustificetur adhuc:hoc est,sitiat iustitiā.Iustus ergo esto in iustitiæ inquisitione,non in eius superabundantiæ iactantia,teqꝫ ipsum,non alios,prior accusa: quod præsens te admonet parabola.Duo hoīes adscenderunt in in templū,vt orarēt.Viden euāgelion esse, orationis gratia sacratas orationi basilicas petere?Et templū domus orationis vocat. Esa.56.Hiere.7.Luc.19.Huius loci habes exemplū apostolorꝫ Petri & Ioannis,Act. 3.Pauli,Act.24.Fateor,fidelibus esse fas in omni loco puras ad cœlū manus extollere,1.Timo.3.exēplo Christi orātis in monte,Luc.6.9.in horto,Mar.14.exēplo item Petri deprecantis in domo,Act.10.conuenientius tamen est orare in ecclesia.Hoc legitimū est,quia phana huic rei sunt dedicata.Congregatio,charitatis est symbolon,Matt.18.vnde & congregatis se Christus pcipue pmittit,Ibidem.Et ipsa oratio dominica huc magis respicit,oīa in commune postulans.Qui malū ergo pharisaismus ille nouus & omniū peruersissimus,q thira pſigit ijs,qui orationis causa templa ingrediuntur, sacraqꝫ loca frequentant, processionibus & letanijs ab apostolis institutis,interesse gaudentes?Exitiosum est sic in templo supplicare, quemadmodum precabatur pharisæus:sed & perniciosum est sic domi orare.Certe qui in templo pperam orat,domi rite deprecari non poterit.Execrabiles ergo sunt supra oēs pharisæi noui illi,qui naso suspendūt traducūtqꝫ papistici erroris in sacra æde orantes.Miserabile vero cum primis est, etiam eos qui nihil minus q̄ pharisæi esse volunt,insigniter adeo pharisæizare.Cæterum vt ad priscos hypocritas reuertar,dico tam esse pharisæos qui alios repræhendunt,q̄ eos q seipsos magni faciunt.Humiliantis se oratio,

Orationis locus.

Pharisaismus pharisaismorum.

Hypocrisis q.&hypocrisios oro quæ.

 tio,

tio cœlos penetrat. Longa oratio, breuis deuotio: verborū copia, intelligentiæ inopia: ingens clamor, paruus amor: & hoc pharisaismi species est. Magna hic religio oris, magistro Ventre, religionē eam excutiente. Folia eius libri, sunt intestina: horū crepitus, foliorum talium sunt strepitus. Pharisæi isti se nequidquā orare arbitrantur, si non ab hominibus audiantur. Contra prolixitatem pharisaicę eius orationis, vide Esa. 29. Matt. 15. Oportet & vere pios semper orare, Luc. 18. 1. Thess. 5. sed non vt ab hominibus audiantur, non vt alios calumnientur, non vt domos viduarum deuorent, &c. ¶ Olim Iudæorū secta pharisaica, varia erat, perinde atq; hodie etiā sectæ in sese diffinduntur omnes. Nomē pharisæus, deducitur ab Hebræo Pharas, q̄d diuidere significat. Designatur nomine istoc pharisæos in hoc adniti, vt specie & persona cæteris præniteant. Deriuatio Hebraica aptior est, q̄ Græca à verbo ἀφαρίζω, id est, segrego, quanquam sensus quadret. Conuenit & Latina dictio, secta. Secare enim, diuidere denotat. Hæretici dissecti sunt ab ecclesia, hoc est, re ipsa excommunicati, præcisi nimirū. Ecclesia quæ vnica est, quiduis potius ferre potest, q̄ varietatē opinionum. Poteris etiam pharisæos diducere ab Hebraico Pharasch, quod significat declarare, exponere, interpretari: qa schismatici hæreticiq; cōtra λογισμὸν κοινὸν, id est, sensum communem peculiari quodam pugnant. Consectanei isti socij, in euangelio Matthæi peruschim, quasi qui legis interpretes extiterint, vocantur. Sūt qui trahunt à Pharitz Hebraico, q̄d Græce λῃστὴς, Latine latro verti potest. Sunt enim hæretici & schismatici veri latrones, nihil nisi controuersias, bella & cædes seminantes. Charitatem tollunt, animasq; occidunt. Præsens eñ animæ mors est, charitatis priuatio. ¶ Publicani dicuntur Romanorū magistratus, censibus publicis p̄fecti, Græce τελῶναι dicti. Vectigal eñ Græce dicitur τέλος, Rom. 13. Hebraice Baal abrah, hoc est, socius indignabundus, prætereuntes de vectura merciū duriter inclamans, censum inde exigendo. Dicitur etiā Barkasch a, hoc est, homines aggrauans. Simile est epitheton regum apud Græcos, δημοβόρος, hoc est, vorator rerum populi. Plinius publicanorum calumnias improbat in regione Cyrenea. Nec item probat Plutarchus in Lucul. vbi eos harpyias vocat, labores mortalium depascentes. Aedes harpyiarū talium, vocant Hebræi Beth ha Meches, hoc est, in qua calculat. aliàs dicitur telonium. Duæ personæ hic sunt sibi contrariæ, Hæc mundo exosa, illa grata, quia speciosa. Publicani calumnijs mortales sibi faciunt infestos. Pharisæi, meretriceo fuco iustitiæ, populares plane existunt. Hi semper offenduntur, quoties illi conuersi, à Christo recipiuntur. Hic duos huiusmodi homines Christus in templum vnà venire facit, causamq; veniendi, hoc est, vtriusq; votū, graphice describit. Ipsum audiamus.

Oro assidua & sedula.

Heresis diuisio, qa ab ecclesia diuisa, ipa q̄q; inter se diuisa ē

Hæretici latrones veri.

Publicani qui.

Publicani onus hominum.

Pharisæus stans, hæc apud se orabat: Deus, gratias ago tibi, quia non sum sicut cæteri hominum, raptores, iniusti, adulteri, velut etiam hic publicanus. Ieiuno bis in sabbatho, decimas do omniū quæ possideo.

Pinguedo supernatat. Sanctulus, supremus etiam in regno cœlorū esse contēdit. Pharisæus iustitiam sibi tribuens, sua fretus opinione, stat in templo propius aram, tanquam dignus, protoclisias & protocathedrias quærens: hoc est, primū atq; adeo digniorem locum foriq; choriq; occupare conans, Rabini eminus in plateis adorari, Magistriq; Nostri vocari affectantes, cominus atq; propinquius sacrario, in sacra æde subinde orantes, corde à Deo admodum alienato atq; remoto. Sic præsens pharisæus stat prope. Stat item, non procumbit. Stat in templo, sedet in synagogis, vtrinq; sui similis, se magnificans, tumidus, sub potenti manu Dei humiliari nescius, sed se extollens supra hoc quod est & dicitur numen. Quadrat in eos illud Esaiæ: Veniunt ad me, cor autē eorū longe est à me. Ex corporis habitu & compositione, qualis oratio fuerit, sine negocio colligi potest. Fidelis coram Deo debet orare supplex, & corde & corpore prostratus, Nehe. 1. genibus cordis succidendo, 2. Para. 36. prostratus, psal. 5. orans in corde, 1. Reg. 1. se incusando, Danie. 9. corde cōtrito, 2. Para. 33. Qui secus orant, in eos facit illud psal. 61. Ore suo benedicebant, corde aūt suo maledicebant. Hæc vero vbi sunt, etiam si vox nulla edatur, affectum & vota exaudit Deus. Sic exaudita Anna Helchanæ, 1. Reg. 1. Sic tacitus clamare dicit Moses, Exod. 14. Quod dicitur hic, Apud se orans, intelligendum de oratione arcana, qua impij coram Deo profantur, quæ sine rubore apud homines eloqui non possint. Martialis probat orationē clare & manifeste orantem, dicens:

Et nihil arcano qui rogat ore deos.

Verba nunc arcanæ orationis audiamus. Gratias ago tibi. De qua vero re gr̄as agis hypocrita? Quia Deus peccatori tibi parcit?

esti? quia gratiam promittit? quia longani mis? ꝙ non vult mortē peccatoris? ꝙ gratiam suā etiam dat gratis? Haudquaquam. Sed quia sum satis iustus,& omnibus perfectionis numeris absolutus,idq́ꝫ mea industria,meo Marte & merito.Gratias,inqt, ago tibi,quia non sum sicut cæteri hominum.Quē ergo fuisse arbitrabimur? Nostri noui pharisæi,q nihil nisi euangelion sunt,ijsdē hodie verbis dicunt:Cyprianus, Hilarius,Basilius,Cassiodorus,Chrysostomus,Athanasius, Hieronymus &c.homines fuerunt.Qui ergo sunt neoterici ipsi pharisæi isti? Angeli? Archangeli? Haudquaq̄:quia in bonis mentibus nihil fastus vnquā est inuētum.Si ergo neqꝫ homines neqꝫ angeli sunt,quid ergo? nunquid numen sunt? Neutiq̄. Deus em̄ nisi vnus est. Satanes itaqꝫ seipsos faciunt. Reuera hoīes nō sunt,in qbus nihil est humanitatis.Ratio humana dicit propriā laudē sordescere.testis Plautus in Cistellaria. Et Flaccus ait in epistolis:

Fastigiati prætes dū cæt præs hoīes vo cāt,se ex diabolo esse declarant.

Nec tuas laudabis studia,aut aliena reprendes.

Vere itaqꝫ diabolici sunt,superbi hæretici quicūqꝫ.Accedit ꝙ & æmulatio,qua aguntur,diabolica est,teste Iacobo.Quod si vel mūdo propria laus sordet,q̄ abominabilem cœlo putabimus esse? Alius commendet te,non os tuum,dicit Sapiens Prouer. 27.Apostolus discriminat inter laudē quæ fit coram Deo,& eā quæ fit corā hoībus. Est quod corā hoībus nos iactitemus atqꝫ gloriemur.Sed quid habet homo,quo sibi subplaudat corā Deo? Attende pharisaicā mentē.Satur est,diues est,beatus est,vnde nihil postulat.Cæterum rite & vere orare, est aliquid petere. Precari vtrunqꝫ complectitur.Germanicū dictū est: Der nicht bitt, der beet auch nit. Qui non postulat,nō supplicat.Nō petit pharisæus sicut cæteri homines,qui nihil habent nisi quod precario accipiant.Cæteri homines suam pauperiē agnoscentes, orationes suas precando & postulando ordiuntur. Pharisæus,qui satis sibi beatus est,gratias agendo suā orationem inchoat. νικητήριον,hoc est,festū & præmium victoriæ celebrat ante victoriā. Sed neqꝫ hactenus hæresis est maligna. Accessio est,vt alios condemnet.Dicit ergo: Non sum sicut cæteri homines, raptores, &c.O Simon, o Saule,rite subijcis Deo,te nō esse raptorem.Obliuiosus est,& qui finxit oculum,nō considerat? Qui fies,aut nesciuit,aut oblitus est.Quod raptor non es, ex Deo id,quemadmodum cæteri homines,nō habes,sed ex teipso.Vnde & te adoras,tibi gratias agis.Tuus itaqꝫ hymnus nihil est,nisi insultatio contra Dei gratiā.

Orare est aliqd postulare.

Si dares gloriā Deo,diceres:Tua gratia,bone Deus,prædo & pirata quidē facto non sum,sed tu probas corda & renes. Gratias ago tibi,qui manū à tanto crimine cohibuisti:tua vero bonitate & animū meū ab omni prædandi crudelitate purga, purūq́ꝫ conserua. Notent grassatores nobilistæ nostrates,qui raptu atqꝫ sacrilegio viuunt,q̊rum paludata gloria est latrocinari & calumniari:peccatum hoc,inter capitalia flagitia præcipuum esse,nō modo ex præcepto furti non committendi,vbi in minori maius compræhenditur, Exod.20.verum etiam ex prophetarū oraculis, quæ præcipue Deum hoc facinore ad iram prouocari ostendunt,psalm̄.61.Esa.3.61. Ezech.18. Amos 3.Et ratio humana statim cognoscit,latrociniū furto esse criminosius,quippe cum fiat violentius. Sed huiusmodi venatores imbelles ad quiduis coguntur:vnde semidei in mundo,quanquam nō amentur,coluntur tamen.Deo ergo inuisi,ab ecclesia longe sunt alieni,1.Cor.5.6. Pharisæus talem se esse pernegat,quia manu nihil violenter à quopiam abstulerit:nō intelligens,veritatem maiorem iustitiam requirere,nēpe eam,vt quoslibet amet,&c. Mat.5.25. ¶Alios,contra legem charitatis, iniustitiæ deinde insimulat atqꝫ alligat. Cætera,post deprecatiōis crimen,iniquitatis genera vnà compræhendit:fraudem, malum dolum,circunuentionem in negocijs, & cætera hoc genus omnia. Talē se inficiatur esse,quasi in omnibus negocijs candide agat.Dein dicit alios adulteros, eiusq́ꝫ se culpæ vacuū esse gloriatur.Qua in re pharisaismum facile item depræhendes. Saluator ait Mat.5.Quisquis adspexerit mulierem ad cōcupiscendam eam,iam mœchatus est eam in corde suo.Nō est immunis eius criminis,si torum alterius nō polluit,nisi & ab omni mala cupiditate impollutum animū habeat. Fac neqꝫ sic mœchus existat:sed quoniam charitate vacuus est, odio & fastidio plenus,etiam adulterij est reus.Charitate carere eū vides vel in hoc, ꝙ alios accusat.Deniqꝫ iudex Christus,cordis pharisaici malitiam manifestat in hoc, ꝙ facit pharisæū à specie ad indiuiduū descendere:ostendens, etiam δεικτικῶς proximū quemlibet à pharisæis cōtemni. Dicit ergo, Velut etiā hic publicanus. Excusasset:sed ecce accusat,factus ex angelo diabolus.Cogitasset secū:publicanus quidem est,sed ecce orat.Quod si tale bonæ spei specimen in hoīe nō vidisset,pro eo ardenter orasset. Præclara valde oratio,in qua delatorem se fratris exhibet,similis diabolo,qui inter filios Dei sic etiam stare assolet. Viderint hypocritæ monachi & sacrificuli,

Prædari hodie,est opus nobilitatis.

Prædari grauioris est culpæ q̄ furari.

Pharisaismi argumentū dignoscendi.

culi, ne & ipsi ita precū canonicarum pensa sua persoluant. Viderint euangelici nominis schismatici, ne & ipsi simili affectu psalmos suos cudant. Viderint quicunq; catholici, sanctimoniæ instar aliquod præclarum præ se ferentes, ne tali felle preces suas inficiant: ne & in ipsos quadret, Fiat oratio eorū in peccatum ipsis. Hæc de priore oratiōis hypocriticę parte: sequitur altera: Ieiuno bis in sabbatho. In superioribus gloriatur se nō esse sontem, hic iactat se esse meritorū locupletem, à ieiunij virtute. Alij Iudæi quater in anno abstinēt, Zacha. 8. Ego, inquit, bis ieiuno in sabbatho, hoc est, teste Theophylacto, bis in hebdomada. Sabbathū apud Iudæos pro hebdomade accipi, oībus notū est. Ieiunium hoc pſens, aut est elicitum, aut traditiōis humanæ, quam deuterosin vocant Græci. De cōtinuo istoc pharisæorū ieiunio, habes Mat. 5. 6. 9. Marc. 2. Luc. 5. Ferenda, immo probanda, esset deuterosis illa, si ad legē Christi Matt. 6. accedens, hominum admirationem minime captaret. Sequitur: Decimas do omniū quæ possideo. Hoc legis est præscriptum, Deuter. 14. Recte ergo factum. Nec peccatur, si legi aliquid huius rei adijcitur. Dicit em̄ veritas: Hæc oportet fieri, & illa nō omitti. Nō prohibet euangeliū, minutissimas res, olerū nimirū, addecimare: sed interim grauiora legis negligere, est præuaricari: sic decimā & dare, est nequidquā dare. Nam & citra charitatem si quis omnē suā substantiā pauperibus dederit, nihil illi donū hoc proderit, Mat. 6. 25. Luc. 11. Cæterum frigidæ aquæ haustus dati merces est certa, Mat. 10. Marc. 9. Vnde & viduæ pauperculæ æra duo minuta, in gazophylaciū missa, dn̄s plene cōmendat Mar. 12. Luc. 21. Theophylactus opponit crimen latrocinij merito decimarum persolutioni, & continui virtutem ieiunij vitio mœchiæ. Acsi dicat sanctulus: Adeo à me alienum est, aliena compilare, vt etiam meis non parcam. Me ipsum itidem castigo, ne qua adulterij reus fiam. Peruersum huiusmodi cor, etiam in filio maiori natu deprændimus, Luc. 15. Ecce, ait, pater, tot annis seruio tibi, nec vnquā pręceptum tuum sum transgressus. Quis sanctorū hoc vnquā dixit? In multis delinquim⁹ oēs. Bis delinquit, qui hoc negat. Sed valeat cū vapida sua iustitia pharisæus. Tempus est, vt nunc porro salutarem publicani pœnitentiam discutiamus.

hypocritica maxīa gloriatio.

Decimæ dandæ.

Et publicanus à lōge stās, nolebat nec oculos ad cœlū leuare, sed ꝑcutiebat pectus suū, dicēs: Deus, ꝓpicius esto mihi peccatori.

Hæc placet oratio. Sic filij Adam orare habent, modo cor & os sibi consentiant. Quinq; sunt hic veræ pœnitētiæ symbola descripta. Primū, Loci mutatio, quæ argumento est, etiā factā in hoīe voluntatis mutationem. Non in circo, nō in theatro, nō in telonio, caupona atq; popina rite pœnitentia agitur, sed in templo. Plurima hic sacramenta, quæ nos pœnitētiæ admonēt, & quæ pœnitendi gratiā in corda nostra deriuant. Illic plurima, quæ à pœnitentia auocant, & quę mundi vanitatibus nos implicāt. Facessat hæresis, talia vidēs templorum sacramenta. Peccator hæreticis aures suas claudat, veræq; pœnitētię fructus prolaturus, templa Deo cōsecrata, memoriasq; petat sanctorū: videns, huic nostro publicano ingressum eū nec esse inhonestum, nec infructuosum. Secundū, Eminus precabatur. Sic dixit Petrus: Exi à me dn̄e, quia homo peccator sum. Ridet & hæresis hanc submissionis speciem, vel humana ratione dānata. Dicit em̄ ethnicus poeta:

– Procul este prophani.

Item:

Me, tāto ex bello digressum & cęde recēti,
Attrectare nefas.

Verbū dn̄i manet in æternū. Oratio itaq; Salomonis veri, 2. Paral. 6. adhuc tenet: Si peccauerint tibi (neq; em̄ est homo, q non peccet) & expāderint manus suas in domo hac, tu exaudies. Et adhuc nō est abolitum, quod ibidē ca. 7. dicitur: Oculi mei erunt aperti, & aures meæ erectæ ad orationē eius, q in isto loco orauerit. De loco tali gloriæ Dei dicit Iacob: Terribilis est locus iste. In loco tali maiestatis dn̄icæ pleno nō omnes sacerdotes, nedū plebs, stare poterāt, Exo. 19. 2. Par. 5. 7. Esa. 6. Quæ, malū, ergo vecordia & temeritas schismaticorū, q sine omni reuerentia etiā ipsa altaria occupare ꝓsumunt? Tertiū, Nec oculos ausus fuit in cœlum tollere. Cœlum Dei sedem esse nouit, illic ergo lumina sua figere timuit. Sic filius prodigus dixit Luc. 15. Pater, peccaui in cœlum & corā te. Q. d. Iam nō sum dignus, vt oculos meos in cœlū tollam. Hæc erubescētia, vel Comico teste, cōuersionem arguit. Dicit em̄: Erubuit, salua res est. Quartum, Sed pungit pectus suum. Quare pectus? quia ibi sensit culpam accusatricem. Vbi dolor, ibi manus. Compunctio cordis necessario requiritur ad pœnitentiam. Scindenda corda, & non vestimenta. Spūs malignus si cui peccata manifestat, aut de crimine se iactat, si bi complacendo: aut plane desperat, gratiam Dei sibi denegando. Spiritu vero benigno si cui sua crimina detegunt, suū tundit pect⁹, cor suū scīdit, vere qdē dolēs, sed &

Pe... ...

To... De... ... Do...

Cōn... ...

& spem veniæ sibi certam promittens. Ecce tibi bone amice, non errat ecclesia, docens pœnitentiã à cõtritione incipi oportere. Cor contritum & humiliatum Deus non despicit. Cõtritus, cum regio propheta suũ peccatũ agnoscat, Psal. 50. dein cõfiteatur, Psal. 31. satisfaciat, Luc. 19. 2. Cor. 7. Quintum, dixitq; Deus, propicius esto mihi peccatori. Cõfessionẽ audis oris, sed ex corde profectã. Nisi em̃ illic nascatur, inanis reputatur. Ex corde volẽte veniũt peccata, Marc. 7. Rite ergo ex corde dolente incipit pœnitentia. Orationi præsenti sentẽtias multas habemus similes in scriptura. Simillima vero est Psal. 78. **Capper al hattothenu**, hoc est, Propicius esto peccatis nostris. Breuissima oratiuncula, tot pharisæi verbis ostentatorijs collata. Sed vtcũq; breuis sit, certe efficax existit & potens, dominum nimirum reconcilians, & laudẽ iustificationis obtinẽs. Mira breuitas, quæ orationẽ & peccatorũ remissionẽ vnà exprimit. Peccatorẽ se dicens, cõmissa confitetur: orans, ἱλασμόν (hoc est, gratiam veniaq;) precatur. Apud dominũ misericordia & copiosa redemptio: vnde ad dominũ solum confugit. ἱλαστήριος (id est, propiciator) pater est: ἱλαστήριον (id est, propiciatorium) filius est. Hæc publicani gloria, hæc oratio: Confitemini dño quoniã bonus, quoniã in seculũ misericordia eius. Psal. 106. 2. Par. 5. Apage te hinc schismatice, facesse hæretice: gestus humiliatiõis, vox confessionis, opus satisfactionis, papisticũ cõmentũ non sunt: Spũs sanctus harum rerũ autor. Vnde & veniæ sunt meritoria: quod vel ĩ Achab vides, 3. Reg. 21. Excitare itaq; peccator, surge de somno acediosæ. Væ tibi, si præter talem pœnitentiã fato hinc præuentus decesseris. Age ergo pœnitentiã præsta, non simula. Dicis: Nunquid satis est descẽdere in templum, ibi eminus stare, tundere pectus, & dicere: Deus, propicius esto mihi peccatori? Si satis est, vana est doctrina satisfactiõis? Respondeo, per hæc signa adscende ad cor, & prõptam inuenies voluntatẽ, qualis describit de Matthæo, Zachæo & alijs, Matth 10. Luc. 19. Neq; em̃ qui vere pœnitet, peccatũ inultũ in se relinquit. Sequitur:

Amen dico vobis, descendit hic iustificatus in domum suam ab illo: Quia omnis qui se exaltat, humiliabitur: & qui se humiliat, exaltabit.

Quis hoc eulogium pronunciat? Veritas, quæ dicẽdo nõ mẽtitur, quæ iudicando nõ hallucinat. Loquatur om̃is mũdus, garriat Iudæus, disputet populus. Iesus Nazarenus solus audiẽdus. Illũ, qui sapit, auscultat: Illi, qui sibi vult consultũ, obtẽperat. Vter iustificationis laudẽ secũ e templo reportat? Pharisæus ne, an publicanus? Iudex reum absoluit, & accusatorẽ reum facit. O Opt. Max. Deũ, o clementẽ dñm omnium. Iam videmus verum esse, quod dicitur 1. Pet. 5. Superbis Deus resistit, humilibus autẽ dat gratiã. Et hoc Esa. 43. secundum septuaginta: Dic tu prior peccata tua, vt iustificeris. Discat hic sapientiam sapientiæ auidus, vt sciat qualem se gerat, ne succumbat sub peccati oneribus, & ne efferatur fastu in bonis operibus. Gregorius pie dicit: Per bona opera ciuitas obsignatur & custoditur: verũ si hosti superbiæ elatione aperitur, iam est expugnata. Sequitur: O quot labores, vno vitio percussi, perierunt. Adducit Eleazari exẽplum, 1. Machab. 6. fortiter vir bellipotens ille cũ hoste cõgressus, vicit: occidit tamẽ, suppressus ab elephanto quem interfecerat. Historia allegoricos quadrat in eos, qui de vitijs domitis victores, vnius superbiæ mole deprimuntur. Aduersus beluam eã audiat Danie. 9. Iob 31. Audiatur & Christus Lucæ 17. Immo etiam ecclesia. Laici ordinis vir, sanctimoniæ insignis sanctus Antonius, ab Episcopo quodã interrogatus, respõdit: Fiduciã tuã in tuã ipsius iustitiam ne posueris. Ecclesiæ celebre dictũ est: Simulata sanctitas, duplex est iniquitas. Nõ abludit ab hoc dicto verbũ Senecæ: Malus vbi bonum simulat, tunc pessimus est. Ignatius in Epistola ad Magnesiã, præclare huius loci exemplũ, Mosen, Abraham atq; Iob, adducit. Sed quid opus multis? Christo iudice, fors iustificationis contingit peccatori pœnitenti. Attẽdat Iudæus, non errare Paulũ, docentẽ etiã iustificari homines absq; operibus legis. Publicanus, quiritium magistratus, negociator incircuncisus, fit Abrahæ filius, idq; sine omni sacrificiorũ & operũ legis prærogatiua, quia vere factus humilis. Contrà, Pharisæus legis sanctimonia pollens, inter incircuncisos reputatur, quia superbus. Omnis qui se exaltat, humiliabitur: & omnis qui se humiliat, exaltabitur. Obseruet pius quicũq; huius lectionis statũ, om̃i artificio philosophorũ maiorẽ. Primo adaptationẽ parabolæ attendat aptissimã. dein notet, parabolæ exordiũ & finẽ, sibi respondere præclarissime. Demum, pseudopaulinos nostros hunc locum mendacij reuincere potentissime. Gloriantur se in Paulo offendisse abstrusum hactenus euangelion, nẽpe, solam fidem iustificare. Verum audiant hic publicanum iustum à Christo prædicari, nec vllam fidei mentionem fieri.

Pctõr ne desperet: peccati nõ cõscius, ne efferatur.

Fidẽ solã Paulus nõ dicit iustificare.

Quod tamen non dicimus, tanquam peccator citra fidem iustificari possit (contra hoc Hebr. 11. Impossibile est hominem sine fide placere Deo. Et hoc Marc. 16. vbi fides iustitiæ fundamentũ ponitur) sed dicimus publicanum hic iustum prædicari, nec fidei aliquam mentionem fieri. Nõ est quod hic dicas, Deum publicani fidem solam respexisse. Quod si dixeris, respondemus, Dominũ quidẽ non semel in iustificandis fidem attendisse: id vero quoties factũ est, iustificantis fidei expſſe meminisse, Mat. 8. 9. 15. Apostolũ quoq; idem certis locis facere. Fieri ergo nõ posse, si & hic solã fidẽ respexisset, vt eam silẽtio præterijsset. Secundo, Statim iustificationis causam exposuit, dicens: Qui se humiliat, exaltabit. Dicis hic esse tropũ, quo humilitas pro fide sumi oporteat. Atqui dic mihi Tropista, vnde tibi illa autoritas supprimendi & eludendi verba scripturæ? De fidei iustificatione ea, quã Apostolus dicit cor purificare, scrupulũ non habemus. Nec item dubitamus, publicanũ (loquimur eñ tanquam de re gesta) fidẽ habuisse, iuxta hoc Rom. 10. Quomodo inuocabũt, in quẽ nõ crediderunt? Hoc cõtendimus, q̃d hic dedicæomenus (id est, iustificatus) declarat, idq; ꝑsertim humiliatus: inde colligẽtes, fidẽ solã neq; iustificare, neq; beare: q̃d falso Apostoli doctrinæ tribuitur. Operosam quoq; humilitatem iustificari euangelista declaraturus, eam cum omnibus suis circunstantijs diligentissime prosequitur. Opus satisfactorium, ingressio est tẽpli. Cõtritio, stare eminus, tundere pectus, inq; terrã oculos defigere. Cõfessionis significationẽ habet expressam, q̃ orans dicit: Deus, propicius esto mihi peccatori. Euangelistæ verba, iudicis sententiã, nouorum euangelicastrorũ tropis posthabere nõ possumus. Sed iterũ obtestati Tropistæ, hoc nobis adhuc respondeãt: Quare pharisęus credẽs, tanta pollẽs fide, iustificatus nõ fit? Respondes, Fidẽ quidẽ habuisse, sed fictã. Vide, rogo, quid responderis. Vide quæ ficta existat fides. Informis, mortua & ociosa fides, fictũ est credere, mentitaq; credulitas, vtiq; non saluans. Stat ergo, fidẽ per charitatem operantem, & nõ solam fidẽ, quæ ficta est credulitas, iustificare, Rom. 2. Nõ qui audiunt legem, iusti sunt apud Deũ, sed qui legem factis exprimunt, iusti habebuntur. Ecce tibi totius status epistolæ ad Romanos fundamentum: quod quia deseris, in sabulum ædificas, & in ventũ loqueris. Eiusdẽ fundamenti est, q̃d dicit 1. Cor. 14. Si habuero omnẽ fidẽ, ita vt montes transferam, charitatem vero nõ habeam, nihil sum. Omnẽ fidẽ dicẽs, nullã excludit. Sequit ergo, quãcunq; tandẽ fidẽ, per charitatẽ nõ operantem, haudquaq̃ iustificare. psal. 105. Phinees zelo iustitiæ probat. Et nisi textus psalmi hæretica interpretatiõe vitiet, cõtra oẽs Iouinianistaꝝ technas solus sufficiet. Similiter & locus Ezech. 18. vbi iustificatio clare ex bonis æstimatur operibus. Obscura itẽ nõ sunt verba 1. Ioan. 3. Qui facit iustitiã, iustus est. Et sine controuersia, iustitia bonis operibus assignatur Mat. 5. Cõtra hoc genus sexcenta loca ꝑclarissima, ne vnũ quidẽ possunt adferre noui euãgelistæ. Qui ergo receptũ euangeliũ sequi curat, aures sirenibus subdolis, nouis euangelistis illis, ne accommodet. Quod Lucas dicit hic publicanum in domũ suam reuersum, magis q̃ pharisæum, iustificatum, simplicius legitur in veteri translatione: Descendit iustificatus in domũ suam ab illo. hoc est, sanctulo illo, in sua ventosa iustitia depereunte, pulicanus solidæ iustitiæ palmam fert. Origenes contra Celsum, & Theophylactus, fateor, legunt, Magis quàm ille: sed dialectus hic obseruanda est Hebraica. Hebræi comparatiue loquentes, addunt literam מ Mem, Græci ἢ, cum certo accentu. Sed idem est sensus. Habet pharisæus suam iustitiam, qua se mundo insinuare potest. Atqui istęc iustitia nõ probatur Deo. Dicit ergo, magis, puta probatus Deo, apud quẽ superbus nullus est. Obserua scripturæ phrasim, Inuentus est minus habẽs: pro, nihil habens. Minor vocabitur, id est, nullus &c. Ambrosius lib. 1. de Cain & Abel, in hũc locũ dicit: Humilitas cõmendabat orationẽ. Siquidẽ & pharisæus ille repræhẽsus est, q a ieiunia sua veluti beneficia enumerabat, & tanquã obiectabat Deo, & illi se criminũ memorabat exortem. Publicanus aũt ꝑdicatus est: quia longe stans, nolebat oculos suos in cœlum leuare, sed percutiebat pectus suũ, dicens: Deus, propicius esto mihi peccatori. Et ideo diuina eum sententia ꝑtulit, dicens: Quia descẽdit hic publicanus magis iustificatus, q̃ pharisæus. Ille eñ iustificat, q peccatũ propriũ cõfitet. Idẽ 1. offi. ca. 18. de verecundia ait: Nõne hæc prætulit publicanum, & cõmendauit eum, q nec oculos audebat in cœlum leuare? Ideo iustificatur magis domini iudicio, quàm ille pharisæus, quem deformauit præsumptio. Idem similia dicit 2. cap. 17. Theophylactus reddit rationẽ, quare pharisæus ob iactantiam cõdemnet, Iob vero coronet, dicens Iobẽ, ꝑmentibus se amicis, & grauius incũbentibus q̃ calamitas ipsa, dicẽtibusq; q̃ propter peccata illa sit passus, compulsum enumerare sua bona opa, idq; ad gloriã Dei, ne scilicet hoĩes à recto virtutum cursu exciderẽt. Simili ratione & Dauid & Pau-

Operosa humilitas credentis hoĩs iustificat.

Fide pollens pharisæus, non iustificat.

Propri- lans locu- bet.

Paulus se non inglorie laudarunt ipsos:q̃ de re Gerson tractatum quendam peculiariter scripsit, eum sacerdos legat. Nos, ne vestræ dilectioni tædium ingeramus, Catholicos admonitos volum⁹, ne cuiuis spiritui fidem statim adhibeant, & in hoc loco iuxta orthodoxã doctrinã, inter vtrũq; volitent, hoc saltem quod Deus odit, auersantes: quod probat, amplectentes. Opera pharisæi legem custodientis, probabilia, non iactãtia contra legem se efferẽtis. Humilitas nouæ vitæ publicani, cãtabilis, non pristinæ vitæ sordes. Malum non est, Deo gratias agere, Luc.17.2.Corinth.2.Ephe.5.1.Thess.2. Malum non est, à vulgo hominum esse diuersum, 1.Thes.5.1 Ioan.2. Malum non est, à rapina omni manus abstinere, Exod.20.Deut.5. Malum non est ieiunare, Matth.5.9.17. Luc.5.2.Corint.8.31. Malum deniq; non est, pendere decimas, Gene.14.28. Exod.22.Leuit.27. Num.18. Deute.12.14.26.Roma.13. Perniciosum vero est, in huiusmodi gloriari, & alios temere ante tempus condemnare & cauillari. Contrà, bonum est, in templum orandi gratia se conferre, procul à sacris absistere, oculos præ confusione non attollere, pectus sibi male conscium tũdere, cordisq; orisq; exomologesin facere, p̃cesq; effundere. Bonum vero nõ est, auide cum publicanis rebus temporalibus inhiare. Si quis pharisaismi odio etiã iustitiæ opera neglexerit, aut publicanicę negociationis odio, etiã pœnitentiæ fructus dignos cõtempserit, tam à dextris quàm à sinistris periculum subit, atq; inter charybdim & Scyllam perit. Ab vtroq; malo nos liberet saluator mundi Christus Iesus: cui vnà cũ patre & spiritu sancto sit laus & gloria p̱ æterna secula. Amen.

Op̃a pharisæi citra iactantiã, p̱babilia.

DOMINICA XII. POST TRINITAtis, Euangelium Marc. VII.



EXiens Iesus de finibus Tyri, venit per Sidonem ad mare Galilææ, inter medios fines Decapoleos: & adducunt ei surdum & mutum, & deprecabantur eum, vt imponat illi manũ. Et apprehendens eum de turba seorsum, misit digitos suos in auriculas eius: & expuens, tetigit linguam eius: & suspiciens in cœlũ, ingemuit, & ait illi: Ephphatha. quod est, Adaperire. Et statim apertæ sunt aures eius, & solutum est vinculum linguæ eius, & loquebatur recte. Et p̃cepit illis Iesus, ne cui dicerent. Quanto autem eis præcipiebat, tanto magis plus prædicabant, & admirabantur, dicentes: Bene omnia fecit, & surdos fecit audire, & mutos loqui.

PROOEMIVM.



PRincipio omnium refert, vt fidelis quicunq; homo Christi clementiam rite cordi suo cõmittat, non credendo saltẽ eã, sed & in ea gloriando. Hoc est (Esa.12.) haurire aquas de fontibus saluatoris: quia fortitudo & laus nr̃a dñs. Deliciæ filij Dei, esse nobiscum, bene vult nobis. venit enim quærere omnia quæ perierunt. Hoc ipsum in præsenti nobis lectione proponitur in miraculo magno & admirando, filioq; Dei digno. Adeste ergo filij hominum, & audite miraculum. Ecce surdum & mutum facit audire & fari, idq; recte. Hoc autem facit libenter, potenter & veraciter. Libenter, quia benigne & clementer: potenter, quia imperiose: veraciter, quia sine omni phantasmate. Libẽter, plus præstando quàm rogabatur. Interpellarunt, vt misero suas manus imponat. Ipse vero oblatum sibi apprehendit, abducit, & hoc genus alia multa abundanter præstitit, quia libenter. Dein iubet, q̃a omnipotens & verus imperator. Deniq; facit mutum loqui recte, scite & sancte, ne veritati quis discredat. Cum talem Immanuelem nobis adeo habeamus presentem, quem timebimus hostem? Audiamus ergo verbum eius libenter, per hoc fructificemus potenter, & in hoc perseueremus veraciter.

Clemẽtia Dei nõ solũ credenda, sed & in ea gloriandum.

Deus semper plus largitur, q̃ petitur.

Prop... ...ans... ...ocu... ...et.

Sequitur expositio textus.

Exiens Iesus de finibus Tyri, venit

& patria, Heb.10.11.13. Mat.6.10.23. Marc. 11. Lu.11. Rom.4. Et maxime hoc vides Ioan.20. vbi dicit: Adscendo ad patrē meum & patrē vestrū. Sursum pater noster sedet, Esa.66. stat ibi nr̄ saluator dexter patri, Mat.26. Act.7. Dicit ergo Apostolus: Quę sursum sunt, sapite Col.3. Inde nobis expectandū auxiliū, psal.19.59.70.83.120.122. Et veritas ait: Sine me nihil potestis, Ioan.15. Sexto, Ingemuit vt homo, qui non potest non affici sensu infirmitatum nostrarū. Sic etiam fleuit Luc.19. Ioan.11. Heb.5. Suspiria Christi nos quoq; facerent ingemiscere: nostra siquidē causa suspirauit. Gemuerunt & fleuerunt olim Israelitæ super miserabili synagogæ statu, Ezech.9. Quis vero dabit (vt cū propheta loquar) lachrymas oculis nostris ad deflendū tanta mala, quæ nos hodie circundant? Septimo ait, Ephphatha, quod est, Adaperire. Hebræi exprimunt, à themate Patah, quod significat, aperire. Ecce qui ingemuit vt homo, nunc imperat Deus. Præcipit virtus, obtēperat effectus. Legimus apud Gelliū filio Crœsi per pauorē linguæ nodū ruptū. Sed quid hoc? Epphethah Christi, non sensus modo, sed & animā hominis, immo etiam cœlum & infernū penetrat. Nam & ipsa mors imperioso verbo Christi Taliatha kumi, id est, puella surge, Marc.6. non cedere non potuit. Attende euangelistas peregrinis dictionibus vti, Hebraicasq; suis scriptis subinde inserere, ne earundē studiorum tibi irrepat contemptus. Præterea etiam æstima, cæremoniales partiunculas, quibus etiam Christus vsus est, admonere, ritus ecclesiæ haudquaquā abrogādos: quippe qui & suas habeant significationes & argumenta. Virtutē verbi Epphethah, quod vere Chaldaica est dictio, perpendamus.

Hiphatheah.

Chr̄s verus Deus & verus homo.

peregrina vocabula lr̄is euangelicis mista.

Et statim apertæ sunt aures eius, & solutū est vinculum linguæ eius, & loquebatur recte.

Verbū Dei efficax esse vides. Hieronymus, vtut homo, vere dixit: Dei dicere, est facere. Poterat suo verbo solo, hŏmini auditū & loquendi copiam restituere: sed sex præmissas actiunculas voluit præmittere, vt potentiam sui verbi certis cæremonijs declararet. Loquebatur recte, hoc est, non turbide, neq; adhæse, sed plane & articulate. De ὀρθοέπεια, id est, de recta locutiōe istac notandū est, quod diuus Hieronymus anagogicos dicit: Aures eius apertæ, ad laudē Dei & psalmodias ecclesiæ audiendas: lingua soluta, vt proferat magnalia bonitatis Dei. Libera omnia, quia laudē crucifixi neq; minis neq; verberib⁹ remoratur, nec intercipit mundus. Vnde dicit Apostolus, Vinctū se quidē esse, non tamen verbum Dei. Lingua nostra nisi gratia Dei & merito passionis Christi soluatur, non est nobis integrum dicere salutari fide, Credo in Deū patrē &c. Hæc solutio linguæ, est ὀρθῶς ipsum, q̄d Marcus ponit: vnde & ὀρθόλογοι & ὀρθόδοξοι vocamur, quicunq; veri catholici sumus: non cauponantes, nec dolo tractantes verbū Dei: quorū alterū faciunt simoniaci, alterū hæretici, vtriq; æque pestilentes. Orthodoxum verum oportet esse ὀρθοτομοῦντα, hoc est, recte secantem verbū Dei, 2. Timo.2. neq; ad dexterā quæstus, neq; ad sinistram exoticarū opinionū exorbitantē. Orthodoxe loqui, ars est pergmaxima. iuxta Germanicum dictū: Recht reden ist kunst. Talem linguam non solum vnus de Seraphim pruna contingens, sed ipse dominus saliua sacra illiniens, nobis pbeat oportet. Expedita tandem lingua nostra fiet, vbi dominus nos libans, atq; suo sacro sputo humectans, dixerit Epphathah. Hoc siquidē Christi Epphathah efficiet, vt crucifixum liberis linguis confiteamur, cū ad iustitiam, tum ad salutē. Sequitur:

Loquebat̄ mutus recte, lr̄alit̄ & anagogice.

Et præcepit illis ne cui dicerent. Quanto autē eis præcipiebat, tanto magis plus prædicabant, & admirabantur, dicētes: Bene omnia fecit, & surdos fecit audire, & mutos loqui.

Miraculū certū, euidens & verū. Atqui factor miraculi non vult vt ante tempus diuulgetur, non sui, sed nostri causa. Nouit plastes figuli fragilitatem, nouit conditor, quantā satanas nobis infuderit prauitatē. Cenodoxiam prauitas ea vel per ignē petierit. Vt recte dixerit poeta:

Audax omnia perpeti
Gens humana, ruit per vetitum nefas.

Aduersus tantū malum ex diametro pugnans optimus magister, hic nobis exemplum reliquit. Simile item reliquit Mat.8. vbi leprosum mundauit. Simile item Mat. 17. & Marc.9. vbi sese transfigurauit. Sed obseruādū quod ibi dicit, Donec filius hominis à morte resurgat. Hic præcipit, ne cui dicant, quanuis sciret haudquaquā tacituros. Præcipit tamen, vt nos gloriā quæ solius Dei est, fugiamus, cū ipsa etiam fugientes nunquā deserat, contrà vero auertetur sibi obuiantes. Iacobus dicit, beatificandos eos qui sustinuerunt. Idem & Iesus Sirac & Psalmista & Salomon subinde dicunt. Et in hac vita gloria virtutis est comes, si fugiatur. dicit ergo idem poeta:

Virtus repulsæ nescia sordidæ,

Inta-

Intaminatis fulget honoribus.

Tam virtus non poteſt non probari, q̃ ciuitas in monte locata abſcondi, Mat.5. Citius ſolis lumẽ abſtruſeris, quàm virtutem ſuo merito priuaueris. Sed viderit homo, vt ſplendorem illum virtutis appendicem ꝑpetuet. Perpetuauerit, ſi fugiat,& in gloriam Dei vertat, quoniam & ipſa Dei gloria reuelabitur in nobis, Ro.8. Seqtur: Bene oĩa fecit. O Decapolitani, vnde vobis iſtæc veritas? Qui oĩa bene facit, Deus eſt. Moſes em̃ de illo dicit: Vidit oĩa quæ fecit,& erant valde bona. **Vehinne Tob Me ob.** hoc eſt, Et ecce valde bonũ, Gen.1. Qui natura (vt theologice loquar) bon⁹ eſt, hoc eſt, qui proprie bonus eſt, Mar.10. nihil niſi quod valde bonum eſt, quodq; vere bonum eſt, edet. Decapolitãos fari hoc, æque magnum eſt miraculum, atque quod mutus recte loquitur. Sic & Naimitani dicũt ſacrum verbum: Vere magnus propheta ſurrexit in nobis,& viſitauit dominus plebem ſuam. Hoc vero eulogium gentis Decapolitanæ compendioſius & grauius. O hymnum ſalutarẽ. Iob dicit: Dominus dedit, dñs abſtulit. Vnus fere eſt ſenſus. Si dñs certo iudicio ſatanæ aliquid in nos ꝑmittit, idẽ & nos ab hoſtis ira aſſerere poteſt. Hymnum eum o vtinam & nos cum in rebus proſperis, tum in aduerſis domino decantemus, dicentes: Bene oĩa fecit, iuſtus & bonus in oĩbus vijs ſuis. Supereſt, vt & nos bonitatem tanti Magiſtri ſtudeamus æmulari. Eſtote, inquit, miſericordes, ſicut & pater veſter miſericors eſt, Mat.5. Eph.5. Hoc eſt præceptum meum, ait, vt diligatis vos mutuo, ſicut dilexi vos, Ioan.15. Faxit Chriſtus hoc præſtemus in ſuam gloriam, quę illi cum patre & ſpirituſancto pat eſt in oĩe æuum. AMEN.

Deus bonus ꝓprie oĩa bene facit.

DOMINICA POST TRINITATIS XIII.

Euangelium Lucæ X.

BEati oculi qui vident quæ vos videtis. Dico enim vobis, quòd multi prophetæ & reges voluerunt videre quæ vos videtis, & non viderunt: & audire quæ auditis, & non audierunt. Et ecce quidam legiſperitus ſurrexit, tẽtans illum, & dicẽs: Magiſter, quid faciendo, vitam æternam poſſidebo? At ille dixit: In lege quid ſcriptum eſt? quomodo legis? Ille reſpondens, dixit: Diliges dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex omnibus viribus tuis, & ex omni mente tua: & proximum tuum ſicut teipſum. Dixitq; illi: Recte reſpondiſti: hoc fac, & viues. Ille autem volens iuſtificare ſeipſum, dixit ad Ieſum: Et quis eſt meus proximus? Suſpiciẽs autem Ieſus, dixit: Homo quidam deſcendebat ab Hieruſalem in Hiericho, & incidit in latrones, qui etiam deſpoliauerunt eum: & plagis impoſitis, abierunt, ſemiuiuo relicto. Accidit autẽ vt ſacerdos quidam deſcenderet eadem via: & viſo illo, præteriuit. Similiter & Leuita, cum eſſet ſecus locum, & videret eum, pertranſijt. Samaritanus aũt quidam iter faciens, venit ſecus eum: & videns eum, miſericordia motus eſt. Et appropians, alligauit vulnera eius, infundens oleum & vinum. Et imponens illum in iumentũ ſuum, duxit in ſtabulũ, & curam eius egit. Et altera die protulit duos denarios, & dedit ſtabulario, & ait: Curam illius habe, & quodcunq; ſupererogaueris, ego, cum rediero, reddam tibi. Quis horum trium videtur tibi proximus fuiſſe illi, qui incidit in latrones? At ille dixit: Qui fecit miſericordiam in illum. Et ait illi Ieſus: Vade, & tu fac ſimiliter.

PROLOGVS.


Ria præcipue præſens cõplectitur lectio. Primum, cõſolatio eſt diſcipulorum. Secundum, modus perueniendi ad regna cœlorum. Tertium, parabola: qua doctrina ea de modo pertingendi ad regna cœlorum, declaratur, & corroboratur. Quæſtio vere ardua, & digna quæ ſingulari illuſtretur & fulciatur diligentia. Modus ſiue ratio per-

Charitatẽ reqrit charitas, id ẽ, Deus.

ueniendi ad regna cœloꝝ, eſt ipſa charitas operoſa. Charitatem Deus ipſa charitas ex nobis requirit. Vbi charitas, ibi religio. Charitas eñ malum non operatur, in bonã partem accipit oñia, ſuffert & ſperat omnia, 1. Corinth. 13. Vbi charitas, ibi religio, Deus & vita æterna. Vnde dicit Auguſtinus: Propter hoc diſcitur bene viuere, vt perueniatur ad ſemper viuere. Iucunda & ſalutaris hæc doctrina, (quid tẽpora faciunt?) facta eſt inſuauis & periculoſa. Exaſperat eos, ꝗ ipſiſſimũ ſe euangelion eſſe putãt, qui nihil niſi ſolam fidẽ ſubinde crepant. Hi audientes nos charitati & bonis operibus iuſtificandi rationẽ tribuere, bone Deus, quantis ſpirãt minis? Illis ſalutaris euãgelica hęc lectio, ſuapte culpa pernicioſa redditur. Inde fit, vt & catholico concionatori diſcriminoſa fiat. Sed ſuſq; deq; ferendum. Non timendi, qui poſſunt corpus occidere. Violẽtum nullum perpetuum. Veſtra charitas amœnam & ſalutiferam lectionem attente audiat, & ſtudioſe cuſtodiat.

Charitatis prædicatio hodie eſt periculoſa.

EXEGESIS.

Beati oculi qui vident quæ vos videtis. Dico eñ vobis, ꝙ multi prophetæ & reges voluerunt videre quę vos videtis, & nõ viderunt: & audire quæ auditis, & non audierunt.

Apoſtoli & diſcipuli, tanquã anaſynagogici, ꝙ Chriſti ſectatores eſſent, ſacerdotibus & ſcribis habebantur. Diſcipuli ergo ne in tantæ contumeliæ tentatione deficerent, viſum eſt diuinæ ſapientiæ, vt eos ſolaretur, idq; præſertim hic, vbi dicit: Beati oculi &c. Modus loquendi eſt, quo de rebus eximiis antiqui vtebantur. Exemplum eius declamationis habes in regina Saba, 3. Reg. 10. Beati viri & beati ſerui tui, ꝗ ſtãt corã te ſemper, & audiunt ſapientiã tuã. Et Dauid exclamat in domus dñi maieſtatem, dicens pſal. 83. Beati qui habitant in domo tua dñe. Exclamationi Chriſtus addit: Dico vobis, multos reges & prophetas omnibus votis ſubinde deſideraiuſſe idipſum, ꝗd vobis contigit, ſed nequidquã. Veſtra itaq; felicitas pluſquã regia, veſtra dignitas pluſquam prophetica. Vnde vero ſors illa diſcipulis? Et quæ tandẽ illa beatitudo? Meſſiæ ipſius contẽplatio, quę angelis iucunda eſt, ipſa eſt felicitas atq; dignitas. Ea mera gratia diſcipulis contigit. Hic non dicã Ptolemæum, Platonẽ, & alios reges & philoſophos innumeros, ne diligenti quidẽ inquiſitione hoc ſummũ bonũ inueniſſe: ſed ne ipſum qdem Dauida, Salomonẽ, Ezechiã, Ioſiam, hac in re voti compotes eſſe factos. Quis dubitat reges eos, regnũ contẽplatione vultus Chr̃i vel vnius horæ, mutare ſubinde exoptaſſe? Prophetæ certe non dubitarunt, eius vultus videndi amore facilẽ animam impendere. Neq; Abrahæ gaudiũ, de quo Ioan. 8. dicitur, leue putandũ. Diem vero Chr̃i, diẽ vnde lætabat, in ſpeculo ſaltem & in ænigmate vidit. Simeon, viſo Meſſia, mortẽ non timuit, cuius memoria (ſecundũ Sapiẽtẽ) eſt valde amara. Sed neq; Simeon vidit & audiuit hoc, quod viderunt & audierunt diſcipuli Chriſti. Ite, ait Seruator, renunciate Ioanni veſtro magiſtro, quæ auditis & videtis. Q. d. qualia apud veſtrum non videtis neq; auditis, cuius tamen amore hunc mundũ prorſus contẽnitis, & aſperam vitã ducere gaudetis. Viderunt qdem & audierunt præclara apud Ioannem plurima, Matth. 11. ſed ea ſi huc conferas, nihil videbuntur. Maximũ omniũ, quod in Ioanne viſum & auditum eſt, extitit vox & indicium, cum fido indice Chriſtũ deſignaret, dicens: Ecce agnus Dei ꝗ tollit peccata mũdi. Hæc ſiqdem vox & indicium hoc, excellit omnium prophetaꝝ oracula & miracula. Hoc ipſum eſt, quod Chriſti diſcipuli viderunt & audierunt. Crediderunt Chriſtum ex Deo exiiſſe, Ioan. 16. confeſſi filium Dei viui, Matth. 16. digitum Dei, Matth. 12. habentẽ verba vitæ æternæ, Ioan. 6. doctrinam cœleſtẽ ſeminantẽ, Ioan. 8. Phariſęi & ſcribæ cum ipſo ſacerdotũ grege, talia audiendi aures non habuerunt, neq; talia videndi oculos. Vere itaq; felices oculi & aures diſcipuloꝝ, tãta æternæ ſalutis arcana videntes & audiẽtes. Dicis: Nonne & de nobis ea felicitas eſt accipienda? Noſtra cõſolatio atq; adeo beatitudo, minor nõ eſt ea, de qua iam agimus, quanquã Chriſtũ carnali præſentia non videamus. Datæ enim & nobis aures audiendi cum videndi oculis, quibus audimus & videmus omnia iuxtà atq; illi. Parum eſt, in infirmitate nos Chriſtum non concernere carnis luminibus, cum glorioſum identidem contueamur oculis mentis. Carnales quoſdam Apoſtolus confutat, 2. Cor. 5. dicens: Nos neminem nouimus ſecundum carnem. Porro etiam ſi cognouimus Chriſtum ſecundum carnem, non tamẽ iam amplius nouimus. Par itaq; noſtra ſors Apoſtoloꝝ beatitudini, qui glorificatum & glorioſum iam mente contemplamur, propediẽ eo cum ipſis angelis fruituri, Matt. 25. 1. Cor. 15. 1. Ioan. 3. Nunc in deciduo hoc mundo ſatis ſuperq; eſt nobis, illum in ſpeculo fidei viſibilem eſſe. Auditur & nobis, quoties catholico ſenſu verbũ eius prædenunciatur. Et qui vere fideli mente præditi ſunt, videntur ſibi videre & audire oĩa Chr̃i miracula, omnemq; doctrinam oris Chr̃i, quoties per lectionẽ euangelicam, tremendaq;

Beatitudo qd & vnde.

daq; mysteria, doctrinam Christi & facta, ecclesia repræsentat fidelibus. Qualem hypotyposin Quintilianus ignorauit. Et ad nos pertinet verbum Christi, Ioan. 20. Beati qui non viderunt, & crediderũt. Sequitur:

Et ecce quidam legisperitus surrexit, tentans illum, & dicens: Magister, quid faciendo, vitam æternam possidebo? At ille dixit ad eum: In lege qd scriptũ est? quomodo legis?

Pharisæ' Christi verba interpellasse videt. Sed bene cecidit. Salutaris nobis pharisæi præsumptio, quia ardua quæstio. Legisperitus dicitur Hebraice Mozeĝ, quod nomen sortitus est ex Chumasch, hoc est, ex librorum Mosis frequẽti lectione. Huiusmodi homines etiam Rabi vocantur, de quo nomine alibi. Græce vocantur νομικοί siue νομοδιδάσκαλοι. Sciẽtia inflat. Rabi itaq; siue nomicus hic Suffenus, captiose Christon scrutabatur, & percontabatur verius, quàm interrogabat atq; sciscitabat: Quid faciendo, inquit, vitam æternam possidebo? Caput quæstionis partim sanum, partim vanum. Quantum ad sensum Thalmudicum, quo propriarum virium merito Iudæi nituntur, vana est quæstio: quod colligimus ex Matthęi xv. & XXV. Apostolus quoque sensum eum in epistolis ad Romanos & Galatas vehementer impugnat. Sed quantum ad genuinum sensum legis sacræ traducis, optima est quæstio. Tradux professio est, fideles eos qui bene agunt, iustificatos, in æternam beatitudinẽ recipiendos: eos vero qui male egerunt, in ignem ęternum deturbandos. Hic aberrãt ad finistram ĩj, qui bonis operib' iustificandi rationem & meritum negant, hæretici Aetiani. Illic simili errore versantur Pelagianistæ, meritis suarum virium plus ęquo tribuentes. Hallucinantur item superstitiosuli, operibus nescio quibus mẽtitis, & abs sese inuentis confidentes, cõtra hoc quod Apostolus dicit: Rationabile sit obsequiũ vestrum. Credibile, legisperitum vtriusque erroris aliquid habuisse. Altera pars quæstionis, quãtum ad verba externa, nihil habet scrupuli. Vitam siquidẽ æternam pios manere, præ se ferunt. Quanquam pharisæi etiã carnaliter de vita ęterna sentiebãt. Turcæ hodie pharisaice atque adeo plane carnaliter de vita ea sentiũt: & vita eorum fidei respõdet. Nam qualem futuram vitã credunt, talem hic gerũt. Saducæi immortalitatẽ animæ nullam esse sunt rati. Quæstionis itaq; posterior pars, iuxta verborũ supficiẽ, nihil habet absurdi. Vnde & Christus, quanq̃ insyncere interrogaret, grauissime respondit. Respondit aũt, vicissim interrogando, dicens: In lege quid scriptum est? quomodo legis? Q. d. Rabi es, nomothetes es: sed vide vt legem ipse intelligas. Cabala, Thalmud, & Targũ vide supprimas: solidam vero legis scripturam Mosis, ab Esdra deniq; congestam traduce intelligentia, vide an ipse etiam intelligas. ¶Obseruandũ hic, legis vocabulũ multifariam accipi, psertim à diuo Paulo. Hic vero accipitur simpliciter pro quinq; libris Mosis, quemadmodũ etiã accipit Luc. 2. Ioan. 1. 7. 8. Act. 7. &c. Admonemur hic, vt & solidæ scripturę vnice nitamur, & vt exoticũ sensum hæreticũ omẽm, siue Pelagianus ille, siue Aetianus existat, vitemus. Magnates item ecclesiæ hic admonẽtur, vt quẽadmodum dignitate plebi prænitent, ita & religionis & eruditionis eminentia cęteris præstare studeant. Sequitur:

Legis vocabulum multifariam accipitur.

Ille respõdens, dixit: Diliges dominum Deum tuũ ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex omnibus viribus tuis, & ex omni mente tua: & proximũ tuum sicut teipsum. Dixitq; illi: Recte respondisti: hoc fac, & viues.

En veritatis potentiã. Velint nolint maligni, Veritas dñi manet in ęternũ. Verbũ dñi & veritas dñi sibi non pugnant: sed ab vtroq; sensus carnis dis dia pason dissidet. Nomicos hic Christi potentia, instar Caiphæ prophetantis, verbũ dñi secundũ veritatẽ dñi interpretatur. Præcepta legis (q̃ secundũ Lyranũ ex Rabi Camblaio, sunt sex cẽta & tredecim) artificiosa methodo complexa, recenset ex Deute. VI Veahabtha eth Adonai Elohecha, becol bebabecha, Vbcol napschecha Vbcol meodecha. hoc est, Diliges dñm Deũ tuũ ex toto corde tuo, & ex tota aĩa tua, & ex oĩbus viribus tuis. Septuaginta hebraicũ Meod (id est, valde) interpretati sunt δύναμις, id est, potentia. Possumus ergo, Ex oĩbus viribus, legere: quantũ potes, valde, vehementer, potenter. Secunda pars: Et proximũ tuum sicut teipsum, Leuit. 19. legitur: Vehaabtha le Reecha camocha. Porro quartum incisum, quod est adiectum hic & Matt. 22. Mar. 12, Ex tota mente tua, suam rationem habet, quam lector apud alios requirat. Dñica 18. hanc legem Dei gratia clarificabimus, quoniã & lectio eius diei, talem expositionẽ postulabit. In præsentiarũ, hæc responsio Christi & parabola adiecta, nõ patitur vt legis eius declarationem hic præsumamus. Phari-

ſæus quid dixerit,audiuimus. Ad verba ea phariſæi Chriſtus hic refert: Bene reſpondiſti.Iuxta hoc verbum Chriſti,fidelem bene operantē,(nemo enī infidelis Deū amare & colere poteſt)vitam ęternam intraturum, vtiq; iuſtum: bene operari negligentem, facinoribusq́; innocentiam in baptiſmo receptam contaminantem,in Auerni barathrum deiectum iri, eccleſia docet catholica.Et ꝓfeſſio iſtęc vt certa eſt, ita exiſtit & rata. Nemo enim poteſt dicere,hæc verba de charitate ſaluificāte, atq; per hoc iuſtificante, Iudæorum eſſe, nec Chriſtianos legi illi non eſſe obnoxios.Ad nos quoq; pertinere,vel ex verbis Chriſti colligere eſt:Hoc fac,& viues. Chriſtus vita eſt,lux, via, & veritas. ſine fide Chriſti nemo vitā in ſe habere poteſt. Dictum ergo fidelib⁹: Hoc fac, & viues. Si fateris(quod oportet) verbū hoc eſſe Chriſti, & bene dictū: elabi nō poteris,ſed fateri cogeris, hoc verbo Chriſti,nomodidaſcali reſponſum eſſe approbatum.Sequitur ergo primo,præcepta charitatis Dei & proximi, cum omnibus charitatis operibus inde dependentibus,neceſſaria eſſe ad beatitudinem, atque adeo etiam ad iuſtitiam.Secundo,fidem ſolam non beare,nec item iuſtificare.Tertio, Apoſtolū ad Romanos & Galatas iuſtitiā fidei nō docere in charitatis & bonorum operum præiudiciū, quaſi vtrunq; horum ad iuſtificationē & ſalutem nihil faciat. Et eccleſia procul dubio epiſtolam ad Galat. huic lectioni coniungit,atq; hodie vnà legit,vt ſolers auditor aīaduertat,ſibi charitatis & fidei præconia conſentire, legemq́; aliqua parte eſſe abrogatā, aliqua nō. Hoc ipſum legis,quod Galatæ propagandū duxerunt,antiquandū eſt,morte Chriſti mortificatū. Hoc autem, quod legiſperitus hic profatur,iudice Chriſto necdum euanidū eſt factum,iuxta hoc Matth.5.Amen dico vobis,donec prætereat cœlum & terra,iota vnū aut apex nō præteribit ex lege, q̄ad om̄ia fiant, Depromant euangelicaſtri noſtri de ſua admirabili abundantia hoc Ioan.3. Qui credit, habet vitam æternā. Sed vos o magiſtelli, Magiſtrum Chriſtum audite hic probare dictū Rabi pręſentis,Hoc fac,& viues:certe credentibus,vitam ęternam ex facto adiudicantem.Neq; tu perſuadebis eccleſiæ,Chriſtū tuo more diuerſa ſibi loqui.O Chriſti cultor ſyncere,vide ne te decipiat pſeudochriſtus. Dicūt: Qui credit in filium Dei,habet vitā æternā: ſed non patiuntur, vt ſapientia ſeipſam exponat.Credere,non eſt ocioſitas aliq̄,ſed operoſa Dei poteſtas,qua iuſtus iuxta fidem ſuam viuens, Abac.2.præſtat ea quæ lex pſcribit,Iaco.2. Sic ſtat hoc Ioannis: Qui credit &c. & illud Lucæ,Hoc fac &c.Si Lucę autoritas minus ponderis tibi habere videtur, adijce & hoc Matt. 19. Si vis ad vitam ingredi,ſerua mandata.Et hoc Marci decimo:Præcepta noſti.Quod ſi hic tergiuerſandi rimulā quæritans, dixeris Chriſtum hic loqui de temporaria vita,iuxta Leuit. 18.de qua & Apoſtolus ait Rom.X. præiudicat caput quæſtionis. Quæſitū eſt,Quid faciendo, homo vitam æternam conſequatur. Et ſic legis apud Matthæū & Marcū. Si dixeris Chriſtū hic loqui ad Iudæos legis mancipia, & non ad nos ſabbathi dominos:contrarium eſt,quod diximus,legē dilectionis Dei & proximi, vnà cum decalogo, cum primis etiam ad nos pertinere. Et contrariū tibi eſt quod dicitur Mat.19. Mar.10.Rom.13.Gal.5.Aut igitur tu dormitas, aut ſcriptura abſurditatibus ſcatet. Sed cum omnis ſcriptura diuinitus ſit lata,tu ineptias & delires neceſſum eſt.Nihil video quod porro catholicæ doctrinæ obijcere poſſis, niſi forte miſeræ næniæ argumentum rancidulum: nempe hoc: Date te,charitatem ad vitam æternam capeſſendam eſſe neceſſariam,ſed iuſtificandis non eſſe opus operibus aliorum pręceptorum. Sed cōtrarium eſt,q̄d legit apud Matthæū & Marcū,vbi alia q̄q; ꝑcepta exprimunt,& ad ſalutē neceſſaria fidelibus commēdant. Nunc cū nō videā, qđ porro hic nobis obiectare poſſis, epilogū huius loci facturus, conſenſum euangeliſtaꝝ delineabo. Ioā. 5.dicitur:Qui credit in filiū,habet vitā ęternā. Lucas hic dicit:Hoc fac,& viues.Matthæus & Marcus legi charitatis, cuius ſaltem meminit Marcus, etiam præcepta addunt decalogi.Non hic ſibi diſſident euāgeliſtæ.Ille ſiquidem dicit,fidelē habere regnum cœloꝝ,fide & cōpromiſſione.Hi dicunt,fidelem bonis operibus vitā conſequi æternā,re & fruitione,item conſummatione,Iaco.2. Vnde & Ioannes ſtatim cap.5. ſubdit:Prodibūt,qui bona fecerunt, in reſurrectiōem vitæ: qui vero mala egerūt, in reſurrectionem cōdemnationis. Et in epiſtola ſua fere de ſola charitate & bonis operibus iuſtificantibus differit.Nec Matthæus, Marcus & Lucas ſaltem bona opera tradunt,ſed identidem fidem,ceu radicem et fundamentū boni operis, tradunt,Matt.8. 9.15.Mar.10.16.Luc.5.7.18. Ita vides euangeliſtas neutrum in alterius fraudem tradere, ſed alterum alteri concinnare. Si capitoſior aliquis hic nobis non acceſſerit, publicanum eum(ſi forte vocabulum hęreſios non ferat) ſatanæ traditū denunciam⁹, Matt.18. Titi 3. Aſſertionem vero præmiſſam,catholicā eſſe,S.patrum autoritate oſtendam. Hieronymus dicit:Debemus ſæpe,

Operātes bene fideles intrabūt regnū cœlorū iuſti.

Lex quatenus abrogata.

Credere, non eſt ocio ꝑire.

pe,immo semper, dominici iudicij meminisse:Si vis ad vitã ingredi, serua mandata *Dei. Hoc prophetę,hoc apostoli docent: hoc à nobis vox Christi & sanguis efflagitat. Pro omĩbus ergo mortuus est, vt q viuunt, sibi non viuant, sed illi qui pro ipsis mortuus est. Illi autẽ viuere,nihil aliud est, q̃ mãdata eius obseruare. Item idẽ ad Clementiam ait:Hoc fac, si viuere vis, tibi o fidelis aĩa,dicit dñs. Siñe hoc facere, ne speres viuere,etiã si omẽm fidem habeas. Videat catholicus lector de hac re differentẽ Irenæum lib.4.cap.25. Item Clementem lib.5.Et epistola 1. Ignatius nobis charitatem sedulo cõmendans,dicit: Diligite vos in domino tanquã imagines Dei.Itẽ in epistola ad Philippen.& ad Ephesios, dicit fidem esse vitæ principiũ,charitatem vero fidei esse finẽ. Hęc duo coniuncta,vnũ Christianum hominem faciunt.

Ille aũt volẽs iustificare seipsum,dixit ad Iesum: Et quis est meus proximus?

Prodit se lupus, ouillo tegmine tectus. Fucum fuisse,quòd interrogauit, vides. Similia audiuit charitas vestra de hypocrita Luc.XVIII. Saluator item detegit hypocrisin,Luc. XVI. dicens: Vos estis qui iustificatis vosmetipsos corã hominibus, Deus autẽ nouit corda vestra:quia quod hoĩbus excelsum est,abominabile est Deo. adeo,fratres,nihil occultũ,quod non reueletur.Vnde & hic suo se sorex indicio prodit.Eia ergo,quisq; pro se tantum malum impugnare discite. Nemo sit iudex sibi suus. Se nemo coronet ipsum. Iudicet potius & humiliet seipsum homo,& dicat:Inutilis seruus sum, Lu.XVII, Pharisaismum videamus ipsum. Quis est meus proxim⁹? Dicere vult: Nisi meum proximum nesciã, certo scio de proximo meo me benemeritum esse. De Dei amore, nulla quæstione opus est. Deũ enim me ardentissime amare,popinæ & tonstrinæ prædicant omnes. Theophylact⁹ personati huius sanctuli iactãtiam intelligit, quasi ita se extulerit,tanquam sui similis facile inueniri non possit. Sed sensus ille ad proprietatem vocabulorum non facit,alioqui ferendus. Hebræi p vocabulũ Reeh, plerũq; amicum(quanquã & Iedid apud illos amicũ designet)significant. Sed quia vna omniũ erat fides,& qm̃ vnam tenuerunt promissionis terram, per ipsum Reeh, quemcunq; acceperunt proximũ.Gręci vocant πλήσιον in vtroq; testamento.Cęterum quantum ad vicinitatem, Karob proprie significat vicinum proximum,qui Græce dicitur ἔγγισος. Atq; hęc de vocabulo. Sic Iudæi proximum saltem

Pharisaismus ex purgãd⁹.

Proxim⁹ quis.

de seipsis intellexerũt,immo cõtra conscientiam cõmenti sunt. Nomic⁹ præsens certe trepidat, se quodammodo ipsum incusans,suamq; ignorantiam prodens. Veritatis Magistrum audiamus.

Suspiciẽs autẽ Iesus, dixit: Homo quidam descẽdebat ab Hierusalẽ in Hiericho, & incidit in latrones, qui etiã despoliauerũt eum:& plagis impositis,abierũt,semiuiuo relicto. Accidit aũt vt sacerdos quidam descenderet eadem via:& viso illo, præteriuit. Similiter & Leuita,cũ esset secus locum,& videret eum,pertrãsijt. Samaritanus aũt quidã iter faciens,venit secus eum: & videns eum, misericordia motus est. Et appropians,alligauit vulnera eius, infundens oleũ & vinũ. Et imponens illũ in iumentum suũ,duxit in stabulũ, & curam eius egit. Et altera die protulit duos denarios,& dedit stabulario, & ait: Curã illius habe, & q̃dcũq; supererogaueris,ego,cũ rediero,reddã tibi.

Attendite charissimi, q̃ prolixã responsionem dat Christus in tam paruam quæstiunculã. Quem nunc pigeat aut prolixũ sermonẽ facere,aut audire? Diceres parabolam hanc,historiam esse. Sic S. Lucas parabolas suas describit, maxĩe de diuite purpurato lurcone,xvi. de astuto œconomo, xvi. de pharisæo & publicano, vnà orationis causa in templum adscendentibus. Maxime præsens parabola historiæ speciẽ habet, quoniã ille locus,de quo Christus hic agit,latrocinij famosus prędicatur. Sunt et in Germania eiusmodi latronum spelæa. Catascopi atq; Cosmographi dicunt,iter Hierichuntinum plane esse desertum horridum ad miliaria aliquot. Sex Italicis miliaribus distat à flumine Iordanis. De ciuitate hac dictum est Dominica Quinquagesimę,ex euãgelio Luc.xviij.Parabola plane est parænetica. Primo ex ea possumus sumere prouerbium,& dicere,Periculosum esse ab Hierusalem ad Hiericho descẽdere:hoc est,ab ecclesia in hæreticorum latibula deficere,vel e vita monastica ad secularia negocia redire &c. Secundo, Cæsar, principes & duces,qui fere hodie latronum & furum sunt socij,admonentur hac parabola, vt Hercules agentes,Cacorum suorum nobilistarum speluncas,latrocinij & calumni

Parabolas S Lucas quõ describat.

Ab Hierusalẽ in Hiericho descendere, periculosum.

arum notatas, deuastent. Tertio, Initiati itẽ pessime audiunt: insignis siqdem immiseri cordię & inhumanitatis passim traducũtur, queadmodũ & legis sacerdotes vndiq; in euangelicis literis inclementiæ. Dictio ἀντιπαρῆλθεν in Luca bis posita, potissimũ hmõi hoĩes, q siccis oculis miseros transeunt, tangit. Properant ab huiusmodi tristibus spectaculis, abitumq; domũ ad pontificales delicias maturant. Sacerdos noui testamenti, infamiã eam veteris testamẽti sacrificulorũ abolerent: sed proh pudor perpetuant, immo etiã augent. Euangelica scriptura certus est fons, vnde huiusmodi misericordiæ lachrymas hauriamus. Quarto, Videmus nobis tẽporalia medicamina tam nõ esse contemnenda, q̃ spũalia. Inest medicinæ tẽporali sua virtus, Ecci 38. Sed medici non debent se difficiles facere, nec lucrum semper spectare. Simonia tñ non est, si à diuitibus pro suo labore aliqd mercedis recipiãt. Canones defendũt eius rei mercedis receptionem, dicẽtes, non esse simoniã, sed præmiũ laboris, & honorẽ gratificationemq; opitulationis. Sed medici, quorũ auaritię nemo satisfacere potest, vt se apud Deũ, vnde curandi gratiã acceperunt gratis administrãdam, excusent, non video. Volunt & canones, ne quẽ valetudinariũ curandũ suscipiant, nisi eũ prius exhortentur & inducãt ad sumendũ animæ curã spũalem, Pœnitẽtiæ nimirũ, eucharistię, & olei infirmorũ. Quod nisi præstiterint, aut tanq̃ athei, aut tanq̃ hęretici ecclesiæ veniunt iudicandi. Viderint item sacerdotes, vt hoc quod & ipsi gratis acceperunt, gratis administrandũ, ne in lucrũ qualecũq; conuertant. Excusant pleriq; nundinationẽ eã, sub noĩe honoris & viatici: sed non oĩe quod foro licet, statim etiã choro, q ab oĩni suspiciõe auaritiæ & quæstus alienissimus esse debet, licebit. Sũma: Oĩbus fidelibus, cuiuscũq; ordinis, status, conditiõis, sexus & ætatis existant, hoc catholicum cõmendatur exemplũ, mutuæ pura humanitatis & clementiæ. Chrus iudex omniũ, Samaritanos præ Iudæis misericordiæ cõmendat. Sic & Romani fidei ciuilis laudẽ olim in vniuerso orbe terrarũ sibi meruerũt. Ad maximã igit nobis cõfusionẽ hoc cesserit, si in extremo iudicio, Samaritæ in operibus misericordię inuenti fuerint nos præcessisse. Misericordia sola, Chri est mandatũ, hac sola iubemur æmuli esse patris cœlestis: si ergo ethnici in catholica hac virtute nos supauerint, heu mihi, quanta nostra erit confusio? quantum supplicium? Audiamus lectionẽ sacram de misericordia Samaritani, nobis ad æmulandum proposita. Viso homine vulnerato, misericordia motus dicitur. Oculos & nostros in pauperes dirigamus, carnẽ nostrã ne despexerimus, etiã in despectissimis extremæ infelicitatis hoĩbus. Beatus, q intelligit super egenum & pauperẽ, Psal. 40. Beatus, q miseretur pauperis, Prouerb. 14. Beatus diues, cuius eleemosynã enarrat oĩs ecclesia sanctorum, Ecclesiastici 31. Beati misericordes, Matth. 5. Ecce tibi Chrianos toties beatos prædicari. Vide ne D. Pauli malus interpres te seducat, quasi nemo ex bonis operibus beatus possit prędicari: sed solã fidem, contra tot testimonia, beatitudinis nomen possidere. Sirenas eas si audieris, veniet in te tẽpus cum dicas: Beati ventres q non pepererunt. Ad Samaritanũ redeamus. Non abit iter institutum. Periculosus accessus in deserto, vbi latrones. Spectaculum monuit, vt se in pedes daret, fugaq; sibi consuleret. Sed charitas aliud illi suggessit. Eius viraptus, periculis se omnibus exposuit. Monemur & nos, vt infirmos fratres visitemus, nullis deterriti periculis, nullis item parcamus laboribus, sed cum Maria gloriosissima virgine per montana ad oĩa ardua adscendamus, vbi officiũ charitatis hoc ipsum postulauerit. Sed qd? Nunqd Samaritano accessisse satis fuit? Poterat cõpatiens, homine quasi deplorato, abire, sibiq; dicere: Quid est quod operam & oleum perdas? Et qd est q te ab re in pericula dedas? Dares, si spes vitæ in homine appareret. Nihil huiusmodi homini charitas siuit irrepere. Accessit ergo non solũ, sed morã in tam periculoso loco trahendo, operi se accinxit. Vulnera cruda hoĩs obligauit, carnẽ eã iam cadauerascentẽ non despiciens, non vulnerum putredinẽ & fœtorẽ nauseans atq; abhorrescẽs. Sed neq; hactenus officiosus opera: rebus eñ suis neq; hic pepercit, vinũ largius & oleũ vulneribus infundendo. Deniq; quod maius omniũ est, misero suo iumẽto imposito, tot laboribus delassatus, ipse iter pedes arripuit, secumq; in pãdocheon hominẽ deportauit. Quid vero nunc arbitrabimur Samaritano incidisse? Nunqd hoc? Tu nimiũ fecisti, tui capitis periculo miserũ ad hoĩm frequentiam deportasti, feris ereptum: faciant & alij aliqd? Non hoc hoĩs cor peruasit. Sed eum quẽ in deserto offendit, minus quàm sua ipsius viscera & animã derelinquere potuit, neq; alijs meriti eius locum concedere: siqdem singulari fato, sibi ea meriti occasio oblata extitisset. Epimeleta itaq;, hoc est, curator & Iupiter à iuuando misero factus. Postremo vrgente abeundi necessitate, duos denarios hospiti dedit meritorio, rogitans, vt vulnerati curam tantisper, donec redeat, habeat. Cæterum si quam δαπανὴν, id est, expensam fecerit, se bona fide, vbi redierit, redditurum. Oã ni

Sacerdotum noui testamẽti inhumanitas.

Medicis lucrũ non spectandum.

Medici debent valetudinarios spiritualis medicinę admonere.

Misericordia fideles ab infidelibus superari, funestum est.

O anima precioso sanguine agni cœlestis redempta, parabolam hanc attende. O cor humanum, super adamanta induratũ, mollesce imbutum Christi sanguine. Indue miserationum viscera. Caue dixeris proximo tuo, Abi in pace, Calesce, Saturare: nec tamen dederis, quæ necessaria sunt illi, Iacobi secundo. Samaritanorum clemẽtia, pharisæorum condẽnat iustitiã: quod si & Christianam superauerit, præstaret nobis, à Christi religione semper permansisse alienos & humanitati studuisse. Hæc ad ethicon. Allegoriam quoque & nunc ipsam videamus. Homo qui in latrones incidit, Adam est cum toto genere humano. Hierusalem, ciuitas pacis cœlestis, hoc est, paradisus. Hiericho significat mortalitatem, in quo Adam incidit in latrones, hoc est, in diabolos, & eius satellites maleuolos quoscunque. Plagæ sunt peccati suggestiones. ἡμιθανῆ, id est, semimortuum reliquerunt, hoc est, parum adhuc agnitionis sui creatoris habentem: cæterum quantum ad peccatum consensus & operis, plane mortuum. In sacerdote & Leuita typus adumbratur veteris testamenti, quod homini peccatum suum indicare quidem, sed remedium conferre non potuit. Samaritanus est Christus, à Samer, hoc est, custodire siue seruare. De quo psalmo centesimo vicesimo: Lo ijsan Samer Jsraeli. Item ὁ φυλάσσων ἰσραήλ. Qui custodit Israel. Colligatio significat, peccatum Christum compescuisse, & etiamnum coercere. Oleum denotat spem remissionis peccatorum: Vinum, fructus dignos pœnitentiæ. Iumentum est humanitas Christi, qua nostram infirmitatem pertulit. Stabulum est ecclesia, vbi viatores, ad æternam patriam iter habentes, reficiuntur. Postera dies, Adscensionis Christi habet significationem. Duo denarij, sunt præcepta charitatis Dei & proximi, cuius charisma Ecclesia recepit in die Pentecostes. Sunt etiam promissio huius & æternæ vitæ, Matthæi decimonono. Hospes est sacerdotalis ordo atque eminentia, cui commissum moderamen & cura ecclesiæ. Supererogatio, est consilium continentiæ, 1. Corinth. 7. Item labor quo Apostolus se sustentauit, gratis euangelion prædicando, 2. Thessa. 2. Inuentio hæc, beati est Augustini Quæst. Euange. libr. 2. cap. 19. Excepto, quod ille Hiericho lunam interpretatur, cum proprie significet, odor eius. Jareah vero Hebræis significat lunã. Theophylactus Augustino subscribens, per oleum intelligit sermonem doctrinæ suauiter hortantem: Vinum, sermonem per austera nos ad virtutẽ ducentẽ. Sequitur apud illum: Et quotidie qui baptizantur, liberantur à vulneribus animæ, oleo quidem vnguenti vncti: statim autem communicantes, & diuini sanguinis participes fiunt. Dominus imposuit sauciam nostram naturam super corpus suum. Item, Diuersorium ecclesia est, quæ omes suscipit. Lex enim non omnes suscipiebat. Moabita enim (dicitur Deuterono. 23.) & Ammonita non intrabunt ecclesiam Dei. Item tenet figuram hospitis omis apostolus, doctor & pastor, quibus dominus dedit duos denarios, id est, duo testamenta. Item reuera apostoli de suo multa insumpserunt, multum laborantes, & omnem doctrinam seminantes, & doctores, scripturam explanantes. Quorum singulus dicet: Duos denarios tradidisti mihi, ecce alios duos præterea impendi. Cui dicet & ipse: Euge serue bone, &c. Matthæi vicesimquinto, Lucæ decimonono. Ambrosius fere eadem. Hoc tamen & ipse adijcit: Si intemerata, q̃ sumpsimus, vestimẽta seruemus: plagas latronũ sentire nõ possum⁹. Impositio super iumentũ, ex Esaię quinquagesimotertio, peccata nostra ipse portauit, declaratur 1. Petr. 2. Gregorius 20. Moral. dicit: Per vinum mundentur putrida, per oleum foueantur sananda. Miscenda est ergo lenitas cum seueritate, faciendum quoddam temperamentum ex vtroque, vt neque multa asperitate subditi exulcerentur, neque nimia benignitate soluãtur. Hactenus ille. Nunc sequentia videamus.

Misericordia Samaritani fidelibus superari, horrendum fuerit.

Samaritani allegoria.

Hiericho interpretatur.

Quis horum trium videtur tibi proximus fuisse illi, qui incidit in latrones? At ille dixit: Qui fecit misericordiam in illũ. Et ait illi Iesus: Vade, & tu fac similiter.

Quatuor hic vides personas: tres Israelitas, & vnum alienigenam. Israelitarum vnus à latronibus grauiter vulneratus, feris expositus, in deserto iacuit, animam agens. Duo eius proximi, quantum ad genus & patriam: fratres, quantum ad professionem fidei & religionem: patres, quantum ad statum & ordinẽ: hi duo, inquã, misero tantis necessitudinis vinculis obstricti, incolumes & integri, viso filio, fratre & proximo suo male affecto, in summo vitæ discrimine cõstituto, pręterierunt. Barbarus vero, qui quartus est earundem personarum, illac quoque iter habens, viso alienigena, à latronibus male accepto & plane desperato, misericordia tactus, accessit, oĩa humanitatis officia illi exhibens. Israelitæ ignorabant sibi proximũ oẽm hoĩem, excæcati legis deprauata intelligentia. Immo etiam per falsum iustitiæ legis externę, ignorabant proximũ confecta neum infortunatum. Felices saltem agnoscebant, iuxtà hoc Poetæ:

Proximũ suũ ignorat Israel, legis deprauatione excæcatus.

Donec eris felix, multos nũerabis amicos:
Tempora si fuerint nubila, solus eris.

Adeo verũ est quod idem dicit: Vulgus amicitias vtilitate probat. Taxauit dñs errorẽ Toranistarũ Iudęorũ, Luc. 14. dicens: Cum facis conuiuiũ aut cœnã, noli vocare amicos, neq; fratres, neq; cognatos, neq; vicinos diuites, ne & ipsi te vicissim inuitent. Mat. 5. Si dilexeritis eos q vos diligunt, q̃d præmium habebitis? Dicit ergo nobis: Nisi abundauerit iustitia vestra plusquã scribarũ & pharisęorũ, nõ ĩtrabitis in regna cœlorũ. Samaritę p̃sentis iustitia, maior erat iustitia pharisaica, beneficio siquidẽ ratiõis humanæ & luminis naturalis, quã Ap̃lus legẽ naturæ vocat, inscripta cordibus nostris, Israelitã sibi proximũ cognouit & habuit. Toranistę Iudęi, Chr̃i doctrinã audire dedignãtur: videamus nos q Christi noĩe cẽsemur, quiq; eius doctrinæ capaces sumus, vt lux non naturæ solũ, sed gratiæ, quod in sacramento baptismatis & confirmationis accepimus, clare luceat: videamus, vt ignis ille acceptus, luculenter ardeat. Attẽdamus hãc parabolã, discamusq; sine respectu sanguinis, status & ordinis, mutuam inter nos beneuolentiã fouere, dicamusq; (monẽte Mose Deut. 33.) patri & matri, Nescio vos. Sed bene faciamus, & demus omi petenti: iuuemus oẽm nr̃o auxilio indigẽtẽ, illumq; p̃ximum vere nobis credamus. Sed si veritatẽ non dissimulauerimus, videmus & naturæ & gratiæ lumen fere nobis oĩbus extinctũ. Qñ eñ vnq̃ à cõdito seculo vsq; in hunc diẽ tantũ fastidiũ magnatibus fuit erga infimates? Et qs plebeiꝰ miserũ & ærũnosum, agnoscit suũ esse proximũ? Adeo à regno cœlorũ longe absumus omes. Qui vere filij sunt regni, non solũ gentiles & cõsortes quoscũq; fidei, sed & naturæ hũanæ cõparẽ oẽm proximũ habẽt, nõ opiniõe, sed re ipsa, hoc est, officijs humanitatis & beneuolentiæ. Suadet hoc ipsa natura. Hoc docuere sapientes mũdi. Notũ est hoc Philosophi 1. Politicorũ: Homo naturaliter est animal politicum & ciuile. Et Stoicorũ recepta ẽ sentẽtia, Hominẽ ad hoĩs vtilitatẽ nasci, & ortus nostri partẽ sibi vendicare patriã, partẽ amicos.

Lumẽ naturę extinctum.

Nihil ergo humani habet tritissima fere vox: Quilibet pro se. Quod si differẽtia inter hoiem & hoiem esset vlla, Samaritanus Iudæo auxilio non venisset: sunt eñ Iudæi & Samaritani insigni inimicitia inter se disiuncti. Quis nesciat ex Ioanne cap. 4. Iudæos Samaritanorũ consortia superstitiosissime vitauisse? Et Samaritanos idololatriæ apud Iudæos semp male audiuisse, videmus 4. Reg. 17. Ezech. 16. Hos. 7. Amos 3. 4. Sed (quod dixi) lumen naturæ plus resplenduit in barbaris, quàm lex literæ in sacerdotibus & Leuitis, atq; adeo toto carnali Israele. Ignorabat archisynagogus legis doctor, quẽ sibi proximũ crederet. Politicis officijs nouit se strenue ĩstitisse, decimas dedisse etiam rerũ minutissimarũ, deniq; ĩ clãgore buccinæ eleemosynã fecisse. Hic gloriabat, hic sese supra cœlos vertice sustulit. Sed vis naturalis luminis cor tanti sanctuli pungere, atq; errati cõmonere non cessauit. Rogauit ergo: Et qs est meus proximus? Sapientia ęterna parabola grauissima ostẽdit, illi oẽm hoĩem esse proximũ, & apud Deũ reum teneri, nisi summo affectu studuerit semp de oĩbus mortalibus benemereri. Sic & Ap̃lus ad Gal. ait: Operemur bonũ cũ erga oẽs, tũ vero erga domesticos fidei. Quod dicit, erga omes: vult nos, si res postulet, etiã exteris, iuxtà ac fidei cõsortibus, adesse. Quod dicit, erga domesticos fidei: vult vt oẽm Christianum, vere germanum nobis credamus. Sic proximus noster, vt Theophylactus dicit, est oĩs homo, nostra ope & auxilio indigus. Oĩs, inquã, homo, omi homini est p̃ximus, etiã diuersæ regiõis & religionis. Fac te esse filiũ Abrahæ, Iudæũ Israelitã, etiã Christianũ. Sed ecce filius Dei factus Samaritanus, id est, oĩm infimus: omes, eius mẽbra sunt, resectamẽta mundi. Chr̃s itẽ, quantũ ad nomẽ, Samaritanus est: q nos etiã tunc, cũ adhuc eius inimici essemꝰ, adeo dilexit, vt pro nobis mori sustineret. Vnde nisi Samaritanos, hoc est, infimos & vilissimos quoscũq;, diligẽter re atq; cõsilio iuueris, ipsum Christum contemptui arcessis, & iniuria afficis, Matth. 25. Accedit huc, q̈ quisq; fidei domesticus, Chr̃o est incorporatus. Ille omnium vnicum caput fidelium, & nos omes in Christo non duo, sed vnum corpus sumus. Dicis Samaritanũ legẽ Mosis professum. Respondeo: Fidem eorũ Ioan. 4. describi. Et Iosephus idem dicit, nempe hoc: Hoĩes fuisse tẽporarios, ad felicẽ parietẽ se semp conuertisse, iudaizasse cum Iudæis in rebus lætis, contrà, cum ethnicis, synagoga infelici, idola coluisse. Valde errant Euangelicastri nostrates illuminati illi, q simulac eleemosynã rogantur, statim mendicos rogitãt: Cuias es? Euãgelicus? Nũ adhuc veteri adhærescis fidei? Similis error eorundẽ, q̈ exempla sanctorũ penitus supprimũt, bonorum operum meriti odio. Non vident Apostolum nobis exempla sanctorũ in suæ personæ typo commendare, Ephe. 5. Philip. 3. Hebræo. 6. Hoc propter enthusiastes quosdam non dicere non potuimus. Faxit Deus, ad sanam mentem tandem redeant. Pigeret eos inanis operę. Meminisse debebant verbi Apostoli, dicentis: Nihil proficient amplius, manifestabitur etiã amentia. Verbum dñi & veritas dñi manet in æternum.

Iudæi & Samaritani maximo inter sese flagrant odio.

VADE, ET FAC SIMILITER. Dicis: qd opus tot verbi præconibus? quid opus crebris istis côcionibus, cum omne salutis negocium e dilectionis opere dependeat, Matth. 22? Respondeo: Non potes satis amare, nec satis eleemosynam facere, sine fidei incremento & accessione assidua. Ignoti nulla cupido. Quomodo credatur sine fide? Opus ergo habes, vt quotidie fides suffulciatur & muniatur: opus habes, vt ipsa charitas subinde exuscitet. Nec item Deum amas, si verbum eius non audis, vt qui auidissime, Ioan. 14. Vt ergo duo charitatis præcepta rite exprimas, fac verbum Dei ardenter subinde audias: quod si satis præstiteris, præstabis item quod verbũ admonet, hoc nimirũ: VADE, ET FAC SIMILITER. Hoc nobis annuat ille, sine quo nihil possumus, Iesus Christus Dei viui filius. Cui cũ patre & spiritu sancto sit laus & gloria per omnia seculorum secula. Amen.

Charitatis ignis subinde excitandus.

DOMINICA POST TRINITATIS decimaquarta, Euangelium Lucæ XVII.



Actum est, dum iret in Hierusalem, transibat per mediam Samariam & Galilæam. Et cum ingrederetur quoddam castellum, occurrerunt ei decem viri leprosi: qui steterunt à longe, & leuauerunt vocem, dicentes: Iesu præceptor, miserere nostri. Quos vt vidit, dixit: Ite, ostendite vos sacerdotibus. Et factum est, dum irent, mundati sunt. Vnus autem ex illis, vt vidit quia mundatus est, regressus est, cum magna voce magnificans Deum, & cecidit in faciem ante pedes eius, gratias agens. Et hic erat Samaritanus. Respondens autem Iesus, dixit: Nonne decem mundati sunt? & nouem vbi sunt? Non est inuentus qui rediret, & daret gloriam Deo, nisi hic alienigena. Et ait illi: Surge, vade, quia fides tua te saluum fecit.

PROLOGIVM.



Manuelem Esaiæ 7.8. in terris suam virtutẽ ostendisse, terræq́ꝫ suæ latitudinẽ sua gloria impleuisse, hęc pręsens lectio nobis luculenter declarat. Baruch 3. cap. ait, Deũ in terris visum, & cũ hoĩbus esse côuersatum, prophetica phrasi præteritũ pro futuro accipiẽs, certitudinẽ rei exprimẽdo. Non vanus propheta. Certum oraculũ. Misericors & miserator dñs oĩa quæcũqꝫ voluit, in cœlo & in terra fecit. Iesus Nazarenus in cõfinio Iudææ & Samariæ, decẽ leprosos vnà sanat, verbo, imperio, & nutu. Sanat tam exteros q̃ cõtribules, quia dñs vniuersę terræ, quia dñs oĩm. Historiã sacrã, tãta nostræ salutis arcana nobis ostendentẽ, audiamus.

Iesus omnium gentium Iesus.

Factum est, dum iret in Hierusalem, transibat per mediã Samariam & Galilæam.

Miraculũ p̃sens quoqꝫ in vltima ꝑfectiõe, quã Iesus sub suã sanctã passionẽ, in suã ciuitatẽ habuit, factũ est: vnde & cõmendatius nobis esse debet. Hierusalẽ ciuitas erat multis noĩbus & miris modis per ęternũ verbũ exaltata: adeo, vt nõ immerito inter miracula vniuersi orbis recenseretur. Hanc vero Chr̃o, vnde splendorẽ eum accepit, gratiã rependit, vt instar latronis ligno suspenderet atqꝫ occideret. Hierusalẽ, tu eras locus, vbi sanguis agnelli innocentis effundi debuit, tua ipsius voluntate tibi in æternã infamiæ notã. Benedictus Deus, q illoꝝ sacrilegium vertit nobis in salutare sacramẽtum. Hoc Chr̃us præsignans, ante suã sacrosanctam passionẽ, sine discretione vnà cũ Israelitis etiã medebat Samaritano. Et euangelista dicit, Dñm Samariã iuxtà atqꝫ Galilęam peragrasse, nẽpe præmissa ratiõe, vt se pro oĩbus morituꝝ ostenderet. Samariã dicunt Galilęa fuisse minorẽ. Et secundũ Iosephũ, in medio Iudææ & Galilææ erat sita. Aliqt añ verbi ĩcarnationẽ secula, fuit illa ꝓuincia idololatris regib⁹ Israel celebratior, postea vero deuastata per Assyrios, cũ decẽ tribus Israel oẽs vnà per regẽ Salmanasar depopularẽtur. Ex illo tẽpore Samaria ab Assyrioꝝ colonis cũ reliquijs idololatraꝝ Israelitaꝝ, q in ea regione forte fortuna ꝑmanserant, est possessa, & Assyrijs facta tributaria, vtpote q̃ gladio sit ab illis subacta. Samaria ꝓprie dicta à mõte Somer, ex quo etiã extat dictio Simron. Huius cultores ꝑmisti ex Assyrijs & Israelitis idololatris, vicinitate Ga-

Hierusalem mirũ in modũ exaltata.

Iesus oĩm gentium Iesus.

Samaria & Samaritani q.

Samaria vnde dicta.

Galilææ & Iudeæ allecti,iudaizabant,partim ethnicorum cõsuetudinẽ obseruabãt. Inde natus est mos,quo Iudæi eos q̃s execrade dignos putarẽt,Samaritanos appellatione dignos putarẽt,Samaritanos appellarẽt. Vide Hieronymũ ad Algasiã quæst. 5. Dositheus primo psuasit Samaritanis,resurrectionẽ mortuorum nullã esse.Eodẽ item auspice in mõte Garizim peculiare sibi templũ cõstruxerunt. Vnũ tamẽ cũ Iudæis profitebantur, Messiamq; vẽturum credebãt, Ioan.4. In quẽ locum, vide quæ scripserit Chrysostomus.Metropolis Samariæ,vocabat & ipsa Samaria.Ciuitas ea tandẽ ab Herode appellata est Sebaste ,id est,Augusta, in gratiã Cæsaris Augusti. Ea ipsa ab aplis ad Chrm est cõuersa.Nouissime oĩm à Saracenis funditus est euersa, inq; hortũ atq; puluinũ,hoc est,olerinũ agrũ,redacta.Quo casu admonerent qcũq; clarissimarum regionũ & ciuitatũ magistrat⁹,ne munitionibus & ppugnaculis alijs atq; alijs se dedãt ædificãdis. Tertullian⁹lib.cõtra Iudęos,hui⁹ciuitatis meminit: dicẽs,ppetuũ huius loci opprobriũ durare,q sub rege Hieroboã à veri Dei cultu defecerit.Hæc recẽsui,vt loca euãgelica Mat.10.Lu.10.Ioã.4.8.vbi huius terræ fit mentio,plenius intelligat rudior quicũq; lector.De Galilęa alibi(q̃d eqdem memini)satis est dictũ. Regio istæc magni est noĩs,vtpote q̃ patria terra est nostri seruatoris. Ethnici olim hoc nomen Galilææ, Chrianis quasi calũniosum obiectabãt.Sed Galilæi nostri virtus præualuit oĩbus eorum idolis. Et Iulian⁹apostata eiusdẽ potẽtiã est satis exptus. Vicit siqdẽ leo de tribu Iuda, Chrs benedictus in secula.Amen. Sequit:

Samariæ metropolis vocabatur Samaria, postea Sebaste dicta.

Et cũ ingrederet̃ in quoddã castellum,occurrerũt ei decẽ viri leprosi.

Oppidulũ hoc,Samariæ magis,an Galilææ fuerit,incertũ est. Coniectura vero colligit̃,fuisse Galilęæ. Numerus siqdem leprosorum maior,magnũ cõiecturæ argumentum parit. Accedit Chri præceptũ, leprosos oẽs ad sacerdotes mittẽtis. Occurrerunt miseri Chro, vt antea q̃ vrbẽ ingrederet̃, eius gratiã implorarẽt, scientes leprosis ingressum vrbis non patere. Lex siquidẽ Mosis contagiosum illũ morbũ ab hoĩm cõsortijs arcet, Nume.5. Ecclesia quoq; eius morbi contagiũ vitari nõ prohibet: tali nimirũ infectos morbo, hieracomeis extra oppida & pagos ędificatis recludi pmittẽs. Neutiq̃ vero vult,vt charitatis mutuæ illis officia denegent̃,cõtra illud Esa.58. Carnẽ tuã ne despexeris. Nã & sancti qcũq; primitiuę ecclesię, vsq; ad S.Frãciscũ, Elisabethẽ & alios eius ætatis,præcipua cura leprosis inseruierunt. Videamus, ne nos iudaizando, misericordiæ operũ obliuione capiamur. Nõ seruos Mosis & legis nos facimus,contagiosum morbũ vitãdo:sed à lege liberi,Gal.5. politici,ea quæ reipub.profutura credimus,pro uidemus. Sic etiã puerperis tẽpus illarum curæ præstitutũ,(Leuit.12.)pmittimus, non legis Mosaicæ timore,Deuter.27. sed honestatis amore. Quod si Solon, Lycurgus, Minos, Draco,Rhadamãthus, Mercurius,Romulus,Pythagoras,aut quispiã alius,decentius aliqd hac in re cõstituisset, idipsum obseruaremus. Nũc cũ Moses Deo plenus,honestissimã eam vitæ rationẽ suis pscripsit,eam & nos vltro amplectimur. Nõ ergo iudaizamus morbida vitãtes,sed neq; Chrianismo satis respõdemus,viscera miserationũ exuentes. Sed ad institutũ. Gonorici hi decem, miseri plane extitere hoĩes,ratiõe morbi,q̃ vere abominabilis est,quippe q̃ existat incurabilis. Plenius eius morbi curã promittit, sed superstitiosulus hac in re adparet. Naaman Syrorum ditissimus, 4.Reg.5. nulla medicina,sed sola diuina potẽtia à mẽtagrę purulentia curari poterat. Nec itẽ Azarias & Ozias reges lichenis medelã auro & argento redimere poterãt, 4.Reg.15. 2.Para.26. Medicæ artis pfessor pcipuus Galenus,elephãtiasin definit,dicẽs esse vitiũ cutis subalbidũ & asperius,cũ pruritu & squamis. Horatius vocat malã scabiẽ. Sed qualiscũq; sit morbus,certũ est esse incurabilẽ. Chro Iesu saluatori mundi,eius reseruata est medicatio,q̃ & spũalem solus curat lichenem hæresios. De qua infrà.

Qui steterunt à longe, & leuauerunt vocem,dicentes:Iesu pręceptor, miserere nostri.

Publicanus q̃q; stetit eminus,agnitione suæ indignitatis,infrà 18. Petrus seqbat̃ eminus carnali infirmitate remorãte,Matt.26. Marc.14. Luc.22. Itidẽ procul stabãt amici tristes & exanimati,Mat.27. Luc.23. Illud erat virtutis & meriti, hoc infirmitatis & corrigibile. Leprosi hi steterũt pcul politice. Nouerãt se lege à cõsuetudine hoĩm arceri,seq; toti mũdo esse abominabiles. Sed filio & salutari Dei, eorum accessus neq; inhibitus erat,neq; periculosus: vnde & benedictis suis manibus elephantiã cõtingere nõ dubitauit Matt.8. dñm se legis & seruatorẽ se mũdi declarãs. Legis itẽ finẽ, & euãgelij exordiũ,quod nullos quoscũq; cõtagiosos morbos auersat̃, præ foribus esse designãs. Sublata voce, acclamitant dño. Exultationem vocis huius,magis de affectu,quàm de clara aeris verberatione,intelligendũ. Notum est,mentagricos rauca esse voce. Acutiore voce clamauit mulier ea, de qua supra capit.11. Cæterum etiam vocem,quantum poterant, vnà cum affectu eleuauerũt

Leprã lex vitare mãdat, legẽ eã Chriana charitas non adeo curat.

Dixe-

Dixerunt aũt hac sublata voce: Iesu præceptor, miserere nostri. Battologi non sunt, adeo succincta oratiōe vtuntur, sed tamen nō imperfecta. Sed qs submonuit, vt breui & fideli oratione dño supplicarent? Idem spũs, qui & nos ad istiusmodi orationē cohortatur Mat. 6. 12. Luc. 20. Et cōpendiosa est oratio, quã nobis præceptor noster tradidit Mat. 6. Luc. 11. Tali exorant hic leprosi, tali exauditur cæcus Luc. 18. mulier Cananæa Mat. 15. Quod induco propter battologos superstitiosulos, q instar ethnicorũ Mat. 6. putant se multitudine verborũ suorum exorabiles esse Deo. Prolixę preces sic sunt vanæ, qa superstitiosæ: sunt & execrabiles Deo, si fiunt propter quæstum, q pietas non est. Et saluator huiusmodi lingulacis blateronibus cōminatur væ, nedum nō pbat. Deniq; (teste Hieronymo, cuius verba celebrantur de conf. dist. 5. Non mediocris) vanæ & ociosæ sunt prolixæ precationes, quę maiori bono pręferũtur. Cæterum oportet nos semper orare, etiam improbe, admonente Chr̃i doctrina & exemplo, Lucæ 18. Mat. 14. Luc. 6. 22. Dauid quoq;, Esaias, Hieremias, Ionas, Abacuc & alij prophetæ, orationes suas prolongasse legũtur. Dauid quoq; psaltas constituit, sed suo loco, cuius rei Ap̃lus nobis modũ fixit, 1. Cor. 14. Secunda, propter copiã verborũ nemo exauditur, si cor laboret inopia fidei & charitatis. Pseudochristianis succrescit oratio in ore: synceris, in corde. Leprosi Iesum vocant præceptorē, quod vere magna est titu li Iesu adiectio, Maius est esse præceptorē, quàm magistrũ. Præceptorē vocarunt etiã Ap̃li Chr̃m. Luc. 5. 8. 9. 21. Sequitur: Miserere nobis, Hannenu, Græce ελέησον ἡμᾶς. De oratiōe hac audistis alibi. Potero meo iure idem, q̃d dictũ est, repetere: qm̃ iuxta prouerbiũ, Semel & bis q̃d pulchrũ est. Et exemplũ nobis Ap̃li est in prōptu. Sed malo inuidentiæ maleuolorũ, & infirmitati cedere imperitorũ. Verbũ Miserere, certe petitionē importat, vt oratio suã proprietatē habeat. In hoc verbo, eorũ votũ etiam satis exprimit. Quid vis, dicit dñs ad cæcũ? Qui statim r̃ndit: Dñe, vt videam. Nihil itaq; volũt elephãtiaci, nisi vt à mala curent scabie. Misericordiã precãtur, misericordiã consequunt. Vide orationē fidei, q̃d Iacobus docet, salutē etiam corporis adipisci. Sine fide item vides impossibile esse vt Deo placeas. Fidelis sua merita nō iactat, sed Dei misericordiam exaltat, atq; de ea vnice exultat. Gratis acceptũ, gratis dispēsandũ. Gratis fidelibus bene operãtibus cœlũ cōfert, Ioan. 15. Rom. 2. Ephe. 2. Opera nostra, quasi ex nobis, nō debēt æstimari, & æterna beatitudine digna censeri, tanq̃ illis gloriã cœlestē mercede digna mercemur. Respicit Deus bona opera propter verbũ suum, respicit & ea propter sp̃m sanctũ suũ, per quē facta sunt, & quodãmodo instar preciosissimi vnguenti delibuta: deniq; & bene facta respicit, ex merito passiōis vnigeniti sui, cuius precioso sanguine velut imbuta, regale aliqd præ se ferunt. De qua re aliàs. Sic prædicãda regalis fides & fiducia leprosorũ. Verũ in cōmendatiōe fidei eorũ, nō admodũ effusi & liberi esse volumus, vt statim vbi culpandi nobis veniunt, eos etiam pro ipsorum culpa repræhendere possimus.

Oratio breuis leprosorũ.

Orationes prolixæ vanæ.

Oratio fidei exorabilis.

Opera bona nostra nō meritoria.

Quos vt vidit, dixit: Ite, ostendite vos sacerdotibus.

Laconico more hic plane loqtur, sed amplissima miseratiōe. Mat. 8. ait: Volo. Mundare, &c. Et hic vult. Nisi em̃ velit, actũ esset de spe infirmorũ. Mundare, & hic intelligendũ. Per hoc em̃ præceptũ expurgatur immũdities lichenis. Illic dicit, & offer munus tuũ: idem & hic intelligi oportet. Nam quod ad sacerdotes mittit, oblatiōis legē illis præscribit: Ostēdere hoc, legale erat. per hoc declarat, se nō venisse soluere legē, sed pficere & adimplere. De lege hac vide Leuit. 13. 14. Sacerdotibus Leuitici generis creditũ erat iudiciũ lepræ. Nō temere fratrem tanq̃ incurabili scabie infectũ (nisi manifestissima esset, qualis fuit Ozię) eiecerunt. Bis em̃ hoīem fœditate aliqua scabiei laborantem pbe pspexerũt. Neq; hoc pfunctorie, adhibitis cuiq; pspectioni diebus quatuordecim. Qua re admonemur, ne simus pcipites ad alios condēnandũ. Post hoc iudiciũ lepræ & lepræ, si quē ab incurabili illa mentagra mundũ inuenissent, dicto die, hoīem ad sacerdotē redire oportebat. Sacerdos em̃ extra castra seducēs, cutē & vestigia scabiei cōsiderãs, an vere curata esset nec ne, indicabat. Dein si vere curatũ inuenisset, mundatũ duos passeres viuos pro se, quos vesci licitũ erat, & lignũ cedrinũ, vermiculumq; & hysopum adferre iussit. Alterũ passerũ immolabat in vase fictili sup aquã viuentē, alium aũt viuũ cum ligno cedrino & cocco & hysopo, tinxit in sanguine passeris immolati, quo & hoīem adspersit septies, & passerem eum auolitare viuũ permisit. Lauabaturq; mundãdus, domũq; mittebatur. Postremo post octo dies reuocabatur, vt duos agnos immaculatos & ouem anniculã absq; macula, & tres decimas similę in sacrificiũ, quę conspersa sit oleo, & seorsum olei sextarium, secũ ferret. Reliqua sacerdos videat Leuit. 14. Huc dñs in præsentiarũ respicit, dicens: Ite, ostendite vos sacerdotibus. Q. d. curati estis nutu meo, mundati estis gratia mea. Iudicent vos nunc sacerdotes, & vos alios

Lex leprosorum.

alios inuenient: atq; admirabundi in templum, vnde vos paulo ante abegerunt, recipient, idq; solennitate multa, idq; in gloriã digiti Dei, cui soli medela incurabiliũ morborũ est reseruata. Ite ergo, sed videte, legẽ rite perficiatis, ne Deũ sua gloria defraudetis. De hac re consule Augustinum lib.3. super Leuit. Item Tertullianum quarto contra Marcionem. Sequitur:

Et factum est, dum irent, mundati sunt.

Quod opus facis, aiũt, vt tibi credamus? Sed quod opus tandẽ cupitis? Nullũ certũ præterea desiderare potestis. Illã petrã cœlestiũ virtutũ reiecerunt, Psal.117. Attende virtutem Dei. Archiatros atq; empericus verus Soter ille omnipotens, non dicit hic: Recipe aurũ, tartarũ, lachrymas vitiũ. Non dicit: Recipe tot grana, tot drachmas, tot vncias: non dicit, Misceatur, coquatur, &c. Iubet saltem ire. Sed neq; in Iordanẽ & piscinam Siloe, quanquã hæ aquę mysterio sacramentorũ ecclesiæ consentiant, ire iubet: sed se sacerdoti sistere, hoc est, suam sanitatem sacerdotũ iudicio exhibere. Parẽt pręceptori leprosi: & ecce obedientes, statim se mundos animaduertunt. O felicẽ fidem & fidei orationẽ. O felicẽ obedientiã, & obedientiæ executionẽ. Credunt, obtẽperant, atq; eunt. Credendo, obtẽperando atq; eundo, nitescunt, & verã corporis salubritatem recipiunt. Obserua Christi verba, præclarũ humilitatis instar præ se ferentia. Ite, inqt, ostendite vos sacerdotibus. Quare non dicit, Ite, sani estis, mũdi estis, tersi estis? Vult vt alij hoc dicant. Sapiẽtia dicit: Laudet te alius, non os tuũ. Opus cõmendet artificẽ. Eia quæ & quanta magnalia ex hoc facto sequuntur. Mirari sacerdotes, gaudere parentes, vxores & liberi, congratulari vicini & familia, obstupescere oẽs Iudæa. Vides manus Iesu Nazareni non esse abbreuiatas, vt saluare nequeat. Vide Mariæ filium supra modum benignum, vtpote qui semper plus dat quàm efflagitatur.

Obedire est salutare.

Vnus autem ex illis, vt vidit quia mundatus est, regressus est, cum magna voce magnificans Deum, & cecidit in faciem ante pedes eius, gratias agens. Et hic erat Samaritanus.

Decem, quam implorauerunt misericordiam, vnà sunt consequuti. Vnus omniũ vere gratus est inuentus. Adeo lata est via ad perditionẽ, & ad salutẽ arcta. Non solum sacerdotis iudicio puri prædicantur, sed & ipsi se mundos sentiunt. Cessat pruritus, exiccatur fluor, decidũt squamę, cessat fœtor, rauis, raucedine adempta, vocẽ sonoram & halitũ suauem reddit: cutis vitali atq; salubri colore renitet, cor atq; spiritus vitale leuamen sentiunt. Contra tot argumenta ne volens quidẽ oggannire poterit sacrificulorũ inuidentia. Nec potest superciliũ non stratiũ ligare, quod Deus soluit: & immundum arcessere, quod Deus detersit. Alienigena sentiens se mundatũ, euestigio in gratiarũ actionẽ quadruplicẽ adigitur. Primo, Socij sui lætitia gestientes, amicorũ lætantium & congratulantiũ iucunditate, & hoc genus nugis detenti, ad Christũ non studuerunt reuerti: ipse vero neq; parẽtes, neq; amicos, quibus suam felicitatem ostentet, quærebat, immo pręsentes respuebat, ad autorem salutis respiciẽs. Cor tẽporalẽ beatitudinẽ, oĩs beatitudinis autori non prætulit. In illũ leprosus vere exarsit, ad illũ amore flagrans ilico reuertit, saluatorẽ suũ adoraturus. Secundo, Inter eundũ, diuinã erga se clementiam clàm non habẽs, voce magna oĩa psonat, aliquid iuxta psalmos 33.102. corde psallẽs. Tertio, vbi ad Iesum rediisset, pstratus in faciẽ suã, accidit ad pedes Iesu, ipsum verũ Deũ & hoĩem, sotera mũdi, verũ Messiã designãs. Cuius loci etiã alia exempla habemus Luc.5.8. Ioan.9.&c. Quarto, Gratias agit de tanto munere, q̃ etiã ipsam Samariã, immo & totũ mũdũ posthabuit. Gratias agit, quia scit, sotera illum bonorũ huius mundi non indigere, sed cor contritũ & humiliatũ non despicere. Non tam verbis, quàm lachrymis cordis, gratias agit: qa non corpore solũ, verum etiam animi syncero affectu venit. Hic Samaritanus fuit, in quo Iudęorũ cõfundit pꝰersitas. Veniũt corpore, veniunt & ore Deũ laudantes, corde eorũ alibi deerrante, & longe à Deo existẽte. Crepant Dei cultũ verbis, sed non præstant eũ factis, nisi mendacibus & vanis. Samaritani Iudæis tanq̃ ethnici habebantur: sed illi magis, q̃ hi, Dei timẽtes toties offenduntur. Vnde ait dñs: Publicani & peccatores præcedẽt vos in regnũ cœlorũ. Similia vides de Samaritanis suprà 10. & Ioannis 4. Vere personarũ respectus nõ est apud Deũ. Ringant nouũ pharisæum genus euangelistæ nostrates. Papistæ, quos illi Samaritanos dãnant, Deo obedientes, in ecclesiæ disciplina Deo seruientes, vere Deo adproximant, dũ ipsi cũ sua mentita fide emanẽt, atq; se elongant ab ipso. In veritate em cõperimus, oẽm in recta fide Deũ timentem, & (iuxta sententiã S. Petri Acto.10.) in obedientia iustitiã operantẽ, acceptũ esse Deo.

Respondẽs autem Iesus, dixit: Nõne decem mundati sunt? & nouẽ vbi sunt? Non est inuentus qui rediret, & da

& daret gloriam Deo,nisi hic alie-nigena. Et ait illi:Surge, vade,quia fides tua te saluum fecit.

Vere ex dolente corde verba hæc mise rabilia profecta videmus. Quem non moueat vox illa, de vulgi ingratitudine conquerentis? Iam vides quid lateat in homine. Talem in hominem dictũ est, Pœnitet me fecisse hominẽ, Gene.6. Quis tantã impietatẽ credidisset latuisse in populo Dei? Nullus ex Israelitis reuertitur: idem ingratitudinis antiquæ tenor, adhuc superbissimorũ corda occupat. Similem gratiã retulerunt Deo pro tot in se beneficijs Iudæi ex Aegypto liberati, & in libertatẽ asserti, Iudic. per totũ. Hi nouẽ, leprosi adhuc existentes, leuauerunt vocẽ suã, clamitãtes: Iesu præceptor, &c. Sanati iam silent, q̃ pisces mutiusculi. Quadrat in eos prouerbiũ: Simul & misertũ est, & interijt gratia. Moses super ingratitudine Israelis cõqueritur, Deutero.32. dicens: Generatio praua & exaspe rans, hæccine reddis dño popule stulte & insipiens? Et psal.34. Retribuebãt mihi mala pro bonis. Ecclesia ingratitudinem eam in diei parasceues cantionibus lamentabiliter peragit. Digni leprosi hi, qui alia grauiori lepra percuterẽtur. Sed interior mentagra, quæ corda eorũ fœdauit, in inferno suum hierocomeon habet paratum. Et sane dura est vox illa: Vbi sunt nouem alij? Obserua emphasim. O custos Israel bone Iesu, si tu eos nescis, si tu eos ignoras, quis sciat? O durũ verbũ, nescio vos. Hæc vox habet expressionem reiectionis totius populi Israel. Et reuera ter maxima est pœna, Iesum Nazarenum talem exprobrationem in aliquẽ dicere. Nam & apud ethnicos potissimum vlciscendi genus fuit, ingratis meritũ obijcere, iuxta illud:

Iudæorũ ingratitudo.

Est aliqua, ingrato meritum exprobrare, voluptas:
Hac fruar, hæc de te gaudia sola feram.

Ingratitudinis vltio, exprobrauo bñficij.

Sed quantum de nouem ingratis Christus indoluit, tantũ de vno grato gauisum esse credimus. Dicit illi: Surge. Fastidiosa deprimit, humilia exaltans. Vade. Perge ea tua fide sic operari. Insta operi. Ardeat affectus, vt plura quotidie maiora accipias charismata. Caue sis, ociose desideas: sed vade, fides tua te saluauit. Sanus factus es: vide ne iterum pecces, ne quid tibi deterius contingat. Mundus es, amplius munderis. Nouem illi tale fidei encomium nõ meruerunt, quia ad opus fidei non peruenerunt. Immo contrà meruere, vt ab illis auferretur id, quod habuerunt, anima puta vitalis. Ingrati em̃ spes (Sapiẽ.16.) tanquã hyemalis glacies tabescet, & disperiet tanquã aqua superuacua. Verũ est & hoc Bernardi: Gratiarum cessat discursus, vbi non fuerit recursus. Tertullianus 4. lib. cõtra Marcionẽ, Samaritanum dicit rediisse, quia intellexit, verã Deo omnipotenti oblationẽ, gratiarum puta actionem, apud verũ templum, & apud verũ pontificem eius Christum, facere se debere. Idem ibidem ait: Samaritas ex fide iustificandos sine legis ordine. Caue intelligas Iouinianistice, quasi ad solã fidem, & non ad bona opera concedatur nobis Dei gratia. Accepimus (ait Ambrosius) sine merito, quo tendamus ad meritũ. Declarat se Tertullianus ipsum: nempe hoc dictũ de cæremonijs Leuit.13. & 14. Sequitur allegoria.

Ingrati spes cadu ca.

Grã Dei nõ datur ad solam fidem.

Allegorice Theophylactus decẽ lepro sos dicit significare totũ genus humanum, mentagra peccati infectum, atq; extra regnum cœlorũ constitutũ, procul à Deo stare. Iudæi ingrati fuerunt, & nõ reuersi à via vanitatis suæ, vt darent illi gloriã, qui eos saluos fecerat. Cyrillus elephãtiam etiam peccatum significare dicit. Et vt aliqua lepra incurabilis est, sic & quoddã irremissibile est crimen. Super Leuit. Porro Augustinus q̃st. euang.2. cap.40. dicit. leprosos significare eos qui agnitionem veræ fidei non habent, sed varijs opinionibus exoticis vexantur. Idem dicit, dogmatistas clamosas opiniones suas passim veritatis loco omnibus venditare. Item idem dicit: Nullã opinionem adeo esse erroneam, quæ non aliquid veritatis sibi admistum habeat. Homines tali multicolori lepra laborãtes, dicit fugiendos, q̧ sermo eorũ serpat instar carcinomatis. Deuitationem eã hæreticorũ, dicit esse procul stare, & ad dominum clara voce clamare. Gregorius adstipulatur Augustino, & dicit: Hæretici habent hoc proprium, vt bonis mala permisceant. Irenæus quoq; lib.5. dicit: Mendacium abscondẽs (puta satanas) per scripturam, quod faciunt omnes hæretici. Hæc allegoria communissima est: eam igitur potissimũ tenebimus. Conuenticula hæreticorũ, vere sunt fœda & tabifica leprodochia. Nulla hæreticis ratio cũ ecclesia. Hæreticorũ sacramenta contagiosa, symbolũ nimirum confœderationis contra ecclesiã. Stare longe, est se humiliare. Alte clamare, est exomologesin expresse facere. Ostendere se sacerdotibus, est se traduci sensui conformare, λογισμὸν κοινὸν, id est, sensum cõmunem afferere. Sacrificare, est errores conceptos exuere, propriũ sensum mortificare & Deo mactare. Redire, & Christum laudare, est cũ ecclesia eucharistiã & synaxin celebrare. Augustinus hoc dicit esse professio-

Allegoria decem leprosorũ.

Hæresis lepra.

Hæreticorũ conuẽticula, leprodochia sunt.

fessionis collationem. Ipsa collatio, inquit, vnã doctrinæ speciẽ, exclusa omni varietate, monstret. Omnia, inquit, secundũ fidei catholicæ regulã. Corollariũ primũ, Cognosce teipsum: Secundũ, Conuertere ad dominũ: Tertiũ, Ora veniã: Quartũ, Synaxin rite celebra, quod tum primũ facies, si secundũ veteres canones cũ ecclesia in gratiam redieris, recantatis erroribus. Adhæret & depẽdet à synaxi ea eucharistia, quæ non fit in synagoga pharisæoꝝ pseudocatholicoꝝ, neq; in conuenticulis hæreticorum, sed in ecclesia magna vere syncerorũ Christi cultoꝝ. Ad gratiaꝝ actionẽ Apostolus nos sedulo hortatur. Δοξάζων nõ de verbis saltẽ intelligas, sed de nouitate vitæ cũ actibus suis. Bernardus super Cant. ser. 12. monet vt beneficioꝝ Dei semper memores, sine intermissione illi gratias agamus, ne & in nos dicatur id psal. 77. Non sunt recordati manus eius, die qua redemit eos de manu tribulantis. Væ contemnenti doxasticon tale cultus Dei. Hodie vulgus euãgelicoꝝ succlamitat: Redemptus sum, redemptus sum, atq; eos qui opus gratiaꝝ actionis auspicant, eos qui nouã vitã factis exordiendam arbitrantur, aut anabaptas, aut papistas suggillãt. Sese plurimũ iactãt de accessione & numero. Tota Germania, dicunt, nobis fere subscribens, in nostra iurat verba. Tot principes, tot municipia nostrũ euangelion recipiunt: vulgus vniuersum nostrã doctrinã ꝓbat, fama sup æthera noti sumus. Sed nõ considerãt Samaritanũ habere sodalitiũ immensum, Apo. 7. Non vidẽt vnũ vere beatũ, ꝓstare omnibus reprobis. Non refert si euangelici, Christi operosos cultores barbaros, id est, alienigenas vocitent, se vero verã ecclesiam iactitent. Nõ qui seipsum cõmendat, probatus est. Sed quando tandẽ cessabit illa æmulatio? Alij fructu fidei, hoc est, fide per dilectionẽ operante iustitiã quærunt. Alij sola fide gloriantur, vulgoq; placẽtia ꝓdicant, prurientibus auribus parasitando. Hi grati vulgo, quia blandi. Hinc tantæ nascunt tragœdiæ. Hinc monachi & sanctimoniales exibilant, explodunt, & cõdemnantur, ecclesiæ bona diripiuntur, sacerdotiũ inuaditur, omnis disciplina ecclesiæ, tanq̃ præsens pernicies, vitatur. Hic regnũ Dei, huc curritur, hic Io Io cantat. Allogenes ad regnũ cœlorũ pertinere negat, solus esse putatur. Sed qui sapit, dicet cum Gedeone: Anochi vbethi Vaabod eth Jehoua, hoc est, Ego & domus mea seruiemus dño. Sanctus Cyprianus epistola ad Pomponiũ lib. 2. idẽ dicit, citans Apostolũ: Si hoĩbus placeo, iã seruus Chr̄i nõ existo. Dñs Iesus & clemẽter dans, & vehemẽter ingratis data bona exprobrãs, det nobis veræ gratitudinis donũ, ad suã solius gloriam, quæ illi cũ patre & spiritu sancto par est per omnia secula. Amen.

DOMINICA XV. POST TRINITATIS, Euangelium Matth. VI.



NEmo potest duobus dominis seruire. Aut em̃ vnum odio habebit, & alterũ diliget: aut vnũ sustinebit, & alterũ cõtemnet. Nõ potestis Deo seruire & mammonæ. Ideo dico vobis, ne solliciti sitis animæ vestræ, quid manducetis: neq; corpori vestro, quid induamini. Nonne anima plus est q̃ esca? & corpus plus q̃ vestimentũ? Respicite volatilia cœli, q̃ nõ serũt, neq; metunt, neq; congregãt in horrea: & pater vester cœlestis pascit illa. Nonne vos magis pluris estis illis? Quis autẽ vestrum cogitãs, potest adijcere ad staturã suã cubitum vnum? Et de vestimentis quid soliciti estis? Considerate lilia agri quomodo crescunt. Non laborant, neq; nent. Dico autẽ vobis, quoniã nec Salomon in omni gloria sua coopertus est sicut vnũ ex istis. Si em̃ fœnũ agri quod hodie est, & cras in clibanum mittitur, Deus sic vestit, quanto magis vos modicæ fidei? Nolite ergo soliciti esse, dicentes: Quid manducabimus, aut quid bibemus, aut quo operiemur? Hæc enim om̃ia gentes inquirunt. Scit em̃ pater vester quia his om̃ibus indigetis. Quærite ergo primum regnum Dei & iustitiam eius, & hæc omnia adijcientur vobis.

PRO-

PROOEMIVM.



LEctio pſens ex Ionga,& ea prima concione,quã in Palæſtinæ monte dominus fecit, deſumpta eſt:lectionẽ eam non ſufficit audire,ſed & cuſtodire eam nos oportet,vt ſaluemur.Dicis,nõ poſſum hoc pręſtare.Verũ hoc eſt,ſine Chriſto,per quem omnia poſſumus. Cæterũ cum non poſſumus,non volumus,noſtra culpa à diabolo retenti.Ad omnia quæ vana & pernicioſa ſunt,paratiſſimi ſumus omnes:hoc poſſumus, quia volumus,à noſtra prauitate & diaboli inſtigationibus illecti.Tria præcipue in præſenti lectione nobis proponuntur.Primum,Ne hoſti cui renunciauimus, porro ſeruiamus.Hoſtis eſt diabolus,mundus,aurũ,venter. Secundũ,Ne de temporalibus ſoliciti ſimus. Tertiũ,Vt ſpiritualia anxie inquiramus.Tria ſana præcipue ſalutaria præcepta, religionis noſtræ ſummã complectẽtia.Huius loci in monumentis beati Bernardi elegans extat paronomaſia,nempe talis:Oportere nos à ſpũ ſancto non ſolum moneri,ſed & moueri.Lectionem audiamus.

nescimus, quia nõ volumus,bonũ facere.

Nemo poteſt duobus dominis ſeruire. Aut em̃ vnũ odio habebit, & alterum diliget:aut vnum ſuſtinebit, & alterum contemnet.

EXEGESIS.

Exordiũ præſentis lectionis,eſt paraſceue eorũ quæ ſequuntur. Ad perſuaſionem eam,tali exordio opus fuit.Eſt em̃ perſuaſio & ardua & ſalutaris.Cæterũ & res ipſa, quæ nobis exempli gratia hic exhibetur,ſe reuera ſic habet:Domini non poſſunt eſſe ſine ſeruis,neq; ſerui ſine dominis. Hic nihil erratur,modo domini,more Saracenorum,ſeruitute non abutantur:& ſerui, more infidelium,dominis inſynceriter nõ inſeruiant.Dominorũ noſtratiũ bona pars, Agarenis crudelior eſt.Paulus rectam dominandi formam præſcripſit Ephe.2.Coloſſ.3.Et Cicero in Offi. idem docet:adeo euangelion etiam rationi eſt conſentaneũ. Apoſtolus item vult,ſeruos ex animo ſeruire.Iuxta eam regulam neq; turpe eſt ſeruire,neq; damnabile dominari.Nunquam vero auditũ eſt,ſyncerũ ſeruulum duobus heris obſequutum rite fuiſſe.Inhoneſtum eſt,vtroq; pede claudicare,& vtroq; baiulare ſcapilio. Receptũ quidẽ eſt hoc hodie:ſed parũ gratiæ illa ars meretur.Quis enim ferat turpes hermaphroditos & androgynos eos? Væ qui Deo & mundo,Eccleſiæ & conciliabulis,Veritati & mendacio vnà ſeruire conantur. Sequitur:

Euãgeliũ ratiõi eſt conſentaneum.

Nõ poteſtis Deo ſeruire & mammonæ.

Iam audit veſtra charitas,quorſum dominus ὁμοίωσιν, id eſt,ſimilitudinem duorum dominorum dixerit. Nulla conuentio Dei & fœdi idoli.Vtriq; nemo ſeruire poteſt.Seruire Deo,res multi eſt negocij: nam ſi vnus homo eſſet omnis homo, etiã omnis angelus,non tamen ſatis Deo ſeruire poſſit.Non commodamus illi,vtcunq; ſyncere famulemur.Deum ergo qui colere intendit,aut ſolum colat,aut à cultu eius plane ſuperſedeat.Minus offendis non colendo,quàm ſuperſtitioſe colendo.Deo ſeruitur ſpiritu & veritate,corde,animo,mẽte & omnibus viribus:internis, externis: in innocentia,in pietate,in timore & opere bono,quod ſecundum ſpiritum & corpus perficitur.De qua re in peroratione fuſius.

Deo ſoli ſeruiẽdũ.

Quid mammona ſit,aliàs audiſtis.Hic ſane accipitur pro ſacro habendi ardore. Auaritia ſacra dicitur per antiphraſin:& ardor habendi dicitur,quia tam auaris abeſt quod habent,quàm quod non habent. Talem ethnici Midam auriculis aſininis deſignauerunt.Apoſtolus πλεονέκτην εἰδωλολάτρην, id eſt,auarũ idololatrã appellat, 1.Corinth.5. Ephe.5. Pleonecta proprie eſt, qui habendi amore laborans, plura ſemper deſiderat, quod de auaris dicitur Prouerb.27.& Eccleſiaſti.5.

Mãmon quid.

Pleonecta & pleonexia quid.

Pleonexia eſt vitium,quo plura q̃ opus eſt, habere cupias. Atque hæc eſt propria philargyriæ deſcriptio. Sacer ardor auri, aufert cor,animumq; hominis captiuũ ducit:quia quod amas,colis.Amare, plus eſt q̃ colere.Quidquid igitur amamus,dupliciter colimus. Vbi theſaurus tuus, ibi & cor tuum.Spina ea(Matth.decimotertio) pungere non ceſſat.Mens,animus, cogitatio,cupiditas,voluptas, voluntas,& omia, eſt auaro aurum.Deus ergo cultum eum, quo ab auaris afficitur,ſpernit,vtcunq; ſanctus & religioſus coram mũdo appareat: corde enim ſic(vt dixi)mammonæ addicto,Deum auerſatur.Quod non auderem profari,niſi hoc ipſum Deus ita eſſe diceret.Dicis te neque temnere,neq; odio habere Deum? Hoc vere dicis, ſi mundum temnis,& mammonam odio proſequeris. Deus & mammona,domini duo, iuxta linguam Germanicam parum differũt, Golt & Gott. Qui auaro ſeruit,tabernam pręfert templo.Emporium habet,cœmeterion habet,mundus illi eſt regnum Dei.Vnde,quaſi hic perpetuo ſit manſurus,omnia coemit:coemptis & congeſtis omnibus,

Auari cultus vanus

aut ædes in æthera tollit, aut bella gerit, aut formicæ Indicæ instar, absconditum thesaurũ seruat. Vnde poeta:

Inuentis miser abstinet, & timet vti.

Item:

Congestis vndiq; saccis
Indormis inhians, & tanq̃ parcere sacris
Cogeris, aut pictis tanq̃ gaudere tabellis.

Inuestis, lacer, macilentus incedit auarus, seipsum inedia conficit, immo etiam sacrũ panem familiæ inuidet suæ. Septies infensiores sunt cane Aesopico in præsepio iacente, & præ inuidentia fœnum, quo ipse vesci non potuit, boui sumere prohibente. Nihil ergo, teste Seneca, auarus recte facit, nisi cũ moritur. Tenax eñ prodigũ requirit, iuxta illud poetæ:

auarus nihil facit recte, nisi cũ moritur.

Absumet hæres cæcuba dignior,
Seruata centũ clauibus, & mero
Tinget pauimentum superbo,
Pontificum potiore cœnis.

Philargyriæ finis, Auernus. Ibi auarus iuxtà atque prodigus auri, guttulam aquæ frigidæ, qua se refrigeret, non inueniet.

Ideo dico vobis, ne soliciti sitis animæ vestræ, quid manducetis: neque corpori vestro quid induamini.

Solicitudo Chrĩano prohibetur.

Hæc est secunda pars huius lectionis, qua anxiam nobis curam prohibet. Duæ præcipue sunt furiæ, auarum subinde vrgentes, Cura & Solicitudo. Illa inhiat spe plura acquirendi, hæc discruciatur metu quæsita amittendi. Vult Christus ab huiusmodi furijs suos discipulos liberos, & ad cultum cœlestis patris expeditiores. Nihil mentem nostram æque à Deo distrahit, atque auri cupiditas. Vnde ait Abacuc secundo: Væ qui multiplicat non sua. Vsquequo & aggrauat contra se densum lutum? Marci decimo: Quàm difficile est, diuites regnum cœlorum intrare? Facilius est camelum per foramẽ acus transire, quàm diuitem in regna cœlorum. Apostolus dicit, laqueos diaboli esse diuitias. Vnde Mammonistæ ne in templo quidem cum Deo agere possunt. Nam tametsi corpore sunt ante aram, mente tamen vagantur in hara vel in aula, in cista vel in apotheca &c. Corpore existente in choro, animus errat in foro. Mirum non est, si ab ethnicis & à carnali Israele ad aurum eatur, tanquam veri boni ignorantibus: absurdum penitus est, Christianos quoq; hoc malo laborare. Nostra enim conditio alia est, & nostra alia est vocatio. Noua sumus creatura, empti precio, sanctificati Christi sanguine precioso, templum facti spiritus sancti. Bis ergo peccamus, nisi & corpore & anima Deum colamus.

Sequitur:

Nõne anima plus est quam esca? & corpus plus q̃ vestimentum?

Tam cura, quàm solicitudo, nobis prohibita est: quia vult nos, sine timore inimicorum nostrorum, patri omnipotenti liberos seruire. Arduum præceptum, grandis lex. Humanus captus minor est, quàm vt statim legem eam possit percipere. Præceptor & legislator optimus, nostram infirmitatem non ignorans, præceptum hoc suum nobis penitius commendaturus, fusius tractat & quodammodo explicat. Poterat quis dicere: Tu vetas, ne simus soliciti de victu & amictu, sed sic natura comparatum est, vt sine ijs rebus viuere non possimus: vnde etiam de ijs rebus non possumus nõ esse curiosi. Sed audi frater: Opus habes victu & amictu. Sed cedo: nunquid ergo opus habes scrupulosa anxietate? Et si cura, nõ secius quàm Menedemus Heautontimorumenus, mentem tuam excarnificas, nunquid aliquid proficis? Audi poetam:

O curas hominũ, o quantũ est in rebus inane.

Audi, si mauis, sapientẽ Ecclesiast. secundo: Peccatori dedit Deus afflictionem & curam superfluam. Corpus tuum attende. Animam tuam æstima. Nonne vtraque res dignitatis est obstupescendæ? Et quis tibi vtrunq; dedit? Nonne vtrunq; sine omni tua cura habes? Quod si infiniti precij & inæstimabilis amplitudinis res corpus & animam, conditor tibi citra omnẽ tuam solicitudinem dedit: certe is minora, quæ tantis rebus necessaria sunt, simili modo suppeditabit. Per hanc collationẽ & illationem, modo recte attendamus, potentissime ab omni cura liberamur. Nam qui maxima nobis sine nobis dedit, minima qui negabit? Sed hic habenda ratio, ne vnà cum molestia rerum temporalium, & solertiam exuamus omnem. Superstitiosa molestia, etiam ethnicis testibus, execrabilis est, non industria & labor. Ad laborem nascimur, tanquam auis ad volatum, & ad natandum piscis, Iob quinto. Et labor nobis commissus est Gene. tertio. Segnities siue acedia anathematis subiacet pœnæ, secundæ Thessaloñ. tertio, Iob tricesimoprimo. Contra eam psalm̃. centesimo vigesimoseptimo ait: Labores manuum tuarũ quia manducabis, beatus es.

Sequitur:

Respicite volatilia cœli,quæ non serunt,neque metunt,neque congregant in horrea: & pater vester cœlestis pascit illa. Nõne vos magis pluris estis illis?

Solertiã nos docẽt bestiæ.

Præceptor iam subinfert exempla, per ea curas inanes à nobis ablaturus. Sic & Salomon per exempla nos ad industriam cohortatur. At quæ exempla? Brutorum, vt vel pudefacti, discamus ea quæ hominum sunt, perficere. Prouerbiorũ sexto dicit: I piger ad formicam, & disce ab ea. Industria huius bestiolæ, quæ nobis hoc loco Prouerb. commendatur, etiã apud poetas celebratur. non ergo video, quare pluribus de ea agam. Possumus sic ex omibus creaturis exempla virtutũ sumere. Parentes in pelecano exemplũ habent liberorũ suorũ rite curandorum. Ales ille videns fœtus suos à serpentibus extinctos, suo se discindit rostro, sanguineq; suo pullis veneno enectis medetur. Mystice hoc de Christo intelligitur: sed ethice etiam parentes admonet, vt suis rite præsint. Ciconia, teste Solino lib. 15. parentes senio affectos educat, inde exemplum peteremus pietatis in parentes. Eius rei exemplũ videmus etiam in glire, teste Plinio libr. 8. De hac re vide Ambrosium in hexa. Celsus videns aliquid diuinũ in elephantis, eorũ ingenium nobis obijcit, nos vel brutis magis brutos coarguens. Verũ Origenes nos egregie à calumnijs Celsi defendit: faxit Deus, ea defensione nos omes dignos geramus. Meminit & Origenes pelecani, dicens: Vt vel in mutis animantibus homines exemplar habeãt. Adeo homo debet promptus esse ad discendum, vt etiam ab equo & asino discat vitijs resistere, psalm̃. 31. Et Esaias dicit 1. Cognouit bos possessorem suũ, & asinus præsepe domini sui: Israel autẽ me non cognouit, & populus meus non intellexit. Adeo iuxta psalm̃. 103. Deus omia fecit in sapientia. Breuiter: Hilarem datorẽ diligit Deus, 2. Corinth. 9. Commendatur item, qui miseretur in hilaritate, Roma. 12. & hospitales sine murmuratione, 1. Pet. 4. Et alibi Apostolus dicit, Semper gaudete. Neq; ethnicis clam fuit, sic Deo seruiendũ esse. Dicit itaq; poeta:

Virtutũ exempla oẽs creaturæ nobis pbẽt.

Hilarẽ datorẽ diligit Deus.

Dij quoq;, vt à cunctis hilari pietate colantur,
Tristitiam poni per sua festa iubent.

Et ob ipsam causam lex indulsit Iudæis, vt in festiuitatibus pinguia ederent, vt ita admonerentur, domino in hilaritate seruiendum. Ad hoc ipsum ome genus nos exhortatur alituũ. Cantu siquidẽ alites Deum suum laudant. Sunt & volucres liberæ curarum, & Deus pascit eas. psalm̃. 144. Aperis tu manũ tuam, & imples ome animal benedictione. Item 146. Qui dat iumentis escam ipsorũ, & pullis coruorũ inuocantibus eum. Sanctus Lucas ex hoc psalmo speciatim ponit coruos, cap. duodecimo. Cohortatio est à minori, teste Chrysostomo. Neque hoc oscitanter prætereundũ, quod dicit, Pater vester cœlestis pascit illa. Non dicit, pater illorum, sed vester. Deus creator, non pater, est omnium. Multis nominibus nobis pater est. Quis ergo tanti patris se credens, seq; tanto patre dignũ gerens filium, derelinqui poterit? Confunderemur atque rubore penitus perfunderemur, quoties in hunc locum incidimus. Chrysostomus siquidem dicit, huic loco subesse increpationem vehementem aduersus curiosulos. Mirũ quàm hodie omes ab re soliciti simus. Quis est, qui domi suæ practicarum aceruũ non habeat? Et quid hodie vulgus aliud quàm desperabundũ loquitur? Hic pluuias, ille serenitatem: iste frigus, alius æstũ postulat: queruli & murmurantes omes. Sunt qui inediam timent, nisi aut pestis, aut gladius plurimam vulgi partem demetat: digni qui aut pestilentia, aut gladio absumantur.

Deus creator, nõ pr̃, est oĩm creaturarum.

Admonendus tamen hic magistratus, vt suo munere rite perfungi incipiat. Debet, qui præest, & prodesse. Reipublicæ debet caput prospicere, horrea annonæ largi prouentus tempore adimplendo, vt ea in caristia plebi aperiat euacuanda. Hoc est vere patrem patriæ agere. Et magistratus nisi hoc præstiterit, præuaricatur. Granarium principis, penu debet esse plebis. Magistratus item tenetur harpyias, nobilistas eos, qui se ita gerunt, quasi ad flagellandum annonam saltem sint nati, in ordinem redigere. Ciues denique & rusticos opulentiores, exugendis miseris alite natos sinistro, coercere. Hac in re cum magistratus dormitet, omis penuria, qua misera plebs premitur, ipsis accepta referenda est principibus.

Præsit, vt psit, princeps.

Sed ad institutum. Homo non in solo pane trahit vitam, sed ab omi verbo quod procedit de ore domini, Deuteronõ. octauo, Matthæi quarto. Debet ergo pro se quisque primum quærere regnum Dei, & omia sibi subiecta videbit. Exemplum sumamus ingentes creaturas, sine omni cibo vitam ducentes. Sint & argumento anachoretæ, qui multis annis sine pane & obsonijs in speluncis & desertis latitando, Deo seruiuerunt. Vide Vitas patrum diui Hieronymi, qui liber etiam hodie emendatior in laicorum vsum Germanice est versus.

Pane nõ solo viuit homo.

Laus libri Vitaspatrũ inscripti.

versus. Si libet, & tu noue euangelistes e libro illo formã & exemplar veræ euangelicæ vitæ pete. Anachoretæ theorias amore & vanitatis mundi odio, secesserunt in eremos, declarantes naturã (quod & philosophis persuasum fuit) paucis esse contentã. Eant nunc euangelici, & se solos de euangelio iactent. Actiuæ vitæ dediti, obseruent dñm dicere, aues nõ arare, neq; serere, neq; in areas congregare: non vt laborẽ prohibeat, sed vt curam à nobis demat. Remittendus animus curis, sed non statim desidendum. Admouenda manus operi, & inuocandus Deus. Sic nautæ in tempestatibus velum remittunt, rudentibus intendunt, remigio instãt, & Deũ implorãt. Neq; item volucres citra laborem viuũt, quanquam nullis discrucientur solicitudinibus. Laborant, teste Iob, volitando, victũ quærendo, semina latentia in folliculis, glumis & siliquis eruendo, & omnia quæ naturalis sunt industriæ, egregie exequendo. Sic & homo industrius debet esse, non curiosus. Laboret sine solicitudine. Rem securus agat, sciens hoc Deũ exigere. In secundis rebus ne gestiat, in tristibus animum ne despondeat, sed afflictus oret, Iacobi quinto. Salutare etiam nobis est, aliquando penuria tentari. Et si veritatem dissimulare non volumus, videmus tot & tanta vitia ex feliciori rerũ prouentu oriri, vt pene dixerit aliquis, magis pro caritate annonæ atq; penuria, q̃ pro saturitate & rerum affluentia, esse orandum.

solicitudo prohibita est, non solertia.

Quis autem vestrum cogitans, potest adijcere ad staturam suam cubitum vnum?

Dissuasio ab inutili. Solicitudo & cura, vanitas sunt vanitatũ. Nihil em̃ attinet, vt solis lumen accensa face iuuemus. Sensus huius loci est: Si vestra cura & solicitudine aliquid efficeretis, ferẽdum esset, vos erga multa turbari. Verum simulac vos nequidquã curis maceretis, culpabiles estis. Frustra vos curis tabescere atq; consumi, vel ex hoc liquescit, ꝙ etiam staturam vestram, neque maiorem neque minorẽ, refingere potestis. Argumentum robustissimum, præceptor omnipotens. O vtinam tantus præceptor tanto argumento persuadeat, vt abiectis molestijs, sibi quieti seruiamus. Accedit huc Aesopicus apologus ranæ, quæ cum bouem vellet æquare, crepuit. Idem & nobis eueniet, si curemus nos prolixiores reddere. Adeo etiam corpus nostrum submonet, omnem curam esse rem vanam & superuacaneam. Adde ꝙ

Solicitudinẽ validissimis argumentis dissuadet.

nec ipsa cura ditat. Labor vero & solertia locupletat. Videmus eos qui plus curis exercentur, minus habere. Sed & hic iterum obserua, aliud esse solicitudinem, aliud solertiam. In auaris vero alterum, alterum confundit, quod vitium dominus hic castigat.

Et de vestimentis quid soliciti estis? Considerate lilia agri quomodo crescunt. Non laborant neque nent. Dico autem vobis, quoniam nec Salomon in omni gloria sua coopertus est, sicut vnum ex istis.

Dissuasa cura victus, iam descendit ad dehortationem curæ vestitus. Hortatur, vt animum de solicitudine amictus remittamus: non autem nudis verbis hoc agit, sed exemplum aptissimum adducit. Duo sunt, victus & amictus. Vtrunque nobis necessarium. Vtrunq; brutis ipsa natura largitur. Aues implumes, euadunt volucres: bestiæ suas vestes, pilos nimirum & villos, secum in hunc mundum adferunt. Terra vtrisq; cibos producit, frugum omne genus. Solus homo nudus nascitur, peculiari cibo opus habet fragilitas humana. Nouit hoc, qui nihil non nouit, omnium conditor. Potest filios suos vestire, qui tot volucrum, totq; bestiarum genera mirifice adeo ornat. Apud poetas celebre est epitheton, pictæ volucres. Adeo auiculæ sunt comptæ, vt pictæ non immerito dicantur. Et obstupescemus, si consideremus, qua venustate animantia omnia existant ornata. Et cui sic ornantur, nisi homini?

Sic vos, non vobis, vellera fertis oues.
Inde Herculis exuuium, inde Acestes horrendus in iaculis, & pelle libystidis vrsæ.
Inde & melotis prophetæ se vestiuere, & Baptista cameli se pilis amiciuit. Inde itẽ arcæ facta sunt tegmina sacræ.
Terra quoque lini cannabisq; semen receptum, in herbam, vnde indumenta nobis conficiamus, aptam profert. Arbores sericum producunt, bombyces byssum pariunt. Omnia hæc spem nostram in Deum esse ratam volunt. Hoc & ethnici attendentes, terram almæ Cereris filiam, quæ & Gemeter dicebatur, id est, terræ mater, finxerunt. Dianæ quoque Polymastæ, eadem est ratio, Actorum decimonono. Polymastos dicitur, quasi omnibus suas mammas exerens. Videmus ergo, si vel secundũ naturam vixerimus, neq; victum neque amictum nobis deesse posse: sequitur ergo, longe minus nobis aliquid defuturum, si ad præ-

præſcriptum dominici verbi, vitam noſtram inſtituerimus.

Regibus diadema gaudium, luxus prohibitus.

Purpuram & diadema verbum Dei regibus permittit, vanitatem & ſuperabundantiam etiam in regibus damnat. Hac in re cum plerique inſaniant, indigni ſunt q etiam neceſſaria habeant. Scandalo hocce magnatum infecta plebs, & ipſa luxui loca remittit. Qui laneas & lineas habẽt, quſquiliatas & ſericas gliſcunt habere. Inde ad ſericum villoſum & carmaſinum vota mortalium conſcendunt. Carmaſinũ deniq; texti auri & picti acu miraculorum ſitim ingenerat. Neq; hactenus quieſcit humana ambitio: nam quo plus huiuſmodi portentorum veſtium poſſidet, hoc plura cupit. Inſtaurant teſtes contra ſe diuites & ambitioſi omnes. Ab huiuſmodi incuſatione talium teſtium, ſecuri Adã & Heua, Helias & alij patriarchæ & prophetæ, qui oberrauerunt in ouillis & caprinis pellibus, Heb. 11. Non tineæ & blattæ (Iacobi quinto) accuſabunt Ioannem Baptiſtam, Paulumq; anachoretam, quorum alter de pilis camelorum, alter de cortice & folijs palmæ, veſtimẽto eſt vſus. Et ſanctus Antonius quaſi hæreditario veſtẽ ſancti Pauli ſortitus, magis ouabat, quàm ſi illi ſuperbiſſimi cuiuſpiam tyranni ornatus contigiſſet. Eheu, quantum mutata eſt eccleſia Chriſti ab illa, cuius inſtar videmus Actorum 2. vbi omnia erant omnibus communia? Iam alius innumeras veſtes ampliſſima flagellat arca: alius nud⁹, horrẽda pluuiarum & frigoris flagellatur iniuria. Et ſic etiam de Chriſti nomine nobis placemus? Et qs auſit cõtrà mutire? Sic nõ obmutuit verbum domini Eſa. 58. Ne igitur iudicio Dei ſiſtamur rei, conſultum eſt vt Chriſto obtemperemus, luxumq; omnẽ ponamus. Qui nos ſuprà ad exempla alituum miſit, nũc liliorum exemplum proponit. Pullulat herba, gemmas producit & flores. Horum decus quis verbis aſſequi poſſit? Lactantius nonnihil attigit, dicẽs:

Stellantia lumina florum.

Sapiẽtia diuina penitus expreſſit, dicẽs, ne ipſm quidẽ Salomonẽ minimi vnius illorum decorẽ æquare potuiſſe. Maieſtas Salomonis quanta fuerit, videmus 3. Reg. 4. 5. 6. 7. 9. 10. 2. Paralip. 9. De gloria item ethnicorum, multa propemodum obſtupeſcẽda legũtur: ſed huius Iudæorum regis gloriæ, nulla vnquam par extitit. Sed viciſſim neq; Salomon, etiam cum ſtrepitum diuitiarum ſuarum & gloriã mũdi oſtentaret, venuſtati floſculi vnius ſimilis apparuit. Quod non hyperbolice, ſed ſimpliciter ſine omni tropo dictum accipe. Sartor & phrygio homines comũt: De⁹ amicit flores & lilia. Admiratur humana ſtupiditas regum ſplendorem, quia rarus: decus herbarum non ſuſpicit, quia aſſiduum. Prophetæ & philoſophi in huius contemplatione animum ſatiare non potuerunt. Gloria regali nihil vilius duxerunt. Et Heſter diadema panno mẽſtruato par duxit. Obſeruatu dignum, quod hic dicitur, Non laborant neq; nent, & quod ſuprà dictum eſt, Non ſerunt, neque metunt, neque in horrea congregant: non intelligẽdum eſſe, quaſi in vtroq; ſexu (nere enim, ad mulieres: ſerere, metere, & in horrea congerere, ad mares pertinet) laborem & induſtriam prohibeat. Diffidentiam, quod ſuprà quoque ſemel atque iterum admonui, & curam edacem, à cordibus noſtris exemptam vult. Quod toties replico, ne vitium curioſitatis correcturi, in acediæ, omnium malorum parentis, vitium, fatui occaſionem ſibi ſuppeditari arbitrentur.

Salomonis ornatus vni ex minimis floſculis cõparari nõ põt.

Sequitur:

Si enim fœnum agri, quod hodie eſt, & cras in clibanum mittitur, Deus ſic veſtit, quanto magis vos modicæ fidei?

Adaptatio declarat, quorſum exemplum de liliorum decore adduxerit. Impietas hic colligit: Salomon glorioſus fuit, licitum eſt ergo luxui veſtium indulgentiorem eſſe. Sic & crapulæ patrociniũ petunt ex euangelio Ioannis 2. Aduerſum peruerſum eũ ſenſum dominus ipſe oſtendit, vt hunc locum intelligamus. Vult vt ex minori ad maius adſcendamus, colligentes: ſi ſic veſtit Deus lilia agri, ſupra omnem artem humanam, multo magis ornabit eos qui eius ſunt filij. Confer Salomonis gloriam ſplendori florum, & ſimiam homini contuleris. Adeo etiã hac in re nulla eſt ſapientia ipſius Salomonis. Quare ergo fruſtra cogitationibus euanidis diſtorquearis? Tu non potes ſtaturæ tuæ vel tantillum adijcere, vt te paulo proceriorem facias: non hoc mirum, cũ etiam ſapientiſſimus rex viuus, minimi lilij decus aſſequi non potuit. Contemplare itaque lilia agri, & inuenies elegantiam ineffabilem. Percontare deinde quid ſit: & dicet ſe eſſe fœnũ, quod hodie exiſtat, cras in cinerem abiturum. Tandem hinc diſce Deo tuo cœleſti patri cõfidere. Nã ſi rẽ deciduã atq; adeo vilẽ, tãto nitore amicit, quanto magis te? Interrogeƒ iuſtus, an

Salomonis gloria luxui non patrocinatur.

etiam vnquā ſit derelictus. Interrogetur vir Dei timens, an vnquā penuria perierit: & reſpondebitur, Non. Tu ergo ſpem q̄q; in Deū conijce, & ipſe te enutriet, pſal. 54. Sequitur:

Nolite ergo ſoliciti eſſe, dicentes: Quid manducabimus, aut quid bibemus, aut quo operiemur? Hæc enim omnia gentes inquirunt. Scit enim pater veſter quia his omnibus indigetis.

Solicitudinē diſſuadet Chrs.

Repetit collectionē ſuperiorem, & concludit diſſuaſionē ſolicitudinis nobis nocituræ. Scit corpori & animæ incōmodare, ergo diſſuadet eam. Canos reddunt nos, nō ſaturāt curæ. Si crederemus Deū eſſe, & eum patrē noſtrū, minus ſoliciti eſſemus. Dei propriū eſt, dare: patris propriū eſt, filijs proſpicere. Nihil ergo ſupereſt, niſi vt diſcamus nos Dei eſſe filios, patrē habere omnipotentē, omīa videntem, audientem omīa. Hoc qui ignorat, exemplo ethnicorum non poteſt non curis diſtorqueri, & ſolicitus eſſe erga plurima. Attende diſſuaſionē ab indecoro. Sic & infrà dicit: Si ſalutaueritis eos qui vos ſalutant, quid magni facitis? Nonne & hoc ethnici faciunt? Q. d. Abſurdum prorſus fuerit filijs Dei, ethnicis in virtutū exercitio ſuccumbere. Gratię Dei maximū dedecus fuerit, eos qui ad eius plenitudinē vocati ſunt, ethnicis, qui plane achares ſunt, in ſana religione non eſſe ſuperiores. Ambroſius in Lucā: Indecorum eſt, inquit, homines curare de cibo, qui militant regno. Et epiſcopus Nilus dicit: Cū tu cœlū petas, quid tibi negocij cū terra? Quid vero, cū ethnici nos in patientia, parſimonia, continentia, & hoc genus virtutibus ſuperant? Naturā paucis contentā dicit Apoſtolus 1. Timoth. 6. Hoc ipſum vita noſtra it inficias, ethnici fatentur. Dicit em̄ vatū quidā ipſorum:

Viuitur paruo bene, cui paternum
Splendet in menſa ſalinum.

Scriptura Hiob 1. Ephe. 5. dicit, Nos nihil in hūc mundū attuliſſe, nec itē quidquā efferre poſſe. Noſtri huic ſcripturæ recantant mores, ſuffraganť philoſophici vates:

Si vētri bene, ſi lateri eſt, pedibusq́; tuis, nil
Diuitiæ poterūt regales addere maius.

Et hoc quod alibi legitur:

Linquenda tellus, & domus, & placens
Vxor: neq; harū, quā colis, arborū,
Præter inuiſas cupreſſos,
Vlla breuē dominū ſequetur.

Ethnici, qui in talibus rebus ſunt probatiores, noſtri exiſtunt iudices. Diſcamus ergo Deo patri fidere, etiam in rebus afflictis. Per incommoda huius vitæ probandi ſumus, beatus qui fidelis fuerit inuētus, beatus qui perſeuerauerit in finem. Hæc de abſurditate dicta. Huic perſuaſioni iungit ſtatim conſolationem: valde ſiquidem conſolatorium eſt quod ſequitur: Nouit pater veſter *cœleſtis &c. Deum etiā Græci docent omīa noſſe. Deriuant enim ἀπὸ τοῦ θέω, quod eſt, video, ſpeculor: quia peruigil omīa contemplatur & videt. Vocant & ethnici Deum patrem: ſed non niſi ratione creationis, & hoc genus communibus rationibus. Nos vere & proprie patrē credimus. ergo fideremus illi patri, omīa videnti. Adde, ꝙ dominus & præceptor noſter, mediatio & reconciliatio noſtra, nouit compati ſenſu infirmitatum noſtrarum: quod & ethnicis compertū non eſt. Vnde fidutia noſtra viuacior eſſe debet.

Quærite ergo primum regnum Dei & iuſtitiam eius, & hæc omnia adijcientur vobis.

Hæc eſt tertia pars præſentis lectionis, in qua nobis pręceptor noſter mandatum præcipuū, ſtricte obſeruandū committit: nempe hoc, vt primo quæramus regnum Dei & eius iuſtitiā. Duo ardua verba, quippe vnde totus Chriſtianiſmus dependet. Quærere, eſt adhærere, mente cogitare, & ſolicitum eſſe. Homo natura vult habere quod agat: ne ergo homini, quod agat, deſit, maximū illi negocium Chriſtus committit. Vetuit curam rerū ſecularium, loco cuius commendat nobis ſtudium cœleſtium. Adeo quærere hic tropicos accipiendū, de cura & ſolertia. Sic & inuenias apud prophetas. Hebræi vel per Daras, vel per Bikas exprimunt. Eſa. 55. Quærite dominū. Item cap. 58. & Amos 5. Quærite me. Vbi Daras ponitur. Hierem̄. vigeſimono no, 50. Hoſeæ 3. Zopho. ſecundo: Dominum per verbū Bikas quærere admonemur: quod & in Hebræo habeť Matthæo.

Regnum Dei, eſt iuſtitia, pax, & gaudium in ſpiritu ſancto, Romañ. 14. Virtus, non verba, 1. Corinth. 4. Impij ad regnum cœlorū nō pertinent, ad Galatas quinto, primæ Corinth. ſexto. Eſt itaq; regnum cœlorum, innouatio hominis, fides, ſpes, charitas, & fructus ſpiritus ſancti omnes, Gala. 5. Abundātia gratiæ dn̄i noſtri Ieſu Chriſti, Ioan. 1. Quod intellige de regno Dei, quod eſt huius vitæ. De quo etiam dicitur Matth. 3. 12. 13. 21. 23. Marci 12. Lucæ 9. 10. 12. 17. &c. Regnū hoc ipſum diciť gratiæ. Expectamus aliud, quod diciť gloriæ, de

de quo dicitur Matt.5.19.25. Marc.9. Lucæ 19.21.25. Ioan.3.1. Corint.6.15. Galat.5. Acto.14.2. Pet.1. Per gratiã, intellige charismaton spũs sancti plenitudinẽ: per gloriam, consortium beatitudinis Dei. Iustitia Dei, est interior & exterior probitas, non personata neq; mentita, sed syncera & vera. Opponit pharisaicæ iustitiæ Mat. 5. Dicitur iustitia Dei, quia non est virium humanarum, Luc.1. Romañ. 6. Philip.1. Hebr.11.1. Ioan.2. Videmus ex superioribus, regnum Dei & iustitiã eius fere vnũ esse. Dupliciter vero nobis committitur: Alteꝝ ad auditum fidei, alterum ad executionem bonoꝝ opeꝝ referẽdum. Iustitia Dei est pax, Roma.14. Illa primo est ex auditu fidei, Roma.5. Deinde etiã contingit homini ex meritis. Dicitur ergo Eccl.2. Dirige viam tuã, & spera in illum. Per duplicem item commissionem eiusdem rei, intellige vehementiã. Maxima vehementia nobis præcipit Seruator, vt contẽptis secularibus, æternis ardẽter insiem⁹. Quãtum in nobis crescit amor regni Dei, tantum decrescit amor mundi, & e cõtrario. Mundus transit & concupiscentia eius, 1. Ioan.2. Verbum & veritas domini manet in æternum, Psal.118.55.116. Præmia virtutis solida, Roma.8.2. Timoth.4. Magna, Matth.5.19. Luc.6.8. Et hic dicit, Omnia subijcientur vobis. Chrysostomus: Oĩa huius vitæ bona, subijcientur tanquã vilia, collata æternis.2. Sententiarum 58. Nõ dicitur, Primum quærite regnum cœloꝝ & deinde mundana: sed saltem cœlestia quærite, & secularia sponte sua profluent. Alterum saltem quærendum, ne duos fines nobis constituamus. Ad vnam certam periodum nobis est adnitendum, euangelio credendo & obediendo, 2. Thess.1. sed hoc suam nobis gratiam concedat, q nobis hoc præscribit Iesus Christus, cui cum patre & spiritu sancto, sit par gloria ꝑ æterna secula. Amen.

Gratia & gloria q̃d. Iustitia Dei quæ. Iustitia Dei dupliciter nobis cõmẽdatur. Regnum cœlorum saltẽ quærendum.

DOMINICA XVI. POST TRINITAtis, Euangelium Lucæ VII.


IBat Iesus in ciuitatem, quæ vocatur Naim: & ibant cũ eo discipuli eius, & turba copiosa. Cum autem appropinquaret portæ ciuitatis, ecce defunctus efferebať, filius vnicus matri suæ: & hæc vidua erat: & turba ciuitatis multa cum illa. Quã cum vidisset dominus, misericordia motus super eam, dixit illi: Noli flere. Et accessit, & tetigit loculum. Hi autem qui portabant, steterunt. Et ait: Adolescens, tibi dico, surge. Et resedit qui erat mortuus, & cœpit loqui. Et dedit illum matri suæ. Accepit autem omnes timor, & magnificabant Deũ, dicentes: Quia propheta magnus surrexit in nobis, & quia Deus visitauit plebem suam.

ANTELOQVIVM.


CHristi facta, stupescendæ sunt magnitudinis, oĩa: quod vel eius hostes dicere sunt coacti Ioan.19. Hic, aiunt, facit se filiũ Dei. Et centurio dixit: Vere filius Dei erat iste, Marc.15. Ioseph⁹ ingenue fateť, Christum sapientissimum & potentissimũ virum, si tamen virum dicere liceat. Egesippus lib.2. cap.15. Christum affectat plusquam hominem adfirmare, si hoc illi per synagogam integrum & sine fraude fuisset. Tantum est: Nemo longitudinem, latitudinem, profunditatem & altitudinem Christi potest adsequi. Hoc si probe perpenderimus, nos, puta, talem Sotera habere, proculdubio amabimus: idq; tanta virtute, vt neq; præsentia, neq; pręterita, neq; futura discrimina nos ab eius amore possint separare. Lectionem ergo ipsam, quę nobis Christi talem maiestatem declarat, ardenter audiamus.

Christi ꝑa, eius diuinitatis sunt argumẽta.

Ibat Iesus in ciuitatem, quæ vocatur Naim: & ibant cum eo discipuli eius, & turba copiosa.

Christi amor tunc primum in cordibus nostris accenditur, si nobis persuaserimus, eũ propter nos hominẽ factũ, & ꝑpter nos in hac vita, operatũ esse omnia. Profectio itaq; ea, qua Iudææ oppida pagrauit oĩa, nobis q̃q; facta ẽ, & nostri causa miraculũ ꝑsens est editũ. Inde colligimus, eũ etiamnũ bene nobis velle. Et viscera miserationũ exuere iã nõ põt, cũ apud pa-

Amoris Christi illicium.

patrem existat misericordiarum. Et quomodo iam impotens credatur, cum carnis infirmitatem posuerit? Ille noster Iesus, relicta Capernaum, ibat in ciuitatulam, quæ Naim Hebraico nomine (quod pulchrũ, gratumq́;, teste psal. centesimo tricesimo secundo, interpretatur) vocatur, duobus fere millibus passuum à monte Thabor sita, ad australem vero plagam, haud procul ab Endor. In confinio eius erant Magdalum, Dalmanutha, Cana, Nazareth, & alia pleraq; oppida. Sanctus Hieronymus adfirmat, fluuium Cidor huius ciuitatis agros præterlabi. Hac Christus iter habẽs, solus non fuit: sed vt præsens miraculum suos testes haberet, suos sibi præsentes habuit discipulos. Quibus si Iudæi ægre credunt: dicant, quam ob causam parentes eorum identidem Christum cumulatim sunt comitati.

Naim interpretatĩ.

Attendite charissimi, non dicit ab re, Et ibant cum eo discipuli eius, & turba copiosa. Magnus numerus promiscuæ multitudinis aderat, quia magnum & diuinum vere in eo specimen animaduertit. Naim, pulchrum nomen. Iucundũ miraculũ apud eam dominus quoq; edidit. Sacram historiam audiamus.

Cum autem appropinquaret portæ ciuitatis, ecce defunctus efferebatur filius vnicus matri suæ: & hæc vidua erat: & turba ciuitatis multa cum illa.

Synagoga olim suos mortuos extra oppida sepeliebat, e legis Mosaicæ zelo. Vetat lex, ne quis se contactu cadaueris coinquinet. Voluit ergo synagoga sepulturas longe abesse, quo minus in hanc legem impingeret. Christianorum tumulos intra ipsa oppida, si hoc per locorum opportunitatem fieri queat, esse conuenit. Admonent enim, fidelium reliquias, verum templum spiritus sancti esse. Vnde apud monumenta beatorum, ecclesia potissimũ domino supplicare consueuit. Nostrates hodie inquisitionem iustitiæ Dei negligentes, ne quid sibi, quod agant, desit, multum sibi negocij facessunt in cœmeterijs transferendis. Nolunt ea esse in vrbibus: sed sua cadauera foras efferunt, despectis maiorum suorum, quæ in oppidulis sunt, bustis. Forte abstruso Dei iudicio, indignos se parentum suorum conditorijs designãt, q́ eorum religionem contemnant. In qua re potissimum me pessime habet, q́ etiam ipsis ethnicis negligentius suos mortuos terræ commendent. Ethnici ad animæ immortalitatem declarandam, & ad virtutum præmia designanda, honestate insigni homines pie vita defunctos funerabant. Illuminati nostrates, neq; animæ immortalitatis, neque virtutum meritorum rationem habentes, vita humana ereptos, tanquam brutorum cadauera eijciunt. Rursus neq; funebris illa pompa superuacanea, eorum qui catholicos sese haberi malunt, ferenda. Inter vtrunq; hic volandum, medio enim tutissime itur. Naimiani hic secundũ synagogæ ritum, funus efferunt, adest turba multa. Vita venit, comitata & turba copiosa. Hæc vitæ sectatrix & comes, illa funeris. Coit vtrinq; magna turba, quia magnum erat Deus operaturus in terra. Ciuium Naimitarum flebile plane officium, funebre nimirũ. Efferunt defunctũ vita breui, vnicum viduæ filium: quod certe fletu dignũ est. Detur vidua fuisse diues: tamen quia hæredem amisit, flenda extitit. Verisimile tamen est, inopem fuisse: miserabilior ergo extitit, amisso vitæ præsidio & omni solatio. Opulentæ, quo se solentur, mammonem domi habent.

Iudæorũ sepulchra extra oppida, christianorũ nõ item.

Hæretici q́ se ecclesiæ subtrahunt, etiã fideliũ sepultura ipsi se priuant.

Synagoga huic viduæ pauperculæ fuit officiosa, ex præscripto Mosis & prophetarum, Exodi 22. Deuteron͂. 24. Esaiæ primo, Hierem͂. 22. Ezech. 22. Zachariæ septimo. Ecclesia matrix huic quoque officio perquàm sedula institit, quod vides Acto. 6. 1. Timoth. 5. Adeo autem institit, vt inde religionis perfectionem æstimaret, Iaco. primo. Vbi hic sunt reformatores illuminati? Funera extra oppida condenda contendunt, ad mausolea diuorũ Deo supplicandũ negant, orationem pro mortuis damnant, sacrũ funerale execrantur, mortui bis ea quæ mortuorum sunt, tractãtes. Viuentũ causæ nihil eos mouẽt: carnalia saltẽ, immo etiã infernalia atq; adeo vere caduca spectant. Synagoga carnalis Iudith adolescentulam viduam, & eã prædiuitem, ad secundas nuptias non sollicitauit, eius continentiæ meritum experta. Anna nata Phanuel, iunior natu viduata, vsque in senectam continentiæ studens, suæ religionis autorem videre meruit. Exemplo synagogæ & apostolorum præscripto, ecclesia Tabitham multis pauperibus potius, q̃ paucorum liberorũ matrem esse voluit. Præcepto itẽ apostolico, pauperes viduas suis amicis locupletibus, nõ ad secundas tedas adigendũ, sed ad fouendũ eas, cõmendauit: reliquas ad religionis strictioris disciplinam adspirantes, recepit, & duplici honore affecit, viua vitalia opera peragens. Quid nostri reformatores, bis mortui, harum rerum curãt? Vbi

diui

diuites Domicellos(vt vocant)cogunt, viduis ex eorum sanguine natis, prouidere? Vbi cœlibatum professis, duplicē honorem libertatis & saturitatis impēdunt? Nihil horum faciunt, sed adolescentulas iuxtà atq; anus beatas, ad iterationem matrimonij impellunt: atq; hactenus se vere Christos, Petros, & Paulos arbitrātur, homines Turcis Turciores. Sane vt se res hodie habet matrimonialis, admonēdæ sunt viduę, ne se alteri ī matrimoniū tradāt. Inauspicata plane hodie sunt connubia, quia sanctimonia & omnis disciplina facta est euanida. Hic prophanus magistratus cū de viduaꝝ honore restituendo, tū de connubij tenebris eliminandis solicitus esset. Sed nesciunt hac in re Dei vicarios principes prophani, quia eius rei nullā instar in ipsis vidēt Episcopis. Hac digressione cōscientiam meā exoneratam volo. Principes nostri prophani, nisi exemplo Iob se viduis & orphanis tutores designatos gerant: & Episcopi & Abbates nisi exemplo Helisei viduarum & orphanorum patres esse incipiāt, prophanisq; eius rei exēplū præbeāt, nostrū in se onus trāstulerint.

Quam cum vidisset dominus, misericordia motus super eam, dixit illi: Noli flere.

Oculi domini super pauperes. Respicit dominus humilia. Malis miserorum Christus tangitur. Sed nec ociose miseret. Afficitur nostris incommodis, vt hoc nos efficacius consoletur. Noli flere, inquit, Nihil vitę cum threnœdijs. Super mortuū produc lachrymas, dicitur Ecc̄i 38. Et, Beati q lugent, dicitur Matth. 5. Sed dicitur & ibidem, Beati misericordes. Hæc vita sine lachrymis & luctu esse nō potest, quia in valle degimus lachrymarum. Vult ergo cœlestis pater, vt alij alios consolemur, alij aliorum onera portātes. Fratres, audiamus verbum, sequamur & ipsum. Sic sic fieri oportet. Flendum nobis est cum flentibus. Beatus qui intendit super egenum & pauperem. Verbum dicit, Noli flere, quia misericordia tangebatur. Simile vides Luc. 10. Misericordiam, quæ fomes omniū bonorum est, cōmendat nobis misericors & miserator dominus. Charissimi, possum⁹ & nos afflictos solari, si non miraculis exemplo Helisei 4. Reg. 4. at facultatibus exemplo Iob 22. Christus Iesus, qui nō clamosum ostentatorem clementiæ se hic in terris, sed exhibitorem misericordiæ exhibuit, non vult vt verbis mutuo nos diligamus, quem nisi audiuerimus, eius non erimus, etiam si angeloꝝ linguis loquamur.

Misericordiā nobis cōmendat misericors & miserator dominus.

Et accessit, & tetigit loculum. Hi autem qui portabant, steterunt. Et ait: Adolescens, tibi dico, surge.

Dixit verbo, noli flere: nunc(vt Hieronymus dicit)verba vertit in opera. Accedit propius, vt animi sui promptitudinē declaret. Accedit autem nō rogatus, vt rogandi nobis fiduciam ingeneret. Quid enī faciat rogatus, si talia fecit non exoratus? Accedente ad feretrum vitæ autore, subsistunt vespillones. Virtus vitæ, ministros funeris vltrà progredi non permisit. Voluit vita viuificare: funerarij ergo cadauer longius non poterant baiulare. Stant itē, quia nouerunt & Christi potentiā, & clementiam: stantes itaq; expectabant manū saluificam, manum viuificam, clementem & potentem. Tangit loculū. Quare hoc? Quid vitæ & libitinæ? Ostendit se dominum legis, cui Moses seruus nō potuit aliquid mandare. Ostendit se vitam, quam funeris cōtactus non possit contaminare. Tangit capulum, vt se ostendat creatorē creaturarum omnium: & vt confundatur hæresis, duo principia statuens. Quid ꝙ & mors iuxtà atque vita in manu domini est? Quid ꝙ omne iudicium dedit pater filio? Hæc omnia declaraturus, accedēs tāgit capulum, & subsistere facit curatores funeris, vitæ autor Christus Iesus, conditor & dominus omnium. Deniq; vt præsentius argumentum omnium præmissorum nobis edat, alloquitur & ipsum mortuum. Vitæ enim & omnipotentiæ, vitæ & clementiæ quis possit esse exanimis? Iudex viuoꝝ & mortuorum, superstiti matri dixerat, Noli flere. nunc eius filium, in vmbrarum numerum adscriptum, compellat, dicens: Adolescens, tibi dico, surge. Sic euocauit fœtentem Lazaron, Ioannis 11. sic imperauit puellulæ archisynagogi filiæ, fato abreptæ. Neq; Lazarus, Vitę erat mortu⁹, neq; puella. Vtrunq; voce vitali excitauit vita dormientes. Illi dixit, Veni foras: huic Chaldaice, Thaliatha kumi, hoc est, Puella surge. Et hic dixisse arbitror, Thalia kumi, hoc est, Adolescens surge. O vocem omnipotentiæ: Vocē leonis de tribu Iuda, catulis suis vitam inspirantis. Verbum omnipotens hic prorsus contemplamur, quippe cui mors rapax, violēta, horrida & indomita cedit. O anima per verbum hoc creata, & per os hoc corpori inflata, agnosce autorem tuum, mandata eius seruando, vt viuas. Hūc nisi sic audieris, perijsti.

Chr̄s, nō rogatus, miseris succurrit, vt rogandi miseris fiduciam suppeditaret.

Vitæ nemo ē mortuus.

Et resedit qui erat mortuus, & cœpit loqui. Et dedit illū matri suę.

Re-

Reuixit mortuus, erexit se in feretro, compositus fascijs & pãnis circunuinctus, tanta est verbi potentia. Similia, immo maiora (Ioan. 14.) potuerunt apostoli, & oẽs apostolici viri, veri Christiani, Acto. 9. 20. Potuerunt aũt virtute nominis Iesu, Matt. 10. Mar. 16. Obserua verbũ efficax. Vix verbum effatus erat, cum rediuiuus resedit, q mortuus fuerat. Non ludit veritas, non est inualida potestas: quare o vos Naimitani ciues, nihil est quod spectrũ aut phãtasma suspicemini. Nõ hic pollinctores vestros & libitinarios, sed magis Dei virtutẽ attendite, vt credatis veritati. Resedit corpus viuum, validũ, firmũ, sanum, quod iam cadauer erat putre. Certe ingredi & operari potest, qui in feretro se potest erigere. Incipit loqui, vt videatis & spm̃ redijsse. Sequebatur mater filiũ, qui mortuus efferebatur: iamiam ingredietur vrbẽ, & sequetur mater: sequẽtur baiuli, sequemini & vos. Dat filium matri, qui dixit: Honora patrem & matrem tuam, vt sis longæuus in terra. Dat viduæ solatiũ, dat senescenti baculum, dat miseræ præsidiũ. Vide adolescẽs, te sic tuæ redditũ agnoscas genitrici. Vide & tu mater, viduitatẽ tuã rite in eius colloces gloriã, qui tantã erga te exhibuit misericordiã. Et omnis qui amat vitã, obtemperet vitæ, dicenti: Hoc fac, & viues. Incidet eñ in mortẽ, qui sequi non curat vitã. Fidem resurrectionis, parit nobis miraculum huius lectionis. Fidẽ eam adstruit Tertullianus exemplo phœnicis miro. Ambrosius sequitur Tertullianũ Hex. 5. ca. 23. Verba eius sunt: Doceat nos hæc auis exemplo sui resurrectionẽ credere: quę & sine exemplo, & sine rationis perceptione, ipsa sibi insignia resurrectionis instaurat. Quod hic de combustione aromatica nihil dicit, in causa forte est, ꝙ Plinium imitatur lib. 10. cap. 2. Idem lib. 13. cap. 4. dicit phœnicem mori, & ex seipsa renasci. Scitũ est & illud Ambro. in lib. de fide resurrectionis, vbi ait: Phœnix rediuiuo suæ carnis humore reparabilis, cũ mortua fuerit, reuiuiscit: solos non credimus homines resuscitari? Idẽ ibidem inuehitur cõtra ethnicos & contra metẽpsychosin Pythagoricã, hydræ adducens dentes, atq; dicens: Potestis non credere oraculis, non euangelijs, nõ prophetis, q fabulis inanibus creditis? Sequitur: Sed illi dubitent, q non didicerunt: nos vero, q legimus prophetas, apostolos, euãgelion, dubitare fas non est. Dicis: quorsum hæc? Vt admoneatur filius pietatis in parẽtes, vt admoneatur vidua religionis sacræ. Qui vere credunt resurrectionẽ, non intermittunt mandatorũ Dei obseruationẽ: contrà qui negant pœnã, etiam ipsam despiciunt disciplinam.

Vitæ vox cur sequẽda.

Resurrectionis fides adstruitur.

Allegoria. Ambrosius & Theophylactus super Lucã, Augustinus sermone 44. de ver. do. Item Beda in homilia, Per mortuũ allegoricos peccatorẽ accipiunt. Tria genera mortuorũ esse docent scholastici. Primũ, peccatũ meditãtiũ. Secũdũ, eorum qui post assensum eunt in factũ. Tertium, eorũ qui in peccandi consuetudinẽ peruenerunt. Hi peccatũ ex consuetudine dissimulant: immo etiã defendunt, dicentes cũ Sodomiticis cõtra Loth: Habitare venisti, non leges dare. Ibi teste Augustino, malitia vsqueadeo excreuit, vt iã nequitia esset iustitia, & prohibitor potius repræhenderetur, q̃ factor. Hi sunt in peccatis suis tumulati. Scite hic Theophylactꝰ sepulchrũ dicit esse corpus peccati, cũ & Græci corpus σῶμα vocent, quasi σῆμα, id est, sepulchrũ. Ipsos patres sacerdos consulat: nos, his saltem indicatis, ad sequentia eundum nobis putamus.

Accepit autem omnes timor, & magnificabant Deũ, dicentes: Quia propheta magnus surrexit in nobis, & quia visitauit dominus plebem suam.

Multitudo maxima venit cũ Christo, magna prosequebatur mulierẽ & funus: coacta multitudine vtraq;, Christus excitat mortuũ. & multitudo illa, vna ex duabus facta, timore perculsa, obstupescit vniuersa. Natura humana mortuos abhorret: trepidat si circa funus aut in cenotaphio vel sorex crepitet. Stupor itaq; hic fuit ingens, viso mortuo residente in capulo: sed timor ille statim in admirationem abijt: ephebo rediuiuo loquente, exultationem actutũ sequebatur Dei collaudatio. Magnificatur Deus, quia eius propriũ opus peruidetur in Christo. Dei solius est resuscitare mortuos. In Dei digito mortuos vitæ restituerunt Helias & Heliseus, 3. Reg. 17. 4. Regũ 4. Hic itaq; Deus Abrahã, Isaac & Iacob glorificatur, quia eius opus in terris reuera cernitur. Hymnus est, Quia magnꝰ propheta surrexit in nobis, & quia visitauit dominus plebẽ suã. Magnꝰ propheta: vtiq; ille, de quo dicitur Deute. 18. Acto. 7. Græcus, fateor, articulus ὁ abest: sed sequẽs clausula, Et quia visitauit dominus plebẽ suã, sensum ipsum exprimit. Magnus propheta, archiprophetes, per cuius spm̃ locuti sunt omnes vates. Maior morte, potẽtior inferno, atq; adeo omnibus numeris magnus. Magnus ille propheta venit sua infirmitate nostræ mederi infirmitati, sua mortalitate nostrã sustollere mortẽ, Luc. 1.

2.Ioã.5. Matt.*22. *4.12.Ioã.10. Visitauit nos is, cuius oues pascuę sumus omẽs. Emanuel verus, vere est nobiscum, quia dominus Iesus omĩa bene fecit, Luc.17.18. Recte bene, quia & in principio omĩa quæ fecit, erant valde bona. Bonitas ipsa, ea sua bonitate, nos per Malum malos factos, pristinę bonitati reformare dignetur. Immortali illi opt. max. vnà cũ prẽ & spiritusancto sit laus & gloria pæterna secula. Amen.

DOMINICA POST TRINITATIS XVII.

Euangelium Lucæ XIIII.



CVm introijsset Iesus in domum cuiusdam principis pharisæorum sabbatho manducare panẽ, & ipsi obseruabãt eum. Et ecce homo quidã hydropicus erat ante illũ. Et respõdens Iesus, dixit ad legisperitos & pharisæos, dicens: Si licet sabbatho curare? At illi tacuerunt. Ipse vero apphensum sanauit eum, ac dimisit. Et respõdens ad illos, dixit: Cuius vestrum asinus aut bos in puteum cadet, & non continuo extrahet illũ die sabbathi? Et non poterant ad hæc respondere illi. Dicebat autem & ad inuitatos parabolam, intendens quomodo primos accubitus eligerent, dicens ad illos: Cum inuitatus fueris ad nuptias, non discumbas in primo loco, ne forte honoratior te sit inuitatus ab illo: & veniens is qui te & illũ vocauit, dicat tibi, Da huic locum: & tunc incipias cum rubore nouissimum locum tenere. Sed cum vocatus fueris, vade, recũbe in nouissimo loco: vt cum venerit qui te inuitauit, dicat tibi: Amice, adscẽde superius. Tunc erit tibi gloria coram simul discumbentibus. Quia omnis qui se exaltat, humiliabitur: & qui se humiliat, exaltabitur.

PRAELVDIVM.

PRimum in hac lectione obseruãdum murmur pharisæorũ, natum ex opere misericordiæ, quo Christus hydropicum in sabbatho curauit. Secundum est, ꝙ Christus pharisæos superbiæ notauit, idq; parabola scitissima. Arguere, propriũ est euangelij. Clama, inquit, ne cessa: annũcia populo sua peccata. Inde argumentum sumi potest veritatis doctrinæ euangelicæ, 1. Co.14. Expauesce ergo o homo, vbi sentis te ad verbi auditũ esse tepidũ. Qui odit lucem, non venit ad diem: & ægrotus contemnens medicinã, non sortietur medelam. Nec de illis bene sperandum est, qui magistratus timore, ad audiendũ sacros sermones coguntur. Bonũ opus nostrum non debet esse quasi ex necessitate, vt ad Philem. docet Apostolus. Hoc dico de catholicis: neq; eñ pius homo adeo principes colere debet, vt eorũ metu ad hæreticorũ & Scotistarum conciones cõuolet, Mat.7. Ioan.10. Sic habet euangelion:

Arguere, propriũ euangelij.

Cum introijsset Iesus in domũ cuiusdam principis pharisæorũ sabbatho manducare panem, & ipsi obseruabant eum.

Attendite Christum omĩum *nostrã in oĩbus quærere salutem. Vocatus, pharisæi cuiusdam primarij ædes benignus intrat. Sic & cum publicanis eum comedisse vides Luc.15. Neminẽ benignitas adspernari, qa venit omẽs saluare. Dicis: quid vero est q̊d Apostolus vetat, ne cum prophanis commercia habeamus? Et alius cur prohibet, ne hæreticis AVE dicamus? Respondeo, apostolos decorũ ecclesiæ sancire, & infirmitati rudiũ cõsulere. Seruator ante ecclesiæ ordinationẽ, dominus & autor legũ bonarũ omniũ, inseruiuit oĩbus. Sic & Apostolus ordine ecclesiæ iam instituto, omnibus sese fecit omĩa, vt ad cognitionẽ Christi pertraheret oẽs. Infrunitis item lex posita est, nõ iusto. Spiritualis angelos iudicat, & ipse à nemine iudicatur. Consultum ergo est, vt infirmi cum propter conseruationem decori ecclesiæ, tum propter periculorum euitationem, manifestos peccatores & hæreticos vitent, Matt.18.1.Cor.5.2.Ioan. Neq; hoc loco comessationes & pergręcationes habent patrociniũ: quod nostris vtinam persuadeamus Euangelicis, identidẽ Euangeliũ Euangelion succlamitantibus. Vbi legem constituunt Reformatores ecclesię nostrates, de vocandis pauperibus iuxta verbũ domini? Et qua scriptura excusabunt, ꝙ crebra adeo ineunt cum diuitib⁹ lurconibus conuiuia? Dionysion hodie &

Dionysi⁹ Dionysiacus hodie se ecclesię reformatorē obtrudit.

nomine & re euangelisten videas, non philosophum Areopagiten grauem, sed parasitastrum leuissimum. Dicat Dionysiacus ille, quis vnquam bonus cantu & infacetissimis facetijs risum studuit hominibus mouere? quisq́ gesticulator ridiculus aliorum voces & gestus imitando, homines quoslibet exibilauit? Hæccine est illa religio recens orta? O veri *bomolachi, non theologi: non correctores, sed corruptores: non euangelici, sed cacoangelici. Canones vere sunt hic euangelici, tot de vita & honestate, de obedientia & temperantia clericorum, titulos statuentes. Et vere apostolica est lex Decretalium lib. 3. tit. 20. cuius summam complexi sunt hoc versu:

Clerice & o monache, dimitte negocia secli.

Nostratium euangelistarũ canon est:

Cum te mortalem noris, pręsentibus exple Delicijs animum.

Pium & euangelicum est & hoc Augustini: Seculi lętitia, impunita nequitia. ¶ Si qs cordatior fuerit, & in catholica fide adeo fundat⁹, vt fallaci aura voluptuosorum & hæreticorum commoueri non possit: per me ædes amiculorum hæresi infectorũ, & principum aulas intrare poterit: sed non vt Dionysiaci nostrates euangelici, captator fauoris humani, magis vero vt Christi exemplo, errãtes corrigat, gloriamq́ Dei om̃ipotentis promoueat. Exemplar Christi præsens ob oculos ponat, dicentis id q̃d Pharisæus grauatim audiuit, facientis hoc quod ægerrime vidit. In die sabbathi curauit affectum, hoc dolẽter vidit: superbiam pharisaicã retudit, hoc indigne tulit. Sed sic oportet fieri. Nam q nos beatos dicunt, ij sunt qui nobis fraudẽ nectunt. Vnde pręstat vulnera subtristium catholicorũ perferre, quàm basijs ridentum Dionysiacorũ libari. Sed euangelicum vnguentũ non nisi exhulcerata corporis membra pũgit: q̃d in pharisæis euidentissime videmus. Saluator ex animo illis consultum voluit: illorũ salutis causa cum ipsis discubuit: ipsi vero obseruabant eum, si calũniandi aliquã causam ex ei⁹ dictis ve factis ve accipe possint. Coricei corde doloso simulãt amicitiam. Non Abrahæ filij, sed semen adulterinum, in quos hoc facit Hiere. 6. A propheta vsq́ ad sacerdotem omnes faciunt dolum. Probet seipsum homo, oculum nequam habeat nec ne. Si insyncerũ affectum erga proximum in se inuenerit, etiã ethnicis damnabilem, longe à se regnum cœlorum esse meminerit. Iob commendatur, quia simplex fuit & rectus. Epigrammatarius quoque poeta, Colligit ex vera simplicitate bonũ. Sequitur:

Et ecce homo quidam hydropicus erat ante illum.

Pauperes & miseros semper habebitis vobiscum, dicit Veritas. Bone Deus, qs humanæ miseriæ aut numerum aut terminũ inueniet? Olim ante verbi incarnationem philosophi supra trecenta morborum genera dinumerarunt, plures adhuc morbos suborituros quotidie prædiuinantes. Testis Plinius libro vicesimosexto, capite primo. Hei mihi, quot ab illo tempore febrium genera sunt nata? Liberati item ab vno morbo, quod dictu horrẽdum est, alijs grauibus ipsi suapte malitia succrescendi occasionem prębent, seq́ ipsos ad sæuos magis languores dedũt. Vnde Germanicum dicterium hoc extat:

Durch walfardt vnd kranckeit / kompt ne nich fromkeit.

Id est, Peregrini & valetudinarij pauci euadunt meliores. Hydrops, vt alij multi, morbus est ex nimia potandi indulgentia proueniens. Multa eius sunt nomina: nempe ascites, hyposarca, psichrocœlia, tympanites. Iuxta varia hæc nomina, procul dubio sunt & eius varia genera νοσώδεος. Languorem hunc incurabilem esse, nemo est qui nesciat. Quid ergo hic opus facto arbitrabimur? Aegrotantes canibus deuorandos proijciemus? Haud quaquam. Præceptor enim dicit: Potestis illis bene facere. Nonne & hoc ipsa natura monet? Quod illi hodie est, tibi cras euenire potest. quare quod tibi fieri velis, huic facito: quod omnium mandatorum Christi est consummatio. Sed heu nusquam hodie misericordia, nemo iuuat inopem, lapsis manum porrigit nemo. Vnde & vulgatissimum est nostratium adagium:

Wer da leidt, der leidt.

Huic mundi peruersitati, Christi pugnat et doctrina & vita. Hydropicus iste, de quo hic agitur, nusquam consolationem inueniens, solius Christi tractus clementia, in pharisæi ædes irrepit, seq́ Christi conspectu solatur & pascit. Calumniæ nunc fenestra aperta, nunc arrectis auribus & lynceis oculis Christum obseruate legisperiti & pharisæi: sed nos Christi & facta & verba attente & pia mente attendamus: quod ni si præstiterimus, Christo iudici cum pharisæis ipsis condemnandi veniemus.

Et respondens Iesus, dixit ad legisperitos & pharisæos, dicens: Si licet sabbatho curare?

Respondit cogitationibus, qui om̃ium corda perscrutatur. Respõdendo vero mouet quæstiõem, quam synagoga præceptis nr-

negatiuis dementata, soluere non potest. Benedictus Deus, qui nobis clauem sciētiæ certā ostendit Mosis & prophetarū CHARITATEM. Lex sabbathi sic se habet Exod.xx. Zachor eth Jom ha Sabbath lekadesso, hoc est, Memento vt diē sabbathi sanctifices. Quæstio est: Sabbathum bonis operibus sanctificetur, nec ne? Curare infirmos, an bonū opus sit, nec ne? Bonum opus esse, vel ipsa natura fatet. Sabbathū bonis operibus sanctificari, legis praxis declarat, sacerdotibus præcipuū negocium in sabbathis facessens. Curare ergo iufirmos & misericordiæ operibus instare, est sabbathum rite sanctificare. Thalmudici deuterotæ superstitiosam sabbathi sanctificationē commenti sunt, ocij nimirum atq; inertiæ, qualem nostrates hodie egregie imitantur: excepto, φ crapulam et fastuosam pompam, superioribus seculis nūquam adeo frequentem, desidiei pharisaicę addunt. Quis ergo æque prophanat sabbathum, ac pharisæū hoc pestilēs genus? Quis sabbathum adeo violat, atq; pseudocatholicorum acediosum, pompосum, luxuriosum & execrabile genus? Et quis sabbathum rite celebrat, nisi qui Christū bene operantem, syncere ęmulatur? Sed videamus quid sentiāt pharisęi.

Superstitiosus sabbathism°.

At illi tacuerunt.

Tacere est artis: tacendo perperā loquitur nemo. Silentium tutum. Pro.25. Sicut vrbs patens & absq; murorum ambitu, ita vir qui in loquendo non potest cohibere spiritum suum. Nunquid ergo laudandi scribę hi & pharisæi? Neutiquam. Aliud em̄ est silentium laudatum, aliud illaudatū. Tacuerunt, ne instar soricis se proderent: q̄d carnis est prudētiæ. Prudentiam eam carnalē, nostris logomachis & spermologis optaueris euangelicis.

Silentium aut est laudatū, aut illaudatū

Ipse vero appræhensum sanauit eum, ac dimisit.

Facta Christi vocalia, æque docent atq; verba. Quid autem? Sabbathū sanctificari ope bono. Quid, per Deū oro, alud est sabbathum, q̄ ecclesia, sabbathū ex sabbatho, pax & gaudium in spiritu sancto? Sabbathū tale qui sanctificetur, Christi docet exemplū, vt confundatur Iouinianistarū solius fidei commentum. Opera bona sanctificant sabbathū, vtiq; et hominē. Fœneratur siquidē ipsi domino, qui miseretur pauperis. Dicis dominū bonorum nostrorum iuxta Psalm. nō indigere. Sed non luctantur Sapiens & propheta. Quomodo ergo secundum hunc non indiget dn̄s bonorum nostrorum, & iuxta illū fœneratur dn̄o, qui facit eleemosynā? Deo patri fit, quod filijs impē-

Facta Christi docent.

Sabbathi ueri consideratio euāgelico rū hæreti corū commento aduersatur.

ditur, Matt.25. Et in creatura creator contemnitur. Vnde & Psalmographus dicit: Tibi soli peccaui. Vides sabbathum bono opere sanctificādum, & eodem hominem iustificandum, Deo iam dedicatum. Sed factum suum ipsa Sapientia asseret.

Et respōdens ad illos, dixit: Cuius vestrum asinus aut bos in puteū cadet, & non continuo extrahet illum die sabbathi?

Respondet iterum tacentibus, sed factū bonum cogitationibus malis reprræhēdentibus. Iterum atque iterum videndum, vt quisque cuiuis suæ vitæ rationem reddere possit. Dominus cum factū suum, tum quæstionem præmissam egregie vindicat. Argumentum est à minore. Si æquū vt in sabbatho curentur asini & boues, quanto iustius est, vt homini ad Dei imaginem condito, inseruiatur etiam in sabbatho? Iumēta in puteum collapsa, etiam in sabbatho educenda, lex statuit Exodi XXIII. Deut. XXII. Et ipsa Israelitarum consuetudo, argumenti hunc locum confirmat. Nemo enim Iudæorū est, qui pecudes suas in sabbatho non pabuletur, adaquet, & pro re curet. Sed Thalmudica glossa adeo excæcauit Israelem, vt hominem imaginem Dei referentem, iumentis posthabere non dubitet. Caninum ergo & cęcum cor Verporum, dominus hac sua ferit responsione. Qui in petram veritatis Christum, fundatus non est, subinde nutat ruinosus. Videmus itaque & ipsos legisperitos in suis vacillasse conscientijs, Matth.XIII. Mar.III. Luc. VI. Vbi memoriæ proditum vides, Iudæos ipsos hanc quæstionē mouisse, occasione ab homine aridā manum habente, accepta. Lucæ item XIII. vides, archisynagogum Christo indignari, φ muliérculam à spiritu infirmitatis liberasset. Cui dicit: Hypocrita, quisque vestrum nonne soluit bouem suum aut asinum à præsepi, & ducit aquatum? Hanc autem filiam Abrahæ, quam alligauit satanas decē & octo annis, non oportuit solui à vinculo isto in die sabbathi? Constat sibi vbique veritas. Bene om̄ia fecit Christus. Sacrosancta tria verba, & ad sabbathi sanctificationem vnice apta. Appræhendit, Sanauit, Dimisit. Confundantur, qui ea negligunt, & ad sabbathi sanctificationem hominisve iustificationem nihil facere contendunt.

Sabbathū miæ nos submonet.

Sabbathū Chr̄s sanctificauit trifariā.

Et nō poterāt ad hæc respōdere ei.

Fortior est veritas vino, rege, & muliere. Benedicta veritas. Ezechiel satis supq; exponit mysterium sabbathi, capite vicesimo dicens: Sabbatha mea sint signum in-

ter me & vos. Et Moses haud obscure loquitur Deuter. 5. Septimus dies sabbathi est, vt quiescat seruus tuus & ancilla tua, sicut & tu. Memento quod & tu seruieris in Aegypto. Idcirco præcepit tibi, vt diem sabbathi seruares. Sensus est: Misericordiā velle dñm, & nō sacrificia. Talis sabbathismus manet in ecclesia, quod vides in epistola ad Galat. & ad Coloss. Hic bifariā peccatur, ab hæreticis nimirū, & pseudocatholicis. Sabbatharij heretici tale sabbathū docent, quale obseruāt Iudæi, cū Iudæis sabbathismi sui mercedem recepturi. Pseudocatholici ethnicorum more in om̄i carnis voluptate & pompa seculi sabbathizant, iuxta illud:

Sabbathi mysterij declaratio.

Sabbathū bifariam præuaricatur.

Festo quid potius die
Neptuni faciam? Prome reconditum
Lyde strenua Cæcubum.

Contra Epicuricum sabbathismū eum egimus in nostro Catechismo: hic saltē adijciam, Charitatē esse Magistrā & Moderatricem doctrinæ de sabbatho irrefragabilem. In synagoga neque charitate, neque necessitate lex violabatur: quis ergo dubitet, vtrunque etiā in ecclesia om̄i legi pualere? Consuetudinē bonā temere soluens, peccat: sed nulla consuetudo superstitiose in veritatis fraudē debet obseruari. Diem dñicum (quē ethnici à Sole diem Solis appellant) habet ecclesia, habet & festa & natales Apostolorum, matricis ecclesiæ sanctione. Accessere feriæ plereque, episcoporum certorum constitutione: quas equidē non reprobarē, si superstitio omnis pharisaica vnà cum ethnicorum luxu & fastu longe abesset. Sed bone Deus, neque diē dñicum & cæteras matricis ecclesiæ solennitates rite celebramus hodie, sed om̄ia partim superstitione & hypocrisi perniciosissime contemeramus, partim om̄igenis petulantijs execrabiliter violamus: adeo vt quis merito dixerit, ferias eas non Deo sabbathi, qui sanctus est & sanctimoniā vult, sed Veneri, Baccho, Voluptiæ, Pōpæ, immo etiā Cloacinæ aut alicui huiusmodi obscœnorum deorum dearumve institutas. Et quis hanc sacrilegā præuaricationē satis deplorauerit? Mera saturnalia facta sunt Iesu Chri solennia: maiorē licentiā secula nunquā videre. Hi fructus hagiolatriæ. Rabbi veteres dixerunt, sabbathi sui sanctione adeo offensos esse diabolos, & etiānum offendi, vt ea die nullus in populi frequentia vnquā permanserit, neque iam permaneat: sed om̄es ab hominū infestatione cessasse, hominibusque relictis, in cæca deserta speluncasque tetras effugisse & effugere. Dixeris, hodie om̄e genus cacodæmonum nostris ferijs illectum atque prouocatū, vel ex ipso inferno in mundum magno plausu & ouatione prorumpere. O domine sancte Deus, attende hāc tuæ ecclesiæ ruinam, ne obdormias in finem, ne dicat inimicus tuus, prçualui contra Iesum, & eius ecclesiam.

Charitate & necessitate sabbathū nō violatur.

Dicebat autem & ad inuitatos parabolam, intendens quomodo primos accubitus eligerent, dicens ad illos: Cum inuitatus fueris ad nuptias, non discumbas in primo loco, ne forte honoratior te sit inuitatus ab illo: & veniens is qui te & illū vocauit, dicat tibi, Da huic locum: & tunc incipias cum rubore nouissimum locum tenere. Sed cum vocatus fueris, vade, recumbe in nouissimo loco: vt cum venerit qui te inuitauit, dicat tibi: Amice, adscēde superius. Tunc erit tibi gloria coram simul discumbentibus. Quia omnis qui se exaltat, humiliabitur: & qui se humiliat, exaltabitur.

Hæc est altera pars præsentis lectionis: in qua nobis commendatur virtus diuinissima humilitas. Beatum eum, ad quē talis hospes diuertit. Non est ollaris amicus, cuius est terra & om̄is plenitudo eius. Non sectatur aurā popularē, cuius laudi incumbunt vnà om̄es angeli cœli. In Christo Iesu gloriæ patris cœlestis tantus fuit zelus, vt eius negligentiā, nunquā potuerit dissimulare. Hic itaque cenodoxiam pharisæorum videns, eos tāti mali humanissime, immo etiā diuinissime admonuit. In superiori itē parte tractauit publicā religionem: iam ab hypocritarum ambitione occasione sumpta, priuatam humiliationē. In supiori itē parte cæremonialia, hic vero moralia tradit. Superstitiosi erant pharisæi in cultu Dei, fastidiosi erant in conuersatione humana. Neque enim potest fieri, quin is qui superstitionis vitio laborat, vt non & fratres fastidiat, aliosque præ se oēs contemnat. Rursus vsu semper venire videmus, vt quo quis est aliorum fastidiosior, hoc omnibus fit magis odiosus. Vnde semper iuxta prçsentem parœmiam, ij qui e sublimi omnes alios derident, alijs om̄ibus tandē ridendi quoque veniunt. De pharisæorum ambitione habes Mat. 23. Marc. 12. Luc. 11. Et in Christi euangelio nihil æque repræhenditur, atque pharisæorum ille fastus. Verba ea, quibus Christus hic pharisaicam eam elationem retundit, ex prouerbijs Salomonis cap. 25. sunt deprompta. Dicitur ibi: Ne gloriosus appare-

pareas corã rege, & in loco magnatorum ne steteris. Melius est enim, vt dicat tibi, Adscende huc, q̃ vt humilieris corã principe. Sed dices: Nunqd Chrs fuit philosophus aut princeps alicuius architriclinus, qui ciuilitatem mensæ & politiã tradere habuerit? Respondeo, hãc instructionẽ lõgius pspicere, nempe ad institutionẽ ecclesiasticæ humilitatis, q̃ (iuxta Apostolũ) alij alios honore præueniunt. Hæc est colũbina simplicitas, serpentinæ prudẽtię moderatrix. Hęc in colũbinis oculis pdicat, & pdicata, nobis cõmendat Cant. 1. Hęc virtus est cæterarum oĩm condimẽtũ, sine q̃ perit & putrescit, qdqd vsquã est virtutũ. Hanc respicit dñs. Huic aures dñicæ nunq̃ nõ patẽt. In eius adiutoriũ Deus sabaoth semp intendit. Supbis enim resistit, hũilibus vero gratiã donat. Sic Ambrosius, Theophylactus, & alij pleriq; hũc locũ tractãt. Sed hũilitas catholica, q̃ hoc loco docet, nõ est solũ sita in externa personarum facie, vtpote in psonata quadã vestiũ & gestuũ submissione, de q̃ dicit Ecci 19. Est q se nequiter hũiliat. Hęc, ficta hũilitas, & verissima ea hypocrisis, & duplex fastus, cui dñs Iesus semp fuit adeo infensus. De hac mentita submissiõe dicit Augustinus: Quõ esse potest hũilitas, vbi regnat falsitas? sese ißęc furia humiliat, vt sibi oĩa subdat, seq; vel ipsi Deo similẽ exhibeat. Ecclesiastica humilitas potissimũ ex aĩo ęstimat, de q̃ sic dicit Hieronymus ad Celantiã: Humilitatẽ sequere, nõ q̃ ostendit aut simulat gestu corporis, aut fracta voce verborum, sed quę puro cordis affectu exprimat. Aliud est enim, virtutẽ habere: aliud, virtutis similitudinem. Corde hũiliato, non obest humilitatis symbolon vestis & gestus: sed corde supbo, imago humilitatis externæ, in duplicẽ superbiã assignatur. Virtutẽ ecclesiasticã siquidem verã parit sui ipsius cognitio, eandẽ et arguit patiẽtia. Vnde Bernardus de cõside. Scio neminẽ sine sui cognitione saluari, de q̃ nimirum mater salutis humilitas orit. Hieronymus itẽ epistola 27. ait: Verum humilẽ patiẽtia ostẽdit. Humilitas vera, sub potẽti se manu Dei submittit, 1. Pe. 5. Inutilẽ se arguit, Luc. 5. 7. 15. 1. Tim. 1. Dan. 9. Gloriam dat Deo, psal. 114. Talẽ neq; habent hæretici. Scientia enim inflat. Et quid est superbius, q̃ sibi oĩem sensum scripturarum arrogare? Non credo maiorẽ arrogãtiam à condito mũdo auditã, q̃ ea est, qua nostrates etiam ipsos beatos omniũ retro temporum ad vnũ oĩes, ignauiæ & errorum insimulant. Arrius blasphemiarum suarũ abstinuisset procul dubio, si tot sanctorũ patrũ monumenta suo tẽpore in lucẽ emissa extitissent. Maior ergo nostratiũ est insania, qui tam manifestę veritati audent luctari. Cæterum & execrabilis ambitio ipsam ecclesiasticã dignitatẽ fœdissime corrũpit. Minus nostrates hoc vitio tẽtarent, si darẽt fidẽ Chrysostomo, dicenti: Qui primatũ quærit in terra, confusionẽ inueniet in cœlo. Vere sacra vox, accedens verbo Christi: Qui se exaltat, humiliabitur. Idem etiam dicitur Ecci. 2. 3. Esaiæ 10. 66. Et ethnicorum fabulis hæc veritas probatur. Est enim apud poetam:

Dum petit infirmis nimiũ sublimia pennis
Icarus, Icarias nomine fecit aquas.

Cõtra rationẽ humanã, ne dicã scripturã, egregie hodie pugnat in ecclesia: & certũ est, inde natum schisma hoc, q̃ misere scissa est ecclesia. Audire videor iudicij Dei instãtis hæc Salomonis verba: Oeleh Hennah, hoc est, Descende infrà. O vtinã descendamus infrà ipsi, ne nos exaltatos de sedibus deponat furor Dei. Iustũ Dei iudiciũ. Nemo est honore dignus, q honorẽ affectat. Fugientẽ amplectit, & insequẽtes se auersatur. Exẽplo hũc locũ claudendũ puto. Exẽplis itẽ hũilitas vera addiscitur. Nã si præcipui quicũq; amici Dei, virtutibus oĩbus ornatissimi, adeo se hũiliauerunt, qd nos gloriabimur impuri? Breuitatis causa exẽplo sanctissimorum cõtentus ero. Christus forma serui accepta, oĩm infimũ se fecit, Philip. 2. Dolores nostros ipse portauit, Esa. 52. Vnde rite tanta gloria est exaltatus, Philip. 2. Psal. 109. Habemus documẽtum, habemus itẽ exemplũ. Ille qui se pter nos adeo humiliauit, nobis cor contritũ & humiliatum tribuat: idq; ad suã ipsius gloriã, quę illi cũ patre & Spiritu sancto vna atq; eadẽ est p æterna secula seculorum. Amen.

Humilitatis doctor Christus.

Humilitas omnium virtutum moderatrix.

Humilitas ficta.

Humilitas vera vnde æstimãda.

Patientia humilitatis et symbolõ.

Superbia hæreticorum.

Ambitio ecclesiasticorum.

DOMINICA POST TRINITATIS XVIII.
Euangelium Matth. XXII.



PHarisæi audientes q silentium imposuisset Saducæis, conuenerunt in vnum: & interrogauit eum vnus ex eis legis doctor, tentans eum: Magister, quod est mãdatum magnum in lege? Ait illi Iesus: Diliges dominũ Deum tuum ex toto corde tuo, & in tota anima tua, & in tota mente tua. Hoc est maximum & primum mandatum. Secundum autem simile est huic: Diliges proximum tuum sicut te

ipsum. In his duobus mandatis vniuersa lex pendet & prophetæ. Congregatis autẽ pharisæis, interrogauit eos Iesus, dicens: Quid vobis videtur de Christo, cuius filius est? Dicũt ei: Dauid. Ait illis: Quõ ergo Dauid in spiritu vocat eum dñm, dicens: Dixit dominus dño meo, sede à dextris meis, Donec ponã inimicos tuos scabellũ pedũ tuorũ? Si ergo Dauid vocat eũ dñm, quõ filius eius est? Et nemo poterat ei respõdere verbũ: neq; ausus fuit quisquam ex illa die eum amplius interrogare.

PROOEMIVM.



DVo præcipue in hac lectione continentur. Primũ charitas, ex pharisæorũ quæstione. Secundũ fides, ex quæstione Christi. Ex q̃stione pharisæorũ subdolosa liquescit, verbũ veritatis infestatione nunquam esse immune, sed semper vtrinq; plures habere impugnatores. Sic Christus hic æmulos habuit Saducæos, pharisæos, & scribas: alibi etiam Herodianos & sacerdotes. Emicant hic pharisæi, & in veritatem strenue inuolant, spe bellum præsumentes: sed tandem confusi discedunt, tanquam si in Trophonio specu fuerĩt, tristes. Intẽtari poterit catholica veritas, nõ extirpari. q̃d si schismatici crederẽt, sui eos inanis laboris pigeret.

Pharisæi audientes q̃ silentiũ imposuisset Saducæis, conuenerunt in vnum.

Pharisæi quod genus sit hominum, audistis. Hic subrepit alia secta Saducæorum, quos euangelistæ describunt amusos plane & obstinatos, vtpote qui nihil scripturarum didicerint, & in sua ignauia pertinaces valde extiterint. Inter cæteros errores, resurrectionem mortuorum negabãt, Marc. 12. Luc. 20. Iosephus eos eius quoq; erroris notat. Homines q̃ pecudes egerũt, pecuinã quoq; opinionẽ habuisse, mirũ nõ est. Hæresin eam qui penitius scire velit, legat Actu. 4. 23. Animalibus nihil persuaderi potuit, nisi quod esset carnalissimũ, adeo vt vel oculis carnis pateret. Vnde etiã neq; dæmones, neq; angelos crediderunt vllos, q̃m visibiles nõ essent: qualẽ Deũ sibi confinxerint. Cæterũ qualem sibi Deũ cõmenti sint, quis cæcus videre possit? Bestiæ hæ vtcunq; spurcissimã vitam viuerent, opinionemq; tenerent portentosam, religiosissimum tñ sibi nomẽ imposuerũt. Hoc oĩm hæreticorũ est ingeniũ. Hinc speciosa illa noĩa, Gnostici, Angelici & Apostolici, *Catharoe, quibus & Euãgelicos addere possumus: q̃d & gnosin, de qua se tantopere iactant, cũ cæteris noĩbus cõplectitur. Catharoe e mũditia, quã mentiebant, sunt dicti. Hi meritis bonorũ nimiũ fidebant: viduas, si denuo nupsissent, damnabant. Nostrates (quod mirũ est) prorsus carnaliter viuẽtes, virtutũ merita damnãtes, viduas, maxime opulentas, ad secundas nuptias cogentes, nescio quam καθαριότητα præ se ferunt, etiam ipsos beatos p̃ se contemnentes. Sed & hoc hæreticorũ est propriũ, vt id quod minus sint, maxime ostentent. Exẽplo esse potest Paulus Samosatenus, q̃ nemo fuit æque impurus, ipse vero se spiritũ sanctũ sanctimonia æquare. Sed videamus quid sibi Saducæi noĩs tribuerĩt. Hebraice se zeduckim, id est, iustos appellabãt. Nomẽ certe sacrosanctũ, sed hoĩes execrabiles. Inter Saducæos & Pharisæos bellũ erat internecinũ, q̃d esset alia quædã p̃scriptio discernẽdæ hæresios. Iuxta p̃scriptionẽ eã, schismatici hodie oẽs simili studio ecclesiã Romanã impugnantes, ipsi se mutuo odio expugnant. Pharisæi & Saducæi q̃q; in hoc saltẽ sibi conferũt, vbi de Christi p̃secutione ageretur, Mar. 3. Hi sunt duæ domus, vt Hieronymo in Esaiæ ca. 8. placet, q̃ in lapidẽ offensiõis impegerũt. Obstipauit os Saducæis dñs, et ecce tibi bellũ redintegrãt Pharisæi. Adeo verũ est q̃d dicit Hieronym⁹: Liuor nutrit impudentiã. Sed phimostomo (sic eñi voco nr̃m Sotera, in æternũ benedictũ) q̃ impudẽtibus adeo egregie os oppilare possit, & horũ futile os potẽtissime oppilabit. Illi (Hieronymo teste) saltẽ libros Mosis receperunt: vnde etiã ex Mose, Exo. nempe 3. eos confutandos duxit, qui etiã ex pphetis erroris reuinci poterant, maxime Eze. 37. Dan. 12. vbi resurrectio mortuorum luce clarius adstruitur. Sed congressum Pharisæorum & Christi audiamus.

Et interrogauit eũ vnus ex illis legisdoctor, tentãs eum: Magister, q̃d est mandatum magnum in lege?

Attendite charissimi artẽ pharisaicam. Vn⁹ oĩm ore interrogat, ne oẽs interrogãtes, confunderent oẽs. Sciscitabat, nõ vt disceret, sed vt tentaret. Sciscitat aũt legisperitus. Nõ ea vis aĩo plebis erat. Scriba dominũ tẽtare ausus fuit, vt discamus, ne statim cuiuis sciolo credamus. Quod si hoc Christo dño cõtigit arbori virenti, q̃d fiet nobis discipulis, seruis & ligno putrescenti? Magister,

Saducæorũ qualis secta.

Hæretici oẽs in vita turpissima se semideos volũt adorari.

ster,inqt, quod est mandatũ magnũ in lege? Etiã q̃ ore potuit magistrũ vocare,quem ausus fuit tẽtare? Sed pfricta frõte hõ, hoc potest. Quod est mãdatũ magnũ? q̃si vero quędã parua & nihil æstimãda sint,& quasi Deus Opt. Max. aliqd futile cõstituere possit. Sane q̃ pręcepta Dei nõ facit maximi ad vnum oĩa,& legislatorẽ ipsum Deũ pendet flocci. Per legẽ, itelligit qnq; libros Mosis, qui multas leges cõtinẽt,numero nimirum (q̃d in priuato quodã libello, cui titulus est, Mizuoth ha Tharan, hoc est,p̃cepta dñica)*trecenta tredecim. Rabi forte pręceptũ magnũ legis, credidit sabbathũ,circũcisionem, καθαρισμὸν, vestium aut corporis &c. Sed audiatur legislator ille, cuius verbum manet in æternum.

Precepta Dei omnia magnifacienda.

*613

Ait illi Iesus: Diliges dñm Deum tuũ ex toto corde tuo,& in tota aĩa tua,& in tota mente tua: Hoc est maximum & primum mandatum.

Vera & sacrosancta respõsio. Nã tametsi primũ pręceptũ fidẽ exigẽs,etiã magnũ sit, maius tñ est q̃d charitatẽ exprimit. Charitas eñ (teste Ap̃lo) maior est fide, qua cessante,illa manet. Adducit fides ad Deũ, sed charitas eũ amplectit: ostendit illa Deũ,sed hæc eo fruit. Cæterũ Iudæi præceptũ hoc in tertiũ ordinãt,dicentes primo credendũ esse, Deũ in monte Sina legẽ populo Israel dedisse. In secũdo vero loco docẽt,credẽdũ esse vnũ Deũ, conditorẽ cœli & terræ. Nos vero Magistri nostri sentẽtias approbãtes, vndiq; charitatem nobis cõmendari credimus. Et sine omni cõtrouersia maxima est eius cõmendatio,ꝙ dñs illi & primũ locum tribuit,& mãdatũ magnũ eam esse dicit. Vides haud ociose eã apud Ioannẽ Deũ vocari. Apud Marcũ huic clausulæ, Mãdatũ magnũ,adiectũ inuenies. Schma Israel Adonai Elohenu Adonai Ehad, hoc est: Audi Israel, Dñs Deus noster, vnus est Deus. Iuxta textum Deutero.6. seqtur,hunc diliges, vt Marcus fidei præceptum (Ephe. 4.) vnã cũ charitate tradere videat, & vt ostendat fidẽ sine charitate nihil esse, quẽadmodũ & charitas sine fide nulla ẽ. Diliges dñm Deũ tuũ, habet lex Mosaica: hãc quoq; legẽ ad nos ptinere veritas ostẽdit: quatenus & nos sp̃ualis Israel sumus, Ro.2. Tres hic modos vides diligẽdi: ex toto corde,aĩa & mẽte. S. Matthæus & Marcus sequunt hebraicã lectionẽ,literã Heth pro in,ponẽtes. Vnus tamẽ sensus est, diligere Deũ in corde,atq; ex corde. Ap̃lus 1.Cor.1. ponit pro in & ex,de: quod & eundẽ habet sensum. Sed parui negocij est hac de re differere: exequi vero, laboris opus est magni. Citra opus,verberatio est aeris,quidqd de p̃cepto loqmur,cãtamus & scribim⁹. Facessat Pelagius. Magnũ, iuxta Chrysost. verbũ,est mandatũ, Deum diligere ex toto corde,aĩa & mẽte. Magnũ, hoc est,supra vires humanas. Amare quod non videas, idq; ex toto corde, certe maximũ,nedum magnũ est. Fructus sp̃us est,non carnis. Gal.5. Et qs hoc negauerit,q̃d etiam ethnici fatentur? Dicit vnus eorum ad Deum, sub Melpomenes nomine:

Maximũ dñi mandatũ charitatis.

Preceptũ dei & charitatis magnũ latũ.

Pelagij error mãdato charitatis confutatur.

Totum muneris hoc tui,
Quòd monstror digito prætereuntium,
Romanæ fidicen Lyræ.
Quod spiro & placeo,si placeo,tuum est.

Huc facit, q̃d Augustin⁹ ad Marcellinã dicit cap.36. nos tũc mãdatũ hoc Dei magnũ p̃stare,vbi Deũ facie ad faciẽ viderim⁹. Huc adducẽdũ & illud: Da q̃d iubes, & iube q̃d vis. Quod scite tractat apud eundẽ ibidem ca.13. Nemo ergo charissimi suis p̃sumat viribus,sed hũiliati, ad thronũ glorię cõfugiam⁹. Ibi oĩa sunt nobis pmissa, Mat.7.18.21. Marc.11 Luc.11. Ioan.14.15.16. Quis nũc veritati oggãniat,dicẽdo,mandatũ hoc etiam homini renato p̃stari non posse? Breuitatis grã, vnico,sed satis graui & sufficiẽti exemplo ostendã, nouo homini legẽ eam p̃statu esse facilimã. Iosiæ 4. Reg 23. similis nõ fuit, q̃ reuerteret ad dñm in toto corde suo, & in tota aĩa sua,& in vniuersa virtute sua, iuxta legẽ Mosi, neq; post illũ surrexit similis illi. Ex p̃senti exẽplo vides nihil habere amoris Dei, q̃ docet legẽ eã nos minime p̃stare posse. Iosias siquidẽ, quod ibidẽ dicit, Deũ ex oĩbus viribus amãs, Deũ q̃q; ex omnibus viribus amandũ docuit. Faciamus, viantium pfectionẽ modicã, etiã nullã esse, collatam pfectioni triũphantiũ: sed certe iuxta scripturã, aliqua est & ea magna. Argumentũ quo charitatẽ Dei dinoscas, primũ esto, si sentias re ipsa te neq; vxorẽ, neq; liberos, neq; fortunã, neq; vitã tuã ipsius Dei gloriæ decoroq; ecclesiæ præferre. Secundum, si verbum eius te solum afficiat atque oblectet. Tertium, si scandala, sacrilegia & blasphemiæ te offendant. Quartum, si vrare, videns verbum fidei frigidiuscule tractari & contemni. Quintũ, si mundi concupiscentiæ & gloria tibi præ amore Dei, & desiderio patriæ vilescat. Summa: amor est Dei, si cor tuum in domino Deo salutari tuo exultet, atque acquiescat, sicq; anima tua & mens captiua Deo ducta, illi soli viuat. Hic amor inter cætera conciliatur contemplatione magnitudinis Dei. Secundo, consideratione multitudinis miserationũ Dei erga te. Tertio, si mẽte tua reputaueris, quæ tibi in cœlo dare pmiserit. Deniq;, ꝙ seipsum tibi fruendum constituerit dare.

Charitatis p̃ceptũ factu esse facile, exẽplo ostenditur.

Argumẽta quibus charitas Dei dinoscitur.

Charitatis Dei cõciliandæ, seu acquirendæ rationes.

Hic rogo, quid est mundus & omnis mundi gloria, collata ad gaudia cœli vel minima? Scilicet digna res, quæ summo bono præferaẽ, edere & egerere. Beatus q cœnam gustauerit in regno cœlorꝝ. Satiabitur pius tunc saltẽ, cum apparuerit gloria Dei.

Secundum aũt simile est huic: Diliges proximum tuum sicut teipsum.

Charitatis præceptum bifarium.

Duo sunt charitatis pcepta. Primũ vocatur magnũ, qa ingentẽ poscit amorẽ. Alterũ illi par, rõne necessitatis. Locuples testis Hilari⁹, dicẽs: Idẽ officij & meriti in vtroq;. Theophylactus: Duo, inqt, nos in interitũ trahũt, mala doctrina, & corrupta vita. Vt igiẽ nõ incidamus in impia dogmata, diligendus est Deus: ne aũt sit vita puersa, diligendus est proximus. Qui eñ diligit proximũ, oĩa mãdata implet: & q implet mandata, diligit Deũ. Atq; ita duo illa mãdata inter se cohærẽt & copulanẽ, & cõtinent oĩa alia mãdata. Quis eñ diligẽs Deũ & proximũ, vel furaẽ, vel vindictæ auidus est, vel adulterium cõmittit, vel scortaẽ, vel occidit? Hæc ille. Quod si iuxta Seruatoris sentẽtiã, secundũ mãdatũ priori simile est, videmus proximũ proxime & secundũ Deum nobis diligendũ. Quod ferit cornua eorꝝ, q se de amore Dei adeo iactãt, cũ tamẽ eo prorsus sint vacui. Tales & Ioannes in ep̃la prima egregie mẽdacij cõuincit. Proximus est oĩs homo, quẽ nõ solũ iubemur diligere, verũ etiã diligere sicut nos ipsos. Quãtitas addita est amoris, cum dr̃, sicut teipsum. Sic & quãtitas primo prçcepto est cõnexa, ex toto corde. Arduus est ille amor, sed asseqũr eum homo sp̃ualis. Minori igitur negocio sp̃ualis homo creatura noua, proximũ sicut seipsum ardet. Natura nosipsos diligimus: sed citra gratiã Dei amore proximi ardere nõ possumus, nostrum amorẽ in proximũ transferẽdo, nosq; abnegãdo, Lu. 9. animã nostrã minus amãdo, Ioan. 12. Et proprius sui amor, ἔρως ἑαυτοῦ, siue φιλαυτία, apud ethnicos nõ adeo probatur. Erras igitur, si putes Chr̃m eã nobis hic inculcare, cũ iam ad eã nimiũ simus procliui oẽs. Cõmonefacit nos legis naturalis, q̃d est: Quæ tibi non vis, alijs ne feceris: q̃d est summa totius legis, Mat. 7. Luc. 6. Et plane naturale est, vt natura humana, nõ ignara mali, miseris succurrere discaẽ. Diligere proximũ, est ex animo proximo bene velle, & affectũ eum animi ad effectũ perducere. Hæc siqdem mãdata potissimũ ad opus respiciunt. Opera sunt vnicũ & certũ argumentũ, quo charitas vera dinoscit, teste Iacobo & Ioanne. Adde q etiam amor Dei sine ope, id est, cultu & obedientia, vanus est. Ostẽdimus, naturã secundũ pceptũ cõprobare: nõ tñ dicimus, eã præstãdæ legis virtutẽ nobis suppeditare. Ex Adamo & Heua, itẽ ex Noe oẽs sumus vna conspersio & massa. Et magna mater Humus (vnde homo dictus est, q̃si humo) humanitatis maternæ nos admonet, vt eius exẽplo oĩbus ęq̃ lãce succurramus. Humanitatẽ Ambrosius vocat virtutẽ domesticã. Multa itẽ pclara & salutaria exẽpla de harmonia membrorꝝ hũanorꝝ in mediũ pfert, Off. 3. ca. 3. Sacerdos ex lib. Sẽtentiarũ 3. discat, q̃tenus etiã extraneos, prçcisos, & hostes malignos quoslibet diligere debeamus. Qui si nõ frẽs sint in Chr̃o, vt aliqñ in Chr̃o queãt amari: pppter Chr̃m sunt amãdi, hoc ẽ, vt in Chr̃o fratres nobis fieri possint. Qui vero Chr̃i sumus, ita vt nos Chr̃us dilexit, inter nos mutuo amare iubemur, Ioã. 13. 15. Sed neq; hoc, neq; illud sine Chr̃o possumus. Eius gratia vtrũq; & leue & iucundũ erit factu. Ecclesiastes videat, vt hic liuidos oẽs seueriter tanq̃ extorres ecclesię iudicet. Sua q̃rentes, & reipub. curæ nunq̃ indulgẽtes, simili arguat vehemẽtia. Vsurarios calũniatores miserorꝝ & prædones nobilistas, gladio sp̃us grauissime feriat atq; tũdat. Principes deniq; bellicosos simili zelo flagellet, vel suam animam saluaturus.

Proximus proxime & secũdũ Deũ diligendus.

Amor sui nec ethnicis adeo probatur.

Charitatis argumentum.

In his duobus mandatis vniuersa lex pendet & prophetæ.

Hæc est tertia pars respõsi Chr̃i, in qua duo charitatis pcepta laudare pgit. Et pclarã charitatis laudẽ fateamur oportet, q̃ dñs vniuersam legẽ cõplecti adstruit. Qui aũt hoc? Charitas adimplet legẽ Ro. 13. Gal. 5. Vñ q in vnã legẽ, q̃d apud Iacobũ est, ipingit, fact⁹ est oĩm reus. Qui aũt & hoc? Quia se charitate, oẽm legẽ cõplente, vacuũ designat. Attẽde verba magistri: Vniuersa, inquit, lex. ὅλος ὁ νόμος. Nõ folium, neq; liber vnus, sed oĩs lex & pphetæ. Seq̃tur ergo, finẽ legis & pphetarꝝ esse charitatẽ: etiã si dictio hebraica Ahaba, nõ legaẽ in versib⁹ singulis. Nã & noui testamenti libri in vniuersum charitatẽ tradũt, etiã si nõ vbiq; exp̃sses ita vt charitas sit anacephalæosis (vt S. Paulus dicit) & summa vtriusq; instrumenti. Quis iã mirabiẽ, Ap̃lm fidei pferre charitatem, 1. Cor. 13? Quis nũc miraculi loco duxerit, errorisve insimulauerit S. patres, & pcipue S. Augustinũ, q talẽ laudẽ charitati tribuere? D. Hieronymus tã apte q̃ pie charitatem dicit Esaię (ca. 6.) siue potius angeli esse forcipẽ, scalã Iacob, Gene. 28. & duo minuta viduę, Luc. 21. Idẽ lib. 2. cõtra Ruff. dicit: Sine charitate sanguis effusus, corpusq; flãmis traditum, coronã non habet prçmiorꝝ. Idem dicit Cyprianus in libro cui titulus, De bono patientiæ. Vbi & fructuũ charitatis quosdã cõmemorat, dicẽs: Charitas est vin-

vinculum fraternitatis, fundamentū pacis, gluten concordiæ. Charitas bonoꝝ fœcunda est, quod vides 1.Cor. 13. Si fructus eius campo vberiori libet cernere, librum Clementis, qui compendiolum inscribitur, consule. Atq; hæc hactenus.

Congregatis autem pharisæis, interrogauit eos Iesus, dicēs: Quid vobis videt̃ de Christo, cuius filius est?

Hæc est altera pars huius lectiōis, de fide nimirū. Respōsum de charitate, scriba Marci 12. approbauit: vnde secundū Theophylactū, dictū est illi: Haud longe es à regno cœloꝝ. Videamus quid sentiat vulgus pharisæoꝝ de Christo. Pharisæi, veri erotematici, quæstionū abundant. Sed videamus qd possint in respondendo. Veritas rogat syncériter, nihil friuolum de lana caprina, sed de charitate virtute plane diuina. Attende sapientiæ plenam quæstionē. Non negat se Messiā, ne mentiatur pharisæoꝝ more: nec se Messiā dicit, sciens incredulos esse pharisæos, Luc. 22. Rogat ergo, nō vnū aut duos, sed vniuersam Iudæoꝝ synagogā. Fundamēta siue essentialia fidei, nempe Messiam essentialiter esse, oībus fere Iudæis satis erāt nota. Sapientia vero hic speciatim & significanter discernens, de Messiæ genealogia rogitat. Sic quæ fidei sunt, distinctim rimari oportet. Vnde ecclesia suos articulos fidei ordine certo distinctos recēset.* Nec q alioꝝ doctores esse volunt, de fidei implicita professione non possunt probari. Moses & prophetæ Christū Emanuelē, cū hominibus conuersantē, descripserunt, vnde & *ἐνσωματωθεὶς θεός, id est, corporeus Deus est dictus. Melito epūs Sardiensis, teste Hieronymo, libellum de corporeo Deo edidit. Hic itaq; enanthropesis, id est, incarnatio & animatio, à diuinitatis æterna illa generatione distinctim est edicenda. Vides arduam esse Sapientiæ quæstionē. Recte à quæstione de charitate, fidei quæstio mota est, quia in ea charitatis latet seminariū. In hac professiōe videmus, q̃ nos creator ab æterno dilexerit. Hic q satis fundatus nō est, neqdquā de magno præcepto charitatis disputat. Interrogat ergo pharisæos, vt veritatē quā didicerunt & sciunt, etiā credāt, teste Theophylacto. Sic em̃ fore, vt & ament quę credunt.

Pharisæi vere sunt erotematici.

Dicunt ei: Dauid.

Quantū ad Christi humanitatis professionē, bene hoc dictū est, Christū filiū Dauid, & credimus ex Matth. 1. Luc. 1. 2. Ro. 1. Non filiū Dauid, vt quisq; nostrū sui parentis est filius: sed quod apud præmissos euangelistas & apl̃os videmus, de domo siue de sanguine Dauid: vnde apud Hieremiā pulchre dicitur germē Dauid, in Genesi virga Iacob, apud Esaiam virga Iesse, &c. Et qa sanguis est Dauidicus, hoc est, qa ex stirpe ea homo est factus, secundū scripturas proprie & vere dr̃ filius Dauid. Adde ꝙ Chr̄us haudquaq̄ esse posset, nisi ex generosa atq; eadem gloriosa virgine Maria filius Dauid esset ortus. Recte ergo, quantum ad carnis prosapiā, à Iudæis hic est respōsum, idq; ex scriptura, 2. Re. 7. Psal. 131. Esa. 22. Hier. 23. Ezech. 37. Ose. 3. Amos 9. Attēde iucūdissimā harmoniā, & suauissimā vtriusq; instrumenti symphoniā. Ita pharisæi vbi libitū illis est, scite respōdent. Sic Mat. 2. Micheam cap. 5. proprie adduxerunt. Cæteꝝ erinny infernali correpti, in summā blasphemiam ora soluerūt, dicētes Chr̄m eē filiū Iosephi, sic filium Dei Chr̄m abnegādo. Hic quoq; eius sententiæ adhuc sunt, quanquā responsio eoꝝ id non exprimat. Sed, quem illi negant, filius Dei corda probans & renes, latens hulcus tangit, dicens:

Christus verus filius Dauid.

Ait illis: Quō ergo Dauid in spū vocat eū dn̄m, dicēs: Dixit dn̄s dn̄o meo, sede à dextris meis, donec ponā inimicos tuos scabellū pedū tuoꝝ?

Nō hęc à dn̄o dicta, quasi neget se filiū Dauid: sed fabulas perfidoꝝ cōuellit Iudęoꝝ. Hoīem merū blasphemāt fore suū Messiā, naturali vsu cōceptū & genitū. Regnū ergo tēporale illi tribuūt, plenū oīni seculi pōpa. Regales itē luxus vsq; adeo suo Messiæ non negāt, vt etiā polygamū fore affirmēt. Pręcipue vero præstāti forma puellā, qualē Iuno Aeolo apud poetā pollicet̃, illi desponsant. Sed neq; pānosam eā esse patiunt̃. Immo Be Cethem Ophir, hoc est, in aurea veste qualis illa, quā poeta celebrat, dicēs: Pallā signis argētoq; rigentē. puellā eā Israeliticæ gētis, suo Messiæ adducūt. O mirā prudentiā Iudęoꝝ, qs nō dixerit tātę sapiētię hoīes dignos, q̃s Iupiter à consilijs sibi eligat? Eat nūc aliqs, & Verpos cæcos esse dicat. Adeo suo Messię ꝓspiciūt, vt deoꝝ cōcilio vniuerso admirationi esse possint. Sed heus miser Apella, memineris eum, q cū nihil sit, sese arbitret̃ aliqd esse, sese decipere. Vide ergo, ne & tu, q tibi tātam ꝓmittis sapiētiā, vt etiā Ioui ꝓspicere queas, nihil existas. Quid Messiæ cū mundi pōpa & gloria, cū Vanitas vanitatum sint oīa? Nonne oīs caro fœnū, & gloria eius quasi flos agri? Adspexit Hieremias vniuersum mundū, & ecce oīa q̃si nihili. Sed valeant Verpi: nos cum Petro dicimus corde & ore, Tu es Christus filius Dei viui, Matthæi 16. Huc pertinet Psalm. 109. vbi Dauid ipse nobiscum sentiens, dicit: Dixit dominus domino meo, sede à dextris meis

Christus filius verus Dei, quēadmodū & verus filius Dauid.

Iudæorū error de Messia.

Christus verus filius Dei viui.

meis &c. Dixit dñs, qui solus & proprie est dñs, qa excelsus, neminẽ supra se, aut sibi parem habens. Qui rex est, dominũ non habet ille suum, dicit ethnicus. Vere itaque & rex & dominus solus ille, qui excelsus est. Et scriptura passim Deũ Abraham, Isaac & Iacob, Dominũ appellat, vtpote ex quo om̃is dominatio. Ille dñs, dixit domino Dauidis: vtiq; Deo, qui solus & proprie est dominus, quem & Dauid identidem dominũ, omisso vocabulo * Deo, appellat, iuxtà atq; Moses, ꝓphetæ & oẽs hagiographi. illũ, inquam, dominũ, de quo dicit psal. 17. Quis Deus præter dominũ? 46. Rex om̃is terræ Deus. 95. Deus vltionũ dñs. 99. Quoniã dñs ipse est Deus. Accedit huc, ꝙ & ethnici Deum dominatorẽ & gubernatorẽ omnium appellant. Non ergo Dauid carnalẽ aliquẽ nepotem suũ hoc nomine dignatur, cũ secundũ ius naturæ, nõ Minores, auorum & proauoꝝ dñi vocantur, sed contrà Maiores, dñi, capita & origines minoꝝ celebrantur. Sede à dextris meis. Quis dñs? & quæ dextra? Dixit dñs, puta Deus pater, domino meo, suo filio, sede à dextris meis, quantum homo es, exaltare super om̃es cœlos. Hebraice sic: **Neym Jehoua Ladoni Seb liminai**. Hoc est, Dixit dñs dño meo, sede à dextris meis. Qui hoc nõ credit, o tergiuersator pharisæe, in eũ seqtur horrenda Dei iudicij sentẽtia. Donec ponã inimicos tuos scabellũ pedũ tuoꝝ. Et quid hoc sibi vult? Audi Apostolũ 1. Cor. 15. Oportet eũ regnare donec ponat oẽs inimicos sub pedibꝰ eius. Vitiligatores sunt veritatis inimici, eos maiestas veritatis confundet om̃es, vt exaltetur Deus. Sedulius pedes, apostolos intelligit, qbus Christus vniuersum mundũ peragrauit. De pedibus illis dicitur: Quàm speciosi pedes annunciantiũ pacẽ. Alij accipiunt pro maiestate humanitatis Chr̃i. Vnus sensus est: nẽpe Christo om̃es creaturas vel voluntate illis ad salutẽ, vel necessitate illis ad iudicium cessuras. Locũ eum Sapientia porro declarat. ipsum audiamus.

Deus proprie & solus dominus est.

Pedes Christi.

Si ergo Dauid vocat eum dominum, quomodo filius eius est?

Attende grauem syllogismũ. Dixerat: Quomodo Dauid in spiritu vocat eũ dominum? nunc per inuersionẽ dialecticoꝝ, dicit: Si dñs, quomodo filius est? Adeo hac ratiocinatione cõpræhendit sapientes in astutia eorũ ille, contra quẽ consilium non est. Iudæi næ legendo, nihil didicerunt.

Qui Chr̃m nescit, nihil est ꝙ cætera discit.

De magno interrogãt mãdato, citra fundamentũ ædificare volẽtes. Gloriã Christi nostri, atq; adeo fundamentũ totius sp̃ualis ædificationis, habemus Matt. 5. 14. 17. Mar. 1. 9. Luc. 3. Ioan. 3. 11. 17. Rom̃. 1. 8. Galat. 4. Eph. 1. Col. 1. 2. Petr. 1. 1. Ioã. 3. 4. Chr̃s gloria sanctoꝝ patriarchaꝝ, datus est in talẽ nobis gẽtibus, vt videamus hoc, q̊d multi reges & prophetæ videre optauerũt, nec tamen potuerunt. Legat sacerdos ecclesiasticos autores, & videbit quantũ sancti patres de ecclesia catholica sint bene meriti. Quanquã noui euangelici omniũ ingratissimi, fœdi hoĩes, sese ostentent, quasi ipsi iam primũ syncerã Chr̃i fidem ex antro quodã cęco produxerint. Ego, teste Deo, nõ video quis hoĩm verbis adsequi, aut etiã mente cõcipere possit laudẽ, quã sancti patres merentur, q suis laboribus, etiã sanguine, Chr̃i fidẽ asseruere: maxime vero tẽpore illo, vbi hæresis ea (quã Seuerus Hespericus ille excitatam cupit) per tot climata mundi grassabatur. Sanctus Ignatius vtranq; Christi naturã pio stylo prosequitur in ep̃la ad Tharsenses. Idẽ facit Euthycianus in epistola ea, quæ sancti Clementis operibus est suffixa. Iustus liber mihi esset cõficiendus, si oẽs patres, q hac in re strenuè laborauerũt, velim adducere. Ad institutũ itaq; rediens, dico summã præsentis quæstiõis esse Theanthropon, hoc est, Deũ & hoĩem, idq́; vtrunq; vere. Hoc habet ex Dauid, illud ex patre cœlesti. Iuxta hanc veritatẽ obediuit matri, paruit & nutricio legalíq; p̃ri Iosepho, iuxta illam veritatem dicit matri: Quid est quòd me quærebatis? Item: Quid mihi & tibi mulier? nondũ venit hora mea. Item, Quæ est mea mater, & qui sunt mei fratres? Hic dicit pia mater: Fili, qd fecisti nobis sic? illic ancilla dñi non intellexit, quæ dicebantur de illo. Et Dauid hic dicere potest: De fructu ventris mei posuit super sedẽ meã, illic in filio dominũ adoret oportet. Non puto me cuiuis corripiendũ venire, qui dixerim Christũ esse θεάνθρωπον, seueriter vero culpãdum esse, si vocarẽ theophorũ. Apud Ignatium, Damascenũ, & alios Græcos autores, om̃is fidelis pulchro & apto epitheto vocatur Deifer, quippe q templũ spiritus sancti existat: sed non facit hoc vocabulũ ad Christi gloriã, qui consubstantialis est patri & spiritui sancto. Interpretes pleriq; negligũt affixa hebraica, cũ tamen sæpe e minimis literulis, vtpote Iod, tota sententię virtus dependeat. Similem virtutẽ habent articuli Græci, quibus potissimũ hęreticos confutauit sanctus Hilarius lib. 2. de Trinitate, vbi dicit Græcitatem (vt ait) Latinitati præire. Aliorum exempla huius loci, breuitatis causa prætereo. Sequitur:

Christi gloria.

Et nemo poterat ei respõdere verbum, neq; ausus fuit quisquam ex illa die eum amplius interrogare.

Bene-

Benedictus Deus: vicit veritas, silet nugacitas, triumphat simplicitas, confusa est duplicitas. Qui plus respondet quàm audiat, stultum se esse declarat. Respondere non possunt, quia sunt conuicti. Sed quare non audent interrogare eum, qui instruit, & nõ irascitur: q hortatur, & nõ calumniatur? Timent veritatẽ, credere nolunt: nolunt, quia non possunt: non possunt, quia tradidit eos in reprobam mentem, veritatem grauiter audientem. Tradidit autem, quia hoc eorum meruit fastus & hypocrisis. Superbis resistit dominus, humilibus suam largitur gratiam. Dominus Iesus, cuius Spiritus electos in omnem veritatem inducit, quiq́ omne bonum in omnibus operatur, det & nobis agnitionem sui, habentibus sui amore ardere, vt mereamur in via iustitiæ indies maiora charismata accipere, ad suam gloriam quæ illi cum patre & spiritu sancto vna est in secula

Amen.

DOMINICA POST TRINITATIS decimanona, Euangelium Matthæi IX.



ADscendens Iesus in nauiculam, transfretauit, & venit in ciuitatem suam. Et ecce offerebant ei paralyticum, iacentem in lecto. Videns autem Iesus fidem illorum, dixit paralytico: Confide fili, remittuntur tibi peccata tua. Et ecce quidam de scribis, dixerunt intra se: Hic blasphemat. Et cum vidisset Iesus cogitationes eorum, dixit: Vt quid cogitatis mala in cordibus vestris? Quid est facilius dicere, dimittuntur tibi peccata tua: an dicere, surge & ambula? Vt autem sciatis, quia filius hominis habet potestatem in terra dimittendi peccata, tunc dixit paralytico: Surge, tolle lectum tuum, & vade in domum tuam. Et surrexit, & abijt in domum suam. Videntes autem turbæ, timuerunt, & glorificauerunt Deum, qui dedit potestatem talem hominibus.

PRAEFATIO.



PHarisæorum fermento dementati Iudæi, expectant Messiã purum hominẽ, pompæ & voluptatibus huius mũdi penitus deditum. Christus secundũ oracula prophetarum, sese exhibuit lõge alium, nẽpe vanitatum mundi omigenũ auersantẽ, nostram (vt Esaias dicit) portantẽ infirmitatẽ. Mammonistæ diuitem pecunia expectant. Christus se diuitẽ exhibuit in misericordia. Iudæi Messiã potentia huius seculi insignem, Christus se in omni potentia spirituali aduersus spiritus, qbus potestas est aeris, præclarum se Iudæis obtulit. Huius loci euangelicæ literæ sunt plenæ. Et si nullum aliud eius loci superesset exemplũ, sufficeret hoc, quod in præsenti lectione nobis proponitur, vnicum. Clementissimus & idem potentissimus Dominus, filius Dauid, hic duplicis gratiæ ac potentiæ opus edit, ægrotum corpore & anima saluans: opus, cui nulla fortunæ bona possis conferre. Animæ hominis quæ collatio esse possit? Nulla. Ergo gratia ea qua homini peccatũ remittitur, immensa. Et quatenus nulla comparatio salubritatis corporis humani dari potest, sequitur & gratiam corporis curati esse magnam. Dona, etiam ethnicorum iudicio, hæc amplissima. Vnde ait quidam: Opto mihi sanam in sano corpore mentẽ. Sed tanta bona non Aesculapius, non Podalirius, non Machaon, aut aliquis eius farinæ homo, contulit herbarũ, lapillorumve virtute, sed Messias noster, δύναμις (hoc est, potestas & virtus) altissimi, suapte maiestate & nutu contulit. Videm⁹ itaq; quanto se Chrs supra oẽm expectationẽ pharisæorũ, clementẽ & magnũ huic mundo exhibuerit. Lectionẽ audiamus, vt sotera illũ, quẽ synagoga recusauit, recipere possimus.

Optandũ est vt sit mẽs sana in corpore sano.

Adscendens Iesus in nauiculam, transfretauit, & venit in ciuitatem suam.

Transmittere habuit, quia in terra Gergesenorũ fuit. Ibi simulac * spaciũ curasset, Gergesenorũ ingratitudine pmotus, traijcere statuit, & ad suã redire patriã. Mystice vero nauim cõscendit, sacramẽtũ ecclesiæ adumbra-

Ecclesiæ potestatis significatio.

umbraturus. Christus in naui, est δύναμις, id est, potestas Dei in ecclesia: quod significaturus, in nauim præcipue voluit descendere. Ciuitatē Christi, non intellige secundum temporalē ditionem, quæ Christo in hoc mundo nulla fuit Matth.8.Luc.9. Ioan.18. sed ratione patriæ, ciuitatem Christi intellige. Marcus Capernaum fuisse exprimit.

Capernaum Christi est ciuitas.

Augustinus lib.2. de consensu Euang. dicit, non solum Nazareth & Capernaum, sed & om̄es ciuitates Galilææ Christo assignari, ratione patriæ. Quod iniquum non fuerit. Nam de præclaris viris non solū oppida in quibus nati sunt, sed & regiones terræ continentis aut insularū, se nobiliores solent reputare. Sed apud Matthæū capit.4. euidentior causa exprimitur, nēpe hæc, ꝙ Chr̄us in æternū bn̄dictus, domiciliū suū id temporis in ciuitate ea habuerit. Maritima est in finibus Zabulon & Neptalim.

Capernaum interpretatur.

Interpretatur amœnus campus, siue iucundum prædiū. Mundū significat, qui propter euanidam & fallibilē venustatē Græce κόσμος dicitur. Capernaum, mundi referens ingenium, quo ꝑamœnior fuit, hoc ad Christi euangelion recipiendum fuit ꝑdifficilior, Matthæi 11. Lucæ 10. Sic mundus est Deo, quod parēti cuiuis, est quiuis perditionis filius.

Et ecce offerebant ei paralyticum, iacentem in lecto.

Historia hæc apud Marcū cap.2. sic memoriæ prodita est: Post dies aliq̄t, vt auditum est, ꝙ in domo esset, statim congregati sunt multi, adeo vt iam non caperent eos nec illa loca, quæ erant circa ianuā, & loquebatur eis sermonē. Et veniunt ad eū ferentes paralyticū, qui à quatuor portabatur: & cū non possent appropinquare illi præ turba, nudauerunt tectū ædiū, in quibus erat: perforatoq; tecto, funibus demittunt grabatum, in quo paralyticus decumbebat. Lucas vero cap.5. sic: Et ecce portantes in lecto hominē qui erat paralyticus, & quærebant eū inferre & ponere ante illum: & non inuenientes qua parte eum inferrent præ turba, adscendunt super tectū, & per tegulas demiserunt eū cum lectulo in medium ante illū. Chrysostom⁹ cauit hic, ne vnū miraculū putetur præsens cum eo, quod describitur Ioan.5.

Paralysis qd morbi existat.

Paralysis alio nomine dicitur hemiplexia, quia hoīem non corripiat totū, vt apoplexia. Hæc hoīem statim extinguit, illa diutius torquet, & tanquā semiuiuum decumbentē in lecto, diutino tabo absumit. Apud Ioannē cap.4. vides hominē trigintaocto annis hoc morbo detentum. Clinicos tales vides etiā curatos Matthæi 8. Ioan.4. Item ab apostolis Acto.8.9.& apud Clementē lib.7. Curauit & talem morbum Hilarion Eremita, teste Hieronymo: Paphnutius, teste Eusebio: Iudæus itidē tēpore Attici ep̄i Constantinopolitani, Christi baptisma recipiens, continuo cū peccatorum remissione, corporis quoq; salubritatē recepit, vt cōmemorat Tripart. histo.11. cap.4.

Pietatis exemplū hic luculentissimū videmus: quatuor baiulorū meritū, etiā incredulæ ciuitati decus adfert. Attende charitatis vehementiam, qua baiuli tecto conscenso, submotisq; tegulis, paralyticū per hiatum, vnà cū grabato in domū dimiserunt. Hoc fuit esse euangelicum, hic fructus euangelij, hic impetus fluminum multorum, de Libano vero labentium. Nostri libanoti euangelicastri, cū tales fructus vehementis sp̄us Dei charitatisq; cœlestis non proferant, se verum euangelion, secundum λογισμὸν κοινὸν, hoc est, sensum cōmunē, natiuum & proprium, non habere declarant. Hoc facto viuida erga Deum fides, & feruida erga proximum charitas illustratur. Viderint catholici, vt & talis fidei tantæq; charitatis, cuius tantas synagoga habuit primitias, decimæ in eorum ecclesijs inueniantur: quo minus & ethnicis & Iudæis & schismaticis scandalo execrabilem vitam degant. Magna (vt Theophylactus ait) gestatorum fides fuit: sed & charitas fuit amplissima. Vbi tales sp̄us fructus non apparēt, ibi frustra de fide disputatur.

Videns autem Iesus fidem illorum, dixit paralytico: Confide fili, remittuntur tibi peccata tua.

Euangelista Marcus & filij nomen habet: Lucas, confide homo, habet: neutrum vacat mysterio. Lucas vult exponere verbum Christi, Remittuntur tibi peccata tua: vnde omittit nomen filius. Qui filij Dei veri sunt, nō peccant, 1.Thess.5. 1.Ioan.3. Hominis vocabulū, peccatorū purulentiam & mendacium importat, iuxta Dauida & Salomonem. Lucas ergo paralyticum peccaminosum designaturus, hominē vocare maluit. Matthæus vero & Marcus filiū eum à Christo appellatū affirmantes, Chr̄i misericordiam, qua citra omne nostrū meritum, peccata nostra nobis remittūtur, declarāt. Baiuli quatuor, Christum Dauidis filium iuxta scripturam, mansuetissimū & item potentissimū, qui & saluare velit & possit credentes, non curabant, quid de illis iudicaret mundus. Quis dubitat, incredulos Capernaitas succensuisse feruori baiulorum? Sed gloria bonitatis Christi, eorum oculos adeo perstrinxit, vt saltem in Christum fidei eorum acies intenderet. Hæc est fides, quæ in gloriam Dei renidet, Roma.4. Secundum talem fidem dn̄s fere cum hoībus

egisse

egisse dicitur Matth.9.15. Marc.5.10. Luc. 7.18. Chrysostomus & Theophylactus adfirmant & ipsum clinicum fidē Christi habuisse, quod & rationi inconsentaneū non est: nisi em̄ fide prædìtus fuisset, nec se portari, nec se e tecto demitti æquo aīo esset passus. Hoc dico propter eos, qui ritu ecclesiæ pueros e sacro fonte suscipiunt, propter parochos itē & episcopos. Ecclesia de adultis catechumenis parū habet negocij: de pueris vero baptizandis & baptizatis, valde est solicita. Baptizandis compatres & commatres designat fideiussores, qui solenni vadimonio se omnē operam promittant daturos, vt baptizati infantes, vbi per ætatem hoc fieri queat, in fide catholica rite instituantur. Parochi quoq; & episcopi pueris illis quos baptizarunt, officium debent catechizandi. Episcopi non tam in examinādis (vt ita dicam) initiandis, quàm in sumendo periculo de fide confirmandorum, soliciti esse debent. Sed nemo hic suo officio recte perfungitur. Vnde etiam tot schismatibus ecclesia hodie exercetur, nec est qui etiam extentam dextræ Dei iram attendat, traditi (quod equidem timeo) in ludibrium aliquod horrendum & Deo & mundo. Sine fide non peruenitur ad Christon, sine fide omnia opera, quantumuis specie bona splendeant, ne tanti q; dem sunt æstimanda. Origenes hoc pie sane & diserte docet, primo super Iob, affirmans, Sine fide viuere, esse ipsum perire. In accessu dominus fidem respicit, etiam alienam: sed sine propria saluatur nemo. Vnde episcopi & sacerdotes Christi, fidem habent docere: hinc ordo sacerdotalis tot in ecclesia afficitur honoribus, iuxta hoc Apostoli: Qui bene præsunt presbyteri, duplici honore digni habeantur: ij nempe verbo studiose instant & doctrinæ. Nō hæc dico, accedens phrenapatis impostoribus, qui etiamnum sine omni fronte clamitant, dominum solam respicere fidem, contra hoc quod dicitur Gene.4. Ionæ 3. & alibi: & præcipue etiam hoc loco, fructum fidei respexisse credendus est benignus dominus baiulorum eorū, qui opus charitatis vsque ad stuporem totius mundi exercuere. Et quare tropistæ nostrates & dialecticastri, adeo sunt ignaui? Timent certe id, quod Matthæi vigesimoprimo pharisæi, nempe veritatem. Quod hic dicitur, Respexit dominus fidem illorū, certe effectus in efficiente, μετωνυμικῶς est intelligendus. Et, si mauis, synecdochicos totum ex parte est colligendum, nempe in fide charitas & officium charitatis admirandum. Neq; item hic exprimitur votū hemiplectici & baiulorum: nec fuit opus, euangelistam hoc assignare, quod alioqui res ipsa satis declarat. Sequitur: Confide fili, remittuntur tibi peccata tua. Attende & hic oculos nihil non videntes. Attende hic pontificem magnum ecclesiæ sacramentis præludere, peccatum hominis publicando. Confessionis sacramentum hic saluator, sine omni controuersia, ecclesiæ commendat: quia ibi decor & pulchritudo, vbi frequens est confessio. Plures sunt nostrum, qui corporali cura nō habemus opus: plures em̄ sunt, qui aduersa valetudine nulla laborant. Quotusquisq; vero est, qui spirituali opus non habeat medicamine? Semper ergo in ecclesia pœnitentiæ sacramentum, animæ medicamentū est prædicandum. Videmus & hic (quanquam & hoc noui euangelicastri negent, homines propter peccata sua de cœlo tangi, peccatoq; morbos contrahere. Beda quinq; morborum causas recenset, dicens: Aut ad merita augenda nos affligi, exemplo Iob & Tobiæ: aut ad custodiam virtutum exemplo Pauli 2. Corint.12. aut ad intelligenda & corrigenda peccata nostra, exēplo Mariæ sororis Aaronis, Nume.12. aut ad singularē occasionem gloriæ Dei, exēplo cæci nati, Ioan.9. aut ad inchoationē damnationis æternæ. Medium horū est frequentissimum: peccatū siquidē morbos omnes, & ipsam deniq; mortē induxit in hunc mundum. Valetudine itaq; aduersa laborantibus pœnitentia pcipue est prædicanda. Et medicinæ professores Clinici, tanquam athei sunt præcidēdi, nisi infirmos, quibus curandis accersuntur, ante omnē medicinam corporalem, ad sacramenta pœnitentiæ, eucharistiæ atq; vnctionis infirmorum, exhortentur. Nulla item pestilentior hæresis ea, quæ præmissis sacramentis detrahit. De eucharistia & oleo infirmorum aliàs, nunc de pœnitentiæ sacramento corollarij vice theses aliquot subscripsero. Prima, Certus est articulus remissionis peccatorum, qui conscientias nostras à desperationis laqueis præseruet. Secunda, Etiam post baptismum habet suum effectum in vere pœnitentibus. Tertia, Vere pœnitentes, medico suarum plagas animarum ostendere non cunctantur, neq; medici præscripta adspernantur. Quarta, Diuus Ambrosius soli fidei remissionem peccatorum tribuit, eo modo quo & hic dominus dictus fidē respexisse baiulorum: vtiq; inclusiue, nō q charitatem, quæ ipse Deus est, auerseretur: quod vel ex ipsius verbis colligere possumus. Quinta, Cerebricosus disputator per locum hunc Ambrosij, ipsum Ambrosium vnà cum vniuersali ecclesia non potest impugnare. Sexta, Horrendum ergo

Margin notes: Compatres & commatres pueri co... eorū patrini & matrini effecti sunt, curā habeant. — Parochi & epi pueros eorū infantes baptizant, curā gerant. — Fides sola nō sufficit ad salutem. — Cōfessio sacramentalis fundatur. — Peccata Deus punit in hoc seculo. — Medici infirmos primū ad spiritualia inducant remedia. — Pœniæ sacramenti theses.

dictu, hodie sacramentum pœnitentiæ secundum suas tres partes non satis catholice doceri, & per nouorum euangelistarum sycophantias aboleri.

Septima, Quis hodie ad ecclesiæ praxin dicit, Quid feci?

Octaua, Mare vitiorū nostro ebullit tēpore, & omnem orbē prorsus absorbet.

Nona, Italiam Germani hactenus Gomorram sunt detestati: nunc, eheu, luce clarius Germania Sodomæ sororcula non solum est, sed & omnes Gomorræos multis parasangis superat.

Decima, Peccare in Dei misericordiā, est peccatū in spiritum sanctum: & hac in re peccatum nostratium est omnium periculosissimū, qui ita viuimus, acsi dicamus, Christum omne debitum soluisse, quare talea antiquæ nouā addamus.

Vndecima, Viderint episcopi, num & ipsi potestate clauium pharisaico supercilio sint abusi, & an ne tragœdiæ horū temporum occasio existant, vel damnando innocentes, vel absoluendo nocentes, in vsurarum, libidinum, rapinarū, omniumq́ue vitiorum sordibus permanentes.

Duodecima, Summus pontifex & ordo episcoporū, nisi hic & sibi & ecclesiæ rite prospexerint, maius aliquod malum in se & in vniuersam ecclesiam excitabūt.

Decimatertia, Optimates ecclesiæ tunc demū partium suarū probe satagēt, vbi se infirmorū baiulos ad Christū exhibeant.

Decimaquarta, Omnia hæc ad gloriā Dei fiant, vt vita nostra votaq́ue comprobēt ecclesiæ hymnisonū hoc verbum:

Paradiso redde tuo
Nos sola clementia.

Nostrū est gratiā Dei inclamitare, nec Deo modū tempusve præscribere. Ipse nouit, vt fidentibus sibi, omnia in bonū vertat.

Et ecce quidā de scribis, dixerūt intra se: Hic blasphemat.

Christū qui filiū Dauid nō recte nouit, lōge à regno Dei abest.

Vide lōgissime abesse à regno Dei, qui dominū & filium Dauid non recte norūt, puta, Sotera corporis & animæ, caput diaboli conterentem, semen Heuæ, omnibus gentibus benedicentem, semen Abrahæ, super sedem Dauidicam æternum sedentem, à portis inferorum suos asserentem, Dauidis fructum ventris. Hæc quod non didicissent pharisæi, veritatem gloriæ Dei blasphemiam sunt rati. Absoluere à peccatis, remittere peccata, sunt præcipua regni Christi officia: quæ qui nescit, longe est à regno cœlorum. Qui claues ecclesiæ nescit, neq; credit, perpetuo in peccati vinculis captiuus diaboli permanebit. Quem filius liberauerit, is siquidē liber est. Attendamus pharisæorū peruersitatem. Receptū fuit illis, Christi opera blasphemiam vocare, Matt. 26. Marc. 2. Ioan. 8. Quare autem hoc? Quia Christo mortem intentabant, sic morti causam meditabantur, venabanturq́ue. Leuit. 24. Blasphemus capitis pœnæ adiudicatur. Frequenter ergo in Christū nostrum succlamitauerunt: Hatz Gelestert, hoc est, blasphemauit, vt mortis reum vulgo designarent. Nunc itaq; videmus, quare contra hoc hominum genus dicatur in psalmis: Sepulchrum patens est guttur eorum, venenum aspidum sub labijs eorum, dentes eorum sagittæ, lingua eorum gladius acutus. Viderint qui Christi nomine censentur, ne huiusmodi mala in proximū moliantur. Et qui veritati vel non intellectæ reclamat, quid aliud faciat, quam quod Christo manus infert?

Iudæ culpa excus[...] lis.

Et cum vidisset Iesus cogitationes eorum, dixit: Vt quid cogitatis mala in cordibus vestris?

Esto o scriba, peccatū Deus solus remittat, iuxta Esa. 43. psal. 50. Sed & solius Dei est, cogitationes noscere hominum atque consilia, Iudith 8. Hester 14. psal. 19. 32. 105. Prouer. 8. 21. Ecci 37. Esa. 8. 29. 30. Hier. 19. Ezech. 11. Dei itē est probare renes & cor, psalm. 9. 16. 26. Ecci 1. 2. 3. 6. 16. 45. Esa. 29. Hierem. 3. 4. 8. Ezech. 2. 6. 14. 18. Sed quid mare exhaurire conor? Nemo est qui nesciat, nihil in scriptura adeo esse tritum, atque Deum omne abstrusum cordium cōsilium nosse, iuxta Mosen circuncidere cor, iuxta Salomonem ponderare spiritus.

Verbi effica[...]

Quare ex tot scripturæ locis, ex tanta sylua & abysso, vel vnicus locus pharisæis non succurrit? Inuidentia cor eorum & mentes obstruxit. Christus non semel se cordium perscrutatorem, atque adeo filium Dei declarauit, Luc. 6. 9. 11. 24. Ioan. 1. 4. Et peculiare fuit Christo, ad hominum respondere cogitationes: sequitur, in Christi manu esse, soluere & remittere peccatum. Nam qui in hac re se filium Dei declarauit, in cæteris quare Dei potestatem sibi non assereret?

Quid facilius est dicere, dimittūtur tibi peccata tua: an dicere, surge & ambula?

Iuste iudicate o filij hominum, Deut. 1. Audite primo, & deinde quod iustū est decernite. Cardiognosten se saluator, atq; adeo verū Deū declarauit: nūc iterū attēdite, quot morborū genera solo verbo curauerit, quoties impetus maris & ventorum sedauerit,

quot

quot dæmones eiecerit, quot mortuos suscitauerit, idq; solo verbo. Ad hæc etiã scitis, eius nutu aquã vino mutatã: quę, malũ, ergo *vestra, qui non colligitis & me quoq; peccata dimittere posse? Et quare non creditis scripturis? quare non creditis Ioanni, qui hoc mei officij esse testãtur? Nõne vtrinq; vnus labor, dicere, Exi immũde spiritus, &, Remittuntur tibi peccata tua? Nõne vtrunq; eiusdẽ est operæ, oĩbus morbis verbo mederi, & pauperes euangelizare? Si frustratus sum imperando satanæ, si ad imperium meum morbi non recesserunt: blasphemauero, peccatũ dimittendi mihi autoritatẽ vendicans. Si vanũ verbũ me vnquã audissetis protulisse, blasphemię suspicionẽ de me concipere poteratis. Nũc vero cũ verbi mei virtutẽ habeatis perspectam, vestræ cogitationes malæ culpa non vacant. Eadẽ em̃ facilitate, & (quod aiunt) citra pulueris tactũ, me omnia & dicere & facere clare videtis.

Iudæorũ culpa inexcusabilis.

Vt autem sciatis, quia filius hominis habet potestatem in terra dimittendi peccata, tunc dixit paralytico: Surge, tolle lectum tuum, & vade in domum tuam.

Verbũ dei efficax.

Hoc quod verbis est effatus, nunc opere declarat: nempe, verbũ Dei esse efficax ad oĩa. Vani certe Mosis discipuli fuerũt pharisæi, q hoc non didicerunt. Verbo creauit Deus oĩa, psal. 32. Sap. 9. Verbo asseruit & pauit populũ suũ dominus, Nume. 9. Deute. 8. Adeo verbũ est efficax, vt ne vnquã quidẽ ipsos fefellerit prophetas. Ecci 48. Et omnipotens verbũ, quod de regalibus sedibus de cœlo exiliuit, in terra elumbe, suaq; virtute frustratũ erit? Emanuel, consiliarius, magni consilij angelus, sapientia omnium disciplinarũ inuẽtrix, in terris visibilis apparens, & cũ hominibus conuersans, vana erit? Mosi propter signa credidistis, Exod. 4. quare non creditis brachio Dei, longe maiora signa facienti? Vt autẽ sciatis incarnatũ verbũ suũ destitutũ virtute, ecce per meũ imperium surgit & ambulat, cui etiam confidenti, per meũ verbum remissum est peccatũ. Vt sciatis, ait: in quo obseruandũ, mutationẽ personæ subitam, aliquid grauitatis duriusculæ præ se ferre. Hæc ad blasphemiã Iudæorũ. Caueamus nobis, ne & nos pharisaico fermento corrumpamur. Gratis accepta, gratis expendere iubemur. Quæstũ pietatẽ non esse, ad monemur. videamus, ne pecuniam accipiamus, fumumq; & leprã vendamus. Datæ sunt ecclesiæ claues, Matth. 16. 18. Ioan. 20. Sed quare inde gloriamur, dicentes: Nos soluimus, nos ligamus? Eia fratres, meminerimus dominũ zelotypũ esse, & gloriã suam alteri non dare. Exod. 20. 34. Esaiæ 48. Zelum eũ gloriæ Dei, approbat omnis ecclesia sanctorũ, psal. 113. Fortis est, efferentes se, de sedibus deturbat. Beatus ecclesiæ primatũ gerens, qui cũ Apostolo dicere poterit: Neq; qui plantat, est aliquid, neq; qui rigat: sed qui incrementũ dat, Deus. Et noui euangelicastri parũ profecto tribuunt filio Dei, qui eius vicarios nesciunt in terra: & qui sacramenti partes, contritionẽ, confessionẽ & satisfactionẽ, catholice non docent, proditores, & non præcones, pœnitentiæ sunt habendi.

Pharisaicũ supciliũ plati ecclesiarũ vitent.

Et surrexit, & abijt in domũ suã.

Dixit, & facta sunt. De verbo Dei bene senserunt pastores, qui dixerunt: Eamus, & videamus verbum quod factum est nobis. Duo potissimũ hic verba Christi videmus, quorũ alterũ alterũ declarat. Dixerat: Remittuntur tibi peccata tua: huic vt credere & fidere possimus, verbũ alterum adiecit, Surge & vade. Non hic mora. Ilico enim potentia huius verbi, clinicus qui pene cadauer erat, surrexit: & sublato in humeros lecto, in domũ suã abijt, tam purificatus mente, q̃ validus corpore.

Videntes autem turbæ, timuerunt, & glorificauerunt Deum, qui dedit potestatem talem hominibus.

In stuporem & admirationem conuersa tanta multitudo, confundit pharisæos: vnde admirationem talem fere euangelistæ miraculis Christi subdunt. Quod glorificauit Deum, admonemur & nos, vt oĩa charismata ecclesiæ in gloriam Dei dirigamus. Quantum ad fidei nostræ robur & fulcimen attinet, adest nobis arrhabo & signaculum fidei, vnctio item, ipse spiritus sanctus. Quod dicitur, Qui dedit potestatem talem hominibus: admonemur, ne de charismatis Dei gloriemur, quasi non acceperimus, neve cum hæreticis, ecclesiæ in sacerdotum functione concessa, negemus.

Allegoriam petat sacerdos ex Origene, Hieronymo, Beda, & alijs. Obseruatu dignum, quod Beda dicit: De grabato surgere, est animam se e carnalibus desiderijs, vbi ægra iacebat, abstrahere. Grabatũ tollere, satisfactionem symbolon pœnitentiæ, spe cœlestium præmiorum tantisper, donec ad patriæ limites redeamus, perferre. Et hoc Ambrosij: Si grauium pecca-

torum diffidis veniam, adhibe precatores, adhibe ecclesiam. Qui per filium hominis tantam potestatem æterni verbi dedit hominibus, patri omnipotenti Deo, filio & spiritui sancto, sit laus & gloria per æterna secula. Amen.

DOMINICA XX. POST TRINITATIS, Euangelium Matth. XXII.



Imile est regnũ cœlorũ homini regi, qui fecit nuptias filio suo, & misit seruos suos vocare inuitatos ad nuptias: & nolebant venire. Iterum misit alios seruos, dicens: Dicite inuitatis: Ecce prandiũ meũ paraui, tauri mei & altilia occisa sunt, & oĩa parata: venite ad nuptias. Illi autem neglexerunt, & abierunt, alius in villam suam, alius vero ad negociationem suam. Reliqui vero tenuerunt seruos eius, & contumelijs affectos occiderunt. Rex autem cum audisset, iratus est: & missis exercitibus suis, perdidit homicidas illos, & ciuitatem illorũ succendit. Tunc ait seruis suis: Nuptiæ quidem paratæ sunt, sed qui inuitati erant, non fuerunt digni. Ite ergo ad exitus viarum: & quoscunq; inueneritis, vocate ad nuptias. Et egressi serui eius in vias, congregauerunt omnes quos inuenerunt, malos & bonos. Et impletæ sunt nuptiæ discumbentium. Intrauit autem rex vt videret discumbentes: & vidit ibi hominem non vestitum veste nuptiali, & ait illi: Amice, quomodo huc intrasti, non habens vestem nuptialem? At ille obmutuit. Tunc dixit rex ministris: Ligatis manibus & pedibus eius, mittite eum in tenebras exteriores: ibi erit fletus & stridor dentium. Multi eñ sunt vocati, pauci vero electi.

PRAEFATIO.



Vdiuimus de filio Dauid, de regno item eiusdem audiuimus, vtrunq; nunc parabolicos sancta nobis proponit ecclesia. Parabola singularem habet energiam exhortandi, ne exemplo pharisæorum, nos indignos regno Dei exhibeamus. Regnũ quidẽ ipsum satis superq; est gloriosum, quippe quod non iniuria nuptiarũ celebritati, eiq; regali, possit conferri: quo minus vero multi tantæ iucunditatis participes fiunt, non Dei, sed eorũ qui intereunt, culpa est. Lectione hac, pestilentũ interpretũ hæresios opiniones ꝑclare reuelluntur. quare qui ab eiusmodi sirenarum imposturis tutus esse velit, catholicam huius parabolæ elucidationem attẽte auribus & animo percipiat.

Simile est regnum cœlorum homini regi, qui fecit nuptias filio suo.

Eia quis non videt mysteria regni cœlorũ hic nobis dilucide tradi? O præceptorem benignũ, qui non tam clare, q̃ comiter atq; iucũde sua præcepta profert: multum differẽs à philosophis fastidiosis illis, qui dedita opera, sua dogmata obscurant, vt se exaltent, & quodammodo deos huic mundo venditent. Christus noster præceptor, à regalibus sedibus veniens, se nobis humilians, verũ hominẽ, infirmitatẽ scientem, exhibuit. Nostro itaq; vt captui inseruiret, parœmiã nobis haudquaq̃ raram & infrequentẽ, sed popularẽ plane & omnibus notam, protulit: nempe de nuptijs, pueris tum notis, tũ plausibilib⁹. Hic gaudia, hic luxus, hic hominũ celebritas. Germanicũ dicterium est: Vocati, grati. Procul dubio & prouerbium hoc in spiritualibus hisce nuptijs locũ habet. Rex siquidem ille noster, 1. Timo. 2. omnes vult saluos fieri, neminẽ perire, Luc. 15. quippe cui perditio peccatoris non est cordi, Ezech. 18. Nunc ordine singula prosequamur. Rex est ille, de quo psalm̃. 25. dicitur: Quis est iste rex gloriæ? Dominus virtutũ ipse est rex gloriæ, psalm̃. 45. Tu es ipse rex meus & Deus meus, psal. 73. Deus aũt rex noster ante secula &c. Filius regis, est vnigenitus dñs noster saluator, secundũ carnem Mariæ theotocæ gloriosæ primogenitus. Hic quaten⁹ magni regis magnus est filius, eodẽ titulo cũ patre rex dicitur, psalm̃. 2. 44. Canti. 1. Hiere.

Hiere.23.Ezech.37.Oseæ 3.Zach.9.Matt. 2.21.27.Luc.19.Ioan.19.1.Tim.6. Apo.19.

Nuptiæ ec clesiæ sa cramentū referunt.

Nuptiæ sunt ecclesiæ vniuersæ. Ecclesia catholica, eodē verbo fundata, ijsdē sacramentis fulta, eandē fidem & scripturarum consensum habens, eadē charitate Deum colens, & proximo inseruiens, eadē obedientia se euangelio subdens, apostolicasq; traditiones & cæremonias vnà cū disciplinis ecclesiasticis in quauis regione pro loco & tempore congruas custodiens: atq; in summa vnū calicem, vnumq; panē sumēs, eandemq; sponsi vocē audiens, 1. Corinth. 10. 1. Ioan. 3. Apoca. 18. Atq; hæc est etiam ipsa sponsa Apo. 21. Hic vox lætitiæ personat, hic pax & gaudia redundāt, hic laus & gloria sanctæ Triadi semper resultat. Huc pertinet hoc Apostoli Philip. 4. Gaudete in domino semper. In spiritu sancto, Roma. 14. Gala. 5. Nuptiarū descriptionem vides Ephe. 5. vbi dicitur: Christus dilexit ecclesiam, & exposuit semetipsum pro ea, vt eā sanctificaret, mundatā lauacro per verbū vitæ, vt adhiberet eam sibiipsi gloriosam ecclesiam, non habentē maculam, aut rugam, aut quidquam huiusmodi: sed vt esset sancta & irrepræhensibilis. Sequitur: Huius rei gratia relinquet homo patrē ac matrē, & adiungetur vxori suæ, atq; e duobus fiet vna caro: verū ego loquor de Christo & ecclesia. Epithalamium festiuū hoc, non solū sponsum Christum, sed & sponsam ecclesiam exprimens. De nuptijs ijs dicitur etiam 2. Corint. 11. Zelotypus sum erga vos zelo Dei. Adiunxi em̄ vos vni viro, virginē castā exhibere Christo: sed metuo ne qua fiat, vt quemadmodū serpēs Heuā decepit versutia sua, ita corrūpant sensus vestri à simplicitate, quæ est erga Christum. O sacra simplicitas, quantis es corrupta nugis? vndiq; errores & opinionum plaustra. Hic hæreses, illic superstitiones & abusus, vt videas lilium inter spinas. Et ij qui λογισμὸν κοινὸν hodie subinde crepant, ita se gerunt, vt in eos dictū videatur hoc prophetæ Oseæ 2. Ipsa non vxor mea, ego non vir eius. Cætera videat sacerdos.

No... par... apa...

Et misit seruos suos vocare inuitatos ad nuptias: & nolebant venire.

Seruus qs ad nuptias vocet.

Seruus, siue serui hi regij, sunt prophetæ, vna professione & spiritu Messiæ populum perfectum præparantes, vsq; ad Ioannem. Disciplina (quā Sapientia Iacob tradidit) Oseas semen adulterinū increpauit, vxorē nō vxorē. Sororē Sodomæ vocauit Hieremias. Sic oēs prophetæ ea quæ ad dignā præparationē facere potuerūt, sedulo vrgebant: ne qua in recipiendo Messia mora fieri possit. Moses dicit, prophetā eū in medio Israel nasciturū. Esaias id per virginem fore præsignauit. Hieremias id nouum miraculū vocitauit. Micheas natale solum indicauit. Daniel tempus declarauit. Esaias deniq; cap. 35. Messiā miraculis potentem fore prædixit. Sic populus Israel & vitæ religione & fidei professione probe institutus, ad Messiæ aduentum præparatus: sed plane frustra. Christum statim recepissent, per baptismū nomen illi dedissent, hosianna in excelsis clamitassent: sed quotusquisq; hoc præstitit?

Iterū misit alios seruos, dicēs: Dicite inuitatis: Ecce prandiū meū parauì, tauri mei & altilia occisa sunt, & omnia parata: venite ad nuptias.

Hi serui apostolos & discipulos referunt, missos ad domū Iuda, Matt. 10. Marci 6. Luc. 10. Act. 1. Hæc vocatio tametsi se longius exerat, nempe ad gentes: dicitur em̄ in ea, vsq; ad extremū terræ: primum tamen vocari voluit Iudæos. Apostoli primo missi Iudæis.

Vt venirent, hoc est, vt crederent euangelio, baptizarentur, & Christi exemplum imitarentur, per viam arctam, sublata in humeros cruce ad patriam tendendo.

Omnia parata, hoc est, Quidquid ad nouum testamentum facere poterit, absolutū est. Christus sponsus, Christus cibus, Christus potus, Christus regnum, Christus deliciæ, Christus omnia in omnibus, Christus solus omnibus omnia: Agnus nimirum, auferens in se collecta peccata omnium. Hic suos testes secum habet. Hinc tauros, hoc est, secundum Theophylactum & alios ecclesiasticæ doctrinæ patres, patriarchas & prophetas: illinc altilia, hoc est, apostolos & euangelistas. Tauri itaque & altilia nouum & vetus testamentum significant. Maior gloria noui testamenti, in quo corda altius eleuantur, quod per altilia denotatur. Σιτισὰ, altilia dicuntur Græce. Panes quoque quos in altario offerimus, & ipsi σιτισὰ (teste Theophylacto) dicuntur: quippe ex frugibus confecti: nam & σῖτος frumentum significat. Tantum est sacramentum coniugij, tanta vnitas capitis & corporis, sponsi & sponsæ, Christi & ecclesiæ. Facesse hæresis, facesse schisma. Canon Missæ sacer non oblitterabitur: memoria beatorum in tantis mysterijs, vbi neq; hæresis, neque schisma aliquid commune habet, & ob id nomenclaturam beatorum in istoc sacro ægerrime fert, semper vsque in finem huius seculi celebrabitur. Christon enim suorum testium neq; pudet, neq; piget. Sequitur:

Tauri & altilia qd significēt

Sanctorū memoria q̄re fiat in canone.

Illi autem neglexerunt, & abierunt, alius in villam ſuam, alius vero ad negociationem ſuam.

Duabus rõnibus à nuptĳs ex cludũtur mali.

Parabola (vt ait Theophylactus) oſtendit eos qui à ſpiritualibus nuptĳs deſtituuntur, ob duas potiſſimũ cauſas excludi: vel propter corporales voluptates, vel auaritiæ morbum. Negociatio, auri ſignificat ardorẽ: agricultura, voluptatem, quia quiſq; ſuam curat cuticulam, genioq́; indulget. Ager non incongrue corpus humanum, ꝗd terra eſt, adumbrat. Nemo poteſt duobus dominis ſeruire, Deo & Mammonæ, Chriſto & ventri. Exemplo Iudæorũ nos, ꝗ Chriſtũ profitemur, doceremur, cautioresq́; redderemur. Sed proh pudor, plus ꝗ̃ præſentes & priſci Iudæi impĳ vnquã fecerũt, vtriq; idolo impẽſe famulamur, immo etiã effœminati ancillamur. Auaritia, teſte Apoſtolo, craſſa eſt idololatria. Et idẽ Apoſtolus luget eos, quorũ deus vẽter eſt. Vtrũq; hodie inſigniter in Chriſti regno colitur. Clerus habet ſuos canones: ſed qm̃ eos non obſeruat, in teſtimonium contra ſe ſaltem ſeruat. Non eſt prophanus & papiſtici commenti titulus decretalium, hoc verſiculo compræhenſus:

Canones iuris pon tificĳ, fabula facti

Clerice vl' monache, dimitte negocia ſecli.

Et ſatis euangelici ſunt canones, quorũ ſenſum ſequentibus verſiculis quidam eſt complexus:

Diſt. 82. Præſul pauperibus dabis, & lapſos reparabis.

85. Non p̃ſul fies, hoſpes niſi noſceris eſſe.

86. Corrigito, doceas, des, ſed non turpibus vllis.

87. Libertos, inopes, viduas, defendere debes.

88. Reſpuit clerus opus exercẽs, & auar⁹.

Eccleſiarũ cathedralium & collegiatarum nobiliſtæ atq; domicelli, hos canones potentia ſeculari ſua freti, irruperunt. ſecutus execrabile exemplũ reliquus clerus. Vtrunq; clerum imitati ſunt principes Sodomorum & populus Gomorræ. Adeo omne caput languidũ, & omne cor mœrens. Dominus Deus huic malo tandẽ medeat. Amen.

Reliqui vero tenuerunt ſeruos eius, & contumelĳs affectos, occiderunt.

Chriſtum Chrĩani identidẽ crucifigũt

Factũ hoc ſemel. A Chriſto manus ſacrilegas priſci Iudæi minime abſtinuerũt. Apoſtolis item odio Chriſti manus violentas iniecerunt: quo parricidio quid magis infandum? Atqui hoc niſi ſemel factũ eſt. longe ergo atrocius eſt commiſſum, quod identidem fit, idq́; à Chriſtianis. Quis hodie veritatem libere docens, bella ſibi parata non videt? Dicit verbi præco: Quæſtus non eſt pietas: occidit. Dicit, Neque ſcortator, neq; ebrioſus regnum Dei poſſidebit: anathema eſt. Dicit, Gratis accepiſtis, gratis date: anathema maranatha exiſtit. Sed quid, per Deum oro, præconium veritatis perſequimini Ventres & idola mundi? Eccleſiaſtes quid commeruit in hoc, ꝙ ſapientia Dei inuenit viam diſciplinæ, atq; eam Iacob puero ſuo tradidit? Nunquid verbi præco à conſilĳs Deo fuit, vt ſuggeſſerit illi legem eam contra tuas ſcortationes, lenocinia, auaritiã, temulentiam & ocia, &c? Si Belial filius & tuum Deum ventrem & aurum colere animo ſedet: at ſaltem patere veritatem in mundo denunciari. Quid tuam damnationem etiam in veritatis perſecutiõe aggrauas? Creditur iudex adſtare ante ianuam: quod vnica tandem ſpes ſit veritatis candido præconi. De infeſtatione, qua Iudæi ſuos prophetas neci dederunt, habes 2. Paralip. 36. Matthæi quinto, 25. Lucæ vndecimo. Quàm indignis modis acceperint apoſtolos, vides Actorum quinto, ſeptimo. Sed quis non videt Chriſto ipſi idem ab hæreticis & pſeudochriſtianis eſſe ſperandum, ſi hodie adhuc in mundo ſeruulus humilis degere haberet? Qui Chriſti miniſtris non parcũt, domino minus parcerẽt. Bis ſiquidem in dominum peccant, qui miſellos eius ſeruulos inſectantur.

Rex autem vt audiſſet, iratus eſt: & miſſis exercitibus ſuis, perdidit homicidas illos, & ciuitatem illorum ſuccendit.

Furor quis.

Iraſcitur paterfamiliàs. Eſt ergo furor aliquis Dei, quẽ deprecatur Dauid, dicens: Domine, ne in furore tuo arguas me. Iudicium iuſtitiæ, nobis furor eſt: ſic & longanimitas eius, nobis eſt ſomnus. Furoris regĳ manifeſtum argumentum cernimus in Iudæis, ſed nos longanimitatem eam, quæ nos ad pœnitentiã allicit, in licẽtiam peccandi accipimus, Deũ dormitare arbitrantes. Iratus eſt ſuper paſtores furor regis, & viſitabit ſuper hircos, Zach. 10. Papiſticũ neq; commentũ cenſendũ, ꝗd dicit 17. q̃ſt. 4. Si quis ſua. In hoc canone ſpiritus vehemens Dei, anathematis maledictioni tradit omnem, qui propter veritatis teſtimonium, aut aliàs clericum iniuria afficit. Timendum ergo illis, qui nullas non iniurias clero important. Dicunt prophani, etiam ipſos epiſcopos in clerum contra præſcriptum, 1. Petri quinto, plus æquo eſſe imperioſos. Sed non poſſunt ſe prophani,

Som dei

phani, exemplo transgreſſionis Epiſcoporum, excuſare, potiſſimum illuminati, q nihil niſi lucem & euangelium ſe iactitāt, nō debent comparatione malorum iuſtificari. Proſpicite vobis Epiſcopi & principes eccleſiaſtici omnes. Appræhendite diſciplinam, ne iraſcatur rex. Quid profuit Iudæis Corban? quid prædia & latifundia? Nūc dicūt ingemiſcētes & flētes:

En quis conſeuimus agros?
Impius hæc tam culta noualia miles habebit?

Strateuma Romanum Iudæi neſciebāt eē flagellum Dei. Docuiſſet eos hoc Cyrus, quem Chriſton Dei vocabat ſcriptura. Omnis poteſtas à Deo eſt, Roma.13. 1.Petri 2. Etiam ea quæ datur in ira, qualis illa de qua hic agitur, & cuius Soter meminit Luc.19. Dediſſent Iudæi, Chriſto monitore, Deo quod Dei eſt, & Cæſari quod Cæſaris eſt: & tantū flagellum Deus illis non miſiſſet. Expergiſcere Germania. Memineris, Deum non Palæſtinæ ſolum eſſe iudicem, ſed & vniuerſæ terræ.

Tunc ait ſeruis ſuis: Nuptię quidem paratæ ſunt: ſed q inuitati erāt, non fuerunt digni.

Iudæi latronē vitæ autori ptulerūt.

Noluerunt venire ad Ieſum, venit ergo ad eos ſtrateuma Romanum. Barrabam Chriſto prætulerunt, vnde non immerito, eum quem Chriſto prætulere, ſunt experti. Inſuper & æternum ignem meruerunt, qui igni diuini amoris Spiritui ſancto reſtiterunt, Acto.7. Quantum ad regem attinet, omnia erant parata: nihil intermiſit rex, quod ad ſuæ bonæ voluntatis declaratioem facere poſſit. Iudæi vero partim ſuapte malitia venire noluerunt, partim regis miniſtros, atq; adeo ipſum regē inſigni iniuria prouocauerunt. Ergo vocantur indigni. Sunt autem indigni (Romañ.1.) non ſolum qui male agunt, ſed & qui aſſentiuntur mala deſignātibus. Apocal.16. Sanguinē dediſti eis bibere. digni enim ſunt, quia ſanguinem ſanctorum & prophetarum tuorum fuderunt. Vides q indigni ſint. dignos itaq; colligimus eſſe, quibus mundus eſt indignus, Heb.11. Qui dignos fructus faciunt pœnitētię, Matt.3. Luc.3. digni ſunt, quantū ad beneplacitū gratiæ Dei: cæterum ipſi ſe inutiles ſeruos fatentur & dicunt: non ſumus digni qui ſoluamus corrigiam calceamentorū eius. Item: Non ſum dignus domine, vt intres ſub tectum meum. Ad eos qui hoc dicūt, mittit ſuos, dicens: Interrogate qs in quaque ciuitate dignus ſit, Matthæi decimo. Beatus qui ſic dignus reputatur, Luc.20.

Indigni nuptiarū ſpōſalium cōmercio

Digni qui cœna dominica, & q̄modo.

Coloſſ.1. Apoca.16.

Ite ergo ad exitus viarum: & quoſcunq; inueneritis, vocate ad nuptias.

Incredulitas illorum num Dei promiſſionem faciet irritam? Abſit. Nonne domini eſt terra? Nonne Rex noſtri quoque dominabitur, pſal.21. in cuius manu ſunt omnes fines terræ, Pſal.94? Lapis reprobatus, mirum, in caput anguli adaptatus, Pſal.117. Matth.21. Et qui non populus, filij, Oſeę 2. Roma.9. 1.Petri 2. Et verſa eſt menſa Iudæorum ipſis in laqueum, Pſal. 68. Romañ.11. Hic Seruator præſignat, q̄d poſtea non obſcure ſuis præſcribit, nempe vt euangelizent omni creaturæ, Matt. 28. Marc.16. Actorum 1. Ad nuptias ſiquidem vocare, eſt Euangelion Chriſti prædicare. Vocantur & recipiuntur in eccleſiam domini ſerui, pueri, ſenes, mares, fœminæ, Iudæi, gentes, idiotæ & eruditi, quia rex regum diues in omnes.

Et egreſſi ſerui eius in vias, congregauerunt omnes quos inuenerūt, malos & bonos. Et implet ę ſunt nuptiæ diſcumbentium.

Huius vocationis extat æternum gloriæ Dei monumentum, liber Actuū Apoſtolorum, vbi hic locus exponitur cap.13. Vobis oportebat primum loqui euangelion: quod quoniā repellitis, & indignos vos iudicatis æterna vita, ecce cōuertimur ad gentes: ſic em̄ p̄cepit nobis dn̄s. Eſa.49. Poſui te in lucē gentium, vt ſis ſalus mea vſq; ad extremū terræ. Pro tanta tātæ Dei miſericordiæ profunditate, Eccleſia gratias agit dn̄o in ſecula, Romañ.15. Ephe.1. 2. Scriptus libellus repudij ſynagogæ, recipitur eccleſia. Vide Roma.9.10.11. Iudæorum corda, luce gratiæ orba, claritatem huius gratiæ Dei non poſſunt ſuſtinere. Quid aūt? Inſultabimus Iudæis oleæ radici, qui fuimus oleaſter? Minime gentium: ſed timebim⁹ irati regis diſtrictū iudiciū. Timebimus aūt, memores Chr̄i verborū, nēpe horū q̄ hic audiuimus, congregatos eſſe malos iuxtà atq; bonos. Quid autem? Nunq̄d nocebit fuiſſe ethnicū? Nō hic, q̄les aliquādo fuerimus, ſed quales iā ſimus & eſſe debeamus, attēdendū. Nō bonū fuiſſe, & malū eſſe, prodeſt: nec itē malū fuiſſe, & bonū eſſe obeſt. Quales inuēti fuerim⁹, tales iudicabimur. Simile habes Mat. 13. Porro intrare, & veſtē nuptialē non habere, quid ſit, in ſequētibus explicatur.

Intrauit autē rex, vt videret diſ-

cumbentes. Et vidit ibi hominē nō vestitum veste nuptiali, & ait illi: Amice, quomodo huc intrasti, non habens vestem nuptialem? At ille obmutuit.

Dominus Deus (vt Dauid ait) respicit super filios hominum. Visitat etiam plerunq; manifesto iudicio. Dubium ergo nō est, ipsum quoq; regem suo tempore ecclesiam suam inuisere & iudicare, Solymitana ne sit, an Sodomitica. Veni, inquit propheta, vide & visita vineam eam, quā plantauit dextera tua. Post huiusmodi spirituales visitationes & reformationes, tandē veniet districtus omnium iudex, Matth. 25. Ioan. 5. Roma. 2. Superest ergo, vt tanto rege nos dignos conuiuas geramus, ad eius aduentū nos solerter componamus. Bonorum nostrorū non indiget quidē, sed nos bonos & dignos sibi conuiuas vult. Impexis capillis, squalenti barba, mucosis naribus, ore illoto, vnguibus non præcisis, fœdo corpore & vestibus immundis, in sua mensa non feret. Consultum ergo est, vt iuxta Esa. 1. lauemur & mundemur, Apoc. 3. vestibus mundis induamur: sic eñ cœnabit nobiscū rex & dominus noster. Eos siquidē qui vestimenta sua non coinquinauerunt, Agnus comites sibi concit, Ibidē. Porro vestis nuptialis non est ex pomposa & fastidiosa huius mundi vanitate æstimāda. Quid enim iustitiæ regno, cum mundi iniquitate, etiam ethnico damnanda? dicit enim:

Hic vltra vires habitus nitor, hic aliquid plus
Quàm satis est, interdum aliena sumitur arca.

Et comicus ait:

Nequidquā ornata est bene, si morata est male.

Dubium ergo non est, vestem nuptialem esse charitatem, qua & nuptiæ constant. In nuptijs carnalib⁹ vt nihil spectatur q̄ amor, sic & in spiritualibus summam suam erga nos declarat dominus. Confundatur ergo hæresis, quę hic solā fidē, in charitatis meritorum eleuationem, pro veste nuptiali accipiendam contendit. Fidē, fateor, & iustitiam fidei, nemo satis prædicare potest: verum si hoc fiat in charitatis & bonorū operū fraudē, quasi hinc nihil meriti homini proueniat, hæresis est pessima. Fide ad nuptias intratur, charitate nuptiæ occupantur atq; retinentur. Qui fide ficta baptizantur, nō ingrediuntur. Intrant vero, q Christum profitentur charitate ornati. Hi regi grati, in nuptiarū gaudijs æternum exultabunt. Fides, magis interna est: charitas & bona opera, externa existentia, vestium symbolon proprie præ se ferunt. Hoc est quod Apostolus monet, vt arma lucis & dominum Iesum Christon induamur, Romañ. decimotertio. Nouum hominē vtiq; (vt habet paraphrastica oratio ecclesiæ) cum suis actibus, Ephe. quarto, Coloss. tertio. Nouam vitam post baptismum, Rom. sexto. Insuper & vestium allegoria honestatem reprę sentans, cum in prophanis, tum in sacris literis omnibus est nota. Ornatus sacerdotalis, certe omnium catholicorum calculo, nihil aliud q̄ morum omnigenum decus significat, iuxta hoc Ecclesiast. 9. Munda sint vestimenta tua omni tēpore. Iob 9. psalm̄. 44. Cant. 4. 1. Petr. 5. Allegoriæ huius apertissima vides argumenta. Sed vt ad hunc locum redeamus, notatu dignum, quod dicit Augustinus contra Faustū lib. 6. cap. 9. Per vestem nuptialem, morum honestatem intelligendam, qua visa in hominibus, glorificatur Deus, Mat. 5. Addit & Apocal. 19. byssinum interpretari iustificationes sanctorum, hoc est, iustitiam & sanctitatem coram ipso, Luc. 1. Subscripsisse videas Augustinum Irenæo lib. 4. cap. 70. Item Clementi lib. 4. Anacleto epistola prima. Qui omnes, certe ex ore apostolorum, vestem nuptialē de cultu virtutum candoris interpretantur. Tertullianus quoq; (vt veteres primo adducam) lib. de resurrect. car. per vestem nuptialem carnis sanctimoniam intelligit. Eius sententiæ est Origenes super Leuit. homil. 9. Vnde & diuus Hieronymus candorem vestium integritati virginali confert, libro 1. contra Iouinia. Aliàs idem vestem nuptialem dicit referre morū integritatem, idq; potissimū in Mat. 22. Sed heus tu bone vir, qui nobis hic solam fidem ex illo admirabili tuo promptuario, ex hoc in hoc pleno, depromis: audi, quæso, Chrysostomū in Matt. homil. 70. hunc locū exponentē, atq; dicentem: Ne fideles sola se fide saluari posse confidant, de pœna malorum disserit: ita infideles ad fidem, fideles vero ad recte viuendum cohortatur. Indumentum enim viuentis, actio est. Sequitur: Sordidæ vestes significant impuræ vitæ maculas. Plurima, & ea sacrosancta eius generis, scribit serm̄. 3. super Ephe. 1. Theophylactus item accipit de vita religiosa, ingenue dicens, solam nudamve fidem nihil prodesse posse, cū nō solum e nuptijs proijciatur, sed & igni æterno deputet. Et quis est, inquit, ille sordida vestimenta gerens? Qui non indutus est viscera miserationum, fraternitatem, benignitatem. Damascenus in histo. Bar. negligētes & emanētes, dicit esse eos, q no-

Vestis nuptialis nō est sola fides.

Sacerdotalis ornatus.

Byssus significat.

Vestis nuptialis est fides.

nobiscũ nõ sunt, idololatras & hæreticos: non vestitũ vero veste nuptiali, intelligit desides, acediosos, negligẽtes bonorum operum, iuxtà atq; operarios iniquitatis. Ambrosius in Luc. 4. intelligit fidẽ per charitatem operantẽ. Idẽ lib. 1. de pœnit. dicit indumentũ festũ tegimen gratiæ denotare. Hilarius intelligit de ornatu honestatis virtutũ spiritualium, in Matth. & Psal. 64. Vbi sunt hic noui glossatores, qui tot tropis & tot arrogatæ dialectices locis hic aptum locũ de charitate, ad solã fidem detorquent? Quare nõ tantæ lucis radios reprimunt? Simili vesania oleũ, quo fatuæ virgines destitutę sunt, de fide intelligũt, per qd Chrysostomus Ephe. ser. 4. eleemosynam accipit. Basili⁹ in exhortat. ad baptizatos, vitæ religiosæ opera bona. Hieronym⁹ ad Demetriad. vocat oleũ bonorum operum. Augustin⁹ ab hoc sensu nõ abhorret Epi. 120. Idem aliàs etiã charitatẽ appellat luminosam, vtiq; ad olei naturã respiciens, lumen nutrientẽ. Magistelli noui sententiarum illuminatarum, iam adeo clamosi, propediẽ vbi dies iudicij aduenerit, pisciũ instar obmutescẽt. Iudex siquidem ipsorum sentẽtias beatorum olim approbauit, Matth. 5. 19. 25. Luc. 16. Ioan. 5. Roma. 2. Iaco. 2.

Tunc dixit rex ministris: Ligatis manibus & pedibus eius, mittite eũ in tenebras exteriores: ibi erit fletus & stridor dentium. Multi eñ sunt vocati, pauci vero electi.

Viden reuelari iram Dei aduersus oẽm iniquitatẽ & iniustitiã hominũ, q veritatẽ in iniustitia detinẽt? Viden vapulare plagis multis, qui volũtatem dñi sui scit, nec perficit? Age ergo, si audisti & cõprobasti regis clementiã, quoslibet admittentẽ & vocantẽ, nõ displiceat eiusdẽ rigor, inornatos explodẽs. Externæ tenebrę sunt infernales, qppe q̃ longe à Deo sunt separatæ. Sunt & longe à Deo internæ: verum qm̃ tãtisper donec homo in viuis est, gratia illi nõ est denegãda, magis ergo illę, quàm hæ, externæ dicũtur. Sed q vsq; ad mortẽ internis tenebris obnoxius permãserit, ab his ad illas trãsibit: & qui hic in carne nõ egit pœnitentiã, ibi in corpore sentiet supplicium: quod in stridore dentiũ designatur. Huc pertinet illud Cypriani, dicẽtis: Deus vt est indulgens, ita & pręceptorum suorum est exactor, & quidẽ diligens: & sicut ad cõuiuia vocat, sic habitũ nuptiarum non habentẽ, ligatũ extra cœtũ sanctorum foras iactat. Parauit cœlũ, parauit & tartarum, lib. 2. Epl'arum. Ligatis manibus & pedibus, quia ablata meriti facultas. Ante obitũ ergo, q sapit, bene faciat. Arbor excisa, quocũq; locorum ceciderit, ibi erit, Eccl'es 11. Multi vocati, quia oẽs vult saluos fieri: nẽpe eos, q cũ tẽpus habẽt, bene operant erga oẽs, Galat. 5. tẽpus redimẽtes, Col'. 2. amicos de mãmona iniquitatis sibi conciliãtes. Pauci electi, quia pauci religionẽ eam quæ apud Deũ & patrẽ vere immaculata habetur, amplectẽtes, viduas & pupillos in tribulatione eorum visitãt, seq; ab hoc seculo immaculatos custodiũt, Iac. 1. Rex gloriæ, pater misericordiarum, ad pergẽdũ viam arctã, vbi in labore requies, in fletu solatiũ, suã gratiam cõcedat, indies magis atq; magis exornet, donec ad patriã cœlestem perducat. Regi seculorum immortali, inuisibili, soli sapienti Deo, gloria sit in secula seculorum. Amen.

Tenebræ exteriores qd significant.

Vocati multi & qui.

Electi pauci & qui.

DOMINICA XXI. POST TRINITAtis, Euangelium Ioan. IIII.



ERat quidam regulus, cuius filius infirmabatur Capharnaũ. Hic cum audisset quia Iesus adueniret à Iudæa in Galilęam, abijt ad eum, & rogabat eum, vt descenderet, & sanaret filium eius: incipiebat enim mori. Dixit ergo Iesus ad eũ: Nisi signa & prodigia videritis, nõ creditis. Dicit ad eũ regulus: Domine, descende prius q̃ moriatur filius meus. Dixit ei Iesus: Vade, filius tuus viuit. Credidit homo sermoni, quem dixit ei Iesus, & ibat. Iam autem eo descẽdente, serui occurrerunt ei, & nunciauerunt dicentes, qa filius eius viueret. Interrogabat ergo horam ab eis, in qua melius habuerat, & dixerũt ei, qa heri hora septima reliqt eũ febris. Cognouit ergo pater, qa illa hora esset, in qua dixit ei Iesus, Filius tuus viuit. Et credidit ipse, & domus eius tota.

PRO-

PROOEMIVM.

PArœmiæ superiori hanc sacrã historiam subdendam sancta mater duxit ecclesia. Consuluit verbi prædicatoribus, vt ex hoc ordine sedulus ecclesiastes prædicãdi modũ addiscat. Superioris diei dominici lectio, charitatẽ nobis subijcit: hic locus fidẽ nobis cõmendat. Sacrosancta lectio, qua fidutia in Deũ, qui nec falli, nec fallere potest, traditur. Per fidẽ saltem ad Deũ pertingitur. Sine fide impossibile est Deo placere, Hebræ. 11. Neutiquã ergo repræhendimus eos, qui fidem Christi Iesu obnixe docent, modo integre & syncere hoc faciant. Neq; modicã gratiã apud pium quẽlibet init Δημηγόρος, id est, concionator, fidem Christi candide docẽs: nullum siquidẽ maius officium præstare homini poterit. Atqui non feret ecclesia, vt Aetiani, Iouiniani, & monachi ex ititij hæreses per fidei in Christũ commendationẽ ex Orco reuocent: quod hodie dolentissime factũ videmus. Luget ecclesia super huiusmodi doctrina: iacet omnis disciplina, ridetur obedientia, ablata est regendi, solis sacerdotibus concessa, autoritas: misere hallucinantur, & palat ignobile vulgus. Religio absoluta est hodie, liuido & fastidioso ore Christũ crepare, idq; potissimũ inter ebria pocula. Cæterũ instat periculosum tempus, de quo 1. Timo. 4. 2. Timoth. 2. 2. Pet. 3. Iudæ 1. Cum itaq; vulgus prædicantũ euangelicorũ, fidẽ Christi saltem in sectarũ ansam proferat, non potest illis ecclesia non obsistere. Interim & ecclesia fidẽ in Christũ Iesum prædicare non supersedit, vt in sequentibus quantũ per Dei gratiam possumus, declarabimus.

Fides in Christũ syncere docenda.

Erat quidam regulus, cuius filius infirmabatur Capharnaum.

Quisnam hic homo fuerit, parũ ad nos: sed quæ & quanta eius fides fuerit, plurimũ ad nos pertinere credo. Quid enĩ mea scire referat, βασιλικὸς an βασιλίσκος, hoc est, regalis an regulus, fuerit. Certũ est, priuatã personam non fuisse: plures enim famulos habuisse euangelista testatur. Ethnicũ fuisse colligo. Plures enĩ in prouincia ea rebelli, Romanũ magistratũ satrapas habuisse videmus, Matt. 27. Luc. 7. Act. 10. Quod aliqui sunt, qui vnũ fuisse dicunt eum, de quo hic agitur, atq; eum, cuius meminit Matthæus cap. 8. manifestus est error, quod ita submonet Theophylactus ex diligenti discussione huius loci, & eius q est apud Mat. 8. Hoc actum esse in Cana, illud in Capharnaum euangelistæ ostendunt. Alter paralyticus erat: alter, de quo hic agitur, febri laborabat. Accedit quod S. Ioannẽ parcius attigisse obseruamus ea, quæ ab alijs literis sunt commendata. Et quod Hieronymus dicit, Tres alij ea saltẽ quæ Christus anno ipso suæ passionis edidit, prosequuntur, Ioannes vero totius vitæ Christi historiam, à testimonio Baptistæ, vsq; ad sacram passionem, percolit. Hæc de regulo dicta sufficiant: de Capharnaum quoq; alibi satis est dictũ. Sequentia ergo videamus.

Duo reguli apud euangelistas celebrantur.

Hic cum audisset quia Iesus adueniret à Iudæa in Galilæã, abijt ad eum, & rogabat eum, vt descenderet, & sanaret filium eius: incipiebat enim mori.

De hisce duabus terræ oris siue tractibus, sæpius audistis: nec itẽ clam vobis est, dominum regionatim oppidatimq; sedulo iter semper habuisse, eaq; quæ perierunt quæsiuisse. Hæ partes Christi erant. Christi item vicarijs id muneris incumbit. Sunt autem vicarij Christi, sacerdotes, præsertim vero antistites ij, quos diœcesanos vocant: vtinã speciosi eorũ pedes possint cantari, qui sibi geminũ honorem gaudẽt dari. Principes prophani, qui & ipsi Deum quodammodo hic referũt, & ipsi oppidatim circumirent suos principatus, terras, iudicantes iuste, adeo vt suos obtestari cũ Mose & Samuele possint, atque dicere: Si quempiã per me aut per meos satrapas & quæstores sum calũniatus, si oppressi quẽquã, si de manu cuiusquã munus accepi, vt contemnam illud & restituam. Sed heu, omnes Christi nomen nobis vsurpamus, christianismum tñ nec minimo quidẽ iota præstãtes, nisi in hoc quod baptizamur aqua. Sed o homo, cogita de qua re in extremo die domino sis rationem redditurus. Memento finẽ instare, & quenq; pro suis factis mercedẽ recepturũ, 1. Cor. 7. Romañ. 14. 2. Cor. 5. Mat. 25. Apoc. 14.

Regulus hic audiens Christon à Iudæa in Galilæã aduentare, valde gauisus, certã pignori suo salutem pollicens, penatibus suis relictis, Christo obuiam ire meditabatur. In parente signum collige veræ charitatis. Spiritus Dei vehemens, ignis ille flagrans, tarda nescit molimina: & qui vere amat, non est cunctabundus atq; negligẽs. Cito, atq; adeo bis, dat, non dicit, reuertere cras, & dabitur tibi. Sed quid, per Deũ oro, cessamus Christũ quærere, dum prope est, & dum inueniri potest, Esa. 55? Vere & hic locũ habet quod ethnici dicunt, Retro est occasio calua. stultum est, cras dicere viuã. Quæ nouissime venerunt, non admissæ virgines. Maledictus enim est, qui facit opus domini negligenter. Adeamus ergo thronum

num gratiæ, vt misericordiã cõsequamur: propior enim nostra nobis est salus, q̃ credimus. Nõ patiemur repulsam, venit rogari, & rogari gaudet. Exorabilis plane est, vbi rite oratur. Hic itaq; regulum partim exaudiuit, partim orationẽ melius dispensauit. Nam (quod rogabat) descẽdit cum illo, quod vtiq; in melius dispensauit. Filium vero eius saluum fecit, quia id orandum pater non errauit. Hoc sic natura iubet: qua iubente, suã carnẽ nemo, quod ex sequentibus fit planum, odisse potest.

Dixit ergo Iesus ad eum: Nisi signa & prodigia videritis, non creditis.

Qui cum claudo habitat, subclaudicare discit: cũ peruersis peruerteris, illis cohabitando. Capharnaitarũ more, regulus (quod ex Christi verbis conijcimus) signũ postulauit, nempe vt dominus secũ descẽderet: quam incredulitatem dominus pcipue taxat, quasi Capharnaiticã, q ne visis quidem signis crediderunt. Certum est, eum qui verbo non credit, etiam signis ad fidem adduci non posse. Veri itaq; Christiani signa non petunt, sed illuminationis sacramento accepto, adhærent soli verbo. Cõtra eos qui signa q̃runt, habes Mat. 12. Ioan. 6. & 20. Et reuera qui post tot signa (vt ait sanct⁹ Augustinus) & miracula nũc tandem signũ postulat, ipse portentum & monstrum est habendus. Orthodoxa & catholica fides, tot miraculis est approbata, vt nullum præterea possit à sapiẽte postulari. Chærea aliquis nouum euangelium, Aetianum siue Iouinianisticanum docẽs, omes retro sanctos ignauiæ & erroris traducens, opus habet tot & tãtis miraculis, quę priscorũ patrum miracula, & numero vincant, & quantitate.

Capharnaitarum incredulitas signa petentium.

Dicit ad eum regulus: Domine, descende priusquam moriatur filius meus.

Omnipotentis virtutem verbi regulus non agnouit, in externis igitur & corporalibus rebus mens eius hæsit. Credulitas eius tanta fuit, quantũ oculorũ & sensuum virt⁹ assequi potuit. Sic dixit & Thomas: Nisi videro, non credam. Cõtrà eparchus ille apud Matth. cap. 8. credidit verbi maiestati & potentiæ, citra corporale omne argumentũ. Attende q̃ trepidet, quamq; cespitet hic Capharnaitanus. Descende, inqt, priusquã moriat. certe idem est acsi dixerit: Ecce dũ nos loquimur, filius meus à morte abripitur. Non hic consultationi & verbis loc⁹, sed festino facto. Attende pie catholice fidem modicã, immo pene nullã. Attende & disce exẽplo Christi, regulos infirmos in fide assumere. Etiã si habeas tantam fidem, quantam euangelici sibi somniant, vt possis montes transferre, nisi charitatem habeas infirmis parcentem papistis, tua nihil fides tibi proderit. Dominus calamum quassatum, nõ cõterere vult: tu igitur si efferaris, & si infirmis insultaueris, cuias sis videris. Audi Apostolum, ad fide opulentos dicentem: Vide ne & tu tenteris. Christus infirmorũ curam agere potuit, quem qui in talibus non sequitur, eius esse non poterit.

Infirmos in fide Chr̃s assũmit, sed hoc nõ faciunt noui euangelistæ.

Dixit ei Iesus: Vade, filius tuus viuit. Credidit homo sermoni, quẽ dixit ei Iesus, & ibat.

Attende Christicola pie aptam clausularum contentionem. Dicit ei Iesus: Vade &c. Itẽ: *Credit homo sermoni quẽ *dixerat Iesus, & ibat. Bis nomẽ repetitur, bis Iesus dixisse recensetur, sermonis Iesu mẽtio fit, verbum Christi exprimitur. Regulus verbo credidisse, verbo item obsequutus commemoratur, profunda & mysteriorum plena omnia. Primo itaq; hic q̃d Iesu nomen sibi velit, & quantus Iesus noster sit, perpendendum. Dein quale eius verbum æstimandum. Deniq; quomodo eius verbo credendum sit, gnauiter expendendum. Iesus Emanuelem, Messiam, soteram, seruatoremq; importat: tantum nomen, vt sine spiritu sancto nominari non possit, 1. Corinth. 12. Iesu nomen q̃d aliàs diximus, proprie Deo congruit. Iesus ergo Alpha & ω, principium & finis, Lux, via, veritas, vita & omnia, Ioan. 1. 14. Iesus nomen dulce, nomen iucundum, nomen tristia pellens oĩa. Iesus nomẽ efficax, nomen potẽs, prospera secũ ferens oĩa. Iesus agnus, Iesus leo, Iesus propiciatio & satisfactio, Iesus corona, meritum & victoria, Iesus imperator & agonotheta. Iesus oĩa in omnibus, in cœlo & in terra, salus hominum, gloria angelorum. Quãtus Iesus, tantum & eius verbum. Verbum bonum & suaue, verbum efficax, & omnisufficiens. Philippus dixit: Domine, ostende nobis patrem, & sufficit nobis. Centurio dixit: Domine, dic verbum, & sufficit mihi. Vtrinq; sufficientia plena. Pater, ait Soter, & ego vnum sumus. Complacitum est patri, omnem plenitudinem habitare in Iesu, Colossensiũ primo. In illo inhabitat oĩs plenitudo deitatis corporaliter, Ibidẽ. Verba Chr̃i sp̃us sunt & vita, Ioan. 6. Vitę verba habet, teste Petro, Ibidem. Breuiter, verbũ erat in principio apud Deũ, & Deus erat

Iesu nomẽ quale

Iesus q̃s & quantus.

Verbum Christi q̃d & quantum.

erat verbũ,& verbũ caro factũ est,Io.1.In hũc mũdũ missus,Ioan.6.8.15.&c.Interrogo vos fratres,dicite mihi,quid plus videt vobis:verbũ Christi,an corpus Christi? Si vultis vere respondere,hoc dicere debetis, quod non sit minus verbum Christi,quàm corpus Christi.Verba sunt diui Augustini,& habentur 1.q.1.ca.Interrogo. Euangelici nostrates verbũ Dei si saltem humanis traditionibus & consuetudinibus omnibus præferrent,& si verbũ ab omni superstitione purũ vellent,culpandi non essent. quis enim hoc non velit? Sed sectas comminiscẽtes,natiuũ sensum verbi,qui catholicus dicitur,quiq́ue vere orthodoxus est,negligentes,suisq́ue opinionibus posthabentes,laudari non possunt. nec item laudẽ merentur, quod sub nomine humanarũ constitutionum, apostolicas abolent traditiones.Omnino vero culpandi,quod verbi Dei prætextu,ecclesiam priscã omnẽ demoliri,& nouã quandam statuere nituntur. Ecclesia catholica verbũ Dei iuxtà atque secundũ Deũ,semper plurimi fecit:& etiãnum iuxtà atque ipsum Deũ,prædicat,omnẽ illi veritatem adscribens,Dist.9.per totum,omnibus ritibus & consuetudinibus verbũ præferens,11.dist. per totũ.Sed vt rem in pauca conferam,& vt ad fidei modũ denique veniã,ecclesia iuxta scripturæ tot sententias,vitã,salutẽ,& omnia verbo accepta refert. Falli,decipi & errare,hominis est. Verbum Dei, veritasq́ue Dei manet in æternũ.Vbi ergo veritatem quæramus,nisi in verbo? Verbũ hic nõ hominis,sed Dei intellige:scripturã nimirũ sacrã,authenticam,canonicã,per spiritum sanctũ nobis datã.Facessant hic strophę & enthymemata dialecticorũ. Veritatis, iuxta Prouerbiũ,simplex oratio.Non inflantis sapientiæ æmulatorij spiritus doctorculos & magistellos,sed ipsam veritatẽ,eãq́ue nudã audiendã credimus.Verbũ quod prædicatũ est gentibus,& quod receptũ est in tanta miraculorũ & sanctimoniæ gloria, reseruabimus.Deficiunt noui scrutatores in scrutinio. Denique nec miracula quærimus. sufficit nobis verbũ,quod sufficientiam nostrã esse non ambigimus.Non philosophicas persuasiones & ratiocinationes postulamus,sed Deo credendo omnia,gloriã damus.Sic credidit Abrahã,cuius fides celebratur Gene.15.Roma.4.Gala.3.Sic credidit beatissima virgo Luc.1.Abrahę fidẽ iuxta historiã primo videamus,quanquam secũdũ amplitudinẽ gratiæ,theotocæ fidẽ magis glorificemus.Abrahã(Rom.4.) verbo credidisse cõmemoratur.Nempe tali verbo,Patrẽ multarũ gentiũ constituã te.Itẽ, Sic erit semen tuũ,&c.Verbo illi pater venerandus ille credidit,non consideràs corpus suũ iam emortuũ,nec item vxoris sterilitatẽ,Tithoniq́ue Sibyllineamq́ue longæuitatem considerauit:Deo vero promittenti gloriã dans,sibi persuasit,eũ qui promiserat,omnia posse.Sic,inquã,credidit, & pater credentiũ esse meruit.De fide gloriosissimæ Deiparæ,prophetissa apud Lucã ca. 1.dicit:Beata quæ credidisti.Quid autẽ,& cui credidit? Angelus Gabriel à Deo missus,dixit illi:Ecce concipies in vtero & paries filium,& vocabis nomen eius Iesum. Non hic ratio habet locũ,sed fides,qua virginea aluus virtute altissimi est fœcundanda.Alma credidit verbis angelicis, quia & verbis credidit propheticis,nempe almã parituram,Dominũq́ue nouũ facturũ in terra, fœminã nimirũ virũ circundaturã.Credidit ergo,vnde non solum Elizabeth,sed & omnes generationes eã beatã prædicat.Beatam,quæ verbũ sanguine concepit:beatior vero,vt verbis diui Bernardi loquar,quæ verbũ concepit mente. Si argumentũ siue experimentũ locũ hic habuisset,nihil esset fidei sacramentũ,nullũ esset credentiũ meritũ.Adeo fides est substantia rerũ non apparentiũ,Heb.11.Talẽ nobis fidẽ scriptura commendat,talis fides cor purificat,iustificatq́ue.Non philosophorũ & eorũ qui acutiori ingenio sunt præ cæteris præditi,ea fides est,sed timentiũ Dei.Vnde dicit Eccl 2.Qui timetis Deũ,credite.Ipsa fides,nostra est scientia.Vnde ait psal.118.Scientiã doce me,quia mãdatis tuis credidi.Et Esa. 6.Nisi credideritis,non intelligetis.Vides quomodo credendũ verbo,non persuasionibus humanis & syllogismis,non experimentis & argumentis,non signis & prodigijs,sed veritati ipsi,quæ nobis satis est,quippe quæ omnis est sufficientia.Sic regulus verbo Dei credidit sine signis,& citra omne argumentũ,contra rationẽ humanã & sensus.Domi vidit filiũ agentẽ animã,audiuit gemitus,audiuit eiulatus:vidit & audiuit, quanto tempore lues filiũ confecerit:quo eũ tempore corripuerit,nouit:omnia signa pallidæ & gelidæ mortis in filio suo animaduertit:tamen contra rationẽ,aduersus visus,auditus,tactus,atque adeo omniũ sensuum suorũ proprietatẽ & veritatẽ,credidit veritati.Ea quę audimus & videmus,vera prædicamus:contra visa & audita,tacta & olfacta. Regulus hic credit verbo: nec frustrauit eũ sua fides,sed vicit veritas oẽm ratiocinationẽ,quia mentiri atque frustrari veritas non potest.Sic in media omniũ rerum penuria,euãgeliũ spes iubet esse ratas, fidesq́ue meriti locum sortitur. Hoc est quod nobis dicitur:Respicite volatilia cœli,&c. Item,Respicite lilia agri.Non dicit,Attendite quãtis opibus granaria vestra sint opleta

verbo dei euãgelici nostrates vane gloriantur.

verbo dei ecclesia semp plurimũ tribuit.

Abrahę fides cõfert fidei virginis Mariæ.

Fides substantia rerũ non appa[rentium]

Euãgel[ici] nostr[ates Chri]stum n[on ...]ant.

Regu[lus] credi[dit] verbo [...] contra [ra]tionem.

Pie[...] ra[...] sera[...]

pleta: sed, credite & cōfidite Deo pr̄i omnipotenti, Matth.6. Ipsi cura est de vobis, 1. Petr.5. Ex fide istac, qua Deum corporum nostroꝶ curam habere confidimus, ad altiorem adscendendū, nempe ad eam, qua curam agit animaꝶ nostraꝶ pater cœlestis, Matth.6. Qui mortem non fert, nec lætatur in perditiōe viuorum, Sap.1. Qui nō vult mortē peccatoris, Ezech.18. Huic, inquam, credendum est, etiam corde nostro nos accusante. Maior siquidem corde nostro est Deus, 1. Ioan.2. Quo simul secum nos iustos reputante, peccatum nostrū auferente, confundit diabolus cōtra nos crimina intentans, Rom.8. Notatu dignum est, quod diuus Ambrosius hic annotat in Apostolum, dicentem: Quis intentabit crimina aduersus electos Dei? Deus est qui iustificat &c. Hoc ī Esaia propheta est, quod hic quasi suum ponit: quia nemo est alius qui, quod probat Deus, arguat. Aut ne forte ipse nos Deus accuset: sed nō potest, quos iustificat, accusare. Viderit sacerdos, vt e suggesto verbum fidei recte in gloriā Dei & ædificationem ecclesiæ secet, ne vnà cum verbo, superstitiōes & pharisaicas fabulas introducat. Viderint Confessionarij sacerdotes, quo confitētes ducant, neve ex symbolo pœnitentiæ, idolon propriæ statuant confidentiæ. Viderint dispensatores mysteriorū Dei, ne & verbis & sacramentis abutendo, & virtutem verbi & efficaciam nominis Iesu, vnà cum merito passionis Christi obliterent, mannaq; prædulce fermento amaricent pharisaico. Neq; hic euangelici nostrates verbum recte secant, Christon mutilando. Integer Christus est docendus, iuxta exemplum & documentum, quia vtrinq; salutis sacramentum. Iesus enim, qui facere cœpit & docere, non solum suam doctrinam, sed & exemplum suum nobis commēdat. Adde q & doctrina nobis opera bona præscribit, & euangelion prædicatur, vt illi obediatur, Rom. primo. Hoc ipsum & lectio præsens liquido ostēdit. Credit dynastes verbo Christi, sed & obedit. Dictum est illi, Vade: cui verbo & credidit, & obediuit eundo. Atque hæc de modo credēdi. Quod sequitur, fructum fidei declarat.

Iam autē eo descendente, serui occurrerunt ei, & nunciauerunt dicentes, quia filius eius viueret.

Hic videm⁹ quid sit, quod toties in scriptura dicatur, Beatus quia credidisti. Item, Fides tua te saluum fecit. Illustrantur item loca, Omnia possibilia sunt credenti, Mar. 6. Credite, & accipietis, & fiet vobis, Marc. 11. Item, Dedit eis potestatē filios Dei fieri, his qui credūt in nomen eius, Ioan.1. Virtus Dei in salutem omni credenti. Et mille hoc genus alia. Noli timere, ait, tantummodo crede. Mar.5. Rogas cui credamus? Audi Marcum cap.10. dicentem: Habete fidem Dei. Qui fidem Dei habent, non humanæ solertiæ inuētis credunt, sed illi, qui fallere non potest: vnde certo hoc ipsum, quod credunt, nācīscuntur. Verbum siquidem Dei omnipotens, est tale ac tantum, qualis & quantus est ipse autor. Verbo (habet Psal.42.) domini cœli firmati sunt. Vide & attende verbi certitudinem & virtutē. credit satrapas verbo, & ibat, & filio insperatam & repentinā salutem obtinebat. Sic & leprosi, dum irent, credentes & obsequentes verbo, sunt continuo mundati. Nouerit verus orthodoxus, quomodo animæ salutem huic exēplo adaptauerit. Nos breuitatis causa ad sequentia ibimus.

Interrogabat ergo horā ab eis, in qua melius habuerat. Et dixerūt ei, quia heri hora septima reliquit eū febris. Cognouit ergo pater, quia illa hora esset, in qua dixit ei Iesus, Filius tuus viuit. Et credidit ipse, & domus eius tota.

Scrutāda scriptura.

Recte interrogabat. Interrogādo veritas facta est illustrior. Sciscitatur horā, memor horæ felicissimæ eius, in qua audiuit verbū, Vade. memor, inquā, horę creta (immo auro) notādæ, in qua tantū sibi thesaurum nouit oblatum. Recte sciscitatur, quia ex diligenti istac inq̄sitione momēti tēporis, virtus verbi elucidat. Ex pūcto, inquā, temporis, fidei meritū elucescit. Sacra quæstio, salutaris inuestigatio: vnde tāta nobis tot mysterioꝶ nascitur enodatio. Ecce tibi in ipso momento, q̄ verbū ex ore Christi prodijt, paroxysmi febriles sedant oēs, morsq; ipsa præsentissima fugatur. Cōtra vitā non potest mors, contra salutis fontē, nihil possunt febres. Sic itē contra propiciatoriū, nihil facit peccatum, aduersus nostrum patronū nihil efficit calumniator. Sed altius repetamus historiā. Videmus febriculosum cōualuisse filiū, videmus & patrem ex infidelitate liberatū. Ille confirmatus (vt Theophylact⁹ & Cyrillus aiūt) corpore, hic anima: pater mente fit fidelis, natus corpore euadit incolumis. Sed nec hactenus verbum in genitore & prole est efficax. longe siquidem se tanta virtus exerit atque diffundit, nempe in om̄em reguli domum, quę tota per vnicum hoc verbum fit fidelis. Tanta est maiestas verbi: dominus siquidem tanq̄ imbrem tempestiuum, verbum

bum suum in terrā mittit. Sine benedictione tantum bonum non venit, sine effectu tāta virtus esse neqt. Felix terra, quæ tale & tantū semen recipit. Beati qui audiunt verbum Dei, & custodiunt illud. Verbum hoc ipsum omnipotens, bonum & iucundum tanti nos boni capaces efficere dignetur, vt & per nos eius gratiæ virtus declaretur, in gloriam suam æternam. Amen.

DOMINICA POST TRINITATIS XXII. Euangelium Matthæi XVIII.



Imile est regnum cœlorum homini regi, qui voluit rationem ponere cum seruis suis. Et cum cœpisset rationem ponere, oblatus est ei vnus, qui debebat ei decem millia talenta. Cum autem non haberet vnde redderet, iussit eum dominus eius venundari, & vxorem eius & filios, & omnia quæ habebat, & reddi. Procidens autem seruus ille, rogabat eum, dicens: Patientiam habe in me, & omnia reddam tibi. Misertus autem dominus serui illius, dimisit eum, & debitum dimisit ei. Egressus autem seruus ille, inuenit vnum de conseruis suis, qui debebat ei centum denarios: & tenens, suffocauit eum, dicens: Rede quod debes. Et procidens conseruus eius, rogabat eum, dicens: Patientiam habe in me, & omnia reddam tibi. Ille autem noluit: sed abijt, & misit eum in carcerem, donec redderet debitum. Videntes autem conserui eius quæ fiebant, contristati sunt valde. Et venerunt, & narrauerunt domino suo omnia quæ facta fuerant. Tunc vocauit illum dominus suus, & ait illi: Serue nequam, omne debitum dimisi tibi, quoniam rogasti me: nonne ergo oportuit & te misereri conserui tui, sicut & ego tui misertus sum? Et iratus dominus eius, tradidit eum tortoribus, quoadusq; redderet vniuersum debitum. Sic & pater meus cœlestis faciet vobis, si non remiseritis vnusquisque fratri suo de cordibus vestris.

PRAEFATIO.



Vod si nobis audita hac lectione, filij hominum, attendere & rite prospicere supersederimus, væ corporibus & animabus nostris, in die illa domini horrenda. Dura parabola: sed vtinā cor nostrum, incudis more, ictus mallei contemnentis, obduratum, parabolam eam non contemnat. Misericordias domini in æternum cantabimus: sed misericordia & iudiciū sibi identidē occurrūt. Vtrunq; in hac euangelica lectione abunde audis. Sunt itaque huius lectionis partes duæ: Altera benignitatē, altera Dei nobis insinuat austeritatē. Benignus est eius clementia rite vtenti: Seuerus ijs, qui beneficijs Dei tantis acceptis euadunt deteriores. Fit hoc, sed nostrapte culpa: vnde merito sua nos condemnat iustitia. Sequitur:

Simile est regnum cœlorum homini regi, qui voluit rationem ponere cum seruis suis.

Quid sibi dictio hæc, regnum cœlorum, velit, audistis: nempe Christianismum augustum, in quo rex cœlestis regnat. Deum regem ipsum esse, in ecclesia regnantē, verba euangelistæ monent. Itidem euangelista exprimit regis seruos esse nos, quotqt sumus, omnes. Nec obscurum est, nos mentem domini tenere, qui videmus ea quæ multi reges & prophetæ videre & audire desiderauerunt, neq; compotes voti euaserunt. Rationem conferre, est ad extremum iudicium rapi, ad reddendam rationem vitæ totius, etiā de verbo ocioso. Et quis reprehendat dominum, rationē à seruis suis poscentem? Quis nostrum hoc ipsum non facit? De hoc debito reddendæ rationis, habes aliud simile Luc. 16. Debita, sunt scelera in Deum & proximū commissa, quorū indies crescit aceruus. Peccatū, est donorum Dei abusus. Nihil habemus boni, quod non e Dei manibus susceperimus. Qui donis huius-

huiusmodi rite vtuntur, minus debiti sibi conficiunt. Minus dico: neq; em̃ est homo in hac vita, qui faciat bonum & nõ peccet.

Et cum cœpisset rationẽ ponere, oblatus est ei vnus q debebat ei decem millia talenta. Cum aũt non haberet vnde redderet, iussit eũ dominus eius venũdari, & vxorem ei⁹, & filios, & oĩa quę habebat, & reddi.

Debitum nostrum erga Deo deberi magis maximum est.

Quantum æs hoc alienum? quis hic soluendo esse possit? Myrias vna (qui numer⁹ siue mensura Hebræis dicitur Cittar; Germanice vocatur ein Centtener) talentoꝝ, maximus numerus est, quem nullus principum facile solueret. Si de myriade non talentorum, sed aut minarum, aut denarioꝝ ageretur, tñ adhuc magnum debitũ exprimeret. Vt hodie ex Budæo supputant, Talentũ facit sexcentos coronatos, q octingẽtos aureos cõstituerent. Sic centena talenta, faciunt sexaginta millia coronatorum. Quod si ita nũerus centenarius in immensum excrescit, quis adsequet summam decem milliũ? Quis Crœsus atq; Midas tantum thesaurum habeat? Hæc dixi, vt inde homo colligat, quãtum Deo suo domino debeat. Vetus debitum (vt in ꝓuerbio est) ærugini obnoxium non est. Alt schelt rost nicht. Aes alienum nostrũ ter maximum. Nos ad vnum om̃es mendici & inopes sumus, impotentes item & infelices. Domini creditoris nostri austeritas, debitũ sibi reddi vult: & merito. O homo miser, quid superbis? Felix qui nihil debet. In oculo meo festucam consideras, trabem in tuo nõ sentis. O execrabilem philautiam. Considera o homo, quot horæ sint anni, immo etiam quot momenta. Vorsura fit ex tanta debiti summa. cui multum creditur, plus ab eo exigetur. Cæsar, reges, principes, Pontifex episcopi, abbates, pręposití, sic se ad vnum omnes gerunt, tanquam nihil debeant. Securi aut dormitant, aut temulenti debacchantur. Qui minimam partem bonorum Dei rite dispẽsare, atque per hoc debitum cõminuere satagat, quotusquisq; est? Quid hodie Simonia, nisi legitimum quoddam commercium? Atque vtinam saltem rerũ fortunæ trapezas, & nõ verbi Dei & sacramentorum, cathedram item & altaria pestis ea occupet. Et qs hodie tuto ausit contra Missas venalitias mutire, nisi hæreticus velit haberi & damnari? Stratocles olim dixit, tribunal esse auream messem. Faxit Deus, hoc ipsum hodie non sit templum. Iurisdictio siue (vt vocant) forum ecclesiasticum quàm hodie male audiat, quis ignoret? Prophani minori longe peccant licentia. Rabulæ fori spiritualis, plane sunt effrontes. Væ mundo à scandalis. Sed vox hæc Christi ridetur. Error, cui non resistitur, approbatur. Hoc quoq; nequidquam in sacris canonibus legitur. Nam quis canones audiat, cum iudex viuorum & mortuorum contemnatur? Debitum rei familiaris, homini etiam somnũ aufert: nemo est qui noctis vnicam horam insomnẽ transigat recordatione debiti peccatorũ. Quid autem? Fatemur nos peccatores: sed quoniam inficiatores nõ sumus, quare non damus operam, vt aliquid debiti tanti decidamus? Et quia soluendo non sumus, quid adeo superbimus miseri? Vere miseri, qui etiam venditi cum omnibus quæ nobis supersunt, puta cum vxore, liberis, & omnibus eiusmodi bonis, non possumus ne vnũ quidem talentũ dissoluere. Quis enim tam vilem mercem vel gratis reciperet? Superest ergo, vt hoc saltem faciamus q̃d sequit:

Tribunal iudice Stratocles auream messem, hoc est hodie templum.

Procidens autem seruus ille, rogabat eum, dicens: Patiẽtiam habe in me, & omnia reddam tibi.

Peccatorũ remissio nobis rogãda, nõ temporis dilatio.

Prudentiæ fuit, procidisse: temeritatis vero, omnem solutionem promisisse. Supplex domino, nõ temporis dilationem, sed culpæ remissionem orasset. Non in quotidiana oratione temporis & moræ productionem, sed debitorum relaxationem rogitamus. Rogare, hoc quod hic habetur, confessionis est species, nempe ea de qua dicitur: Dixi, confitebor aduersum me iniquitatem meam domino. Non contemnit surda aure talem dominus. Sed iterum atque iterum vide, ne huius specie deceptus, confessionem ecclesię, quam Hussitæ auricularem vocant, eleues. Hoc non fuerit domino esse supplicem, sed aduersantẽ & luctantem. Vult audiri ecclesiam. Obedientiam victimæ præfert. Claues sacerdotali ordini commisit: quarum vsum qui præfractus & inobediens recusat, dominũ non placat, sed exasperat: culpam non resecat, sed auget.

Confessionẽ peccatorũ iuxta ritum ecclesiæ contemnens, deũ exasperat.

Misertus autem dominus serui illius, dimisit eum, & debitũ dimisit ei.

De⁹ plus atq; rogat semper præstat.

Concionator misericordiã Dei hic pleno prædicet ore. Plus præstat semper diuina misericordia, quàm oratur. Vota nostra Dei exuperat clementia. Seruus condemnatus, saltem temporis dilationem precari, debiti solutionẽ promittere. Scit dominus, hoc quod receperat, seruum præstare nulla ratione posse: supplicem tamen sibi, non potuit non exaudire. Absoluit seruum, atq; remittit omne debitum. Huc facit

cit hoc Apostoli Ephe.5. Deũ cumulate facere oĩa quæ petimus, aut cogitamus. Præoccupemus & nos faciem eius in confessione. Proponamus ex synceritate, & exorabimus. Seruum præsentem attendamus. Orans, facile exorat: liber cõstituitur. om̃e debitum remittitur. Quid illi gratius, quid optati⁹ euenire poterat? Misericordias dñi merito in æternũ cantasset. Sed videamus quid reuera de Dei sui bonitate, quam nõ solum gustauit, sed etiam qua est exaturatus, senserit. Non eget Deus bonorum nostrorum. affectum itaq; nostrum erga Deum, nõ in cultu cęremoniaꝝ, sed in effectu declaramus erga fratrẽ misericordiarum.

Egressus aũt seruus ille, inuenit vnũ de cõseruis suis, q debebat ei cẽtũ denarios: & tenens, suffocauit eũ, dicẽs: Redde q̃d debes. Et procidẽs cõseruus eius, rogabat eũ, dicens: Patientiã habe in me, & oĩa reddã tibi. Ille aũt noluit: sed abijt, & misit eũ in carcerẽ, donec redderet debitum.

Peccanti in nos fratri peccata remittere iubemur.

Videt vestra charitas, quorsum domin⁹ parabolã dixerit? Præcedentia & sequẽtia se declarant. Suprà ante huius lectionis exordiũ rogabat Petrus Sotera, dicens: Dñe, q̃ties peccabit in me frater meus, & dimittam ei? vsq; septies? Dixit ei Iesus: Nõ dico tibi vsq; septies, sed vsq; septuagies septies. Hoc ipsum nos p̃sens submonet parabola: Quod tibi fieri nõ vis, fratri tuo ne feceris. Quota pars est, debitũ centũ denariorum, collata decẽ millibus talentoꝝ? Hic habes sex millia coronatorũ, illic decem coronatos. Nõne homo rite tantum suũ debitum agnoscens, facile fratri suo tantillũ dimittet? Si dimittimus, dimittemur. Lucrum facimus nobis amplissimum, si dimittim⁹. Si lædit nos barbarus quispiam & excors homo, si fideles sumus, maximi lucri nobis se occasionem offert. Non rogati, dimitteremus erranti: sed ecce tibi, tanta est nostra ignauia, tanta malitia, vt ingrati Deo, immemores Dei promissionum om̃ium, fratrem nobis supplicem & veniam petẽtem non exaudiamus. Vere hoc quotidie videmus fieri in magnatũ vita, quod sequitur: Iniecta illi manu, obtorto collo suffocabat: in lacum misit, donec redderet. Nonne diuites & præpotentes tyrannidem exercẽt, & ijdẽ trahunt plebẽ miserã ad tribunalia? Scilicet miseri nocere nõ possunt. De⁹ dormire videtur. Superest vt vsq; ad finẽ miseri patientes existant, nẽpe vsq; ad diem domini, Iaco. quinto. Tunc veniet debita pœna reis. Poeta hic testis esse possit, dicens:

Potentes inclementes, irarumq; tenaces.

Raro antecedentem scelestum
Deseruit pede pœna claudo.

Videntes aũt cõserui eius quæ fiebant, cõtristati sunt valde. Et venerũt, & narrauerunt dño suo om̃ia q̃ facta fuerãt. Tunc vocauit eũ dñs suus, & ait illi: Serue nequã, om̃e debitũ dimisi tibi, qm̃ rogasti me: nõne ergo oportuit & te misereri cõserui tui, sicut & ego tui misertus sum? Et iratus dñs eius, tradidit eũ tortoribus q̊ad vsq; redderet vniuersum debitũ.

Ex hoc loco consuetudo ecclesiæ, qua certi censores vitia & errores alioꝝ ad ecclesiam deferũt, est nata. Synodales vocant senatores, censores illi, & poterit censuræ eius functio per locum præsentẽ confirmari. Et nisi hoĩes huiusmodi crudelitatẽ accusent, lapides clamitare inciperent. Accusationẽ eam Apostolus multis verbis prosequitur 2. Thessa.5. Vtinam apostolica ea præscriptio teneat adhuc. Diaconatus his partibus est obnoxius. Tenentur diaconi, quatenus episcoporum sunt oculi, ipsis episcopis p̃uaricationes cum cleri tũ laicoꝝ significare. Sic Ioseph patri suo fratrum suorum detulit cõmissa, non delator, non proditor, sed designatus senatus & magistrat⁹ spiritualis. Diaconos episcoporũ esse oculos, sanctorum patrum monumenta vndiq; affirmant: præcipue hoc vides in epistola Clementis ad Iacobum. Accusatio istæc blasphemijs & sacrilegijs itidẽ & scandalis oĩgenis (Ro.2. Eze.36.) nisi obstaret, ĩ cœlũ vsq; scãdala & sacrilegia excrescerẽt. Cõtristati hic dicunt accusatores. Alij p̃ditores aut voluptate, aut lucri cupiditate, aut vindictæ ardore, aut huiusmodi prauis affectib⁹ accusant. Pij saltem religionis tractu, glorię Dei respectu, vitioꝝ odio, talibusq; pijs affectibus impellũtur. Rex non expostulat cum accusatoribus, sed vehementer succenset seruo tyrãno, cui dicit: Serue nequã, scelus, Belial. Sic primo nõ suũ, sed diaboli ostẽdit eẽ mãcipiũ. Scđo dicit, Nõne oportuit & te misereri cõserui tui? Exprobrat seruo bñficiũ illi collatũ, et ingratitudinẽ ab illo designatã. Tertio, crudelitatis et ĩgratitudinis cõdẽnat cõuictũ: ne qs dicat, regẽ crudelẽ ẽq; atq; seruũ, nõ rõne, sed affectu ferri.

Sic & pater meus cœlestis faciet vobis, si nõ remiseritis vnusq̃sq; fratri suo de cordibus vestris.

Charissimi, erudimini erudimini. Succurrat hic vobis q̃d dicit Mat.5. Estote misericor-

cordes, sicut & pater vester misericors est. Dimittemur dimittētes. Etiā nō rogati, exorari debemus, memores debiti vnusquisq; sui ter maximi. Quid habemus q̃d nō accepimus? Hic vt dona cętera p̄teream, q̄d vita est ipsa p̄ciosius? Fac Lazarus existas, certe de vsu vitæ Deū satis laudare nunq̃ poteris. Quotusq̄sq; vero est, qui muneris huius vnq̃ meminerit? Gręci Mnesicaciā, recordationē malitnr̄i iclemētiā, odiū &(vt vulgo loquunt)rancorē vocāt: qua hō immemor sui debiti, fratri durus est, fratremq; odio p̄sequit. Beneficia Dei semp cōmodū est memoria repetere: prodest etiā, iudicia Dei identidē memoria cōplecti. Hoc loco vtraq; nobis p̄posita iuuat recēsere. Primo, Dimittit debita rogat⁹. Q̄m rogasti me, ait, vel q̄m supplex mihi fuisti. Ex q̄ sequit, orationē nostrā exaudibilē esse. Secūdo, dimittit exoratus, nō propter p̄missa debitoꝝ solutionis, q̄m scit nos esse miseros, vult t̄n miseros miseris cōpati, cōdolēdoq;, alios aliorum onera iuuare, Mat. 6. Luc. 6. Tertio, Fide cōseq̄mur remissionē peccatoꝝ, sed charitas remittit peccata fratri. Inde orit spes & fiducia recipiēdi subin charismata maiora. Vnde si charitas nō dispertit, spes perit. Vides op̄a charitatis sanctificatoria esse, iustificatoria, & oīb⁹ modis cōmoda. Execrabilis itaq; noua nouoꝝ euāgelicastroꝝ cantio, **Die gutte werck gelte nicht, sie kunnen nicht behuetten**, hoc est, bona op̄a neq̄q̃ fiunt, scilicet nō custodiētia, nō seruātia. Fide tua mōtes transferēs, peccatoꝝ tuoꝝ indulgentiā nunq̃ consequeris, nisi proximo etiā ex charitate sua in te cōmissa dimittas, atq; adeo in pietatis stadio gnauiter curras. Charitas peccatoꝝ operit multitudinem. Quarto, Vtriusq; clauis hoc loco vides adumbrationē, Mat. 16. Ioā. 20. Altera soluit, altera ligat. Si dimittim⁹, & in pietatis nos opibus exercem⁹, habet officiū sacerdotale in nobis locū, efficax nobis est clauis remissiōis, Pietas eñ ad oīa est cōmoda. Si charitatis sumus expertes, pleni iracūdia & fastu, immites & sæui: ligati sumus, ligati manemus. Clauis remissionis inefficax nobis est, claue nos cōstringēte excoīcatiōis. Seruus supplex dimittit liber, absoluit, indulgētiā plenariā cōsequit. Dur⁹ vero & iplacabilis irę, rursus religat. Diabolus credit & cōtremiscit. Sic & seruus hic nō ignorabat se habere dñm, sibi æs alienū suū immēsū remissum &c. sed q̄a fratrē male accepit, male accept⁹, in lacū est deturbatus. Quinto, Iratū vides regē. Nouit irā qui ait: Dñe, ne in furore tuo corripias me. Idem: Misericordiā & iudiciū sibi cohęrere nouit, psal. 100. Hęretici placētia saltē de Dei misericordia loquētes, sirenes sunt. Verū ē, Deū tortorē nō esse: sed q̄ dicit ipsum tortores nō h̄re, tortores ipsos aliq̄n sentiet bis reus. Sexto, Plenarias īdulgētias cōsequit, q̄ pc̄tō ignoscit fratris. Nō ęrarium aliq̄d hic erigit, sed cor fratris tui, vbi Deū tibi cōcilies, p̄ponit. Dimittite, & dimittet, Mat. 6. Luc. 6. Optima itaq; est cōsuetudo, qua subinde orat, vt alter alteri⁹ errata boni cōsulat, cādide interp̄tet, & remittat. Potissimū vero mos ille p̄bādus in agētib⁹ aīam. Ethnic⁹ hic audiat:

Ignoscent, si q̄d peccauero stult⁹, amici:
Inq; vicē illorum patiar delicta libenter.

Sic cōstabit huius vitę cōuersatio & stat⁹, sic itur ad astra: hæc vestis nuptialis: qua q̄ caret, foras mittet. Viderint Thrasones Nemroithę. Potētes potēter tormēta patientur. Non est q̄ de manu irati dñi possit erui. Cuperēt mōtibus obrui, & mortē mori, sed in morte mortē nō inuenièt: nec q̄ se cōdant, etiā in extremis tenebris locū īuenièt. Logę regū man⁹, norūt hoc, vñ & egregie eas exerūt, egregie eas in minimos q̄scūq; inijciunt sese vlciscēdo: q̄si man⁹ regis regū, sint abbreuiatæ. Longæ sunt, & saluare potest sustinētes se, vindicare cōtemnentes se. Illi honor & gloria p̄ æterna secula. Amen.

Quæ q̄ a Deo accepimus, seruis misericordiam non praestant. (margin, partly cut off)

Dei irā hęretici dissimulant.

Indulgentiæ plenariæ sunt, ignoscere peccanti fratri.

DOMINICA XXIIII. POST TRINITATIS,
Euangelium Matth. XXII.

Abeuntes pharisęi, cōsilium inierūt, vt caperent Iesum in sermone, & mittūt ei discipulos suos cū Herodianis, dicētes: Magister, scim⁹ q̄a verax es, & viā Dei in veritate doces, & nō est tibi cura de aliq̄. Nō eñ respicis p̄sonā hoīm. Dic ergo nobis, q̄d tibi videtur? Licet cēsum dare Cæsari, an nō? Cognita aūt Iesus neq̄tia eoꝝ, ait: Quid me tētatis hypocritæ? Ostēdite mihi numisma cēsus. At illi obtulerunt ei denarium. Et ait illis Iesus: Cuius est imago hæc & sup̄scriptio? Dicunt ei: Cæsaris: Tunc ait illis: Reddite ergo quæ sunt Cæsaris, Cæsari: & quæ sunt Dei, Deo.

PRAEFATIO.

In superioris diei dñicæ lectione, ecclesia per parabolam regis à seruis suis rationē poscentis, ostendit, mortales debitores Dei esse omnes. Prouida mater spiritibus seditiosis errandi occasionem ablatura, in præsenti lectione ostendit, mortales itidem om̄es, Dei ministroꝝ esse debitores.

Prophanos, si Christi noĩe censentur, in causa fidei cleros: clerum vicissim prophanis, pro ecclesiæ defensione tributum pendere oportere. Necessarium documentum: quod nisi rite obseruetur, administratio fori vtriusq; veniet in contemptũ: neq; id citra vtriusq; reipublicę & scandalum & exitium. Lectionem ipsam exponamus.

Abeuntes pharisæi, consilium inierunt, vt caperẽt Iesum in sermone.

Hęretici captiosi. Attende quanta sit hominũ hæreticorum, schismaticorum, hypocritarum & oĩm mente corruptorum puersitas, quas nõ insidias struant innocenti. Quod tunc Iesu fecerũt pharisæi, hoc identidẽ faciunt immerẽtibus catholicis hæretici & pseudo catholici. Ingeniũ pristinũ supioris ætatis hęreticorum, manet etiã apud nepotes genimẽ viperinũ. Et si Chro magistro, veritatis doctori, iusto iudici, adeo fuerũt infensi, vt fraude ipsum circũuenire niterentur: quid fiet discipulis errabundis ouiculis & pecudibus immundis? possunt hæretici capi, sed ægre retinentur. Quiduis ferunt præter veritatem & castigationem. Conuicti itaque & correpti, contra Christum præcipuum malum machinantur, iuxta hoc quod sequitur:

Et mittunt ei discipulos suos cum Herodianis, dicentes: Magister, scimus quia verax es, & viã Dei in veritate doces, & non est tibi cura de aliquo, nõ eñ respicis psonam hoĩm. Dic ergo nobis, quid tibi videtur? Licet censum dare Cæsari, an non?

Quærunt vt Cæsari accusent, q nihil inuenerũt q̃d in legẽ Dei cõmiserit. O mentis humanæ audaciã. Ex Iesu Nazareno facere velle Iudã Galilęũ, peruersitas est puersitatũ oĩm puersissima. Sed audiat sibilus infernalis hydri, puideatur astutæ vulpeculæ dolus. Mittũt discipulos suos cũ Herodianis. Non accesserũt pharisęi ipsi: putabant Chrm min⁹ cõsiderate responsurum discipulis, quasi ipsos pharisæos semper fuerit veritus, tanq̃ acutiores: discipulos vero, rudes & rerũ inexperiẽtes, nihil penderet. Herodiani, secundũ Chrysostomũ, fuerũt Herodis milites & obęrati: secundũ Hieronymũ, fuerũt Iudæi q̃bus videbat Cæsari soluendũ tributũ. Apparet hic, Herodianos eos, qui cũq; tandẽ fuerint, Chro infrequẽtes fuisse. Vñ etiã Herodes gauisus fuit, sibi Chrm fuisse missum à Pilato, q multa de eo audisset, sed nũq̃ aut ipm corã vidisset, aut ei⁹ doctrinam ipse audisset. Herodiani itidẽ rarissime aut audierũt, aut viderũt. Lyra, cũ Herodianis, ait, tanq̃ incognitis secũdũ eorum iudiciũ, vt corã ipsis audaci⁹ loq̃ret. Cæterum etiã adhibuerũt Herodianos discipulis comites & collegas, ne testes grauissimi deessent, imo etiã ne deessent, q̃ manu raperet ad supplicium. Magister, inqunt, scimus q̃a verax es, nihil simulas. Cãdor es & ipsissima simplicitas. Viã Dei doces ĩ veritate. Oẽs vię ei⁹ veritas & misericordia, psal. 24. Deduc me, ait, in via æterna, Psal. 138. In vijs suis ostẽdit se pijs. Deducit iustos p vias rectas, in via mirabili &c. Supr. 6, 10. Baruch 5. Hic adinuenit oẽm viã disciplinæ. Disciplina, id est, scientia Dei, est ipsa via Dei, q̃ Chrus est ipse. Nõ est tibi cura de aliq̃ &c. Fratres mei, ne cũ respectu psonarum habeatis fidẽ dñi nostri Iesu Christi ex opinione. Itẽ, si psonã respicitis, peccatum committitis, redarguti à lege veluti trãsgressores, Iaco. 2. Certe psonã nõ curat: vnde nõ cõtribules ecclesiæ præfecit Ioannẽ & Iacobũ, iuxta preces eorum matris: sed Petrũ, nullo sibi sanguinis iure coniunctũ, ecclesiæ suæ principẽ cõstituit. Qui ait: Iuste pater, hæc abscondis ab optimatibus huius seculi, & reuelas ea minimis. Sed aduerte soricem, suo ipsius se prodentẽ indicio. Auræ popularis captatores, cenodoxiæ mancipia, ex se etiã Christũ existimarunt. Dilatãtes phylacteria sua, & venantes in foro salutatiões, etiã Christũ putabãt eo laborare morbo. Laudãt ergo, vt decipiãt. Terentianũ Gnatonẽ vel Syrũ agẽtes, Christũ Thrasonẽ vel Demeã sibi finxerũt. Poppismate eq̃, tactu cato, laude blãdimur stultis. fastuosis nõ sapit hęc esca sapiæ ęternę. Dic, q̃d tibi videt? dandus Cęsari cẽsus nec ne? Cornuta q̃stio, ex Chrysippi capite deprompta. Quorum os, sepulchrũ est patẽs: lingua eorum, gladi⁹ vtrinq; acumẽ habẽs. Quis hic non capiat hõ? si negat cẽsus, cõtradicit cęsari: si dicit oportere eũ dare, libertati carnali ppli carnalissimi cõtrauenit. Nos, aiũt, sumus filij Dei: nemini seruiuimus vnquã. Cõtrà Herodiani & publicani tributũ soluendũ asserebãt, ratione defensiõis & publicæ pacis cõseruationis. Valida vtrinq; argumenta, & rationes veritatis speciẽ habẽtes. Vide Bedam in locũ præsentẽ. Sed non est consilium contra consiliarium, contra magni consilij angelum. Sequitur:

Cognita aũt Iesus nequitia eorũ, ait: Quid me tẽtatis hypocritę? Ostẽdite numisma census. At illi obtulerũt ei denariũ. Et ait illis Iesus: Cuius est imago hæc & superscriptio? Dicunt ei: Cæsaris. Tunc ait illis: Reddite ergo quæ sunt Cæsaris, Cæsari: & quæ sunt Dei, Deo.

Acris

Acris obiurgatio. Non fungitur officio boni viri, qui aliud loquit lingua, aliud sentit & machinat corde. Contra hypocrisin vide Iob 15.20.36. Pro. 11. Scite dicit Eleazarus 2. Mach. 6. Alij propter meā simulationē decipient, &c. & ego meæ senectuti maculā cōquirā. Sed Deus cardiognostes, cōpræhendit astutos in astutia eorum. Ostendite (ait) mihi numisma cēsus. Offert ei denarius. Item ait: Cui⁹ est hęc imago & superscriptio? Qui ignorat, ignorabit. Herodianos nō nouit, qa & ipsi nō nouerunt. Mortuis & Deo viuēti nihil. Herodes q̄q; Christum non nouit. Quota erat notitiæ fama, qua & Pilatus Christū nouit? Summa: Nihil illis cū Chro, q militabant huic mundo. Nescio, ait, vos. Item ait: Quis misit me arbitrū inter te & fratrē tuū? Item, Regnū meum non est de hoc mūdo. Reddite quę sunt Cæsaris, Cæsari: & quæ sunt Dei, Deo. Cæsarē hic nulla alia ratione præfert Deo, q̄ vt apte ad quæsita respōdeat. Quæstio fuit de censu Cæsaris, & nō de cultu Dei, sed necessaria est adiectio, & quæ sunt Dei, Deo: quū & Cæsari nemo recte tributū pēdit, nisi ex Dei hoc faciat p̄scripto. Obserua, q̄d lr̄a ip̄a prę se fert, & q̄d oēs fere interpretes fatētur catholici, Herodē eo tēpore, quo hęc Chro quæstio est proposita, Hierosolymis fuisse. Paschę erat solēnitas: sed qualis illa fuerit in animis pharisæorum, quale azyma comederint, satis ex præmissis perspicuū est factū. O vtinā nō comedatur & in ecclesia tale pascha. In azymis synceritatis & veritatis nostrum pacha Christus est celebrandus, hoc ita submonet puritas, quā lex requisiuit ad immolationē paschę agni & hœdi pecudis brutæ. Arripuerunt maligni ansam tentandi dn̄m Iesum de præsentia Herodis, sperātes, dn̄m tanquā reum lęsæ maiestatis, sua se responsione factum, statim ad Herodis manum iri abreptū. Christus vicissim nactus oportunitatē admonendi & corripiendi ex temporis solennitate, quæ puras requirebat manus. Sed de correptione nō video opus esse quod pluribus agamus, ad ipsam ergo veniemus admonitionē siue doctrinā. Reddite, inqt, Cæsari quæ Cæsaris sunt, & Deo quę Dei. Nos q nō cū Iudęis disputam⁹, sed Chri veritatē declaramus, primū quæ Dei sunt, audiamus. Deus noster est dn̄s. Dn̄s est Iesus merito, q nos à diaboli potestate liberauit. Deus item est oīa dans, oīa videns, oīa audiens &c. Multis igitur noībus debemus ipsum tum timere, tum amare. Cor, mentē, animā, & oēs vires, atq; hęc oīa tota & singula Deo soli debemus. Cæsaris nihil horum est, nisi quatenus Dei ministrum agit. Hieronymus dicit, tunc imperio potitū Tiberium, Tiberij vox est oībus notissima: Pastoris boni esse, tondere pecus, non deglubere: digna vox quę Christi p̄petuetur eulogio. Receptū item est, vt sub Cæsaris noīe Cæsariū ius, hoc est, sanctæ leges & senatus consulta, intelligant. naturalē itaq; æquitatē Christus hoc suo sacrosancto verbo cōprobauit atq; stabiliuit. Nullū sibi tyrannis in verbo Chri patrociniū requirat, cū Christus nihil peius atq; tyrannidē execret. Per me, ait Sapiētia, reges regnabūt, & legū auditores iusta decernūt. Qui p̄ sapientiā non regnāt, neq; per eandē iusta decernūt, nihil minus sunt q̄ reges. Hasce aureas statuas & colossos hodie noui Euangelistæ plane adorāt, deos eos faciētes, nō solū oīm ecclesiæ p̄diorum & bonorum illis potestatē tribuentes, sed & ius illis deferentes ecclesiæ, hoc est, regiminis ecclesię supra episcopos & sacerdotes & vniuersum clerū. Noua officia & formas sacramentorum administrandorum condendi, vetera antiquandi. Neq; sat habent hactenus insaniuisse, nisi & mulierculis delicatulis ius decernant ecclesiæ, Cataphrygarum hæresin excitādo. Exhibuit mihi pridie eius diei, q̄ hæc scriberē, Reuerendus quidā Abbas libellū quēdam ab Apostola, atq; eadē regina quadā vidua Germanici magistratus, in lucē editum, de reformādis monachis & sanctimonialib⁹ diœcesios (ducat⁹ dixerim) filij sui. Inter cætera vetuit illa bona matrona, ne monachi & sanctimoniales se corpore toto inclinarēt. Ineptias cęteras p̄fecto me recēsere piget. Haberem quod in libellum eum atque auctricem dicerem, nisi pijs cæteris parcerē. Sed malim, sycophanta euangelistes, cuius intēperie seducta, sese toti Germanię fabulam fecit, suę hæresios ab ecclesiæ magnatibus digne castigaretur. Hæretici & Auxentiani & Cataphrygæ, proferūt de suo thesauro noua & vetera, dicētes: Oīs aīa potestatibus sublimioribus subdita sit, hoc est, Pōtifex summus, epi, sacerdotes & totus clerus, p̄phanorum subiacēt imperio: cū illis columnā aureā quamcūq; adorātes, hoc est, quidqd illi cōstitutionū nouarum finxerint, sine omi cunctatione recipiant. Constitutiōes eas deorum huius seculi nouas, si qs cerdo idiota, & idiota omi barbar⁹ magis Bianus Vuesphalic⁹, e Sustensi schola sacris initiatus, receperit, duplici honore dignus est censendus. Si vero aliquis quidquā contra huiusmodi ordinatiōes dixerit, anathema sit, nec ferendus vlla est ratione contradictor ille, cuiuscūq; eruditionis sit, & quamcunq; tandē bonā polliceat frugē. Habēt sacerdotes animas, ergo parere debēt. Principes immunes euāgelici, neq; Cæsari, neq; pontifici obedire habent: vtique quia inanimes, atq; adeo bis mortui. Cæsar item animā habet: sublimio-

Tyrannidem Christus nō approbat.

Magistratum prophanum clero pręficere, hæresis est.

miorís itaq; dñi vicarijs obedientiã debet. Pius catholicus conferat locum ad Romanos 15. ad locũ Hebr.13. Item ad canones, præcipue 19. quæstione tertia, statuimus. Videat quæ scripserit contra Auxentium Ambrosius: De potestate prophana. Gregorius 22. moralium cap.11. ait, vbi non deliqmus, pares sumus. Natura pares sumus: sed qui facit peccatum, seruus est peccati, Gene.3. Sub potestate viri eris, Gene.9. Maledictus Chanaan, seruus seruorũ erit fratribus suis. Sap.1. Diligite iustitiã qui iudicatis terram. Terrã, id est, terrenos homines. Cęterũ qui facit iustitiam, dignus qui etiam à magistratu honorem ferat, Romano.13. Nemini quidquã debent fideles, nisi vt inuicẽ sese diligant. Reddunt amẽ etiã Christi exemplo tributum, diligunt item principes suos pios corã Deo, sufferunt dyscolos, ad pacem publicam conseruandam. Glo. Si bonus fuerit qui tibi præest, nutritor tuus est: si malus, tentator. Nutrimẽta tua libẽter accipe, & in tentatiõe ne defice. Iam cũ magistratus prophanus terror saltẽ sit maleuolorũ, quæ (malum) hæresis illis etiã ecclesiam subijcit? Si de patrimonio cuiusuis clerici agitur, age rapiant. Si vero de ecclesię bonis agit, epo dispẽsatio cõmissa est. Si non dispensat, admoneatur. Cæterum sacrilegium est, principes bona ecclesiæ inuadere, atq; ea in suum sibi vsum partim reseruare, partim sub prætextu eleemosynæ erogare. Qui aram atq; thuribulum etiam ambiũt, foras tanquam leprosi sunt protrudendi. Discat Theodosius ab Ambrosio, quid inter Imperatorẽ & episcopũ intersit. Theodosios & Ambrosios dominus Deus excitare dignetur. Amen.

Sapiens omnis est liber.

DOMINICA XXIIII. POST TRINITATIS, Euangelium Matth. IX.



Oquente Iesu ad turbas, ecce princeps vnus accessit, & adorauit eum, dicens: Domine, filia mea modo defuncta est: sed veni, impone manum super eam, & viuet. Et surgens Iesus, sequebatur eum, & discipuli eius. Et ecce mulier quæ sanguinis fluxum patiebatur duodecim annis, accessit retro, & tetigit fimbriã vestimenti eius. Dicebat em̃ intra se: Si tetigero tantũ vestimentũ eius, salua ero. At Iesus conuersus, & videns eam, dixit: Confide filia, fides tua te saluam fecit. Et salua facta est mulier ex illa hora. Et cum venisset Iesus in domum principis, & vidisset tibicines & turbam tumultuantem, dicebat: Recedite: non est enim mortua puella, sed dormit. Et deridebant eum. Et cum eiecta esset turba, intrauit: & tenuit manum eius, & dixit: Puella, surge. Et surrexit puella. Et exijt fama hæc in vniuersam terram illam.

PRAEFATIO.



N Synagoga sacerdotes lepræ om̃e genus, atq; adeo religionis causas omnes iudicabant. Analogia si consideretur, liquescit idem ius esse penes ecclesiæ rectores, qui cum ecclesiæ sint caput, ac per hoc ipsa sint ecclesia inclusiue, eos qui non audit, ethnicus & publicanus habẽdus. Sed proh dolor, nostra culpa eo cæcitatis ventum est, vt multi, quæ ecclesia sit, ignorent. Operæprecium itaq; est, identidem de ecclesia docere, quæ sit, & quanta sit: hoc est, ꝙ catholica & vnica sit, ꝙ immensæ existat maiestatis. Hæretici, tanq̃ serpẽtes suorũ dogmaton virus in plebem effusuri, primo ecclesiam tenebris obnubilare conantur, videntes se nihil proficere posse, nisi prius vnitate & maiestate ecclesiæ in dubium vocatis. Hinc ego, occasione nacta, præsenti loco mulierẽ hæmorrhoissam synagogam præuenientem, Ecclesiam ex ethnicis intelligo: Christi tactum, verbi & sacramentorũ non vsum legitimũ, sed & reliquiarũ beatorum religiosam venerationẽ & cæremoniales cultus ecclesiæ, intelligo. Vnitas siquidẽ inde ecclesiæ potest existimari. Matrix ecclesiæ, ex synagogę vberib' rit' eos honestos habuit, retinet eos vera & vnica Christi. Hæretici ritus eos errori deputantes, nihil sunt nisi error. Maiestas dein ecclesiæ designatur, quia in ecclesia saltem est verbi & sacramentorum efficacia. Merito ergo sanctorum reliquiæ decenti honore afficiuntur, cæremoniæ item, quibus tanta maiestas declaratur, sine grandi piaculo non con-

contemnentur. Sed ad textum ipsum nunc transgrediamur.

Loquente Iesu ad turbas, ecce princeps vnus accessit, & adorauit eum, dicens: Domine, filia mea modo defuncta est: sed veni, impone manum tuam super eam, & viuet.

Hieronymus, Beda, & plerique alij catholici, hunc locum anagogice de synagoga & ecclesia ex gentibus, exponunt: nempe, gentes Iudęos assecutas, immo præuenisse, atque adeo vltimos, factos esse primos. Nos cũ sensum eum in pręsentiarum sequi constituam[9], principio hoc, quod apud alios est euãgelistas, de principe eo, de quo hic agitur, afferendum putamus. Marcus cap. 5. & Lucas 8. dicunt fuisse principem synagogæ, hoc est, archisynagogum, quem Academici vocant Rectorem vniuersitatis: nomen illi dicunt fuisse Iairo: quorum hoc cum historicæ veritati, tum eiusdem historiæ profunditati seruit, illud vero vnà mysterio quoque accommodum est. Quod nomẽ eius exprimitur, innuit præcipue esse locũ arduum & singularis grauitatis, ꝙ archisynagogus dicitur extitisse, recte præuentus à muliere ethnica, maiori prædita fide: vt infrà fusius explicabimus, Deo gratiam nobis clementer annuente. Hic vero de adoratione eius hoc addam, non adorasse adoratione ea, qua Deus adorandus est, iuxta legem Deuter. 6. & Matthæi 4. Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruies: quam adorationem scholastici latriã vocant. Requirit siquidem adoratio ea sanam de Deo, qui solus adorandus est, fidẽ. Vana est eñi adoratio Samaritanorum, de qua ait Christus Ioannis quarto: Vos adoratis quod nescitis, nos adoramus quod scimus. Talis fides Christi si integra apud Iairum extitisset, haudquaquam Christi præsentiam & manus impositionem petijsset. Videtur ergo adoratio intelligenda de submissione & cultu, quo aut maximos prophetas, aut alios magnates, qui nobis aut prodesse aut obesse possunt, colimus: cuius exempla vides Gene. 33. 1. Regum 25. Acto. 10. &c. Quod rogat filiam excitari, idem rogabant etiam olim mulier Sunamitis & vidua Sareptana. Si contendat aliquis latriæ adoratione archisynagogum dominũ adorasse, non tamen efficiet, vt eius fides omnibus suis numeris absoluta dicatur, qualis centurionis, qui ait: Domine, non sum dignus vt intres sub tectum meum: sed tantum dic verbum, &c. Est quidem Christi caro organon deitatis: sed organi eius fidem Iairo non fuisse, ex familiæ eius verbis colligi potest: Dicunt, noli vexare magistrum, quia iam defuncta est filia tua. Accedit huc ꝙ Marcus dicit in extremis extitisse, & ꝙ Lucas commemorat, moriebatur. Nõ tamen cõtrà loquuntur euangelistæ, quia Matthæus nõ dicit absolute, esse mortuam: sed, modo, ait, est defuncta. q. d. credo eam iam animã exhalasse. Nõ supplicasset dño, si triduo in sepulchro iacuisset funus, atque fœtere incepisset. Breuiter, mulier præuenit ethnica, quia fide maiori fuit prædita. Sequitur:

Et surgens Iesus, sequebatur eũ & discipuli eius.

Lyra dicit secutum merito fidei. Quantum est ergo meritum fidei, qua Iesus filius Dei vnigenitus creditur? Attende benignitatem boni medici, seruatoris omniũ, qui venit curare infirmos, & perdita restaurare omnia. Non vult calamũ quassatũ comminui, sed vult granum sinapis in præcipuum olus accrescere. Obserua, solere varijs morbis, varijs modis mederi. Hic statim sequitur rogatus. Regulum Caparnaensem arguit Ioannis 4. denique nõ descendit cum eo secundo rogatus, sed ait: Vade, filius tuus viuit. Augustinus dicit, Iairi fidẽ maioris fuisse meriti. Regulus eñi suæ fidei infirmitatem ipse prodit, dicens: Dñe, descende priusquã moriatur filius meus. Vides itaque nobis fidem *, sed quæ riganda subinde & fouẽda, vt succrescat. Accessum hunc Apostolus dicit esse ex claritate in claritatem. Habenti dabitur. Sequitur:

Et ecce mulier quæ sanguinis fluxum patiebatur duodecim annis, accessit retro, & tetigit fimbriã vestimenti eius. Dicebat eñi intra se: Si tetigero tantum vestimentum eius, salua ero.

Requirit locus hic singularem attentionem: repetit ergo & geminat aduerbiũ demonstrandi hoc, ecce. Suprà dicit: Ecce princeps quidam accessit. Hic quoque dicit, Ecce mulier quæ sanguinis fluxũ &c. Attẽde ergo, & diligenter hunc locũ perscrutemur. Accessionis vocabulũ, fiduciæ habet significatũ, iuxta hoc Heb. 4. Accedam[9] cũ fiducia. Quod accessit retro, humilitatẽ importat. Publicanus quoque sic adscendit, sanè fide, sed nõ sine humilitate. Maria Magdalena itidem fide accessit, sed retro Christi pedes lauit. Fluxus sanguinis, fœditatẽ quandã præ se fert carnis. Verita est ergo, tanquã immunda, in conspectũ puritatis prodire. Dicebat intra se: Saltem detur mi-

hi fimbriam eius vestimenti tangere. Tangere, hic respicit ad accedere: significat credere. Citra fidē Christus nō tangitur. Fimbria hic accipitur in genere pro extremitate vestis non dissectæ, iuxta proprietatē vocabuli, sed iuxta legem Nume. 15. hyacinthina vitta designat. Marcus & Lucas hāc historiam fusius prosequuntur. Sic ait ille: Cōfestim siccatus est fons fluminis eius, & sensit corpore ꝙ sanata esset ab eo flagello. Hic quoq; dicit, Et cōfestim sistebatur fluxus sanguinis eius. Iterū ille ait: Statim Iesus in semetipso cognoscens virtutē ex semetipso prodisse, conuersus in turba aiebat: Quis tetigit vestimenta mea? Et dicebant ei discipuli ipsius. Vides turbā vndiq; prementē te, & dicis: Quis me tetigit? Ille addit: Et dicit Iesus: Tetigit me aliquis. Nam ego noui virtutem à me exijsse. Iterū ille habet: Et circūspiciebat, vt videret eā quę hoc fecerat. Lucas itē habet: Cōfide filia. Omnes habēt hoc, fides tua te seruauit. Deniq; & Lucas addit, mulierculā in medicos impendisse omnē substantiā suā, nec ab vllo curari potuisse. Oīa hæc secundū literā morbi vehementiā exprimunt, & fidei meritū declarant. Facit huc 2. Par. 20. Credite in dn̄o Deo vestro, & securi eritis. Eccl 2. Crede Deo, & recuperabit te. Mat. 14. Si habueritis fidē sicut granū sinapis, dicetis monti huic &c. Marc. 9. Oīa possibilia sunt credēti. Pręcipue fidē cōmendat, ꝙ per eā primo Chr̄o inserimur, Ioan. 1. Dedit eis potestatē filios Dei fieri, ijs q credūt in nomen eius. Fides est principium iustificationis: sed non, quasi absolui possit sine ea iustificatio. Quidqd em̄ fit citra fidē, peccatū est. Nihil hic proderūt opera bona, q̄lia apud ethnicos priscos videm⁹ plurima, nihil sapientia. Neq; em̄ Socrates, neq; Plato, neq; Aristoteles, neq; alij quicūq; philosophi, beati p̄dicari possunt, teste Bonauentura & Magistro in sentētijs. Attēde plurimū prodesse, cū fidelibus consuetudinē habere. Archisynagogus siquidē inter eundū per fidē mulieris, tanq̄ p̄sentissimo exēplo, in fide est corroboratus. Expedit ergo vt infideliū consortia vitemus, maxime hæreticoꝝ, qui in vestimētis ouiū lupos agunt rapaces. Hæc ad literā. Anagogen q̄q; & nūc videamus. Hieronymus ait: Octauū signū est, in quo princeps suscitari postulat filiā suā: sed mulier hæmorrhoissa octauū locū præripit, & principis filiæ nonū relinqt, iuxta psal. 67. Aethiopia p̄ueniet man⁹ eius Deo. Ita patitur regnū cœloꝝ vim. Beda: Notādū, ait, ꝙ archisynagogi filia duodennis erat, & hæc mulier ab annis duodecim sanguine fluxit: hoc est, eodē tempore puella occidit, q̄ mulier reuixit. Synagoga, puella: qa sub Mose nata: antiquior ethnicorū generatio, quippe à Cain prognata. Fons sanguinis, secundū Bedā, est originis peccatū. Medici, secundū eundē, significāt philosophos & legū ciuiliū cōditores. Deniq; tangit Christū vera fides. Est aūt vera fides, q̄ credit Christum filiū Dei, 1. Ioan. 1. Mariæ Magdalenæ fide labefacta, noluit Chr̄s ab ea tangi, dicens: Noli me tangere, nondū em̄ adscendi in cœlū. Beda dicit qd sit, eū veraciter tangere, patri scilicet veraciter æqualē credere. Sic etiamnū tangitur atq; videt̄ in sacramēto eucharistiæ, in reliquijs beatorū, immo etiā in pauperibus, iuxta hoc q̄d ait: Quidquid vni ex minimis illis feceritis, mihi feceritis. Videbo, ait ille, Deū meū in carne mea. De fidei virtute atq; efficacia sequitur:

At Iesus conuersus, & videns illam, dixit: Confide filia, fides tua te saluam fecit. Et salua facta est mulier ex illa hora.

Confide, ait, credēti insinuans fidē subinde fouendā, ne emoriat̄. Fouetur aūt primo verbo Dei: quod nobis insinuat̄ in verbo, confide. Nā quoties verbū Christi p̄dicatur, nobis vt confidamus, dicitur. Sapiēs audiens sapientiā, sapiētior erit. Simile pulchrum habemus in Mercurio stella, q̄ minimo spatio discedente à sole. Mercurius esse fingitur p̄ses eloquentiæ, deorū nimirū interpres: Sol, deus sapientiæ. Monet simile & phantasia poetica, hominē sapientē à sapientiæ fonte nō longius discedere oportere. Conuersatio etiam cū pijs, pietati confert: sic (vt diximus) archisynagogi fides tanquā lampas, à fide mulieris huius tanq̄ ab igne est accensa. Conuersationem multū momenti habere, admonendū videmus in luna, quæ p̄cipue monet inferiora, nō ꝙ efficacior, sed quia est propior. Fides etiā bonis operibus fulcitur, quod nobis hoc loco designatur in dictione, filia. Filiam vocauit, cuius promptam voluntatē nō ignorauit. Filij vocabulum, imitationē importat. Patrē, ait ille, sequitur sua proles. Estote perfecti, sicut & pater vester cœlestis p̄fectus est. Non hoc paternū dedisti, ait Hegio Terentianus in Aeschinum iuuenē, ab integritate patris degenerantem. Hoc iterum obserua, bonis operibus, fidei fructibus, tangi Christum, facem igni admoues, quoties ex fide & amore Dei bene operaris. Esa. 29. habes contrarium, vbi dicitur: Hic populus ore suo appropinquat, labijs suis me glorificat, cor autem eorum longe est à me. Transgressio legis, causa infidelitatis & abiectiōis. Esa. 15. 8. Mat. 21. Lu. 20.

Breui-

Breuiter, fidem ex operibus bonis foueri vides apud Apostolum. Monet ergo, ne in vanũ gratiam Dei susceperimus, 2. Cor. 6. Obseruandum hic, quod Eusebius, Theophylactus & alij Græci dicunt, mulierem hanc ob Christi amorẽ imaginem æream in vestibulo suo sibi statuisse, & herbas circa eam natas, virtutem habuisse sistendi sanguinis. Iulianus fertur statuam eam esse demolitus. Vides itaq; fidem esse operosam, si vera est: vt recte intelligas, de qua fide dictum sit, Fides tua te saluam fecit. Sequitur:

Et cum venisset Iesus in domum principis, & vidisset tibicines & turbam tumultuantẽ, dicit illis: Recedite: nõ est eñ mortua puella, sed dormit. Et deridebant eum. Et cum eiecta esset turba, intrauit: & tenuit manum eius, & dixit: Puella, surge. Et surrexit puella. Et exijt fama hæc in vniuersam terram *illam.

Tibicines nuptiales, teste Theophylacto, adhibebantur in funeribus virginum innuptarum, in signum virginitatis. Christo, qui vita est, nemo mortuus esse potest, si illum vitæ destinauerit. Vide, in domo Iairi fidem Christi nullã fuisse, deridetur. illorum derisorum ergo descendit medicus Christus cum Iairo, significans, synagogæ incredulitatem eam fore ejciendã. Adhibuit secum testes sacramenti eius magni, Petrũ, Iacobum & Ioannem filios Zebedæi. Præcepit item illis ne cui dicerent, vt nobis humilitatis exemplum relinqueret. Tetigit manũ puellæ, sanctæ & viuificę carnis, ex Maria virgine assumptæ, virtutẽ nobis declarans. dixit: Puella, surge, verbi Dei energiam exprimẽs. tacta & vocata, surrexit puella. Imperat virtus, obsecundat affectus. Hoc quotidie fit in sacramento eucharistias. Exijt fama in omnem terram. virtus quanto magis celatur, tanto plus inflammatur. Beatorũ gloria prædicanda. Dei eñ magnalia nõ reticenda. Mysteriũ: Dñs Deus Iairi archisynagogi preces exaudiuit, hoc est, patrũ fidẽ respexit, & puellã mortuã excitauit, præteritũ pro futuro. Synagogã tãdẽ in plenitudine gentiũ excitabit. Tanti est apud Deũ oratio sanctorũ. Faxit Deus, nos oleaster insitus veræ oleæ, nõ euellamur. Vidua ergo ieiunemus, turturis instar gemamus, mũdi gaudia fugiamus, bonis operibus Christũ tangere perstemus, ne qua in vanũ gratiam Dei receperimus. Hoc malum auertat à nobis Deus. Amen.

DOMINICA XXV. POST TRINITAtis, Euangelium Matth. XXIIII.



CVm videritis abominationẽ desolationis, quæ dicta est à Daniele propheta, stãtem in loco sancto: qui legit, intelligat: tunc qui in Iudæa sunt, fugiant ad montes: & qui in tecto, non descendat tollere aliquid domo sua: & qui in agro, non reuertatur tollere tunicã suam. Væ aũt prægnantibus & nutrientibus in illis diebus. Orate aũt, vt non fiat fuga vestra in hyeme vel sabbatho. Erit enim tunc tribulatio magna, qualis non fuit ab initio mundi vsq; modo, neque fiet. Et nisi breuiati fuissent dies illi, non fieret salua omĩs caro: sed propter electos breuiabuntur dies illi. Tunc si quis vobis dixerit, Ecce hic est Christus, aut illic: nolite credere. Surgent enim pseudochristi & pseudoprophetæ, & dabunt signa magna & prodigia, ita vt in errorẽ inducantur, si fieri potest, etiam electi. Ecce prædixi vobis. Si ergo dixerint vobis, Ecce in deserto est, nolite exire: Ecce in penetralibus, nolite credere. Sicut enim fulgur exit ab oriente, & paret vsq; in occidentẽ: ita erit & aduentus filij hominis. Vbicunq; fuerit corpus, illuc cõgregabuntur & aquilæ. Statim autem post tribulationẽ dierum illorũ sol obscurabitur, & luna non dabit lumen suum, & stellæ cadent de cœlo, & virtutes cœlorum commouebuntur. Et tunc parebit signũ filij hominis in cœlo. Et tũc plangent oẽs tribus terrę, & videbũt filiũ hominis venientẽ in nubibus cœli, cũ virtute multa & maie-

ſtate. Et mittet angelos ſuos cũ tuba & voce magna. Et cõgregabũt electos eius à quatuor ventis, à ſummis cœlorũ vſq; ad terminos eorũ. Ab arbore aũt fici, diſcite parabolã: Cũ iã ramus eius tener fuerit & folia nata, ſcitis q̃a prope eſt æſtas. Ita & vos cũ videritis hæc omnia, ſcitote quia prope eſt in ianuis. Amen dico vobis, non præteribit generatio hæc, donec *hæc oĩa fiant. Cœlum & terra tranſibunt, verba aũt mea non præteribunt.

PRAEFATIO.



HAereſes & ſchiſmata diabol⁹ potiſſimũ diſſeminat, vt fidẽ nobis ſcripturarũ auferat. Homo ſiqui dẽ audiẽs ſcribas & phariſæos eccleſiæ cõtrouertẽtes, ſana in dubiũ vocare oĩa, nõ poteſt nõ grauiſſimæ tẽtatiõis valido pulſari ariete, vt dicat ſecũ, fide vacillãs: De⁹, angeli, diabolus, aĩa, cœlũ, infernũ, inania, immo etiã execrabilia, vocabula ſunt: quippe q̃bus voluptas, q̃ ſummũ & vnicũ mortaliũ eſt bonũ, amaricat & aufert. Contra tentationẽ eã ſapĩa æterna nos ſubinde p̃munit, vallo nimirũ & ſcuto p̃ſciẽtiæ. Minus eñ, vt Gregorius dicit, iacula feriũt p̃uiſa. Alibi de lupis rapacibus, pacis catholicę cõturbatoribus, nos p̃monet: hoc loco antichriſti tyrãnidẽ nobis p̃dicit noſter ſoter. Nihil antichriſtica tẽpeſtate vnq̃ fuit, neq; aliquid futurũ eſt, æque diſcriminoſum. Operæprecium itaq;, eius diſcriminis nos ſubinde moneri, vt ſi *q̃ iſtiuſmodi malis vexemur circũdati, ſcripturarũ cõſolatione cõſiſtamus, Chriſtũ & ap̃los ea p̃dicãtes, effœtos veri minime eſſe videtes. Fabuloſum videri poterat euãgelion, niſi euenire ſentiat homo mala hęc oĩa: q̃ cum fiant, eluceſcit veritas eius & virtus, q̃ homo aĩo infracto ſtabilis in fide permanẽs, ſe ad diẽ illũ, q eſt ſupremus, rite cõponere diſcit, videns eũ diẽ nõ minus, atq; alia, certo venturam. Atq; hic eſt vſus lectionis euangelicæ præſentis. Ipſam videamus.

Cum videritis abominationẽ deſolationis, quæ dicta eſt à Daniele propheta, ſtantẽ in loco ſancto: qui legit, intelligat.

In ſuperioris dñicæ ſacra lectiõe audiuimus, feruorẽ fidei ethnicorũ p̃ueniſſe tepiditatẽ Iudæorũ: in p̃ſenti lectiõe exemplum eius nobis exhibet: dein eodẽ exemplo admonemur, vt nobis prouideamus, ne & nobis aliq̃d eiuſmodi mali contingat: monemur itẽ, vt nos ad iudicium extremũ cõponamus. Principio, ſecundũ literã p̃dicit deſolationẽ Hieroſolymitanã, cũ ad ſignũ, tũ ad tẽpus: vt ſignũ ſit deſolationis abominatio, tẽpus vaticiniũ Danielis. De abomina-

Abominatio deſolatiõis.

tione clariſſime oĩm diſſerit Hieronymus, accipiens eã aut de imagine Cæſaris, quam Pilatus poſuit in tẽplũ: aut de ſtatua Hadriani equeſtri, q̃ in ipſo ſancto ſanctorũ loco vſq; in p̃ſentẽ diẽ ſtetit. Cæterũ abominatio, vt idẽ ait, ſecundũ veterẽ ſcripturã, idolũ nuncupat: & idcirco additur, deſolationis, q͂ in deſolato tẽplo atq; deſtructo poſitũ ſit. Hæc ille. Addunt pleriq;, ſtatuã Caij Cæſaris ab Herode Aſcalonita in tẽplo poſitã. Quantũ ad tẽpus, obſeruandum iuxta hoc q̃d habes Dani. 9. Vates cũ oraret pro liberatiõe populi, reſpõſum accepit p̃ Gabrielẽ: Septuaginta hebdomades abbreuiatæ ſunt ſuper populũ tuũ, & ſuper vrbẽ ſanctã tuã, vt cõſummet p̃uaricatio, & finẽ accipiat peccatũ, & deleat iniquitas, & adducatur iuſtitia ſempiterna, & impleat viſio & p̃phetia, & vngat ſanctus ſanctorũ &c. Chriſti incarnatio delineat verbis hiſce. Chr̃s eñ legẽ & prophetarũ oracula adimpleuit, pct̃ã abſtulit, iuſtitiã adduxit, & vnctus eſt oleo lætitiæ p̃ cõſortibus ſuis. Hebdomadas vero nõ itellige dierũ, ſed annorũ, vt ſeptẽ anni faciant hebdomadã vnã. Abbreuiatas dicit: q̃d alij intelligendũ æſtimãt de annis lunarib⁹. Aiunt annũ lunarẽ, breuiorẽ eſſe anno ſolari diebus vndecim. De ſupputatiõe vero annorũ varia ẽ ratio. Beda incipit nũerare à 20. anno regni Artaxerxis, in q̃ Nehemias eiuſdẽ pincerna, obtinuit copiã reædificãdi tẽpli & vrbis. African⁹, vt ait Hieroñ. ſubſcribit Bedæ. Tertullianus exordit à primo Darij anno, in q̃ ſermo dñi factus eſt ad Danielẽ. Hebræi, teſte Hieroñ. à die eo, q̃ Gabriel p̃ſens oraculũ tulit, incipiũt. Beda terminat vaticiniũ in baptiſmo Chr̃i. Africanus extẽdit nõnihil, nẽpe vſq; paſſionẽ Chriſti. Tertullian⁹ finit prophetiã in tp̃e Veſpaſiani. Hebræi terminãt in tẽpore Helij Hadriani. Auguſtinus accedit Hebręis. Sũma rei: Abbreuiatas vocat p̃pheta hebdomadas, ne quis eas differat ſupra deuaſtationẽ vrbis ſanctę cũ Iudæis, q ad Græcas Kalendas finẽ faciunt oraculi. Alludit Chriſtus ad verbum prophetæ, de abbreuiatione iſtac, dicens: Qui legit, intelligat. Non intelliget, q ſuas opiniones magis ſequitur cũ Iudæis, q̃ vel exitum rei, vel communem omnium ſanctorũ ſenſum. Credendũ itaq; conſiliario Chriſto

sto Iesu, qui abominationem accipit de tempore deuastationis, quæ facta est per Titum & Vespasianum inclusiue, sic vt cætera ostenta blasphemiæ omnia, in ea sint cõplexa, siue ante, siue post sint facta. Multi legunt, & non intelligunt, quia prophetias putant priuatæ esse interpretationis: neq; videntes euentũ rerũ, exponere oraculorum sensum. Non tamen errat, q hũc locum sensu anagogico etiã intelligit de tempore Antichristi. Oraculorũ siquidem omnium ingenium est, longius prospicere. Hieronymus dicit, Abominationem significare etiam om̃e dogma peruersum: locum sanctum, ecclesiam. Desolatiõis abominatio vocatur peruersa disciplina, q͂ fit in schisma atq; adeo deuastationem ecclesiæ. Sequitur:

Prophetię longius prospicere solent.

Tunc qui in Iudæa sunt, fugiant ad mõtes: & q in tecto, nõ descẽdat tollere aliqd de domo sua: & q in agro, nõ reuertat̃ tollere tunicã suã.

Dicit tantã fore manũ hostiũ, vt illi nemo resistere possit: fugã igitur oĩbus arripiendã. Verbũ præsens, instante malo, Angelus dñi renouando, monuit fugere electos vltra Iordanẽ in regnũ Agrippæ Romanis cõfœderati, vt vides in historia ecclesiastica. Apud Lucã dicit: Qui fuerint in medio Hierusalẽ, discedant: & q in regionibus, nõ intrẽt in eã. Ne qs hãc horrẽdissimã omniũ tribulationẽ vilipẽdat, Seruator porro eius subdit calamitatẽ, dicẽs:

Væ autem prægnãtibus & nutrientibus in illis diebus.

Non erit tunc tempus miserendi, nec super prægnantes, nec super lactantes. Hieronymus: Prægnantes, grauato vtero, fugere nõ possunt, & nutriẽtes, amore prolis detentæ, capientur. Superest, reor, vt supplicetur domino.

Orate autem, vt non fiat fuga vestra in hyeme vel sabbatho.

2. Paral. 2. Cum ignoramus quid facere debeamus, hoc solũ habemus residui, vt oculos dirigamus ad te. In hyeme sequientibus tẽpestatibus & terra lubrica atq; lutosa, nõ est cõmodũ fugere. Antiochus Iudęis bellũ ĩ die sabbathi ĩferẽs, monuit, vt die sabbathi addisceret verũ sensũ. Sed quæ Iudæorũ est pertinacia, postea statim ad pristinã redierũt superstitionem. vnde & Seneca sabbatizarios Iudæos vocare solebat. Putabant nisi iter sabbathi cõficiendum Acto. 1. Sequitur:

Erit enim tunc tribulatio magna, qualis nõ fuit ab initio mundi vsq; modõ, neq; fiet.

Multa passi sunt Iudæi à pluribus nationibus barbarorũ, potissimũ vero Aegypti, Chaldæorũ in captiuitate Babylonica Syrorũ sub Antiocho quinto. sed quantũ ex Iosepho colligimus, nulla superiorum tribulationũ fuit grauior. Qualis aũt fuerit, Lucas paucis exprimit, cap. 21. dicens: Erit pressura magna super terram, & ira populo huic: & cadent gladio, & captiui ducentur in oẽs gentes: & Hierusalẽ calcabitur à gentibus, donec impleantur tẽpora nationum. Porro secũdum catholicos oẽs, hæc cõminatio longius respicit, puta in anxietatẽ Antichristicæ tẽpestatis. Antichristica calamitas nõ mõ corporũ, sed & aĩarũ erit: Nõ ego non periculosissima esse põt. Accedit huc, q nõ vt Romani, de tributo soluẽdo, sed de se adorãdo certabit, & sub specie sanctitatis abominabilia operabit̃. Facit ad ea q̃q; tẽpora hoc Iohelis 1. Perijt sacrificiũ & libatio de domo dñi, & luxerũt sacerdotes ministri domini. Apertissime inter alia videm⁹ hisce nostris tẽporibus Antichristi p̃cursores. Abominabilia fiunt. disciplinæ ecclesiæ oẽs, tanquam summa Dei blasphemia, abrogãtur. sacramenta precum canonicarũ, tanquam nugæ papisticæ, antiquant̃. Virgines sacrati Deo, vi quodãmodo ad sacrilega cõiugia rapiũtur. Incestus pietas reputatur, & vsq; ad polygamiã ventũ est, q̃ & ipsa pietatis sibi speciẽ vẽdicat. Dein & sacramenta ecclesiæ, nescio q̃ deliramenta blasphemãtur. abrogat̃ Missa, & vt breuiter oĩa amplectar, nihil ecclesię solennitatum & cultus diuini rituũ est, q̃d nõ aut irrideatur, aut penitus execretur. Nouas ordinationes & sacramentorũ administrandorum formas, tyranni prophani & danistæ vrbici atq; fœneratores superbi cõminiscunt̃. Sacerdotalis ordo huiusmodi mũdi, nõ dico Sodomiticis & Gomorræis, mancipat̃ dominijs. Postremo oĩm etiã vndiq; audiũtur factiões & tumultus. Coloni miseri lamẽtabiliter sunt occisi, parricidalia sibi arma Euãgelicorũ prophetarũ instinctu sumẽtes. Quas nõ strages Heluetici inter se fecerũt? Monasteriũ noua Siõ expugnata, & cruẽtus ille belli de⁹, adhuc oĩm fere animos suo furore exagitat: nihil em̃ vndiq; hodie, nisi bella, tractãt oẽs fere ecclesiæ optimates. Et ij, qui ecclesiæ reformatores, ipsi informes plane, sese ingerunt, hanc aleam primi identidem iaciunt: putantes se Deo obsequium facere, si eos, qui eorum reformationi nõ subscribunt, ad interniciem vsque persequantur.

Prophetiæ lõgius prospiciunt.

Antichristus huius æui manifestus.

Nonne hæc & hoc genus alia, quæ enumerare piget, antichristi certa sunt præludia? nonne omnia alia corporis & huius mundi rerum pericula longe superant? Si tantæ primitiæ, quantæ erunt decimæ? Quis pius hodie suæ religioni fraudes non animaduertat fieri multas, & eas horrẽdas? O bone Deus, quid fiet in ipsius antichristi sæuitia, si ecclesia ab illius prodromis tanta patitur? Hæc sunt certe initia malorũ, quæ manifesto sunt argumẽto, quænam speranda sit eius abominabilis regni plenitudo. Dominũ ad hæc mala hoc loco respicere, ex sequentibus clarius aliquanto liquescet. Sequitur:

Et nisi breuiati fuissent dies illi, non fieret salua omnis caro: sed propter electos breuiabuntur dies illi.

Abbreuiati dies deuastatiõis Solymorum.

Semper p̃sumit sæua perturbata conscientia, Sap. 17. Quando ego (ait illa) non timui grauiora pericula veris? Benignitatis suæ etiam iratus iudex non immemor, noluit diutina obsidione venditã & abiectam gentem discruciare, ne instar Saguntinorum, se ipsas funditus om̃es deleret. Saguntini siquidem ab Hannibale obsessi, de Romanorũ auxilio actũ esse videntes, desperabundi & fame nimia vrgente, in foro res suas omnes in rogũ coniecerunt, seq́ postremo & suos liberos eo p̃cipitarunt, ne in hostium manus peruenirent. Tale aliquid & Iudæi proculdubio designauissent, nisi dñs, propter electos eos, qui post excidiũ illud miserabile, hodie & posthac vsq; ad finem mundi, ad Christũ se conuertunt, tẽpus belli abbreuiasset. Magis proprie de tẽpore antichristicæ calamitatis intelligendum, secundũ prophetiã Danie. 12. vbi dicitur, Vsquequo finis horũ mirabiliũ? Et audiui virũ qui indutus erat lineis, qui stabat super aquas fluminis: cumq́; eleuasset dexteram & sinistram suã in cœlo, & iurasset per viuentem in æternũ, quia in tempus & tẽpora, & dimidiũ tẽporis: quod nostri exponunt tres annos atq; dimidiũ, accipiendo tempus pro vno anno, tempora pro duobus, dimidium temporis pro dimidio anno. Sequitur:

Abbreuiabitur tp̃s regni antichristi.

Tunc si quis vobis dixerit, Ecce hic est Christus, aut illic: nolite credere. Surgent enim pseudochristi & pseudoprophetæ, & dabunt signa magna & prodigia, ita vt in errorẽ inducantur, si fieri potest, etiam electi. Ecce prædixi vobis. Si ergo dixerint vobis, Ecce in deserto est, nolite exire: Ecce in penetralibus, nolite credere. Sicut enim fulgur exit ab oriẽte, & paret vsq; in occidentem, ita erit & aduentus filij hominis. Vbicunq; fuerit corpus, illuc congregabuntur & aquilæ.

Hæc de antichristo præcipue intelligũt omnes. Apostolus quoq; de tempore isto dicit 1. Timo. 4. Spiritus certo loquitur, q̃ in posterioribus tẽporibus descíscent quidam à fide. Idẽ dicit Petrus 2. cap. 3. Iudas 1. Christus veritas est. Antichristi sunt hæretici & hypocritæ, sibi veritatẽ omnẽ vendicantes, & inter sese spũs discordantes: quippe quorũ alius hic, alius illic: hoc est, alius in illa secta, alius apud aliam veritatẽ certam esse contendunt. Ostenta item & prodigia edentur, quæ quisq; pro se interpretabitur: atq; ita fiet, vt etiam electi, si fieri posset, commouerentur. Principio hic nõ nego, plurima esse apud eos, qui catholicos sese haberi volunt, quæ correctione opus habent. exundant mala in vniuerso clero: simonica labes omnes fere corripuit magnates: aulica pompa, hodie præcipua est religio: fumidæ imagines atq; ceræ molliusculæ natalium, tyrannidis gloria illustrium, doctrinæ & cæteris Dei donis p̃feruntur. concubinatus, ignauia, luxus, & nulla non flagitia, fere pietatis specie regnant. Officium docendi, ab episcopis ad infimates ecclesiæ deuenit, q̃d certe antichristi via est ad dexteram. paratur vero eidem via ad sinistram, quoties huius tanti mali odio, etiam ea quæ sunt sacrosancta, antiquantur. Non sunt antichristo adsignanda signa, in martyrium Christi inuocatione facta, de quibus nos certiores reddunt Cyprianus, Ambrosius, Hieronymus, Augustinus, Chrysostomus, & catholici sancti patres alij. Hæc signa promisit Christus primitiuæ ecclesiæ. Ostenta vero ea, quæ vndique à vera religione pios quoslibet auocant, antichristi satellitio referenda quis non videat? Qui legit, intelligat. Qui tenet, teneat. Docti intelligent, ait Daniel cap. 12. Ecce, ait Christus, prædixi vobis. Si dxerint vobis, Ecce in deserto est, nolite exire: Ecce in penetralibus est, nolite credere. Venalitiæ Missæ & emptitiæ peccatorum remissiones, penetrale sunt, quia ecclesiæ fuco simplicibus imponunt. Exotica dogmata hæreticorum, ex philosophiæ humanæ academijs deprompta, desertum sunt, quibus curiosi quicunque irretiuntur. Nemo perit nisi suapte culpa.

simplex est veritas catholica, cui qui accedit, saluus erit, iuxta hoc q̃d est apud Matthæum 24. Sicut enim fulgur exit ab oriẽte, & apparet vsq; ad occidẽtem: ita erit & aduentus filij hominis. Vbicũq; fuerit corpus, illic congregabũtur & aquilæ. Christi quidem incarnatio fuit occulta, sed Euangelium publice prædicatum est: quod auditũ est in domo in vno orbis angulo Palæstina, diuulgatum est in vniuersum orbem, receptum est in gloria. Corpus Christi est ecclesia: qui ecclesiæ sunt, ad eã confluent. Huc referenda, quæ suprà sunt dicta de fuga ad montes. fugiendũ, secundũ Hieronymum, ad montes æternos, de quibus illuminat mirabiliter Deus. Sunt aũt primitiuæ ecclesiæ doctores & sancti martyres. Nec recurrendum est in domũ pristinæ conuersationis. Non tollenda tunica, intellige, altera, quam Euãgelion prohibet. Væ prægnantibus & lactantibus, id est, effœminatis, mobilibus. inconstans & mobile semper fœmina. Sunt & imprægnantes & lactantes, secundum Hieronymum, imperfecti, & initia fidei vix habentes: pessime cum illis agetur. tantæ eñi vehementiæ flamma, stipulas tales infandum absumet. Hi etiam fugam capiunt in sabbatho, qui neq; legis, neq; Euangelij differentiam norunt. Cæterum beati qui perseuerauerint in finem. Sequitur:

Statim autem post tribulationẽ dierum illorum sol obscurabitur, & luna non dabit lumen suum, & stellæ cadent de cœlo, & virtutes cœlorum commouebuntur: & tunc parebit signum filij hominis in cœlo. & tunc plangent omnes tribus terræ: & videbũt filium hominis venientem in nubibus cœli cum virtute multa & maiestate. Et mittet angelos suos cum tuba & voce magna: & congregabũt electos eius à quatuor vẽtis, à summis cœlorum vsq; ad terminos eorum. Ab arbore aũt fici, discite parabolam. cum iam ramus eius tener fuerit & folia nata, scitis quia prope est æstas: ita & vos, cum videritis hæc omnia, scitote q̃a prope est in ianuis. Amen dico vobis, quia non præteribit generatio hæc, donec *hæc oĩa fiant. Cœlum & terra transibunt: verba autẽ mea non præteribunt.

Præmissa, de excidio Solymarum & de abominatione Antichristi prædicta sunt: nũc ítẽ de ijs, q̃ extremo iudicio præuia erunt, dñs nos submonet, itidem & iudicis aduentum explicat. Singula percurramus. De signis portentosis vide Apoca. 6. 7. 9. 16. &c. Sunt Antichristi plerīq; nostratium hodie, qui signa ea omnia facta esse dicunt: quod si ex animo crederẽt, vitam suam aliter ad iudicis aduentũ componerent. nunc quoniam Curios & consummatos loquũtur Catones, & Bacchanalia viuunt, certum argumentũ oĩbus de se præbẽt conijciendi, neq; se Christũ, neq; Christi iudicium vere credere. Loquuntur vero de Christo, vt hoc se nomine vulgo venditẽt, aurã popularem sibi redimãt. Signũ filij hominis, est signaculum sanctũ, per q̃d omnia sacramenta conferuntur: & noui Euangelici illi fratres, infandum, gloriã eius signi eleuãt. Reprobi mancipia huius mũdi, ementes, vendẽtes, ædificãtes, nubentes, & vxores ducentes, ridentes & gaudentes, tunc plangẽt. Angelica buccina audietur, aderunt angeli: messores, inquã, aderũt, facientes voluntatem eius. Vide Exod. 19. 1. Thess. 4. Apoc. fere per totum. Natura ipsa harum rerum nos submonet. Infirmatur & ingemiscit totus mundus. Sed & naturæ ipsius quantulacunq; ea adhuc reliqui est felicitas, nos ei⁹ diei commonefacit, & vt nos rite præparemus, hortatur. Arbor fici florens, æstatẽ præ foribus esse arguit. Signa quoq; à domino prædicta simulac instare viderim⁹, flores diei eius præclari tantæ Christi maiestatis & lucis adesse credamus. Denique veritas non fallit: Cœlum & terra transibunt, verbum autem domini manet in æternum. Superest ergo, vt nouissima ea identidem ob oculos nobis ponamus. Eia Christi erga nos pietatem & fidẽ attendamus. Iuramentum præmisit, vt moneat, dicens: Amen dico vobis. Faxit Deus, ne frustra nobis iurauerit. Amen.

Iudicium extremũ signa præcedent.

Signũ filij hois.

Iudicij extremi natura nos submonet.



concussas. Hæc concussio, vt probe perui deatur, q̃ stupenda, quamq́ tremẽda sit futura: operæpreciũ est, vt firmitas ea cœli, de qua iam diximus, soli Dei sapiẽtiæ, quæ eã firmauit, cognita, altius æstimetur. Iob firmitates eas vocat colũnas, easdẽ idẽ con tremiscentes describit, cap.26. Simili figura Dauid loqtur de fundamentis montiũ conturbatis, Psal.17. Esaias itidẽ superlimi naria cardinũ templi, cõmota vidit, cap.6. Euangelista elementorũ cœli robur exacti us longe exprimit, dicens virtutes cœlorũ. Columnæ, fundamẽta, siue virtutes hę, q̃ lu cidius peruidentur atq; intelliguntur, hoc & cõmotio magis liquescit, quãta & qualis sit futura. ¶Sunt qui per virtutẽ cœli, non firmamentũ & cardines cœli, sed angelicos choros, continẽs pro contento, accipiunt: significantes Deũ æternitatis principiũ, iam tum aliud seculũ interminũ ordiri: Virtutes itaq; cœlorũ, thronos, potentatus & dñationes, in hoc tanto exorso rerumq́ innouatione concuti. ¶Hæc oĩa vestræ charitati imis pectoribus sunt commendãda, iuxta hoc Sapientis: Memorare nouissima tua, & in æternũ non peccabis. Et quare mortales hoĩes, puluis, vmbra, vapor & bulla, hunc aduentũ non expauescant, vel angelicas virtutes cõcussurum? Non immerito fruticũ genus, terræ huius fœtus, contremiscit, cum etiã cedri paradisiacæ (vt ille ait) id faciant. Hæc oĩa iuxta vaticiniũ credimus futura, immo instare. Credimus autẽ, fidẽ eam nostrã, per ea quæ in scriptura olim etiã contra naturam facta videmus, fulciendo. Nempe per ignẽ e cœlo lapsum, Gene.19. Per mare diuisum, Psal.136. Per solis regressum, Iosue 10. Per solis obscurationẽ, Luc.23. Per petrarũ scissionẽ & bustorũ apertionẽ, Matthæi 27. Sed nunc demũ à signorũ expositione, ad ea quæ sequuntur, nobis transeundum censemus.

Virtutes cœlorum angelos significãt.

Et tunc videbunt filium hominis venientem in nube cum potestate magna & maiestate.

Ecce tibi aduentũ Christi secundũ, prædictis signis indicatum, ne tantus tanti dñi aduentus, citra tanta signa & præludia irrepat. Hoc est q̃d euãgelista signis, tanq̃ prodromis siue præludijs præmissis, regẽ gloriæ splendide aduentantem inducit. Sic & Matthæus à signorũ pręfatiõe inclyti regũ gloriosum aduentũ prosequit. Verba euãgelistę supra citauimus. eodẽ statu & apud Marcũ recensent cap.13. Tunc, inqt, post signa dicta cœli & terræ, maris & astrorũ, &c. videbũt eũ. Nõ dicit filiũ hoĩs venturũ, sed, videbũt eum aduenientẽ. Qui aũt videbunt? Palæstini saltem? Haud quaquã. Sed oĩs mũdus. Neq; eñ humilis veniet, sed districtus: neq; clam, sed palã, vel ijs etiam qui sunt in monumentis. ¶Quod Aplus dicit, 1. Thess.5. Dies eñ dñi, sicut fur in nocte, ita veniet &c. Nõ accipiendũ, q Aplus diffidenti animo ab euãgelistis, scripserit. Apls loqtur de ipso die, vnà cũ suis signis. Diẽ eũ haud sec⁹ q̃ hic describit, adfore dicit instar furis, hoc est, tum cũ minime reabitur. Irruet super incautos illa dies, irrũpent imprudẽtibus & signa prædicta, tum cum id nemo sperauerit. Horã siue tẽpus irruptionis eius nemo sciet: vtcunq; ipsa irruptio nemini nõ erit mãifestissima. Non est q̃d aliqs (pinde atq; ĩ regũ aduẽtu ignobile vulgus facere cõsueuit) curriculo emicet, locũq́ editiorẽ, vnde aduẽtantem regẽ contẽpletur, pręoccupare adlaboret. Nam instar solis, cũ viuis, tum mortuis, ex æquo oĩbus rex noster ille conspicuus erit. Nunc tandẽ videndũ, quonam apparatu & facie aduenìens rex cõspiciet: Non vagientẽ itẽ rũ puerulũ e stabulo atq; præsepi, qualem Simeon venerãdus ille senex, & Anna vates illa, decens vidua, in templũ portatũ videre. Nec itẽ veniet insidens asellæ, qualẽ Hierosolymas ingrediẽtẽ Hebręorũ contẽplati sunt pueri. Nec itẽ veniet in angustũ mũdi angulũ Syriã ipsam, sed in orbẽ vniuersum. Cæterũ vt neq; ex humilis ancillæ Dei aluo, neq; ex p̃sepi, neq; ab oliuarũ mõte, neq; itẽ e sepulchro pdibit: sic etiã non veniet in nubibus cœli solũ, sed & in maxima maiestate, in clangore angelicæ tubæ, secũ trahens militiã angelorũ oẽm rex Sabaoth. Paupertate & humilitate defuncta, restat vt in maiestate, quæ Dei filiũ decet, etiã angelorũ exercitibus admirandus, nedum tyrãnorũ cateruis stupendus, appareat. Hunc talẽ aduentũ, ipse Saluator vocat aduentum filij hoĩs in regno suo, Matthæi 16. Quid aũt est, filiũ hoĩs aduenire in suo regno? Venit infans, pãnis, fescennijs, virgineo lacte & pappa foued⁹, circũcidẽdus, per oĩa citra peccatũ tentãdus, crucifigendus & sepeliendus: q filius Ioseph ab impia & obdurata synagoga est vocatus creditusq́. Vt ergo & dñs cœli appareat, in maxima sua reuertetur maiestate. Vere gloria ea aduẽtus secundi, immẽsa credenda, q vel ab ipso saluatore magna dicat. Matth.25. dicit: Cum venerit filius hominis in maiestate sua, & angeli eius cum eo, sedens in sede maiestatis suæ, tunc congregabuntur ante eum oẽs gentes. Iohan.5. Venit hora & nunc est, quando mortui audient vocem filij Dei. Et duo angeli, virili forma conspecti, Act.1. dicunt ad apostolos: Hic Iesus qui à vobis assumptus est in cœ-

Dies dñi quomodo veniat sicut fur.

Aduẽtus secundus erit gloriosus.

Filius hominis gloriosus adueniet iudex.

cœlũ, iteꝵ veniet vt vidistis eũ. 1. Theſſ. 4. Ipſe dñs in iuſſu & in voce archãgeli, & in tuba Dei deſcendet de cœlo, & mortui qui in Chriſto ſunt, reſurgẽt primi. O rex gloriæ, fili Dei, & idem fili Mariæ Ieſu Chriſte, per eã gratiã, qua nobis hęc arcana tanti aduentus reſerare atq; edifferere dignatus es: da, vt bene viuendo vigiles, te iudicem ſimul & aſſertorẽ oĩḿq; bonoꝵ retributorem, pia fiducia expectemus. Amen.

¶Poteſtas aduẽturi iudicis ea, de qua Lucas cũ aliȷs euãgeliſtis agit, eo ſenſu quo & gloria ſiue maieſtas, intelligẽda eſt. Vtrũq; priori cõditioni atq; vitæ cõferendũ: Maieſtas, pauptati & humilitati: Poteſtas, imbecillitati vagientis pueruli, &c. Hæc mutatio dextræ oĩpotentis. Potentia ſiue virtus iſtæc, à Græcis vocatur δύναμις, ab Hebræis Coath ſiue Hail. Maieſtas illis δόξα, his Thipheret & Cabod appellat. Deſcribit dñs iuxta glorioſus aduẽturus atq; potens. Fortis veniet & potens, Pilati, Herodis, Antichriſti item & ipſius ſatanæ iraꝵ ſecurus, immo omni tyrannidi tremendus. Glorioſus, vt mundi tyrannorum diabolicaḿq; pompã cõfundat, & funeſtã oſtendat. O ſpecioſum & vere glorioſum Chriſtũ, O fortẽ & prępotentẽ Ieſum noſtrum: is vt dignatus eſt infirmitatẽ & vilitatẽ humanæ cõditionis aſſumere, ita & dignabit electis ſuis potens & glorioſus aduenire. Alterũ mũdus ſatis ſuperq; vidit: reſtat vt & alterũ videat. ¶Quod ſe Chriſtus hoc loco potiſſimũ filium hoĩs vocat, non debet accipi, quaſi filius Dei tũc eſſe deſinat: ſed vt eundẽ filium hoĩs glorioſum, in diuinitate nimirũ, oſtendat. Cæterum & ſcriptura Chriſtũ filium Dei frequẽter appellat. Deus pater Pſal. 2. Oſeæ 5. Mat. 3. & 17. Dauid Pſal. 109. apl̃s Matth. 16. centurio ad crucẽ, Marc. 15. Thomas, Ioan. 20. Immo etiam ipſe ſatan Marc. 5. Quanquã & ipſe Chriſtus non ſemel ſe filiũ Dei eſt faſſus, Ioan. 3. 5. 11. 14. 17. Quod vero ſe frequenter filium hoĩs vocat: Primo fit cauſa humilitatis, cuius pcipuus & facto & verbo doctor extitit. Dein, ne offenderet Iudæos, q partim p tẽporis rõne infirmi, partim craſſi & imperiti, nomẽ Emanuel ferre nõ poterãt. Deniq;, vt fidei ei, qua Chriſtus verus Deus & homo creditur, meriti occaſionem præberet, ſimul & hæreſin irrepturam confutaret, etiã necdum natam, eoꝵ nempe, qui humanitatem Chriſti veram negabant. Obſerua iterum: filius hominis hic accipiẽdus eſt, pro vero Adami filio. Hoc potiſſimũ ex articulo, qui apud Matthæũ pro hoc nomine homo, poſitus eſt, colligi poteſt. Filius hoĩs, non ad matrẽ ſaltem virginem glorioſiſſimã, ſed etiã ad

Filiũ hominis ſe Chr̃s q̃re dicat; aduẽturum.

Filiũ hoĩs quare ſe Chr̃s frequentius vocet.

Filius hominis, id eſt, filius Adam.

ipſum protoplaſten, propateraq́;, ſiue oĩm parentẽ, referendũ eſt. Modus ille loquendi, tũc primũ natus non eſt: nam & in ſcriptura añ Chriſtũ fuit frequẽtiſſimus. Exẽpla ſunt in prõptu. Pſal. 145. homo, in genere vocatur filius hoĩs. Plura eius loci exempla vides Pſal. 4. 44. 56. 61. 145. Prou. 8. Eccle. 2. 3. Eſtq́; hic modus loquendi, Dauidi & Salomoni peculiaris. Petis exempla, de ipſo Chriſto proprie prolata? Audi Pſal. 8. vbi propheta Chriſton Ben Adam vocat. Et pſalm⁹ hic de Chriſto exponit Heb. 2. Et pſal. 79. de ipſo q̃q; Meſſia exponẽdus eſt, Ben Adam. Quod ſi ſuo more, qui apud euangeliſtas celeber eſt, hic quoq; Chriſtus locut⁹ eſt, Bar Adam ſeſe certe appellauit. Sic & Petrus vocat Bar Iona. Bar & Ben idẽ ſignificant, vnde hæc noĩa, Barnabas Acto. 4. interpretat filius ſpei. Barſabas Acto. 1. filius cõuertẽs. Barabbas Mat. 27. filius p̃ris, & Bartimeus Marc. 10. Chr̃s cũ ſe filiũ hoĩs vocat, filiũ Dei nõ negat: neq; cum ſe filiũ Adæ fatet, Mariã matrem inficiat. Sine Adamo patre filius Mariæ eſſe nõ potuit, neq; eñ de virili ſemine eſt cõceptus. Cõceptus per ſpm̃ ſanctũ & per Mariã virginẽ fili⁹ Adã. i. verus hõ, natus eſt verus Deus. Vnde & eccleſia, vt Neſtor cũ Arrio crepat, Mariã virginẽ theotocam prædicat. Satis huius. Nunc porro videamus, quidnam Chriſtianis in tempore illo Chriſtus præſcribat.

His autem fieri incipiẽtibus, reſpicite & leuate capita veſtra, quoniã appropinquat redemptio veſtra.

Cõſolationẽ eã niſi p̃miſſis cõminationibus ſubdidiſſet, etiã electis timẽdũ eſſet. Fragilior ſiqdem humana cõditio eſt, q̃ vt tãtã elemẽtoꝵ diſſolutionẽ, vel cœloꝵ virtutes moturã, infracto aĩo pferre poſſit. Ethnicis, Iudæis, apoſtatis, ſectarũ autoribus, & reprobis qbuſcũq; timorẽ, q̃ etiam mõtibus dicẽt, Cadite ſup nos, Luc. 23. ineffabilẽ prædicit ſaluator. Hic conſolatur ſuos, monens, vt deſperãtibus infidelibus & impȷs, ipſi æquo ſint animo. Agonothetam & hyperaſpiſten ſe promittit adfutuꝵ, q & laborãtes ſuos ſit coronaturus, & eos, quos huius ſeculi exercet tyrannis, ptecturus, aſſerturuſq́;. Ethnicus dicit, tantę integritatẽ eſſe fiduciæ, vt etiã cœlo ruẽte, impauidos pios ruinæ feriãt. Quis ergo dubitet, fluminis impetũ, ciuitatẽ Dei tũc de ſede deȷcere nõ poſſe? Chriſtus factor & doctor, petra eſt ſolida. Huc qui ſui ædificȷ fundamenta iecit, ruinam nullam patietur, miſere intereuntibus, cum ȷs, qui in arenam mentitæ fidei ædificarunt, tum ȷs, qui fidei ipſius plane ſunt expertes.

fit supplicium, non miseratio. Conuiuia amicorũ locupletum,& voluptuosorũ lurconum,bonorumq́; sociorum, abeunt in pœnam,nõ pauperum collectio.Contrà, charitas in proximum, delet multitudinẽ peccatorum:& misericors misericordiam consequetur. Morale audistis,mysteriũ quoq; allegoricum audire ne pigeat. Fames(iuxta Amos 5.)est hypocrisis,fames est superstitio,fames item est fides bonorũ operum vacua,fides inanis & mortua.Calamitas publica sunt sophistæ,superstitionis & hypocrisios doctores. Grando exitialis,psecas æruginosa, & vẽtus vrens est Aetius,Iouinianus,& monachi exitij,solã fidem iustitiam absolutam tradẽtes. Super omnes miserias exilium tale dominũ mouet.Vult & nos tanto malo tangi.Panes sunt verbum Dei,sermo euangelicus,septenarium charismaton Dei vere continens. Eius dispensatio solis credita est sacerdotibus,traduce orthodoxa apostolis succedentibus.Qui ergo citra ecclesiæ ordinem verbi ministeriũ sibi arrogat,non verũ panem proponit, sed fascinationis & illusionis mendacium seminat: petaurista, non euangelista:pantomimus,non apostolus: gelasinus,non sacerdos:hæreticus,non ecclesiasticus habendus.Pisces significãt bona opera,spei certæ basis & firmamẽtum. Quæ eñ ex merito venit spes,ea certa venit.Hæc est vita humana, hoc est omnis homo,timere Deum,& mandata eius custodire.Piscis nunquam in aqua non natat.Fidelis Dei timens,à bono opere,spei

Fames moraliter qd significet.

Piscium mystica significatio

seminario,non deficit. Aqua mundus est periculosus, in quo spe saltem viuimus, nempe ea,Deum remuneratorem esse bonorum operum omnium.Sedendo panis hic sumendus: hoc est,compositis affectibus verbum Dei audiendum.Sedendo & pisces sumendi. bonum siquidem opus nõ est faciendũ propter huius mundi gloriã. Attẽdite,ait,ne eleemosynã vestram faciatis coram hominibus,quo spectemini ab illis. Et reuera nihil est quod superbiat puluis & vmbra. Sedere super terram,est reminisci q terra sis,& in terrã reuertaris. Dominus dat, discipuli quoq; dant,quia in sacerdotali ordine operatur spiritus domini. Frangit panis,cũ studet episcopus primo seipsum probatũ exhibere,operarium non erubescendum:deinde, cum recte secat sermonem veritatis,2.Timoth.2.Papa, episcopus, abbas, nihil minus sunt q̃ Christi vicarij,nisi verbi instent doctrinæ, & ad iustitiam erudiant multos.Spermologus est,hoc est,vanus prædicator est,qui verbum non recte secat.De hac re consule Pastorale Gregorij.Gratiæ agendæ Deo, hoc est, Orandũ vt Dei sermo currat.Allegoriã hãc,diui Pauli verbis claudendã puto: Ep̃us sit forma fideliũ in sermone,in cõuersatione,in dilectiõe,in sp̃ũ,in fide,in puritate,1.Tim.4.Tit.2.Heb.13.Phi.3.Dominus Deus huiusmodi nobis episcopos p̃ficere dignetur, in ecclesiæ publicã pacẽ & ædificationẽ,ad suã solius gloriã & decus. Qui in sancta Trinitate viuit & regnat vn⁹ Deus per oĩa secula seculorũ. Amen.

DOMINICA VIII. POST TRINITATIS, Euangelium Matth. VII.



ATtendite à falsis prophetis,qui veniunt ad vos in vestimentis ouium,intrinsecus autem sunt lupi rapaces. A fructibus eorũ cognoscetis eos. Nunquid colligunt de spinis vuas,aut de tribulis ficus? Sic omnis arbor bona, fructus bonos facit:mala autem arbor,malos fructus facit. Non potest arbor bona malos fructus facere,nec arbor mala fructus bonos facere. Omnis arbor quæ non facit fructum bonum,excidetur, & in ignem mittetur. Igitur ex fructibus eorũ cognoscetis eos. Non omnis qui dicit mihi,domine domine,intrabit in regnum cœlorum:sed qui facit voluntatem patris mei,qui in cœlis est,ipse intrabit in regnum cœlorum.

PRAEFATIO.

PRouerbiũ est, Amicorũ æqualitas. Itẽ, Amicus alter ipse. Prouerbiũ hoc verbis Senecę de moribus,elucidat. dicit eñ: Quid dulcius,q̃ habere amicũ, cũ quo oĩa sicut tecũ loqui audeas? Cõicatio cõsiliorũ, p̃cipuũ & certũ amicitiæ est argumẽtum. Chr̃s itaq; verũ se nobis exhibuit amicum, oĩa quæ apud patrẽ suũ vidit,nobis manifestando,spiritũq́; suũ,nobis ea quæ futura sunt annunciantem,in nos effundendo.

Chr̃s ve rũ se no strũ declarauit amicum.

Mo-

Monuit vt auaritiam fugiamus, in nouissimis temporibus pleno velo omnia perlustraturam, Luc.12. Monuit item, vt à crapula nobis & ebrietate, vitijs sub finē mūdi liberius grassaturis, caueamus. Frequentissime omniū hortatus est, vt hæresios & schismatos autores quoscunq; fugiamus: cum eos, qui pharisaicū fermentū pro dulcissimo māna nobis offerūt, Mat.16. Marci 8. tum eos, qui noua doctrina veritatis sibi gloriam vendicant, Marc.13. Paulus de supstitiosulis pseudoprophetis & de omniū hæreticorū capite, puta de antichristo, multa differit. Petrus, Iacobus, Ioānes & Iudas, Pauli malignos interpretes, nēpe eos qui bonis operibus iustificādi rationem detrahunt, iustificationem solius fidei perperàm accipientes, hæresios insimulant. Has hæreses orituras Christus p̄uidit, & nos tanquam verus amicus, hæc tanta mysteria latere noluit. Mentem diaboli, mysteriū quod identidem machinaf, nobis significauit. Irrequieta rana, placidę pacis hostis, primo sensum communē, traducem nimirum eum, qui charitatis ecclesiæ neruus est, vellicare nititur: canes itaq; cerbereos tricipites, id est, variæ doctrinæ pharisaicos & schismaticos prædicatores excitat. Dein spūs ille immundus impuras harpyias in ecclesiā Christi mittit, hoc ē, solius fidei p̄dicatores, patronos lasciuię & inobedientiæ, cibū vitæ, iustitiæ & pietatis doctrinā conspurcātes, ex inferno in ecclesiam Christi ablegat, ecclesiam Christi vndiq; exercitando. Seruator itaq; contra pseudologos eos, nos sedulo & amice monet. Videamus, ne amicā eam admonitionem, tanquam ociosam, in publicā & priuatā oīm nostrū perniciē, floccipēdamus.

Hæretici quo potissimũ Christo monitore fugiendi.

Attendite à falsis prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ouium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces.

Apostolus Paulus fere eadē verba repetit, Act.20. ad sacerdotes Ephesios dicens: Attendite vobis & vniuerso gregi. Ego enim noui q̄ ingressuri sunt post digressum meū lupi rapaces, & q̄ ex vobis orientur viri loquentes peruersa, vt abducant discipulos post se. Audiat qui saluus esse velit. Attendat lupos fæuos, nō corpori insidiantes modo, sed & animæ. Hæreticos caueat, oībus beluis truculētiores, q̄ pe aīabus iuxtà atq; corporibus nocētes. At ne mireris ecclesiā hæreticis esse obnoxiam, vide etiam sic diuexatā synagogā. Moses tanti mali pręsagus, synagogam & ipse eius pestis præmonuit. Deut.13. Quod prędixit, euenit 3.Reg.22.2.Par.18. vbi dicit satan: Egrediar, & ero spiritus mēdax in ore omnium prophetarum eius. Et ait dominus: Decipies, & præualebis. Egredere, & ita fac. Circiter hoc tēpus regnabant prophetæ Baal numero quadringēti, quibus fere solus Helias restitit, 3.Reg. 18.19. Roma.11. Sopita hac hæresi, statim alia nocentior est orta tempore Esaię, Hieremiæ & Ezechielis, de qua re vide Hiere. 20.23.28. Ezech.13. Deniq; sub aduentum Christi, teste Iosepho, Synagoga ī tres hæreses erat diuisa: in pharisęos nimirū, Saducæos, & Essenos. Erant etiam alij, qui se Christū mentirentur, Acto.5. Matth.24.

Hæreticos ecclesiā vexare, non sibi nō est.

Omnes hos saluator acriter insectando, latrones vocat & fures, Ioan.10. Discernendorum falsorum prophetarum in veteri testamento, gemina erat ratio. Prima, fidei approbatæ & cultus recepti: à quo si quis populum abduxisset, falsus prophetes condemnabatur, etiam si miraculis claruisset, Deute.13. Secunda, si hoc q̄d pseudo vates prædixit, non fieret. Neq; eñ vllum verbum verorum prophetarum vnquam vanum abijt, Hiere.28. Irritum vero semper permansit, quidquid pseudo prædixissent. Vnde vana promissione & vaticinio irrito disnoscebātur. Sic synagogā quidē falsi prophetæ identidem solicitabant: sed quo suos hæreticos discerneret, argumenta certa illi erant in promptu. Pseudo eorū typū retulerunt serpens Heuæ imponens, Hismael Isaaco illudēs, amici Hiob maligne differentes, & Palæstini, fontes eos, q̄s Abraham fodit, odio Isaac humo replentes. Vides typicos hęreticos, vides synagogā veris exercitā pseudoprophetis: noli ergo mirari, si similis ecclesiā solicitatio manet. Vt malum non est, lupos, leones & vrsos esse, sic & expedit ecclesiam ab hæreticis solicitari. Oportet vt veniant scandala, sed væ, per quem. Oportet & hæreses esse, vt probentur electi. Sic excitatur somnolentia pastorū. Vide 27. quæst.3.ca. Adeo. Sed & amentia (vt Apostolus ait) hæreticorū noui testamenti euidens fiet, quia neq; in lege falsa doctrina perpetuo latere potuit. Consentiunt eñ sibi hæreses vtriusque testamenti. Vnde 2. capit.2. sanctus Petrus dicit: Fuerunt & pseudoprophetæ in populo, quemadmodum & inter vos erunt falsi doctores, qui clàm inducent sectas perniciosas. Irenæus, Augustinus ad Quoduultdeum, & pleriq; catalogos hæreticorum noui test. descripserūt, vt videas hæreses p̄petuo latere nō posse. Nihil fictū diu latere pōt. Tenet adhuc impiū dogma Mahumetis, veri pseu-

Hæretici in synagoga duabus rōnibus disnoscebātur.

Hęreticos esse cēdu cit, sed nō ipsis hæreticis.

nit per Sidonē ad mare Galilææ, inter medios fines Decapoleos.

Dominica quadragesimæ secūda, audiuit vestra charitas Christon e Iudæa in Phœnicen concessisse, nempe vsq; ad fines duarū nobilium vrbium Tyri & Sidonis, vbi mulieris Cananææ (quā Marcus Syrophœnissam nationis ratione vocat: Phœnicia quippe in ipsa sita existit Syria) filiā spasticā saluauit. In hac gentium regione, quod Theophylactus vult, ne suos offenderet, diutius morari non voluit. Statim itaq; inde pedem referens, iter habuit per Sidonem, ad mare Galilææ (de quo audistis dominica Lætare) positā. Habuit prouincia ea decem vrbes, vnde Hebraice dicitur Oeser Orim Matt. 4. Græce Decapolis, quemadmodum illi affinis ora trium vrbium, dicitur Tripolis. Per hanc, inquā, prouinciam cum proficisceretur, nec Iesus esse desiit. nam & Iesus, hoc est, saluator totius mundi est designatus. Abiens itaq; & rediens, Iesus mūdi totius esse perrexit. In finibus illis Decapoleos, antea e phanatico diabolon expulit. hominem eum Decapolitanum fuisse pleriq; contēdunt. Homo ille in regione istac Christon prædicare non desiit. Vnde illic Christi fama increbuit. Hæc de loci descriptione, nunc Decapolitanorū mores videamus.

Iesus etiā in ethnicorū regione Iesus

Et adducunt ei surdum & mutū, & deprecabantur eum, vt imponat illi manum.

Credentes adducunt: quemadmodum neq; fides defuit illis, qui paralyticum domino in grabato obtulerunt, Matth. 9. Fides eorum non fuit ociosa, vnde & sibi & misero fuit meritoria. Opera bona requiruntur ad fidem, vt iustificet & saluet. Bonum opus est, adesse ægrotis, atq; illis pro eorum voto mutuum (quod aiunt) adferre. Hoc fideliter præstant indigenæ impigri & faciles ad mutuam operam præstandam. Amice amice, ita fieri oportet. Si tu officijs talibus non indiges, gratias age Deo, & hoc promptius inserui tuo officio opus habenti. Sic enim in regnum cœlorum (quod solum iustis est peruium) intratur. Surdus fuit homo, quod apparet, nō natus, sed à zabulo vexatus: non natura, sed machinatione diabolica. Surdus ad audiendum verbum fidei, quod tum in mundum venisse callidus ille animaduertit. Fidem ex auditu nouit mortalibus prouenire, fidei igitur remoram huic homini posuit. Qua re quid horribilius? Singulari

Fides officiosa iustitiæ est meritoria.

gratia, præter auditum, homini sui agnitionem & fidem inspirare potest, qui spirat vbi vult, Deus. Nos hic cum Apostolo loquimur de generaliori fidei propagatione, quæ fit per auditum. Diuus Hieronymus super hac assertione pulchre differit. Theologiæ studiosus videat, quid scribat lib. 2. super epistolam ad Galatas. Alterum huius hominis malum fuit, loquendi facultatis ademptio. Confessionis meritum etiam antiquus hostis præsagiuit, vnde & loquendi vsum homini abstulit. Nō q̄ prorsus mutum reddiderit, sed q̄ sine maxima difficultate verba non satis intelligibilia, siue corruptas syllabas, hominem edere permitteret: vt inter μογιλάλον hunc & ἄλαλον, hoc est, inter elinguem & mutum parum interfuerit. Moses dicit se fuisse ἰσχνόφωνον & βραδύγλωσσον, hoc est, exilis vocis & tardioris linguæ, Exodi quarto. Donemus & balbum, traulum & blesum fuisse: etiam hoc minus malum fuisset eo ipso, quo homo, de quo hic agitur, correptus extitit. Nihil enim est, quodcunque agat homo sine fide cordis & confessione oris. Min⁹ ergo incōmodasset satan homini, si saluo auditu & loquēdi organis, man⁹ & pedes vnà cū oculis obstrinxisset homini. Cæterū quantū ad humana incōmoda, hæc forte maiora sunt. Cōpatiens vicinia surdo & muto, Christon orat, vt illi manū imponat, scilicet auxiliarē, & ad salutē efficacē. De hac manuum impositione vides Matth. 9. 19. Marc. 5. 10. Dedit & apostolis manuū impositiōis p̄scriptū, Marc. 16. Virtus Dei in impositione manuū huiusmodi operabat̃, id q̄d olim videbat̃ in catechumenis Act. 19. Et q̄d etiamnū videmus & credimus fieri in sacramēto ordinis, 2. Timo. 1. Morale huius loci fit, q̄d Ap̄lus monet, Alter alterius onera portate. Item, Orate pro vobis inuicē. De fide & bono opere Decapolitanorū, hæc dicta sufficiāt: nunc opus Christi bonitatis videamus.

Sine auditu fides singularis Dei dispensatione datur.

Manuum impositio quid.

Et appræhendens eum de turba seorsum, misit digitos suos in auriculas eius: & expuens, tetigit linguam eius: & suspiciens in cœlum, ingemuit, & ait illi: Ephphatha. quod est, Adaperire.

Eia q̄ exorabilis se nobis offert ipsa bonitas. Nihil sciscitat̃, ne percontādo, salutē miseri remoretur: sed extemplo auxiliat̃. Hoc loco & alibi identidem relinquit nobis argumentum, quo liquido videam⁹ se nobis semper plus largiri, q̄ nos audeam⁹ postulare Manuū impositionem poscūt

Deus semꝑ plus largitur q̄ petitur.

Deca-

Decapolis indigenæ. Simplicē petitionē, per septifariam cumulationis speciē perficiens, exaudit. Primo, apprehensum hominem seorsum à turba ducit. Erat in ꝑ cliui dño, etiam in media hominē turba sanare: seducit vero, vt homini curādo, ipsis Decapolitanis & nobis, salutare exēplum relinqueret, fugæ nimirū vulgi, mundi, & gloriæ huius seculi. Vulgus, bellua à Poetis multoꝝ capitum fingitur: quod q sequitur, erratq; qui non cauet, periclitat. Mundus, ipsa q̄q; est vanitas. Norūt ethnici cordatiores, vtrunq; theoriæ dedito esse fugiendum. Vnde quidā ait: Nunquā minꝰ sum solus, q̄ cum sum solus. Et Aristoteles lib. Polit. 1. ait: Homo solitarius aut Deus, aut bestia. Solitudinis laudē breuibus, sed efficacissimis verbis describit Esaias ca. 35. Exultabit solitudo, & florebit quasi liliū. Germinans germinabit, & exultabit lætabunda & gaudens. Hanc commoditatem solitudinis nouit Ioannes Baptistes puer. Vnde, teste Chrysostomo super Ioannem, Christon in eremo sibi duxit expectandum. Et primitiua ecclesia eremi cōmoditatem perspiciens, monasteria excogitauit, verum ad contemplationem & ad religionem. Vnde monachus amusus & irreligiosus, Aristotelica bestia est habendus. Cœnobia item, nisi xenodochia, brephotrophia, ptochodochia, nosocomia & hierocomia existant, tam ecclesię sunt dedecori, quàm tēplo lychni sine oleo, ellychnio, & igne cotusco. Chrus em̄ non secessit, nisi ad beneficiū præstandū misero. Secessit itē, vt vanæ gloriæ vitiū sibi multum ostenderet odiosum. Sapiētes, potētes, fortes, & hoc genus fortunę bonis pollentes, oīa ad huius mundi gloriā faciūt. Christus vero vult, vt dextera quod facit, sinistra nesciat, Matth. 6. Secessus igitur Christi nobis dicit: Ne efficiamini inanis gloriæ cupidi, Gal. 6. Et hoc Tibulli: Absit gloria vulgi. Secundo, misit digitos in auriculas surdi. Extensio digitoꝝ & manuum, habet symbolon facilitatis. Anagogicos vero spiritum sanctum adumbrant digiti, Matth. 12. Luc. 11. Exod. 8. Psalm̄. 8. Spiritum sanctū si recipere cupias, oportet vt cum Christo secedas: fuga mundi, vulgi & cenodoxię, est tibi necessaria. Sed (quod dictum est) non sufficit, solum esse. Anachoretæ em̄ opus est, vt se disciplinæ sacrę plane mancipet, seq; ipsum sibi prorsus abneget, Christo se offerat, Christi manibus se effingendum & refingendū plane exhibeat. Spiritus sanctus em̄ disciplinæ fugit fictum. Aures significant obediētiam. Nam & audire, obedire denotat. Vnde psalm̄. 17. habet: In auditu auris obediuit mihi. Facit huc auris perforata, perpetuæ seruitutis nota, Exod. 21. Digitus auriculis immissus, significat cæremonias ecclesiæ multis nominibus esse vsui. Vnde non solum apostoli impositionē manuū, quā in Christo sæpius viderunt: olei inunctionē, cuius præceptū habuerunt dominicum: sed & crucis signaculū, quo oīa sacramenta conferuntur: ad orientem deprecandi ritus, & multa alia quæ in Christo nunquā viderunt, Christi spū ecclesiæ obseruanda tradiderunt. In primis etiam disciplinas ieiunij, præcipue quadragesimalis. Abeat ergo, qua digna est, in malā crucem hæresis, tanta sacramenta temere abolens. Tertio, expuit, & sacra saliua linguam muti obliniuit. Sputum significat verbū Dei, quod huius mundi sapiētibus vilis res reputat, nescientibus hoc ex ore Dei prodire, Matth. 4. Deut. 8. Prodit ex ore Dei, vt significet consubstantiale Deo, Eccl 24. Tangit Deus hac sua saliua nostram linguam, quoties ad prædicandum Christi meritum, nobis largitur suam gratiam. Dominus labia nostra aperit, Psal. 50. Et verbum quod profitemur, est reuera verbum Dei, 1. Thess. 2. Nemo enim potest dicere, dominus Iesus, nisi per spiritū sanctum, 1. Corinh. 12. Et saliua, cæremoniarum sacrarum significationem importat. Quarto, tangit linguā, & soluitur illa, recipitq; loquendi facultatem. Cedat physica, cedat magia, auxilium verum & præsens fert domini misericordia, siue vt hic miser, tangamur, siue cum Thoma tangamus. Vterq; tactus, fidei habet significationem. Cedat & hic doctor, cedat catechista: nihil sine hoc magistro sunt oīa humana præcepta. Vbi sapiens? vbi scriba? Ipsa vnctio si docuerit nos, theodidacti non habebimus opus, vt vnusquisq; dicat proximo suo: Cognosce dominū, Hiere. 31. Heb. 10. Vides tam in tactu, quàm in saliuā esse mysteriū. Vtrūq; nobis cæremoniaꝝ virtutē earūq; salutarē significationē delineat. Exēpli gratia: Aqua lustralis, vt à minimo ordiar, sacramentū baptismi nobis refert, qua recordatiōe qd æque potest esse salubre? Oleū infirmoꝝ, signum & sacramentū est. Impositio itē manuū sup ordinādos, ad sacramenti facit essentiā. Hoc ipsum saliua & tactꝰ Christi hic designat, nimirum ecclesiæ cęremonias partim esse significationes sacras, partim sacramenta salutaria. Viderint cuiates sint, qui oīa hæc in vniuersum conuellunt. Quinto, suspiciens in cœlum. Qui de cœlo venit, recte in cœlum lumina sua figit. Beatus, qui in Missa, monente Ecclesia, Sursum cor tollit suum. Sursum siquidem pater & pa

Solitudinis laus.

Monasteria q̄rsum inuenta.

Manuum extēsio cui istici habeat significationē.

Aures qd significēt.

Traditionum apostolicarū origo.

Sapiā cōsubstātialis Deo patri.

Sursum corda in Missa tollenda.

IN FESTO S. ANDREAE APOSTOLI, EVANGELIVM Matthæi quarto.



Mbulans Iesus iuxta mare Galilææ, vidit duos fratres, Simonẽ qui vocatur Petrus, & Andream fratrem eius, mittentes rete in mare: erant enim piscatores. Et ait illis: Venite post me, & faciam vos fieri piscatores hominum. At illi cõtinuo relictis retibus, secuti sunt eum. Et procedens inde, vidit alios duos fratres, Iacobum Zebedæi, & Ioannem fratrem eius, in naui cum Zebedæo patre eorũ, reficientes retia sua: & vocauit eos. Illi autem statim relictis retibus & patre, secuti sunt eum.

PROOEMIVM.



Vangelici fratres, vocatiõis vocabulum cum nequeãt expungere, de vocatione nõnihil docent, ita tamẽ, vt hæresin suam misceãt. Ecclesię ius prophano magistratui tribuunt. vocationem itaq; sic docent, ne vel sacramento ordinis aliqd tribuant, neve primatui summi pontificis, cui bellum indixerũt, suffragentur. Aduersus hũc errorem doctorculorũ istiusmodi, hic locus obnixe perpendendus. Hic siquidẽ primatui Petri, sacerdotaliq; ordini, q pontificiæ autoritatis est, prẹludium prẹmittitur: ne tanti ponderis res, tot hostes habitura, certis & ijs grauissimis auspicijs carere videatur.

Euangelici fres vocationẽ q̃ ꝙ deprauare docent.

Ambulans Iesus iuxta mare Galileæ, vidit duos fratres, Simonẽ qui vocatur Petrus, & Andream fratrẽ eius, mittẽtes rete in mare: erãt enim piscatores. Et ait illis: Venite post me, & faciã vos fieri piscatores hominum. At illi continuo relictis retibus, secuti sunt eum.

Lectiõe præsenti vocatio apostolorum Petri & Andreæ celebris nobis proponit. Dignissima euãgelicis scriptis historia. Nescias, qd qbus in hac vocatiõe sacra pferas, adeo magnifica sunt oĩa. Hic Chrĩ clemẽtia & magnificentia, hic aplorũ indigentia & angustia: hic verbi Chrĩ potẽtia, hic aplorũ obediẽtia. Oĩa gloriæ Dei plena. De Chrĩ benignissimi & de verbi eius maiestate, nusquã non agitur in scriptura: qre hic prẹcipue de vocatione agemus apostolica. Amplitudo ea vt recte disnoscatur, videatur apostolorum Petri & Andreæ, reliquorum item, prioris conditionis & status abiectio. Piscatores erãt ærumnosi & laboriosi. Apud Eusebium, fratrũ eorum contracta paupertas describitur. Pij quidẽ, simplices, & recti viri extiterunt: sed quid hoc ad mundũ, vbi probitas laudatur & alget, vbi regina pecunia primum quęritur, virtus post nummos? Hęc non dixerim, quasi ipsi Christo non sua sanctimonia vocauerint, hoc est, à Christo vocari meruerint, cõtra hoc quod Petrus ait: Exi à me domine, qa homo peccator sum. Homines erant, vera simplicitate boni. Sed quid hoc ad gloriã Dei, cui etiam astra & angeli collati, obscuri videntur? Sine omni itaq; merito, tanta apostolis gratia contigit. Fratrum alter dictus erat Simon. huic Christus postea nomen imposuit, Petrus siue Cephas: quorũ alterum horum nominum, est Hebrẹum, alterum Græcum. eiusdem significationis ambo sunt. lapidem siquidem vtrunq; designat. Hoc nomine Christus Simonis, immo etiam in Simone Ecclesiæ, fidei robur designabat. Conuenit nomen vocationi. Sui nominis consortem esse voluit, quẽ etiam sui officij participãdo, vicarium sibi in cœlum abiens constituit, & in quo vniuersitatis typum & vnitatis ecclesiæ mysteriũ esse voluit. Andreæ nomẽ non mutauit, vt discamus in ecclesia nos omnes fratres atq; adeo vnum corpus esse, nõ tamen oẽs eiusdem dignitatis & meriti. Cæterum in vniuersitate nemo potest esse, nisi Petrus existat: cuius significatiõem habet hoc nomẽ Andreas, virilem soliditatem sonans. Andreas ille, Baptistæ fuit discipulus, Ioann. 1. celebris in euangelio Mat. 4. 10. Luc. 6. Ioan. 6. 12. Hic dicit Euangelista noster, Ambulans Iesus &c. vidit duos fratres, Simonem & Andreã fratrẽ eius. Ambulabat Iesus, munus sibi cõmissum sedulo exequendo. Vidit duos fratres misellos: quia oculi eius in pauperes respiciunt, & eum fraternus amor iuuat. Vidit item opus facientes vrgẽtesq; ille, qui iussit vt in sudore vultus nostri pane vescamur nostro, vnde etiã pastoribus excubias super gregem suũ agentibus,

Vocatio apostolorum gloriosa.

Petrus & Cephas idẽ significant.

Apostoli vicarij Christi.

tibus,primo voluit denűciari. Cæterum & iuxta humanum morem fratres eos nouit, quia Ioannis erant discipuli,teste Chrysostomo & Theophylacto.Sequamini me,dixit pluraliter:qa binos vocauit mutuæ charitatis autor,numerũ alioqui infamẽ,vtpote monadẽ transcendentẽ, in charitatis & fidei cõsensu sanctificando, quare & postea binos & binos misit. Vide quanta sit apud Deũ concordia fraterna. Attende non ab re hic ingeminari fraternũ vocabulum. Vide,ait,duos fratres,Simonẽ qui vocatur Petrus, & Andreã fratrẽ Simonis. Vocabulũ euangelicis literis dignum.Sequamini me, verbũ meũ audiendo, verbo meo vos submittendo:sequamini me credendo & obaudiendo, crucẽ suã quisq; post me ferendo, mutuã inter vos charitatẽ obseruando.Sequamini, vt discatis ex me sacramentũ crucis,artẽ longe excellentiorẽ ea,quam à parente vestro Iona didicistis,nẽpe qua in hominũ piscatores abibitis;p pisciculis porro hoĩes piscaturi, non ad perniciẽ, sed ad vitam. Omen esto, ꝙ fratres vos inuenerim, magnæ ἀδελφότητος,hoc est,fraternitatis: nõ hoĩm solũ,sed & angeloꝝ vos consortes faciam.Piscatio est,quęrere quod perierat. Mare Græce θάλασσα dicitur,ꝙ fluat & refluat,instabile,incertũ, belluosum, turgidũ, tumultuosum,amarũ,auarũ,iratũ & procellosum,ventosum & naufragũ, mundũ vere repræsentans.Inde vos hoĩes eruentes, vitæ reddetis.Rete non ex lineis aut canabinis filis contextũ erit,sed e veritatis soliditate,factũ vnũ instrumentũ, Esa.7. Matth.1. Iohe.7.Mich.5.Osee 11.Hiere.31.Matth.2. Esa.40.Matth.3. Psal.90.Esa.9. Matth.4. Et sic deinceps.Sũma aũt, Dñm suũ salutare missurũ in terrã.Pisces sunt aĩæ electoꝝ, qbus nauis implebit fraternitatis magnę:in qua alteꝝ gubernatorẽ summũ statuã,alterũ ei⁹ collegã nõ inglorĩu.Nauicula ecclesiã significat. Ecclesia piscatiõis summã refert. *Lenunculus,inquã,ecclesia est.Ecclesia est regnũ cœloꝝ, regnũ Dei, in quo saltẽ salus erit,extra quod nihil nisi perditio.Piscatio quoq; laboribus ĳs,qui in vinea fiunt,poterit cõferri: ecclesia siquidẽ vineæ nõ est absimilis.Repetantur singula,& colligetur Dei patris oĩpotentia: quod est euangelion ad salutẽ omĩ credenti.Non hic mundi sapiẽtes, non potentes, non mundi strepitus & splendor attenditur, sed virtus euangelĳ, quæ exaltat humiles. Piscatores mendici, ignobiles,ineruditi,fiunt regum imperatores,vere nobilium splendor,& doctoꝝ doctores. Vetus hoc est euangelion, ipsum q̃q; sacri canones libere profitentur, 96.dist. Duo,vbi dicitur:Nõ tam aurum preciosius est plumbo,quàm potestate regali eminentior est ordo sacerdotalis. Non sunt itaq; euangelici,sed hæretici, sacramentũ ordinis negãtes, & ius ecclesiæ prophanis principibus deferentes. Egregia sane nostratium Euangelicoꝝ reformatio, qua venatoribus,equisonibus,calonibus,immo etiã lenonibus sacerdotiũ subdunt. Sed si imperator catholicus fuerit,filiũ se ecclesię,non dñm agnoscet. Nouerit item, longe aliud esse fidiculas, scalas gemonias, securim, gladiũ & furcas: atq; aliud, aram, adytũ, ipsumq; baptisteriũ. Est quidẽ res necessaria,plectere sontes. sed quis nesciat, imperatoris ministros carnifices & lictores, oĩbus eẽ abominabiles? Pulchri vero sunt pedes euangelizantiũ pacẽ.Sententiã iustitiæ inter fratres ferre, Dei fateor est officium in hac vita:sed Christus dicit: Quis me constituit iudicẽ super causa diuidendæ vestræ hæreditatis? Nunqd delirat reus maiestatis Apostolus,cum dicit:Qui contẽpti sunt inter vos, lites rerũ temporaliũ cõponant? Nunc qm̃ regnũ Christi de hoc mundo nõ est,constat,præstantius esse officiũ sacerdotale splendore regali:dispensationẽ mysterioꝝ vitæ,officio nocẽtes puniendi.Euangelicus itaq; est Canon distinctionis decimæ, qui vult, Constitutiones principũ ecclesiasticis nõ præeminere, sed obsequi.Et pręco Euangelicus fidẽ Christi in ecclesia docẽs, maioris est autoritatis,quàm Solon & oẽs legum conditores.Dñs Iesus itaq; vt ecclr̃asticã eã maiestatẽ designaret,toties apl̃os vocauit,tãta illis ꝓmisit, tãto molimine & accessu formauit, tãta illis cõmisit atq; tradidit.Impator si hic iuris aliqd sibi vẽdicare voluerit,ęq̃ dignus q tãto fastigio honoris deĳciat,atq; Saul ipse:nec min⁹ hæresios reus extra ecclesiã eĳciẽdus satanæq; tradendus,quàm Ozias leprosus extra templum fuit deturbatus,2.Paral.26.Si regem ipsum thuribulũ dedecet, quo ore principes suos sibi creant Superintendentes,nouos hoĩes,nouas creaturas & euangelistas? Et q̃ frõte supintẽdentes noua idola,principum suoꝝ autoritate laicis sacerdotale officiũ credunt? Quãto satius fuerit,ipsum principem thuribulo vti, quàm vt ipsum cuiuis cerdoni credat? Nostratiũ ergo maior vesania,quàm regis Monasteriensis nouæ Sionis, qui ipse sibi sacerdotale munus arrogauit,nec id tanquã vile laico atq; idiotæ cuiuis sordido terræ filio, encyclioq; homini cõmisit. Sed rex ille infelicis memoriæ,iusto Dei iudicio,infando tanquam hæreticus fato perĳt: exemplũ hoc horrendum, nostrates cautiores faceret. Dignus quem canes deuorẽt, & qui asini sepultura condatur, princeps laicus,q in Christi persona ausit dicere, Hoc est corpus meum. Qua

Marginalia (left): Mare mũdũ repræsentat. — Rete euãgelicum. — Piscatores fiunt principũ principes. — Ordinis sacramen

Marginalia (right): [...]tum negã tes, sunt hæretici. — Officiũ sacerdotale regali pręstat. — Euãgelici pręconis maiestas. — Supintendentes noui laruati, à laruatis creantur principibus. — Rex nouę Sionis Monasteriẽsis, minus impius hæreticis in aliquo casu.

Qua morte, quave infamia ergo dignus, q
statuit, vt suo hoc nomine faciat quisqs lai
cus Cocio homo? Nihil enim huiusmodi
prædicantes dant, præter lepram & pesti-
lentiã. Veritas enim doctrinæ & sacramen
torum, apud solos catholicos est sacerdo-
tes, à catholicæ traducis episcopis rite or-
dinatis. Non tam potenter magnes ferrũ
attrahit, quàm rite ordinatorum doctrina
imis summa iungit. Fabula anilis est, quod
de Hercule Gallico fertur. Vera Pitho fle-
xanima, est catholica doctrina, quę claudit
& aperit. Est enim catholicus sacerdos nõ
solum os populi, sed & Dei excelsi. Hic sal-
tem efficax est verbum, Hoc est corpus me
um &c. Qui catholicus est princeps, se feli-
cem ducit, vbi manus eas, p quas tãta cha-
rismata accipit, fuerit deosculatus. Tantæ
dignitatis (quod subinde repeto) mysteria
dominus designaturus, fratres germanos,
Simonẽ & Andreã piscatores, vocauit, ne
quis dispẽsandi mysteria regni cœlorum,
aut sapientiæ aut potentiæ seculi adscribe-
re possit: videretur vero adscribi posse, im
mo debere, si principem, satrapam aut phi
losophum insignem aliquem, suæ ecclesiæ
summum præfecisset apostolum. Sed verbi
nunc energiam videam⁹. Dixit imperator,
Sequimini me. Illi extẽplo relicto *lemnun
culo, sagenis, nassis, fuscinis, contis, & omi-
bus hoc genus instrumentis, vnà cum vxo
ribus & liberis, Christon sequebantur. Ta
lis virtus etiam est in verbis apostolorũ &
virorum apostolicorum omium. Nam sic-
ut Christon misit viuẽs, sic & mittit sacer-
dotes quoslibet dominus. In præsenti lecti
one, ecclesiæ tantæ maiestatis incunabula
sacra videmus. & quid vetat, tanta primor
dia atq; elementa, talem tãtum'q; finem se-
qui? Et quis dubitat, ea quæ Romanis, Co
rinthijs, Galatis & gentibus alijs scripserũt
apostoli, ad nos quoq; pertinere? Nemo du
bitare hic poterit, quin omnia quæ scripta
sunt, nobis in quos fines seculorum cecide
runt, extẽt scripta. Superest ergo, vt captu
ram nostri venerantes, nos illi adaptemus,
fraternitatem amando, laborem'q; sanctũ,
q́sq; in sua vocatione suscipiendo, nec cha
ritatis expertes, & desides corda obduran-
do, gratiæ'q; Dei obicẽ ponẽdo. Restat itẽ,
vt myoparones hæreticorũ, ab vnitate fra-
ternę charitatis nos subducturos, fugiam⁹.
Et Charon verus credendus est omis hæ-
resiarcha, q exoticis opiniõib⁹ mẽtes mor
taliũ p cæca & cœnosa vada ĩ abyssum ęter
num auehit. Et myoparo hæreticorũ, q̃ cæ
ci & temerarij hæretici fidunt, plusq̃ Cha-
rõtis cymba sutilis est & fragilis. Atq; hæc
de prima parte, de vocatione nimirum Pe
tri & Andreæ.

Veritas doctrinæ & sacramentorũ in ecclesia

Sacerdos catholic⁹ est os populi.

Verbi energia.

Hęretico rũ myoparones fugiendi.

Et procedens inde, vidit alios du
os fratres, Iacobum Zebedæi & Io-
annem fratrẽ eius, in naui cum Ze-
bedæo patre eorum, reficientes retia
sua: & vocauit eos. Illi autem statim
relictis retibus & p̃re, secuti sunt eũ.

Ecce q̃ bonum & q̃ iucundum, habita-
re fratres in vnum. Vocauit fratres: iterum
vocat fratres, sed eos qui inter se erãt socij.
Adeo verũ est quod S. Iacobus dicit, oẽm
æmulatoriã doctrinam esse bestialem & di
abolicam. Tanta est schismatis labes, vt hu
militatẽ pœnitentiæ subire nõ possit, vt di-
citur verbis S. Augustini de pœnit. dist. 1.
Si sacerdos. § Potest. Glosa vero, Ad mor
tem. In tantam peruersitatem hæretici dia
boli sectatores perueniunt, vt ibi maxime
glorientur, vbi cum primis dolere debue-
rant. Obsequiũ se Deo præstitisse arbitran
tur, simul ac seditiones & cædes excitaue-
rint: tantum abest vt de concitatis tragœ-
dijs lugeant, pœniteant'q;. Obserua Chri-
stum filios Zebedæi suos amitinos, filijs Io
næ nulla sanguinis propinquitate sibi iun-
ctis, posthabuisse, in exemplum episcopis,
ne qua suos sibi propinquos sufficiant. Sed
postquã honos episcopalis, docẽdi & pau-
peribus infirmis'q; inseruiendi onere est le
uatus, oĩa in ecclesia pessum ire cœperunt.
Non puto opus esse, vt de vocatione filio-
rum Zebedæi hic pluribus agam: quoniã
omia quæ de vocatione Petri & Andreę di
cta sunt, etiam de his duobus intelligi pos-
sunt. Quod vero illi dicuntur, relictis saltẽ
verriculo & naui, Christum secuti: hi vero
vnà cum externis bonis, etiam dicuntur re
liquisse parẽtem, quem alioqui virtus sum
ma est pascere, declaratio est supioris. cer-
tum enim est, & alios omnia huius mundi,
item proprias animas, regno cœlorũ post-
habuisse. Sic oportet nos, qdquid religio-
ni obstat, relinquere, per'q; calcatum patrẽ
Christon sequi. Hunc erga Christon affe-
ctum qui non induit, satis non credit. Ne-
q; hoc prętereundum, q illi dicuntur Chri
stum secuti ilico. quod & de his intelligen
dum est: maledictus siquidem est, qui facit
opus domini negligenter. Sed breuitatis
causa hæc generalia missum faciẽs, ad com
memorationem S. Andreę, cuius hodie na
tales ecclesia celebrat, veniamus. Primo au
reum verbũ S. apostoli huius, ἐυρήκαμεν τὸν
Μεσσίαν, hoc est, Inuenimus Messiam: dignũ
dicimus esse, quod in prouerbium tritissi-
mum abeat. Ex hoc verbo vides, non vnã
apostolorũ horũ esse vocationem. Beda in
homilia ostẽdit, & filiorũ Zebedæi vocati

Hæresis seditiosa.

Apostolica vocatio habuit suos gradus.

onẽ non esse vnam. Quod iterum repeto, propter nouos euãgelistas eos, qui gradus ecclesiasticos vnà cum sacramẽto ordinis contemerantes, repente e pistrino ad altare prorepũt. In prima itaq; sua vocatione Andreas hoc nobile verbum dixit, Inueni mus Messiam: quod certe dixit, corde oĩnis gaudijs oppleto. De hac inuentione solicitus Iob, 23. 28. 37. &c. Hanc præcinerunt ouãtes oẽs prophetæ, etiã in captiuitate Babylonica detenti. Hanc vidit Abrahã, & gauisus est. Beatus qui eam Dei sci entiam inuenit, Pro. 38. Ecci. 24. Inuenim⁹ eam, ait, submonẽs vt oẽs satagamus etiam inuenire eã, immo inueniri ab ea. De hac re vide Prouer. 8. Sap. 5. Ecci. 24. Dixit fratribus suis Israelitis: Inuenim⁹ Messiam, sed surdis fabulã cantauit. Videamus nos, qui Messiæ illi nomen dedimus, ne ab eo rursum deficiamus. Desciscimus autem ab eo, si exemplum eius sedulo non imitamur. Dicit Andreas, Inuenimus Messiam. hoc demũ salutare auribus haurias, si præstes & hoc q̃d Saluator dicit, Sequere me. Rogas quomodo Christũ rite sequaris? Audi Magistrũ. Hoc est, inquit, præceptũ meum, vt diligatis inuicẽ. In hoc videbit mundus q᷑ estis mei discipuli &c. Eius sequelæ atq; imitatiõis vide exemplũ in sancto Andrea. Inuenimus Messiã, dicit. vtiq; cupiẽs oẽs in visceribus Iesu Christi, tantorum gaudiorũ omnes voluit consortes. Eiusdẽ charitatis expressum vides monumentũ, apud eundem euangelistam cap. sexto, vbi dicitur admodum fuisse solicitus populi famelici causa, ostendens puerum quinque panes hordeaceos habentem & duos pisces. Deniq; cap. 12. vides eundem vnà cum Philippo, dño pro Græcis supplicem. Hæc ante sacrã passionẽ & adscensionem Christi, post quã mansit Solymis, alijs discipulis charitatis ferrumine deuinctus, Act. 1. & 2. Tandẽ, iuxta dñi præscriptum, transmissa Iudæa, Scythis euãgelion Christi denũciat. Myrmidonas itẽ diu fluctiuagos verriculo fidei venatus, Achaiã quoq; Christo subegit. Deniq; Patarę cõsul noĩe Aegeas, cũ persequeret fideles, * obiurgat' ab Andrea. Hic bellum concitatissimũ est ortũ. Aegeas Romani impij potestate fretus, Andream ad idola Romana adoranda cogere aggressus. Andreas vel moriens victor euadere statuit, gratia sibi Dei victoriam præsumens. Hic charitas, quæ aliàs dulcis est, se quoq; fortẽ instar mortis declarabat. Memor verbi Magistri discipul': Qui vult me sequi, baiulet crucẽ suam post me. Crucis itaq; amore tangebatur, crucis desiderio æstuantem Christus crucis socium, ac per hoc gloriæ consortem Andream sibi acciuit. Parat Aegeas apostolo crucem, quam ille sibi paratam vidẽs, ait: Salue sancta crux, lignum preciosum: gaudens venio ad te, vt susceptum me perducas ad eũ, qui pependit in te, Magistrum meum Iesum Christum. Suffixus itaque cruci, Christon prędicare non destitit, immo etiam in cruce plurimos ad fidem Christi conuertit. Tandem animam suam domino committens, martyriũ sanctum absoluit. Nunc qui socius fuit crucis, consors factus lucis, visitatur mortuus, qui tẽnebatur viuus. Reliqas eius tanq̃ vitale templũ Dei viuentis, excipiũt & deosculant oẽs fideles. Sepulchrũ Andreæ (q̃d Chrysostomus in genere de oĩum apostoloꝝ monumentis dicit) reuera maiori gloria inclarescit, q̃ oẽs omniũ regũ aulæ. Hic sospitati ægri restituuntur, hic dæmones fugantur, hic etiam voti cõpotes, per intercessionẽ D. apostoli, nõ Græci modo, sed & fideles omnes euadunt. Christigenę item oẽs regale genus & sacerdotiũ sanctũ, p vniuersum orbẽ de interuentu S. Andreæ Deo grati, supplicãt & cantant: Nos peccatis nostris grauati, te summe Deus poscimus, vt S. Andreæ (qui tua semp sectatus p̃cepta, quod tibi placet) nos intercessione tuearis. Amen.

Quęrenti bus se Deus inueniendũ exhibet.

Seq Christum, qd.

IN FESTO S. NICOLAI, EVANGElium Lucæ XII.



Int lumbi vestri præcincti, & lucernę ardẽtes in manibus vestris. Et vos similes hoĩbus, expectantibus dominũ suũ quando reuertatur à nuptijs: vt cũ venerit & pulsauerit, cõfestim aperiant ei. Beati serui illi, q̃s, cũ venerit, dñs inuenerit vigilãtes. Amen dico vobis, q᷑ prę cinget se, & faciet illos discũbere: & transiens ministrabit illis. Et si venerit in secũda vigilia, & si in tertia vigilia venerit, & ita inuenerit, beati sunt serui illi. Hoc autem scitote, quoniã si sciret paterfamiliãs, qua hora fur veniret: vigilaret vtiq;, & non sineret perfodi domum suam. Et vos estote parati, quia qua hora non putatis, filius hominis veniet.

PRO

PROOEMIVM.

GRauissime nos Chrs hac lectione premonet iudicij sui. Fatemur q̃tidie ĩ articulis fidei, dñm venturũ iudicare viuos & mortuos, sed certũ tempus aduẽtus eius nos latet. Signa quidẽ plurima dñs p̃dixit, quorũ aliqua p̃cessere, pleraq; quotidie vident, pleraq; expectant, tñ horrẽdi illius diei certã horã inde colligere nõ possumus. Exẽpli causa, statutum est hoĩ semel mori, Heb.4. Vnus introitus oĩbus ad vitã & similis exitus manet omẽs, Sapi.7. Hora tñ (iuxta euangelistas Mat.24. Lu.12.) mortis nulli certa. Vnde & poeta dicit: Tacito clam venit illa pede. Et quemadmodũ quędam signa diẽ extremũ prænunciant, sic & mors habet suos nuncios, casum, infirmitates, & senectutẽ: vt dicit Hugo de claustro aiæ secũdo. sed neq; sic mortis hora fit certa. Quare aũt hoc? Vt vigilemus, Mat.24. Mar.13. nosq; apparemus bene viuendo et orando, Mat.25. Marc.13. Luc.21. Hoc est quod p̃senti lectione nobis proponit.

Mortis nuncij.

Sint lũbi vestri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus vestris.

Metaphorica locutio, non absimilis prouerbijs, sedulitatẽ cõmendantibus & ignauiã detestantibus. Prouerbialiter aliquem ignauię denotãdo, vocam⁹ supinũ atq; discinctũ: contrà, præcinctũ vel succinctũ esse, somnũ non videre, in occipitio oculos habere vel gerere, &c. sedulitatis sunt adagia. Simile est hoc q̃d habet in Prouerbiis: Paululũ dormites, paululũ dormitabis, paululũ cõseres manus. Succinctionis lumboɋ schema nõ est infreq̃ues in scriptura. 3.Re.18. itẽ 4.ca.4. & 9. itẽ Esa.32. & alibi, hic tropus sępe inuenit. Succingere lũbos, significat se adaptare opi, operosum ac facilẽ esse. Metaphora ea in compositis verbi cingo, est peculiaris. Accĩgere siquidẽ est, parare se. vnde Virgilius ait: Accingunt se p̃dæ. Accinctus, industriũ expeditũq; significat. *Discinct⁹, ignauũ, incõptum, negligẽtemq; vocamus. Similẽ significationẽ metaphoricã habet verbũ p̃cingo, p̃ apparo. A q̃ procinctus, id est, apparatus bellicus et expeditio. Sic & p̃cincta classis vocabat exercitus confestim pugnaturus. Quid ergo schema sibi dñicum vult? Nũquid solã nobis fidẽ cõmendat, ad iustificationẽ absolutam? Noui euangelistæ ita docent: Nil tibi opa tua bona p̃derunt, nil obesũt mala, sola fides meret & obtinet oĩa. Summũ pontificẽ vocãt antichriston veri antichrĩ. Receptũ est hoc, vt poeta dicit, alieno imponere tergo, Quæ nos cunq; premũt. Antichristus est, q ad opa bona oparios facit remissiores, & q bene currentẽ remorat. Fieri itẽ nõ poterit, vt ij q non student dignũ Chro opus edere, eius aduentũ sperent. Dicunt, Morã facit dñs: edamus & bibamus: Neq; itẽ fieri potest, qn alios cõtumeijs afficiãt, falsa fiducia de Dei lõganimitate concepta, Mat.24. Luc.12. Similis trop⁹ est in candelæ accensione. Lãpada siue lucẽ bonoɋ opeɋ significationẽ habere, videmus Mat.5. vbi dicit: Sic luceat lux vr̃a, vt videant hoĩes bona opa vr̃a. Ex antithesi idem colligere est. Tenebræ siquidẽ in scriptura plerũq; flagitiosam vitã exprimũt, Ioan.3. Oĩs q male agit, odit lucẽ. 1.Io.2. Qui odit fratrem suũ, in tenebris est. Et tenebrio hominẽ significat p̃phanũ, mẽdacẽ, dolosum &c. Tenebro nebulonem, etiã apud ethnicos. Hunc locũ primates apłoɋ ipsi exponunt, Sũmus põtifex S.Petrus, ver⁹ fideliũ papa, cũ suo collega S.Paulo, 2.Pe.3. Eph.6. Ille monet, vt expectãtes Chri aduentũ & ingressum aulæ eius, in q̃ iustitia inhabitat, dem⁹ operã immaculati & incõtaminati repiri. Hic monet, vt succincti stemus in veritate, vtiq; in bona vita, 1.Ioã.1.2.3. Veritas etiã rationabilis obseq̃i habet expressionẽ. Vult itaq;, vt q̃sq; suę vocationis, status & cõditiõis rationẽ sciat: ne quispiã veniat non missus, neve q̃s currat sine scopo. Nã & ille q verbũ Dei nõ habet, q̃ vitã suã fultã videat, ędificiũ statuit sine fundamento, & in tenebris ambulare dicitur Psal.118. Pro.6. 2.Pet.1. Inde etiã fit, vt q ĩ certa Dei vocatiõe bene viuũt, lux q̃q; dicant ipsi, exemplo Ioãnis Baptistę Ioã.5. Ecclesiasticus doctor Theophylact⁹ adaptat succinctionẽ lũboɋ & gestationẽ lucernę, vitę actiuę & cõtẽplatiuæ. Neq; eñi sufficit bene opari, idq; strenue, sed & attendendũ est cuiq; bene opanti, vt sciat q̃ affectu, q̃ cõsilio, q̃ve autore opet. Dies mali sunt. Hic mũd⁹ plane est tenebricosus, prsus est caliginosus. Princeps huius mũdi, tenebraɋ rector & autor, Eph.6. nõnũq̃ se angelon lucis mentiẽs, etiã bona specie incautis imponere solet: lumine igit opus habemus, vt videam⁹ q̃rsum oĩa faciamus & omittamus.

Sedulos adesse oportet.

Præcingo p̃ apparo

Euãgelistæ noui solã fidẽ docentes.

Antichristus qd.

Lãpas accensa habet significationem bonorũ operũ.

Vita actiua & contẽplatiua

Et vos similes hoĩbus, expectantibus dñm suũ quãdo reuertatur à nuptijs: vt cũ venerit & pulsauerit, confestim aperiant ei.

Rudius & planius p̃missa prouerbia elucidat ipse noster seruator: elucidat autem per simile solennitatũ nuptiaɋ, oĩbus notissimũ. Paterfamiliâs quispiã ad nuptias vocatus, nuptiarũ gaudijs aliquãdo in multam noctem detẽtus, habet suos ministros vndiq; sui officij satagẽtes. In nuptijs sunt lucernarij, funalia in manibus suis habentes,

tes, atq; expectantes vt dñm honeste domũ deducant. Grecũ ἀναλύω, e mensa surgere significans, exprimit seruos sedulo sui officij curam habere. Peruersa siquidem œconomia fuerit, si in conuiuijs herus seruos suos expectare, & illis inseruire cogatur. Domi item serui sunt soliciti, nullũ tumultũ cõcitant, anxij auscultant, vt redeuntem dñm statim audiant, foresq; confestim aperiant. Herus est Nazarenus Iesus, qui solus dicit dñs. Magna ille hinc abijt gloria, Patri se ꝑ nobis ostendens, ipsumq; exhilarans cœlum. Morã in nuptijs trahit, quia de tẽpore reditus sui scit nemo. Famulos in hac terra expectantes habet fideles omẽs. Ecclesia dicitur domus Christi, quia hæreditas, regnum & templum eius est. In cœlo gaudia, quæ oculus non vidit, nec auris audiuit. Ibi mille anni sicut dies quæ præterijt. Hic dies & anni, solicitumq; tædium. Dñs abijt, vtpote cui pater omne regnum dedit. Iudex itaq; viuoꝝ & mortuoꝝ redibit. Veniet ergo priuatim in tẽpore mortis cuiusq; veniet & vniuersaliter (iuxta veteres Theologos) ad diẽ iudicij. Nostrũ est ad vtrũq; aduentũ nos ꝑparare. Quod si famuli dñoꝝ temporaliũ, causa mercedulæ temporalis succincti sunt in officijs suis exequendis: quanto magis pręcinctos esse decet seruos, quibus nõ peritura promissa sunt pręmia? Audiendi angeli, qui dicunt Acto. 1. Sic veniet, quemadmodũ eum abire vidistis. Audiendus & Esaias cap. 3. Dñs ad iudiciũ veniet. Iohel. 2. Magnus dies dñi & terribilis valde, Psal. 95. Iudicabit orbẽ terræ in æquitate, & populos in veritate sua, Ecclesiast. 12. Cuncta quæ fiunt, adducet in iudicium. Fac esse, ante diem iudicij concidant pleriq;, sed si rem rite æstimamus, tempus mortis cuiusq;, cuiq; pro extremo est die. Mors siquidem nihil aliud est, quàm Dei iudicium iustitiæ. Vnde & debiti nostri dicitur dissolutio, & morientes depositum reddere dicuntur. Monemur itaq; hic, vt ad vtrunq; aduentum nos accingamus atq; componamus. Latet vltimus dies, vt obseruetur omis dies, vt dicit beatus Augustinus. nec poterit male mori, qui vixerit bene. Et (quod Hieronymus ad Nepotianum dicit) qui se quotidie cogitat moriturũ, contemnit præsentia, & ad futura anhelat. Sequitur:

Sedulitas nobis cõmẽdatur.

Dñs noster Iesus abijt ad nuptias.

Beati serui illi, quos, cum venerit, dominus inuenerit vigilantes.

Idem est quod alibi dicit: Beati serui illi, quos, cũ venerit, inuenerit sic facientes. Audin beatos pṙedicari vigilantes, succinctos, operosos, officiosos, industrios & assiduos? Vide quo te ducat nouũ euangelion solius fidei, discinctos, negligentes, immo etiã insolentes famulos faciẽs. Vides etiam hic, nõ ociosæ & soli fidei, sed sedulæ & operosæ, æternæ vitæ præmia promitti. Beatus dicitur, vt quidã volunt, quasi bene auctus. Beatitudinẽ Boethius dicit esse statũ omnium bonoꝝ aggregatiõne perfectũ. Statũ illũ industrios & virtute viros ꝑditos manere, liq̃do hic vides. Verus (fateor) amor nõ seruit præmioꝝ respectu: sed sana fides bonoꝝ opeꝝ iustificationẽ & præmia nõ negat. Hic peccant hæretici, bonis operibus rationẽ meriti abnegantes: illic impingunt pharisaico fermento corrupti, seipsos beatificantes. Iudex ille qui spirituũ est ponderator & agonothetes, ille suũ op⁹ in nobis coronat. Beati acceptas gloriæ coronas ad agni pedes proijciunt, dño Iesu om̃ia bona accepta referentes.

Amen dico vobis, quòd præcinget se, & faciet illos discumbere, & transiens ministrabit illis.

Eia quæ mens est tanti acuminis, vt huius loci plenã assequi possit intelligentiam? Adeo bona Deũ timentibus præparata, captũ excedunt humanũ. Quod cũ hęretici nõ animaduertãt, diabolo referunt accepta miracula tot & tanta, quæ dñs Deus in beatis vbiq; terraꝝ operatur. Et hypocritæ pharisaici, nõ videntes Deũ oĩm miraculoꝝ eoꝝ esse autorem, per ipsos diuos non transcendunt in ipsum Deũ, sed in beatis spem suã fixam collocant oẽm: adeo vltro citroq; erratur. Sed missum hæc faciamus, atq; ineffabilẽ gloriã, qua Dei bonitas sanctos coronat, ꝑuideamus. Diceret q̃s cum Petro: Dñe, tu nõ ministrabis mihi in æternum. Quid est homo, nisi puluis & vmbra? Quid est dñs, nisi ineffabilis maiestas, incõpręhensibile ens entiũ, incircũscripta mens vniuersitatis & oĩa? Maledicta supbia mortaliũ, fastus vermiũ. Quid miseri se aliorum dños efferunt, non videntes se æque esse lutum, atq; ij in q̃s sibi imperiũ vẽdicant? Venit filius hoĩs ministrare, & nõ ministrari, Matth. 20. Ministrauit nobis, id rei nobis præscribens: quæ, malum, ergo ambitio illa, qua suo se proximo præfert quisq;, subdit nemo? Ministrauit nobis hic in terra, suam erga nos charitatẽ declarans, vt & inde gloriæ promissæ adumbrationẽ aliquã nobis relinquat. Promittit se nobis ministraturũ in cœlo, hoc est, promittit nobis mercedem ineffabilẽ, gloriã gratiæ respondentem. Hoc sensu dicit alibi se abiturum, & præparatuꝝ nobis mansionẽ. Summa: dicit se solicitũ de gloria beatorum. Martha satagebat circa frequens ministeriũ, & Zachæus gaudens dñm in domũ suã recepit. Dñs quoq; dicit se simili modo in excipiendis

dis beatis futurum largum. Et quis Bonitatis ipsius philanthropiam digne expresserit? Si nos qui mali sumus, nouimus bona data etiã amicis nostris cõmunicare: quanta Bonitatis erit largitas ipsius? Per prius λύτρον, nos sua gratia secundũ corpus liberauit & animã: hic nouũ λύτρον promittit, ad corporis nostri atq; animę gloriã. Perpendamus singula. Præcingit se nobis, quia iussit vt nos præcingamus sibi. Vide contentionum locũ. Vult nos stare hic & aduentũ suum expectare: promittit ergo discubitum. Discubitus, vt Theophylactus vult, significat plenã quietẽ. Nam sicut recũbendo hic penitus quiescimus, sic in beatitudine plena gloria triumphabimus. Transiens ministrabit, & hoc ad amplitudinẽ gloriæ beatorũ facit. Qui sedent, singula non possunt contueri, & non videntur adeo esse diligentes: dicit ergo se nobis ministraturũ, transeundo, vt impense nostræ gloriæ studere se exprimat. Hæc om̃ia si Arriani recte perpenderent, gloriæ sanctorũ, in gloriã sancti sanctorũ redundanti, adeo iniqui nõ essent.

Discubût: sancti in gloria, & Deus ministrat.

Et si venerit in secunda vigilia, & si in tertia vigilia venerit, & ita inuenerit, beati sunt serui illi.

Expectare nostrũ est, hoc ẽ, perseuerare.

Perstat in parabola seruorũ, expectantiũ dñm suum reuersurũ à nuptijs. Submonet, nostrũ esse perseueranter expectare, iuxta psalmum: A custodia matutina vsq; ad noctẽ, speret Israel in dñm. Qui perseuerauerit in finẽ, saluus erit. Non est serui, dño suo redeundi horã præscribere, diemve dicere. Si venerit in secũda vel tertia vigilia, id est, citius vel secius. Vigiliæ nocturnæ sunt, quę Græce φυλακαί dicuntur, & à militari cõsuetudine nomen habent. In quatuor horarũ spatia diuidunt. Excubiæ militares παννυχίδες, diurnæ sunt pariter ac nocturnæ. Vtrũq; vocabulũ est frequens in scriptura. Harũ fit mentio Nume.3.9.4.Reg.11. Luc.2. illatum, Matth.14. Marc.6. Hilarius in Matthæum horas eas allegoricos exponit, dicens: Prima vigilia fuit legis, secunda prophetarũ, tertia corporalis aduentus, quarta reditus claritatis: Hac vigilia dñs venit, sed inuenit fessam (puta nauiculã) & Antichristi spũ & totius seculi motibus circũactam. Quarta vigilia incipit hora noctis nona, & durat vsq; in diem. circiter eam vigiliam, vt vult Theophylactus & Hilarius, dñs naufragis discipulis super mare ambulans apparuit. Serui (q̃d suprà etiã admonuimus) huius seculi, spe mercedis temporalis sunt strenui, idq; naturali æquitate poscente: quanto magis nobis incumbit, vt præcincti & vigilantes, domini nostri æterna præmia dantis, præstolemur aduentum? Cęterum & dominus, nisi allegoria subsit, noctu aduenturus creditur, tanquã fur, Luc.17. 1.Thess.5. 2.Petr.3. Apoca.3. Vocabulum deniq; noctis, huius mundi turbines caliginosos delineat. Admonemur vigilantiæ, per ipsam dictionem nox. Hic iterum obserua, q̃ seruos sedulos, beatos prędicat: vt rumpantur Iouinianistæ, bonis operibus iustificandi & beandi rationem detrahentibus: & Arriani, gratiæ beatorum iniqui.

Vigiliarũ quatuor noctis, allegoria.

Hoc autẽ scitote, quoniam si sciret paterfamiliàs, qua hora fur veniret: vigilaret vtiq;, & nõ sineret perfodi domum suam.

Maiori diligẽtia veritatẽ ipsam declarare dñs nõ potuit. Nihil huic studio dñi addi, nihil p̃terea potuit desiderari: adeo nos scitis & aptis similitudinib⁹, nr̃o captui cõgruis obruit. Festiua plane & cõsentanea similia, œconomica nimirũ, ac per hoc oĩbus nota. Politicum est, & à iure naturali nihil abhorrẽs, patrẽfamiliàs, tẽpus furis aduẽturi scientẽ, somno se nõ dare, sed ad irruptionẽ latronis se p̃parare. Nos igit̃ plane insani sumus habẽdi, & ius naturale plane p̃uaricãtes, q toties p̃moniti, ad dñi aduentũ assidue & accurate nos nõ adornem⁹, instruamusq;. Nõ hic locum habet vulgaris vox, Nõ putabã: sed, Sciui, noui, sciẽs sciui: qppe qui huius rei toties admonemur, Matth.13. 24.25. Mar.12.13. Luc.17.21. Ioan.5.6. 1.Corin.5. 2.Cor.3.1. Thess.4. 2.Tim.3. 1.Pet.4. 2.Pet.3. Apo. p totũ. Dñs nõ veniet fur, sed iudex sicut fur, hoc est, qua hora non putat̃.

Socordes i negocio Dei, peccant cõtra naturam.

Et vos estote parati, quia qua hora non putatis, filius hominis veniet.

Epilogo istoc nos iterũ monet, vt p̃cinctis lumbis, lucernigeri, se expectemus. Additur hic grauis ratio, quæ ad vigilandũ nos impellat, si in mentẽ nobis veniat hora aduentus eius incerta. Signa diei extremi præuia, solertiæ nos quoq; admonent, Matth.24. Luc.21. Ludibrio exponemur etiã diabolo, si pœnitentiam vsq; ad illum diem protraxerimus. Tunc forum oleariũ virginibus fatuis nullũ supererit: quæ paratæ sunt, cum dño intrabunt, Matth.25. Sedere in mensa, cibiq; obliuisci, infelicis est hoĩs. Sõnus est, quidq̃d huius mundi est vanitatis: edere, bibere, ludere, ædificare, voluptati indulgendo nubere. Videamus ne tali nos nocte detentos, iudicium dñi opprimat, Matth.24. Alter em̃ e duobus assumet̃, alter relinquetur. Sãctus Nicolaus natione Lycius, cuius hodie natales celebrantur, receptus est: qa per omnẽ vitã suam vigilauit, infans in cunis abstinendo, puer literarũ studia amplectẽ

Sedulitatis graues p̃suasiões.

Somn⁹ est quidquid huius mũdi est vanitatis.

ctendo, adolescens in pietatis & omnigenæ disciplinæ genere se exercendo. Hic eius hęreditas liberaliter expenditur, infamia virginum tollitur, & nulli nō misero pręcipua misericordiæ officia impenduntur. Hic seculo se subtrahens, ecclesiæ se mancipans, sacris initiari meruit. Deniq; e talibus auspicijs Episcopus Myræ diœceseos dignus declaratur. Pontifex factus, caulis dñicis ricte prospexit: schismaticos & hæreticos prę cipuo odio tanquā lupos insectabatur, vere bonus pastor, aliàs nihil nisi oleum, hoc est, clementia, existens. Tyrannis æque atq; hęreticis fuit grauis. Tantā sanctimoniā sancti Nicolai, tam in eiusdē vita, quàm post eius mortem, multis, & ijs maximis miraculis illustrandam, diuinæ visum fuit sapientiæ. Vnde sic cantat Ecclesia: Nicolaus naufragum adfuit præsidio. Reuelat à defunctis defunctus in biuio. Baptizatur, auri visio Iudæis iudicio. Vas in mare mersum, patri redditur in filio. O quàm probat sanctum Dei, farris augmētatio. Ergo laudes Nicolai concinat hæc concio: nam qui corde propulsato obice illum intercessorem poscit, voti cōpos redditur. Faxit Deus vt tanta sancti Nicolai gloria, ad tale vigilantiæ exemplum, nos e supino somno huius noctis vanitatum excitet, ad suam solius gloriam, qui in Trinitate perfecta, vnus Deus viuit & regnat per omnia secula. Amen.

In festo Conceptionis B. Mariæ, Euangelium Matth. I. requiratur in festo Natiuitatis eiusdem B. virginis Mariæ.

In festo S. Thomæ apostoli, euangelium Ioannis XX. quæratur in octaua Paschæ.

In festo Natiuitatis Christi euangelium Luc. II. quæratur de tempore post dominicam quartam Aduentus.

IN DIE SANCTI STEPHANI, Euangelium Matthæi XXIII.



Cce ego mitto ad vos prophetas, & sapientes, & scribas: & ex illis occidetis, & crucifigetis, & ex eis flagellabitis in synagogis vestris, & persequemini de ciuitate in ciuitatem, vt veniat super vos omnis sanguis iustus, qui effusus est super terram, à sanguine Abel iusti, vsque ad sanguinem Zachariæ filij Barachiæ, quem occidistis inter templum & altare. Amen dico vobis, venient hæc omnia super generationem istam. Hierusalem Hierusalem, quæ occidis prophetas, & lapidas eos qui ad te missi sunt, quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas, & noluisti? Ecce relinquetur vobis domus vestra deserta. Dico enim vobis, non me videbitis àmodo, donec dicatis: Benedictus qui venit in nomine domini.

PROOEMIVM.



Ihil verbo domini preciosius vnquam venit in terras, nec eo aliquid est preciosius. Mundus vero principis sui stimulis actus, nihil æque odit & auersatur, atq; verbū Dei. Auersatur, quia sibi aduersatur: sed qa tantam rem auersatur, grauissime cōdemnat. De grauitate culpæ eoꝝ, qui verbum suum odio prosequuntur, & eius ministros persequuntur, dominus hoc loco in mirum modum vehemēter agit. Voluit & vt hic locus ab euāgelista memoriæ mandaret, vt (quantū in se est) mundū à tāto malo retrahat. Inuehit ꝑcipue in Hierosolymitanos, & nō in barbaros: qa pōtifices & grex sacerdotū, q de verbo tantā cōmoditatē & gloriā habuerūt, ipsum plus oderunt, eius ministros oēs prophetas plus insectabant. Faxit Deus, ecclesiæ magnates idem non committant.

Ec-

Ecce ego mitto ad vos prophetas, & sapiētes, & scribas: & ex illis occidetis, & crucifigetis, & ex eis flagellabitis in synagogis vestris, & persequemini de ciuitate in ciuitatem.

Misit olim ad Israelem prophetas, quos illi ad vnū omes sunt persecuti. Idololatriæ & impietatis prophetæ degeneres filios patriarchaꝝ corripuerunt, flagellum etiā iræ Dei Assyrios & Chaldæos Israeli deprauato prædixerunt, & ad pœnitentiā vocauerunt. Israel vero correptiōis impatiēs, prophetas fideles admonitores, miseris modis accepit. Magna populi ingrati impietas, sed maior Dei benignitas. plures itaq; prophetas mittit crucifigendos, non ꝙ parricidia ea probet, sed ꝙ à benefaciendo etiam ingratis, absistere nō possit. Dei ea clementia erga nos immensa nō esset, si nostra vinceretur ingratitudine. Non vero superatur, vincit vero, etiā dum iudicatur. Verū ne homo putet hic impune peccari, dn̄s latrones eos sacrilegos verbis asperrimis insectatur, etiā parentū culpas filijs obijciens, filios mali corui malum ouū, eodē cum parentibus suis crimine teneri ostendens. Vnde & alibi genimen eos vocat viperinū. Illi persecuti sunt prophetas futura prædicentes, hi præsentiū testimoniū ferentes, præteritaq; prophetaꝝ oracula declarantes oīa. Huius rei gratia Dauid apl̄os & euangelistas oues vocat mactatiōis, Psal. 43. Roma. 8. Et apostolus Ephe. 4. eos in fundamentū ecclesiæ Christi recipit. Ioannē Baptisten & Iacobum maiorem capite plexerunt, Matt. 14. Act. 12. Iacobū minorē præcipitē dederūt, teste Iosepho, Stephanū lapidibus obruerunt, Acto. 7. apl̄os, Petrū, Ioannē, & alios omes percusserunt virgis, contumelijs affecerunt, Acto. 4. 5. 14. &c. Quibus Paulū affecerint malis, vide Acto. 16. 2. Cor. 11. Apostoli hic, teste Theophylacto, vocantur prophetæ, sapientes, & scribæ, qa dn̄s eos populo dedit doctores & rectores, omi scientia & prophetandi gratia ornatos, Ephesi. 4. Ecce, ait, ego mitto, declarans suæ deitatis veritatē, qua tantis donatos charismatibus, tanta mittit potestate. Apl̄s dicit se non missum ab hoībus, sed per Chr̄m Iesum, vt videas etiānum Chr̄m mittere ipsum. Sicut misit viuens pater, & ego mitto vos, ait, vt missoꝝ autoritatē nobis adumbret. Deniq; ꝙ dicit, ego mitto vos, arguit eos mēdacij, qui dixerunt, si fuissemus in diebus patrū, nō occidissemus ꝓphetas. Ecce, ait, & ego etiamnum mittam prophetas & sapientes, in quibus & vos etiamnum mensuram patrum vestroꝝ implebitis. Sic iteꝝ se verum Deum, oīa præuidentē ostendit. Seqtur:

Marg.: Misericordia Dei in nostra ingratitudine ... [illegible]

Marg.: Apostoli vocantur prophetæ, sapientes & scribæ.

Vt veniat super vos oīs sanguis iustus, q effusus est super terrā, à sanguine Abel iusti, vsq; ad sanguinē Zachariæ filij Barachiæ, quē occidistis inter templum & altare.

Grauissimā Iudæis ijs, q tunc superstites erāt, pœnā cōminat, teste Chrysostomo & Theophylacto, qa atrociora, q̄ maiores eorū, cōmiserūt, neq; à tam flagitioso ausu potuerūt reuocari. An nō occidistis Lamech, dicentē: Vindicatū est ex Lamech septuagies septies? Fratrem, dicis, nō interfecit? Sed qa nec exēplo qdē prudētior factus est, punit grauius: q̊d alibi de Deo dicit: Reddens peccatū parentū in filios. In Abele & Zacharia, q̊s hic seruator cōmemorat, nō solū prophetas, sed & oēs innocēter neci datos complectit, qa de infimitate & minimo q̊cūq; pœnas sumet iudex & conditor omniū. De Abele habes Gene. 4. Quod fide obtulerit, fide ꝑ charitatē operante ꝓditus, vides Hebr. 11. De Zacharia filio Barachiæ siue Ioiadæ, habes 2. Paral. 24. Ioiadas pōtifex summus, pueꝝ Ioas ab Athaliæ manibus ereptū, clam sustulit, atq; in religione Mosaica rite instituit. dein regē cōstituit, huius itē ꝓsidio synagogā ab oībus abusibus reformauit, regemq; in Dei timore bene institutum, ne à via recta laberetur, sedulo admonuit. Mortuo vero summo pōtifice, delinitus rex aulicorum suorum obsequijs, à religione defecit, & quod textus habet, **Velo Heezimi**, hoc est, non habuerunt aures audiendi, quo verbo & Christus hoc vtitur capite. Spiritus itaq; dn̄i induit Zachariam filium Ioiadæ sacerdotē, & stetit in cōspectu populi, & dicit eis: Quare transgredimini præceptū dn̄i &c. Qui cōgregati aduersus eum miserunt lapides, iuxta regis imperium, in atrio domus dn̄i. Et nō est recordatus rex misericordiæ, quā fecerat pater illius secū. Amitinum suū, cui vt parenti & vita & regnum adscribi debuit, & pōtificem, quē secūdum legē venerari habuit, sustulit impi⁹ rex, idq; in atrio tēpli, hoc est, intra tēplum & altare. Hic cum moreretur, ait: **Iere Adonai Veijdrosch**, hoc est, videat dn̄s & requirat. Adamantius ille Origenes Homil. 26. & Theophylactus in Matth. Zachariā hunc de Ioanne Bap. intelligūt, Sūt qui illū de duodecim ꝓphetis intelligāt, eo ꝙ parenti ꝓphetæ illi⁹, Barachiæ nomē fuerit. Sed tēpore eius ꝓphetæ, tēplū necdū erat reædificatū. Et traditiōes qbus alij nitunt, cū de patre Zachariæ, tum de eius martyrio, certæ non sunt. Chrysostomo ego accesserim, qui dicit, Zachariæ pōtificis parentē dinonymū fuisse

Marg.: Sacrilegium Iudæorum execrabile, q̊ Chr̄o & apostolis manus intulerunt.

Marg.: Zacharias quisnā ille intra tēplū & altare occisus.

Ioia

Ioiadam quippe & Barachiã, fuisse appellatũ. Conueniunt nomina tanti viri religioni. Pontifex erat, Christus erat dñi: & huic quadrat nomen Barachias, quod sonat sanctũ siue consecratũ dñi. Dein erat religiosus, atq; adeo acceptus dño, quod nomen Ioiadæ præ se fert. Accedit huc ꝙ S. Hieronymus scrupum hunc tollens, ait, scriptum esse in euangelio Nazaræoꝝ, Zachariam hunc filiũ fuisse Ioiadæ. Et circũstantiæ tehunc filiũ fuisse Ioiadæ. Et circũstantiæ respiciunt, magis ad Zachariã eum respiciunt. Deniq; teste Chrysostomo, maxima est tanti sacrilegij aggrauatio, ꝙ dicitur, Quem occiderunt inter templũ & altare. Euangelici nostrates noui, veteres Iouinia-ni, in Stoicoꝝ sententiã pedibus euntes, catholicis luctantur, peccati certos gradus & aggrauationes ex circũstantijs colligentibus. Et totus status scripturæ in libro Paralipomenon ita conscriptus est, vt liquido quisq; videat, scriptorẽ aggrauationẽ peccati regis & populi, declarare voluisse. Idẽ ex verbis sequentibus colligere possumus.

Barachias interp̃tat. — Ioiada interp̃tatur. — Sacrilegij Iudæorũ aggrauatio. — Peccata non sunt paria.

Amen dico vobis, veniẽt hæc oĩa super generationem istam.

Hunc locum apud Lucã cap. 11. ita conscriptũ habemus: Mittã ad illos prophetas & ap̃los, & ex illis occident & p̃sequent, vt requirat sanguis oĩm ꝓphetaꝝ qui effusus est à generatiõe mundi, à natione ista, à sanguine Abel vsq; ad sanguinẽ Zachariæ, qui periit inter altare & ædẽ. Respicit ad hoc q̃d dixit, Complete mensurã patrum vestroꝝ. Posterioꝝ pœna erit grauior, quia exemplum non cauerunt malũ: sic vltimi erunt primi, cum in bono, tum in malo. Hæc oĩa, ait Chrysostomus, conuertã in caput vestrum, & apertã faciam vltionẽ. Nam qui multos peccantes videt, nec eorum opprobrijs modestior redditur: dignũ est, vt maiora quàm illi, luat supplicia. Ex hoc loco colligere possumus, ter maximã esse eorum culpã, qui etiã in ecclesia manus habent ad effundendũ sanguinẽ veloces. Ecclesia vel malo semini parcit propter bonos, nec vlla nouit arma, nisi lachrymas & orationẽ. Nulla gens vnquã extitit, quæ tot & tanta intestina bella inter se cõtinua gesserit, quæ tot & tanta latrocinia tulerit, quot & quanta suffert ecclesia, maxime Germanica: vbi absoluta nobilitas est, prædari & gerere bella, seipsum vlcisci, nulli se submittere iudici. Episcopi contra cruentos eos homines vehementissime intonarent. Sed & omnis ipsorum episcopoꝝ conuersatio, in Martis & Bellonæ armis consistit. Quis ergo non metuat, nisi nos mature correxerimus, has Christi comminationes, ter gemina grauitate in nos dictas?

Posteriorum Iudæorum pœna grauior & culpa. — Germanorũ eqtũ ferocitas, ecclesiæ toti interitũ minatur.

Hierusalem Hierusalem, quæ occidis prophetas, & lapidas eos qui ad te missi sunt.

Quid sibi hæc vult duplicatio? Respondet Chrysostomus, dicens, Miserantis valdeq; diligentis affectus significationem his verbis exprimi. Beda: Hierusalẽ nõ saxa & ædificia ciuitatis, sed habitatores vocat, quã patris plangit affectu, sicut alibi eodẽ affectu fleuisse legitur. Attende, oĩa culpæ grauitatẽ adumbrare. Hierusalẽ terræ promissæ metropolis erat, vrbs vocata sancta, q̃a ibi templũ & p̃cipua Dei maiestatis monumẽta. hæc tãta vrbs in latronũ speluncã abijt, q̃d horrẽdũ certe est dictu. Quæ lapidas eos facta interfectrix, latro & homicida. Missi sunt, habet emphasim. Pater cœlestis, ex immẽsa sua in te bonitate, salutis nuncios tibi mittit, quos tu miseris modis conficies. Quæ gens vnq̃ tale aliq̃d in feciales cõmisit? Hanũ tyrannus Ammon, seruoꝝ suoꝝ pessimo seduct⁹ cõsilio, legatos Dauidis dimidia parte barbæ rasa, vestibusq; vsq; ad nates p̃cisis, cõfusos dimisit. Sed nihil hoc ad pœnas eas & cõtumelias, q̃bus Iudæi affecerũt Chr̃i ap̃los, q̃s etiã turpissima morte sustulerũt. Adde ꝙ longe minus fuit nũcium amicitiæ Dauid ad Hanun, q̃ nunciũ Dei, amicitiæ ad Israel, q̃ppe quo Israel ad adoptionẽ filioꝝ Dei accersebat. Vide, nouis doctoribus, immo seductoribus fidẽ ne adhibeas, peccata paria dicẽtibus oĩa, q̃a sic Christon vanũ exhortatorẽ efficies, & hũc locum sua propria euacuaueris virtute. Quod suprà diximus, Christum suos discipulos prophetas, sapientes & scribas appellare, hoc iam vides ex verbis Christi ipsius. Quæ occidis prophetas: ἡ ἀποκτείνουσα Participiũ præsentis tẽporis, arguit Christũ respicere ad vtrũq; tẽpus. Q. d. Interfectrix, q̃ & occidisti, & occidis, & occides. Et ap̃li, viriq; ap̃lici, qualis fuit sanctus Stephanus, reuera maioris sunt dignitatis, quàm ipsi olim erant prophetæ. Neq; item deerat illis spiritus propheticus, 1. Cor. 14. Acto. 21. Sapientes erant re ipsa, per q̃s Sapiẽtia æterna omnes huius mundi sapientes cõfudit, nõ Magos solũ & philosophos ethnicoꝝ, sed & Rabi Iudæoꝝ. De ap̃lica sapientia cœlesti ea, dicitur Luc. 21. 1. Cor. 1. 2. 3. 2. Cor. 1. Ephesi. 1. 3. Coloss. 1. 4. Iacob. 1. 2. Petr. 3. Et beatus Lucas Acto. 6. 7. sanctũ Stephanum potissimum ab hac commendat sapientia. Scribas, apostolos, apostolicosq; viros extitisse, ostendunt quatuor euangelistæ, Pauli item, Iacobi, Ioannis & Iudæ epistolæ. Eius itẽ rei argumento sunt Clemẽtis, Dionysij, Ignatij, Polycarpi, & aliorum apostolicorum monumenta sacrosancta. Voluit dominus

minus tam magnificos apostolis & discipulis omnibus dare titulos, vt eorum officium maximi faceret, etiam si aliquando piscato res, idiotæ & viles homines extiterint. Occurrendũ duxit saluator abusibus perniciosissimis in ecclesia futuris, quibus solũ ij, qui famosas statuas maiorũ suorum ostentare possunt, digni, qui in Christi apostolatum recenseantur, habẽtur. Origenes non ab re miratur, quare hic & suprà cap. 5. itẽ Acto. 7. 1. Thessa. 2. prophetæ omes dicantur ferro absumpti, cũ canonicæ scripturæ nullũ, nisi Zachariã, à synagoga oblæsum necisq; datum cõmemorent, Hieremiã, Micheam, Ananiã in carceres missos, fustigatos item, non tamen iugulatos adfirment. Hebręo. quoq; 11. variarũ cõmeminit persecutionũ & malorũ, quibus Iudæa prophetas Dei cõ fecerit, quorũ item nusquam in authentica scriptura vlla fit mentio. Verisimile est, & id mihi plane persuasum habeo, hęc in alijs Hebræorũ libris haberi. Vnde non est inconsentaneum, etiã ecclesiam talibus apocryphis, ad veritatis declarationẽ vti. Nam inde habemus Iannem & Mambrem Mosi restitisse, Esaiam lignea serra dissectũ &c. Et testimonia rituum & professionis ecclesiæ, etiã ex apocryphis, ex ethnicorum item scriptis accepta, aduersus hęreticorũ nęnias multum ponderis habent.

Quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas, & noluisti?

Sæpenumero non solũ, sed semper dñm voluisse congregare præfractos Israelitas, retro (vt Beda ait) testãtur scriptores. Quo vero & quanto affectu hoc facere voluerit, Christus benedictus pręclare hic edisserit. Quis non videat, quanto amore gallina pullos suos diligat? Ex notissimo omniũ exemplo Deus cœlestis pater suum erga Iudæos affectũ declarare voluit. Vnde etiam, teste Chrysostomo, imago & figura huius auis, sub alis suis pullos suos congregantis, apud prophetas inuenitur, Exod. 19. 25. Deute. 32. Psal. 16. 35. 56. 60. 62. &c. Seruator gallinæ more Iudæos cõgregare qdẽ voluit: sed infelices pulli maluerũt miluo diabolo prædã fieri, q̃ sub alis Dei patris saluari. Ethnici omibus malis expositi, necessitate quodammodo ad hoc asylum se recepere: quorũ si aliq, etiã maior pars, ingrati sunt, eos principes huius seculi iuxtà atq; Iudæos excæcauit, ne crederẽt veritati, & seruarent. Non Deus, sed quisq; impius suæ ipsius pditionis sibi causa existit. Qui manet in Deo, in illo vicissim manet Deus: in Deo non manens, nec in se Deum manentẽ habens, diaboli insidijs est expositus. Tollẽs Christi mẽbrũ, & faciens ex eo mẽbrũ meretricis, Christũ prodidit. Tollens templũ spiritus sancti, & violatũ redigens id in officinã Mãmonis, in speluncã Martis, in tabernã Bacchi, immo etiã in peluim & matulã vomitus, inq; lupanar calidũ, Christũ violenter expulit, suæq; sibi danationis causa existit. Nihil sic (vt Theophylact9 ait) à Deo disggit, vt peccatũ: & nihil ita ad Deũ cõgregat, vt virtus. Hic obseruet Dei timẽs homo, verba Christi contra nouos euangelistas, negantes homini liberum arbitriũ. Noluisti, ait. Voluit De9: qties, ait, volui. Viden ante hoĩem esse vitã & mortem? Scitũ est illud Eccl 15. Deus nemini præcepit impie agere. Velle & posse vocatis sufficit Deus, vt suapte culpa damnetur reus. Sed audiamus Hilarium in Matthęũ Cano. 24. dicentẽ sic: Quãuis corporeus hęc loquatur, & vniuersis homo re pertus hæc exhibeat, frequẽter tñ congregare eos voluit prædicationibus prophetarum: sed frustra hunc impendit affectũ, & in cassum tanquã gallina congregans pullos suos, continere eos sub alis suis voluit, terrena scilicet nunc & domestica auis factus, quodã corporis sui tanq̃ alarũ operimento calorẽ vt pullis suis vitæ immortalis indulgens, & in volatũ velut noua generatiõe producẽs. Pullis em̃ alia nascẽdi ratio est, alia viuendi. Nã primũ ouorũ testis tanq̃ claustro corporis cõtinent: dehinc postea parẽtis sedulitate cõfoti, exeunt in volatũ. Huius igit familiaris ac pene terrenæ auis more cõgregare eos intra se voluit, vt q cõditiõe nascẽdi editi iã fuissent, nunc alterius generationis ortu & calore cõfouentis renati, in cœleste regnũ tanq̃ pennatis corporibus euolarent. Quod qa noluerũt, domus eorũ deserta & vacua relinquet, id est, indigni habitatiõe spũs sancti erunt. Sua em̃ domus, non Dei, esse cœperunt: & in contumacia infidelitatis manentes, vsq; ad id tempus eum non videbunt, quo in dñi nomine reuertentem, etiam inuitæ infidelitatis confessione benedicent. Hæc ille.

Arbitriũ liberũ homini negare, hæreticũ est.

Gallina pullos suos congregans, ce lestis patris.

Ecce relinquetur vobis domus vestra deserta.

Beda ipsam ciuitatẽ, quã nidũ suum vocauerat, nunc domũ Iudæorũ appellat, quæ nõ immerito dñi auxilio nudata, suæ ditioni relinquitur: qa nõ solũ auis illius omnipotẽtis, quam Matthæus gallinam nuncupat, alis protegi despexit, sed & eãdem auem se protegere volentem, vulpibus deuorandã, hoc est, Herodi & Pilato crucifigendũ tradidit. Nec mora: vulpium earundem, hoc est, regum terræ, & ipsa rapinæ donatur. Occi-

Occiſo em̃ domino, venerunt Romani, & quaſi nidum vacuum diripientes, tulerunt eorum locum, gentem & regnum. Diabolus, vt in peccatis, ſic etiam in ſanguinis humani effuſione potiſſimũ lætatur, diuina vero maieſtas per vtrunq; pręcipue offendit. Propterea (vt Chryſoſtomus ait) & ſanguinem ſibi offerri voluit, vt oſtenderet, quia ſi brutorum ſanguis ita precioſus eſt, quanto magis hominis? q̃d ad Noe multo expreſſius dixit, Vindicabo omnem ſanguinem effuſum. milleq; alia inuenire poſſumus, diuinitus adeo Iudæis iniũcta, vt ab effundendo ſanguinem remorarentur. Vidẽmus exempli cauſa, Cain pœnam ſuam ſtatim ipſum præſagiuiſſe, Gene. 4. Et Ioas ſtatim, interfecto Zacharia, à Syrijs male acceptus ſemiuiuus relinquitur, vt à proprijs ſeruis occideretur. Abelis itaq; & Zachariæ dominus præcipue meminit, vt & præſentem vltionem ſubijciat, ſi forte à tanta crudelitate abſterreantur Iudæi.

Sãguinis effuſione Deus offenditur, diabolus lætitia afficitur.

Sãguinis effuſi præſens ſemp vltio.

Dico enim vobis, non videbitis me àmodo, donec dicatis: Benedictus qui venit in nomine domini.

Verbũ domini, Baruch aſcerba beſchem Adonai, Benedictus qui venit in nomine dñi, bifariam intelligi poteſt: aut enim de feſtiua acclamatione, de qua in Ramiſpalmarum audiſtis, intelligendum eſt, aut de aduentu extremi diei accipiẽdum. Illic coacti ſucclamitarunt, hic filium Dei etiam nolentes fatebuntur. Quod dicit, Non me videbitis poſthac: non dictum eſt de hora ea, in qua hæc ſaluator dixit, ſed de hora ſacræ paſſionis: nam poſt reſurrectionem ſacram nulli vnquam viſus eſt infideli & deprauato Iudæo. Tolle hunc, dixerunt ad Pilatũ. Grauis fuit illis ad videndum, Sapientiæ 2. Noluit ergo indignis ad videndum ſe offerre: aduenientem vero propediem videbunt, ſed iudicem diſtrictum. Hilarius, Hieronymus, Chryſoſtomus, Theophylactus, ſic fere interpretantur. Orãdus Deus, vt intercesſionẽ S. Stephani audiens, etiã ſanguinem vnigeniti ſui, meliora ſanguine Abelis loquente, reſpiciens, Iudæis Chriſtũ vere illuceſcere annuat: nobis quoq; gratiã ſuam adaugeat, vt in ea luce gratiæ, quæ nobis affatim apparuit, ita ambulemus, vt in gloriam gratiæ Chriſti pertingamus. Amen.

IOANNIS EVANGELISTAE FERIIS,

Euangelion Ioannis XXI.



Ixit Ieſus Petro: Sequere me. Conuerſus Petrus, vidit illum diſcipulum, quem diligebat Ieſus, ſequentem, qui & recubuit in cœna ſuper pectus eius, & dixit: Dñe, quis eſt q tradet te? Hunc ergo cum vidiſſet Petrus, dixit ad Ieſum: Domine, hic autem quid? Dicit ei Ieſus: Si eum volo manere donec veniam, quid ad te? Tu me ſequere. Exijt ergo ſermo iſte inter fratres, quia diſcipulus ille non moritur. Et nõ dixit ei Ieſus, Non moritur: ſed, Si eum volo manere donec veniam, quid ad te? Hic eſt diſcipulus ille, qui teſtimonium perhibet de his, & ſcripſit hæc. Et ſcimus, quia verum eſt teſtimonium eius.

PROOEMIVM.



Aec & alia à viceſimo capite vſq; ad hunc locum, facta ſunt poſt Chriſti reſurrectionem. Hæc vero, de qbus hic agitur, facta ſunt in apparitione tertia, cum plerìq; diſcipulorum ſolito piſcarent, & eſſent præſto Simoni Petro, Ioanni & Iacobo filijs Zebedæi, Thomas, Nathanael à Cana Galilææ, & alij ex diſcipulis Ieſu duo. Apparuit ſubinde, vt de fide reſurrectionis eos faceret certiores. Eſt em̃ articulus ille, maximi res momẽti, 1. Cor. 15. Nobis verbũ veritatis pluris ſit, quàm cordis mentiſq; noſtri infirmitas & obſcuritas: ſola em̃ nobis ſufficit fides. Præcipuum, quod hoc loco cum Simone Petro dñs negocij habet, ad paſtorale pertinet officium. Papã, ſummumq; pontificẽ eum cõſtituere voluit. Vnde tanta cũ eo egit vehemẽtia, qm̃ & magna eſt eius cõditionis ſiue dignitatis eminẽtia. De primatu Petri locuples teſtis eſt diuus Chryſoſtomus, qui hoc loco dicit, Petro totius orbis terrarũ curam cõmiſſam. Et Auguſtinus in Ioannẽ dicit, Petrũ apoſtolatus primatũ tenuiſſe. Et ſtatim ſubdit: Petrus natura vnus erat homo, gratia vnus Chriſtianus, ſuperabundantiori gratia vnus idẽq; primus apoſtolus. Porro nihil ſibi inde Petrus placuit. vnde iterũ idem ſubdit: Non em̃ à Petro petra, ſed Petrus

trus à petra. Et iterũ: Christus petra, Petrus ecclesia. Neq; itẽ statim qui vniuersalis est, vniuersus est. Primas ecclesiæ, non omnia in omnibus, sed omniũ minister. Principiũ vero, om̃ia in omnibus omnium magister. Necessum fuit, vt is qui ecclesiæ vniuersali præferendus erat, vt & cæteris ardentior amaret, exemplo Petri, qui percontatus, respondit: Domine, tu scis quia amo te. Interrogatus, amorẽ suũ ingenue fatebatur, sed se plus cæteris diligere non dixit. Petrus vir simplex & rectus, nihil simulauit, nihil dissimulauit: sed amoris sui pondus, spirituũ ponderatori æstimandũ commisit. Nouit dominus eã Petri modestiã. Sciscitabatur ergo, vt eam sub dium raperet, omnibus'q; Petri successoribus imitandam exponeret: quippe quã nouerat dignitati pontificali necessariam. Mirantur pleriq;, quare Ioannẽ quẽ plus cæteris dilexit, ecclesiæ vniuersali non præfecerit, cũ dubiũ non sit, Ioannẽ quoq; Christi amore summopere arsisse. Sed quare non mirantur, q̄ & Moses famulũ suũ maluit synagogæ p̄fici, & non filiũ? Nouit dominus, in quantũ ambitionis honorẽ hoc onus erat abiturũ: huic tanto malo obuiã iturus, Ioannẽ sanguine sibi iunctũ Petro posthabuit. Simili rõne Act. 1. Matthiã Iosepho Iusto p̄tulit. Sed hæc episcopis & episcopo℞ electorib⁹ cõmittẽtes, ad assertionẽ amoris Petri & Ioannis reuertamur. Augustinus se hoc loco admodũ torquens, multis de amato Ioanne & amante Petro disputat. De hac re q̊q; Phædrus Platonicus disputat. sed verus Christianus hic differere poterit: Inter Platonẽ & nos hoc conuenit, q̄ & ille amorẽ, magnũ Deũ, & eũ à principio esse docet: cũ & nos ex Ioanne dicamus, Deus est charitas. Itẽ, quod Platonici dicunt, aliũ amicorũ pro alio mortẽ incunctanter subire: quod & nos docemus, habentes eius præcepti exemplũ Iesum Christũ, Ioan. 15. Exemplum hoc nobis quoq; imitandũ cõmittitur, 1. Pet. 2. 1. Ioan. 3. Quantũ vero attinet ad amatũ & amantẽ, nos simpliciter fatemur, illũ priorẽ nos diligere, 1. Ioan. 4. etiã cũ inimici eramus, Roma. 5. Dein etiã dicimus alterũ ab altero pendere, Ioan. 14. Si quis diligit me, sermonẽ meum seruabit, & pater meus diliget eum. Et poeta ait:

Vt ameris, amabilis esto.

Quanquã certũ sit, neminẽ tantopere Deũ amare, quantũ amatur. De amore Dei in nos, nullũ dubiũ esse potest, qui solẽ suum æque inimicis atq; filijs suis splendere facit: nos vero videam⁹, vt cũ Petro vicissim amemus, id'q; vere, non verbo, sed opere, animas nostras pro fratribus, exemplo illius, ponentes. Petrum hoc præstitisse, historiæ testantur: Ioanni amorẽ eum minime defuisse, itidẽ liquet: is si nobis defuerit, e regno Christi defecimus. Sed nunc porro textum videamus.

Ioãnes q̃ ecclesiæ nõ sit p̄fectus, p̄ cæteris chr̃o dilectus.

Amati & amantis differẽtia.

Dixit Iesus Petro: Sequere me.

Visum fuit domino, vt Simon Petrus (cui claues regni cœlorũ credidit, Mat. 16. & pro quo precabatur, Luc. 22.) nõ morbo enectus confectus'q; occideret, sed pro euangelica veritate occideretur: neq; hoc iniuria: nam quẽ successorem in dignitate voluit, vt passionis & contumeliarũ quoq; consors esset, dignũ duxit. Grandẽ hanc rẽ sine testibus peragere noluit: aderant septẽ præcipui apostolorũ & discipulorũ testes. Priuatim vero agit cũ Petro, quia eũ apostolorũ principẽ sic voluit designare: vnde & alibi hac ratione nonnihil priuatim cũ ipso egit. Hic dicit, sequere me. Sensus est: Scis qua via ad gloriã meã iuerim, noueris idẽ iter & tibi tendendũ. Morte mea mortem debilitaui & vici, fortis vt mors dilectio. Tu itaq; si diligis me, ehodũ vade mecum. Crucis illa via ad patris omnipotentis gloriã, tibi in salutẽ, ecclesiæ vniuersali (in fidẽ tuæ professionis fundatæ) in decus æternũ est futura. Apostolatus patris mei nulla alia est ratio: ne timeas post me & mecũ ire, qui mecũ in regno patris mei cupis discumbere. Reliqui tui collegæ & ipsi persecutionẽ sustinebunt: tu vero, qui summus meus vicarius à patre es electus, mihi similẽ mortem patieris. Ego in metropoli Iudæorũ cruci sum affixus, tu in metropoli ethnicorũ cruci es suspendendus. Pastorẽ me bonũ morte mea declaraui: suppastor quoq; vt patiendo bonitatẽ suã declaret, oportet. Neq; em̃ sufficiet, si in pascendo me sequatur, nisi & patiendo pro grege asseclam se verũ meũ comprobet. Vicari⁹ meus tu eris, & idẽ meus synstauromenus siue concrucifixus. Præ cæteris te meum volo esse acoluthon, id'q; indiuiduum: fieri itaq; non potest, quin & idẽ te maneat fatum. Sub passionẽ meã dixi tibi (Ioan. 13.) Quo ego vado, nõ potes me modo sequi, sequeris vero olim. Ecce tibi nunc id fiet, nunc voti tui te faciã compotem, qui te mihi deuouisti Matt. 26. In horto nolui Iudæos tibi manus inferre, nolui tibi tũc calicẽ meũ dare, necdũ gloriosum, quia nondũ vicerã mundũ: nunc cũ videas mortẽ morte mea triumphatam, ipsum calicem meũ gloriosum tibi haudquaq̃ abnegauero, qa te consortem regni mei esse volo. Sequit:

Petrum martyriũ decuit.

Petrũ Romæ oportuit cruci figi.

Conuersus Petrus, vidit illũ discipulum quẽ diligebat Iesus, sequẽtem, qui & recubuit in cœna super

pectus eius, & dixit: Domine, quis est qui tradet te? Hunc ergo cum vidisset Petrus, dixit Iesu: Domine, hic autem quid?

Hic ad crucem vocatus Petrus, cunctantior apparet. Recepit quidem cum aliis spiritum sanctũ (quoniã charismaton Dei variæ sunt virtutes) ad remittendum peccata, Ioan. 20. sed Act. 2. vbi spiritu sancto replebatur, constãtior factus, gaudebat pro nomine Iesu contumeliã pati & cædi, Act. 5. Denique & gaudens cruci affigebatur Romæ. Hic conuersus, vidit Ioannẽ, & dicit: Dñe, hic aũt quid? Cunctationẽ & curiositatem hæc verba important. Sequebatur quidem, sed & conuertebatur. Qui mittit manum suã ad aratrũ, ne respiciat. Sepeliant mortui suos mortuos. Christũ incunctãter sequamur oportet. Petrus etiã hic, teste Beda & Theophylacto, voluit de fratre & cõdiscipulo suo cognoscere, quanã ille morte ad gloriam regni cœlorum esset transiturus. Curiositatis eius ansam peperit illi amor Christi singularis in Ioannẽ, omnibus euidens discipulis. Amoris eius argumentũ est, quod supra pectus dñi in cœna recubuit, & quod dño dixit: Dñe, quis est qui te tradet? Hæc suprà cap. 13. acta describunt, sed (quod Theophylactus adnotat) quia singularis amoris adumbrationem quandam præ se ferunt, hic repetuntur. Quanta necessitudo ea & familiaritas fuerit, qua Ioannes ad dulcissimũ Christi pectus suauiter adeo requeuit, & quod Sotera ipsum rogitare ausus fuit, theoreticus facile æstimauerit. Peculiare videmus esse Ioanni, vt se periphrasi frequenti discipulũ à dño dilectũ appellet. Specialis prærogatiua integritatis, Ioannẽ, virginis filio integritatis autori, fecerat commendatiorẽ, vt ait Beda. Et similis similẽ sibi magis concit. Traditur in historiis, dominũ Ioannẽ amore sui vel à nuptiis abstraxisse. Vnde de eo canit ecclesia: Tu leue coniugis pectus respuisti, Messiam secutus, vt eius pectoris sacra meruisses fluenta potare. Vides hic nouos euãgelicos toto cœlo errare, virginitatis merito, cui ipsi exciderunt, detrahendo. Sunt & Petri primatui nõ satis æqui illuminati illi, ne in vnũ saltem peccent apostolũ. Sed valeant homines & cœlo & terræ inuisi, nos de Ioannis amore dicere pergamus. Ioannes nõ, exceptis aliis, fuit dilectus solus, sed præ cęteris. Omnes em̃ dilexit, Ioan. 15. sed virginitatis prerogatiua hunc præ oĩbus dilexit. Virgo Ioannes fuit, virgoque permansit. vnde & in cruce pendẽs filius virginis, integro discipulo intactã matrẽ cõmendauit. Ioãnes, inquã, dño charior, sed Petrus à dño cõstitutus est cæteris maior. Hos duos plerunque historia euangelica sociat, In monte Thabor Matt. 17. apud monumentũ, quo simul cucurrerũt, suprà 20. Non ab re putemus Ioannẽ amoris Christi erga se frequentẽ mentionẽ facere. Hoc si quis miretur, videat eundẽ de charitate etiã diligentissime scripsisse. Scripsit post alios, & charitatẽ nobis cõmendauit studiosius, vt meminerimus tria esse, fidẽ, spem, & charitatem: sed charitatẽ maiorẽ esse, & fidem nõ, nisi per illã operantẽ, iustificare & saluare. Sequitur:

Cũctãtior & curiosulus Petrus corripitur.

Amoris Christi erga Ioãnẽ argumenta.

Euãgelici noui toto errãt cœlo, virginitatis merito detrahendo.

Dicit ei Iesus: Si eum volo manere donec veniam, quid ad te? tu me sequere.

Cunctabundũ & curiosulum corripit. Oportet episcopũ esse strenuũ & minime curiosum. Apostolus dicit: Quis fuit illi à consiliis? Nemo rationẽ requirat, quã vel negatã vidit Petro. Contra curiositatẽ vide Iob 9. psal. 130. Prouer. 25. Ecci 3. 8. Sic visum dño, vt Petrus martyriũ faceret, Ioannes vero sicca morte ad coronã beatitudinis transiret. Iuxta verbũ Christi, vtrique euenit. Ille Romæ crucifixus, hic Christum vsque ad excidiũ Solymarum in Iudæa prędicauit. Post vrbis deuastationem in Asia crucis vexillũ statuens, citra martyriũ ibi in Christo obdormiuit. Scrupus hic est, qui & Augustino, Bedæ, Theophylacto, & aliis plerisque negociũ fecit. Augustinus adducit relationẽ quorundã fide dignorum, qui affirmarunt se in Epheso sepulchrũ manna scatere vidisse. Coniecturã ergo inde accipiunt, Ioannẽ necdũ mortuũ esse, sed dormire, excitandũ sub aduentũ antichristi. Idẽ adstruit & Apocryphus. Iuxta hanc opinionem verbis Christi pśentibus scrupus quidem aufertur: & nos inuiti Augustino & aliis sanctis patribus obstrepimus: verum contra scripturã Ioannem immortalem facere nõ possumus. Constitutũ est omnibus semel mori. Quis est homo qui viuit, & nõ videt mortem? psal. 88. Euangelista infrà statim verbũ Christi exponit, dicens ea nõ eo pertinere, quod mortem non sit obiturus: sed illo potius, quod citra vim tyrannorum trãsiturus esset e mundo. Huc pertinet quod & historia ecclesiastica habet, Ioannem, Asia peragrata, Ephesum metropolim Asię episcopum celebrasse, ibidemque sedẽ episcopalem statuisse, atque diem obiisse. Eusebius li. 3. cap. 1. & 31. dicit Ioannẽ in Epheso episcopalẽ mitrã (quã petalion vocat) gestasse, atque ibi in dño obdormiuisse, hoc est, iuxta Christianorum dialecton, e vita migrasse. Cęterum ex hac vita profectũ adfirmat temporib'

Ce... cu... bus.

Sepul... Ioan... manna...

Ioan... mor... nõ im... sed ... cio... cus.

poribus Neruæ Cæsaris, qui illũ ab exilio Patmos, vbi tyrãnide Domitiani exulabat, liberę remisit. Vide Eusebiũ lib. 3. cap. 18. 20. Hieronymus dicit eũ in Ephesο conse-nuisse, tandẽ senio grauatũ, circa annũ dñi 68. humanis excessisse. Et Tertullianus ad-firmat eũ in feruens coniectũ oleũ, atq; il-læsum exiisse. Colligimus ergo, Manere, hic nõ significare, à mortis debito absolui, sed nõ mori ad exemplũ Christi. Nõ est in-consentaneũ, ꝙ Beda hic mysteriũ colligit vitæ cõtemplatiuæ in Ioanne, & actiuæ in Petro. Sic eñ quadrat, quod Maria dicit optimã partẽ elegisse, minime ab ea aufe-rendã. Atq; hæc hactenus. Latet adhuc alius scrupulus in verbo, Donec: quod alij accipiunt, quasi Soter dixerit, Ioannẽ per-mansurũ in Galilæa vsq; ad tempus Vespa-siani: alij interpretanť, tantisper dum mihi collibet: alij accipiunt de aduentu dñi ad iu diciũ extremũ: alij de hora mortis Ioãnis. Quãlibet ego ferã, præter eam, si quis, Do-nec, velit accipere ad eũ sensum, quo intel ligendũ Gene. 8. Matt. 1. Sed vt meã quoq; opinionẽ adijciam, dico hic nõ dici: sic eũ volo manere, sed, si eũ velim vel volo ma-nere, ἐὰν αὐτὸν θέλω μένειν. q. d. Si eũ sic ve-lim manere à mortis debito absolutum, & simpliciter nõ mori, nonne hoc ipsum p̃-stare potero, qui vitam & mortẽ in manu mea habeo? Locutio est cõditionalis, non determinatiua, queãdmodũ suprà 17. deter minatim dicit, Vbi ego sum, ibi sit & disci pulus meus. Mat. 16. Luc. 9. Qui vult me se qui, tollat crucẽ suam &c. Luc. 22. Pater, si vis, transfer à me calicẽ istũ. Conditiona-les modos loquendi à determinatis secer-nens, sensum efficiet illustrẽ. Accedit no-stro sensui appendix siue clausula, Quid ad te? q. d. Potero eũ exemplo Enoch & He-liæ in finẽ mundi viuum à morte p̃seruare: quod si fecero, nihil hoc ad te. Tuũ nõ est scire huiusmodi mysteria. Tua interest, tuę satagere vocationis, & videre qui illi rite respondeas. Te ad crucẽ voco: ego de alijs videro. Non video vt aliquis obscurum lo cum persimilẽ Matt. 16. exponat: Sunt qui-dam hic stantes, qui nõ gustabunt mortẽ, donec viderint filium hominis venientem in regno suo. Hic siquidẽ locus æque diffi-cilis est intellectu: quod vel inde cognobi-le fit, ꝙ omnes discipuli fato concessere. Quid ergo attineat obscurũ locum per ob-scurũ exponere? Origenes, Chrysostom⁹, Theophylactus, & pleriq; alij, hoc Donec referunt ad transfiguratiοnẽ statim ca. 17. sequentem. sed neq; sic ille locus hunc sa-tis illustrauerit, quia hunc ille diu antecessit. Demum multum lucis attulerit Melito episcopus, qui memoriæ prodidit, Domi-num S. Ioanni apparuisse, fatumq; illi suũ indicasse: quod videtur cõsentire cum eo, q̃d hic dicitur, Donec venero. Sed nũc por ro sequentia videamus.

Conditio nalis locu tio, Si eũ volo ma nere.

Exijt ergo sermo iste inter fratres, quia discipulus ille non moritur. Et non dixit ei Iesus, non moritur: sed, si eum volo manere donec veniam, quid ad te?

Vide quanti momenti sit, verbũ Dei re-cte intelligere: vt videas, etiam apostolos gr̃a & illustratione spũs sancti opus habu-isse. Dubium nõ est, prophetas, euãgelistas & apostolos, per eundẽ spm̃, ac per hoc in eodẽ sensu, locutos esse & scripsisse. Neq; itẽ dubiũ est, quin apostoli & euangelistæ ecclesiæ suorũ scriptorũ natiuũ sensum tra-diderint, iuxta hoc q̃d Apostolus dicit, euangelion p̃dicatũ esse gentibus, & rece-ptũ in gloria, vtiq; in gloria ea, de qua & ecclesia dicitur orthodoxa, rectæ gloriæ: q̃ nõ est, sibi soli sapere, & scire q̃d alij nesci-ant: sed hoc tenere, q̃d est catholicũ & re-ceptissimum. Vnde & Apostolus hoc loco correxit sensum nõ orthodoxum: q̃d nisi p̃stitisset, error ille vsq; ad nos quoq; esset propagatus. Necessum cũ primis esse vide mus, vt in orthodoxo sensu, qui κοινός, id est, cõmunis dicitur, nos cõtineamus. No-uis eñ scripturarũ discussionibus quibus-cunq;, error inest. Huc facit, ꝙ dñs vetat verbis suis cũ addi, tum demi, Deut. 4. Pro uerb. 30. Obseruandũ & hoc, ꝙ Moses & prophetæ semper oraculis suis, tanquã vi-ce prooemij, præmittunt: Hæc dicit domi-nus Deus: acsi dicant: Non est nostrũ ver-bum q̃d dicimus, sed ipsius Dei. Adde ꝙ & dñs dicit Exo. 4. Ego ero in ore tuo, & do cebo te quid loquaris. Et ad Esaiam dicit: Ecce dedi verbũ meum in ore tuo. Simile dicit Hiere. 5. Apostolus quoq; certus fuit, se verbũ Dei habere (iuxta hoc, ꝙ & domi nus verbũ suũ in os eius posuit, Act. 9.) cõ-mendans Thessalonicensem ecclesiam ex hoc, ꝙ verbũ suũ nõ secus q̃ verbum Dei recepissent, 1. Thess. 2. Credidit Deus ver-bum suũ legatis suis: vnde q eos audit, Deũ audit, Luc. 10. Balaam nihil aliud loqui po tuit, q̃ q̃d illi Deus ostẽdit, Num. 22. & 24. Qui ergo nõ credamus, sanctos prophe-tas, apostolos & euangelistas, verbum Dei simpliciter sine vlla cõmissione elocutos? Et naturalis æquitas exigit, vt magnorũ he roum legati, negocia sibi cõmissa bona fi-de peragãt, nihil q̃ q̃d audissent, narrãdo. In Iliade Homeri maximopere vides, Irin & Mercuriũ, etiã Iunonẽ & Palladẽ, Iouis cõmissa executos, eius verba Græcorum &

verbũ dei locuti sũt p̃phetę & apostoli, idẽ etiãnũ loquũtur oẽs ortho doxi.

Troianorũ ducibus tanta recensuisse fide, vt ne vnicũ quidẽ verbulũ variarint. Et po eta sciens hoc æquitatis esse & dignũ scitu, diligentissime hoc ita descripsit. Caducea tores itidem à magnis regibus aliquo missi, religiosissimo adstringebantur sacramẽto, ne quid aut adijcerent, aut subtraherẽt: tanq̃ si Taltibius aut Ideus m tteretur ad dicendũ aliquid aut perficiẽdũ. Nec item principes quoq; ipsi inter se alij alioꝝ causas agentes, nihil verbis eorũ quorum causas agunt, demunt aut addunt: sic Hector fratris sui Paridis mãdata militibus, & verba Helenes Troianis matronis vel ad syllabam enarrat. Sic Vlysses regis legatione fungẽs ad Achillem, Agamemnonis verba tanq̃ ex eius ore ꝓtulit. Et Thootes Mnesthei verba neq; adauxit, neq; cõtraxit, nedum nõ peruertit. Quod si prophani ethnici tanto sacramẽto & religione audita candide profantur, quis dubitet, idẽ longe sanctius à sanctis factũ prophetis, apostolis & euangelistis? Hic assuesceret homo verbis proximi sui nihil addere aut demere, q̃d propriũ est Famæ, Iræ iritatæ deorum filię, iuxta hoc Maronis:

Fama malũ, quo non aliud velocius vllum
Mobilitate viget, viresq; acquirit eundo.

Et Naso ait de eadẽ Iræ iritatæ deoꝝ filia:

Quæ veris addere falsa
Gaudet, & e minio sua ꝑ mẽdacia crescit.

Et iterum:

Mensuraq; ficti
Crescit, & auditis aliqd nou⁹ adijcit autor.

Falsum testimoniũ qd dicere

Apud Christianos Christi verbũ regnaret, dicẽtis: Sit sermo vester, est est, nõ non. Et quid falsum dicere testimoniũ, Exod. 20. q̃ audita maligne propagare? Nugandi studium sequitur, mendaciũ: mendacium, falsum testimoniũ: falsum testimoniũ, sacrilegiũ: quale fuit Iudæoꝝ, Matt. 26. & Act. 6. vbi in Christũ, & in Chri discipulũ S. Stephanũ, multa falsa vides testimonia. Sed vt ad euangelistã reuertamur, Vult Petrũ vocatũ esse ad martyrij palmã, non se. Petrus præcipuus acoluthus Christi, sic præcipue Christum habuit sequi. Sic & Laurentius Sixti diaconus, S. pontificẽ Sixtũ sequebatur. Ioannes, qui ex alioꝝ apostoloꝝ albo fuit, hactenus à summo sacerdote discernebatur. Hic, vt hoc, quod alios monem⁹, de sermone autoris integre reddendo, pręstemus, Egesippũ de * Ioãne & Petro scribentem, ad verbũ adducam. dicit ille in loco suprà citato: Et iam tempus aderat, q̃ sancti vocarent apostoli Petrus & Paulus. Deniq; dato, vt cõpræhẽderent, ꝓcepto, rogabat Petrus vt sese alio cõferret. Resistebat ille, dicens nequaq̃ se facturꝝ, vt tanq̃ metu mortis territus, cederet: bonũ esse pro Christo pati, q pro oĩbus se morti obtulisset: nõ mortẽ illã, sed immortalitatẽ futurã: tanq̃ indignũ * ratus vt ipse fugeret passionẽ sui corporis, q multos sua doctrina cõpulerit se hostias pro Chr̃o offerre: deberi sibi secundũ dñi vocẽ, vt & ipse in passione sua dño Chr̃o gloriã & honorẽ daret. Hæc & alia Petrus obtexeret: sed plebs lachrymis querẽs, ne se relinqueret, & fluctuantẽ inter gentilium procellas destitueret, orare. Victus fletibus Petrus, promisit se vrbẽ egressurũ. Proxima nocte salutatis fratribus, & celebrata oratione, proficisci solus cœpit. Vbi ventũ est ad portã, vidit sibi Chr̃m occurrere, & adorans eũ, dixit: Dñe, q̊ vadis? Dicit ei Chr̃s: Iterꝝ venio crucifigi. Intellexit Petrus de sua dictum passione, q̃ in ea Chr̃s passurus videtet, qui patitur in singulis, nõ vtiq; corporis dolore, sed quadã misericordiæ cõpassione, aut gloriæ celebritate. Et cõuersus, in vrbẽ redit: captusq; à persecutorib⁹, cruci adiudicatus, poposcit vt inuersis vestigijs cruci affigeret, q̃ indignus esset, q simili modo crucifigeret, vt passus est Dei filius. Quo impetrato, vel qa ita debebat, vt Christus ꝓdixerat, vel qa persecutor nõ inuitus indulget pœnarꝝ incrementa, & ipse & Paulus, alter cruce, alter gladio, necatus est. Hactenus ille. Et Sept. Tertullian⁹ subscribit, dicẽs: Petrus & Paulus Romanis euangelion, sanguine quoq; suo signatũ, reliquerũt, lib. 4. contra Marcionẽ. Idẽ lib. de ꝓscrip. hæret. Felix ecclesia (de Roma loquitur) cui totã doctrinã apostoli cũ sanguine suo profuderũt. Vbi Petrus passioni dñicæ adæquat, vbi Paulus Ioannis (Baptistæ) exitu coronat, vbi apostolus Ioannes posteaq̃ in oleũ igneum demersus, nihil passus est, in insulã relegatur. Iterũ de sancto Petro Irenæus lib. 3. cap. 1. ait: Petrus & Paulus Romæ euãgelizarũt, & fundarũt ecclesiã. Postea & Ioannes discipulus dñi, q & supra pectus eius recubuit, edidit euãgelion Ephesi Asiæ cõmorãs. De S. Ioanne suprà audistis, nempe eum ci tra violentiã tyrannicã obijsse diem. Nostra q in hac ꝓsenti vita adhuc degim⁹, nostrã voluntatẽ Deo offeramus, & ad oĩa nos promptos exhibeamus. Olim cũ in primitiua ecclesia maiori charitatis igne ferberent, ad mortẽ martyrij in mirũ modũ anhelabant, optabatq; quisq; pro se sanguine suo testimonium dare verbo veritatis. Quod cũ ex Origenis scriptis, tum etiã potissimũ ex sermone S. Cypriani de mortalitate, viderẽ est. Hodie propemodũ martyrium factũ est erubescenda turpitudo: tanta tempoꝝ & morum est peruersitas. Nos qui in hæc periculosissima incidimus tempora, vel id agamus, si non martyres

cũ

cum Petro, saltē confessores cū Ioanne occidamus. Qui mauult, iuxta 2. Reg. 24. in manus Dei incidere, q̄ in hominū, videat ne martyrio iniuriā faciat, martyrū merito & gloriæ derogādo. Certū est, martyrū gloriā in cœlo esse magnā, Matt. 5. Videat itē qui cupit citra martyriū vitæ soluere debitū, ne illi Dei amor desit: is em̄ si nobis fuerit præsto, possumus (teste Gregorio) cum Ioanne sine gladio ad martyrij palmā pertingere. Inter alia eius martyrij genera, nō postremū est, in carne citra carnē viuere. Cæterū etiā beati oēs q in dño moriuntur.

Hic est discipulus ille, qui testimonium perhibet de his, & scripsit hæc: & scimus quia verum est testimonium eius.

Quod scimus, loquimur: & ea quæ vidimus, testamur Ioan. 3. Sed quia nullū testimoniū stat in vnius ore, Deut. 17. 2. Cor. 13. habet Ioannes plures collegas testes, q̄s hic adducit. Apostolos in testimonium electos vides Act. 1. 2. 10. 26. In priori epistola idem apostolus & euangelista diligenter vrget testimoniū hoc fidele huius libri, nobis hoc ipsum cōmendans. Neq; itē temere se ad hoc testimoniū literarij monumenti euangelista Ioannes ingessit. Marcion, Cherinthus, Hebion, & huius farinæ antichristi, postq̄ peruersa doctrina ecclesiam Chri cōmaculassent, Ioannes q tum adhuc superstes fuit, ab oībus Asiæ episcopis crebris quodāmodo cōuicijs adactus, hoc testimoniū protulit. Sed neq; cōpelli potuit, nisi prius indicto ieiunio, ecclesia pro eo ad dñm Iesum interprecatricē se sedulā statuisset. Viderint nostri polygraphi, nouæ p̄sertim sectæ, quos insatiabilis illa scribendi & cōsarcinādi vexit insania: viderint, in quā, quā demū gloriā apud Deū & homines sint relaturi. Sedentarij cerdones, nō Chri p̄cones sunt, q tot tractatulos, tot libellulos, tot glosulas & cōmentariola, q̄stus & gloriæ causa corradūt, totq; Mecœnates auribus prurientes sibi eligūt. Antichristi p̄cursores, immo etiā veri antichristi sunt, q nō vocati veniūt. Beatus q spermologos eos legere dedignat. Qui tangit picē, inquinabit ab ea. Hæresis lepra est & carcinoma: à cuius cōtagione tuti esse non possumus, nisi fœda ea & abominabilia libellorū & voluminū portēta exploserim⁹ oīa, sanctorūq; patrū qui traducē doctrinā tradūt, amplectamur ab integro. Sed hoc p̄stare nō possumus, nisi p veritatis signaculū & arrhabonē, spm̄ sanctum, q obnixe est ad hoc inuocandus. Hic testat & ostendit, sanctos patres veros eē hagiographos, sanctorū prophetarū, apostolorū & euangelistarū interpretes. Hoc veritatis sigillo si rite fuerimus cōmuniti, sirenas miseras nihil nisi lugubres nænias elatrantibus, securi enatabimus. Ad hoc etiā prodest de traduce sacra bene sentire, hoc est, ecclesiæ maiestatē recte nosse. Quid per Deū aliud est nostra fides in vniuersum, q̄ ecclesiæ catholicæ & eius orthodoxæ cōmunis professio, à qua si vel tantillū exorbitauerimus, in errorū abyssum incidimus? Per manus maiorū, euangelij sensus nobis est traditus: nā & prisci interpretes nihil aliud, q̄ quod vel traditio certa, vel cōmunis oīm ecclesiarū professio fuit, memoriæ tradiderunt. Qua de re q certior factus fuerit, dixerit cū Augustino: Euāgelio nō credere, nisi maiestas ecclesiæ ad hoc me cōpelleret. Qui hac de re satis nō est institutus, omni doctrinæ vēto est obnoxius. Tā nouorū scriptorū librorū plaustris, q̄ Iudæorū Thalmud, q̄ Mahumeti Alcoranis fidē nō habet, q ecclesiæ catholicæ sensum vel minima parte degustauerit. Nihil em̄ cōtra vnicā Chri ipsæ inferorū portæ p̄ualebunt. Atqui nos q verū Iesu Chri testimoniū traduce sacra hausim⁹, curemus, vt & illi respondeamus: nō sola fide, neq; ampullatis p̄sonatæ sapiētiæ verbis, sed fide ea, quā nobis p̄sens noster, iuxtà atq; alij, euāgelista tanto studio inculcat, nēpe p charitatē operantē, p verā cum mētis tū corporis castimoniā, deniq; p verā integritatē atq; pietatē. Ad hoc ipsum adsit nobis amoris sancti omnisq; pietatis autor, qui Ioannem ipsum præ cæteris castitatis merito amauit, Iesus Chrs virginis filius, cui laus & gloria per æterna secula seculorum. Amen.

Ioannes plures testes adducit.

Ioānes temere non scripsit.

euāgelistę nouo polygraphi.

Spūs sanctus S. patrū monumēta obsignauit veritatis arrhabone.

S. patrum autoritatē recte p pendēs, hæreticorū nugas statim videbit.

IN FERIIS S. INNOCENTVM, EVANgelium Matth. II.



Ecce angelus dñi apparuit in somnis Ioseph, dicens: Surge, & accipe puerū & matrē eius, & fuge in Aegyptū: & esto ibi, vsquedū dicā tibi. Futurū est em̄, vt Herodes quærat puerū ad perdendū eū. Qui consurgēs, accepit puerū & matrē eius no-

cte,& secessit in Aegyptum. Et erat ibi vsq; ad obitum Herodis: vt adim pleretur quod dictum est à domino per prophetam, dicentem: Ex Aegypto vocaui filium meum. Tunc Herodes videns quoniã illusus esset à Magis, iratus est valde: & mittens, occidit omnes pueros qui erant in Bethlehem, & in omnibus finibus eius, à bimatu & infrà, secũdum tempus quod exquisierat à Magis. Tunc adimpletum est quod dictum est per Hieremiã prophetam, dicentem: Vox in Rhama audita est, ploratus & vlulatus multus: Rachel plorans filios suos, & noluit consolari, quia non sunt.

PRAEFATIO.



Duo hic pcipue, Christo deuoti, notabitis: alterũ de Iosepho iusto, alterũ de Herode truculento. Ille spiritu Dei plenus, angelo monente, cũ puero Iesu & Maria matre eius fugit in Aegyptũ: hic spiritu maligno obsessus, suapte malitia, odio vnius pueri, innumeros sustulit. Et quanuis mystice in quolibet infantium Christũ occiderat, nõ tamen personæ pueri, quam odio habuit, & quasi regni temporalis inuasorẽ timuit, nocuit, nec id quod timuit, effugit. Vtrũq; horum euangelista prophetica autoritate fideliter adstruit, alterum ex Hosea, alterũ ex Hieremia. Et hoc obseruatu dignum, q͡p præsens euangelista cæteris studiosius veteris testamenti adducit testimonia, fidei nostræ certum ponens fundamentum, vnde & primum in ordine euangelistarum sibi locum vendicat.

Mattheus studiosius veteris testa. testimoniis vtitur.

Ecce angelus domini apparuit in somnis Ioseph, dicens.

Angelici spũs ministri Dei, nõ noie, sed re.

Spiritus angelos suos atq; ministros flãmam ignis facit Deus, tantosq; suos angelos & ministros nobis custodes constituit immensa eiusdem benignitas. Inde fit, vt toties in specie humana, masculina potissimum, sanctis visi sint patribus. Et nihil fere eximium actum est, quod diuina maiestas nõ angelorum ministerio perfecerit. Hoc cum vndiq; legenti sacras scripturas occurrat, missum hæc mysteria faciamus, quę de angelis dici poterant: de somniis vero agamus, cum in eum locum iam incidimus. κατ᾽ ὄναρ, id est, per somnium, habet contextus. Ethnicorum (qui præcipue somniorum superstitioni dediti fuerunt) exempla & autoritates, vt catholicã veritatẽ cuiuis testatiorem faciam, adduxero. Augustinus siquidem & ipse in lib. de spiritu & anima, somniorum quinq; genera recensens, Macrobiũ pene de somniis videtur imitatus. ἐνύπνια, hoc est, insomnia, quibus diuina maiestas cum in veteri, tum in nouo testamento cũ suis agere solet, hic statim à vulgaribus & iis naturalibus somniis sunt secernenda. Naturalium causa aut est constitutionis, aut conuersationis, aut affectionis, aut cibi potusq; infartionis. Nam proxime & secundum cogitationes hominis assiduas, humiditas quoq; maxima fertur somniorum esse causa. Vnde & Plinius dicit, insomnia homini in vere & autumno vt plurimũ contingere. Item hominẽ magis somniare cubito supino, at prono nihil. Idem affirmat etiã infantibus, equis & canib⁹ sua esse somnia. Idem ratiocinatur dicens: Sensibus exterioribus per somniũ occlusis, non quiescunt interiores. Atq; inde somnia. *Item, Certe somnus est animi recessus in mediũ sese. Phantasmata sæpenumero homini accidunt talia, qualia forte fortuna facta sequũtur. Fit itaq;, vt mortales aliquid somniis tribuant: quod nihil aliud est, q̃ tentatio diaboli, q per tale phãtasma, cui aliquid simile secutum est, tẽtandi occasionẽ accipit. Recte de his somniis dicit ethnicus:

Somnio rũ ratio.

Somnia ne cures. ceperunt somnia plures.

Macrobius quoq; de talibus ait: post somnium nullam sui vel vtilitatem vel significationẽ relinquentes. Et Maro Virg. ait:

Sed falsa ad cœlum mittunt insomnia manes.

Plinius addubitat, an somnia, præscita aliqua animi quiescentis existãt, lib. 10. ca. 75. Magnus Alex. versiculo Græco somniorũ fidẽ frequẽter eleuabat. Sane Plinius Iunior in epistola solatur Suetoniũ, qui p insomnium vidit, se causa sibi indicta, certo dic casurum. Plinius vero monet, ne causam eã die indicta dicere supersedeat. Somnia enim ista, contraria, hoc est, egregiã actionem portendere. Siquidem & sibi quoq; nõnihil tale euenerit, quod tamen prospere cesserit. Et hoc superstitiosum. Cicero somnia prorsus docet esse vana, in lib. diuinationum. Bruto somnorina imago visa fuit satis horrenda, quam Cassius satis superq; confutabat. Inuenimus etiam interpretes somniorum Dario somnia sua inter-

interpretando, fauorem regium vnice captasse. De Hagiographis infrà: nunc de ethnicis, q adeo superstitiosi hac in re extiterũt, plura videamus. Verisimile est, nocturnos cacodęmones miseris illusisse, vt fide certa non prædíti, somnia fatalia crederẽt: vnde etiã Onirocretica, hoc est, ars interpretãdi somnia, est nata. Amphictyonẽ quendã artẽ eã inuenisse aiũt. Somniorum ethnicorũ pleraq; adducã. Cornelius Ruffus somniauit se esse cæcũ: & expergefactus, cæcus est factus. Mithridates in somnio à Cneo Pompeio vincebatur, q̃d ita sequenti die statim est verũ factũ. Simonides Poeta admonitus somniãs, ne se nauigio instanti die credat, acquieuit admonitioni: & nauem eã quæ soluit, nõ procul à littore vidit frangi: quare lætatus, se vitã suã potius somnio, q̃ nauigio commisisse. Agesilaus vidit se alterũ fore Agamẽnona. Alcibiades faciẽ suã muliebriter depingi in somnijs vidit. Calphurnia somnians Iulium amplexari se interfectũ, & amarissime deflere, & sequenti die ille clam ferro est superatus. Demosthenes in insomnijs ab Archita occidi, & somniũ statim secuta est veritas rei. Ephor⁹ vidit quatuor columnas apud Spartã euerti, nec id vane. Eumenes somniauit se videre duos Alexandros inter se cõserere manus: alterum Palladis auxilio, alterũ Cereris p̃sidio: & eum victoriæ cõpotem euasisse: q̃ somnio audito, Alexander cautior est factus. Ille in phãtasmate vidit Satyrũ: interpretabãtur illi, Satyrum: Sa, id est, tua, Tyrus ciuitas: qua non multo post est potitus. Antigonus vidit se aureas serere micas, quas postea reuera alius collegit. Cassio Parmensi apparuit noctu horrida imago, statura prolixa, forma difformi subnigra: q̃ rogata, respondit se esse cacodæmona. & statim à visione ea, à Iulio Cæsare est neci datus. Cn. Aureliũ Iupiter ĩ somnijs, q̃ faceret, q̃ve fugeret, monuit. Et Lucull⁹ Veneris iussu barbaros inuasit, & vicit. Hammo noctu Lysandro apparuit, Minerua Artorio, Virgilianus Hector Aeneæ. Tiberius itẽ Gracchus fratri suo Caio in quiete apparens, prędixit, simile sibi q̃q; fatum imminere, quale tulerit ipse. Mario iunio ri Maior q̃q; per quietem visus, monẽs vt sequẽti die à pugna sibi abstineat: q̃d ille contemnẽs, à Sylla est superatus. Alexander post mortẽ suã Pyrrho est visus itidẽ dormienti præsidium polliceri: promissis ille fidens, palmã ex cæsa hostili turma retulit. Lucullus in somnijs admonit⁹, vt sibi ab Autolyco caueret. Themistocles secundum quietem putabat se in draconẽ mutatum, in excelsum aera abripi. Hannibal superatus, vidit colubrum omnia contaminantem: quod arioli interpretabantur, Italiam per ipsum iri deuastatum. Astyages per somnium cõspexit, ex naturalibus natæ suæ, quæ illi vnica fuit, enatã vitem, cuius palmite oĩs Asia obumbrabatˀ, q̃d & ita euenit. Glaphyrę q̃q; somniũ ad veritatis effectũ peruenit: neq; eñ effrenæ libidinis gaudia longa habuit. Sic multinubis, quibus appetitus est pro ratione, merito modus figitur. Artorio videbatur in ludis gladiatorijs Retiariũ sibi iugulũ ferire: q̃d postera luce plane insperato contigit. Sic suos dementauit mentiũ seductor diabolus. Hieronymus in Matthęum cap. 27. de vxoris Pilati visione disserẽs, affirmat etiã dñm ethnicos in somnijs admonere. Pharao & Nabuchodonosor, teste eodẽ, Dei iudicium somniando contra se viderunt. Sed hoc specialis dispẽsatio. Proprie vero diabolus eos q fidẽ Dei nõ habẽt certam, per phantasias somnorinas maiorib⁹ subinde errorib⁹ inuoluit. Atq; hæc de ethnicorũ insomnijs: nũc ad nostra veniemus. Hiob cõqueritur se visionibus noctis conturbari cap. 7. Et cap. 33. Deus ostenditur noctu per quietem hoĩbus loqui. Atqui hoc Gregorius moraliter, vt cætera, exponit. Iudã Machabæũ põtifex Onias & Hieremias propheta cõtra Nicanora in somnijs pugnare cohortãtur, suam apud dñm illi intercessionẽ pollicẽtes, 2. Mach. 15. Apud Iohelẽ & Acto. 2. etiã de somnijs agit, sed somnia ea in q̃bus electos erudit Deus, magis sunt oracula lucis, q̃ somnia noctis. Hieroñ. dicit: Prophetã Danielem perfectã interpretãdorũ somniorũ sciẽtiã habuisse, & p somnia ceu p symbola q̃dã & ænigmata res vidisse futuras. Itẽ in q̃st. Reg. Dñs respõdebat p somnia, eo q orãdo & ieiunãdo poscebãt sibi fieri oraculũ diuinũ, & dñs p somnia illis reuelabat quę futura erãt. Idẽ dicit se in somnijs admonitũ, vt ab ethnicorũ lectione sibi tẽperaret. in Apol. cõtra Ruff. De somnijs & visionibus istiusmodi vides 2. Cor. 11. Acto. 16. 18. 28. Itẽ ibidẽ præclarũ exemplũ habes de alienatione mentis Petri, cap. 10. Christiani hæc vt Dei certa oracula veneramur, sed cætera execramur oĩa, nõ cõtra Iosephi & Danielis exẽpla, sed aduersus vesanorũ hominũ cõmenta: eorũ nimirũ, qui se q̃q; iactant habere enypnia, chremotismos siue oromata. Hic simpliciter nitimur verbo dñi apud Hiere. ca. 27. vbi dr̃: Nolite vr̃os audire Halomthechim, hoc est, somniatores: eos nimirũ, qui (secundũ Hieronymum) exẽplo Ioseph & Danielis, somniorũ sibi interpretandorũ sciam mẽtiebant. Idẽ propheta cap. 23. inuehit cõ-

Somnia fatalia cre[illegible] [illegible]

Somnia fideliũ pleraq; sunt oracula.

cõtra prophetas, quorũ somnia erãt mera mendacia. Hi sunt, teste eodẽ, somniatores ecclesiæ, q suos errores & opiniones tanq̃ certa oracula alijs obtrudunt, dicẽtes: Somniaui, somniaui. Corripit Manasses, ꝙ inter cætera Onen, hoc est, somniorũ interpres atq; ariolus fuit. Onen siue Meonen, significat etiã pstigiatorẽ & obseruatorem dierũ & horarum, quæ obseruatio proprie est augurij. Cõtra huiusmodi obseruatores vanitatũ, habes Leui. 19. Deu. 18. Quanq̃ somniatores ibi originali dictione Halom nõ exprimant, vere tñ cõpræhendunt sensu: qa tales cũ vetus tum nouũ condemnat testamentũ: vnde & Hieronymus legẽ eã nõ semel cõtra somniatores adducit: psertim hoc facit super Esaiã, vbi ait: Nõ attendenda somnia & auguria, Mose scribente, cognoscimus, quæ habuerunt gentes. Ecclesiast. 5. vbi multa somnia, ibi multæ vanitates. Hieronymus in eũ locũ ait: Ea quæ somnij sunt, cõtemne, sed Deum time solũ. Qui eñ somnijs crediderit, vanitatibus se & ineptijs tradet. Et cõtra Ruffi. dicit: prophetarũ hoc à nobis contendũt oracula, ne somnijs credamus. Augustin⁹ de Gene. ad literã, scribit de insomnijs amantiũ, ꝙ cõcumbũt sæpe etiã cõtra propositũ suum. Fit hoc ex phantasia, q̃ accidit in cogitatione sermocinãtis. Idẽ inuehit cõtra somniatores lib. 18. de ciui. & lib. 22. cap. 22. Contra falsarũ rerũ terrores, qbus somniantes perturbamur. Gregorius lib. 8. moral. cap. 18. itẽ libr. 4. dial. vanitatẽ somniorũ taxat, distinguẽs naturalia ab oraculis diuinis, q̃le (vt ad textũ redeam⁹) fuit Iosephi somniũ, clarius & pstãtius somnijs Iosephi genearchæ. Sed nũc ipsum videamus somnium.

Sõniorũ interpres Manasses corripit.

Surge, & accipe puerũ & matrẽ eius, & fuge in Aegyptũ: & esto ibi, vsq; dũ dicã tibi. Futurũ est eñ, vt Herodes q̃rat puerũ ad pdendũ eũ.

Fidelis nuncius: nihil addit, nihil tollit, nihil dissimulat, nihil fingit. Rem omnem ordine pandit. Surge, ait in psenti. q. d. Incunctanter tibi est fugiendũ. Sed ne sis solicitus vbi tibi sit manendum, Dñi est terra & plenitudo ei⁹. Dñs tecum erit, iuxta hoc quod est Gene. 21. 1. Paral. 22. Beda: Quod dominus, ne ab Herode occideretur, sublatus est à parentibus in Aegyptum: significat, electos sæpius malorum improbitate suis effugandos sedibus, vel etiam exilio damnandos. Vbi simul exemplum datur fidelibus, ne dubitent rabiẽ persequentiũ, vbi oportunũ fuerit, declinare fugiendo, cum hoc Deũ ac dominũ suum fecisse meminerint. Crux Mariæ Christi genitricis hic ordit ur, Simeonis vaticiniũ hic suũ effectum sortitur. O dolor, o pietas. Heu mihi, quid cõmeruit integritas? Quare extrudit innocentia? Sed fugit virgo, quia inuenit grãm apud dominum, vt crucis sortiatur pmiũ. Absportat verbũ, quia caro factũ est, alioqui phantasma credi potuisset. Theophylactus ait: Fugit dñs, vt credat, ꝙ reuera sit homo. Nam si in manus incidisset Herodis, & nõ fuisset occisus, opinati fuissent incarnatũ eũ apparẽter. Angelus nõ solũ fugam maturare iubet, sed & locum, vbi delitescant, indicat. Rationẽ item fugæ declarat, nẽpe iram vesani regis. O bone Deus, quot etiamnũ sunt. Herodiani? Vbi eñ. p Deum oro, veritati tutus est locus? Arguis hæreses? adest tibi insectator Herodes. Culpas superstitiones? vrget te item Herodes. Sed qui Christi est, meminerit baptismi. Christus natus puer, imperiũ humeris suis impositũ habuit. Cruci ergo omni renato subeundũ, alioqui regnum cœlorum nunquam subierit. Sed ad contextum. Miraris quare potissimũ filium suum miserit pater cœlestis in Aegyptum? Designabat eum, Agnũ tollendis criminibus mũdi natũ. Vnde in Aegyptum fugit, vt eam sanctificaret. Duæ (teste Theophylacto) sunt regiones, omnis nequitiæ officinæ, Babylon videlicet & Aegyptus. Illa per Magos suscepit adorantem, hanc sua præsentia sanctificauit. Iterum obseruandum, qua diligentia integritatem Mariæ perpetuam, angelus cohonestet atq; testetur. Nõ dixit hic, vt adnotauit Theophylactus, Accipe vxorem tuam: sed, matrem eius. Nam quoniã suspicio soluta erat, & iustus per miracula ex partu probauit, ex spiritu esse omnia, non vltrà vxorem eius illam nominauit. Atque hic vides, ob quam causam desponsanda Iosepho virgo perpetua fuerit. Factum certe, vt ille huius diligentem curam gereret. Et Hilarius ait, Aegyptum etiam tum idololatriæ labe inquinatissimam fuisse. Iterum idem grauissime inuehitur cõtra hæreticos, perpetuæ virginitati Mariæ detrahentes: adfert & hoc quod statim sequitur, Accipe puerum & matrem eius, & reuertere in terram Iuda. Et hoc Lucæ: Erat Ioseph & mater eius mirantes. Lux veritatis satis est luculenta: sed qui in hæreticorum tenebras declinat, sua culpa in suam perniciem hoc fecerit.

Fuga dñi in ægyptũ quid significet.

Sequitur:

Qui consurgẽs, accepit puerũ & matrẽ eius nocte, & secessit in Aegyptũ. Et erat ibi vsq; ad obitũ Herodis: vt adimpleretur q̊d dictum est à do-

à domino per prophetam, dicentē: Ex Aegypto vocaui filium meum.

Fidei veræ periculū fit per obedientiā & charitatē. Pereant filij Belial, de sola fide sibi placentes. Ioseph bonus ille vir, ilicet Dei iussis hic paret: non disputat, non nectit morā, nocte statim ea surgit, &, q̄d sibi mandabatur, fuga sec̄ suosq̄ subtrahere studet. Poterat dicere: Quid? Heroden credam filio Dei prævaliturum? Nusquam pedem mouebo, certus Herodis irā nihil tanto puerulo nocituram. Poterat etiam dicere: Deest mihi pecunia. Manebo ad aliquot saltem dies viaticandi causa. Vel tu angele, si ablegas, viaticū quoq̄ subpeditares. Si nescis, ἐφόδιον tantum iter magnū requirit. Poterat item causari iacturam reꝝ, quā ex fuga ea facturus erat. Sed nihil horum hic audis: quia vbi spūs domini, ibi libera & prompta ad oīa voluntas. nam q verbo Dei credit, verbo Dei non obedire nō potest. Vnde Ioseph, dulci rupto somno, statim spissis se credidit vmbris. Pedes ibat, fauente nocte & aura. De luce æterna sibi commissa solicitus, cætera Deo commendabat. Hæc est Abrahamica fides absoluta, vere iustificās. Fuga item hæc Mariæ puellulæ teneræ, hominū frequentię insuetæ, q̄ fuerit grauis, qs non videat, præsertim cui maxima cura tenelli diuiniq̄ infantuli incubuit? Adde q̄ & Aegyptus adeo fuit idololatriæ labe infecta, vt ibi nō modo canes, cati, sorices, pisces, serpentes, vermes, sed & cepe & allia adorarentur. Aegyptus contermina est Aphricæ: Palæstinam habet ab occidēte, ab oriente Assyriam: Nili exundatiōe fœcundaī, & historiographis & poetis celebris. Iudæis vocaī Mizraim, à filio *Ham. Hic quadringentis ferme annis grauē seruitutem seruierunt filij Israel, vnde etiam forte qui nobis venerat seruire, illuc concedere voluit. In Aegypto inter Heliopolin (quam Alcair hodie & Aegypticā Babylonem vocant) & inter Memphim nobilissimā vrbē, dicūt esse locū nomine Matharea, ibi Iosephū cum matre Iesu & puerulo nostro septē annis habitasse ferūt. Visitur hodie basilica *molle opus cū crypta magnæ impensæ & operę, etiā in eo loco, vbi primo cū in Aegyptum hospitio receptus est, antequā ad Mathaream venisset. Neq̄ pro fabula habendū, quod vulgo dicitur de fonte Mariæ, vnde nata fertur balsamus, vbi etiamnum miracula fiunt, non Christianis modo, sed & Saracenis ipsis stupescēda. Veꝝ hic quas miserias ꝑpessi sunt Ioseph & Maria, q̄s labores exanclauerint, q̄bus sudoribus se sustinuerint, infantemq̄ diuinum aluerint, quis fando se speret posse assequi? Hinc pedē non mouerunt, sed constātes fide, longanimes spe, in multa patiētia, angeli reditū atq̄ reuocationē expectarūt. Sic oīa ad verbi dñici præscriptū sunt ꝑficienda, nihil addendū, nihil detrahendū. Beatificādi qui sustinēt: ecce tibi noctu, puta in potestate tenebrarum, qua Herodes furere ꝑmissus, in fugā se coniecerūt, sed in clara die e postliminio redierūt. Sic per iter mirabile suos ducit dñs. Nihil temere fecit, nihil ociose vn̄ & hic adducit Euāgelista scripturæ testimonium, nempe Oseæ cap. 11. vbi dicitur: Mi Mizraim karathi, Libni, hoc est, Ex Aegypto vocaui filiū meū. Verba sunt patris de monogene suo dño nr̄o Iesu Christo: qui ex Aegypto cū esset reuocandus, vt primum illuc cōcederet, necessum fuit. Oportuit etiā tāta cædes per Heroden fieri, sed væ illi, q̄ talia suapte malitia patrauit facinora. Hieronymus sup Matthæū ad vaticiniū huius declaratione adducit similem locum ex Numeroꝝ libro cap. 24. vbi dicitur: El mozio mi Mizraim, hoc est, Deus duxit eum ex Aegypto. Quāquā eadē verba etiā habeātur cap. 23. Sed quis ausit Euāgelistæ citationē incōsentaneam suggillare, qui reuera ꝑ spiritū sanctū suū cōscripsit euangelion? Et quis negauerit Balaam Christū præsignare, cū dicit stellam ex Iacob orituram? Sed cū hæc oīa sibi satis cōstent, hūc locū adiectione sentētiæ beati Hilarij claudendū puto. Dicit ille super Matthæū: Christus ad gētes inanissimis religionibus deditas trāsit, & Iudaicā relinquēs ignorantiā, seculo colendus, infertur Bethlehem, id est, Iudæā martyꝝ sanguine redundantem. Herodis vero furor, & infantiū mors, populi Iudaici in Christianos sæuientis est forma, existimantis se beatissimoꝝ martyꝝ cęde posse in oīm fide & professione Christi nomē extinguere. Sequitur textus:

Tunc Herodes vidēs, q̄m illusus esset à Magis, iratus est valde: & mittēs, occidit oēs pueros qui erant in Bethlehem, & in omnibus finibus eius, à bimatu & infra, secundū tempus quod exquisierat à Magis.

Attēde hō q̄d possit ambitio. Legis cultor fuit Herodes, habuit suos cōcionatores, q̄les & habēt nostrates, locū 1. Reg. 10. fac q̄cunq̄ venerint in manus tuas, q̄a dñs tecū est, illucidātes, & ius regis cap. 8. declarātes. Veꝝ ē q̄d Cicero ait lib. de amic. In vita tyrānoꝝ nulla est fides. Veꝝ hoc: q̄m illis fere oībus sempꝑ rōne ē volūtas.

Obedientia sine charitate nulla.

Maria nō sine maximo labore Christū Aegyptum asportauit.

Aegypti futuram exilio christo, prophetæ prædixere.

Ambitionis crimē quātum.

Dij sunt terræ, Deũ cœli, præ vapore huius seculi, in cœlo videre non possunt. Talem siquidẽ eum putant, qui omnia eorũ facta probare cogatur. Magi orientales hic Herodem ad iram concitatam iram prouocauerunt, ꝙ in infanticidium regi nõ seruierunt. Cõstituit rex puerũ natũ regẽ Iudæorum interimere. hoc tam sacrũ propositũ ꝙ non promouerunt, grauiter in regiam maiestatẽ peccauerunt. Sic indignans & frendẽs Achab, super verbo Naboth Iezraelitæ, dicentis: Non dabo tibi hæreditatẽ patrũ meorum. * Nunquid hæc tanta iniuria etiã redundat in ipsum Deũ? Potestas *nunquid oĩs à Deo? *Nunqd q resistit potestati, Dei ordinatiõi resistit? Immo etiã Deus q̃q; reus læsæ maiestatis, q Herodi locũ eũ vbi puer erat, ipsumq́; pusionẽ nõ indicauit, iuxtà atq; Magis. Talia audet Deus: nã & (vt adnotauit Theophyl.) sic illusit Pharaoni per Mosen. Pharao non absimilem tyrannidem in pueris Hebræorũ exercuit. Sed maius Herodis crimen, qui pueros Hebreorum indigenas interemit & cõciues. Ingenium hoc Herodianũ hæreditario quodammodo iure occupauit Alexãder pater Hyrcani, q vnà octingentos in foro crucifixit Iudæos, iugulatis prius eorum vxorib⁹ & liberis, teste Egesippo. Spiritũ eum furoris in Solymam Turcarum tyrannum measse diceret Hungaria. Herodes hic Tyronem vnà cum filio eius trucidauit, nulla alia culpa, q̃ ꝙ ille resistere non potuit. Satis ergo, iuxta apologiam, satis nocuit. Accedit truculentiæ Herodianæ, ꝙ Pheroras germanus eius frater, à fratris tyrannide nunquam tutus fuit: sed quid ego de fratre dico, cũ proprios filios suos Alexandrum & Aristobulũ ferire iugulo & orco demittere veritus non sit? Idem post excidiũ Hierosolymitanum ne capto quidẽ pepercit Antigono, sed eum vnà cũ vxore & liberis trucidauit. Animam quoq; agens, suis præscripsit, vt se mortuo, primatibus populi mortem infligerẽt, vt vel sic gaudiũ q̃d populũ de sua morte cõceptum pridir, aliqua parte perturbaret. Macrobius lib. 2. Satur. dicit Augustum dixisse, malle se porcum esse Herodis, (puta eius, de quo euangelista agit) q̃ prolem: quippe qui instar Saturni, qui filios etiam quos ex Rhea*, mactauit, ꝙ audisset se ab aliquo eorundem e regno iri deiectũ, liberos suos mactet. In numero innocentum martyrũ fertur infans quidam occisus filius Herodis. Nunc perpendamus Herodianã crudelitatẽ, dignam quę apud Christianos in prouerbiũ abeat, qualis apud ethnicos crudelitas Neronis, Medeæ, & aliorum hoc genus monstrorum. Plutarchus Herodis mentionẽ faciens in Antonio, dicit eum primo Antonio cõtra Augustũ fuisse cõfœderatum, postea aduersus Antoniũ cũ Augusto pugnasse. Et hoc tyrannorum est, vt ait:

Herodis tyrãnis.

Augusti dictũ de Herode.

Herodiana crudelitas in ꝓuerbium iret.

Nulla fides illis extat q castra sequũtur. Meniorẽ laudẽ Herodis paucis perstingit, dicẽs: Sepulto Herode, libera, vt in defunctos solet, iudicia populi depromebãtur: grauem fuisse illum & intolerabilẽ, iniusta imperia in ciues exercuisse, tyrannũ, nõ regẽ, suorum parricidã domesticũ, expilatorẽ publicũ, nemini quidq̃ dereliquisse, tributis exhausta oĩa, locupletatos alienigenas, Iudæos exanimatos, q templo hostem induxerit, sacrata omnia sacrilegio cõtaminarit, beatos q defecissent, cũ tormenta viuentibus nõ deessent &c. Immitiorem Dario, Artaxerxe superbiorem, Medis rapaciorem, superasse finem malorum. Titulus ille commoneret nostrates mansuetudinis in cõciues & fratres. Et quid est quod tantopere sæuiunt tyranni, cum nihil efficiãt? Iesus Nazarenus prædicatur & adoratur rex Iudæorum in æternum: quia hoc illi, antequam Herodes nasceretur, ita à domino Deo fuit prędestinatũ. Rogas quare Deus pueros occidi permiserit? R̃ndet Theophylactus: Vt in illis Herodes suã ostẽdat malitiã. Iterũ ait: Nunquid vt ostendatur illius malitia, ideo debuit pueris fieri iniuria? Audi igitur: quantũ ad Herodem attinet, iniuria est, & puericidium horrendũ: sed quantũ ad pueros, nõ est violentum homicidium, sed martyriũ, pueris ad aureolã & gloriam. Infantia Hebræorũ infantem Christũ honorifice excepit: quem postea adulti senesq́; superstites turpissima morte cõdemnauerunt. Florem hũc puer Iesus suauissimum præcocemq́; fructum decerpsit, sciens in quos tribulos & sentes abituri erant. Coronam infantes electi & Deo dilecti, non quidem faciendo, sed certe patiendo meruerunt: nec illis credenda est defuisse ratio, vbi tanta Dei fuit gratia.

Sunt itaq; & martyres & confessores, innocẽtes infantes. Sunt & doctores, quippe qui sanguine scripserunt proprio, non sepia aliena. Scripserunt, per passionem iter esse ad consolationem, quod sic quoq; legis Ioan. 15. 16. Itẽ in epistolis ad Roma. & ad Timotheum. Bethlehem domus panis interpretatur, sed Iudæi lignum prædurum miserunt in ipsam domũ atque panem. Lignum Cæsaris item præscriptio, lignũ paupertas, lignum inhospitalitas, lignũ pſepe, lignũ præsepiũ. Adeo ne ipsa quidem Bethlehẽ est sine cruce. Bethlehemiticos masculos interemit tyrãnus, molles fouit & effœminatos adulatores. Sed iuxta literã, masculos occidit, qa Chr̃m masculũ esse

ciae collegit. Bethlehemitanos vero, quia in Bethlehem Christum natum resciuit. A bimatu & infrà, quia tātum fere spatij inter tempus hoc quo sapientes de natiuitate Christi consuluit, & quo Magos Orientales audiuit, effluxit. Nam nō multo post Magorum abitum, accusatus, Romā proficiscebatur. ibi cum in gratiā cum Cæsare redijsset, ferocior & insolentissimus inde domū ad penates suos cruentos reuertebatur, Christoq; Dei insidias tēdere nō cunctabatur: sed nequicquam. Non enim est consilium cōtra dominū: q̄d in Nohe, Loth, Iacob, Ioseph, Mose, Dauid, Helia, Daniele & alijs electis omnibus liquido videmus. Diceret Herodes: Pusio Bethlehemitane, vicisti: eodem loquendi modo, quo Iulianus dixit, Vicisti Galilæe.

Tunc impletum est, quod dictū est per Hieremiam prophetam, dicētem: Vox in Rhama audita est, ploratus & vlulatus multus: Rachel plorans filios suos, & noluit consolari, quia non sunt.

Euangelista hic alium testem veteris profert testamenti, nempe Hiere. cap. 31. vbi sic legitur ex Hebræo: Kol berama nischma nehibechi thamrurim. Rahel mebaccaß al baneha, Meana lehinachem al baneha, ki ineni, Hoc est, Vox in excelsis audita est, vlulatus, eiulatus, amara querela. Rachel luget filios suos, nec vult consolari, quia non sunt. Verba hæc propheta de populo Israel protulit, adumbrās lugubre tēpus captiuitatis duarū tribuum Israel & Beniamin, in Chaldæam abactarū. Eius captiuitatis miseriā declaraturus Vates, Rahel siue Rachel inducit lugētem, q ex ea tribus Beniamin originē traxit, Genesis 35. Ibidem vides eandem ex partus periculo extinctā, atq; ibidē loci sepultā. Monumentū Rachelis, euntibus à Solymis ad Bethlehem, est ad dexterā. Ibi duodecim item erant lapides, à protogene Israelis Iacobo erecti. Huc alludit propheta, dicēs Rachelem plorare filios suos, puta tribum Beniamin, & præcipue Bethlehemitanos. Facit vero Rachelem magis lamentari, q̄ Iacob, quia mulierum proprie est eiulare. Hæc omia si recte æstimauerimus, liquescet, prophetam etiā huc respexisse, & oraculū hic proprie locū habere. Pueri innocentes, sanguis sunt Rachelis. In terra ea vbi infanticidium hoc patratū est, Rachel partus dolore obijt, atque ibi tumulata existit. Deniq; cui magis competit sugentes infantulos trucidatos deflere, quàm Racheli, hoc est, puerperæ trib⁹ Beniamin? Sic Hieremias longius spirit⁹ oculorum aciem direxit: huc prospiciēs, quemadmodū & Oseas in loco suprà adducto. Non autem hoc fit detorte, violenter & improprie, sed apte & proprijssime. Magis prope huc mystice quadrat ploratus Rachelis, quàm literaliter ad captiuitatem duarum tribuum. Quid enim Racheli cum nepotibus Liæ sororis & ancillarū Balæ & Zelphæ? Hic pprie & vnice Beniamin nepotes deluget. Vetus translatio proprietatem eā graphice dilucidat, sensui magis q̄ verbis consentiens. sic enī habet: Vox in Rhama audita est. Rhama locus est Palæstinæ excelsus: & excelsum, si vertas, significat. Deniq; & in Bethlehem finibus erat situs. fortis itē fuit tribus Beniamin, qui (vt dictū est) Rachelis extitit filius. Rachel consolationem recusans, inducitur, quia propago seu sanguis suus nō est, puta in hac vita: quia animæ sunt immortales. Corpora non sunt, quia exanimata sunt. Non vult consolari, quo declaratur nobis districtū Dei iudicium, qui tyrannis (q̄a statim nō punit) dormitare videt. Rachel significat ecclesiam, & in Rachele crux ecclesiæ imminens designatur, quia in enitendo moriebatur. Videbūt tyranni in quos confixerunt, & quos hic risui habuerunt. Videbunt an ploratus & vlulatus ille excelsus, hoc est, clarus, longe lateq; sonans, ad aures Dei Sabaoth non ptingat. Dominus Iesus, cui sapit id quod mundo est surdastrum, sanctis innocentibus pro nobis intercedentibus sancto suo martyrio, nos miseros quoque dignetur ad suam gloriam, Amen.

Rachel tribus Beniamin fuit mater.

Rachel lāgēs inducitur & nō Iacob.

Rachel reuera luxit innocētes pueros.

Rachel proprijssime deplorauit innocentes pueros.

IN FESTO CIRCVNCISIONIS CHRIsti, Euangelium Lucæ II.

POstquam consummati sunt dies octo, vt circuncideretur puer, vocatum est nomen eius Iesus. Quod vocatum est ab angelo, priusquam in vtero conciperetur.

Præ-

PRAEFATIO.



HIc videmus quid sibi Moses velit, dicens: Suscitabo prophetã de medio tui, hoc est, verum Iudæũ, vtiq; legis obseruantem. Hunc prophetam quod Iudæi Christum agnoscere nolunt, videmus eos etiam pro eorũ culpa excæcatos, iuxta comminationẽ eam, qua Deut.10. ait: Ego vltor existã. De cæcitate ista vide Matth.15. Roma.11. Acto.28. Verbũ caro factũ est, Ioan.1. Circuncidi vero voluit, non quasi legi aliquid debuerit, neq; vt circuncisionẽ & alia legalia perpetuaret, sed vt se verũ Iudæũ, atque adeo prophetã illum à Mose promissum, ostẽderet, & vt legi pro oĩbus electis suis satisfaceret. Qui hodie post sacramentorũ ecclesiæ institutionẽ & vsum, circuncisionẽ redintegrare volunt, Christũ negãt, similes ethnicis, qui olim iuxtà atque Iudæi circunciduntur. Turcæ hodie circunsecantur, sed sibijpsis in condemnationẽ. Origenes testis est, etiã olim circuncisos Aegyptios, Arabes, Aethiopes, Phœnices. Sanctus Hieronym⁹ idẽ testat̃ de Aegyptijs, Saracenis, Idumęis, Ammonitis & Moabitis. Sed ethnici nequidquã præcidebãtur oẽs, q̃a sine Dei pręscripto hoc fecerunt. Apud Iudæos suã virtutẽ habuit, quatenus sphragis Dei iustitiæ, nõ ipsa absoluta iustitia, fuit. Roma.14. Fuit & signũ fœderis Dei cũ Iudæis. Gene.17. Nunc post baptismũ (qui teste Origene, circuncisioni successit) circuncisio non est peritome, sed catatome, Phil.3. Hoc est, vt dicit diuus Hieronym⁹, Non *es circuncisio, sed concisio: non filia Dei, sed filia latronis. De qua re infrà in fine huius lectionis. Ipsam audiamus.

Circuncisus Chr̃s, nõ vt legalia ppetuaret.

Circũcisi etiã olim ethnici, sed ociose

Postquam consummati sunt dies octo, vt circuncideretur puer.

Qui iuxta sententias patrum, nec morti aliquid debuit, neq; legi debitor fuit: sed q̃ mortalitatẽ pœnalẽ vltro assumpsit, vt nos ab omni pœna liberaret, idẽ pro nobis legis *oneri subire voluit, vt omnẽ culpã auferret, & nobis seruiẽs, debitũ nostrũ oĩe exolueret. Spiritus sancti instinctu igitur matri visum fuit, vt filiũ suũ primogenitũ legis ritu circuncidendũ synagogæ offerret. Obseruandũ hic, circuncisionẽ etiã ante Mosen fuisse, nempe in familia Abrahæ. De legali circuncisione, cuius auspex fuit Moses, habes Leuit.12. De ea quæ ante legem fuit, habes Gene.17. Hic etiã vides, vt intelligas euangelistã Ioannẽ cap.7. dicentem, Circuncisionẽ esse ex hominibus: puta Abrahamo & alijs patriarchis. Circuncisus itaq; Iesus, vt se filiũ Abrahæ declararet, ne quis de propheta per Mosen promisso, ambigere possit. Noluit itẽ offendere Iudæos, quorũ frater secundũ carnẽ esse dignabatur. Grauiter offendisset eos Maria, si filiũ suũ Abrahamici sanguĩs subtraxisset circuncisioni. Et Christus ad templi ingressum admissus non fuisset, nisi legi p̃ sphragida circuncisionis initiatus. Præputiati quantũ Iudæis inuisi fuerint, vides Ioan.4. Quid circuncisio sp̃ualis significet, & octauus dies, in fine huius sermonis audietis. Sequitur:

Marię spiritus sc̃ti instinctu visum fuit, vt puer circuncideretur.

Circuncisio fuit ex patribus.

Vocatum est nomen eius Iesus.

Quemadmodũ nostris liberis nomina in baptismo indimus, sic synagoga suis infantibus nomina in ipsa statim circuncisione imposuit. Et in denominandis hominibus synagoga multũ fuit solicita, quod in oĩm fere patrũ nominibus, vsq; ad Ioannem Baptistã, luce videmus clarius. Pulchrũ est, biblica nomina propter historiæ sacræ decantationẽ, facere frequentissima. Barbarica nostratiũ nobilitas, magis psittacos, coruos, leones, lupos, q̃ Petros & Paulos se gaudet vocari. Atq; istis nominibus adeo superbit, vt ea vulgo inuideat. Abrahæ nomen Dei prouidentia vna litera adauxit, quæ vnã literam Sarai nomini detraxit. Eadẽ Iacobũ Israelem vocitabat, Gene.25. Rachel filiũ quẽ in pernici dolore peperit, ab euentu rei appellauit Beniamin. Ethnici quoq; egregia facta denominatione liberorũ suorũ designabant: quod apud Homerum de filio Hectoris, & apud Hesiodũ de Pandora liquescit. Pueri itaq; nostri nobis & nati & dati nomen, haudquaquã ociosum est æstimandũ. Hoc eñ, quod reuera est, nomẽ eius adumbrat. Saluator est, saluator item dicitur. Sunt q̃ nomen Iesu volũt esse tetragrammaton, hoc est, quadriliterũ, iuxta nomen Dei Iehoua siue Adonai, quod nõ solum nomen Dei est, sed & essentiã Dei secundũ originalem suã significationẽ importat, vt Haua siue Haia, ab essendo deducat̃, Exod.3. De qua re alibi. Et reuera, Iesus nomen plenum supernarum virtutum esse videmus, quippe in quo se omne flectat genu, Phil.2. Quod nihil aliud est, q̃ nomen Iesu æque esse sacrosanctũ, atq; Adonai: quod etiamnũ Iudæi non minori prosequuntur cultu, q̃ veri catholici sacram venerantur eucharistiam. Recte Iesu nomen, Dei essentiam repræsentat. Est eñ Iesus vnum cum patre & spiritu sancto, filius Dei, Matt.16. verus Deus, Ioan.1. Hieremias item Christum Adonai appellat, cap.33. quanquam ille locus, ratione pronominis fœminini, scrupulum habeat. Veruntamen neq; Iudæi,

Arra-

Arriani inficias possunt ire, locum eum de Messia esse intelligendũ: qui zidkenu, hoc est, nostra iustificatio, interpretatur, iuxta Septuaginta & Hieronymũ. Et secundũ Apostolũ, ipse est iustitia nostra, quatenus per ipsum Christũ, citra omnem legis prærogatiuã & meritũ, in consortiũ filiorum Dei sumus recepti. Non est ergo, quare valde laboremus in pronomine fœminino Hiere. 33. cũ idẽ propheta cap. 23. non obscuris verbis Christũ iustificatorem appellet, dicẽs: vezeschmo ascher ijkreu Adonai zidkenu, hoc est, Et hoc est nomẽ, quod vocabunt eum, Dominus nostra iustitia. Rabbi Hanina Messiã quoq; Deũ vocat nomine tetragrãmaton, secundũ Hebræos Arba othiots, Latine *quadriliterum. Ionathan habet (vt autem alio) in suo Thargo Esa. 28. Messia, vbi aliàs legitur Adonai, manifesto argumento, quod & ille Iudæus Messiã Deum credidit. Si cui hęc non sufficiunt, nomen Immanu El (quod Emanuel legunt) addat. Nomen El (sine omi cõtrouersia) Deum significat. vnde Eli Deus meus dicitur, Psal. 22. Mat. 27. Emanuelẽ eum e virgine nasciturum prædixit idẽ propheta cap. 7. Nomen itaq; Iesu, propriũ Dei nomẽ nobis habendũ, pro quod tot miracula apostoli & apostolici viri ediderunt Luc. 10. Act. 19. Proprietatẽ nominis Iesu, collige ex Esaię 9. vbi Deo plenus Vidẽs, Messiã primo vocat Pele, quod mirabilẽ sonat, qualis penitus est Deus in omnibus suis factis. Deinde dicit Joetz, hoc est, consiliarius, quod certe verbũ est in principio. Tertio vocatur El, de quo dictum est. Et quis Deo existat à consilio nisi Deus? Quarto dictus est Gibbor, quod fortem significat: ad Dei omnipotentiam quod referendũ. Quinto dicitur Abi ad, hoc est, Pater vsq; idem manens: quod Septuaginta reddiderunt, πατὴς τ̃ μελλόντωρ, hoc est, Pater futurarum rerum. Paternitatẽ eam dulcẽ, tunc primũ recte agnouerimus, quũ erimus sicuti ipse iam est, vt ait Ioãnes. Postremo appellat Sar Salmon, hoc est, Princeps pacis, siue Dux pacificus. quo respicit Apostolus ad Ephes. vbi dicit, nos erga Deũ pacificatos per corpus Iesu. Sed breuiter virtutẽ nominis Iesu S. Matthæus cap. 1. paucis cõplectitur, dicens: Jesua, ki huioschia eth ammo me hatotham, hoc est, Iesus: qui ipse saluabit populũ suum à peccatis suis. Et in noĩe Iesu prædicatur remissio peccatorum in omnes gentes, Luc. 24. Hic non fallit nomen Iesu, insynceritas vero multos sua frustrat. Pœnitentiã agentibus per nomen Iesu peccata dimittũtur, impœnitentibus non itẽ. Vides apud Lucam pœnitentiæ vocẽ, verbũ indulgentiæ præcedere: & apud Matthæũ audis veritatẽ dicere, se venisse homines ad pœnitentiã vocare. Hic nomen Iesu efficax. Iesus, Iesua, Iehosua, Mosca, Nosa, Osca, significatione homonyma sunt: Græcis soter, nobis saluator siue seruator reddi quodq; horũ poterit vocabulorũ. De peccati remissione potissimũ accipienda salus illa, quam vocabula designant. Iesus olim nomẽ fuit propriũ, commune oĩbus, & inefficax apud omnes. Dumos pręcipue Iesos habet scriptura insignes, filium Naue, successorẽ Mosis, & filium Iosedech sacerdotẽ magnũ. Ille fuit dux populi exeuntis seruitutẽ Aegyptiacã, hic exeuntis captiuitatẽ Babylonicã. Noster vero Iesus, ipsa via est & dux ad cœlestem patriã, Matt. 25. Hoc regnũ est & sacerdotiũ, quod vnice docet euangeliũ, cui nõ pręualet inferorum ius & peccatũ. De noĩe Christus, quod non propriũ, sed officij & tituli nomen est, aliàs. Hic vero sciendũ, in nomine Iesu etiã Christi officiũ exprimi, vnde etiã in virtute noĩs Iesu, apparet Iesum Nazarenum Marię virginis filiũ, verum esse Christũ, nec alium expectandũ. Proprietatẽ diuinã sibi retinet, sed officij virtutẽ nobis impertitus est. Fideles ergo in Antiochia, se magis Christos seu Christianos, quam Iesos aut Iesuanos appellare maluerunt. Iudæi Christi officij exortes, nostrũ sotera nõ Christum, sed Iesum malũt vocare, quod hoc proprium apud eos sit nomen. Cæci hoĩes vel inuiti & præter mentẽ, maius nomen nostro Saluatori permittunt, nimirum nomen Iesu, proprie Deo conueniens. Sacerdotes & reges omes, sunt Christi, non autẽ *Iesu. Apostolus nunc Iesus, nunc Christus, sine vlla differentia ponit ad Galatas, Iesus Christus vnà effatur. Euãgelista Ioãnes, magis noĩe Iesu vtitur. Viderit qui Christi Iesu est, ne his noĩbus temere & in vanum vtatur. nomina sunt plena sacramẽtorum & charismaton spiritualiũ, quæ sine grandi sacrilegio temere vsurpari non possunt. Præclarum nomen Abrahę, nobile nomen Dauid, immo etiã dulce nomen Maria, sed salutificum & sanctum nomen Iesu, cuius gratia oẽs sancti sunt glorificati.

Quod vocatũ est ab angelo, priusquam in vtero conciperetur.

Præsenti animo hoc adiecit Euangelista, ne quis putet, dño nostro suum nomen humano saltẽ cõsilio aut casu, esse inditũ. Baptistæ nomẽ à Deo est. ait eñ mater: Ioannes est nomen eius. Plurimũ itaq; refert scire, nomẽ Iesu e cœlo venisse. E cœlo, inquam, venit, quia archangelus Gabriel hoc nomẽ inde attulit, puerumq; istoc suo nomine cũ ante, tum post conceptionẽ, necdum natum nominauit. Porro cum e cœlo

Nois Iesu Hebraica homonyma.

Iesus olĩ fuit nomẽ propriũ cõmune.

Nomẽ Iesus, etiam Christi proprietatẽ refert.

Iudæi malunt Soterã nrm Iesum q̃ Chrm vocari.

Chri multi, vnus Iesus.

Iesu nomẽ nõ humano cõsilio Mariæ filio inditum.

Iesu nomen æternitatẽ arguit.

lo venisse audiamus, æternũ hoc plane ve-
neramur. nihil enĩ in cœlo est, nihil inde ve
nit, nisi quod æternum existat. Puerum, an
te conceptionẽ, Iesum vocatum esse vides
Luc. 1. post conceptionẽ eo nomine appel-
latum, antequã virgo gloriosa pareret, vi-
des Matt. 1. Iesu itaq; nomen hoc sanctissi-
mum, nomen hoc plane saluificum & diui
num, diuino puerulo diuinitus, tanq̃ ppri-
um, est inditũ. Quod olim tot typis prælu-
sum est in tot Iesis siue Iesibus, hoc statim
in virgineo partu ad suũ effectũ venit. Vn
de adhuc Dei nutu puerulus ille vocat⁹ est
Iesus, quia ipsum est semẽ, quod caput ser-
pentis contriuit, etiã cum conciperet. Ac-
celerare hoc, fuit prædari, & festinãter spo
lia detrahere, iuxta Esaiam. De prædicati-
one tanti noĩs, non quantũ sufficit, sed tan
tum quantũ nostra paruitas potuit, disseru
imus. nunc quẽlibet admonitum velim, vt
quisq; pro se solerti & vigilanti intentione
studeat hoc nomen sanctissimũ sancte ve-
nerari, vt eius virtutem mereatur persenti-
scere, atq; saluari. De circuncisione nunc
dicẽdi locum arbitror esse: quod vere hac
de re in præsentiarũ dicam, hoc pręsertim
habeo, vt fidelem quemcũq; admoneam,
ne se tali legi aliquid debere putet. Catho-
licis om̃ibus constat, Christum non esse le
gis ministrum. Neq; ergo se legi subiecit,
quasi & nos quoq; legi subiectos voluerit.
Vltro se legi, cui obnoxius non fuit, subdi-
dit, vt, quod non debebat, solueret, & ne Iu
dæis partim infirmis, partim malignis, vel
erroris vel calumniarum ansam relinque-
ret. Impium dicerent, & tanquam alieni-
genam reijcerent, nisi circuncisum, & per
om̃ia legis pręcepta probatum scirent. Cę
terum ipse dominus sabbathi, non mini-
ster: autor gratiæ, non irrogator culpę. Le
gislator ipse est, quem nobis *Moses com
mendat, dicens: Ipsum audite. Legislator
ipse est, quẽ nobis Moses designat, ex me-
dio Iudæorũ excitãdum. Moses tantisper
erat audiendus, donec ille noster legislator
venisset. post eius aduẽtum, Moses legem
suam esse solutam ipse fatetur. Legem cha
ritatis ille nobis commendauit, legi illi sal
tem sumus obstricti, quia legislatori Chri
sto Iesu saltem sum⁹ deuincti. Legem eam
nobis serio commendauit Ioann. viij. xiij.
&c. Legis eius exemplum nobis in lotione
pedum discipulorum, et in acerbissima sua
passione reliquit, Ioan. xiij. xv. 1. Ioã. 3. &c.
Si q̃d in Mosaica lege huic præcepto con-
sentit, hoc præstare habemus, non Mosis,
sed Christi discipuli. Præstam⁹ autem hoc
promptius, quo Christi præceptũ est & le-
uius & absolutius. Facile factu esse vides,
1. Ioan. xv. Absolutum ipse fatetur, Matth.
vij. dicens, inde propendere legem totam
& omnes prophetas. Et Apostolus legis ĩ
nem dicit esse charitatem. Quod si Chri-
stus circuncisionem & opera legalia nobis
ad salutem necessaria cẽsuisset, certe ea no
bis obseruãda commisisset: spiritus itidem
paracletus per ipsos apostolos ad legis ob
seruationẽ nos vocasset. sed ecce tibi pneu
ma sacrum vndiq; in apostolorum prædi-
catione à legis nos asserit onere: tantũ ab-
est vt nos legis seruos esse velit. Scitum est
hoc Apostoli Galat. 5. Si circuncidamini,
Christus vobis nihil proderit. Ecclesia ita-
q; filijs suis circuncisionem non solum non
præcipit, sed prohibet. Circuncisi, debito-
res legalium onerum constituebant. nunc
quia circũcidi non tenemur, legalium ope
rum immunes nos esse, vltro liquescit. Ba-
ptismus, teste Origene, nobis circuncisio-
nis est loco. In baptismo chrismate vngi-
mur, & regale sacerdotium in Christo de-
signamur. Christi ergo Christum induti,
non perpetiemur nos in legis seruitutẽ adi
gi. Dicis Apostolum Act. xvi. Timotheum
circuncidisse? Respondeo: Concorda tem
pora, & cõcordaueris scripturæ exempla.
Lucas ipse fatetur hoc factum propter Iu
dęos eos, qui erant in illis locis, †Derbes ni
mirum & Lystræ. Contrà idem Aposto-
lus Titum noluit circuncidi, propter obi-
ter ingressos falsos fratres, qui in legis ser-
uitutem, liberam sponsam Christi volue-
runt redactam, Galat. 2. Sabbathizarij iti
dem si nunc in Euangelica claritate, legis
vmbra adhuc cæcutientes, dixerint: Vete-
ris testamenti præcepta æque sunt Dei, at-
que noui: æque ergo saluandis vtraq; ob-
seruanda: Respondendum, Legislatorem
ipsum audiẽdum, interprete alio opus no-
bis non esse. deniq; & crucis Christi meri-
tum neutiquam esse frustrandum. Frustra
tur, si ab Euangelica libertate ad legis ser-
uitutem defecerimus. Opera legis pro no
bis ille abunde adimpleuit, liberosq; nos
reddidit. soluit enim quod nõ debuit. Sol-
uit autem non pro se, sed pro debitoribus,
vt eos q̃ legi erant obnoxij, redimeret, Ga
lat. 4. In libertate itaque, qua Christus ipse
nos liberauit, standum, nec in catastã legis
recurrendum. alioqui Christus (quod di-
xi) nobis nihil proderit, Gal. 5. Et quis tam
insanus, qui non malit Saræ quàm Agar es-
se filius? Nos clamamus, Abba pater: idq; p
spiritum, quo nos Pater adoptauit: *spiri-
tum, quid hac voce iucundius? Circuncisi-
onem ergo omittimus, Mosis interpreta-
tione opus non habentes, Rom. viij. Gala.
4. 1. Corint. vij. &c. Abrogata lex, & cruci
affixa. Vmbrã fugauit lux, ænigma euacua
uit veritas. Nihil est præputium, nihil cir-
cum

Iesus vnic⁹, plures habuit typicos Iesus ãcessores.

Circũcisioni Chrĩani nihil debent.

Charitatis legi Chrĩani saltẽ sunt obnoxij.

circuncisio,sed obseruatio mandatorum Dei, inquit Apostolus. Vide multum interesse inter præcepta legis & mãdata Dei,hoc est, inter opera legis, de quibus dicitur Rom. 2. & opera charitatis Christianæ, de quibus dicitur Rom.XII.Galat.V.Accedit & huc,quod Apostolus dicit Gal.V.In Christo Iesu neq; circuncisio quidquam valet, neque præputium, sed noua creatura.Hæc est regeneratio,de qua Ioann.3. Tit.3.Ad Galatas 5.ait:In Christo Iesu non valet circuncisio aut præputium, sed fides quæ per dilectionē operatur. Nunc tandem ex omibus collige,aliud esse opera legis non iustificãtia,& aliud esse opera charitatis Christianæ,fructus spiritus, iustificandi rationē vere habentia. Hic item vides,quænam sit libertas Christiana, nempe legis Mosaicæ seruos nos non esse, sed filios Dei omnipotentis,Act.15.Iam non minis flagellantis legis compellimur,sed spiritu Dei ducimur, quia in Christianam libertatē nos Christ⁹ asseruit,Gal.V. Nonne ductus pneumatis sancti,tractu & compulsione Mosaica potior? Nonne *nobis fides, spes & charitas, Christianos gratiores Deo patri efficiet,q̃ priscos Iudæos fecit metus seruilis? Qui Apostolo credit, à nugis operariorum legis omnibus satis erit tutus, Ro.3.4. Gal.2. 3.4.Eph.2. ¶ Quid? Nunquid sic sumus liberi,quemadmodũ filij Belial, vt præfractis & insolentibus nobis integrum sit,sacra pphanis miscere, ipsumq; Mosen pessundare? Haud quaquam. Libertas spirit⁹ vbi vera est,ibi & vera est circuncisio:non quidem externa,sed interna:non carnalis, sed spiritualis. Nostra ea circuncisio, euangelica est & incruenta, Deo vere grata: Iudaica sanguinolēta,Deo & hominib⁹ contempta. Vnde etiam apud ethnicos Iudæi male audierunt. testis Horatius,qui Iudæos ironicos vocat curtos & apellas. Martialis à recutita pelle,vocat recutitos.Iuuenalis vocat verpos. Digni profecto mũdi risu, qui religionem ex carnis putridæ resectione æstimāt, similes illis qui vestes in luctus signum scindunt, cum interim corde dolorem nesciant,iuxta hoc Poetæ:

Ille dolet vere, qui sine teste dolet.

Opa legis nõ iustifi[illegible] charitas iustificãs.

Libertas Christiana nõ licētia,sed vera circũcisio.

Nostra ergo vera ea circuncisio,quæ spiritualis est,coram Deo mũdoq; grata,etiam in scriptura canonica est approbata, Deu. 10. Malthem eth arelath lebabechem, hoc est, Circuncidite præputia cordium vestrorum.Deuter.xxx.Dominus Deus tuus circuncidet cor tuum & cor seminis tui.Hierem.4. Circuncidimini domino. Rom.2. Non ea quæ in manifesto sit carnis circuncisio,circuncisio est: sed circũcisio cordis, circuncisio est: quæ spiritu constat, non litera: cuius laus nõ ex hominibus est, sed ex Deo. Col. 2. Circuncisi estis circuncisione quæ fit sine manibus, dum exuistis corpus peccatoꝝ per circũcisionem Christi,consepulti simul cum illo per baptismum. Plura vide Ephe.2.Phil.3. Est quidem nostra ea circuncisio incruenta, sed carni admodum dolorosa. Qui carne circunciduntur, cuticulæ portiunculam abscindunt: qui vero spiritu circunciduntur, manus & pedes amputant, oculos sibi effodiunt, animasq; suas in hoc seculo plane perdunt. Affectus suos cruci subijcere,& concupiscentijs carnis omnibus bellum indicere,plane virtutis opus est,vt ait poeta: & vt alius ait,

Circũcisionis spũalis argumentũ in omittẽdo vetita.

Hoc Samsonis opus.

Fastum abscindat superbus,sordes auarus, salacitatem libidinosus, liuorē inuidus, indignationem iracundus,ingurgitationem barathro, torporem acediosus: & clarius opus fecerit, quàm si cutis particulam resecuerit. Nõ heptalogus saltem ille nobis ob oculos sit,sed & decalogus nobis est attendendus, vt non solum circũcidamur ad vitanda septem capitalia ea vitia, sed vt etiam animemur ad prēstanda mandata Dei omnia. Videre videor,Tertullianum libro quarto contra Marcionem,decem præceptorum præuaricationem sub septenario concinnare voluisse: nempe sub vitio idololatriæ, blasphemiæ, homicidij,adulterij, scortationis,periurij,& fraudis. Hieronymus,siue quisquis autor est libelli de circũcisiõe spirituali,hac de re & diserte & grauissime disputat,inter cętera dicens: Nitendum in summa, vt amputatis cunctis naturalibus, cõuersio nostra tendat ad cœlum, vbi Christ⁹ est ad dexteram Dei. Sacerdos libellum eum, item Tertullianum vbi suprà,Cyprianum item de vera peritome, id est, circuncisione, legat. Qui Christi esse vult,videat vt ita circuncisus, vitam degat innocuam. de carnis circuncisione viderit apella. Nihil est,in verendis signum gestare pudicitiæ,& pollutum cor perferre. Non inguinis amputatio, sed carnis expoliatio, nos Deo gratos efficiet. Locuples testis est Augustinus,in Ioannis cap.7.dicens: Non sine causa in eo mēbro iussa est fieri circuncisio,quia per per illud membrũ procreat natura mortaliũ. Sequit: Quisq; cũ præputio nascit,quia omis homo cũ vitio propaginis nascitur. Veꝝ vt hæc labes auferatur, op⁹ habem⁹ nõ cultro petrino, sed ipsa petra,q est Christus. Vnde iteꝝ idem Augustinus ait: Circũcisi per petrã,quare adhuc sapitis terram? Atq; hæc hactenus.

Circũcisionis spũalis argumentũ in pstãdo pscripta.

Octiduũ,significat diē dñicę resurrectionis. Admonemur eo,vt tali circuncisione carnis opeꝝ, hoc est, mortificatiõe veteris ho

hominis præmissa, cum Christo innouati, nouam vitã, innocentiæ nimirum, auspicemur. Hac de re sacerdos consulat Origenẽ, Hieronymũ, & alios sanctos catholicos patres, de sabbatho Christianorum differentes. Consentit calendariũ Romanũ cum ratiõe & sacramento innouationis & circuncisionis spũalis. Hodie secundum ethnicos incipit annus. Hodie secũdum historiã euangelicam admonemur renouationis spũs. Hodie ethnici mittunt liberaliter strenas & xenia, hodie pro nobis Chr̄us sanguinẽ suum preciosissimũ liberalissime fundens, debitũ legis pro nobis omne soluit. Admonemur ergo & nos hodie liberalitatis & munificentiæ, hoc est, præcepti Christi legis charitatis. Qua admonitiõe accedens, precor vobis vniuersis & singulis diuitias & honores veros: Diuitias operum bonorum, de quibus dr̄ Luc.12. Iaco.2. 1. Tim.6. Honorẽ gloriæ cœlestis patriæ, 1. Cor.2. Voti huius me cõpotẽ faciat, qui vere in suo noĩe petentibus largitur oĩa, quiq; se nobis hodie totum largitus est, dñs Iesus: cui gloria & benedictio, salus & gratiarum actio, cũ patre & sancto spiritu in sempiterna secula. Amen.

Calendarium Romanũ cõsentit cũ sacramento innouationis.

IN FESTO EPIPHANIAE,

Euangelium Matthæi II.



VM natus esset Iesus in Bethlehem Iudæ, in diebus Herodis regis, ecce Magi ab oriente venerunt Hierosolymam, dicentes: Vbi est qui natus est rex Iudæorum? Vidimus enim stellam eius in oriente, & venimus adorare eum. Audiens autem Herodes rex, turbatus est, & omnis Hierosolyma cum illo. Et congregans omnes principes sacerdotũ & scribas populi, sciscitabatur ab eis, vbi Christus nasceretur. At illi dixerunt ei: In Bethlehem Iudæ. Sic enim scriptum est per prophetam: Et tu Bethlehem terra Iuda, nequaquam minima es in principibus Iuda. Ex te enim exiet dux, qui regat populum meũ Israel. Tũc Herodes clãm vocatis Magis, diligẽter didicit ab eis tẽpus stellæ quæ apparuit eis. & mittẽs illos in Bethlehem, dixit: Ite, & interrogate diligenter de puero: & cum inueneritis, renũciate mihi, vt & ego veniens, adorem eum. Qui cum audissent regem, abierunt. Et ecce stella quam viderant in oriente, antecedebat eos, vsquedum veniens staret suprà vbi erat puer. Videntes autem stellam, gauisi sunt gaudio magno valde. Et intrantes domum, inuenerunt puerum cum Maria matre eius: & procidentes, adorauerunt eum: & apertis thesauris suis, obtulerunt ei munera, aurũ, thus, & myrrham. Et responso accepto in somnis, ne redirent ad Herodem, per aliam viam reuersi sunt in regionem suam.

PRAEFATIO.



Hristi natales succedit statim festum Epiphaniæ, & Latinæ & Græcanicæ ecclesiæ celebre. Epiphania, apparitio siue manifestatio redditur. Sic Græci hoc festum appellarunt, quia dominus iuxta prophetam hodie vel in tenebris illuxit. Non de nocte hoc, in qua Chr̄us natus est, intellige. Istæc em̄ nox tenebras nõ habuit. Tenebræ itaq; quas Christus abstulit, ethnicorũ ignorantiam & infidelitatẽ significant. In nocte, immo in die natalis Christi, pastoribus lux magna apparuit: hic sol iustitiæ principibus gẽtium est visus. Accedit ad huius diei sacramentũ alia apparitio: nẽpe ea, quæ facta tũc cum Chr̄us à Ioanne baptizaret, vbi vox superne audita est: Hic est filius meus dilectus &c. Tertiũ adhuc huius Dei sacrũ arcanum superest, illud nimirũ, de quo dicitur Ioan.2. Manifestauit gloriã suam, & crediderunt in eũ discipuli eius. Præsens vero lectio de prima saltem agit apparitione, quæ certe oĩbus fidelibus festiua esse debet, cum vocationis gentium mysteriũ exprimat, de quo ait Simeon: Lumẽ ad reuelationẽ gentiũ, & gloriã plebis suę Israel. recte ergo hodie vterq; populus gaudet & exultat: quod vt efficaciter & veraciter pstare possimus, ipsam lectionem attente audiamus.

Epiphania qd significet.

Tenebræ quas Christus abstulit, quid significẽt.

Cum natus esset Iesus in Bethle
hem Iudæ, in diebus Herodis regis,
ecce magi ab oriente venerunt Hie
rosolymam, dicentes: Vbi est qui na
tus est rex Iudæorum? Vidimus em
stellã eius in oriente, & venimus ad-
orare eum.

Quod Lucas Christum sub Augusto na
tum dicit, Matthæus vero in diebus Hero
dis, maiora nostræ fidei mysteria designan
tur: vnum vero & idem tempus secundum
mysterium vtrinq; exprimitur. Augusto si
quidem Cæsari Herodẽ regem synchronũ
fuisse, dubiũ non est. De Magis tutum est
hoc simpliciter affirmare, quod tenuisse vi
demus maiores. Scioli nostrates hodie vo
cabulum Magus, pleno ore interpretãtur,
quo doctiores appareãt, & om̃es retro scri
ptores inertiæ insimulẽt. Vnde Magos, &
non reges, viros eos de quibus euangelista
hic agit, fuisse contendunt. Nos vero no-
stris acquiescentes, dicimus cum Tertullia-
no, secundũ statum seu ordinem philoso-
phis fuisse excellentiores: & cum Chryso-
stomo, Persicos reges vocam⁹. Quod Mat
thæus eos Magos vocat, sic non est accipi-
endum, quasi reges esse non possint, q̃ Ma
gi existant. Immo magis hinc argumentũ
accipiendũ, reges eos fuisse. Sic enim apud
priscos vbi reges nõ nascebãtur, receptum
fuit, vt ij qui ingenij dotibus cæteris pręsta
bant, reges crearẽtur. Scitum est illud: Ne-
minẽ bene posse imperare, nisi aut sophus
sit, aut philosophus. Et in sacris literis sapi
entia regnis præfertur. Ex Tripartita hi-
storia sacerdotes eos appellare possumus.
Nam & prisci reges se putabant infelices,
nisi etiam fuissent sacerdotes: quod non so
lum de Asiæ & Europæ, hoc est, de Græco
rum & Romanoꝝ regib⁹ ita inuenias, sed
etiã de Troianoꝝ imperatoribus, Darda-
no, Priamo, & alijs. Vñ extat hoc Marõis:

Rex Anius, rex idem hominum, Phœbiq́;
sacerdos,
Vittis & sacra redimitus tempora lauro.

Adde ꝙ & ante & post Dauidis regnum,
Synagogæ magistratus fuit penes sacerdo
tes. Adeo non pręiudicat nomen Magus si
ue sacerdos regio splendori.

Quantum ad numerum attinet, tutum
est item maioribus accedere, tresq́; nume-
ro reges fateri. Nisi forte nouus quispiam
magistell⁹ nostras, e Vuicleffiana aliqua of
ficina, aut plures aut pauciores proferat.
Accedit ecclesiæ ꝓfessioni, muneris ratio:
auri nimirum, thuris, & myrrhæ. Et Per-
sas, Chaldæos, & Sabæos, qui felicis Ara-
biæ populi sunt, reges hos tres fuisse cer-
tum est. Euangelista ergo magis eos vocat   Magos q̃ re euangelista non vocet reges.
Magos, quàm Reges, qui non mũdana po
tentia, sed sapientia in Palæstinã e tam lon
ginquis regiõibus venissent. Hieronymus
hac ratione Matthæum secutus, Chaldai-
cos eos vocat philosophos. Nam & Persæ   Mag⁹ Persicũ vocabulum.
Magum vocant, quem Romani philoso-
phum. Qui nobis hodie Matthæum profe
runt, legunt Mecasephim: quod vocabulũ
necromantiam iuxta atq; sophiam signifi-
cat. Quod si quis ergo Magos eam quoq;
superstitionem nouisse dixerit: Responde-
mus, non esse malum, malum nosse, sed fa-
cere. Omnia probanda, et quod bonum, te
nẽdum. Et quomodo superstitionem eam
quis confutauerit, cuius præcepta nunquã
viderit? Cæterum & alia ratio fuit ethni-
corum, atq; Christianorum esse debet. De
niq; Mecasephim honestissimum quoque
vocabulum esse, vides Danielis primo & se
cundo, vbi om̃es orientales sapientes, hoc
nomine appellantur. Sophi, quos Hebræi
vocãt Sanhedrin, etiam magian sciuerũt,
sed ea non vtebantur contra legem Exodi
22. Viderint nostrates illuminati, cuius no
ui Papæ autoritate canonibus & lege solu-
ti, om̃e fere genus Magiæ sectentur. Ma-
gian affirmant esse naturalem, pretextum
qualemcunq; suæ quærentes impietati. Vi-
deas euangelicorum antesignanos dogma
tistes, simul & esse episcopos, & matopo-
scopos. Sed valeant aposcopi illi nouitij.   Stellã q̃le Magi viderint.
nos ad Magos Diuos nostros redeamus.
Stellam quam in oriente viderant, nõ erat
talis, quæ astronomicæ rationis virtutẽ ha
buerit: prædixerat Balaam talem stellam
ex Iacob orituram. Oraculo huic & Sibyl
læ vaticinium accessit. Videntes itaq; nouũ
astrum Dei gloriæ, ad Palæstinam respice-
re, eius oraculi statim eos subijt. Et quare
talis lux reuelandis gentibus denegetur, cũ
Iacob patriarcha Christon ipsum gentiũ
quoq; expectationem appellet? Idem Chri
stus vndiq; lux vera, quæ illuminat om̃em
hominem, & sol iustitiæ dicitur. Nõ noua
est istæc interpretatio, sed catholica: ꝑ Ire-
næum, Cyprianũ, Hieronymum, Ambrosi   stellã quã Balaã p̃dixit oriturã, de Dauid intelligi nõ debere.
um, Theophylactũ, & alios ordine om̃es,
ad nos propagata. Friuolũ est ꝙ propheti
am ad Dauida referunt. Aufer à Chr̃o oĩa,
quę de Christo in Dauidis persona sunt de
signata: & Christũ plane destitues gloria,
nudũq́; efficies. Immo si om̃ia quæ in vati-
cinio sunt, cũ euangelica historia de Chri-
sto rite conferas, magis oraculũ ad Chri-
stũ, q̃ ad Dauida retuleris. Proles diuina,
sanguis virgineus, quid rogo à stellæ ratio
ne dissidet? Et q̃d filio Isai, qui dicit, In pec
catis concepit me mater mea, cum cœlesti

claritate? Esaias dilucide Christon lucē ec
clesiæ designat. Voluit ergo diuina proui-
dentia Christū gētibus per stellæ gloriam
adumbrare, quia mathemati magis studue
re. Synagoga quæ Mosen & prophetas ha
buit, huiusmodi epiphania opus non habu
it. Stellæ huius quanta gloria fuerit, quan-
tum dec⁹, quāta deniq; virtus: vel inde col-
liquescit, q̄ reges istos compulerit tantum
suscipere iter, liberisq; & vxoribus & omi
bus rebus neglectis, peregre eos ire adege
rit. Nō viarum perplexitas ignotarum, nō
itineris magnitudo, non denique linguaꝝ
diuersitas, eos ab hac peregrinatione po-
tuit absterrere. Tantæ hæc stella erat virtu
tis. Præuiam eam habuerunt: qua signan-
te viam, Solymas venerunt, arbitrantes ibi
natum regem Iudæorū, vtpote in metro-
poli totius Iudeæ. Rogant ergo & diligen
ter inuestigant, vbinam existat loci natus
rex Iudæorum ille, cui vel cœlum militet.
Non inquirunt, natus sit nec ne: norūt em̄
certo natū. Nec itē p̄scrutanť, puer ille na-
tus regnum ne sibi iure vēdicet: norūt em̄
cum ex oraculo, tum ex stellæ miraculo, re-
gem eum non solū Iudææ, sed vniuersi or-
bis cœli & terræ. Locum ergo solum pe-
tunt, vbi tantus infans delitescat. De pue-
ro recens nato rogitant: & puerum ipsum
non in Nazareth, sed in Bethlehem inue-
nerunt, manifesto argumento, q̄ hæc oïa,
intra tempus puerperis lege Mosaica præ
scriptū, sunt acta. Quod vero in tam breui
temporis spatio, tantum confecerunt itine
ris, beneficio stellæ ducentis adscribendū.
Et ipsi Magi diuinitatem Christi, qui ipsis
sima est lux, atq; adeo vera illa stella, faten-
tur, dicentes: Venimus adorare eum, cuius
stellam vidimus in oriēte. Acsi dicant: Stel
læ nouæ noua gloria, quam in regionibus
Eoo vicinis vidimus: vis item ea, quam in
itinere sumus experti, arguit puerulum eū
natum regem Iudæorū, aliquid esse supra
sortem conditionis humanæ. venimus er-
gò vel infantulum adorare, non dubitan-
tes illum felicem fore oībus, quem com
muni omnium bono natum non ambigi-
mus. Dixi stellam eam, talem virtutē non
habuisse natura, sed certe vim eam habuit,
quæ Magis gaudio magno fuit. Habuit, in
quam, sed specialis Dei dispensationis præ
rogatiua: vt mediante creatura illa noua,
nouus homo, nouus Adam, sensibus huma
nis insinuaretur: vt mediāte stella ea, ethni-
ci interius afflati numine illuminarentur.
Nouit diuina maiestas, vt cuique genti in-
seruiat. Et bonitas Dei tanta est, vt ad cui-
usq; captū se attemperare dignetur. Aliis
miraculis, aliis sapiētia, aliis aliàs sese inge
rit, vt omēs erudiat & saluet. Seqtur:

Stellæ Iacob magna gloria.

Magi in ipsi⁹ Mariæ puerperii tempore venerūt in Iudæam.

Stellę Magis visæ virtus vnde.

Audiens autem Herodes rex, tur
batus est, & omnis Hierosolyma cū
illo. Et congregans omnes principes
sacerdotum & scribas populi, sciscit-
tabatur ab eis, vbi Christ⁹ nasceret.
At illi dixerūt ei: In Bethlehē Iudæ.
Sic em̄ scriptū est p̄ prophetā: Et tu
Bethlehē terra Iuda, neq; minima
es in principibus Iuda. Ex te em̄ exi-
et dux, qui regat populū meū Israel.

Turbatur rex grandæuus, quia Reges
non venerunt adorare se, sed recens natum
pusionem. Sic impietas, qua semper vexe-
tur, erinnyn sibi semper habet præsentem.
Non venerūt manu armata, sed ad adoran
dum parata: non venerūt bellū indicētes,
sed pacem vniuerso mūdo adnūciantes: &
Herodes turbatur. Turbatur autem, putās
nouam illā progeniem (vt Cumanæ Sibyl
læ habet vaticinium) e cœlo demissam, ve-
nisse ad huius seculi captandum imperia.
Venit impium mundum iudicare, nō vsur
pare. Quid tam claræ stellę cū vaporescœ-
tente huius seculi? Iesus præuidens popu-
lum venire, vt ipsum regem statuat, secel-
sit Ioā. 6. Idē regnū suū negat esse hui⁹ mū-
di, Ioā. xviii. Et prophetæ omnes Christo
regnum spiritale assignant. quod angelus
Lucę 1. non obscuris verbis edisserit. Va-
nus ergo Herodis metus, stulta cura. Con-
tra regem omnipotentem, nequidquā ma
chinatur insidias impotentia humana. Ec
ce tibi Herodes, adoratur etiamnum Chri
stus, viuit vel crucifixus. Contrà cedo, vbi
sunt reges Assyriorum, Babylonis, Aegy-
pti, Damascenorum, Romanoꝝ? Vbi sunt?
Non sunt: quia tales non fuerunt, qualis est
rex Iudæorum diuina propago. Illi puluis
fuerunt & vmbra, à vento ablati, ab annis
absumpti: non sunt vltrà. Christus vero
hic noster dominus, viuit nō senescens, re-
gnatq; non languescens. Sed heus tu Hie-
rusalem, quid tibi est? quid abhorrescis &
ipsa? Nunquid adularis Herodi ficto istoc
timore? Verisimile est te vere concuti, ac-
cusante te tua conscientia. Arbor sentit se-
curim sibi apponi, vnde vel ante ictum tre
pidat. Herodes quidem turbatus est, vt ali-
enigena: Iudæos vero (vt Theophylactus
ait) oportebat gaudere poti⁹, quod rex su-
us à Persicis Magis adoraretur. Sed adim-
pletur in Iudæis hoc Esaię primo: Cogno
uit bos possessorem suum, & asinus præse-
pe domini sui. Israel autem me nō cogno-
uit. Sequitur: Dereliquerunt dominum,
blasphemauerunt sanctum Israel, abaliena
ti

ti sunt retrorsum. Sequitur apud euangelistam: Et congregans omnes principes sacerdotum cum scribis, percontatus est eos, vbi Christus nasceretur. Sacrosancta quaestio, sed pessima intentio, studiũ item feruidum iuxtà atq; malitiosum. Conuocat non solum sacerdotes, sed & populi scribas, ne vel hi vel illi fallere possint: nec item de lana caprina tantum concilium interrogat, sed arduam quaestionem proponit, nempe de loco vbi Christus dicatur nasciturus. Hoc & Magi inuestigant, sed alio affectu. Cõcilium Herodi per scripturam bibliorũ respondet: atq; hoc rectè. Quae, malum, vero nostratium impietas, q biblia nulli non libro posthabent? Non conciliorũ decreta, canones, & patrum monumenta ad vnum oĩa dãnamus, sed oĩa ad praescriptum verbi dñici redacta volumus: non contra apertam scripturã, sed ad catholicum sensum patrum autoritatẽ recipimus: idq; cum patrum tum canonũ sentẽtia. Sed proh Deũ atq; hominũ fidem, qui neq; patres neq; canones rite colunt, patrum & canonum fuco suas praeuaricationes student illatebrare. Vsu venit nobis, quod & synagogae cõtigit. Timemus magnam rerum innouationem, vnde dissimulamus atq; mussitamus omes. Interim noui atq; noui, alij atq; alij errores succrescunt: interim item abusus & superstitiones enatae, radices suas altius figunt. Quando ergo bone Deus, quando tandẽ hierarchia restituetur? Suspiria piorum ecclesiȩ reformationem expectãtium, lapides motura, hominum socordia ridet: tu episcope animarũ nostrarũ exurge, iudica terram & gentes. Verba Micheȩ sic habent in Hebraeo: Veattha Bethlehẽ Ephrata zair lihzoth bealphe Jehuda/ Mimecha li ieze liheoth Moschel besrael. Hoc est, Et tu Bethlehẽ Ephrata, paruula es in millib9 Iudae. Atqui nascetur mihi ex te, q domina bitur Israeli. Hinc Rabini rite collegerunt, Christum ibidem loci certo nasciturum. Offendit plerosq; q verba euangelistae & prophetae sibi in hoc discrepent, q alter affirmatiue, alter loquatur negatiue. Propheta affirmat Bethlehẽ paruulam. Euangelista paruulam & vilem negat. Vtrunq; rectè dicitur, vtrinq; vnus est sensus. Ante natum Sotera respectu aliarum ciuitatum minima, hoc est, ignobilis fuit: vnde rectè, secundum affirmatiuam prophetae, minima dicitur: sed post Christũ natum, nihil il loc oppidulo clarius: rectè ergo euangelista minimam negat. Sed neq; hoc facit citra autoritatem: sic enĩ lõge ante de ea ciuitatula Videntem interpretati sunt versores septuaginta. Et hoc obseruãdum, q Bethlehem fortis Iudae, dicitur etiam Ephrata, nomine vxoris Chaleb, 1. Paral. 2. 4. Vnde & Dauid q ibi ortus erat, 1. Reg. 16. Psal. 131. Ephrateus quoq; est vocatus. Insup Christus apud Micheam vocatur Moschel, hoc est, dominator & Imperator. Aptissimus item titulus, quoniã Christo data est oĩs potestas in coelo & in terra, Matth. 28. Neq; prophetam praeterijt hoc, quod ad deitatis Chri maiestatẽ pertinet, vñ statim subdit: Vmoza thaf mikedem mime olam, hoc est, Egressus ei9 ab initio, à diebus aeternitatis. Acsi dicat: Nascetur secundum carnem in Bethlehem Imperator Moschel, sed is qui secundum generationẽ diuinam aeternus est & immẽsus. Mattheus Moschel vertit ἡγούμενος, quod cum principẽ tum ducem signat, respiciens ad hoc, q in Actis dux vitae appellatur. Deniq; & Matthaeus Christũ poemena vocat, qđ simul & principem & pastorem notat. Graecũ ποιμαίνω, tam pascere quàm regere significat. Adeo malè suis respondent partibus principes omnia depascentes, neminẽ nisi suos aqualiculos pascẽtes. Christus bonus princeps, quia & bonus pastor, qui non modo pabuli copiam suis gregibus suppeditat, verum etiam qui animã suam pro ouibus suis ponit, Ioan. 10. Ezech. 34. Nomẽ pastoris, nostratibus est dedecorosum: quia saltem rapere, excoriare & deglubere illis est gloriosum. Ridiculum plane est, q apertissimo veritatis odio Iudaei vaticinium praesens Micheae qnto, ad Zorobabel detorquent, quasi ignoraremus, regẽ eũ neq; esse Bethlehemitanum siue Ephrateum, neq; item in terra Iuda natum, sed in Babylone & natũ & educatũ. De hac re plura vide apud Chrysostomũ & Theophylactũ. Seqtur:

[Marg.: Chrs pdictus princeps, dux & pastor.]

[Marg.: Pastoris nomen principes hodie auersant.]

Tunc Herodes clã vocatis Magis, diligenter didicit ab eis tẽpus stellae q̃ apparuit eis: & mittẽs eos in Bethlehẽ, dixit: Ite, & interrogate diligenter de puero: & cũ inueneritis, renũciate mihi, vt & ego veniẽs, adorẽ eũ.

Tanta Herodis socordia, vt Deũ Israel ex dijs ethnicorũ aestimare ausit, vtpote quẽ humana cõsilia fallere queat. Immo etiam Deũ secundũ seipsum metit, quippe glorio lae & opum humanarũ sititorẽ. Vide hic tyrannorũ ingeniũ esse tale, cui etiã orbis sit angustus. collegas & cõsortes regni pferre nequeũt, qđ ita quondã cecinit Lucanus:

Nulla fides regni socijs, oĩsq; potestas
Impatiens consortis erit.

Et hoc obseruatu dignũ, qđ etiã ex ethnicorum testimonio possumus euincere, tempus natiuitatis Messiȩ Iudaeos, quantumuis hoc hodie negẽt, sciuisse. Suetonius in vita

[Marg.: Tẽpus natiuitatis Christi Iudaeos non latuit.]

Vespasiani hoc edocet, dicens: Percrebuerat orienti toto vetus & cōstans opinio, esse in fatis, vt eo tēpore Iudeę profecti, rerū potirent. Id de Imperatore Romano, quantū euentu postea patuit, Iudęi ad se trahentes, rebellarunt. Herodes quoq; hic fidē adhibuit Magis, Monarchā Iudæorū natū credens: sacerdotibus & scribis dimissis, reges orientales clàm ad se accersiuit, accurate percontari tēpus stellę, hoc est, quantū tēporis esset, φ illis primū apparuisset, τὸν χρόνον τοῦ φαινομένου ἀστέρος, hoc est, tēpus stellæ quę apparuisset siue apparuerat. Vulpis illa Magis verba dedit, dicens, & se puerū eum poro adoraturū, modo, vbi lateat, rescinerit. Illi, quatenus pietas suspiciosa nō est, hoc credere poterant: putantes dignum, vt & ipse Herodes, q in Iudæa degat, diuinū infantē colat, cuius amore ipsi tantum itineris sint emensi. Hæc rex clàm egit cum regibus, sed nō clam rege eo, in cuius manu omniū sunt corda vel regū. Clanculo vocabat propter Iudæos: suspicabat em̄ Iudæos puerū eū maximi facturos: vnde etiā in animū induxit, puerū eum tollendū e medio, priusquā omnibus increbuisset natus, aut certe priusquam adoleuisset, iuxtà hoc: Principijs obsta. Sic non deest filijs huius seculi prudentia. Sed ne temere iram suā effunderet, putabat sibi oīa prius esse discenda. Amice itaq; Magos admonuit, vt diligēter de puero hoc inqrere ne grauētur. De puero, ait, hoc: & non, de rege: hoc nomē puero inuidit. Vnde nomen hoc (teste Theophylacto) ferre nō poterat. Misit Magos, atq; vt ad se redeant obtestatur, amicū se & Magis & regi nato simulans, tam Magis q̄ puero exitiū parans. In tam gratiosum regem facit hoc Psal. 54. Molliti sunt sermones eius super oleum, & ipsi sunt iacula. Sed Hercules (vt ita dicam) ille noster, sine negocio tales vincit viperas, qui conceptus, Plutonis caput plane contriuit. Sequitur:

Herodes vulpis puero Chr̄o crudelia quæq; intentauit.

Qui cum audissent regem, abierunt. Et ecce stella quam viderant in oriente, antecedebat eos, vsquedum veniens staret suprà vbi erat puer.

Occultabatur singulari Dei dispensatiōe stella, vt ex multis cordibus cogitatiōes reuelarent. Obserua, Magis neq; in vrbe superba & luxuriosa, neq; aula pōposa & immūda stellā gloriæ Chr̄i vidisse. Et Petrus in amplo palatio principis, inter frigora spartani saxi refriguit, adeo vt ne ignis quidē luculētus tale frigus auferre potuerit. Viuere ergo q caste cupitis, discedite ab vrbe & ab aula. Exite, fugite: exite cito, fugite lōge, ne vos tātus ac talis implicet hydrus. Ad Bethlehē proficiscimini, & illucescet vobis Christus. In aula principū, in vrbica opulētia tenebræ palpabiles & frigus soporiferum. In itinere Bethlehē versus, lux iucunda. Stella hæc nostra, Bethlehē tēdētes nunq̄ deseret, modo à via nō deflectāt. Affinis plane ē columnæ igneæ illi, quæ olim filios Israel præuia duxit. Exo. 13. 33. Nūe. 22. Nehe. 9. Stellā hāc Matthę⁹ vocat astron. colūna dicta fuit Amud ha Esch. Vtrinq; vnū officiū: sed stella ppior fuit, q̄ colūna. Fuit & stella clarior, atq; per hoc iucūdior, officiumq; eius fuit gloriosius. Stella duxit ad Solē iustitiæ, ad patrē futuri seculi, atq; adeo ad patriā ipsam regnumq; cœlorū. Et hoc rarum (ait Theophylactus) φ descēdit stella, terrę facta propior: vt signanter illum locū, vbi puer erat, indicaret. Videre iam potestis vaticinium Esaiæ, q̄d in Ep̄la legitur, huic epiphaniæ cōuenire. Bethlehē stella ecclesię typon pręse fert: panē siue penu significat. Nulla ibi esse potest nox, nox eius ciuitatulæ opacitatē vllā nescit, qa ibi Sol ipse ortus, quem tantæ gloriæ stella signauit. Ibi pabulum inuenitur, siue exeundo, siue intrando pastores oues sequantur.

Stella certo Dei nutu occultabatur.

Stella nō in Soly-

Videntes autē stellam, gauisi sunt gaudio magno valde. Et intrantes domū, inuenerunt puerum cum Maria matre eius: & procidentes, adorauerunt eum: & apertis thesauris suis, obtulerunt ei munera, aurum, thus, & myrrham.

Stella serena, stella amœna, cœlo qdem iucūdior, sed venustate puerulo infantulo cedens, qa speciosus forma præ filijs hoīm. Vide astron, vide stella, ne subsistas priusq̄ ad casulā illā ptingas, vide ne vltra septum hoc trāsgrediaris. Hic hic manendum tibi, quia hæc est tua periodus. Nil antiqua lege solutū. Linqt ppriæ statiōis opus, agnoscit plasma sui manū artificis. Non ergo citrà interiunxerit, nec vltrà auolauerit stella hæc Chr̄i. Agite ergo pij Magi, stellā præuiā cōfidētes gaudētesq; sequamini. Gauisi sunt, ait, gaudio magno valde. Si tm̄ gaudij attulit stella dux, quantū feret ipse locus vbi puer est? Eia q̄nta gaudia corda regū cōceperūt, visa ea casula, ppter quā suas exierūt regias. Nō tā plausibiliter salutarūt Troiani Latiū primo visum, q̄ hi reges casam eā, cui posthabuerūt suas regias. Cuiusq; domus, exiliū & carcer cuiq; est visa: hic patria, hic requies, qa hic pater & dn̄s omnium. Dulcia nō meminit, q nō gustauit amara. Quāto ergo maiori labore iter tantū cōfecerunt, tanto illi magale hoc lætius attigerunt. Hic quod de inuento rege Christo dicā, nō habeo: quantis gaudijs Magorū corda

da eius adspectus oppleuerit, eloqui valeo: cuiuis id deuotioni æstimandum relinquo. Ingressi domũ, non iam neq; stabulum neq; tabernaculum, qa ibi inuenerunt regem & dñm omniũ. Intrantes, inuenerunt puerum, à quo ipsi prius requisiti, inuenti & ducti. Theophylactus ait verisimile esse, Mariam puerperã, iam in domũ receptã, quæ peperit in stabulo. Sed nobis nunc porro nihil cũ domo, siue ædibus, siue stabulo, postq̃ peruentũ sit ad pusionẽ. Et qd nobis cũ stella, postq̃ ad solem ipsum deuenerimus? Puerũ quæsiuerũt, nõ domũ, neq; item vrbẽ ac regnum Palæstinæ vniuersum: propter hunc puerũ stellã sequebantur. Infantis illius gratia, stella visa adeo gratiosa. Puerũ dicuntur inuenisse cũ Maria matre eius, quod iterum dicit Euangelista, tam ad virginitatis Mariæ testimoniũ, quàm ad eiusdẽ integritatis encomiũ. Et hoc nota, q̄ primũ puerũ posuit, dein matrẽ & mr̃is nomẽ dulce Mariã. Propter puerum eñ illuc venerunt Magi, non propter matrẽ. Sed quia verus homo fuit puer, sine matre nõ debuit inueniri. Et quia virgo intacta, virgo æterna, nullius patris mentionem facere voluit Euangelista. Nomen quoq; matris exprimitur, vtiq; qa nomen nobile, nomen dulce & suaue: vtiq; quia & mater propter filiũ prædicanda. Si vt omi laude dignissima, propter filium in astra ferenda: ergo & nomen voluit exprimere euãgelista. Quid autẽ, inuento tanto puero, credamus fecisse Magos? Audiat euangelista. Procidẽtes, inqt, siue πέσοντες, prostrati, adorauerunt. Iactabundũ & ambitiosum regem Herodẽ non adorant, submissum & humiliatũ numen in forma serui, puerũ in cunis vagientẽ, puerũ materno fotu egentẽ, colunt, venerantur, & adorant. Huic supplices sua dona promunt, aurum, thus & myrrhã. Fatentur, oĩa quæ possident, eius pueri esse munere: fatentur & se eius pueri esse numine. Felix Arabia auro, Saba thurifera, fœcunda myrrha Persia & Chaldæa: sed Dei gratia, nõ naturę aut terrę beneficio. Et ipse fecit nos, & nõ ipsi nos: ab illo oĩs scientia & intelligentia. Se itaq; & oĩa puero illi adscribẽtes, adorant & muneribus suis donant. Neq; hic sunt mysteria, à maioribus nostris eruta, contẽnenda. S. Irenæus hæc regalia munera (Sic eñ Augustinus quopiã in loco habet) significare dicit regnũ Christi, oblationẽ, mortẽ quoq; seu sepulturã. Augustinus in auro regiam dignitatẽ, in thure deitatis adorandæ gloriã, in myrrha corporis tumulationem colligit. Ambrosius ait: Aurum regi, thus Deo, myrrham defuncto. Sedulius mysteria ista ita prosequitur, eleganti ludens disticho:

Aurea nascenti fuderunt munera regi,
Thura dedere Deo, myrrham tribuere sepulchro.

Iuuẽcus vnico versiculo, quẽ & D. Hieronymus suscipit, cõpẽdiose cõplexus est, dicẽs:

Aurum, thus, myrrham, regiq;, Deoq;, hominiq;.

Chrysostomus fidẽ, obedientiã, & charitatem intelligit. Sunt q charitatẽ, orationẽ & veteris Adæ mortificationẽ morali quoq; sensu interpretentur. Deniq; sunt q mysteriũ S. Trinitatis accipiant per hæc tria dona. Neq; prætereundũ puto (quanq̃ & hoc noui euangelistæ, illuminatiores illi, grauatim audiant, Hebraicũ קרב, etiã oblationem significare. Quod dico, ne abrogandam credamus Missam e Bethlehẽ, id est, ecclesia, cũ eam synagoga nõ solũ iugi sacrificio prę̃signauerit, sed eam quoq; ethnicorũ primitiæ statim declarauerint. Faciũt & noui euangelistæ Mariã, Chr̃i genitricẽ, diam theotocã, ancillã agrariã siue agrestẽ, quam ecclesia cũ Latina tum Græca vocat reginam cœli. Aestimet vestra charitas, qua decentia & qua verecundia regina istæc, Christi mater, & virgo intemerata, offertoria ea Magorũ filiolo suo acceperit: cõsideret, qbus verbis Magos eos noĩe filij sui exceperit: dein, qbus vicissim verbis sapiẽtissimi reges dñi matrẽ beatificauerint, perpendat. Deniq;, q̃ cõmunio hic mysteriorũ inter puerperã & prudentes eos principes intercesserit, vestra deuotio pensiculet. Hi procul dubio de stella & eius gloria, illa vicissim Esaię oracula, Gabrielisq; nuncia in mediũ protulit. Illius ergo Magi potissimum venerunt. Hic panis, hæc esca e promptuario Bethlehem fuit deportanda. Sic theotoca ipsa, nõ puella rudis & subrustica, sed magistra Magorũ, iuxtà atq; aplorũ & euangelistarũ, est effecta, ab æterno nimirũ ad hoc electa & prælecta. Quid nobis in Chr̃m Iesum credentibus factu sit necessarium, in fine audietis: interim sequẽtia de Christo deuotis Magis, deuotis Christo auribus hauriatis.

Et responso accepto in somnis, ne redirent ad Herodem, per aliã viam reuersi sunt in regionem suam.

Nemo vnq̃ iustus derelictus. Nouit dñs suos ex om̃i asserere periculo, qd hic liqdo videmus. Herodes quæ in Magos machinaret cõsilia, Deus vidit, & suis prospexit. Monuit itaq;, immo etiã votis eorũ respõdit atq; satisfecit. χρησμοί, oracula dicunt. Theophylactus ergo legit: Oraculo accepto. Sed qm̃ coĩs oĩm orõ est, Libera nos à malo: responsum acceperũt, ne ad Heroden reflecterent. Receperunt, inquis, regi se redituros? Fides incaute data, si in caput tuum verget, rescindenda, etiam secundum canones. Admo-

Missa nõ est abroganda.

Maria nõ est puella agrestis, sed magistra Magorum.

Rñsum acceperũt Magi, pro ta secundum eorũ vota.

Fides aliquãdo nõ præstãda.

Admoniti, confortati, illuminati, ditati,& plene beati dimittuntur. Fidelis em̃ Deus, q non obliuiscitur boni operis nostri, vt ait Apl'us. Magi secundũ verbũ Christi decuplum receperunt etiã in hac vita. Veri sapientes, vera sapientia prædití, domũ reuertuntur, prædicatores & testes sui creatoris. Ad euangelizandi opus eos dn̄s reseruare, atq; e manibus tyranni liberare voluit. Sic Ioseph, sic Mosen, Dauid, Heliã & oẽs suę pręcones gloriæ liberauit, Psal.117. Supest, vt exemplũ pietatis, cui tãta bona sunt promissa, hic petamus. Magi fuerunt ethnici, queãdmodũ & nos. Sed illi derelictis omnibus huius mũdi bonis, summo bono adhæserunt, lucemq; eam æternã, stella præuia, quæsiuerũt. contẽnamus & nos huius mundi vana, & verbũ dn̄i quod vera lucerna est, sequamur, & iuxtà atq; Magi, regẽ gloriæ inueniemus. Solymis corã rege & om̃i ciuitate, aliud quodcunq; potius, quàm Chr̄i testimoniũ expectantibus, libere Chr̄m sunt confessi: itidem & nos faciamus. Liberalissime se & om̃ia in Chr̄i cultũ expenderunt, vt Christũ inuenire mererentur, & in maximo gaudio, hoc quod vnice desiderauerunt, inuenerunt. Quod si & nos tantũ bonum possidere desideramus, nemini sua as feramus, sed nostra oĩbus suppeditemus. Paupertatẽ itẽ Chr̄i siue in præsepio, siue in domo cõductitia, siue tandẽ in quocũq; hospitio, certe paupere, ne erubescamus: memores verbi Chr̄i, dicentis: Quidq̃d vni ex minimis meis feceritis, mihi idipsum referam acceptũ. Deniq; q̃ per aliã viã reuersi sunt in regionẽ suã, admonemur, ne porro ambulemus in ethnicorũ cõcupiscentiis & tenebris, sed vt filij lucis oĩa agamus, q̃d sic quoq; monent apl'i Petrus & Paulus. Hilarius in hũc locũ ait: Admonemur, prioris vitę itinere abstinere. Idẽ fere Augustinus de Tri.4.ca.12. Et Chrysosto. sup Matthæũ. Cyprian⁹ q̃q; ex hoc loco nobis vias arctas cõmendat, dicẽs: Arcta via est castitas, trames strictus humilitas, ieiunio affligi, & carnẽ in seruitutẽ redigere. Scopulæ sunt semitæ, sed ad patriã superiorẽ nõ nisi p meatus difficiles armati milites reuertunt. Hæc ille. Sic & nos veri reges erimus. Magnũ em̃ & illustre imperiũ est, regere seipsum. Hoc est illud regale genus, de q̃ agit 1.Pe 2. Animũ eum regalẽ annuat nobis Iudęorũ rex Iesus Nazarenus. Cui regnum, cui imperiũ, cui laus & honor per æterna secula. Amen.

Magi centuplum receperũt etiam in hac vita.

Magorũ exemplũ.

IN FESTO PVRIFICATIONIS MAriæ, Euangelium Lucæ II.



Ostquam impleti sunt dies purgationis eius, secundum legem Mosi, tulerunt illum in Hierusalem, vt sisterent eum domino, sicut scriptum est in lege domini: Quia omne masculinum adaperiens vuluam, sanctum domino vocabitur: & vt darent hostiam, secundum quod dictum est in lege domini, par turturum aut duos pullos columbarum. Et ecce homo erat in Hierusalem, cui nomen Simeon: & homo iste iustus & timoratus, expectans consolationem Israel, & spiritus sanctus erat in eo. Et responsum acceperat Simeon à spiritu sancto, nõ visurum se mortem, nisi prius videret Christum domini. Et venit in spiritu in templum. Et cum inducerent puerum Iesum parentes eius, vt facerent secundum consuetudinem legis pro eo, & ipse accepit eum in vlnas suas, & benedixit Deum, & dixit: Nunc dimittis seruum tuum domine, secundum verbum tuum in pace: Quia viderunt oculi mei salutare tuum, Quod parasti ante faciem omnium populorum, Lumen ad reuelationem gentium, & gloriam plebis tuæ Israel.

PROOEMIVM.



Nfans noster nobis natus & datus, ipsissima vere liberorum est libertas. Legis vero oneri se subdidit, vt nobis specimen veræ libertatis relinqueret: summamq; ingenuitatem Deo seruire indicaret. Puerulus circũcidi, & tanquã vnus (vt cum Bernardo loquar) ex illis (puta reis) esse voluit. Nouẽ hoc theotoca beata. Vnde & ipsa tanquam vna ex illis, intellige, immũdis mulieribus, legi purgationis, cui nihil debuit, se submisit.

Quid ergo sibi volunt noui Euangelistę no strates, q Christianam libertatem ex inobedientia & contemptu disciplinarum ecclesiæ æstimant, filij Belial, qbus quod libet, licet? Non latet me, sanctũ Augustinum velle, vt ea quæ neq; autoritatibus, neq; bonis moribus vniuersitatis cõprobantur, resecentur: eundem item dolenter ferre, ipsam religionem, quam in paucissimis & manifestissimis celebrationum sacramentis misericordia Dei voluit esse liberam, seruilibus oneribus deprimi: adeo vt tolerabilior sit conditio Iudæorum, 12. dist. ca. Om̃ia. Nec item præterit nos sententia Hieronymi, dicentis non mediocrẽ esse errorẽ, minus bonũ maiori præferre, de cons. dist. 5. Nõ mediocriter. Nec item inficias imus, ea quæ neq; contra bonos mores, neq; contra fidem sunt, indifferẽtia esse, iuxta ca. 12. dist. Illa. Atqui & hoc obseruandum est, quod in eodem canone dicitur, etiã ea ipsa indifferentia, pro eorum, inter quos habitamus, societate conseruanda, obseruari oportere: ne cuiquam scandalo simus, nec quisquam nobis. Et secundum eam sententiam dicitur:

Si fueris Romæ, Romano viuito more:
Si fueris alibi, viuito sicut ibi.

Hoc fere talibus verbis respõdit S. Ambrosius Monicæ matri S. Augustini: Hæc est vera Chriãna libertas, quę p spm̃ libertatis ducta, Deo ita seruit, vt etiã scandali vitandi causa, oim gentiũ leges & consuetudines rationi consentaneas, obseruet. Loci eius habes exemplũ virginẽ gloriosam: quæ purificatiõis legẽ, cui nihil debuit, tanquã vna immundarũ puerperarũ, obseruauit. Mulier fidelis quæq;, etiã eadẽ hora qua peperit, intrandi ecclesiam ius habet, dist. 5. Si mulier. Sed nulla est tam vesana, quæ hoc quod illi licet sine grauissima causa faciat. Nã tametsi ecclesia externã eã immunditiã non attendat, honestati tñ consulendũ est, & scandalon occasio vitanda est. Sunt in disciplinis ecclesiæ abusus, qa mens ecclesiæ à pluribus ignoratur, etiam ecclesiæ rectoribus. Sed veri catholici abusus cognoscẽtes, mentemq; ecclesiæ probe tenentes, disciplinas eas serio custodiũt. Primatũ hodie prophanorum pleriq; lutheranizãtes, ecclesiæ ordinationes antiquant: ipsi vero vel easdẽ, vel alias per se inuentas, plebi obtrudunt, Antichrm egregie referẽtes. Quid enĩ prophanis cũ ecclesiæ gubernatiõe? Principes istiusmodi, sui ausus nullũ exemplũ habẽt, pręter Saulis & Oziæ, quorum alter à regno Israel est amotus, alter lepra percussus. Qui ab vtroq; malo, hoc est, à dãnatione æterna & ab hæresion labe securus esse volet, domi Abrahamũ agat, foris in ecclesia Dauida repræsentet, hoc est, priuatus vitã innocẽtem ducat: quæ ad ædificationem faciunt, custodiat: ferietur, ieiunet, vigilet, precetur, & oĩa oĩbus fiat. Hæresis Michol si irrideat, sententiã olim in eam Dauid tulit, & nõ dormitat eius damnatio. His præfatis, nunc lectionem euangelij audiamus.

Postquam impleti sunt dies purgationis eius, secundum legem Mosi, tulerunt illum in Hierusalem, vt sisterent eum domino, sicut scriptum est in lege domini: Quia om̃e masculinum adaperiens vuluam, sanctum domino vocabitur, & vt darent hostiam secũdum quod dictum est in lege domini, par turturum aut duos pullos columbarum.

Maria religionis exemplum: Chrus & exẽplum, & sacramentum.

E cõsilio quo diuinus puer circũcidi voluit, etiã hic cũ matre voluit lustrari. Neuter expiatiõe opus habuit: mater virgo, infans verbũ, operatiõe spũs sancti conceptus & in mũdũ editus: vterq; tamẽ legis *oneri subire voluit: mater in exemplum, natus in exemplũ & sacramentũ. Illa in exemplũ oĩs religionis, vnde & mulier virtutũ dr: hic in exemplũ non solũ, sed & in sacramentũ: qa tam est pietatis auspex, q̃ autor: qppe q sua sancta humilitate, nobis charismaton supnorum deriuationẽ meruit. * Catharismõ (sic enĩ hoc loco S. Lucas purificationẽ vocat) Leuit. 12. sic describit: Mulier si suscepto semine pepererit masculũ, immũda erit septẽ dieb9, iuxta dies separatiõis mẽstruæ: & die octauo circũcidet infantulus: ipsa vero trigintatribus diebus manebit in sanguine purificatiõis suæ, Om̃e sanctũ nõ tãget, nec ingredieť in sanctuariũ, donec impleanť dies purgatiõis suæ. Sin aũt fœminã pepererit, immũda erit duabus hebdomadibus, iuxta ritũ fluxus mẽstrui, & sexagintasex diebus, manebit in sanguine purificatiõis suę. Cũq; expleti fuerint dies purgatiõis suæ p filio siue p filia, deferet agnũ anniculũ in holocaustũ, & pullũ colũbæ siue turturẽ p peccato ad ostiũ tabernaculi testimonij, & tradet sacerdoti, q offeret illa corã dño, & rogabit p ea, & sic mũdabiť à profluuio sanguinis sui. Ista est lex parientis masculũ aut fœminã. Quod si nõ inuenerit man9 eius, nec potuerit offerre agnũ, sumet duos turtures, vel duos pullos colũbarum, vnũ in holocaustũ, & alterũ pro peccato. Orabitq; p ea sacerdos, & sic mũdabiť. Hãc legẽ Lucas vocat cũ legẽ Mosis, tũ legẽ dñi. Immũditiã & maledictionẽ legis, quã tulit Moses, ratã habuit dñs, proinde atq; in ecclesia virtutẽ clauiũ. Vides ita q hoc loco chrm oẽm nrãm maledictionẽ, etiam

Lex Mosis, lex domini.

etiam coram Deo ratam, in se transtulisse.
Cum vero lex Chrm fontem puritatis im-
munditiæ insimulare nõ potest, neq; male-
dictiõis notare, etiam nobis credentibus, q-
bus Christus laborauit, nihil imputare pote
rit immunditiæ, nec aliquam maledictionis
labem impingere. Possumus etiam nos in-
sultare legi: qa ille qui nihil debebat, pro no
bis satisfecit. Rogas, quanam ratione mu-
lieres fideles quadraginta dies se à partu
domi contineant? Respondeo, ecclesiam le-
gi Mosaicæ non esse obnoxiam: neq; eñ cir
cuncidit infantes, neq; à carne suilla, lepo-
rinave abstinet, neq; polygynæciã probat,
neq; libellum repudij recipit. Naturalis ve-
ro legis nomine & honestatis ratione, pu-
erperis tempus purgatiõis dies quadragin
ta concedit ea ratione, qua & gradus con-
sanguinitatis, q Leuit.18. exprimuntur, in
sacramento coniugij obseruat, qua leproso
rũ contagia vitat, qua vota admittit, & prę-
standa sancit, qua deniq; dierum discrimi-
na & escæ delectum habet. Sed longe alia
mente hæc & alia hoc genus legalia, eccle-
sia populo fideli obseruanda præscripsit, q̃
Iudæi suo inseruiunt Mosi. Negamus itaq;
hic puerperas fideles q̃draginta dies secubã
tes iudaizare, cum integrum illis sit, vel ipsa
hora partus Deo gratias agendi causa, ec-
clesiam intrare, quarum etiam fœtus ante
octauum diem baptizantur. Necessitatis ve
ro & honestatis studio se domi continent.
Necessitatis, qa per naturæ imbecillitatem
non possunt sacris mysterijs interesse, sed
magis coguntur suæ valetudinis rationẽ ha
bere. Quis eñ nesciat mulierem in eniten-
do iuxta veterẽ maledictionẽ capitis discri-
mini exponi, & multum temporis ad pristi-
nas vires recuperandas requiri? Honesta-
tis eius, qua etiam iuxta legem abhorresci-
mus menstrua. Neq; eñ enixæ ante tempus
dierum quadraginta à naturali immundi-
tia expiantur. Et subest physica ratio, qua-
re enixa fœmellã, diebus octoginta immun
da censetur. Hæc ratio qa oĩbus fere nota
est, non video quare eam hic indicem. Ex
Leuit.18. & Ezech.18. notum est, qua vehe-
mentia & rigore lex menstruatas accedere
prohibeat, qppe cũ vel natura ab huiusmo
di immundi profluuio abhorreat. Homo
itaq; spũ Dei præditus, nouerit etiam con-
gressum puerperaꝝ sibi esse illicitum. De
hac honestatis ratione legat sacerdos Am-
brosium in Lucam, eo loco, vbi Elizabeth
grauidata, sese occultasse dicitur. Hic breui
tatis gratia, hoc saltem adduxero, quod di-
citur 32. quæst.4.ca.Origo. Imitemur saltẽ
pecudes, & postquã vxoris venter intumue
rit, non perdant fœtus: nec amatores, sed
vxoribus præbeant se maritos. Apostolus

Legẽ Mosis qua ratione in plerisque locis obseruemus.

Honestatẽ & pudicitiam vel e bestijs discamus.

quoq; docet, orationis gratia secubandũ
1.Cor.7. Quod adijcio propter nouos euan
gelicos nostrates, q oĩa quæ ecclesiæ sunt,
ad scripturam reuocant. Vbi hoc, inquiũt,
est scriptum? Næ rogitant, vbi oia scripta
habeantur: sed interim nihil minus faciunt,
quàm vt studeant vita ipsa scripturæ præ-
scriptis respondere. Euangelica etiã & apo
stolica præcepta noui euangelici, vbi vo-
lunt, eleuant, nedum Mosis & ecclesiæ de-
creta deprimentes. Fatemur, iusto legẽ non
esse positã: rursus contendimus, iniusto le-
gem esse fixam: vtrũq; secundũ eundẽ Apo
stolum, 1. Timo.1. Ecclesia itaq; habet suas
disciplinas, non propter eos q perfectioni
student, sed propter rudes & crassos. Disci-
plinæ eiusmodi, iuxta prouerbium, ex ma-
lis moribus sunt natæ. Experta ecclesia, etiã
in agro dñico subnasci zizania: flagitijs ita-
q; & scandalis occurrendum ducens, disci-
plinas statuit, nulli bono contemerandas.
Extat libellus cuiusdã catholici, & eius do-
ctissimi viri, de officio mariti: libellum eum
oĩbus velim cõmendatissimũ, dignũ nimiq;
qui & legatur & memoriæ commendetur.
Libellũ eum q legerit, videbit quando &
quare coniugibus nonnunquã sit secuban-
dum. Hic breuitatis gratia dico, nos etiã na
turam docere, & honestatis admonere. Na
tura 1.Cor. 11. monet cæsariem sibi faciat
mulier, sed & natura monet, vt tẽpore am-
plexandi, se amplexentur coniuges, & tẽ-
pore continendi abstineant. Qua in re q;
pleriq; naturali legi pugnent, iumentis &
bestijs bruti magis, iudicem districtum, di-
strictiorem sibi faciunt. Natura item secun
dum Apostolum monet, vt vicem referã-
mus nr̃is maioribus, in honesta educatione
liberorum. Non modo pecudes & iumẽta
hoc nos docent, sed & bestiæ oẽs, feles &
canes, etiam cœli volucres eius rei nos ad-
monent. Secundum legem itaq; naturæ, lex
purgationis puerperarum asseri potest.
Lex ea vult, vt liberos nostros Dei munere
nos possidere agnoscamus: incumbere no-
bis, vt pignora nostra Dei ministerio man-
cipemus &c. Non est tantum coniugum, li-
beros gignere, nec item eos alere, sed & re-
te instituere, & mature statim à teneris vn-
guiculis sacra religione imbuere, Deoq; cõ-
secrare. Fit autẽ hoc primo per baptismũ,
secundo per purificationẽ eam, de qua hic
agitur, in qua Deo pro liberis suis suppli-
cant parentes. Fœcunditas, donum Dei, si-
ne gratia Dei fœtus in matris aluo non cõ-
alescunt, nec inde sine eadem Dei gratia na
scuntur. Sic etiam sine Dei gratia neq; inco-
lumes educantur, neq; varijs periculis sub-
ducuntur. Deniq; sine Dei benedictione sa-
cramentorum Dei capaces non euadunt.

Seb-

Submonet itaq; lex purificationis, vt & parentes supplices Deo, pignoribus suis Dei omnẽ gratiam tam corporis q̃ mentis postulent. Hoc est quod euãgelista dicit: Adduxerunt eum, puta puerũ, in Hierusalem, vt sisterent eum dño. Item hoc: Et cũ perfecissent oĩa, hoc est, cũ effudissent orationem, suaq; dona rite obtulissent, nõ quasi Christo nato, gratiam Dei petant, sed secundũ legem, vt & legi satisfaciant, & nobis Dei gratiæ inquirendæ exemplũ præbeant. Tertio, tenẽtur parentes liberis suis catechismũ. Quarto, confirmationis sacramentũ. Hæc sunt incunabula, quibus non deest diuina gratia. Sequitur itaq;: Et puer crescebat, corroborabatq; spũ, & implebatur sapientia, & gratia Dei erat super illũ. Vides bonũ esse homini, legem Dei portarẽ à puero. Vides legem & disciplinas, Dei gratiæ esse organa. Bono spũ ducta Anna vxor Helchanæ, quę Samuelem, quẽ (iuxta scripturã) precibus obtinuit, statim domino reddidit, 1. Reg. 2. Hoc oẽs debemus, dicente Zacharia Luc. 1. vt seruiamus illi oĩbus diebus nostris. Samuel interpretatur, à Deo datus, vel Deo deuotus. Atq; hæc hactenus. Obseruet sacerdos, quosdã hic legere αὐτῆς, quosdã vero αὐτῶν: alterum in singulari, alteꝝ in plurali numero. Illud tempus purificationis eius, ad matrem: hoc eorũ, cum ad matrẽ, tum ad filium referendum. Origenes & Theophylactus cũ plerisq; aliis, legunt in plurali, eorũ: quę lectio non est intelligenda, quasi vel alterum, vel vterq; lustratione opus habuerit: sed quia vterq; se submiserit vltro ad exemplũ, filius vero etiam ad sacramentũ, quo omnis nostra immunditia in se recepta, nobis sanctimoniæ virtutẽ parauit. Porro textus in Leuiti. habet: Vbim loth ieme taharath, hoc est. Et cũ impleti sunt dies purgatiõis eius. Taharath sine omni controuersia significat eius singulariter, non eorum. Vltima siquidẽ litera h, quã Hebræi he vocant, habet hic suũ dages siue punctũ, quo nostrum pronomen eius, fœminei generis, exprimitur. Quod ita non est intelligendum, quasi mater purgatione opus habuerit, sed vt ipsa vna esset ex illis, quemadmodum filius vnus ex illis. Et hic obserua verba Mosis Jssaki thazria, quod est, Mulier quæ cõcepto semine pepererit. Quid opus fuit tali battologia quæ sine rubore vix exprimi poterit fando? Respondet Bernardus & alii pleriq;, Mosen ita deuenerari & excipere virginem gloriosam, nouo modo parituram: suæ legi non condemnandã, sed admirandã. Ad hoc facit, quod subobscœnis verbis idem subdit, Omne masculinum adaperiens vuluam. Certe sic dicendũ fuit, vt insinuaret, puerperã etiã fore clauso virginali vtero, hoc est, claustris virginei pudoris inuiolatis, prolem diuinã possessuram, hoc est, à partu inuiolatam permansuram. Sic vides battologiam necessariam & non obscœnam: alioqui succinctius & honestius dixisset, oĩs puerpera quæ masculum enixa est. Augustinus purgationẽ allegoricos accipit, vt significet informem & ineruditam vitã, doctrinæ forma & eruditione mundari debere. In lib. de bono coniugii. Oblatio pauperũ erat, aut par turturũ, aut duo pulli columbarũ. Sic habet Hebræus: Schete thorim o schene bene ionah. Atq; hic paupertas Mariæ declaratur, ipsaq; paupertatis virtus extollitur. Gratia & charismatis plena Maria, mulier virtutũ, hic paupercula ostenditur. Leuiti. 12. pauperũ donum, duo pulli columbarũ, aut par turturum exprimitur. Mosis verba hic inducuntur, vt Mariæ paupertas significantius declaretur. Vide paupertatẽ non esse erubescendã, non esse turpem, sed omniũ splendidissimã, etiam ipsi Deo gratam. Maria paupertati studuit, pauperum dono contenta: quia iuxta prophetas, filiũ suum in hac terra pauperem, & egestati suam laudẽ paritutũ, ꝓuidit. Valerius Max. testis est, etiam cordatiores ethnicos paupertatem gloriosam æstimauisse: sed æternæ beatitudinis meritoria iuxtà atq; gloriosa facta est per Christũ omni fideli. Cæteꝝ Maria etiam vetũ agnum illũ obtulit, per quẽ & paupertas illam laudẽ sortita est, & per quẽ peccata mundi vniuersa auferunt. Columbarũ munus significat Deũ delectare veram simplicitatẽ, Matth. 10. Col. 3. Act. 2. In turture præterea castimonię symbolon habetur, in vtraq; innocentiæ adumbratio quædam resplendet. Auiculæ aliæ omnes animalculis insidiantur. passer muscas & formicas, vt Augustinus ait, vorat: sola columba & turtur animã vitalẽ habentibus parcunt, semine & granis contenti. Videat sacerdos, quid Beda de hoc mysterio memoriæ prodiderit. Mater Christi gloriosa, præterea etiam primogenitũ suũ domino Deo sanctificauit, hoc est, dedicauit. Parastasis siue exhibitio hæc apud Mosen ita describitur: Kadeschli col bechor petter col rehem bibne Jsrael. Hoc est, Sanctifica mihi omne primogenitũ, quod aperit vuluam in filiis Israel. Matt. 1. Christus vocatur primogenitus Mariæ. Rom. 8. dicitur primogenitus in multis fratribus. Col. 1. primogenitus oĩs creaturæ, & primogenitus ex mortuis. Act. item 1. dicitur primogenitus mortuoꝝ. Primogenitus (ait Sedulius in epistolã ad Romanos) qa ante omnẽ creaturã, non factus, sed natus.

Allegoria purgationis puerperarum.

Marię virginis paupertas.

Colũbina simplicitas Deo gratũ offertoriũ

Primogenitus vocat Chrs.

Primogenitus ex regeneratione spiritus, ex resurrectione mortuorũ,quia omnium nostrũ caput,per quem sanctificati, hæreditamus gloriam cœlorum. Primogenitus,per quem seruabantur primogenita filiorum Israel in Aegypto. Hic erat dño sistẽdus,vt nos sisteremur Deo in illo oẽs. Vide qualium mysterioꝝ Dei mater Christi fuerit executrix:& caue,ancillã sanctæ Trinitatis,tantorũ arcanorũ Dei cooperatricem & dispensatricem,puellam agrestẽ voces. Sed ad sequentia.

Et homo erat in Hierusalem,cui nomen Simeon:& homo iste iustus & timoratus,expectans consolationem Israel,& spiritus sanctus erat in eo. Et responsum acceperat Simeon à spiritu sancto,non visurum se mortem,nisi prius videret Christum domini.

Mellifluus plane sermo. Puerperalia oĩa iucunda & consolatione plena:circuncisio,pastorũ & magorũ concitatio,lustratio & omnia,mysterijs item plena omnia. Hic adducitur tantorũ mysteriorũ interpres presbyter siue senex venerabilis,testis fide dignus,multorum nimirũ meritorũ, Simeon nomine. Filium Hillel archisynagogi cuiusdam,Simeonem eum fuisse ferunt. Gamaliel, de q̊ Act.5.& 22.dicit̃. Itẽ Ionathas Vziel,compilator Targi,Simeonis contyrones dicuntur fuisse,ab eius nimirum parente instituti. Targus est Chaldaica Biblia,cui Iudæi tantum tribuerunt fidei,quantum ipsi veritati Hebraicæ. Scripsit & stromata in biblia, maximæ item apud Iudæos autoritatis. Thalmudistæ hunc Simeonem vocant Zadick:adeo nobilis est interpres & testis ille puerperaliorum Mariæ,nataliumq́; Christi. Sextuplici titulo presbyterum eum hic euangelista noster prædicat. Primo hominem vocat,non sine laudis emphasi. Secundo, Simeonem dictum,certe cum singulari p̃dicatione. Simeon em̃ obedientiæ, aureę virtutis,significationem habet.

Simeon filius Hillel

Simeonis contyrones Gamaliel & Ionathas.

Simeonẽ Thalmudistæ vocãt zadick

Simeonis commendatio.

Tertio,ciuem Hierosolymitanum fuisse commemorat. Quarto,à iustitia & Dei timore commendat. Atq; hic obserua:A iustitia omnigena, puta bonorum operum,exercitatione virtutum ,omnium scandalon euitatione, prædicatur, & statim Dei timens dicitur:vt ostendat, pharisaico fermento Simeonis nostri iustitiam neutiquam fuisse contemeratam:neq; em̃ hominẽ illum pium & obedientem,suam gloriam,sed Dei in om̃ibus quæsiuisse.

Quinto,ab expectatione consolationis Israeliticæ laudatur. Spem non habuit in caducis rebus,sed in Deo viuenti,nouerat om̃ia huius mundi,iuxta Salomonẽ,esse vanitatẽ. Nouerat(quod Apostolus ait)mundum in maligno esse positũ. Virtuti igitur, in qua solidã beatitudinẽ sitam cognouit, vnice studuit. Nouerat itẽ promissum Israeli Sotera,hoc est, Christũ,omniũ virtutis autorem,omniũ charismaton largitorem. Tempus deniq; eius Messiæ aduentus ex Danielis oraculo adesse nouerat,vnde hoc vnice à Deo ardentissimis votis postulauit, vt sibi hoc suũ salutare videre annuat. Hæc om̃ia euangelista insinuat,dicens:Erat expectans consolationem Israel.

Sexto,spũ sancto plenus dicitur. In quibus verbis,spũs sanctus omniũ præmissoꝝ charismaton autor ostenditur. Simeon itẽ præcipuæ gratię insignis prædicatur. Sunt qui sacerdotẽ fuisse affirment,sunt rursus qui hoc negent. quæ iam diximus,omnia suffragantur illis, qui sacerdotẽ fuisse adfirmant. Certe etiã si laicus fuerit,idiota non extitit,ciuis Hierosolymitanus,tanti luminis,tantos contyrones,talem parentẽ habens. Et etiã sic titulus est omniũ splendidissimus,omniũq; celeberrimus. Cosmophagi nostrates hodie,in quos hoc quadrat,Pellæo iuueni totus nõ sufficit orbis, à mille regionũ titulis celebrantur,quippe quibus seruiat vltima Tyle. Sed quis nõ p̃ferat sortem huius capularis ciuis Solymitani, om̃ibus Augustorũ,Alexandrorum, Herculium,cæterorũq; antiquorũ & cantatissimorũ tyrannorũ imaginibus & monumentis? Nemo mẽtis compos,minimũ digitulũ Simeonis,vniuersis illis tyrannis in vnũ corpus conflatis, cõmutauerit:sed nemo itẽ est,qui exemplo Simeonis adeo virtuti studeat,ardentiq; desiderio gratiã spũs sancti adeo postulet. Spm̃ suum dominus Deus omni roganti promitit Luc. 11. vnde & Simeon noster voti sui compos effectus dicitur. Responsum siquidẽ accepit à spũ sancto,se non visuꝝ mortem,hoc est,non fore vt emigret ex hac vita,nisi prius Christũ domini,consolatorẽ & conciliatorem Dei & hominum conspexisset. κεχρηματισμένον, quod oraculum significat, vulgata translatione, Responsum,est redditum: quod respicit ad vota ardentissima,quibus promissionẽ eam tanti oraculi obtinuit. Iosephus ab Arometh quoq; spũs sancti afflatu,mala quibus synagoga misere laborãs,obruta fuit,animaduertit:vnde & ipse expectabat consolationem Israel. Fuerunt & alij pleriq;,qui redemptionem Israelis expectabant, hoc est, exopta-

optabant. Talia sacra vota dominum Deum exaudire, Dauid testis est, psalm̃. 20. dicens: Desiderium cordis eorum tribui sti eis. Facessant fabulosa oracula de Delphici Apollinis tripode, immo de inferni voragine atq; Acheronte, prolata. Conferamus huc sacra oracula, priscis patribus filiorum Dei data: & videbimus omnia vmbram esse, ad gloriam huius responsionis. Quid em̃ æque præstãs homini contingere possit, q̃ vitæ autorem conspicere? Vere excellentissimũ omnium oraculum, quo talis conspectus promittitur, per quẽ mortis terror, ipsa etiam mors aufertur. Quod hic dicitur, Non visurũ se mortem, tantũ est, acsi dixisset, non moriturũ. Sic legis psalm̃. 15. Acto. 2. Christus dicitur hic Hebraice Meschiah Adonai, hoc est, Christus domini. Alludit ad hoc quod seruator subinde dicit se nihil dicere, nihilq; facere, nisi voluntatẽ eius à quo sit missus. Et dicitur Christus domini, iuxta psalm̃. Dixit dominus domino meo, hoc est, Deus de Deo, dominus de domino, lumen de lumine. Chrisma siue vnctio, missionis habet significationem, quasi dicatur, sanctus domini. De hac vnctione habes psalm̃. 44. Esa. 61. Hebræ. 1. Vnctus præ consortibus, hoc est, excellẽtius q̃ Aaron, Eleazar, *Ozias, Iesus, sacerdotes: itẽ splendidius quàm Saul, Dauid, Salomon, Ezechias, Iosias, Iehu, &c. Christus non semel vnctus, quia rex & sacerdos designatus: & nos regale sacerdotium, chrismate bis consignamur, in sacramento Confirmationis, & Baptismi. Aduigilandum nobis, vt & spiritualiter vngamur, vt satisfiat nomini, 1. Ioan. 2. Sequitur:

Christus domini.

Et venit in spiritu in templum. Et cum inducerent puerum Iesum parentes eius, vt facerent secundum consuetudinem legis pro eo, & ipse accepit eum in vlnas suas.

Simeonẽ prædicat euãgelista propter Christũ.

Hic vides, quare euangelista Simeonem tanto encomio in cœlũ extulerit. Ad fontem sanctitatis omnem sanctimoniam refert, vt aquæ eo, vnde promanarunt, reuertantur. Ex Christo fuit bonus, & propter Christum: hoc est, Christi bonitate fuit bonus, vt de bonitate Christi testificaretur. Parentes eius, ait euangelista. Nunquid & Ioseph? Vtique: sed saltem secundum legis sacramentum, & secundum ius tutelare. Voluit maiestatis & gloriæ rex Christus, tutorem suum & nutritium, matris quoque comitem & germanum inseparabilem huic sacramento adesse, huiusq; solennitatis congloriosum fieri. O solennis celebritas tantorum hominum, virorum iuxtà atque mulierum, digna quæ quotannis certis cæremonijs repræsentetur. Simeon & ipse in spiritu venit in templum: non erat stata legis festiuitas, qua in templum venisset: nec item casu venit, sed certo spiritus ductu venit. Modus ille dicendi, in scriptura sacra infrequens non est. Ductum Iesum in desertum à spiritu, vides Matth. 4. Paulus & socij per spiritum regebantur, Acto. 16. 19. Non externa facies Mariæ & Ioseph, neque item externa facies ipsius pueri arcanum hoc Simeoni aperuit, sed spiritus sanctus ipsum vere reserauit. Sex hebdomadarum puerum vidit, pauperculum e stabulo aut alia quapiam casa hospitalitia in templum allatum vidit, & cognouit patrem seculorum e cœlo in terram elapsum.

Processio in festo purificationis sacro sancta.

O illuminatos oculos. Vtinã & nos cognoscamus talibus Simeoniacis, id est, obedientibus oculis, mortis triumphatorem, dexterum sedentem Deo patri. Vidisse talem infantulum non contentus: nam & iuxta Psalm̃. 2. appræhendit atque amplexus est. Quo hoc affectu fecerit, quam inde dulcedinem pietas senilis conceperit, quis fando explicauerit? Hæc cum sint supra dicendi & scribendi facultatem, cuiusq; deuotioni consideranda relinquamus. Bonam partem gaudiorum, ex ipsius senis verbis possumus colligere. Verba ea statim infrà audiemus. Hic locum puerperij Mariæ, verbis Ambrosij claudendum puto. Ait ille: Non solum ab angelis & prophetis, à pastoribus & à parẽtibus, sed & à senioribus & iustis generatio domini accepit testimonium. Om̃is ætas & vterq; sexus, euentuum miracula fidem adstruunt. Virgo generat, sterilis parit, mutus loquitur, Elizabeth prophetat, Magus adorat, vtero clausus exultat, vidua confitetur, iustus expectat. Sequitur:

Simeon nõ cõtentus videre Christum, sed & amplecti eũ voluit.

Et benedixit Deum, & dixit: Nunc dimittis seruum tuum domine, secundum verbum tuũ in pace.

Quid mirũ, si grandæuus exultet, puerum diuinum eum in vlnis amplexans atq; tenens, cum Baptista in matris vtero ad vocem pueruli nostri exultauerit? Lugubres in æternum manebunt Iudæi, Christum non recipientes. Annunciant angeli gaudia magna vniuerso mundo, gaudent pastores, exultant Magi, tripudiat Simon & Anna, multiq; alij, gaudij tanti qui non est

Simeon bñdicens Deo, cõfitebat̃ gratiam Dei gratuitã.

est consors, suapte culpa perpetuo planget. Benedicit domino, quia non natura, neq; suo merito aut legis Mosaicæ beneficio, sed sola Dei gratia, tanta accepit munera. Nunc dimittis seruũ tuum domine. Ciuis liberæ vrbis, spũ libertatis præditus, seruum se Dei fatetur. Væ filijs Belial, siue euangelicis, siue angelicis, siue item apostolicis, Christianam libertatem in carnis licẽtiam accipientibus. Iam nunc dimittis siue mittis, iuxta Hebraicum Salah, vel soluis siue absoluis, iuxta Græcanicum ἀπολύεις. Sensus est: Debitum carnis mihi soluendũ, sed mors me porro non terret, autore vitæ viso. Dimitte ergo, dimittis siue dimittas, secũdũ oraculũ tuũ fidelis & misericors Deus. Misericorditer quod pollicitus, perquàm fideliter præstitisti. Acquiesco iam, nec infernum ius expauesco. Pax hic accipitur pro conscientiæ tranquillitate, de qua ait Apostolus: Iustificati ex fide, pacem habemus erga dominum. Ire in pace, Gene. 15. legitur, pro ex hoc seculo migrare. Psalm̃. 4. In pace in idipsum dormiã & requiescam. Beati mortui qui in domino moriuntur.

Quia viderunt oculi mei salutare tuum.

Vultus Chri glorię plenus

De hoc plausu vide Esaiæ 9. & 40. Tantæ lætitiæ est vultus Christi, qui vere speciosus est forma. Vultum eum qui facie ad faciem videt, eius salua facta est anima, iuxta ecclesiæ cantum. Salutare tuum. Christus est salutare Dei, semen promissum, caput serpentis conterens, omnibusq; gentibus benedicens. Hoc salutare expectat Iacob Gene. 49. Dauid psalm̃. 119. In hoc gauisus Esaias cum omnibus sanctis, Esa. 29. Hoc viderunt oẽs fines terræ, Esaiæ quinquagesimosecundo. Hoc ipsum vidit & videbit omnis caro, Luc. 3. De hoc vide 1. Regum 2. psalm̃. 9. 20. 39. 41. 42. 50. 64. 82. 118. Baruch 4. Acto. 28. Romañ. 5. Græce legitur σωτήριον, Hebraice Iesua, quod nomen Iesu facit: nec solum sotera, sed & Deum secundum essentiam & veritatem significat. Thau siquidem pro S legitur, nullum habens dages. Iescuth siue Iesuth hoc salutare nomen exprimit, puerum Iesum esse hoc quod dicitur, esse effectu & re ipsa quod nomine significatur, hoc est, remissionem peccatorum, Matth. primo, verum Deum & hominem: quia solius Dei, peccata dimittere, psalm. 50. Lucæ septimo. Ne quis hic de peccati remissione dubitet, Sequitur:

Iesus significat seruatorẽ

Quod parasti ante faciem omnium populorum.

Hic exponit, quando & cui salus ea sit parata. Non nouo aliquo cõsilio salus tam ta nobis est parata. Aeternum Dei est consilium, quod figuræ legis omnes delinearunt. Quidquid in lege peccati remittendi formam habet, huius propiciatorij typus fuit. Amauit nos in dilecto hoc suo, antequam huius mundi fundamenta iacerentur. Amauit, inquam, nos in dilecto hoc suo, & non in vitulis & vaccis legalibus sacrificiorum. Nos, inquam, etiam eos qui ex ethnicis ad fidem Christi peruenimus: vt ante faciem, significet, in conspectu, κατὰ πρόσωπον. Neque enim Iudæorũ Deus tantum est, Romañ. tertio. Misit ergo apostolos suos in vniuersum orbem, Actorum primo, prædicatum euangelium etiã gentibus omnibus, Marci vltimo. Parare salutem, est Iudaica dialectos. Atqui Hebraicum Hechen, non significat solũ parare atque digerere siue instituere, sed etiam fulcire, communire, & adstruere, vt Hebraice legatur Hechinota. Parata est salus secundum prædestinationem, cõmunita vero secundum veritatem & iuramenta confœderationis Dei & filiorum Israel. Paratum & confirmatum omni populo credenti, Ioan. tertio, & mandata Dei seruanti, Matth. 19. 28. Christo compatienti, siue sublata cruce Christum sequenti, Matthæi decimo, 16. Lucæ 9. 14. Rom. octauo. Parare intelligimus de humanitate Christi. Suo periculo interpretetur quispiam de generatione æterna. Hunc locum poteris conferre cũ eo, qui est Esa. 52. Parauit dñs brachium sanctũ suum in oculis omnium gentium. Parauit nobis salutem inuentu facilem, certãq;, Ioan. decimoquarto, Hebræ. vndecimo.

Lumen ad reuelationem gentiũ, & gloriam plebis tuæ Israel.

Epexegesis superioris clausulæ. Lux, inquit, illuminandis gentibus & glorificãdæ genti Israel. De hoc lumine, quod Christus ipse est, extant multa prophetarum oracula. Esaiæ nono: Lux orta est eis. 49. Dedi te in lucem gentium vt sis salus mea vsque in fines orbis terrarum. 42. Dedi te in fœdus populi mei, in lucem gentium, vt aperires oculos cæcorũ, & educeres de conclusiõe vinctum, de domo carceris sedentem in tenebris. 50. Ambulabunt gentes in lumine tuo. Ecce tibi præclara loca de vocatione gentium: omnia iucunda & salutaria scitu. Videant sacerdotes, vt huiusmodi loca vsque ad vnguem memoriæ commendent. Lux ea gentium, Christus est (Ioan. primo, tertio) lucens in tenebris.

bris. Lux mundi, Ioan. 8. 9. 12.

Obserua Simeonē non saltem duo verba proferentem cū Esaia, ꝺt Goym, hoc est, lux gentiū. Dicit em̄, lux ad illuminationem gentium. Paraphrastes em̄ sensum ipsum exprimit. Lucas reuelationē eam, apocalypsim vertit. Christus itaq; lux est: Primo, idololatriæ tenebras supprimēs. Secundo, synceram religionē ostendēs. Tertio, peccatorū & concupiscentiarum nubila (sic em̄ vocatur Esa. 44. Matth. 6. Lucæ 16. Ioan. 3. 12. 1. Ioan. 1. 2.) tollens. Quarto, scripturarū intelligentiam conferens. Vnde & clauis Dauid dicitur. Sensus verborum Simeonis est: Puerulus ille lux est, omnia obscura & tenebrosa, errores & peccata pellens, mentes hominū illuminans, conscientias serenans. Superest adhuc alia apocalypsis extremi iudicij, de qua 1. Petr. 1.

Gloria plebis suæ Israel, Christus. Sequitur: Gloriam plebis tuæ Israel. Iacob & Israel gloriabit, ait Esaias 44. Plura vide ibidem 46. 60. Gloria Iudæorum primo est ea, de qua dicitur Ioannis quarto: Salus ex Iudæis. Secundo, ea de qua dicitur Rom. tertio: Illis credita sunt oracula Dei. Israel est ipsa olea, contra quam oleaster pie affirmari non potest. Infelicissimi vero omnium sunt, Christum gloriam suam non recipientes. Infelicium eorum tanta est cæcitas, vt etiam Christi nomen ausint contumeliæ loco habere. Quos nos ethnicos vocamus, illi Gozesch & Nabuchadnesar vocant. eos nos dicunt & fuisse & esse. Dux Iesus, lux gentium & gloria plebis suæ, velū illud tenebricosum & omnium inhonestissimum, e cordibus eorum tollere dignetur. Nobis quoque suam gloriam largiatur, vt in lumine præclaro istoc composite, vt filij lucis, ambulemus, ad suam gloriam, quæ illi vna est cum patre & spiritu sancto, per omnia secula. Amē.

IN DIE S. MATTHIAE APOSTOLI, euangelium Matth. XI.

IN illo tempore respondens Iesus, dixit: Confiteor tibi pater, domine cœli & terræ, quia abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. Ita pater, quoniam sic placitum fuit ante te. Omnia mihi tradita sunt à patre meo. Et nemo nouit filium nisi pater, neque patrem quis nouit nisi filius, & cui voluerit filius reuelare. Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos. Tollite iugum meum super vos, & discite à me, quia mitis sum & humilis corde: & inuenietis requiem animabus vestris. Iugum enim meum suaue est, & onus meum leue.

PRAEFATIO.

IN lectionibus euangelicis multorum dicta inferūtur: neq; em̄ Christus aut euangelista semper loquitur: sed, quoniam euangelistæ historiam Christi vnà cum eiusdem præceptis describunt, vsu venit, vt etiam eorum quibus cum conuersatus est, dicta & gesta recenseant, amicorū & inimicorū, Nicodemi, Ioseph ab Arimath, Mariæ, Marthæ, discipulorū & Iudæorū, nunc Pilati, nunc Herodis verba adsignent. Matth. 4. Marc. 1. & alibi etiam diabolus quid dixerit cōmemoratur. Imbuta plane nectare sunt verba, quæ Christus ipse effatus est. Vnde etiam psalm. 118. Dulciora super mel & fauū verba Dei dicūtur. Lectio præsens nihil aliud est, q̄ ipsius Christi merū verbū, vbi nullus discipulus, nullus Iudæus, sed solū ipse loquitur dominus. Attentius ergo à vestra charitate audiendū. Tria præcipue in hac lectione traduntur. Primū Gratiarū actio Christi, confitentis patrem cœlestē pro sua voluntate omnia rite digerentē, etiā si mundus hoc minime videat aut probet. Secundū, Christi maiestas & potestas, qua etiamnū nititur ecclesia. Tertiū, Clementia Christi erga fideles oēs. Lectionē ipsam videamus.

In illo tēpore respondens Iesus, dixit: Confiteor tibi pater, dn̄e cœli & terræ, quia abscondisti hæc à sapientibus & prudētibus, & reuelasti ea paruulis. Ita pater, quoniā sic placitum fuit ante te.

Rogitas cui responderit? Lucæ 10. hoc require. dicit ibi: Reuersi sunt septuaginta duo cū gaudio, dicētes: Dn̄e, etiā dæmonia subijciuntur nobis per nomen tuū. Ad hoc inter cætera exultans spū, respondit: Confiteor tibi pater, hoc est, prædico, laudo, Confiteri aliqñ significat laudare.

benedico, gratulor tuæ bonitati, tuæ sapientiæ, tuæ voluntati, tuæ prouidentiæ, quidquid id est boni, adscribo. Tu dominus es cœli & terræ: tuū itaq; est, pro nutu tuo omnia & in cœlo & in terra facere & decernere. Principem huius mundi imbecilles expugnant homines: debilibus & infirmis virtutem dedisti, non modo contra tyrannos & reges, sed etiam contra ipsum inferorum regem. Tu idiotas fecisti omnibus mundi philosophis sapientiores. Rudes, inquam, gnaros: imbecilles, validos fecisti, atq; adeo vtrinq; tuam gloriam mirifice declarasti, vsqueadeo, vt nemo non videat, tuum esse, exaltare humiles, & elatos de sedibus deturbare. Mysteria hæc, ter maxima sunt, aliqua etiam parte ethnicis nota. Parnasum montem finxerunt Musarum sedem, in eo dormientem quemcunq; euadere doctum: Hippocrenen tantæ virtutis esse fontem, vt in eius potu mortales etiam ipsam imbibant sapientiam, figmento istoc omnem sapientiam Deo acceptam referentes. Fortitudinem item Iouis & aliorum deorum, diuinæ potentiæ & prouidentię attribuerunt. Bis ergo ethnici sunt, qui hoc aut nesciunt, aut non credunt. Apostolus in epistola ad Corinthios dicit, Deum patrem viles & abiectos huius mundi semper elegisse, illustres quoscunq; contempsisse. Instrumentū vtrunq; huiusmodi exemplorum est plenum. Isaac, Iacob, Ioseph, Dauid, & omnes electos, minimos fuisse vides. In euangelica historia vides item apostolos Alexandro Magno, Baccho, Hercule, Achille, & omnibus hoc genus bellatoribus, potentiores. Vides itē e tertio cœlo mysteria allata talia & tanta, qualia & quanta apostoli non didicissent, ne quidem in paradiso. Si cogitatio tibi inciderit, huius rei rationem indagandi, paruulos eos ad petram Christon contere. Quid docto Platoni debuit cœlestis pater? Qua iniuria affecit eloquentem Demosthenem, q̃ ea illi mysteria non reuelauit, quæ illiteratis reserauit piscatoribus? Neq; ergo statim euangelion est vanum, q̃ Aristoteles hoc non conscripsit. Nec ergo friuolum est, quod Petrus (vt Hieronymus ait) rusticus hoc prædicauit. Euangelium non Athenis, sed in cœlo (vbi neque seritur, neq; metitur magnis illis philosophis) suā habet regiam. Pędotriba eius nullus philosophus est, sed magis ipse spiritus sanctus, Ioan. 15. 16. Hinc theodidacti sunt, quos, mediante viua voce, docuit ipse Deus Matth. 16. Marc. 8. Luc. 9. Ioan. 6. Roma. 10. Esa. 54. Et quomodo superbis huius mundi se insinuet Deus, quos præcipuo insectatur odio, Iacobi quarto, 1. Petri 5. Romañ. secundo? Vt se erga euangelion Christi, sapientia huius mundi habeat, vides Ecclesiast. septimo, Matth. 16. Rom. 2. 11. 12. 1. Corinth. 1. 2. Iohel. 5. 1. Timoth. 6. Acto. decimoseptimo. Sapere non est malum, modo ad mensuram, & ea quæ sunt spiritus Dei, eaq; quę sursum sunt & nouissima, sapiamus, Deutero. 32. psalm. 93. Roma. 8. 12. 14. 15. Philip. 4. Colos. 3. Sine Christo discere, est dediscere: sapere, desipere: scire, nescire. Vnde recte dictum est:

Si Christon nescis, nihil est si cætera discis.
Si Christon discis, nihil est si cætera nescis.

Quare qui vult sapiens fieri, stultitiæ crucis operam nauet oportet, 1. Corinth. 1. Scientia crucis, vera est abundantia lucis, eius nimirum, quæ in baptismo datur. Huius loci exemplum vides in omnibus ecclesiæ doctoribus. Augustinus & Gregorius vel à puero discere erant semper parati. Hieronymus lembum se, non liburnū dixit, collatione aliorū doctorum ecclesiæ. Itidem omes fecerūt alij sancti patres: atq; hæc est pueritiés illa, cui se Dei promisit veritas. Hoc est exaltari humiles, Ezech. 17. Lu. 14. Columbella simplicitate spiritū sanctum catholici exprimere studuerunt, qui in columbina magis q̃ in aquilina specie Ioanni Baptistæ & apostolis apparere voluit. Salomon Pethaim multis prosequitur, et Græcis dicitur νηπιέη, id est, infantia, quæ certum organon est spiritus sancti, Prouer. 9. Si quis ignorat & imprudens est, veniat, dicit sapientia. Hic chare frater considera, quātū malum sit hæresis, quæ se adeo de sua iactat sciētia. Certe id quod habēt, ab eis auferetur (Luc. 8.) infatuante eos sua ipsorum sapientia. Non adeo peccauerūt hæretici primitiuæ ecclesiæ, atq; nostrates euangelici, qui præ sua scientia tot sanctos patres doctrina catholica, sanctimoniaq; vitæ probatissimos, vnà pessundant oēs, se ipsos oībus adorādos obtrudētes. Tēpore priscorū hæreticorū tot S. patrū, in vno sensu sibi consentientium, tot monumenta nō fuerunt in lucem edita. certū ergo est, vltimos hæreticos in pœna fore primos, quia & maior culpa est, tam manifestæ pugnare veritati. Pigeret eos operæ inanis. neq; enim patres, næ impugnando, impugnāt, sed eos magis stabiliunt, vt sancti vincant cū iudicantur. Dominus Deus, q̃ se illis humilibus insinuauit, superbiæ nostratium se plane subtraxit. Vtinam attendentes quot millia animarū varijs cōscientiarū tricis implicuerint, forte pœnitētiā agerēt. Stat nobis eulogiū Chr̄i cōtra oēs hæreticorū argutias. Si sunt plures hæretici, si sunt acuti &

vilissimos q̄sq; huius mūdi iudicio, Deus eligit.

Iudicia Dei, abyssus multa

& eloquentes,vincit tamen colũbina simplicitas:vincit aũt,quia Deo patri hoc ita visum fuit. Deus est cœli & terræ: omnia ergo quæ voluit & vult,fecit & facit,cum in cœlo tum in terra. Ita pater, certe pater,sic cõplacuit tibi,sic fuit bona volũtas apud te. Poteris etiam legere, Pater es tu: Certe tu pater es, ex quo omnis paternitas in cœlo & in terra. Tu itaq; cum pater sis,tuum est humiles exaltare, & deprimere elatos:nemo est q te possit carpere:qdquid enim tu statueris, sanctum non esse non potest. Si mũdi oculus nequam & liuidus,tu certe semper candidus es & bonus. Exemplũ huius loci est S. Matthias,qui secundum sortem Iudæ proditori suffectus est:procul dubio, viro duplici animo, pethaim, νήπιος,hoc est,infans & simplex. De apostolis omnibus memoriæ proditũ est, φ fuerint ἀγράμματοι καὶ ἰδιῶται,hoc est, illiterati, indocti, siue rudes. Iuxta promissionẽ Luc.21. dedit illis os & sapientiam, cui nõ potuerunt resistere oẽs totius mundi sapiẽtes. Laicos & idiotas eos,fecit clerum doctũ,etiam docibilẽ. Hoc est quod de sancto Cypriano dicit sanctus Augustinus:Sicut multa erant quæ doctus Cyprianus doceret,sic erat & aliquid, quod Cyprianus docibilis disceret. Euãgelicæ lucis insignes illi,qui se doctos omni mundo venditant, Deo docibiles se denegant & subtrahunt: vnde nihil minus q̃ à Deo doctos videmus. Sequitur:

Omnia mihi tradita sunt à patre meo. Et nemo nouit filium nisi pater, neq; patrem quis nouit nisi filius,& cui voluerit filius reuelare.

Audistis de confessione Christi. Iã sequitur de eiusdẽ maiestate,quã habuit etiam ante eius manifestationem. Oĩa,ait, mihi tradita sunt. Cũ dicit,oĩa,nihil excludit:cũ dicit,tradita, glorificat eũ ex quo procedit,per quẽ omnia,qui est super oẽs benedictus Deus in secula. Dicens,mihi,se idem cũ patre ostendit, verbũ nimirum & principiũ, per q̊d oĩa sunt facta. Declarat,inquã,se creatorẽ & gubernatorẽ vnipotentẽ & oĩpotentẽ, iuxta hoc Matth.8. Mihi data est oĩs potestas in cœlo & in terra. De hac Christi potentia ait Psal.8. Omnia subiecisti sub pedibus eius. Locũ cum de Christo intelligendũ esse,vides 1. Corint.15. Hebr.2. Hic obserua autoritatẽ apostolorũ, qui tanquam agni, missi sunt in mediũ luporũ. Hic disce duplicẽ Christi naturã,& armaueris te aduersus hæreticos omnes. Natura in Christo est humana & diuina,quarũ alterã ab altera q probe nouerit discernere, minime in cruce Christi scandalũ patietur. Est eñi humanitas Christi,agnus tollens peccata mundi:diuinitas,pontifex magnus. hic nostra gloria,illic nostra satisfactio, vtrinq; nostra salus. Qui alterũ à Chr̃o aufert,Christum inanem facit, fidẽ ecclesiæ obliterat, ipsiq; Antichristo præludit: quod in Epistolis Pauli ad Corinthios, & in Ioannis Chronica planius rudiusq; ostenditur.

Sequitur: Et nemo nouit filiũ nisi pater, neq; patrẽ quis nouit nisi filius, & cui voluerit filius reuelare. Theophylactus: Maius dicit, Nulli sit mirum,me omnium esse dominũ,quoniam scilicet & aliud maius possum, nempe scire patrem & eundem alijs quoq; reuelare valeo. Non est parui momẽti,scire & nosse patrẽ. Tanti res est, vt nulli vnquam contigerit, nec vnquam contingat,nisi reuelatione superna, q̃ mihi cum patre est vna. Respicit hic ad id q̊d suprà dixit,Patrem reuelasse sua mysteria paruulis. Hic adijcit filium quoq; reuelare patrem. Vnde colligere est,Vnã virtutem esse patris & filij: siquidẽ & filius reuelat iuxtà atque pater. Nihil hic agit humana industria, nihil doctrina. sola hic regnat superna gratia, quæ in genus humanum, nisi per filium,nulla alia venit via. Qui sibi videntur sapientes,indigni sunt q sciãt patrem: qui sibi videntur diuites & potẽtes,dimittentur inanes. Exempli gratia: Iudęi videntur sibi sapere, sed vere desipiunt, quia neq; à patre,neq; à filio docti. Idẽ de Turcis & hæreticis dictũ volo, qui si à Deo docti essent,Christi vnicã nõ dilacerarent. Iudæi sibi docti videntur, sed filium nesciunt:hũc quia nesciunt, etiam à patre longe absunt,1.Ioan.4. Lex identidem filij Dei facit mentionem. filij item Dei vndiq; adumbrat mysteria, incarnationis,passionis & resurrectionis,&c. hæc quoniã Iudæi non didicerunt, nihil didicerunt. Qui non credit in filium, iam iudicatus est, Ioan.3. tantum abest, vt patris sibi gratiã polliceatur. Filius est scala quã vidit Iacob,& qua in cœlum itur. In filio sunt dilecti omnes electi: quia beneficio Christi crucis omnibus contigit regio lucis,agnitio veritatis, & fruitio claritatis. Maledicta commenta Thalmudica, maledictę næniæ Machumeticæ, benedicta prædicatio legis euangelicæ. Beatus q eã audit & custodit. Sequitur:

Nosse patrem cœlestem, & eũ alijs reuelare, Dei est.

Docti sũt à Deo,q filiũ Dei noscunt.

Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis,& ego reficiam vos. Tollite iugũ meũ super vos,& discite à me,qa mitis sum & hũilis

corde:& inuenietis requiem animabus vestris. Iugum enim meum suaue est, & onus meum leue.

Tertia sectio huius lectionis, in qua declaratur comitas benignissimi Iesu. Aptus contextus, dixerat neminem patrem posse cognoscere, nisi fuerit à filio doctus, nec à quouis filium cognosci posse, nisi eruditus à patre existat. Diceret quis, institutionem eam vbi humana adsequetur fragilitas? Tacitæ huic quæstioni respondet, mitissimũ se esse, neminem repellere, sed omnibus vltro occurrere. Si quis ad arcanorum Dei agnitionẽ non peruenerit, non poterit se dicere à filio pulsum, sed repulsum à se filium. Inuitat nos vt ad se veniamus, hortatur vt pulsemus, inuitat ad orationem, iubet quærere. Non vult mortem peccatoris Deus, sed magis vt conuertatur & viuat, Ezech. 42. Matth. 12. 1. Cor. 2. 1. Timot. 1. Et hoc loco ait: Venite ad me. Dicis, vbi ipsum inueniam? vbi cubat in meridie, vt inueniam & apprehendã eum? In ecclesia: vbi est veritas doctrinæ, & efficacia sacramentorũ: neq; eñ in caliginosis & vuidis antris hæreticorũ lucerna Christi fulgere potest, neq; superbiæ vaporem sustinet lux humilitatis, & nihil pacis domino cũ rixarum strepitu. Sic olim solum intra concordem synagogam, prophetarũ certitudo. Discordant sibi ethnicorũ oracula, & fallacia sunt & obscura. Vnde etiam Sibyllina oracula, in folia vento obnoxia cõmissa dicuntur. Et de ipsis ait Maro:

Docentur à Deo, volentes.

Ecclesiam elegit christus, vt ibi inueniat.

Horrendas canit ambages, antroq; remugit.

Extant de Christo certe nõnulla: nõ rejicimus ea, sed ad docenda mysteria fidei non satis valida. Mosen vero & prophetas audire iubemur. Quàm sibi prophetæ & euãgelistæ consentiant, videmus. Esa. 55. dicitur. Omnes sitientes, venite ad aquas: & q nõ habetis argentũ, properate, emite, & comedite. Venite, emite absq; argento & absq; vlla commutatione vinũ & lac. Quare appenditis argentũ non in panibus, & laborem vestrum non in saturitate? Audite audientes me, & comedite bonum, & delectabitur in crassitudine anima vestra, & feriam vobiscũ pactũm sempiternũ, misericordias Dauid fidelis. Hæc verba prophetæ si probe expendas, inuenies plane esse eadẽ cum verbis Christi lectionis pñsentis. Terquaterq; hortatur & vocat ad se, toties & nobis sua charismata promittit: nempe misericordias Dauid fidelis. Hoc quoq; facit ad ecclesiæ Christi cõmẽdationẽ. De Christo fere apud prophetas dicit pater cœlestis: Seruus Dauid fidelis. Ecclesia item domus Dauid appellatꝰ. Huic saltẽ domui misericordia Dei promittitꝰ. Hic saturitas & quies, de qua Rom. 3. 2. Petr. 1. Matth. 3. Act. 10. Gal. 5. Act. 15. Act. 2. Ioan. 14. 15. 16. Tam à synagogæ onere, q̃ ab ethnicorum errore, in hanc domũ vocantur electi: neq; eñ post Christum lex saluat, immo grauat & condemnat. In ecclesia festiua lætitia: quia ecclesia est Christi sponsa, & euangelion verum epithalamium, gaudijs omnigenis plenum. Hic lugubris aqua, in consolationis vinũ mutata, Ioan. 4. Apocaly. 21. Hic vinũ & lac, pappa & solidus cibus, tã rudium & infirmorum, q̃ fortium & perfectorum doctrina. Huc qui ingrediũtur, hinc qui egrediuntur, pabula vndiq; inueniunt. Spiritus illusionis in hoc verbo, Venite ad me, rem sibi putat habere factam. Per hoc siquidẽ verbum, imperitos à matris ecclesiæ gremio, in errorũ varios anfractus mira argutia illectat. Ecclesiæ litania habet, Sancta Maria, ora pro nobis. Hæresis dicit hic errari, quęrens rimulam, vt alia atque alia exotica dogmata queat inferre. Errant, ait, papistæ, dicentes: Sancta Maria, ora pro nobis. Christus enim omnes ad se vocat, dicens: Venite ad me omnes qui laboratis &c. Imperiti hoc audientes sub papistico nomine, ab ipsa statim deficiunt ecclesia, tanquam ab errorum crypta. Sed locus hic non de oratione aut intercessione sanctorum, sed de onere legis, in qua nulla quies aut consolatio est, & de labore ethnicæ tenebrositatis, est accipiendus. Cæterum, beatorum intercessionem sic docet ecclesia, vt Christi mediatio & meritum vere illustretur. Deus enim is est, qui nusquam præsentius, atque in ecclesia sanctorum, glorificatur, Psalm. 86. Sed dicant illuminati euangelici: Si ad Christum solum confugiendum, tanquam ad intercessorem: num ergo ad aduocatum eum dicẽdum, Iesu fili Dei, ora pro nobis? Si est: Iam euacuata est gloria regnantis & sedentis ad dexteram Dei: sic etiam nusquã, præterq̃ apud Arrianos, filium minorem patre dicentes, veritas est requirenda. Iterum dicant: Quid est quod apostolus Paulus, quo se tantopere iactant, eorum qui tum erant in ecclesia, sanctorũ intercessionem postulauit, Roma. 15. 2. Cor. 1. Ephe. vlt. Coloss. 4? Et Petrus Acto. 12. ecclesiæ oratione liberatus esse legitur. Num vterq; apostolus ab intercessore Christo defecit? Hic dicunt, eadẽ oberrantes chorda, viuentes mutua intercessione opus haberet hoc est, viuos viuentiũ eorũ q in eadẽ naui naufragantur, indigere intercessiõe, & nõ beatorum & iam felicitate fruentium.

Prophetę & euãgelistæ sibi cõsentiunt.

Bona

Bona verba, & ea digna propter quæ relinquatur ecclesia Romana. Intercessione quacunq;, præterquàm beatorum, viuentes opus habent. Ergo nocet esse beatum: ergo qui impassibiles sunt, etiam incompassibiles existunt: ergo qui ante thronũ misericordiæ præsentes adstant, omnem miseratione exuunt: ergo in domino obdormire, est perire: ergo beati, nobiscum non sunt vnum corpus. Vides fructũ euãgelij, Sola fides iustificat: Opera bona sunt peccaminosa, & damnationem merẽtur. Secundũ hoc euangelion, sequitur, beatorum pro nobis intercessionem esse nullã. Sed oues Christi audiunt & agnoscũt pastorem. Qui dicit, venite ad me: idẽ etiam dicit, Tollite iugum meum super vos. Belial filijs ociose hoc dictum est. Nam cum sola fides sufficiat, qd credentibus in Christum cum iugo & onere? Et superuacue dictum est Matth. 19. Si vis ad vitam ingredi, serua mandata *Dei. Item hoc Ioan. 13. Beati eritis si feceritis ea. Theodidacti veri non excutiunt iugum Christi, quod nihil aliud est, quàm submissionis, obedientiæ, charitatis mutuæ, atque adeo veræ eusebiæ, præceptum. Sequitur ergo: Discite à me, quia mitis sum & humilis corde, & inuenietis requiem animabus vestris. Ecce tibi, declarat quodnam suum sit iugum & onus, nempe benignitas & humilitas, obedientia & patientia, charitatis & omnium virtutum exercitium. Leue hoc onus, quia Ecclesia non vrget nolentes, quemadmodum Moses, sed ducit vltro sequentes, hoc est, volentes. Sanctæ libertatis ductu primitiua ecclesia (vt exemplis agam) gaudens verbera sustinuit synagogæ, Actorum quinto. Iugum domini suaue: quoniã (vt Theophylactus ait) omnia propter futuram retributionem leuia. Et hoc illuminatis papisticum: quia qui meritis exciderunt, prædicationem meritorũ ægre ferunt. Sed ecclesiæ est verbum: magnitudo præmiorum promissorum, lenit omne onus omnium laborum. Temperat etiam persecutionum procellam, auxiliũ præsens spiritus sancti, qui non finit nos tentari supra id quod possumus, Marc. 9. 1. Corinth. 10. Huc pertinet aureus libellus de imitatione Christi, quod cuiq; vice speculi esse debet, quippe in quo suã imperfectionem speculari potest. Hilarius iugũ accipit de mandatis Dei, 1. Corinth. septimo. Item de cruce Lucæ decimoquarto. Augustinus de dilectione Dei & proximi, contra Pelagianos hypognost. lib. quinto. Hieronymus intelligit exercitiũ disciplinarum & virtutum, super Esa. 14. dicens: Deposito iugo Nabuchodonosor, portemus iugum Christi. Ad consolationem pertinet verbum Abrahæ ad diuitẽ atque damnatum nepotem: Nunc Lazarus est in refrigerio &c. Hic qui per charitatem multum laborauit, plurimũq; molestiarum exanclauit, plus meritorum recepit. Apostoli ergo non contẽti fide ociosa, pro Christi gloria subierunt prouincias molestas & quæq; durissima: vnde & nũc maxima est eorum gloria. Dominus Deus per meritum passionis sui vnigeniti, & per intercessionem sancti Matthiæ apostoli, sensus nostros illuminare dignetur, vt visa sanctorum gloria, & consideratis pro bonis operibus promissis præmijs, labores quoslibet, etiam crucis contumeliam, non subterfugiamus in hac vita, sed per eam tendamus vbi est pax & vera gloria, ad gloriam Dei patris & omnis gloriæ, Amen.

IN DIE ANNVNCIATIONIS MAriæ, Euangelium Lucæ I.



IN mense autem sexto, missus est angelus Gabriel à Deo in ciuitatem Galilææ, cui nomen Nazareth, ad virginẽ desponsatam viro, cui nomen erat Ioseph, de domo Dauid: & nomen virginis Maria. Et ingressus angelus ad eam, dixit: Aue gratia plena. dominus tecum. benedicta tu in mulieribus. Quę cum audisset, turbata est in sermone eius, & cogitabat qualis esset ista salutatio. Et ait angelus ei: Ne timeas Maria: inuenisti em̃ gratiam apud Deũ. Ecce concipies in vtero & paries filium, & vocabis nomen eius Iesum. hic erit magnus, & filius altissimi vocabitur. Et dabit illi dominus Deus sedem Dauid

uid patris eius, & regnabit in domo Iacob in æternum, & regni eius non erit finis. Dixit autem Maria ad angelum: Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco? Et respondens angelus, dixit ei: Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi. Ideoq; & quod nascetur ex te sanctum, vocabitur filius Dei. Et ecce Elizabeth cognata tua, & ipsa concepit filium in senectute sua. Et hic mensis est sextus illi, quæ vocatur sterilis: quia non erit impossibile apud Deum omne verbum. Dixit autem Maria: Ecce ancilla domini, fiat mihi secundum verbum tuum. Et discessit ab illa angelus.

PROOEMIVM.



CHarissimi in Christo, lætamini, gaudete, exultate, quibus Dei clementia annuit lectionem præsentem audire. Arcanum audistis cõceptionis filij Dei, quod Dei prouidentia per mulierem virtutum, voluit antiquo hosti occultatũ. Hoc vobis ergo gratius esse debet auditu, quo audire vobis clementius concessit dominus omnium. Et iucundũ est auditu, quia dialogus archãgeli Gabrielis, & virginis Nazarethicæ Mariæ electæ & prælectæ, atque adeo dignæ habitæ, quæ fieret mater Messiæ, & quæ theotocos vera prædicaretur & veneraretur. Felix, quæ pura concepit ventre: felicior, quæ purissima credidit mente. O angelismon, hoc est, colloquium angeli sacrum, per quod sacrosanctum contigit Heraon, hoc est, conceptio, quam hodie recolit sancta mater ecclesia. Hodie Deus est homo factus, hodie vertex anguis contritus, hodie e cœlo in terram Deus respiciens, hoc quod per prophetas de vnigenito suo pollicebatur, præstitit. Hodie verbum Herach, per Esaiam ita vocitatum, (vnde & præsentem festiuitatem Heraon voco) adimpleuit. Ab hac promissione Esaiæ facta, intercessere plus quàm quingenti anni, qui ante dominum tanquam nihili. Verax in promissis suis omnibus, vnde & propediem aderit iudex omnium. Eia ergo fratres, recolamus nostræ salutis exordia, veneremur nostræ salutis hæc incunabula & sacramenta, vt in illa die capita erigendo, redemptorem securi videre mereamur. Sequitur textus:

Arcana sua Deus satanan per mulierem virtutum occultauit.

Heraon festiuitas.

In mense autem sexto missus est angelus Gabriel à Deo in ciuitatem Galilææ, cui nomen Nazareth, ad virginem desponsatam viro, cui nomen erat Ioseph, de domo Dauid: & nomen virginis Maria.

Præsenti animo primo præmittit euangelista, ad Zachariam sacerdotem missum eundem archangelum. Sed viro, virgunculam inuenit fortiorem. Dubitauit vir, & is sacerdos, sed nihilo minus genuit Ioannem: credidit virgo, & plurima plenaq; gratia concepit Iesum Nazarenum mundi Sotera. Elizabeth sacerdotis vxor, statim à conceptione occultauit se: virgo statim à conceptione, per montana iuit cum festinatione. Elizabeth corrupta, Maria intacta. Illa verita fieri fabula vulgi, hæc gauisa fieri organon præcipuum gloriæ Dei. Vtrinq; mira Dei gratia: illa concepit grandæua & sterilis, hæc virgo. Vtrum præclarius miraculum? Certe hoc, quod virgo concepit creatorem omnium. In mense sexto, puta à conceptione Elizabeth, missus angelus Gabriel. Ecce quanta gloria sanctorum, à quorum tempore etiam Deus sua miracula digerit. Obserua hoc, quod sanctus Bernard⁹ hoc loco parastes ipsas, id est, circunstantias omnes diligentissime adnotauit. Mittitur angelus, nec quiuis angelus, sed archangelus, & is cui competat nomen fortitudinis Dei, puta Gabriel. Mittitur in oppidum Nazareth. Oppidum autem Nazareth in Galilæa situm. Mittitur ad virginem. Habet enim & virginitas suam gloriam: sed ante omnes, virginitas Mariæ. Vnde & virginis nomen dicit esse, Maria. Denique & eius, cui tanta atque talis despõsata fuit virgo, nomen & progenies commemoratur, Ioseph nimirum, de domo siue de familia Dauid.

Ioseph augmentationem significat, & ad ipsam rem optime quadrat. Plenitudo aderat gratiæ: recte ergo sponsus Mariæ, quæ dominationem significat, Ioseph vocabatur. Dauidis prosapia recensetur, propter prophetarũ oracula. Messias enim Daui-

Dauidico promissus est germini. Iosephi hic fit mentio, quia iuxta legem Leuitici decimooctauo, Ioseph & Maria de eadē tribu erant nati. Vnde notāter dicit̄ apud Lucā, Iosephū ex ꝓgenie Dauidis fuisse, & apud Matthæum expressius dicit̄ filius Dauid. Atq; hic vides, quare oportuerit virginem Mariam perpetuā, viro despon sari. Planius hoc tractant Hieronymus & Ambrosius. Ille contra Heluidiū tres ponit causas. Primo iam est subnotata, nimirum ea, vt per eum Mariæ induceret̄ progenies. Neq; em̄ scripturæ mos est, seriem genealogiæ à fœminis contexere. Secunda causa, ne tāquam adulteram lapidibus eā petere possit suspiciosa synagoga. Tertia, vt fugæ in Aegyptū & laboꝝ eiusmodi solatium custodis potius haberet, q̄ officium mariti. Ambrosius dicit, desponsationem factam ad adulterij suspicionem abscindendam. vnde diligentiam admiratur euangelistæ, qui Mariam & sponsam & virginem appellarit. Ibidē egregie prosequitur virginitatem perpetuam virginis Mariæ. Belle item tractat ipsam dictionem Donec, quod etiam facit sanctus Hieronymus, idq; merito. multum em̄ negocij facessiuit ecclesiæ hæreticoꝝ astutia, occasione blasphemādi in hac dictione accepta. Parthenomastigæ pene sopitā hæresin eam excitauere. Si post partū Iesu cognita esset virgo, non virginem virgini in cruce pendens credere potuisset Ioanni Christus. Dictio coniunx, coniugij testificationem, & non virginitatis ereptionē importat. Præstat in omni etiam cōiugio sanctitas fœcunditati. Qua de re vide Ambrosium grauissime disserentem. Videte pij catholici, ne aures vestras accommodetis hæreticis instar serpentum sibilo disertis & facūdis. Hæresis anguis habet ingenium, caput quocunq; immiserit, mox totū corpus inferet. Fit ex musca elephas in omni hæresi. Audi catholicos, & dic, cætera turba vale. Legatio hæc magnifica, est rite ęstimanda. Non regem, non sacerdotem, aut prophanū aliquem hic, vt antea sæpe, mittit Deus, sed archangelon, 1. Thess. 4. mittit autem archangelum, Gabrielem nomine. Nobile nomen ex scripturæ testimonio, Danie. 8. & 9. Nomen maximæ virtutis, Dei nimirum. Nazareth etiam magnæ spei oppidum fuit, Ioannis 1. Vere e Nazareth aliquid boni, quia citra hoc bonum quod ex Nazareth venit, nullum est bonum. Dominus Iesus Nazarenus dicitur & Nazaræus, Notzri & Nozer. Illud, quia Nazareth Maria & Iosephus coluerunt, ibi diuinam prolem sustulerunt. Et saluator, qui ibi educatus fuit, inde suum officium est exorsus. Huc facit vaticiniū Esaiæ, de quo suprà. Nozer, hoc est, virga orietur de radice Iesse, vbi statim nutricula, hoc est, oppidum vbi nutritus fuit, subdit̄. Et præcipue hoc, ꝙ ipse Nazarenus, hoc est, benignus, mansuetus, atq; humanus designatur. Hoc est quod & Nazaręus vocitandus erat Christus, nō ratione modo patriæ, sed & ordinis Nazaræorum & typi. Sanctus sanctoꝝ atq; adeo Nazaræorum Christus, nunquid rite per Nazaræorum obseruantiam designatur? Sic & Notzri & Nozer, hoc est, Nazarenus & Nazaræus habetur Christus. De Nazareth Nazarenus dictus Lucæ 18. Marc. 16. Acto. 2. Nos Christi huius discipuli existentes, execramur omnem sectam & schisma, siue Nazaræorum, siue Nazarenorum. Cæterum neque erubescimus, si nos gloriosus ille Imperator Iulianus, Nazarenos & Galilæos appellat: qa Galilæus ille, nostra gloria: Nazarenus ille, nostra victoria. De angelo, de ciuitate, & de virgine, pro nostra paruitate, quantum potuimus, disseruimus. profundiora sunt mysteria, quàm vt ea humana facundia possit adsequi. cætera ergo cuiuis deuotioni relinqmus meditāda. Aspasmus, id ē, salutatio, nūc seq̄t, q̄ Hebraice sic habet: **Meben melcaß Adonai imaħ, Beruħa atß banasim**, hoc est, Prospere, Gratia plena, Dominus tecum, Benedicta in mulieribus, siue iuxta Græcum, quod habet Euangelista Lucas:

Ioseph & Maria cō[tribules] | Mariā virginē oportuit desponsari. | Maria & virgo & sponsa. | Coniugis vocabulū [...] | Angelus missus ad virginē, [nomine] Gabriel. | Nazarenus interpretatur. | Chrs Nazarenus & Nazaræus uocatur.

Et ingressus angelus ad eam, dixit: Aue.

Hic vides Mariam vere esse Halmam, hoc est, apocrypham, non agrestem siue agrariam puellam, vt illuminati nostri hallucinando blasphemant. Non in publico, sed in domo inuenta est abscondita nostra Maria virgo perpetua. Ingressus itaque angelus, ait: Aue. O pie Christicola, aspasmon quem assidue verbis profaris, etiam stude mēte & sensu intelligere. Magnifica & salutaris est salutatio. beatus q eam rite in gloriam almæ virginis, & per hoc in laudem Almi domini nostri, Mariæ filij, profiteri poterit. Aue est vox salutationis amicæ & benignæ, qua amicitia inter mortales fouetur & continetur. Est & vox magnificentiæ, qua gloriosos & de nobis benemeritos, honore afficimus: vt idem significent. salutare & magnificare, Germanice **gruissen & grössen.** Illaudata est salutatio ea, qua indignos salutam⁹. maxime vero scriptura canonica non probat, nisi vere gloriosos. Cæteꝝ, Ro. 12. honore ꝓuenire ali⁹ aliū debemus.

Maria nō agrestis puella, sed contrariū Alma.

Sa-

Salutare item est,congratulari,& salutem
imprecari.Salutatio non est,sed prodito-
riæ blanditiæ,nisi ex animo salutemus.Qui
bus verbis Gabriel Mariã salutauerit,euan
gelista exprimit:quib⁹ vero verbis Maria
Elisabetham salutauerit,memoriæ prodi-
tum non est.Hoc vero literis commenda-
tum est,ad vocẽ salutationis Mariæ,infan-
tẽ in materna aluo exultauisse:quia ex ani-
mo salutauit Maria.Vide,quanti sint dei-
ferorũ hominũ benedictiones.Sensus ange
licæ salutationis est:Halma,secundũ Esaiã,
virgula Iesse gloriosa,gaude. Gaudia tibi
noua e cœlo defero.Salutat te Deus ipse.
Deus,inquã,qui mentiri & simulare ne-
scit,te saluere iubet. Deus tuã humilitatẽ
respiciens,te statuit magnificandã. Lugu
bris es & apocrypha,sed mox auolabis tur
tur æstatis gaudiorũ nuncia,immo & te ma

Mariæ nomẽ in angelica salutatione nõ exprimitur.

net in toto orbe terrarũ prædicatio glorio
sa.Obserua hic,nomen virginis non expri
mi,reseruari vero,vsq; in suũ locum,vt sta
tim infrà indicabimus.Et hic nõ fuit opus
expressiõe nominis, quia coram affabatur
virginẽ angelus altitonantis.Rogas quid

Maria interpretaẽ.

Maria sit interpretatũ?Respondeo,nomẽ
hoc antiquissimũ & celebre apud Hebræ-
os esse dissyllabicũ,& lege proferri in no-
minatiuo Miriam,& nõ Maria.Antiquũ

Miriã interpretatur

fuisse nomẽ hoc,vides Exo.15.& Num.20.
vbi vides sororẽ Mosis hoc nomine vocita
tam.Celebre,quoniã plures apud euange-
listas & Act.12.Marias est inuenire.Miriã,
interpretatur stilla vel gutta maris.Mar si
quidẽ significat stillam,& Jam mare.Cre

Maria stilla maris.

dibile est,olim Latinos accedentes ad ori-
ginem Hebraicã,vocasse Mariã stillã ma-
ris:pro quo eius linguæ minus periti,stel-
lam maris legere maluerũt.Sic & in Ezra,
pro sepẽ,spem legunt,cap.9.Aliàs Cochab
stellam significat,& non Mar.Lumen(fa-
teor)protulit Maria huius mundi. Nam

Messias sol iustitiæ.

apud prophetã Messias vocatur sol iusti-
tiæ,& apud Ioannẽ cap.1.dicitur lux illu-
minans omnẽ hominẽ.Matt.5.dicitur lux
mundi.Recte ergo matrẽ Christi,stellam,
astrũ,iubar, lumen,& hoc genus nomini-
bus vocare possumus,lucis significatũ refe
rentibus:& sic origo huius nominis dedu-
ci poterit ex Hebraico Ohr, ipsa Heeman
tica M præposita.tunc eñ efficies lumen

Maria myrrha maris.

maris.Si libeat,myrrham maris interpre-
tari poteris: quadrat nomen rei. Maria
eñ reuera mari,id est,mundo(Matt.13.)est
myrrha,hoc est,amaritudo.Mundus dul-
cia sectatur,sed Maria peperit nobis eum,
q̃ nos calice doloris propinat,& per ama-
ritudinẽ huius mundi,ad dulcedinẽ ducit
æternã.Mundus ergo,iuxtà atq; diabolus,
hoc dulcissimũ nomen ferre non potest.

Deniq; secundũ Chaldaicũ thema,Maria
interpretaẽ domina maris.Vnde & sæpe-
numero apud ecclesiasticos domina mun
di vocatur.Maria significat dominam.Se-
quitur:

Gratia plena.

Male hodie laboratur, ne Græcum
κεχαριτωμένη, gratiã sonare videatur,quan
quã nihil aliud proprie significare possit,
nisi χάρις nunc tandẽ in posterioribus se-
culis gratiæ significatione cessare habeat.
Quis adeo atheus esse possit, qui Mariã eo-
dem sensu gratiæ plenã prędicet,qua Chri
stus Iesus(Ioan.1.)gratia plenus dicitur?
Fatemur Christũ vnũ cũ patre & spũ san-
cto esse Deũ,quippe in quo omnis plenitu
do deitatis inhabitet, sine quo nemo patrẽ
nouerit,sine quo nihil possumus,& q omia
est in omnibus.Hæc & hoc genus alia,de
Christo profitemur:sed si Mariã cum aliis
beatis omnibus componimus,cõperimus
eã vere præ cæteris gratia esse plenã.Dicis
gratiã habere,non est gratia plenum esse.
Respondeo:Nonne das Mariã plenã exti-
tisse spũ sancto?Dones hoc nobis oportet:
nam si Zacharias,Elizabeth,Ioannes,apo
stoli,Stephanus,Saulus,in scriptura pleni
spũ sancto dicantur:quis adeo impius esse
possit,qui Mariã Christi matrẽ,diuis illis
minorẽ facere ausit,maxime cũ tot Maria
habeat scripturæ testimonia?Hic dicitur,
Aue gratia plena.Gratiæ plenã merito di-
ci,etiam ipsa salutatio noua arguit. χαίρειν
apud Græcos,gaudere,saluere,& valere si
gnificãs,plenitudinẽ gratiæ sine omni con
trouersia importat,e cœlo missum.Sequi-
tur:Inuenisti gratiã apud dominũ.Itẽ,Spi
ritus sanctus superueniet in te,& virtus al-
tissimi obumbrabit tibi,Item Matt.1.De-
præhensa est grauida à spũ sancto.Item,
Quod in illa conceptum est,de spũ sancto
est.Mirũ,Mariam grauidatam esse à spiri-
tu sancto,& gratiæ non esse plenã.Mirũ,
apud dominũ Mariam inuenisse gratiam,
& ea non plenã esse.Elisabeth plena spiri
tu sancto legitur,& tot pręconia in scriptu
ra non habet.Maria omnia summa inter
omnes mulieres præconia possidet:quia q
potens est,illi maxima præstitit.Grauida à
spũ sancto,facta est vera theotocos,& an-
gelorũ domina.ancillam se vocat Dei,&
ministram se exhibet cognatæ Elisabeth,
adeo tam secundũ rationẽ corporis q̃ ani-
mi,plena gratia extat Maria.Ambrosius
nõ delirus censendus,qui legit,Gratia ple-
na:nec Hieronymus hallucinari putãdus,
ita legens.Augustinus quoq; salutationem
hanc non aliter exprimit,De symbo.ad ca
techu.lib.2.Item de fide ad Petrũ,cap.2.
Itẽ

Item de natura & grã, & alibi sæpe. Theophylactus quoq; κεχαριτωμένη, non gratiosa, sed gratia plenã, reddit, super Lucã. Dicis Mariã repletã esse gratia? Ergo & plena est, eo modo quo ea quæ replentur, repleta dicuntur. Christus plenus est, tanquã replens, & autor gratiæ. Sancti gratiã, nisi Deo supplices, latius effundere nõ possunt. Christus in cœlo & in terra oĩa quęcunq; voluit & vult, fecit & facit. Sũma: interpreteris, vertas, & reuertas vocabulũ κεχαριτωμένη: nunquã efficies quin gratiã significet. Dein Mariam supra oẽs sanctos angelos & homines gratia repletã esse, inficias ire nõ poteris: quod tam p̃cedentia q̃ sequentia luce clarius ostendunt. Sequitur:

Dominus tecum.

Dñs cum Maria p̄sens insẽbili.

Ecce q̃ velox dominus. Mittit angelon ad virginẽ, & ipse angelon præueniens, ab angelo cum virgine offenditur, vt dicit sanctus Bernardus. Fateor, hunc præsentis salutationis articulũ, etiam alibi in scriptura legi, Gen. 21. prolatũ ad Abrahamũ. itẽ dictum Isaaco, ibi. cap. 26. Mosi Exodi 3. Iosue, Ios. 1. Sauli, 1. Reg. 10. Dauid, 2. Reg. 7. Sed dixissent oẽs cum Gedeone: Si dominus nobiscũ, non derelinqueremur tot malis: quod certe Maria dicere nõ potuit, qp pe quæ sotera mundi tam præsentem habuit, etiam in suo purissimo sanguine, nedum mente. Alij sancti templum fuerunt Dei, quantũ ad mentẽ attinet. Faciamus etiam sanctos (1. Co. 6. 2. Co. 6.) secundũ corpus templũ spiritus sancti esse, quippe qui tam corpore q̃ mẽte Deũ glorificare nõ su persederint. Atqui hoc spirituale saltẽ est. Maria etiam, quãtum ad corpus, Deũ præsto habuit, nimirũ ex suo indelibato sanguine sanguinẽ factum. Sunt qui hunc locum intelligunt, quasi angelus virgini Dei præsentiã optauerit, quod in cõmunibus salutationibus fieri solet, vt Gedeoni Iudicum 6. Ruth, Ruth 2. Dauidi, 1. Reg. 17. Timotheo, 2. Tim. 4. sed prior sensus sanctior.

Benedicta tu in mulieribus.

Bñdicta supra oẽs mulieres, q oramu feri Maria.

Et hoc verbũ in scriptura memoriæ p̄ditũ legitur. Rebecca sic dixit famulo Abrahæ Gen. 24. Sic dixit Dauid ad viros Iabes in Galaad, 2. Reg. 2. & Psal. 113. Et hæc fere verba leguntur Iudicũ 5. vbi Delbora & Barach Iahelẽ in cãtico prędicãt, dicentes: Benedicta tu inter mulieres (quod Septuaginta inseruerũt) Iahel vxor Cinęi, & benedicatur in tabernaculo suo. Sic benedicatur in tabernaculo suo. Sic benedicta Iahel, quæ occidit Sisaram. Sed quantum Sisara satana, cuius caput Maria contriuit, sotera nobis mundi enitendo, est minor: et quanto Gabriel Delbora & Barach maior est, denique itẽ quanto salutatio hæc à sancta Trinitate per angelon Gabrielem e cœlo perlata, præstat poemate humano: tantum superat Maria Iahelẽ, sponsa Iosephi perpetua virgo, vxorẽ ab Aber Cinęo cognitam. Et Iahelis gloria nulla fuisset, nisi per Mariam & ipsa Iahel exornata extitisset. Tenuit adhuc vetus triste hoc eulogiũ & sententia districti iudicis in Heuam, neq; per Iahelẽ, neq; per aliã quamcunq; matronã abolitum. Maria benedicta inter oẽs mulieres: per quam genus fœmineum laudem, quam in Heua amiserat, recuperauit, idq; affatim. Et si Christus est semen hoc, in quo oẽs gentes benedicendæ, Gen. 23. Rom. 4. 5. Gal. 5. &c. quare non benedicat supra oẽs virgo, ex qua germen tale benedictum pullulauit? Benedicta, q̄ tale nobis protulit semen: præcipue vero, quia tali credidit semini, quia coluit, quia seruiuit, seq; veram filiã Abrahæ præstitit, Gen. 22. Gal. 3. Luc. 1. Mat. 12. Vnde Maria apud S. Augustinũ & Bernardum felicior prędicatur, quæ Christum mente, q̃ ventre gestauerit. Verbũ quod Gabriel hic e cœlo virgini attulit, per spiritũ sanctũ idem ab Elisabeth statim infrà repetitur. Spiritus sancti igitur expers est, nihil commune habet cum angelis cœli, qui Mariam nõ studet sedulo salutare: neq; em̃ citra spiritũ sanctũ dixit, Beatã me dicent oẽs generationes. Sequitur:

Bñdicta Maria, germẽ nimirũ q̃d bñdictionis autorẽ p̄tulit.

Quæ cum audisset, turbata est in sermone eius, & cogitabat qualis esset ista salutatio.

Non tacuisse, ait poeta, sed pœnitet esse locutum. Sapiens quoq; loquendi temeritatem plurimorũ malorũ fontem adfirmat. Vides Mariã sapientia præcipua præditã, quæ non statim respondit. Hic duo habes: primo, Mariã conturbatam: secundo, salutationem angeli virginem gloriosam æstimauisse. Turbari, quia se indignam duxit, cui tantus ac talis angelus à Deo cœli mitteretur, quæ tanto salutationis cumulo obrueretur. Vnde S. Bernardus asserit, Mariam magis prædicandã à tanta humilitate, quàm à conseruata virginitate. Aliàs item de eadem ait ad nos oẽs: Audis Mariam esse virginem, audis & esse humilem. si sequi non potes castitatem, ast æmulare humilitatem. Illa prædicanda & admiranda, sed hæc magis est necessaria. Illa persuadetur, hæc præcipitur, Matth. 19. 18. Apocrypha atq; vera sanctimonialis Maria, sanctimonię oĩs verum exemplum exstitit. Legat sacerdos Ambrosiũ in Lucã. Itẽ in 2. libro de virginitate, vbi laudem meritorum

Maria cõturbata i salutatione angeli duplici laude.

Mariæ hoc epiphonemate claudit, dicēs: Talis fuit Maria, vt eius vnius vita, omniū disciplina sit. Cauta vere Maria, quāuis his visionibus angelorū assueta, tamen e verborum magnitudine & nouitate conturbatur. In tēpore legis non visio angelorū, sed talis salutatio fuit rara, immo etiā inaudita. Annotauit Origenes, hāc salutandi formā nusquā extare in sacris literis, nec ad virum vllum, nec ad fœminā. Nouitas itaq; & amplitudo salutationis, virgini prudentissimæ stuporē incussit. Cogitabat, ποταπὸς, i. q̃lis esset hæc salutatio: hoc est, q̊rsum tēdat, q̃d portēdat. Potest & accipi quāta, vt sit sensus: immensa salutatio, simile nihil vspiā in scriptura legitur. Et quæ tu, cui talis salutatio e cœlo mittitur? Angelus itaque ad id respondit, dicens: Al thirei Miriam, ki mazathe Hen liphne hal El &c. hoc est quod sequitur:

Ne timeas Maria: inuenisti enim gratiam apud Deum. Ecce concipies in vtero & paries filium, & vocabis nomen eius Iesum.

Q.d. Quid admiraris Maria, magna facere eum qui optimus maximus est? Gratiā omipotentis Dei, quā semper quæsiuisti, inuenisti: quam vnice semper optasti, nacta es, voti compos facta es sancti, consecuta siquidem es, quod semper postulasti, quia bonus, immo optimus & bonitatis fons est Deus. Et quid miraris, si magna tibi facit, qui maximus est? Quid obstupescis nuncium atque euangelium magnum, cum ipsam te Deus ter fecerit maximam? Ecce ēm gratiam apud dominum inuenisti eam, vt in te constituerit humani generis redemptionis exordia sumere. Te elegit atque prælegit, vt in te consummet promissionem eam, quam consummatam cupiunt viuentes & mortui, mundus & limbus. Tempus gratiæ, tempus acceptū, temporis plenitudo adest à Daniele prædicta: iam Messias prædictus in mundū venturus, ex te nasci statuit. Tu Haalmah (hoc quod Almam nos proferimus) ipsa es, tu prophetissa Hanebiah ea, de qua apud Esaiam quoque legis, existis. Tu mulier es illa apud Ieremiam Nekebah dicta, in qua dominus nouum faciet in terra: nempe hoc, q̄ eā mulierē virum concipere faciet. Nekebah Thesobeb Gaber, hoc est, Mulier concipiet heroa siue gigantem fortē. Vt concipere nihil aliud sit, q̃ carne induere, vera humanitate circundare. Deniq; & tu Saar sagur, hoc est, porta clausa, nulli nisi soli Deo peruia, de qua prædixit Ezechiel, extas. Hæc tanta arcana in te illu

Cōcipere Mariæ, est carne induere.

cidanda & complenda om̄ia. Tibi datum est, tanto honore om̄es præfulgere mulieres: vt eius, qui om̄iū est conditor, tu mater existas. Tu vera Heua, sancta & prælecta, mater omniū viuentiū, atque adeo regina cœli. Tu ēm ipsam vitam huic mundo es paritura. Iesum itaque eum, quem paries, vocitabis. De sacrosancto nomine Iesu vestra charitas in festo circūcisionis & aliàs, semel atque iterum audiuit. Hic adijciendum puto, Catholicos quosdam dicere, Iesua & Iehosua eadem non esse vocabula, quum vtrunque Hebraicū existat. Iesua aiunt, siue Iesum neminē vnquam, ante nostrum Sotera, appellatū, Iehosua vero plures, præsertim filium Nun, Sirach, & Iosedec &c. Iesua siue Iesu, interpretari Soter siue soteria, saluator siue salus: Iehosua, Deus saluabit. Longe itaque excellere Iesua siue Iesu nomen, nomen Iehosua: Hoc hominibus competere, quorum Deus saluator est: illud quoque soli Deo congruere, q̃ electos oēs saluat. Liuidi Iudæi adeo abhorrent nomen Iesua, vt etiā ipsum corrumpant nomen: Ain, quod præcipue ad nominis expressionē facit, omittendo. Sic & in nomine Maria, primā literam mutant in H, proferendo pro Maria, Haria impurissime: sic Ieschu ben Haria, hoc est, Iesus filius Mariæ. & sic sacrosancta ea nomina, propudiosa plane reddunt, manifestos se hostes nostræ religionis prodentes, nobis regnū Dauid verum, cui exciderunt, relinquentes, homines cœlo & terræ inuisi. Mahumetistæ vocant Iesum nostrum Eisse, quod Iesum propemodum sonat. Sunt qui in ecclesia pro Iesus, Iesu legunt, ꝓpter tetragrāmata, respicientes ad nomen Dei Iehoua. quem Hebræi alibi etiā vocant Semha Nephorasch, hoc est, nomen declaratū. Cæterū ratione quatuor literarū, vocant etiam Deū Arba Othioth, hoc est, ex quatuor signis siue notulis. Aliàs dant Deo nomen duodecim literarū, nēpe, Ab Ben ve ruah Hakados, hoc est, pater, filius, & spiritus sanctus. Sunt quidē huius Dei nominis in alijs linguis, plures literæ: sed apud Hebræos duodecim literis plene exprimitur. Præterea & Deū appellant nomine quadragintaduarū literarum, nempe: Ab El, Ben El ve ruah Hakades El. Abal lo Selosa Elohim, Ki im Eloha ehad, hoc est, Pater Deus, filius Deus, & spiritus sanctus Deus: non tamen tres dij, sed vnus est Deus. Verū & viuentē eum nostrū Deū vocant Agla, ratione quatuor nominū, quatuor hisce literis incipientiū. Sunt autē quatuor hæc nomina secundū idioma hebræum: Tu fortis in æternū dn̄s. Maiestatē eam etiā exprimunt duabus dictioni-

nibus, nempe Oser Dai, hoc est, Qui sufficiens est: significantes, Deum sibi esse sufficientem, nulli⁹ ope & auxilio indigū, ipsum vero ad adiuuandum, oīmibus esse diuitem & præpotentem. Et quia hoc nomen Dei apud Hebræos triliterū est, respicit proxime ad mysterium sanctæ Trinitatis. Deniq; duobus & septuaginta noībus Dei maiestatem ex psalmis Dauidicis exprimūt Hebræi religiosi. hæc noīa quoniā apud Hebræum quendam Latine comperi, Latine subscribenda censeo:

Exaltator, Auxiliator, Spes, Salus, Quæsitus, Annunciatus, Longanimis, Adorandus, Recordabilis, Tu, Exaltandus, Oportunus, Decantatus, Subleuator, Ens, Aduocat⁹, Dominator, Iustitia, Exauditor, Eruens, Fortis, Dexter, Custos, Expectād⁹, Mirabilis, Inuocandus, Saluator, Festinus, Sanator, Abadolescentia, Solus, Rectus, Cogitabundus, Expectatio, Deprecatio, Gloria, Facies, Refugium, Adiutor, Propulsator, Liberator, Vigil, Matutinus, Doctor, Compatiens, Operator, Magnificus, Reuelator, Maximus, Clemens, Lætabundus, Altissimus, Verus, Regnator. Aeternus, Erector, Protector, Animus, Oriens, Iustus, Benedict⁹, Amabilis, Laudabilis, Miserator, Deprecabilis, Assistens, Dator, Bonus, Præmium, Deus, Multus, Requies.

Plurimū refert, fideles hæc nomina nosse qui enim horum nominū habet cognitionem, in Dei pleniorem cognitiōem, id est, fidem & spem, adsurgit: Dei item amorem, qui oīmibus oīmibonus est, inde imbibit. Ignoti nulla cupido. Quod plane noscere volumus, & cuius agnitio plurimum habet momēti, hoc multis noībus nobis cognobile facere solemus. Propriū nomen, præter nomē Iesus & Immanuel, habet Soter noster Ge. 49. vbi etiā Siloh dicitur, q̄d aliqui reddūt, filius eius, siue filius mulieris, puto qui patrem secundū humanitatē nescit, quia Siliah matricem, quam viri nō habent, significat. Sic nomen Siloh & humanitatē Christi veram adumbrat, & matris Mariæ integritatem nō obscure delineat. Extat adhuc aliud nomē in Psal. 71. Iinon, quo liquido deitatis maiestas exprimitur: Permanebit cum sole & ante lunam, in generatione & generationē. Hoc est, ante solis & lunę creationem ipse est Nin, id est, filius Dei. Proprie ijnon significat, ipse nascetur. Interpretatur etiā, Ipse generabit siue creabit. Conueniens nomen verbo, vtpote qui à patre generatur, & ipse omnia innouat, & ea quæ non sunt, tanquam sint, vocat. Sed ne quis dicat Hebraicum Lipne, id est, à facie vel coram saltem significare, & non, ante solem: norit etiam 2. Paral. XXXIII. legi, Liphne Hicaneo, hoc est, ante vel priusquā te Manasses humiliasset. Hæc de ineffabili & sacrosancto nomine Dei Iesu nostri. Omnia hæc magnifica & obstupescenda Mariæ, sed & in ea omnia absoluta. Sic enim ait etiam ipsa Elisabeth: Perficientur in te omnia quæ tibi dicta sunt ab angelo. Luc. 1. Goel, id est, Soter est natus. Menahem, id est, consolator est nobis datus. omnia per Mariam. hic nostræ salutis vera sunt exordia, merito ergo eā suscipimus in magna gloria. Sed verba angeli sequentia audiamus.

Hic erit magnus, & filius altissimi vocabitur. Et dabit illi domin⁹ Deus sedem Dauid patris eius, & regnabit in domo Iacob in æternum, & regni eius non erit finis.

Hebraice sic:

Ve ze iheie gadol, vben ālion ijkre, Veijthen lo Adonai Elohim cise dauid abif, veijmloch be beth Jaacob leolam, vimalchutho en ketz.

Audi Maria: Magnus dominus & excelsus, vnde hūilia respicit, ad submissos oculos suos dirigit, alta à longe cognoscens. Quem prophetæ prædixerunt, quem tot figuræ designauerunt, vere magnus ille est. Magnum scriptura fatetur Luc. ix. Cuius magnitudinis non erit finis, Psal. 144. Magnus propheta, Deu. 18. Luc. 7. Itē Rex magnus, Zacha. 9. Psal. 94. Matt. 21. Sacerdos magnus, Psal. 110. Heb. 5. 8. Maior angelis, Hebr. 1. Excelsior cœlis, Hebr. 7. Beda hoc loco dicit: Quod futuro tempore dicitur, Magnus erit, & filius altissimi vocabit &c. nemo intelligat, q dominus ante partum virginis non fuerit, sed quia potentiam diuinæ maiestatis, quam Dei filius æternaliter habuit, hanc idem homo natus ex tempore accepit, vt vna in duabus naturis persona esset mediatoris & redemptoris nostri. Vnde etiam in futuro sequitur: Et dabit illi dominus Deus sedem Dauid patris eius. Vides veram promissionem Dei. Nō extincta progenies Dauid, quanquam extincta videatur. scintilla adhuc superest illustris, quā dominus Deus in iubar immensum excitauerit. Operæprecium est, vt catholicus assuescat, vocabula, Dauid sedem, & Iacob domum, & regnū Israel, & hoc genus alia proferre, sed rite intellecta. Sedes Dauid, est regnum cui præfuit Dauid. Sic & tertio Aeneidos:

Hoste vacare domos, sedesq; adstare relictas. Item,

Magnus dñs.

Magnus erit, vt intelligas.

Sedes Dauid, & dom⁹ Iacob &c. vt accipias.

Mutandę sedes. non hæc tibi littora suasit Delius.

Domus Iacob, significat duodecim trib⁹ Israel, vnde & domin⁹ noster rex Israel dicitur Luc.12. Item rex Iudęorum, Luc.23. Ioan.19. Sed hoc obseruabitis, regnũ Christi non esse de hoc mundo, sed spirituale & æternum. Carnales Israelitæ, tyrannum arcis Sionis restauratorem expectãt, interim arcis regni cœlorum cognitionem amittunt, excæcante eos mũdi gloria. Sedes Dauid, incarnationis mysterium adumbrat. Domus Iacob, ad prophetam e medio Israel excitandum, respicit. Vtrinq; potestas & gloria ecclesiæ catholicæ delineať. Per Iacob, patriarcharum cumulum accipe: p Dauid, prophetarum album intellige. Catholica ecclesia vtrinq; sua habet incunabula, quam Apostolus dicit fundatam sup propheratũ fundamina. Vides ecclesiã antiquiorem ipsa synagoga. Regni huius spiritualis meminit Apostolus 1. Corin. XV. Tradet Deo patri regnũ, puta in quo oĩa illi pater tradidit, atq; pedibus eius subiecit, Psal.8. Heb.2. regẽq; super Sion montem sanctũ cõstituit, Psal.2. Hic noster imperator inferni regna (quod neq; Ezechias, neq; Iosias, neq; Zorobabel potuit) depopulatus est atq; profligauit. Hic ille noster dux, suos omnes in humeros impositos, in æterna gaudia secũ absportat, fortior Samsone, qui portam oppidi Gazæ deportauerat. Hic noster princeps vere bon⁹ pastor, qui perditam ouem ex ore lupi ereptã, baiulat ad vitæ & salutis septa, missus ad oues pditas dom⁹ Israel, Mat.15. cui⁹ etiã hic mẽtionẽ facit angel⁹. Domus Israel (q̃d ppter rudes dico) & domus Iacob, vna est, significans ipsam gentẽ Hebręã, siue ipsum populum Iudaicum. Audiamus nunc vaticinia de sede Dauidica, & de Iacob domo. Esaię 9. dicitur Messias regnaturus super sedem Dauid. Psal.44. Thron⁹ siue sedes Dauid dicitur fore perpetua, virga item directionis, dicitur virga Christi regni, interprete Apostolo Heb.1. Oraculũ item de æternitate regni eius, habes Michęę 4. Regnabit, ait, dominus super eos in monte Sion, ex hoc nunc & vsq; in æternũ. Et tu Migdal aeder, hoc est, turris gregis nebulosa filia Sion, vsque ad te veniet, & veniet potestas prima regnũ filiæ Hierusalẽ. Aeternę huius potestatis etiam meminit Dan.7. Nũc quoq; catholicos nostros audiamus. Ambrosius in hunc locum ait: Bene magnus. late enim funditur Dei virtus, late cœlestis substãtiæ magnitudo porrigitur. Nihil pscriptum, nihil circũscriptum, nihil emensum, nihil dimensum Trinitas habet. Non loco clauditur, non opinione compræhenditur, non ęstimatione concluditur, nõ ętate variatur. Legat sacerdos, quę beat⁹ Bernardus de cœlesti Hierusalem, vbi dominus super Cherubim (iuxta Esaiæ VI.) sedens rector & imperator, memoriæ tradiderit. Sed nunc tandem virginis gloriosę responsum audiamus. Sacram virgo perpetua e casto pectore vocem promens, ait: Beeze opħan Jazse ze, ki isch eni iodaath: hoc est, vt sequitur:

Ecclesiæ incunabula ante ipsam synagogã.

Regnum Chrĩ spirituale.

Dom⁹ Iuda & Israel, vna.

Quomodo fiet istud, quoniã virum non cognosco?

Non hæc puellę syluestris verba: hic pphetissam, & eandem apocrypham, audis prudentissimã. Nõ quasi incredula hęc dixit, teste Ambrosio, Beda, Theophylacto, & omnibus alijs ex ordine catholicis. Sed neq; temeraria fuit, sed pro sua sapiẽtia rogat eius conceptionis nouæ mysterij explanationem. Nouerat Haalmah pariturã, mulierem virum concepturã: oracula hæc credidit omia. sed mirabilis partus arcanũ & sacramentum nusquã legit. De hoc itaq; arcano rogat, eius declarationem postulat. Ambrosius: Non de effectu dubitauit, sed qualitatẽ ipsius effectus quæsiuit. Maximum arcanum, ipsi diabolo absconditũ, non nisi per angelon soli virgini erat edisserendum. Hodie in luce euangelica, patet omi fideli. Ambrosius: Quanto temperãtior ista responsio, q̃ verba sacerdotis? Virgo ait, Quomodo fiet istud? Ille ait, Vnde hoc sciam? Hic infirmitas, illic prudentia spirat. Hic incredulitatis damnatur, fit eñ mutus: illa fidei præmio beatificatur, fit eñ apostolorũ magistra, angeli discipula. Obserua virtutum mulierem. Augustino, Beda, Bernardo & alijs testibus, disposuit in virginitatis castimonia vitã suam consummare: vnde & prima meruit tanta discere sacramenta. Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbũt. Hi sunt qui sequuntur agnũ quocũq; ierit. Seqtur respõsio angeli: Ruah hakados iabo alaich, veloch lech Aelion iasech lechi, Velachen ha Iloled mimech kados ben Aelion ikre. Vehinne Eliseba kerobathach vehi harah ben bezikna thah, Veze hahodes sisi lah, senikreth akarah, ki lo iheie bilthi ephsari liphne adonai col dabar: hoc est,

Spũs sanctus supueniet in te, & virtus altissimi obũbrabit tibi. Ideoq; & q̊d nasceť ex te sanctũ, vocabiť filius Dei. Et ecce Elizabeth cognata tua, & ipsa concepit filium in senectute sua. Et hic mensis est sextus illi

quæ

quæ vocatur sterilis, quia nõ erit im possibile apud Deum om̃e verbũ.

Eia q̃ pudice loquit angelus: verba angelo lucis digna, verba auribus virgineis consentanea: Spirit⁹ sanctus superueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi. Vides om̃ia spiritualia. Quē prius aperte spiritũ sanctum dixit, dein obumbrationē virtutis Dei appellat. Obumbrationē varie accipiunt. Theophylactus dicit, allusionem esse conceptionis carnalis siue complexus tori, dans simile auiũ excubantiũ. Beda: Obũbrauit Mariæ virtus excelsi, quia spirit⁹ sanctus cor eius ab omni æstu concupiscentiæ carnalis temperauit, emundauit à desideriis tẽporalibus, & donis cœlestibus mentē simul cõsecrauit & corpus. Bernardus obũbrationem accipit pro sacramento tali, q̃d sit supra captum humanum, soli Marię cognitum. Bedæ alia adhuc extat expositio, nempe ista: Virt⁹ altissimi obumbrauit ei, dum diuina Christi potentia & eam p̃sentialiter ipleuit, & vt capi ab illa posset, substãtia se nostrę fragilitatis obnubilauit. Sed quod Bernardus vult, mysterium est profundum. Et reuera episciasma præsens, magis est adorandum, quàm indagandũ. Mysteria Dei omnia vmbræ habent speciem. Habitat enim Deus lucem inaccessam. Vnde eius vmbram aliqua ratione capere possumus, ipsius vero maiestatis gloriam non item. In transfiguratione dominica & nubes leuis discipulis obumbrauit, Matth. 17. Marc. 9. Luc. 9. Heb. quoq; 9. dicitur Cherubim propiciatorium obumbrare. Hæc hactenus. Sequitur: Quapropter & sanctũ hoc quod nascetur ex te, vocabitur filius Dei. Sanctificator noster ex sancta virgine per opificem spiritum sanctũ, mox vt natus, immo conceptus fuit, sanctorum sanctificatio extitit. Filius hominis dicitur, q̃a natus ex virgine: vt confundatur Nestorius, Manes, & hoc genus hæretici, quorum blasphemias tanquam euangelium, etiam nostri recipiunt Anabaptistæ. Non autem filius Ioseph proprie dici potest, quia sine virili semine conceptus & natus, vnum cũ patre & spiritu sancto, hoc est, fili⁹ Dei adorabitur. Sequitur: Et ecce Elizabeth cognata tua &c. Paradigma siue exemplum hic angelus informatoriis verbis adiicit, q̃ rei gestæ commemoratio (vt aiunt rhetores) multum habet energiæ. Vult angelus, vt ab exemplo Maria virtutem altissimi sibi obumbraturã, colligat. Qui sterilem, & eam decrepitam, atq; ad concipiẽdum minime appositam, fœcũdare potest: certe is & virginem citra viri complexus, sua virtute prægnantem facere poterit. Deus, q̃ vocat ea quæ non sunt, tanquã sint, Ro. 4. magnum & nouũ in terra facere statuit: cuius ratio si ab om̃ibus statim cognosceret, magnum non esset: superest ergo, vt solita tua pietate, te Dei nutui & optimæ erga te & totum humanum genus voluntati, præbeas obedientē. Ratũ habet Deus virginitatis votũ, q̃d fecisti: optima pars, quã elegisti, non auferet à te. Restat ergo, vt cordis tui pietatē oris confessione cõmunias, teq; ancillam sanctæ Trinitatis fatearis: confessionis eius mercedem, qua tu & om̃e genus humanum redimatur, relatura. Beda, Theophylactus, & alii pleriq; monent quæstionem, q̃modo Elisabeth sit cognata Marię. Soluitur quæstio: Aaronis vxor, filia fuit Aminadab tribus Iudæ, Exod. VI. Et hæ duæ tribus Leui & Iuda, singulari quadam decentia sibi extitere coniunctæ, quod vides 4. Regũ XI. 2. Paralip. XXIIII. Oportebat (vt Beda dicit) vt mediator Dei & hominum, de vtraq; tribu carnis originē haberet, qui vtranq; habiturus erat personã, regis scilicet & sacerdotis. Bernard⁹ sudat in verbo angeli, Quia non erit impossibile apud Deum om̃e verbum. Atqui facilis est eius scrupi dissolutio, si scripturæ phrasis & proprietas attēdatur, qua verbum sæpenumero accipitur p̃ facto seu op̃e. Sed eia felix virgo, age redde angelo verbum, vt concipias nobis æternum verbum. Aperi cor fidei, labra confessioni, viscera creatori, ait Bernardus. Verba respondentis Mariæ, hæc sunt: Hinne siphhath Adonai Iehi li cidbarecha, hoc est quod sequitur:

Marginalia: Spiritus sanctus [illegible] obũ[illegible] Dei. — Elisabeth e stirpe Leui, quõ fuerit cognata Mariæ. — Mysteria Dei speciem vmbrę habēt omnia. — Verbũ p̃ facto & opere. — Christi sanctificatio [illegible] ma[illegible] — Hũilitas Mariæ ineffabilis.

Ecce ancilla domini, fiat mihi secundum verbum tuum.

Grates nunc om̃es reddamus domino Deo nostro, qui iuxta typũ prophetę Esaiæ, accedit ad prophetissam Ha Nebiath, obumbrans eius purissimũ corpus, vt filius hoīs fiat Dei filius, & iam inde statim à conceptiõe spolia detrahat, & prædetur infernum, Esa. 8. Luc. 11. Ecce, ait, ancilla domini, massa sum ĩ manu figuli, tabula (vt Theophylactus ait) in manu pictoris: in artificis nutu est, q̃d libet, ex me fingere. Dicto eius ego vltro, quod par est, obtemperauero. Beda, Gregorius, Ambrosius, & alii plериq; verbum hoc Mariæ virginis diligēter discutiētes, ineffabilem in eo inueniunt humilitatem. Vides summe exaltatã, sed & vide summe se humiliasse: idq; pręcipue hic. Beata in mulieribus angelico oraculo prædicatur: arcana Dei, nulli prophetæ cognita, edocetur: mater sancti sanctorum, genitrix filii altissimi constituitur, atq; adeo cœli & mũdi domina exaltatur: sed ipsa nihil horum admiratur, verum se humilem Dei an

Maria nō sibi solū, sed & nobis laborauit.

ancillam exhibet & offert. Scriptura ostendit fuisse consuetudinē, vt se magnatū ancillas mulieres diceret, Ruth.3. Anna, 1.Re.1. mulier Tecuana 2.Reg.14. Abigail 1.Re.25. Maria se offerēs ancillā dñi, certe & seruoꝝ dñi se ancillā obtulit: neq; eñ sibi solum, sed nobis oĩbus laborauit. Merito ergo grates illi agimus, merito & colimus & veneramur. Præcipuis cultus est, vt eius humilitatis exemplū nobis imitandū proponamus. Primo agnoscamus nostrā impuritatē. Bernardus ait: Erubesce supbe cinis. Certe cinis superbe, immunde, abominabilis, qa peccaminose. Scdo, si qd habes,

Mariam virginem vt potissimū colas.

id Deo refer acceptū. Tertio, vide vt Dei donis recte vtaris. Quarto, vt semper gratiē Deo studeam⁹. Fiat mihi, ait, scdm verbum tuū, hoc est, fiat vt adumbret me spūs sanctus, ab omni me carnis æstu sibi puram conseruet, cœlestibusq; mysterijs dignam reddat. Hoc & nos cū gloriosa virgine dicamus: Fiat nobis secūdum verbum tuum: in æstu mundi obumbra nobis, dignosq; effice, vt filium Mariæ, filium Dei Iesum Christum amplectamur cum Simeone: in tuam solius gloriam, qui in trinitate viuis & regnas Deus vnus per omnia secula. Amen.

FERIA SECVNDA PASCHAE,

Euangelium Lucæ XXIIII.



T ecce duo ex illis, ibāt ipsa die in castellum, quod erat in spatio stadioꝝ sexaginta ab Hierusalem, nomine Emaus: & ipsi loquebantur ad inuicem de his omnibus quæ acciderant. Et factum est, dum fabularentur & secum quærerent, & ipse Iesus appropinquans, ibat cum illis. Oculi autem illorum tenebātur, ne eum agnoscerent. Et ait ad illos: Qui sunt hi sermones quos confertis ad inuicem, ambulantes, & estis tristes? Et respondens vnus cui nomen Cleophas, dixit ei: Tu solus peregrinus es in Hierusalem, & non cognouisti quę facta sunt in illa his diebus? Quibus ille dixit: Quæ? Et dixerunt: De Iesu Nazareno, qui fuit vir propheta, potens in opere & sermone coram Deo & omni populo: & quomodo eum tradiderunt summi sacerdotes & principes nostri in damnationem mortis, & crucifixerunt eum. Nos autem sperabamus qa ipse esset redempturus Israel. Et nunc super hæc oĩa tertia dies est hodie, quòd hæc facta sunt. Sed & mulieres quædam ex nostris, terruerunt nos, quæ ante lucem fuerunt ad monumētum, & non inuento corpore eius, venerunt, dicētes se etiam visionem angelorum vidisse, qui dicunt eum viuere. Et abierūt quidam ex nostris ad monumentum, & ita inuenerunt sicut mulieres dixerunt, ipsum vero non inuenerunt. Et ipse dixit ad eos: O stulti & tardi corde ad credendum in omnibus quæ locuti sunt prophetæ. Nonne hæc oportuit pati Christum, & ita intrare in gloriam suam? Et incipiens à Mose & omnibus prophetis, interpretabatur illis in omnibus scripturis, quæ de ipso erant. Et appropinquauerunt castello quò ibant, & ipse se finxit longius ire. Et coegerūt illū, dicētes: Mane nobiscum* dñe, qm̄ aduesperascit, & inclinata est iam dies. Et intrauit cū illis. Et factū est, dum recumberet cū eis, accepit panē, & benedixit ac fregit, & porrigebat illis. Et aperti sunt oculi eoꝝ, & cognouerūt eū: & ipse euanuit ex oculis eoꝝ. Et dixerunt ad inuicē: Nonne cor nostrū ardens erat in nobis, dum loqueret in via, & aperiret nobis scripturas? Et surgētes eadē hora, regressi sunt in Hierusalem: & inuenerunt congregatos vndecim, & eos q cū illis erāt, dicētes: Quòd surrexit dñs vere, & apparuit Simoni. Et ipsi narrabāt q̄ gesta erāt in via, & quō cognouerunt eū in fractione panis.

PRO-

PROOEMIVM.

EVangelica historia omnia iucunda & salutaria nobis exhibet, siue de Christi humanitate, siue de eiusdē diuinitate memoriæ prodita sint. Præcipue resurrectionis sacramentum magnum habet fulciendæ nostræ fiduciæ momentum. Lucas euangelista plurimū de ecclesia Chri est be ne meritus, qui historiam euangelicam singulari Dei gratia rudius & planius est prosecutus, ita vt catechumenis potissimum prodesset, vnde etiam in libro secūdo apostolorū Acta gestis saluatoris subscripsit, vtrunq; librum ornate & suo ordine serua to contexuit, vtrunq; secundū historicorū modū clare & absolute conscripsit. Vtrūq; primitiuę ecclesiæ catechumenꝰ crebrū in manibus dies noctesq; reuoluit. Imitemur ergo matricis ecclesiæ catechumenos, vt in pfectos viros, quales ecclesia primitiua frequētes habuit, euadamus. Quod cor adeo possit esse adamantinū, quin pſenti lectiōe emollescat? Colloquiū hic vides plane familiare Christi & discipulorum, plenū lucis intelligentię spiritualis: quod qui rite au ribus hauserit, sacramentū resurrectionis Christi procul dubio quàm proxime addiscet. Præterea etiā admonemur hoc sacrosancto dialogo & exemplo apostolorū, vt non nisi Christi nomine coeamus, conflatiq; in eius noīe, nihil nisi q̄d ad eius gloriā facere possit cogitemus, dicamꝰ, faciamus. Sic enim in medio nostrū semper erit præsto, iuxta hoc q̄d nobis pollicitus est Mat. 18. Historiam ipsam videamus.

Et ecce duo ex illis, ibant ipsa die in castellū, quod erat in spatio stadiorum sexaginta ab Hierusalem, nomine Emaus.

Attende scriptoris diligentiam. Recenset quot personæ iter vnà haberēt, quo tem pore irent, q̄rsum tenderent, & quantū itineris locꝰ ille ab Hierosolymis, vñ exierūt, distaret, vt fides eius oībus liquido appareret. Alterū discipulorū Cleophan siue Cleopan euangelista appellatū fuisse cōmemorat. Fertur vnus ex septuagintaduobꝰ illis, quorū mētio fit Luc. 10. extitisse. S. Marcus q̄q; horū meminit, vbi dicit, Christū in itinere illis apparuisse. Theophylactus & alij pleriq; putant Lucā alterū fuisse, sed nō videntur certa ratione subnixi: potissimū vero hoc obstat, q̄ ipse Lucas statim in sui euangelij exordio ait, se præsentē Chro & discipulis nō fuisse, sed ex discipulorū eorū, qui Christo semper adhæserunt, relatione oīa scriptitasse: q̄d & Hieronymus ita pro bat. Quod si Ambrosio credimus, alterius nomē erat Ammaon. Vide Ambrosiū sup Lucā. Emaus ipsa est Nicapolis, vti ait Beda, ciuitas insignis Palæstinæ, quæ post expugnationē Iudęæ, sub Marco Aurelio Antonino principe restaurata, cū statu mutauit & nomen. Interpretaē fortis mater: significat ecclesiā, quæ terribilis est vt castrorū acies ordinata, cui portæ inferorū non præualent, Mar. 16. Heb. 11. Hic, & non in hæreticorum antris, sese veritas Dei pandit, hic se Chrūs cogi permittit, hic suorū sacramentorū salutiferā veritatē & virtutē vnice esse decreuit. Huc facit q̄d S. Hieronymus ait, In Emaus dedicauit dn̄s Cleophæ domū in ecclesiā. In hist. trip. legiē de quodā fonte aquæ medicæ, iuxta hanc vrbē scaturiente, lib. 6. ca. 42. Emaus vero abest ab Hierosolymis spatio stadiorū sexaginta. Stadiū, quo Græci autore (vt dicūt) Hercule viarū spatia mensurant, octaua est pars miliarij, si miliare accipiaē pro mille passibus. nam & à mille dictū est miliare, quasi milliare. Sexaginta autē stadia, septē millia passuū & quingētos faciunt, hoc est, plus q̄ septem miliaria. Bethania ab Hierosolymis distabat stadijs q̄ndecim, hoc est, pene duobus miliaribus: quod S. Lucas Actorū 1. vocat iter sabbathi. Et Hieronymus ad Aglasiam (q̄ hoc & alia pleraq; ab ipso requisierat) dicit iter sabbathi esse duo millia passuum, hoc est, sedecim stadia. Quinq; pedum spatium, passum vnum efficit. Hic apparet, ridiculum esse Iudæorū cōmentum & traditionem de itinere sabbathi. Dicunt: Moses quidem præcepit nobis sabbathi feriationem: sed synagoga nostra nos ab ea lege soluit, siue, (quod aiunt) nobiscum dispensat. Rab Akiba (dicunt) & Simeon & Hille Magistri nostri, tradiderunt nobis &c. Sequitur apud Hieronymū, doctrinas hominū pręferētes doctrinæ Dei. Olim etiam cursus nauigantiū stadijs metiebanē, quod videre est Ioannis sexto. Sequitur:

Et ipsi loquebantur ad inuicē de his omnibus quæ acciderant. Et factum est, dum fabularētur & secū quęrerēt & ipse Iesus appropinquās, ibat cum illis. Oculi autē illorum te nebantur, ne eum agnoscerent.

Colloquijs itineris molestia leuatur, vnde ait Seneca: Comes facundus in via pro vehiculo est. Receptū ergo est, vt viatores se mutuis confabulationibus recreent. Sed fratres hi duo magis arduam adhuc colloquendi & sese mutuo cōsolādi causam habuerūt. Neq; eñi inter eundū cōfabulabantur modo, sed & inuicē quæstiones pponebant,

Emaus q̄le oppidū & eius nominis interp̄tatio & significatio.

Stadium quid.

Iudæorū inepta traditio.

bant. Nouit causam disputandi, qui illos affabatur, dicens: Qui sunt hi sermones quos miscetis, & estis tristes? De morte dñi vehementer erant conturbati, hic alter alterius consolationem expetebant. Confabulatio ea sic habet: ὡμίλουν πρὸς ἀλλήλους, id est, colloquebantur inter se. Sed ecce multa illis de Iesu cōmentantibus & differentibus, Christum comitem peregrinum habent. Dicere poterant: Eccū tibi, lupus est in fabula. Bonus pastor, qui fœtantes adeo obseruat bidentes: fidelis Iesus, qui promissis suis adeo stat, vt nusquā deesse possit, vbi sui mentio fiat. Aderat quidē illis Christus, itineris comitē sociumq́ꝫ se illis præbuit, sed pro eoꝝ infirmitate forma peregrina. Forma, inquam tali, qualem eoꝝ merebatur infirmitas. Beda ait: Hoc egit dñs foris in oculis corporis, quod apud ipsos agebatur intus in oculis cordis. Sequitur: De se loquentibus præsentiā exhibuit, sed de se dubitantibus cognitionis suæ speciem abscondit. Marcus cap. 16. ait Sotera discipulis apparuisse ἐν ἑτέρᾳ μορφῇ, hoc est, in specie aliena. Sic omnia Dei facta, mysteriorum sunt plena, decentia, consentanea & salutaria.

Sequitur:

Et ait ad illos: Qui sunt hi sermones, quos confertis ad inuicem ambulantes, & estis tristes?

Qui corda scrutatur & renes, rogat, nō quasi nesciat, sed vt docendi & erudiendi aptam occasionē eliciat. vnde & addit hoc, & estis tristes. Duo præcipue hic obseruat: primo vtitur euāgelista tali vocabulo, quo grauis & ardua confabulatio designat. rogat em̄, quæ συζητεῖν, hoc est, simul quærerent siue disputarent. deinde & mœstos plane eos fuisse cōmemorat. Sed heus tu, quicunq; es, qui te quoq; Christi ostētas discipulum: Tu, inquam, quoties verba ociosa, non dico obscœna & maledica & detractoria &c. garris, nonne putas adesse tibi Christon, qui rogitat & dicit: Quis est hic sermo quem proferst? &, quare aut risu & ineptis gaudijs es dissolutus? aut quare concidit vultus tuus iracundia & dolis? Nonne de omni verbo ocioso rationem sumus reddituri? Nonne voluntas pro facto est apud Deum? Eia chariſſimi, sic nos geramus, vt semper nobis prę̄sto Christū ostendamus, & rogantē nos de verbis nr̄is & de factis, immo etiam de volūtate & consilijs. Euāgelici nostrates, illūinati illi sobrij, nescio quas fraudes meditent, nescio qd non mali machinentur & cudant, Dei plane immemores: sed quàmprimum vino & zytho cœperint æstuare, Euangelica illa ascaula domos & vicos personat. Sed quid, rogo,

Chr̄ianus hō sic se semper gerat vt christon sibi semp habere meratur.

sobrio Christo, cum ebrijs latronibus, lenonibus & harpyijs obscœnis? Quis, rogo, sobrius homo, ebrioꝝ fœtidoꝝ ineptiarum ferre potest? Nemo sane, Christū vero impuri, ebriosi & temulenti, se sperant colere posse, quem sobrij conculcare non cessant. Videant quicunq;, nō suo tempore Christi nomine vtentes, quid sit quod Moses dicat, Non assumes nomen Dei in vanū. Ceterum etiam quicunq; huius mundi sapientes, non ferunt vt ad eorum mensam biblia aut sanctoꝝ patrū diuina monumenta legantur: dicunt se nō esse theologos. Atqui, qui theologū se esse negat, Chr̄ianus vt esse possit, oro. Resipiscamus resipiscamus dū adhuc tēpus est pœnitentiæ, quo nos amice rogat vt instruat. In hoc tēpore nisi resipuerim⁹, manet nos dies tremēdus, in quo rogabit vt iudicet & cōdemnet. Sequitur:

Et respondēs vnus cui nomē Cleophas, dixit ei: Tu solus peregrinus es in Hierusalē, & non cognouisti quę facta sunt in illa his diebus? Quibus ille dixit: Quæ?

Attende discipulos vere simplices, humiles atque benignos, tametsi fide Christi non parum vacillarent. Confer illis nostrates Thrasones & nobilistas, etiam euangelicos. Quis heroum ecclesiæ, ferat se à peregrino interpellari? Et quis infimatum audet Nemroitham aliquē in via sibi obuium salutare? Demeā salutaueris, si cuipiam ex numero illoꝝ in via Aue dixeris. Eia q̄ bonum & q̄ iucundū est, habitare fratres in vnum. Christus scit quos alloquatur: nouit vere humiles, mitis igit̃ & humilimus corde, similes sibi fratres suo iure & libere affatur, dicēs: Qui sunt hi sermones? Quid? Nūquid Cleophas respōdit, quid tua interest? Haudquaquā. Quid ergo? Tu solus peregrinus es Hierosolymis, neq; cognouisti quæ facta sunt illic his diebus? Q. d. Quid aliàs cōferatur hodie, qua de re disputet hodie, nisi de re ijs diebus Hierosolymis gesta? Sic charitatis se habet ingeniū. Amicus amici casum fert, siue prosperū, siue aduersum: & idē de oīb⁹ alijs sentit. Sic dicit Maria: Si tu sustulisti eū, quasi plane sciat quē quæ fierat ipsa. Cleophas itaq; hic putat plane esse peregrinū, qui ignoret quę iam oīm sint colloquia. Cęteꝝ secundū Bedam, Christus re-uera peregrinus fuit illis, à quorum naturæ fragilitate, Christus in sua gloria longe distabat. Vnde & Mariæ ait: Noli me tangere. Vocant & peregrinū, putantes ipsum peregre propter festiuitatem paschalē Hierosolymam profectum. huiusmodi dicebantur parœci. Sic Græca lectio reddi potest.

terit: Tu solus peregrinaris Hierosolymam? siue, Tu solus aduena versaris Hierosolymis? Hoc de vocabulo plura in epistola sancti Petri diximus, ostendentes nos omnes in hoc mundo peregrinos esse oportere, si veri Christi esse volumus discipuli. Respondet Iesus: *Et quæ? Vult specifica-ri ea, quæ in genere dicta sibi erant, vt instituendi fenestra sibi aperiatur. Felicem eum qui humilis corde ita rogatur, etiam fide vacillans. Bonus ille medicus curare tales potest, qui suam infirmitatem non tegunt. Felices discipuli, quorum dubium, factum est sanæ fidei certum firmamentũ, de quo porro audiamus euangelistam:

Et dixerunt: De Iesu Nazareno, qui fuit vir propheta, potens in opere & sermone coram Deo & omni populo: & quomodo eũ tradiderũt summi sacerdotes & principes nostri in damnationem mortis, & crucifixerunt eum. Nos autem sperabamus qa ipse esset redẽpturus Israel. Et nunc super hæc oĩa tertia dies est hodie, quòd hæc facta sunt. Sed & mulieres quædam ex nostris, terruerunt nos, quæ ante lucem fuerunt ad monumentum, & non inuento corpore eius, venerunt, dicẽtes se etiam visionem angelorum vidisse, qui dicunt eum viuere. Et abierũt quidam ex nostris ad monumẽtum, & ita inuenerunt sicut mulieres dixerunt, ipsum vero non inueuerunt.

Sic confessio e catechumenorum ore extorquenda, quo planius edoceri queant. Nouerat Deus vbinam Adam delituerat: rogauit tamen, vt latens cæcum sub pectore vulnus, curaret. Responsio discipulorum, quatuor complectitur. Primum fatentur, quis Iesus Nazarenus opinione eorum exiftat. Secundo, Qui illi sint, qui ipsum Christum neci dederint. Tertio, quem ipsi Iesum credant esse etiã tum. Quarto, Quid de eius sentiant resurrectione. Prima homiliæ sectio est, ꝙ fatentur Iesum Nazarenum fuisse virum prophetam, potentem in opere & sermone coram Deo & hominibus. Pro temporis ratione, confessio istæc non omnino reÿcienda. Petrus, fateor, gloriosius dicit: Tu es Christus filius Dei viui, Matthęi decimosexto. Et Martha splendide magis dixit: Tu es resurrectio & vita, Ioannis vndecimo. Quid ꝙ & centurio in ipsa passione dixit, vere filius Dei erat iste? Matthæi 27. Lucæ 23. Erat, ait, quia crucis scandalon præsens & vere magnum extitit: quo etiam lapsi discipuli, dixerunt Christum virũ fuisse prophetam. Recte vir, sic à prophetis denunciatus, sic per agnum paschalem & per masculos primogenitos & omnes figuras designatus est. Vnde & Petrus virum vocat, Actorũ secundo. Et prophetam promisit Moses, & in Esaia, Iona, & aliis prophetis pręfigurabatur Christus. Et reuera propheta, quia doctor veritatis, Ioannis tertio, quia oĩa arcana nouit, qa futura prædixit, adeo vt diceretur nullus vnquam maior illo fuisse propheta, Lucæ septimo, Ioannis sexto. Et Petrus apud Clementem subinde Christon prophetam vocat. Sed quoniam Ioannes Baptistes plus fuit quàm propheta, Matthæi vndecimo, certe & Christũ supra prophetas fuisse, ratione constat. Sequitur, potens in opere & doctrina. Et hoc de humanitate, à Deo supra humanam sortem dotata, dicunt, Ioannis primo. Sic potentem prædicat Mosen Stephanus Actorũ septimo, S. Lucas Apollo in Alexandria, Actorũ 18. Et Iesus Sirac viros gloriosos, potissimum prophetam Heliam. Et euãgelista dicit, Christum non frigide voce emortua instar pharisæorum docuisse, sed tanquam cum autoritate, id est, virtute diuina. Secundũ huius responsionis est: Tradiderunt eum summi sacerdotes nostri & principes in condemnationẽ mortis, & crucifixerunt eum. Quod malum in Babylone est, quod non ex magnatibus sit natum? Non ab re Apostolus Hebræo. XI. aulam peccatum vocat. Quis potestate abutitur, nisi qui ea potitur? Nõne diuites tyrannidem exercent in ecclesia, & iidem trahunt imbecilles ad tribunalia, & iidem male loquuntur de bono nomine, quod inuocatũ est super nos? Viderint diuites, viderint nobiles atq; potentes, vt infimos quoscunque accipiant: scientes non mẽtiri eum q dicit, Quodcũq; vni ex minimis meis feceritis, mihi feceritis. Tertiũ fere idẽ est cũ secundo, nisi ꝙ infirmitatis eorum apertior est cõfessio, Nos sperabamus eum esse illum, qui redempturus esset Israel. Vides iam animũ eos despõdisse? O crucem contumeliosam, o mortem acerbam, quæ fidem Christi adeo in cordibus discipulorum potuit extinguere. Nunquid sic credidit Abrahã? Nunqd hac fiducia obtulit Isaacũ? Sola litera abest hic in confessiõe fidei Christi, sed absente ea litera, iacet tota cõfessio. Dixissent ἐλπίζομεν id ẽ, speramus, sed (qd apud Lucã est) dixerũt, ἠλπίζομεν, id est, sperabamus. Sola lita η, cõfundit saluta-

Christus vir vocatur.

Christus ꝓpheta.

tarem professionem & purificantem cordа fidem. Vide syncere credendum. Vide ne quid addideris, vt pro speramus, dicas sperabamus. vide ne quid detraxeris. Vide denique, ne literam quidem mutaueris, a nimirum vertendo in s. Qui addit aliquid aut quidquam aufert, ad animam suam plagas addet, & sibi gratiæ benedictionem intercludet. Sequitur:

Resurrexit Chrs die tertia secũdum scripturas.

Et hodie tertius dies est, ꝙ hæc acta sunt. Sacer numerus, perfectus nimirum. Christi resurrectio est per prophetarũ oracula prædicta: neque hoc solum, sed & tempus, tertij puta diei, in quo resurgeret, eadem vaticinia declarauerunt. Vide Oseæ sexto, Ionæ typum, ipsius prophetæ tertio. Vnde etiam toties eorum dierum in nouo testamento mentio fit, nempe Matthæi decimosexto, Marci nono, Lucę decimotertio, decimooctauo, 1. Corinthiorũ 15. &c. Quartum, responsionis discipulorum est: Sed & quædam mulierum nostratium attonitos reddiderunt nos, quæ ante lucẽ fuerunt ad monumentũ: & non inuento corpore eius, &c. Debebant spiritus eorum exultauisse in Deo viuenti: sed ecce tremiscũt & obstupescunt ad extasin vsque. Quæ & quanta peruersio: sed qui sperabant, & spem abiecerunt, Christũ esse redemptorem Israel, merito tristes incedebant: & merito, vbi lætari & gaudere debebant, pauitabãt. Plus de non inuento corpore exanimati, quàm de angelorum testimonio atq; euangelio rediuiui Christi animati. Non est lugubre nuncium, Christum à mortuis resurrexisse. Est enim ea ipsa resurrectio iustitia omni credenti, Romanorum quarto, sed infirmis est tremor, malignis vero horror. Illos recreat, hos proterit. Cæterũ credentes quoscunque, tali gaudio, quod mundus auferre nequeat, beat. Videamus ergo vt euangelion audiamus: si non cum Petro & Ioanne exultantes curramus, at cũ duobus hisce discipulis in vera saltem simplicitate & humilitate paulatim incedamus, vt docibiles nos & accommodos suæ gratiæ inueniat. Malignis Iudæis, hæreticis, Saracenis, cum obstinatis in prauitate catholicis morituris, est Christus, quantum ad redemptionem: viuit, quantum ad condemnationem: viuit & illis vermis conscientiæ, nunquam moriturus, peccatum, mors, inferus, & diabolus. Sequitur:

Et ipse dixit ad eos: O stulti & tardi corde ad credendum in omnibus quæ locuti sunt prophetæ. Nõne hæc oportuit pati Christum, & ita intrare in gloriam suam?

Hæc Christi increpatoria verba, omnes tam clerici quàm laici attenderemus. Hoc in loco (ait Beda) non interpretanda, sed gemina nos ipsos humiliandi necessitas incumbit: qui neque in scripturis quatum oportet edocti, neq; ad implenda ea, quæ discere forte potuimus, quantum decet, sumus intenti. Clerus cæcus cæcis laicis ducatum præbens, nonne hic socordiæ est arguendus? Laici auribus prurientibus, magis ad fabulas aniles, quàm ad solidam doctrinã se conuertentes, nonne hic castigandi? Denique cum clerus tum laici per amplam huius mũdi illecebrarũ viam, in perditionẽ currentes, nonne ad arctum crucis iter sunt reuocandi? Miremur certe non solum verborum increpitationem, sed & flagellorum om̃igenum iræ Dei correptionem. Atqui benignus est Aristarchus siue corrector noster Christus: vult vt verborum suorum castigatione ad meliorem frugem redeamus, ne districtus iudex in pœnas ire cogatur. Beatus q resipiscit, dum resipiscentiæ est tempus. Obiurgat discipulos insipientiæ & tarditatis ad credendum. Primo ignaros & obesę naris homines, quos trũcos & fungos prouerbialiter vocamus, vocat: dein tarditatem, tepiditatem atque socordiam ipsorum carpit. Alterum ex altero dependet, hebetes, bardi, & bruti sumus, quia desides, lenti & frigidiusculi. Scriptura nos vult sedulos & succinctos. sic enim ad intelligentiæ dona perueniemus. Mens hominis, similis est agro, qui nisi colatur, sterilescit. Labor improbus omnia vincit, ait poeta. Et alius:

Omnia conando docilis solertia vincit.

Qui ignorat, ignorabitur: quia suapte culpa ignorat. Sunt nostratium plurimi, cum ex clero, tum ex laicis, rerum diuinarum plani inscij. accusant hi ingenij sui infelicitatem: atqui in negocijs seculi nihil est illis sagacius. Vnde liquet, immerito eos accusare rationis siue memoriæ tarditatem, cum potius suam ipsorum condemnarent negligentiam. Vnde scriptura subinde arguit σκληροκαρδίους, id est, duri cordis, nõ volentes. Item σκληροτραχήλους, id est, duræ ceruicis, quo verbo etiam Stephanus synagogam obiurgat, Actorum septimo. In Græcanico psalterio etiam plerique incusantur Barycardij, hoc est, grauicordes. Apostolus Galatas appellat ἀνοήτους, id est, insipientes. Saluator quoque noster & iudex pharisæorum, eos ipsos hypocritas vocat. Moros, id est, stultos, Matthæi vicesimotertio. Dicis Christum facere contra suũ præceptum, Matth. qnto. Aliud est calumnia, & aliud castigatio. Illud culpabile, hoc cõmendabile. Sic etiam aliud est officiũ præ-

cepto

ceptoris & iudicis, aliud est vitiū iracundi & maligni. Nonne pia, nonne & salutaris castigatio, qua hic suos βραδυκαρδίους vocat? Nonne hoc vere dictum? Certe: quia murci plane & somniculosi in scripturarum fuerunt discussione, quod vitium hodie tenet Israelem carnalem, in litera ligis immorantem. Ablatum est velum, vmbram fugauit veritas: nobis omnia facilima sunt intellectu, quia om̄ia sunt adimpleta. Nihil est credere promissionibus, nisi etiam credatur adimpletioni: eam qui credit, promissioni non credere non potest. Exempli causa. Habent promissiones Iudæi, sed adimpletas adeo clare, adeo perfecte, vt etiam omnium nationum gentes om̄es hoc fateantur. ipsi credere nolunt, nequidquā ergo credunt promissionibus. Contrà vel ex ethnicis electi Dei, credentes hoc quod vident, hoc quod est cantatissimum, quod ne ipse quidem satanas aut audet, aut potest negare, Christum nimirum esse sotera mundi, ad vnguem omnia intelligunt & profitentur prophetarū oracula. Discipulis his duobus alterum fuit desiderandū, nempe fides adimpletionis, alterum em̄ sibi persuasum habebant. Obserua: Quemadmodū intellectus pertinet ad mentem, in verbis Dei siue in scriptura canonica, sic in eadem scriptura verbi dominici fides pertinet ad cor: quod duo commata Græci textus præ se ferunt. Alioqui ex Apostolo Romanorū decimo notum est, fidem cordis esse. Sequitur: Nonne hæc oportuit pati Christum, & ita intrare in gloriam suam? Quasi diceret: Nisi om̄ia hæc in prophetarū vaticiniis essent, etiam vobis non incognitis, minus haberetis culpæ: Nunc vero cum Vates dicant, hæc om̄ia sic esse in fatis, certe culpabiles estis. Emphasin obserua in hoc, quod dicit gloriā suam. Opponitur gloria Christi, gloriæ huius seculi: hæc paratur inanibus imaginibus & ceris proauorū, titulis, opibus &c. illa, sola cruce. Adam & Heua voluptuosi e gloriæ & voluptatis horto, in hanc vallem miseriarū peruenerunt. Heuæ Adamus consentit, eius amore captus. Christus Adam nouus dolorosus, beatitudinē per primum illum Adamū deperditā, omnibus se amplectentibus habet restituere. Concio redimēdorum iam quoque vt noui Adami amore vicissim inardescat, consentaneum est. Ille nos adeo dilexit, vt nostri causa in hanc miseriæ vallem descenderit e gloria patris: æquum ergo, vt & nos ipsum redamemus, nostri amantissimū. Quod si amauerimus, iam certe in cruce gloriabimur. Vtrunque Christi est, gloria scilicet & crux. Illa deitatis, hæc est humanitatis. Per hanc nobis illam emeruit. Nobis in valle miseriarum degentibus maledicta crux incumbit, quam ille omnibus suis sanctificauit, & gloriosam fecit. Quod mortuus enim secundum humanitatem, peperit humano generi morti obnoxio vitam. Quod gloriosus à morte resurrexit, efficit vt in se credētes, & ipsi resurgāt corporibus glorificatis. Adeo totus noster est: nostrum quoque est, vt (monitore Apostolo, 1. Corinth. 6.) ipsum vicissim cum mentibus tum corporibus glorificemus. Sequitur:

Et incipiēs à Mose & omnibus prophetis, interpretabatur illis in oībus scripturis, quæ de ipso erant.

Præcluditur hic impietati cauillandi occasio. Diceret, vbi scriptum est? Scripturæ testimonia sunt in promptu, idq; in copia. Insuper & sana adest interpretatio: nec solum interpretatio, sed & ea suo ordine rite distincta. Vnde præsens expositio dicenda hermenia, propter ordinem qui in ea obseruatur. Verus quoque Hermenus trismegistus, & non Hermes trismegistus, dicendus Christus. Cæterum quoniam deambulando scripturam exponit, etiam peripateticus vnus pro omnibus philosophis est amplectendus. Hic vmbra omnis aufertur à scriptura, hic gloriam suam consecuta biblia, hic veraces declarantur Hagiographi omnes. Incipit à Mose, quantum nos colligimus: primo, Genesis tertio declarans semen Heuæ quid sibi velit, & qui ipsum caput serpentis debeat conterere. Item ibidem mysterium sacerdotij Melchisedeck capite decimoquarto. Nam & eius meminit Apostolus Hebræorum septimo. Item Isaac oblatio, Genesis vicesimosecundo. Quarto ex eodem libro, capite trigesimoseptimo, Iosephi à fratribus venditi typum. Quinto, Seminis Abrahæ & Isaac sacramentum, capite quadragesimonono, quod & exponitur Galat. tertio. Et cætera hoc genus ordine plurima. Sexto, ex Exodo capite duodecimo exposuit mysterium agni paschalis, de quo vides Ioannis decimonono, 1. Corint. 5. &c. Septimo, iterū ex libro eo, capite decimoseptimo. Petra Mosaicæ virgæ ictu aquam fundens, explanata est, iuxta hoc quod vides 1. Corinthiorum 10. Octauo, ex Leuitico sacrificia om̄ia: maxime vero duo hirci, ἀποπομπαῖος, & alter qui mactabatur. In vacca ruffa, & alia sunt adducta. Nono, ex libro Numerorum cap. 21. arcanus serpens ille æneus, palo affixus, exhibitus discipulis, & elucidatus, iuxta id q̄d legis Ioan. 3. De-

Resurrectio Chrī passim in Biblia habet sua testimonia.

Chrs Hermenū se fecit & peripateticum.

Christus habet testimoniū sacræ scrīpturæ à cōceptiōe vsq; ad extremum diem.

Decimo, Propheta ille, de quo Deuter.18. dicitur, quis fuerit, procul dubio discipulis ostendit. In libro Iosue, tyranni extincti, diabolicæ tyrannidis euacuationem designant. Samson fortis, Christum sua omnipotentia mortis imperium sublatum ire adumbrat. Samuel ipse Christi sapientiam refert, Dauid Christi virtutem, Salomon Christon æternam sapientiam, delineant. Hic Christi regnum & genealogia, & stirps Iesse, de qua Matth.1. Luc.3. Esaię 11. Roman.15. &c. Hic vt libros Iob, Ruth, Iudith, Hester, item libros Sapientiæ, qui nusquam non Christo testimonium dant, prætereā: breuitatis causa, prophetas ipsos in medium proferamns. Primo vero quatuor vates maiores. Nonne conceptionem mirabilem Christi, in signum redemptiōis Israelis, vides Esaię septimo? Nomina dia Christi, quæ Esa.9. recensentur, hic procul dubio discipulis exposuit. Miraculis varijs Messiam disnoscendum, Ibidem capit.35. Consolationem, qua hic insignis describitur Christus fore, ostendit ex eodem cap.40. cuius & apud Lucam mentionem factam vides cap.3. Virtutē, quam & apud Matthæum vides citari cap. 24. Vnctionem, quæ Luc.4. citatur, apud eundem prophetam cap.61. Denique quod in primis dominum ex hoc propheta declarasse arbitror, puto esse passionis acerbitatem & turpitudinem, de qua vide cap.53. qui locus etiam frequentissime celebratur in nouo testamento, Matthæi 8. Marc.15. Luc.22. Actoꝝ 8. Roman.10.1. Petr.2. Ex Esaia verisimile est, dominū transgressum ad Hieremiam, atq; inter cætera fœderis noui sacramenta edisseruisse, ex cap. 23. 33. A Ieremia ad Ezechielem ipsum peruenisse arbitrabimur, & de pastore bono atq; vnico egisse, declarando capit.34. tali modo, cuius exemplar vides Ioan.10.1. Petri 5. Heb.13. Ex Daniele annorum hebdomadas discipulis in memoriam reduxisse, est credibile, ex cap.9. Itē cum ex Daniele 9.12. tū ex Ezechiele 34. mysterium resurrectionis enucleasse. Minores item prophetas percurrisse: Primo ostendisse ex Osea, cap.3. Dauidicū regem, reditū regis eius ex Aegypto cap. 11. Matth.3. Mortem cap. 13.1. Corinth.15. Hebrę 2. Resurrectionem cap.6. Doctorem iustitiæ indicauit ex Iohele 2. Effusionem (de qua Actoꝝ 2.) cap. secundo. Tabernaculi Dauidici ædificationem, ex Amos cap. 9. In Bethlehem Christum nasciturum, ex Michea cap. 5. Primi aduentus testimonia adduxit ex Haggæo, cap.2. Aduentū gloriosum in Hierusalem, ex Zacharia 9. Passionē quoq;, ibidē cap. 12. Iudæ proditionem, ibidē 11. Item passionem, cap.13. Postremo ex Malachia potuit ostendere præcursoris sui officium, cap.3. & Esaiæ 40. Marc.1. Cathedram pestilentiæ Psal.1. Gentiū fremitum Psalmo secundo. Ex eodem psalmo diuinitatis Messiæ gloriam, de qua dicitur & Actoꝝ 13. & Hebræ.1.5. Obediētiam vsq; ad crucē, Psal.8. de qua etiam dicitur Hebręorum 2. De sepultura gloriosa & resurrectione, Psal.15. de qua etiam Acto.13. Potissimum item de passione & cruce sacrosancta, psal.21. Dominationē regalē, ex Psal.44. de qua etiam Hebr.2. agit. Triūphalē adscensionē, psal. 68. & 88. Zelum pro domo Dei, psal.68. de qua & agitur Ioannis 2. Ibidem etiā multa de crucis contumeliosa passione leguntur. Munus regale orientalium regum, psal.71. De adoratione angelorū, psal.96. Hebræ.1. De veritate deitatis & de sacerdotio Christi æterno, Psal.96. Contemptū Messiam & vilem fore Iudæis, ex psal.117. Filiū Dauid, regnum paternum possessurum, Psal. 131. 2. Reg.7. Hæc & hoc genus alia scripturæ loca, tota biblia pcurrēdo, suis exposuisse credimus: idq; tali efficacia, vt eorum corda, quod & infrà ipsi fatentur, plane inflammaret. Ignitū est etiamnum Dei eloquium, illuminandi iuxtà atq; accendendi habet virtutem. Felix, qui gratiæ Dei obicem non ponit.

Et appropinquauerunt castello, quò ibant. Et ipse finxit se longius ire, & coegerunt illum, dicentes: Mane nobiscum* domine, quoniam aduesperascit, & inclinata est iam dies. Et intrauit cum illis.

Nihil simplex veritas per duplicitatem facit, dicit Beda: sed quod dicitur, finxit se longius ire, talem se exhibuit discipulis in corpore, qualis apud illos erat in mente. Adde, φ humanitatis meritum, quo eos adhuc nouit præditos, excitatum voluit, nobis eius virtutis exemplum excussurus. Hospitalitas nobis cōmēdat: de hac in extremo iudicio quæstio fiet. Qui catechizat, ab eo qui catechizatur, æquitatem recipiat par est: eius rei voluit nobis hoc loco relinqui exemplum: quare se longius finxit ire, quæ * prospœesis, id est, simulatio, hypocrisis haudquaquam dici potest. Nihil hic patrocinij habent euangelici nostrates informes, qui reformationē sibi ecclesiæ vēdicāt, Curios simulātes, & bacchanalia viuentes. Sed viderint, an etiā oculos omnia videntis, perstringere sua possint hypocrisi. Christus se hic cum propter seos discipulos eos, tum propter nos longius

us ire simulare: illi improbi precibus, etiã manibus in amiculũ iniectis, detinere. Hæc est illa violentia, qua ad nuptias compellere debent episcopi eos, qui extrarij sunt. Gremium plenũ prunis sic quisq; fidelium super caput inimici perfundere habet, iuxta hoc Apostolo. Compulsio & vis quæ hîc discipulorũ fuerit, verba eorũ satis arguũt. Mane, inquiũt, nobiscũ domine. Ecce quẽ prius peregrinũ vocabant, iam dominum appellant, non ꝙ Iesum crederent illũ, sed quia honorificandũ sic crediderunt eum, qui interpretem scripturarũ se illis pbuit. Nox, inquiunt, appetit: dies vergit ad vesperã: nunquã committemus, vt te dimittamus. Sic olim Loth, Abraham & alij pares peregrinos compellentes, meruerunt angelos hospitio suscipere. Gene. 18. 19. Hebræ. 13. Sim⁹ & nos hospitales, non murmurantes, sed benigni, Roma. 12. 1. Petr. 4. & dubiũ non erit, quin angelos, immo etiam Christũ simus excepturi. Minimi suos angelos habẽt, quos tenuimus, si aliquẽ & ex minimis, nostro hospitio indignũ reputamus. Et saluator ait verbis non obscuris: Quodcũq; vni ex minimis meis feceritis, mihi factum credite. Atque hęc hactenus. Sequitur:

Et factum est dum recumberet cum eis, accepit panem, & benedixit ac fregit, & porrigebat illis. Et aperti sunt oculi eorum, & cognouerunt eum, & ipse euanuit ex oculis eorum.

Hic locus an de sacra eucharistia intelligẽdus sit, aliorũ esto iudicium. Apparet sic intelligendus, quia Act. 2. fractionis panis item meminit idẽ euangelista. Quod forte Theophylactũ ita sentire fecit. Ambrosius vtrunq; silentio præterit. Origenes quoq; hac in re minus anxius fuit. Hoc (quoniã hodie de hac re controuertitur) ego sentio: Obserua quatuor in primitiua ecclesia, pro eo tempore, exordij scilicet regni Christi, fuisse præcipua, in quibus consistebat religio Christiana. Primũ doctrina assidua, secundũ eleemosyna, tertiũ eucharistia, lithurgia siue Missah, quartum orandi vehementia. Postea vero, pleraq; ad decus ecclesiæ & cultũ diuinũ esse addita, quæ sine grandi sacrilegio non possunt omitti. Non venalitiæ hic Missæ priuatæ possunt stabiliri, non nouæ nouorũ euangelistarũ ordinationes, qui priuatas Missas prorsus condemnant: interim tamen priuatissimas ipsi meditantur, cuiq; ægroto suũ officium, nullis non in fornicibus & cellis lectitantes: & publicũ quoq; sacrũ, quo aut sacrificatur, aut sacramentũ venerabile sumitur, hoc est, vbi vel sacramentũ altaris ab auscultante ecclesia adoratur, vel vbi idem sacramentũ esurientibus & sitientib⁹ administratur, nomine & prætextu priuatarũ Missarũ abrogationis antiquantes, & penitus damnantes: Ii, inquã, informatissimi reformatores, nihil hoc loco possunt inuenire, quo suam eam statuere possint sacrilegam temeritatem. Sed ad literã nos reuertentes, faciamus Christũ suo more panem fregisse Mat. 14. Marc. 6. 8. Luc. 9. Ioan. 6. Quod vero hic legitur εὐλόγησεν, idẽ verbum etiam legitur Luc. 9. Matth. 14. & Marc. 6. Rursus Marc. 8. & Ioan. 6. habes verbũ εὐχαριστήσας: q̃d submoneo, ne q̃s cõtentiose hunc locũ ad sacrũ Missæ mysterium redigat. Hoc præcipue omnibus cuperem constare, ꝙ eum quẽ in scripturæ sacræ expositione non cognouerunt, in panis fractione cognouerunt. Huius rei rationem adfert venerabilis Beda, dicens: Audiendo non sunt illuminati, sed faciendo: quia auditores legis iusti non sunt, sed factores legis iustificabuntur. Vide Esa. 1. Ezech. 18. Matt. 25. Roma. 2. Qui ergo scripturam sacram auditam plane vult intelligere, attendat exemplũ præsens discipulorum. Peregrinũ vocant dominum in ædes suas, etiam longius ire constituentem. Violentia pia trahunt, cœnam illi pro eorũ facultate paratam libere apponũt: simili modo & intelligentiam verbi auditam desiderans, ea quæ iam intelligere potuit (nempe quod tibi non vis, alteri non feceris, & alia hoc genus facilima scripturæ) festinet adimplere. Sequitur: Et ipse euanuit ex oculis eorũ. Euanũit: neq; eñ ad hoc corpore glorificato resurrexit, vt corporali modo cũ eis conuersaretur. Vnde & apostolus Petrus ait, non quibuslibet dominũ rediuiuum se videndũ exhibuisse. ἄφαντος, hoc est, qui non corporali præsentia apparet, dominus se ab eorũ subduxit conspectu, postquam corporali præsentia suorũ infirmitati inseruiuisset. Sic & postquã se Thomæ tangendum præbuit, disparuit. Sequitur:

Chr̃s in fractione panis agnitus.

Et dixerunt ad inuicem: Nonne cor nostrum ardẽs erat in nobis, dũ loqueretur in via, & aperiret nobis scripturas?

Hic est ille ignis, quẽ venit dominus mittere in terram. Ignitũ eloquiũ domini vehementer. Auditus sermo inflammat animũ, torporis frigus expellit, rigorẽ obstinationis liquefacit. Sic hoc loco supernorũ

Ignẽ quẽ venit dñs mittere.

rũ desiderio animũ accẽdit, à concupiscentijs carnis, & secularibus mentem abstrahit, contra crucis scandala cor humanum armat. Quid multis? anima amore diuino languet, & instar ægrotorũ, qui diu viuũt citra cibum, morbo eos sustentante, crucis Christi doloribus pascit, vbi verbũ dñi audierit, vt possit dicere: Fuerũt mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte, psal. 41. Potũ dabis nobis in lachrymis, psal. 79. Sed non omnes habent aures audiendi: nempe ij, quorũ cor longe abest, etiam corpore in medio auditorio circunuallato. Interim dũ aurib⁹ verbũ audiũt, cor in varijs seculi negocijs vagatur, aut desiderijs & voluptatibus volutatur, aut in Martis Bellonęve armamentario iracundus bella fratri parat & mala machinat. Qui vere bono & optimo corde audiunt verbũ, sic igne diuino inflammãtur, vt ad omne opus bonũ fiant accommodi. Vnde sequitur:

Et surgentes, eadẽ hora regressi sunt in Hierusalẽ, & inuenerunt congregatos vndecim, & eos qui cum illis erant, dicentes ꝙ surrexit dominus vere, & apparuit Simoni. Et ipsi narrabant quæ gesta erant in via, & quomodo cognouerunt eum in fractione panis.

Discipulorũ feruor. Domi erant, septem fere miliariorum iter ea die confecerunt, necdum cœna se satis recreauerunt, necdũ somno dulci lassitudinem itineris placarunt, alternaq́; requie vires corporis instaurauerunt, sed relictis vxoribus & omni familia, Emauntis portas eadẽ statim hora rursus exire, & se noctis periculis committere sunt ausi, tanta gaudia ecclesiæ communicatũri. In finu quisq; suo gaudere non potuit, tanta mysteria, quæ illis Iesus declarauit, propaganda putauerunt. Credidi, ait Psalmista, propter quod locutus sum. Adeo viuax res est vera fides. Certũ est, Iudæorũ minas quoq; hos duos discipulos domini perculsisse, ac extrà atq; alios, qui propter metũ Iudæorum clausis ianuis delituerunt: sed timorẽ charitas expulit omnẽ: & qui tristes domũ reuertebantur, pleni veris gaudijs, Hierusalẽ oppidũ illis aduersum repetierunt. Eo vbi ventum est, vndecim congregatos inuenerunt, & eos qui cum illis erant, quos tristes reliquerunt, demissis animis offenderunt. Plena erat domus illa tripudio & ouatiõe. In psalmis & niceterijs ecclesia tota erat occupata. Statim Petrus & Ioannes, alijq́; venientibus ab Emaus, gloriam resurgentis ꝑdicabant: vicissim hi ea quæ viderant & audierant, reddebant, & præsertim hoc, q̊modo eum in fractione panis agnouerint. O beatus synathrœsmus, extra quẽ Christi agnitio non est. Ecclesia ex multis est vnitas vnicissima: extra eam si quis pedẽ mouerit, Christum non videbit, etiam si nihil nisi biblia ipsa fuerit. In ecclesia est exegesis, (hoc eñ vocabulo vtit Lucas in Græco textu) hoc est, vera & salutaris scripturarũ interpretatio, sensus catholicus, traducis intelligentia tanquam per manus data. Christus voluit vt sui discipuli Hierosolymis promissum spũs sancti expectarent. Idem in Galilæa se suis rediuiuũ voluit exhibere. Omnia loca ea, ecclesiæ habent sacramentum. Faxit Deus, vt huc confluam⁹ charitate ardentes: hic nos contineamus, hic spũs sancti maiora subinde charismata, & aduenientem iudicẽ, succincti & lampadas in manibus tenẽtes, expectemus, ad suam solius gloriam, Amen.

FERIA TERTIA PASCHAE, euangelium Luc. XXIIII.



Vm autem hæc loquuntur, stetit Iesus in medio eorũ, & dixit eis: Pax vobis: ego sum: nolite timere. Conturbati vero & conterriti, existimabant se spm̃ videre. Et dixit eis: Quid turbati estis, & cogitationes adscendunt in corda vestra? Videte manus meas & pedes, quia ego ipse sum. Palpate & videte, quia spiritus carnem & ossa non habet, sicut me videtis habere. Et cum hoc dixisset, ostẽdit eis manus & pedes. Adhuc autẽ illis non credentibus, & mirantibus præ gaudio, dixit: Habetis hic aliquid quod manducetur? At illi obtulerunt ei partem piscis assi & fauum mellis. Et cum manducasset coram

ram eis, sumēs reliquias, dedit eis. Et dixit ad eos: Hæc sunt verba quæ locutus sum ad vos, cum adhuc essem vobiscum: quoniam necesse est impleri omnia quæ scripta sunt in lege Mosi & prophetis & psalmis de me. Tunc aperuit illis sensum, vt intelligerent scripturas, & dixit eis: Quoniam sic scriptum est, & sic oportebat Christum pati, & resurgere à mortuis tertia die, & prædicari in nomine eius pœnitentiam & remissionē peccatorum in omnes gentes, incipientibus ab Hierosolyma.

PROOEMIVM.

SAncta mater Ecclesia, gloriosam Christi resurrectionem studiose & admodum solicite nobis commendat, submonens, vt tantum omnipotentis manus opus, ipsi nobiscum profundius subinde indagemus, fidem atq; fiduciam nostram suffulturi. Nusquā omnipotētia Christi adeo in scriptura renidet, atq; hoc loco: vnde & hic potissimum fidei nostrę fulcimen acceperimus. Adde q & nihil iucundius est relatu, q̄ filium hominis mortem subegisse & sustulisse. Resurrectio (vt Hieronymus ait) salutis nostræ caput est & exordiū, restaurans præsentissime omnia quæ erant collapsa, deperdita recuperans omnia. Inde vera & manifesta Christi regni sunt orta incunabula, neque ēm ante eam, Christi cōspicata est gloria. Statim in ipsa resurrectione Christus suæ induit stolam gloriæ, vt ostendit Hieronymus, locum eum gloriæ Dei exponēs Esa. 33. Statim à morte resurgens, Rex regum & dominus dominantium apparuit, agnus Dei innocens Iesus, qui ait: Data est mihi omnis potestas &c. Quę prędabatur omia mors, iam inde vicissim est deprædata, iā inde inferus luce Christi gloriæ depressa, crucis sensit virtutem. Iam inde crux apparet gloriosa & vere adoranda. Verū charissimi iterum iterumq; videamus, ne tanta gloria abutamur, quod nisi præstiterimus, à tanta maiestate suppressi, peribim⁹. Videamus ergo, ne gloriam eam, quæ nobis est parta, nostra culpa amittamus. Sed ad textum.

Resurre[ctio] ... pdi ... fum ... tuan ... [illegible]

Adurgēs suam gloriosus exuit Christus.

Dum autem hæc loquuntur, stetit Iesus in medio eorū, & dixit eis: Pax vobis: ego sum: nolite timere.

Sacrosancta, discipulorum colloquia. nō hic audiunt sales & ioci. Apostol⁹ vult etiam vrbanitatem, nedum turpiloquentiam & obscœnitatē, longe à Christianis abesse. Semper laus eius (ait) in ore meo. Itē, Benedicā domino in omni tēpore. Hic vt ineptas lætitias, infacetas * infacetias, scurrilitatē, & hoc genus filias crapulæ, silentio premam: saltem verba ociosa dico remorari, quo minus nobiscum loquatur, ad nos veniens, spiritus sanctus. Quomodo ēm possit ibi suam effundere gratiam, vbi se comminatur esse vltorem & iudicem? Deinde qui cupiat præsentem sibi Christū, Christiq; spiritū, videat ne se abstrahat ab ecclesia. Videat hic Iesum constitisse in medio discipulorum. Sic se antea promisit in medio eorū, qui in eius nomine congregati fuerint, semper futurū Matt. 18. Quod se in medio promittit suis semper fore præsentem, ecclesiæ facit designationem. Ecclesia angulos nescit, angiportus non habet. In medio ecclesię aperit os electorum, & implebit eos spū sapiētiæ & intellectus, Ecci 15. In medio consistit virtus. Medium tenuere beati. Medio tutissimus ibis. Aurea mediocritas. μέτρον ἄριστον, hoc est, modus optimus. Hæc omnia submonēt, in medio ecclesiæ permanendū, diuerticula oīa hæreticorū caueamus, eorū qui æmulationem & rixas seminant, quibus cū prnceps pacis esse non potest. Columbinos suos, in quorū medio stetit, pacis salutatione affari, dicens: Salom lachem, hoc est, pax vobis. Recte vnanimes suos ita salutauit, quia pax super Israel, psal. 124. Et pax in terra hominibus bonæ voluntatis, Luc. 2. Christus se pacis principem ostensurus, præcipuum suis symbolon, quo se mutuo agnoscerent, dedit pacis salutationem, Matth. 10. Luc. 10. Hinc sui symboli non oblitus, ait: Pax vobis. & hoc frequenter à morte resurgens, Matth. 28. Ioan. 20. Salutaris salutatio, efficax imprecatio: sed ijs tantum qui filij pacis existāt, hominibus nimirum bonæ voluntatis.

Sales & ioci dedecet hominem Christianum.

Ecclesiæ se Chrūs promisit, & nō hæreticorū conuenticulis.

Ecclesiā amet, regē pacis ad se venire cupiēs.

Conturbati vero & conterriti, existimabant se spiritum videre. Et dixit eis: Quid turbati estis, & cogitationes adscendūt in corda vestra? Videte manus meas & pedes, quia ego ipse sum. Palpate & videte, quia spiritus carnem & ossa non habet,

ſicut me videtis habere. Et cum hoc dixiſſet, oſtēdit eis manus & pedes.

Lazari reſuſcitatio manifeſta, poterat fidei veræ reſurrectionis Chriſti argumentum dare, atq; diſcipulorū animos, hac de re, ab omni dubitatione præmunire. Neq; eñi triduum, ſed quatriduū à ſuis abſuit, ſepultus nimirū iam fœtens. Sed ſcandalon crucis tantū fuit, vt carnis infirmitas, Dei gloriam in eo nō potuerit cōcernere. Hic vides, non omnes apparitiones mortuoꝝ, dæmonia mala eſſe vocanda, quod hodie noui euangeliſtæ blaterant, ſanctoꝝ gloriȩ odio. Sunt multæ reuelationes ſanctorū in eccleſia, vnde etiam ſanctorū reliquiæ plurimæ ſunt exaltatæ. Huic ſanctoꝝ cultui iniqui hæretici, omnes apparitiones beatorum errori deputant. Si manes atq; lemures eſſe dicas omnes, certe hic alio Lucas vſus eſſet vocabulo. Vocabulum ſpiritus varie accipitur, etiam ſubſtantialiter. Iā eñi angelos, iam animas, iam vitalem ſpiritum beatorū, iam ventū & aerem ſignificat. Quanuis Luc.9. ſathan quoq; ſpiritus, ſine epitheto, dicitur: circunſtantiȩ tamen exigunt, ne de alio q̄ ſpiritu maligno, locū eū intelligamus. De hac re aliàs, quod memini, egimus: hic vero repetendum duximus, ne quis nouorū euangeliſtarum næniis deceptus, putet diſcipulos, hic ſotera cacodæmona fuiſſe, eſſe arbitratos. Apparuit olim euocatus Samuel Phytoniſſæ, apparuit Machabæo Onias ſacerdos & Hieremias, non corpore, ſed ſpecie quadā humano viſui cōſpicabili. Tali putabat Thomas Chriſtum viſum diſcipulis: & idem hic ſuccurrit diſcipulorū mentibus. Solet humana imbecillitas, etiam tali ſpecie ſpiritus videns, expaueſcere: & præ rei nouitate, horrore concuti. Sciēs Chriſtus & ſuis, vtpote rudibus & infirmis, huiuſmodi ſuſpicionem ſuborituram, primo dixit: Ego ſum: nolite timere. Verū cum adhuc perturbarent, increpitat eos, & ait: Quid erroneis cogitationib⁹ turbamini? Dein iubet, manus atq; pedes ſuos intueantur, palpēt, atq; adeo probe diſnoſcant. Sic veritatem ſuæ reſurrectionis, paulatim & per incrementa temporis declarauit, quia maius erat miraculum, q̄ vt repente capi poſſit à fragilibus mortalium pectoribus. Quod vero manus ſuas atq; pedes diſcipulis ſuis conſiderandas commendauit, in cauſa eſt, ꝙ voluit eos reſurrectionem ſuam rite diſnoſcere, nempe talem, qua ſit factus impaſſibilis: & ꝙ id quod fuit corruptibile, induerit incorruptionem, mortale immortalitatem &c. Beda aſſignat & aliam: nempe eam, vt non aliud corpus aſſumpſiſſe arbitrarentur, conſiderantes hoc ipſo Chriſti reſurrexiſſe corpore, in quo paſſus fuit, & quod mortem ſubiit. Sic diſcipulorū infirmitas, noſtrum robur eſt facta. Operæprecium fuit vt illi infirmi contuerētur & palparent, vt nos, neq; videntes neq; tangentes, credere poſſimus, & fidei noſtræ tantā laudem, qua cor iuſtificatur, referamus. Sanctus Hieronymus ait, hȩc verba ſanctū Ignatium ad ſanctū Polycarpum protuliſſe: Vidi & ipſe dominum in carne poſt reſurrectionem, & credo. Et cū perueniſſet ad Petrum,* & ad eos qui cum ipſo erant, ait: Tangite & videte, quoniam δαιμόνιον σωματικὸν, hoc eſt, corporeum ſpectrum non ſum, & ipſi contrectando crediderūt. Bene hoc. Sed & iucundiſſimū eſt relatu, quod dicitur Ioan.20. Beati qui non viderunt, & crediderunt. Sequitur:

Apparitiones mortuorū nō oēs lemuribus adſcribēdæ.

Spūs vocabulum varie accipitur.

Spm̄ vidēs infirmitas humana, expaueſcit nouitate rei.

Tangēdū & vidēdū ſuis diſcipulis ſe dñs rediuiuus obtulit.

Adhuc autem illis non credentibus, & mirantibus præ gaudio, dixit: Habetis hic aliquid quod manducetur? At illi obtulerunt ei partē piſcis aſſi & fauum mellis. Et cum manducaſſet coram eis, ſumens reliquias, dedit eis.

Magis hic infirmitas apoſtolorū mirabatur, cū confiteri & credere debebat. Dominus igitur vt nihil ambigui in cordibus eorum relinqueret, argumento, quod vnice adhuc ſuperfuit, vtendū duxit. Angelorum teſtimonium protulit, monumentum vacuum angeli illis oſtenderunt. viuum ſeipſum exhibuit. voce ſuos ipſis ſatis ſupq; cognita, allocutus eſt, idq; ſolita ſalutandi forma, in fractione panis ſe declarauit, tangendum & videndum ſe illis obtulit. quod hic reſtare putabimus indicium, niſi alimentorum carnalium perceptionem? Rogat ergo, Num quod βρώσιμον, hoc eſt, eſculentum habeant. Rogat, vt hoc argumenti genus teſtatius efficiat, atq; ipſis arctius commendet. Hic, fratres, Saducæorū ſtultitia & Cerinthianorū hæreticoꝝ veſania eſt cauenda, ne quis corpora glorificata edere & bibere, nubere & vxores ducere putet. Tantæ gloriæ corpus glorioſum eſt, vt inſtar ſpūs, nullo muro & ferrato obice arceri poſſit. Quod vero videtur & contrectatur Chriſti benedictū corpus, ſecundū diſpenſationē eſt factū. Sic, & nō ſecundū naturam, ex eſurie & ſiti, cibū ſumpſit, ſed (quod Theophylactus ait) ſecundum diſpenſationē: ad docendum, ꝙ illud ipſum corpus, quod paſſum eſt, ſurrexit. Omnis cibus natura per os ſumptus, ad ſeceſſum vadit. hunc vero cibū diuina virtus con

consumpsit, haud secus atq; guttula aquæ, in laminam ignitam effusa, & (vt Beda ait) in ignē mista aqua. Sed & nostra post resurrectionē corpora, omni exuta fragilitate, simili beatificabuntur gloria, vt ianuis clausis ingredi, absq; labore & lassitudine, e loco in locū transire, fame & siti nō premi, vbi nulla alia esca beatis est parata, nisi ipse Deus, in quo est vita, salus, gaudium, pax, & omnia bona. Erimus eñ sicut angeli cœli, Matt. 22. Marc. 12. Luc. 20. Anathema est ethnicus Plinius cū omnibus Plinianistris. Dicit ille: Non magis à morte sensus vllus aut corpori aut animæ, q̃ ante natalem. Item: In reuiuiscendis corporibus promissa à Democrito vanitas, qui nō reuixit ipse. Quæ gentis quies vnquā, si in sublimi sensus manet, inter inferos vmbræ? Anathema sit, fabula de magno Platonis anno. Anathema sit, Samius ille philosophus, qui dicit animas nostras in alias atq; alias transmeare, de quo extat hoc:

Quoniam non corpora solum,
Verum etiam volucres animæ sumus: inq; ferinas
Possumus ire domos, pecorumq; in pectora condi.

Dignæ mansiones Saducæis & Agarenis: sed heu mihi, horrēda magis illos manēt receptacula, pœnarū nimirū gehennæ. Friuolum est cauillū Iudæorū, qui hoc Danielis 12. Rabim milesene, hoc est, multi dormientium e puluere terræ euigilabunt, de se accipiunt, dicentes: Multi Iudæi, non ethnici, quos nos esse dicūt. Nos paucis respondemus, Multos, hic intelligi de dormientibus, qui plurimi erunt, non tamen omes. Neq; eñ omnes dormiemus in die aduentus domini. erunt & qui carnis debitum necdū soluerint, 1. Cor. 15. 1. Thess. 4. Multi itaq; resurgent e sepulchris, hi nempe, qui sepulti sunt & in cinerem sunt redacti: multi non resurgent, nempe hi, quos dies ille adhuc viuentes in carne inuenerit: qui non resurgent, sed in momento & ictu oculi resoluti, domino obuiam rapientur. Momentanea erit allage, id est, transmutatio ea, tam viuentium q̃ defunctorū. Deus potens, nec eget aliquo Iudæorū fœtidulorū auxilio. Optandum Iudæis, vt nunquam nati fuissent, quia interitus illis paratus est obstupescendus: qui non credant in eum qui est resurrectio & vita, quem misit pater, Ioan. 3. 11. Nos, vt in illa die capita nostra erigamus, necessum est vt bene viuamus, Ioan. 5. Sequitur:

Et dixit ad eos: Hæc sunt verba quę locutus sum ad vos, cum adhuc essem vobiscum: quoniā necesse est impleri omnia quæ scripta sunt in lege Mosi & prophetis & psalmis de me. Tunc aperuit illis sensum, vt intelligerent scripturas. Et dixit eis: Quoniam sic scriptū est, & sic oportebat Christum pati, & resurgere à mortuis tertia die.

Nihil omittit tam comis & benignus magister: vndiq; siquidē (vt Beda ait) veritatis iura confirmat. Omnia suo tempore facit æterna sapientia. Videtur, auditur, palpatur: atq; ita timorem & malas cogitationes aufert: deinde, vt admirabūdos in contemplatione rei aptos faceret, conuescebatur: tandē postquam corda ipsorū plane pacificauit, & ad æstimandum rem ipsam aptos fecit, veritate resurrectionis per omnia argumenta confirmata: ad ea quæ prædixerat, & ad scripturarū testimonia ipsos discipulos remisit, mentemq; intelligendis scripturis ipsorū aperuit. Nisi eñ prius quieta facta fuisset illorū anima, in tanta turbatiōe & inquietudine (vt Theophylactus ait) ad veritatis agnitionē pertingere haudquaquā potuissent. Vacate (ait psalm. 45.) & cognoscite. Necesse, inquit, fuit impleri oīa: & crucifigi, & sepeliri, & resurgere, quoniā hæc om̄ia prædixit Matth. 12. 16. 20. Marc. 10. Luc. 18. Hic obserua, Christum factum clauem Dauid, aperiendo scripturarū sensus. Quæ eñ de Christo scripta sunt, in ipso Christo adimpleta sunt om̄ia: comitas, paupertas, afflictio, crux, mors, quæ om̄ia auersatur caro, & ille qui in suo ipsius nomine veniet, nō missus, antichristus. Omnia, inquiūt, in nostro saluatore sunt adimpleta, à Bethlehem vsq; ad Golgatha, à præsepio vsq; ad crucē. Volucres cœli nidos habēt, & foueas vulpeculę: filius hominis nō habuit, quo caput suū reclinaret: neq; item venit ministrari, sed ministrare: quorū nihil in antichristo erit. Videmus igitur luce clarius in Christo cōpleta om̄ia: videmus item Christū lucē esse scripturæ. tolle Christū, & palpabis in scriptura cū Iudæis (velū Mosaicū adhuc habentibus, 2. Cor. 3.) q̃ talpa cæciusculis, tanq̃ cæcus palpitat in die. Et quis nunc non gaudeat legere Biblia, cū clauē illā atq; lucē habeat in promptu? Nam & dn̄s nos ad vetus testamentū subinde remittit, Matth. 11. Ioan. 3. 5. &c. Prodest ad intelligentiā scripturarū, experientia linguarū: conducit & disciplinarū liberaliū scientia: nec etiā citra auditū ad fidē quis perueniet. sed nisi clauē & lucē illā præuiā habue-

Contemplatio opus habet ocio.

ClauisDauid, Chr̄s

Linguarū expientia prodest.

habuerimus,nihil est linguarũ experiẽtia,
nihil disciplinarũ intelligentia, ipsaq; vox
doctoris. Obserua hic tria exprimi,legem
Mosaicam,prophetarũ libros,& psalmos,
quæ totum vetus complectuntur testamen
tum. Quod dicitur eorũ sensus aperuisse
& corda,intelligẽtiæ illis gratiã dedisse in-
tellige,ne ad intelligenda mystica dicta tar
di remanerent. Exemplũ eius habes de Ly
dia Thyatiriana,de qua ait sanctus Lucas
Act.16. Dominus aperuit cor eius,vt inten
deret his quæ dicebantur à Paulo. Vbi suũ
regnum statuere intendit,primo elementa
iacit,atq; ianuam pandit, Acto.14. Deinde
prædicatoris aperit os,psal.50. Coloss.4.
Tertio mentem siue sensum aperit audito-
ris,vt auribus audiendi verbũ audire pos-
sit,qm̃ per auditum datur fides, Rom.10.
Humana sapientia,carnis intelligentia,hic
parũ facit ad rem, 1. Cor.2. Superest ergo,
vt simplices humilibus consentiamus, in
ecclesia nos contineamus,ibidẽ Dei illumi
natiuã gratiã expectando. Beati siquidem
qui habitãt in domo tua,ait psal.83. Item,
videbitur Deus deorũ in Sion,ibidẽ. Facit
ad hoc quod sequitur.

Aperit dñs sensus & corda.

Et prædicari in nomine eius pœ-
nitentiam & remissionem peccato-
rum in omnes gentes,incipientibus
ab Hierosolyma.

Hic vsus tangitur totius euangelicæ hi-
storiæ de Christi natiuitate, totius ætatis
cursu,morte,resurrectione & adscensione.
Parũ est,nosse (quod & diabolus nõ potest
inficiari) Christũ natũ,passum,& resurre-
xisse: sed credere hæc omnia facta,vt cre-
dens in Iesum,per ipsum certũ aditũ habe-
at ad Deũ patrẽ cœlestẽ,& q̃ per Christũ
ille spũs sanctus,in verbo & tot sacramen-
torum dispensatione,donetur,vt om̃is tua
pœnitentia & disciplinarũ ecclesiasticarũ
exercitatio, ad iustitiam & meritum tibi
apud Deum imputetur. Hæc est demũ ipsa
vera & salutaris fides,hic finis & hæc sum-
ma totius historiæ euangelicæ, mortis &
resurrectionis Christi, Roma.4. Mortuus
est propter peccata nostra, & resurrexit
propter iustificationem nostram. Opor-
tuit Christũ pati: quia per lignũ interitus,
vnde & per lignũ recuperata salus. Adæ in-
obedientia peperit mundo mortem. Noui
Adami obedientia,omnibus gentibus pe-
perit vitam,& eam gloriosam. Qui ergo
vult viuere,qui vult gloriæ Dei consors fie
ri,nulla hoc alia ratione fieri potest,nisi in
nomine siue per nomen Iesu. Vnde in no-
mine Iesu baptizamur pœnitentes, Marc.
6. Acto.2. Non est aliud nomen sub cœlo

Finis fidei salutaris.

Oportuit Christũ pati.

Deo æque gratũ,nõ est aliud nomen æque
ad saluandũ efficax atq; tantæ virtutis. Hoc
nomen est symbolũ,quod qui syncera fide
protulerit,illi datur aditus ad cœlũ. Chri-
stus est primogenitus filius Dei,hæres pa-
ternæ gloriæ: qui Christi est,eo gaudet pri
mogenituræ iure,non ex natura vt Chri-
stus,sed ex gratia per Christũ. Nihil hic p-
rogatiuæ habet lex: neq; em̃ tale & tanti
nomen Mosis serui. Cessit Moses Iesu,ser-
uus hero. Dicit em̃ in Deuteronomio: Ex-
citabit tibi dominus aliũ prophetam e me-
dio tui: ipsum, cũ venerit,audite. Moses in
vniuersum nihil aliud scripsit,q̃ quod hui-
us sui domini aduentũ delinearet. Hic vero
cũ sit creator & Deus omniũ,nomen eius
omnibus gentibus prædicandũ. Charissi-
mi,attendite vobis à falsis prophetis illis,q
hodie alterũ extollunt,vt alterũ deprimãt:
qui sacramentũ baptismi ita prædicãt,vt
eius causam & effectum obliterent,pœni-
tentiam nimirum. Prædicationis euange-
licæ summa,est pœnitentia in remissionẽ
peccatorũ per nomen Iesu. Vide p̃cedere
pœnitẽtiã,& sequi indulgentiã. Theophy
lactus pœnitentiã hic ad baptismũ refert:
quod q legit,videat ne pœnitentiã à bapti
smi mysterio resecet: alioqui etiã ipsum ba
ptismũ sua veritate cassauerit. Efficax est
in nomine Iesu. Optime audit apud patrẽ
filius Iesus Christus: eius qui est,male apud
eundẽ patrẽ audire non potest,modo vere
Chr̃i sit. odit Deus omne figmentũ. Vere
Chr̃i est,q baptizatus in pœnitentiã,per-
stat in ea. Sequitur, *Initio facto ab Hiero
solymis. Vide doctrinã euangelicã vnicissi
mã,vnius nimirũ traducis, esse oportere.
Humana natura iam porro in duas aut plu
res sectas diuidi nõ debet. Vnus Deus,vnũ
baptisma,vna fides,per vnum Christũ &
vnum spm̃ ad vnã patriam. Vbi ergo ma-
nebunt, q veritatẽ fidei non ex traditione
matricis ecclesiæ,sed ex sua ipsorũ opinio-
ne,& ex dialecticorũ regulis,etiam ex lin-
guarum scientia eruere conituntur? Bo-
ne Iesu,à tali scissione vnicam tuam custo
di. Apostoli tui vna fide & intelligentia
euangelij prædicationẽ Hierosolymis in-
ceperunt: tradiderunt suis discipulis, illi
martyribus,martyres confessoribus & do
ctoribus,q professionẽ eam literis cõmen-
datam,in nos vsq; transmisere. hinc nõ so-
lam fidem,sed solam gratiã, solã catholicã
fidem,& non hæreticorum varias opinio-
nes,iustificare & saluare credimus,nempe
fidem per charitatem operantem,in pœni
tentia persistentem. in hac nos bone Iesu
serua,ad tuam solius gloriam,qui cum pa-
tre & spiritu sancto vnus es Deus p̃ omnia
secula seculorum, Amen.

In

Apostolorum, Euangelium Ioan. XIIII.



T ait discipulis suis: Nõ turbetur cor vestrũ. Creditis in Deũ, & in me credite. In domo patris mei mãsiones multæ sunt. Si quo minus, dixissem vobis, quia vado parare vobis locũ. Et si abiero, & pparauero vobis locũ: iterũ venio, & accipiã vos ad meipsum, vt vbi sum ego, & vos sitis. Et quò ego vado, scitis, & viã scitis. Dicit ei Thomas: Dñe, nescimus quò vadis: & quomodo possum⁹ viã scire? Dicit ei Iesus: Ego sum via, veritas & vita. Nemo venit ad patrẽ nisi per me. Si cognouissetis me, & patrẽ meũ vtiq; cognouissetis. Et amodo cognoscetis eum, & vidistis eum. Dicit ei Philippus: Domine, ostende nobis patrem, & sufficit nobis. Dicit ei Iesus: Tanto tempore vobiscũ sum, & non cognouistis me? Philippe, qui videt me, videt & patrem. Quomodo tu dicis: Ostende nobis patrem? Non credis quia ego in patre, & pater in me est?

PROOEMIVM.

Ne turbet cor vrm, nobis quoq; est dictũ.



Rincipio omniũ, charissimi, obseruabitis, hũc locum & alios hoc genus cõsolatorios, ad nos quoq; ptinere: quanquã primo ad Aplos, vtpote quibus tũc pro loci & tẽporis rõne cũ primis necessarius, dict⁹ sit. Audierũt percutiendũ Pastorẽ, & dispergendas oues, audierũt abitum Christum assertorẽ, magistrũ, spem & oĩa, se vero relinqui hostibus, potentibus infirmos, magnatib⁹ infimates, hypocritis subdolis simplices, pharisæis liuentibus inermes, legisperitis sagacibus rudes, & in summa lupis rapacibus oues: turbabantur ergo vehementer. Conturbatos ergo vehementer & desperabũdos, hic consolatur paracletus bonus. Q. d. Ne despondeatis animũ, quod prædixerim vobis atrocia ea, quibus me accipiet synagoga, & quod prædixerim vos manere similia: succedet enim huiusmodi maxima gloria. Hac etiamnũ cogitatione armemur fratres. Hac cogitatione etiam perrumpamus quæq; durissima, 1. Cor. 4. etiã si vita & oĩa quę possidemus, ponẽda sint in extrema pericula, Heb. 11. 2. Timo. 4. Tyrãni, etiã ipse Antichristus, in animã nostrã nullã habẽt potestatẽ, Matth. 10. 2. Thess. 1. Nihil cõtra horum intemperiem & minas fidelis respõdeat, nisi hoc iocosum Poetæ:

Solamẽq; mali de collo fistula pendet.

De sermone paracletico eo, quẽ Christus ad suos fecit iã abiturus, aliàs disseruimus, nẽpe in lectiõibus illis euangelicis, quæ infra pascha & pentecosten fieri solẽt. Paraclesis ea hic, capite nimirum 14. incipit. Digna quam omnes memoriter teneremus. Ipsam Deo deuoti audiatis.

Et ait discipulis suis: Non turbetur cor vestrum. Creditis in Deũ, & in me credite.

Discipulis suis hæc dixit, hæc lugentibus, se onustis cruce sequẽtibus: neq; enim nisi tales agnoscit discipulos. Qui cũ hoc mũdo voluptuosi gaudẽt, cõsolationibus Iesu minime sunt apti. Dicit ergo suis discipulis, suis asseclis, hui⁹ mũdi reiectamẽtis: Nõ turbetur cor vestrum, * neq; formidet. Incubuit discipulis mare perturbationum. Satanæ tempus institit. studuit ergo eos cribrare instar farinæ. Præmonuit eos saluator, ne etiã desperẽt gratiã resurgendi, in peccatũ abnegatiõis lapsi. O verbũ saluificũ, quod si Iudas ipse rite cordi suo immisisset, etiam post infandã eam sacrilegã proditionẽ, à desperationis barathro non esset absorptus. Dixi suprà & hoc nobis esse dictum. Non conturbetur cor vestrũ &c. Certe hoc verbũ iam excitandum, & imis animis recondendũ. Charissimi, videtis in quę tẽpora inciderimus. Quid hodie boni auditur? Tanta & tot horrenda & atrocia sunt quæ hodie audiuntur, vt præ eorum immensitate, etiã si quid boni vspiã existat, audiri non queat. Fames, febres, algores, sudores, pestes, tumultus, bella oĩgena socialia siue fraterna, atq; intestina, bella exterorum, & omnia mala, vnà vndiq; habenis remissis, bacchanẽ. Sorices & locustæ nos exterrent portentosæ, quia tot in nobis exoriuntur sectæ malitiosæ. Necessarium itaq;, vt aduersus instantia mala nos hoc Christi verbo solemur & armemus. Non est sapientis dicere, Nõ putaui. Proponat sibi quisq; duo dolia in Iouis limine posita, & iuxta fabulam poetarum,

Nõ turbetur cor vestrũ, cordibus pœnitioribus immittendum.

persuasum sibi habeat, dulcia non nisi post amara, sapida fore. Item & hoc quod alius dicit: Sapienti in votis meliora sunt, deteriora vero in expectatione. Aemulemur philosophos, de fortitudine animi egregie disputãtes. Audiamus nostros. Gregorius dicit, fortes Christianos quadris lapidibus esse cõparandos, qui æqualiter stant in quocunq; latere. Bene quoq; dictũ à Seneca: Fortitudo est contemptrix timendorũ. Ad ethnicos simulac redĳ, iterũ ethnicũ Ciceronẽ adducã, dicentem: Is, qui est magno atq; forti animo, oĩa quæ cadere in hominẽ possunt, despicit & pro nihilo putat. Quin erubescimus hæc audientes? Quid ethnicorũ philosophia, cũ nostra collata theologia? Mira quæ de animi robore scripserũt Platonici. Quid dicã de Stoicis, qui negãt perturbationẽ posse cadere in sapiẽtẽ? Quare nõ philosophamur & nos? Immo quare non theologizamus? Si bona de manu dñi suscepimus, quare mala nõ æquanimiter feramus? Conferamus bonis mala per additionẽ, & fatebimur hæc illis collata, esse nulla. Dein, quid in hunc mundũ attulerimus, videamus: nõne nihil? Quid ergo efferemus? Et quid ita nos gerimus, q̃si oĩa nobiscũ hinc absportare possimus? Neq; itẽ in futura vita spũali, harũ indigem⁹ rerũ caducarũ. Sic philosophãdo, philosophi in animi robore nobis etiã extitere mirandi. Aemulemur eos, ne & nos superari sinamus ab ethnicis, qui Deũ non habuerunt adeo sibi p̃sentem. Tantũ superatur eorũ philosophia à nr̃a theologia, quanto eorũ Ioues, Phœbi, Mercurĳ, Pallades, Iunones, &c. minores sunt Iesu Christo, Mariæ & Dei filio. Videam⁹ ergo quod sequitur: Creditis in Deũ, & in me credite. Deo iuxta Mosaicã doctrinã fiditis: quod vere facere nõ potestis, nisi & mihi fidatis. Ego cum patre sum reuera vnius naturæ, vnius essentiæ, vnius potẽtiæ, vnius gloriæ. Vnà cum patre ego adoror & conglorificor in cœlo. Vnus Deus, sed idem in proprietate personali trinus, atque adeo verus. Vnum ergo Deum, & eum verum, sine me credere non potestis. Fidere, hic significat & credere, iuxta textum Græcum, teste Chrysostomo & Theophylacto. Cyrillus quoq; dicit, Sotera hic apostolos adhortatum, vt in se credant. Sed & fidem sequitur fiducia, vnde & fidere sibi nos hic admonet. Non satis est fidem nos habere: oportet vt & ea vtamur. Vtimur ea, si omnẽ nostram fiduciam in ipsum conĳcimus. quod & alibi nobis eodem verbo, θαρσεῖτε, committit Matth. 14. Ioan. 16. Item ex fide fiduciam comparare, Matth. 6. 17. Luc. 8. ne culpabiles maneamus ὀλιγόπιστοι, hoc est, modicæ fidei, sed commẽdabiles μεγαλόπιστοι, hoc est, magnæ fidei euadamus. Verus catholicus atq; adeo verus illuminatus Cyrillus, per hunc locum Arrianos pulchre & aptissime confutat, inter cætera dicens: Vna & eadem ratio fidei est & modus, ut tribus æquali mensura personis confitentes, vt etiam hoc pacto vnitatem naturæ in trinitate fateamur. Hæc firmiter in animis nostris fides splendere debet. Augustinus etiam hoc loco prædicat veritatem deitatis nostri seruatoris. nam quoniã in ipsum credere iubemur, consequens, ipsum cum patre & spiritu sancto vnũ esse Deum, cui natura, non rapina est, esse æqualem Deo Phil. 2. Sequitur apud Augustinũ: Mortẽ metuitis huic formę serui? ne turbetur cor vestrum, suscitabit illam forma Dei. Hæc si rite attendamus, fiduciam certã nobis parauerimus, vt cũ Apostolo dicamus: Scio cui credidi, & certus sum depositum spei & fiduciæ meæ seruatum iri in illum diem. Ecce tibi. Nihil tale ex Platonica potest erui philosophia, nihil tale persuaserit Ciceroniana & Demosthenica facundia. Dedit illis aliquid Deus noster, Rom. 1. Sed se ipsum quantusquantus est, nobis dedit, cũ vnigẽito suo. Absurdũ ergo fuerit, si ethnicos in animi fiducia nos vincere p̃pessi fuerimus. Sacerdos huc referat psal. 45. Deus spes nostra & virtus, adiutor in tribulationibus. Atq; hæc hactenus. Sequitur:

Fortitudo Chrianos .i. petros decet.

Philosophicæ rõcinatiões nihil ad Christianã profeßionem.

In domo patris mei mansiones multæ sunt. Si quo minus, dixissem vobis, quia vado parare vobis locũ. Et si abiero, & præparauero vobis locum: iterum venio, & accipiam vos ad meipsum, vt vbi sum ego, & vos sitis. Et quo ego vado, scitis, & viam scitis.

O præsentissimam consolationem, nõ verbalem, sed realem. Consolatur eñ per parata ab initio regni cœlorum tabernacula. Quid huic consolatiõi poterit addi? Quæ perfectior esse possit? Si cuique suorum discipulorum proprium regnũ promitteret, immo indicaret paratum, nihil esset illa promissio & iudicium hoc huic collata. Nihil incertum indicat, nihil dubium promittit.

In domo paterna, ait, sunt mãsiões multæ: quę nisi essent, nõ dicerẽ esse, inanibus vos verbis lactando. Ponamus non esse, me q; abire, tanquam vobis sim mansiones paraturus: neque tamen sic vos deseruero, sed rediens, vos ad meipsum adsumerem.

rem. Quia fine vobis ne in cœlo quidem esse volo: neq; vos in terra perpetuo permanebitis, vtcunq; vestra peregrinatio multo tẽpore duret, Matt.28. Queadmodũ diabolo soli tartara non sunt parata, sed omnibus etiã eius mẽbris, Matt.25. sic etiã cœlũ non mihi soli, sed & corpori meo vniuerso, creatũ est. Mecũ itaq; erit meus minister, Ioan.12. Et vbi caput fuerit, ibi etiam erit corpus, Ephe.1.& 4. Significantius Græcus habet, Reuertar ad vos ipse, & adsumã vos ad me ipsum. Q. d. ipse ego tãtam rem expediam, nullo ad hoc vtar nũcio, ne angelo qdẽ. Oĩa, chariſſimi, hæc fideliter pſtitit: Abijt & redijt ipse, hoc ẽ, mortuus est & resurrexit. Abijt moriens, redijt resurgens. Promiſſio hæc tanta, multis parasangis superat instãs periculum & afflictionem. Sic & ait Apostolus: Nihil esse præsentis vitæ passionem ad gloriam quæ in futuro erga nos reuelabitur. Potiſſimũ consolatoriũ est, ꝙ ait, in patris sui domo multa seẽ mãsiones. Dixerat ad Petrum, vt est apud Theophylactum: Sequeris me postea. Ne autem putent, ꝙ soli Petro hoc datum sit, hic dicit multas esse mansiones, quæ (supple) sufficere poſſint ad recipiendũ omnes, q per crucem iter ad patriam tendunt, Luc.24. Acto.15.2. Timoth.2. Catholici vno consensu omnes, mansiones accipiũt de æternis electorum coronis: Domum paternã, regnum cœlorum, capax omnium electorum. Cyrillus dicit multitudinem exprimere differentiam gloriæ, hoc est, meritorum diuersitatem. Augustin⁹ quoq; dicit, Vnicuiq; paratam esse mansionem secundum cuiusq; meritum. Denarium, de quo est apud Matth.20. essentialem beatitudinem significare adfirmat. sed mansiones multas, diuersas meritoꝶ in vna vita ẽterna significare dignitates. Idem adducit Apostolum 1. Corint.15. de diuersitate gloriæ carnis, non obscure hac de re scribentem, & subdit: Tanquam stellæ Sancti, diuersas mansiones, diuersas claritates, tanquam in cœlo sortiuntur in regno: sed ꝓpter vnũ denarium nullus separatur à regno. Sequitur: Non erit aliqua inuidia imparis claritatis, quoniã regnabit in oĩbus vnitas charitatis. Diuersitatem hanc confirmat varietas resurrectionis, de qua Danie.12. Hæc magna domus, nõ est ea de qua dicitur 2. Timoth.2. nec ea de q̃ scriptum est Esa.56.& Luc.19. sed ea de q̃ Dauid ait Psal. 83. Beati qui habitant in domo tua. Item Esa.66. Cœlum mihi sedes. Item 2. Corinth.5. Scimus quoniã si terrestris domus nostra huius habitatiõis dissoluatur, ꝙ ædificationẽ ex Deo habem⁹, domũ non manufactã, sed æternã in cœlis. Certe hæc aula capacior, q̃ arca fuit Noe, plures quoque habere credenda est mansiones, Gene.6. Et certe nullus vnquã regum fuit, qui talẽ tantæ diuersitatis regiã habuerit, quorum gloria trãsiet quasi flos agri, Esa.40. Obserua, quod dominus hic vocat mansiones, hoc alibi vocat ciuitates. Matth.25. vocat regnum sui patris. Luc.23. paradisum, vbi gaudia ineffabilia, vt ait Petrus. Obserua & hoc, ꝙ mãsiones prædictæ patriæ, respondent mãsionibus filioꝶ Israel in deserto. Deniq; hoc obserua, ꝙ dominus non abijt parare nobis loca, sed vt Cyrillus ait, aditum atq; viam facturus. Ante Christum siquidem nullus hominum eam nouit, nedum non iuit, qa & hominibus non patuit. Christus eã parauit, & in se omnibus penetrabilẽ fecit. est enim ipse via ipsa. Huc facit, quod Augustinus ait super verbo, Venite benedicti patris mei, percipite regnum. Hoc est, Qui regnum eratis, & non regnabatis. Venite, regnate: vt quod in spe fueratis, etiã in re esse poſſitis. Quod vero ait, Et quo vado, scitis, & viam scitis, in sequentibus declarabitur. Sequitur:

Consola tio potiſſi ma.

Mãsiones cœlestes ad signi ficem.

Mãsiones etiã dicũt tur ciuita tes.

Dicit ei Thomas: Domine, nescimus quò vadis. Et quomodo possumus viam scire?

Thomas (teste Chrysostomo) ore oĩm loqtur: neq; eñi in singulari pro se dicit, Domine, nescio: sed, nescimus. Hoc ipsum verbũ apostoloꝶ dñs voluit, hoc q̃siuit, hoc extortũ voluit, vt occasionẽ instruendi inde cõuenientẽ arriperet. Attẽde verba apostoloꝶ: Dñe, nescimus quo vadis. Iterum huc refer verba Christi, Scitis quo vado. Quid? Nunquid pugnant apostoli Christo? Siue etiam, nunquid mentitus est Christus? Absit vtrũq;, quia vtrunq; vere est dictũ. Nouerant apostoli quo dñs abiret, & viam nouerant: sed se id nosse ignorabant, teste Augustino. Nunc aũt cũ suã fateantur rei agnitæ ignorantiam, facta est domino copia declarandi. Verba ergo sacrosancta audiamus:

Apostoli ignorauere se scire quod sciuerunt.

Dicit ei Iesus: Ego sum via, veritas & vita. Nemo venit ad patrem, nisi per me. Si cognouiſſetis me, & patrem meum vtiq; cognouiſſetis. Et amodo cognoscetis eum, & vidistis eum.

Vides Christũ veritatẽ locutum eẽ, nec mentitos aplos? Ego, inqt, sum via. Aplis certe notus Chrs, sed nõ norunt Christũ

esse viam, hoc est, mysterium incarnatiōis, passionis, resurrectiōis & adscensionis nō cognouerunt. Opus ergo habuerunt hermenea, opus habuere paraphraste. Exposi torem se dominus obtulit, rem claram facit, dicens: Ego sum via, veritas, & vita. Q. d. Per meipsum vado ad patrem, per meipsum etiam resurgam à morte, & adscen dam meapte virtute in cœlum. Similia fere dicit Ioan. 11. Ego sum resurrectio & vita. qui credit in me, etiam si mortuus fuerit, viuet: & qui viuens in me credit, nunquam morietur. Ad Christū itur per Christum & in Christo. Qui in Christo moriuntur, etiam in Christo resurgent, ac per hoc in ipso æternaliter viuent. In cruce meruit nobis suam gratiam, resurgens & adscendens in cœlum, parauit nobis suæ consortium gloriæ. Hanc viam non Christus solum, sed & Moses & prophetæ nobis ostēdunt omes. Non ergo fallit veritas. Si veritas Christus nō ludit, sequitur, ipsum Christum esse vitam: & extra Christū nihil vspiam esse, nisi perire, & æternū mori, & errare. Nemo hæc intelligat, quasi opera bona fidelium, fructus spiritus sancti, error sint & perditio. Neque enim hic Christus palinodiam cantat eius sermonis, quem habuit Matth. 19. Si vis ad vitam ingredi, ser ua mandata Dei. Vnus error est, velle sine Christo, & velle citra bona opera & obser uantiam Dei mandatorum intrare in regna cœlorum. Quid enim Christus nisi persona crucis? quid nisi exemplar obedientiæ esse poterit, qui dicit, Exemplum de dī vobis, vt quemadmodum ego feci, sic & vos faciatis? Huc facit quod Apostolus dicit 1. Corinth. 7. aliquid esse obseruare præ cepta Dei. Galat. 5. in Christo Iesu fructus spiritus non esse vanos, vides. Quin etiam credimus veritati, Matth. 19. Si vis ad vitā ingredi, serua mandata Dei? Et obserua hic quoq; illud. Ioan. 6. dicit: Nemo venit ad me, nisi pater meus eum mihi adduxerit. Petis argumentum, quo agnoscas eos quos pater ad Christū duxerit, qui Christum recte teneant? Qui vult, inquit, meus esse: tollat crucem suam, & sequatur me. Item: Si dilexeritis inter vos, tunc apparebit φ estis mei discipuli. Ecce tibi, obedien tia & charitas certum argumentum, quo dinoscuntur ij, qui Christum viam tenēt. Hæc veritas est. Ecclesia, quæ columna est veritatis, sic docet: qui nuda, mera, & sola fide obedientiam & charitatis gloriam obnubilat, in medio errore versat. In Christo & per Christum, meritoria fit probitas: sine Christo nulla est pietas. Personata religio mundo imponere potest, sed oculos spirituū ponderatoris non fallet. Nulla

Chrs via. ad Christum per Christū itur.

Argumētū viæ ad Christū.

Iudæorū est spes, vana Agatenorum fiducia, fallax philosophorum persuasio, vnica certa est Christiana professio, vnica salutaris Christiana est religio. Sequitur: Si cognouissetis me, & patrem meum vtique cognouissetis. Et nunc cognoscitis eum, & vidistis eum. Quod superius dixit, Quo vado, scitis, & viam scitis: hic iterū declarare pergit. Apostoli cognouerunt Christū, sed ex parte, neq; em̄ nouerant esse viam. Sic etiam cognouerunt patrem cœlestem, sed non vt oportebat, in proprietate personali vnam esse deitatis essentiam. Deum item vt Theophylactus ait, Deū quidē sciuerunt, sed non vt patrem. Et si vulgi more patrem quasi creatorem sciuerunt, non sciuerunt in Christo nos adoptatos esse filios, & Christo esse cohæredes: vnde neq; Christū viam esse sciuerunt, tametsi Christum ac per hoc ipsam viam cognoscerēt. Adiectio huius verbi quorsum à Christo sit prolata, sequentia indicabunt. Superiori sermoni appendicem adiecit, dicens: Quo vado, scitis, & viam scitis. Hac appendice Thomæ interrogandi occasionem suppeditauit. Simili ratione & præsenti oratione clausulam subdidit præsentem, vt ex Philippo verbum aliquod extorqueat: ipsum ergo Philippum nunc q; audiamus.

Dicit ei Philippus: Domine, ostende nobis patrem, & sufficit nobis.

Crassius aliquanto fuit verbum Thomæ, secundū verba: æque crassum est verbum Philippi, secundum sensum. Quid enim aliud est dicere, Domine, ostende nobis patrem: quàm, patrem nunquam vidimus? Christus dicit, patrem cognouistis: & quod plus est, etiam eum vidistis. Philippus rogat vt patrem ostendat, quod fere idem cum verbo Thomæ. Ostende nobis patrem, inquit. nam etiam si millies dicas nobis, Vidistis patrem, cognouistis patrem, non tamen ex huiusmodi verbis patrem satis addiscere possumus. Verum si semel ipsum nobis demonstraueris, iam vos satis felices atque doctos dixero. Neq; hoc intelligas, quasi aut mendacij Christum notauerint apostoli, aut ipsi vaniloqui Christum interpellauerint. Magister optimus, discipulorum suorum nouit defectum: medicus infirmorū morbum vidit, ipsum detectū voluit. verbū ergo quo huiusmodi extorqueret, verbū ptulit. Accidit discipulis hoc, q̊d philosoph' de se fatebat: Quod scio, nescio. Reuera discipuli, q̊d nouerant, ignorabant. Recte ergo r̄ndit Philippus, verū item est quod dixit dominus. Nunc quomodo discipulorum ignoran-

tiam

tiam corrigat Magister, audiamus: nūc q̄-modo discipuli hoc, quod nouerāt, perfe ctius nosse didicerunt, obseruemus.

Dicit ei Iesus: Tanto tēpore vobiscum sum, & nō cognouistis me? Philippe, qui videt me, videt & patrem. Quomodo tu dicis, Ostende nobis patrem? Non credis quia ego in patre, & pater in me est?

Obiurgat Philippū saluator, dicens: Quid ais Philippe? Similiter & infrà oēs corripit, dicēs: Non creditis quia ego in patre, & pater in me est? Et hic statim oēs obiurgationi implicat, dicēs: Tantum iā tēporis vobiscū versor, & nō cognouistis me? Et tu Philippe si nō nosti, quid est q̄d olim dixisti Nathanaeli, De q̄ scripsit Moses & prophetæ, inuenimus Messiam? Forte filium Ioseph adhuc putas me esse? Sed si me ex potētia rite æstimaueris, non filiū Ioseph, sed Deo patri cōsubstantialē videbis. Videbis inter patrē & filiū nihil esse prius aut posterius, nihil maius aut minus. Fac ergo me probe discas, fac mei plenā agnitionē tibi compares, & patrē meū cōtēplaberis oculis spūs, oculis mētis, oculis fidei. Caro nihil aliud est nisi lutū. oculi itaq; carnis, illimes satis & lympidi non sunt, vt sensuū acies per eos in tātam lucē possit intendere. Habitat em̄ lucē humanis obtutibus inaccessam Deus. Hoc de visu vide Ioan. 1. 3. 1. Timoth. 6. Exod. 33. De visione futura dicit Matth. 5. Beati mundo corde, quoniam ipsi Deū videbūt. Sacerdos hac de re Augustinū in lib. cui titulum indidit, De Deo videndo, legat, & legisse eum nunquam pœnitebit. Christus (vt Apostolus ait) est imago & character patris. Et Cyrillus ex Epistola ad Hebræos, Christi diuinitatem clarissime ostendit. Hæc loca si cui intellectu sunt magis ardua, quàm vt ea adsequi possit, age, facta Christi probe æstimet. Nam & statim seqtur: Alioqui propter opa ipsa credite. Sed hic Sabellius, qui & Patripassianus dicitur, facessat. Hæreticus ille, ecclesiæ, oculis columbinis Deo placenti, non accedēs, personas in trinitate cōfusas voluit, quēadmodum Arrius discretam voluit essentiam. Sed attendit ecclesia verba Christi: Ego in patre, & pater in me: hæc, inquā, verba ecclesia iuxta traducē doctrinā accipit, & personalē proprietatē cōfitet. Beati qui correpti resipiscunt. Arrius & Sabellius superbissimi omniū, obdurati ecclesiæ obiurgatione. Apostoli omniū humilimi, hic verbis Christi acquieuerunt: vnde & postea plenius per spiritū sanctum illuminari meruerunt. De luce apostolica clarius agunt apostoloꝶ Acta per Lucā cōscripta. Euangelistæ cōmemorant, qui fuerint ante aduentum spūs sancti paracleti. Acta ea indicāt, quales facti fuerint in ipso die Pentecostes, quàm ab illo die potentes extiterint in factis & doctrina. De Iacobo minore, apostolo, cuius hodie ecclesia natalē celebrat, habetur Matth. 4. De Philippo Ioannis 1. De vtroq;, Zachar. 4. vbi duæ oliuæ supra cādelabrū dicunt pōsitæ. Beatus q̄ lumen doctrinæ & exempli eoꝶ amplectitur, & in eo ambulat. Hoc ipsum vt præstare possimus, sua interpretatione nobis adesse dignentur apud dominum Deum, cui laus & gloria p̄ æterna secula, Amen.

[Margin: ...us ...vi ...ēūs.]

[Margin: Hæretici correpti peruertū tur. Catholici correpti cōuertun tur.]

IN FESTO ADSCENSIONIS CHRISTI, Euangelium Marci XVI.



Ecumbentibus illis vndecim apparuit, & exprobrauit incredulitatem eorum & duritiam cordis, quia his qui viderant eū resurrexisse, non crediderunt. Et dixit eis: Euntes in mundum vniuersum, prædicate euangelium omni creaturæ. Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit. Qui vero non crediderit, condemnabitur. Signa autem eos qui crediderint, hæc sequentur: In nomine meo dæmonia eijcient: Linguis loquentur nouis: Serpentes tollent: Et si mortiferum quid biberint, non eis nocebit: Super ægros manus imponent, & bene habebunt. Et dominus quidem Iesus, postq̄ locutus est eis, adsumptus est in cœlum, & sedet à dextris Dei. Illi aūt profecti, p̄dicauerunt vbiq;, domino cooperante, & sermonem confirmante sequētibus signis.

PRO-

PROOEMIVM.



Correptio salutaris.

Orreptionem fraternam plane esse diuinam, hic liquido videmus. Iam ad cœlũ adscensurus saluator, munus quod omnium habuit preciosissimũ, suis protulit discipulis, castigationis nimirũ emplastrum atq; malagma ad vulnus suorũ mortiferũ. Adeo verũ est q̃d Sapiens dicit, meliora esse amici vulnera osculis & basijs inimici. Christiana itaq; charitate vrgente, non possum vobis non exprobrare acediam, qua in cultu diuino adeo torpescitis, nescientes verũ esse quod propheta dicit: Maledictus qui facit opus domini negligenter. Quotusquisq; ad laudes matutinales e strato surgit? quotusquisq; ad preces vespertinales approperat? Auroram, aureã vere horam, somno: meridiem aut crapula, aut choreis, aut spectaculis, aut cæteris hoc gen⁹ vanitatibus & flagitijs, misere deperdimus. Adde q; & pleriq; hæresios labe corrupti, audent huiusmodi ecclesiæ preces, tanquã papisticũ commentũ, ridere. Eia Christi correptioni locũ date, & vosipsos in Dei seruitutem sedulos exhibete, memores verbi quod est in canticis ecclesiæ:
Districtus rediet, qui mitis modo transijt.
Sequitur textus:

Recumbentibus illis vndecim apparuit, & exprobrauit incredulitatem illorũ & duritiam cordis, quia his qui viderant eũ resurrexisse, non crediderunt.

EPEXEGESIS.

Quoties charissimis suis discipulis rediuiuus dominus apparuerit, atq; se illis viuum in certis argumentis declarauerit, in festo paschæ & dominica sequenti vestra audiuit charitas. Sed *nũquid res mira, discipulos adeo ad credendũ graues extitisse rem, qua manifestius haud aliquid fuit? ne mireris, Christũ iam in cœlum abiturũ, eosdem suos discipulos corripuisse. Angeli resurgenti Christo se præsentes fuisse fatentur: mulieres, Petrus & Ioannes sepulchrum vacuũ offenderunt, angelicosq; testes audierunt. Discipuli duo in Emaus euntes, deniq; & omnes ipsum viderunt, audierunt, tetigerunt. Deniq; & cum rediuiuo comederunt & biberunt: tamen aut omẽs, aut certe eorum pleriq; non crediderunt: adeo humi prostrauit eos scandalon crucis. Cum itaq; tot tecmeria (vt Lucas vocat) hoc est, argumenta resurrectionis in promptu erant, digni Christo visi qui redarguerentur. Sed attende corripientis Christi modestiam, qui non discipulos, sed ipsorum incredulitatem fertur taxasse & duritiam eorundem cordium. Quorũdam incredulitatem paulo supra idem euangelista tangit. Et Matthæus ostendit, incredulitatis quosdam increpatos, etiam ex discipulis, cap. 28. Talis apistasia hic incusatur, & Thomæ dicitur, Ne sis apistus, sed fidelis. Dialectici multum agunt de probationibus entechnis & atechnis, item de argumentis necessarijs & non necessarijs: quorum illa vocant tecmeria, hæc semea. Argumentis ijs vtuntur ad rerũ fidem dissuadendam. Sed contra tam manifestam veritatem, non poterit præualere mendacij pater diabolus ipse. Quanquam fidei hæc est natura, vt non solum ea quæ captum & rationem humanam excedunt, sed & ea q̃ rationi humanæ pugnare, & fieri nõ posse videntur, sibi certa persuadeat. Accedunt huc apodeixes spiritus Christi, quib⁹ essentiam suã in cœlo esse p̃sentissime adeo declarat, Non mirum est, homines qui apodeixes tales ignorant, de nostræ arcanis fidei hæsitare: q̃d legitur de Festo, ad Agrippam & eiusdem vxorem Bernicen ironicos dicente: Quæstiones quasdam de sua superstitione habebant, & de quodam Iesu defuncto, quem affirmabat Paulus viuere. Miraculi loco penitus habendus est, q tot argumenta & apodeixes audiuit, & dubitat adhuc. Vnde Apostolus ad Corinthios adeo resurrectiõis Chr̃i atq; carnis resurrectiõis fidẽ vrget, hoc potissimũ negocij sibi dari ratus, vt p tã manifestã resurrectionẽ Chr̃i, q ipsa est vita, resurrectionẽ mortuorũ, q̃ creditu difficilis, euincat, 1. Cor. 15. Vnde & hęresis vel ipsorũ apostolorũ ętate extitit, quę carnis resurrectionem negaret, sed semẽtem atq; radicem eam infelicem, sol apostolicæ veritatis statim exussit. faxit Deus, in hoc frigido & tenebricoso seculo rursus non regerminet. Hæc de apistasia discipulorum, de qua etiam plura audistis secunda paschæ. Euangelista hic addit vitium adhuc vnum, quod vocatur sclerocardia, hoc est, cordis obduratio. Contemnat... pletur & æstimet in hac crystallo cor suũ quisq;. Caro infirma, spũs nequam nõ domitat. Vnde vsu venire videas, plerosq; homine ne vniuersali quidem ecclesiæ fidei accedere velle: quod apertissimum sclerocardiæ est crimen, cui omnes hæretici sunt obnoxij, suapte cenodoxia & philargyria dementati. Stultus nihil, nisi quod in corde suo sentit, credit: sapientiæ filij, præfracti non sunt: quoniam ea quæ de sursum est sapientia, cum primis modesta est & suadibilis, Iacob. 4. Sequitur:

Et

Et dixit eis: Euntes in mundum vniuersum,

Grauem obiurgationē sequitur grandis cōmissio. Cōmoda obiurgatio, necessaria cōmissio. Quibus tantū munus cōmitti debuit, in fide probandi erant, vt non loquatur nisi qui credit. Cōmissio vult, vndecim (qui paulopost duodecimū collegā recepe runt) omnibus suis derelictis, peregre abire, non in hanc aut illā prouinciā, sed in vniuersum terrarū orbem. Cui, rogo, mādatū hoc non esset molestum? Nec tanto præcepitori possunt reluctari. Væ, ait Apostolus, si non prædicauero. Voluntarij, præmium laudēq; referunt: inuitis, etiā onus incumbit, 1. Corin. 9. Sane legatio istæc, parui momenti res nō est. Mosi, Aaroni, Hieremiæ, & alijs maximi negocij videbatur, q̄ ad Iudæos mitterentur. Quid putas? Nonne magis arduum duxissent, si etiā ad exteras q̄scunq; natiōes ablegasset eos domin⁹? Ezechiel gēti apostatrici quidē, atq; adeo scorpionibus, est missus, cap. 2. sed tolerabilius hoc fuit, quoniā gētes eæ etiā ex tribu erāt Iuda. Cæteꝝ etiā homo homini lupus est, quare apostoli dicuntur missi inter lupos. Sed vicit leo de tribu Iuda. Confidendum in eo. ipse siquidē vicit mundū. Mittit suos vicarios. dat illis om̄em suam virtutē: Sicut misit me * viuens pater, * ita & ego mitto vos, Ioan. 20. Exercitus apostolicus procedit terribilis principi huius mundi: atq; eū ad *apologiā scarabei, à nido suo abigunt. Hæc omnia autem faciunt virtute Christi, qui dicit: Sicut misit me viuens pater, &c. De Christi virtute accipiendum & hoc q̄d ait, Ite in vniuersum orbē. Domini est terra. fiducialiter ergo ad sua suos mittit: nec deseruit eos, quod vel inde colligere est, q̄ pauci inermes, tot truces subegerūt tyrannos. Subegerunt autē (quod magis est mirum) sola voce, iuxta scripturā Psal. 18. quā Apostolus item adducit Ro. 10. In omnem terrā exiuit sonus eoꝝ, & in fines orbis terrarum verba eorū. Facta autem hæc tunc sunt primo, cum induti essent virtute ex alto. Ait ergo:

prædicate

Hoc præcipuū opus est apostolicæ functionis. Negat ergo Apostolus se missum ad baptizandū, sed ad prædicandū, 1. Co. 1. Non q̄ baptizare vernile sit opus, sed q̄ p̄dicare sit summū omniū partiū ecclesiasticaꝝ. Vnde prædicatores dicuntur hominum piscatores, Mat. 4. Luc. 5. Apud Hieremiā 16. vocantur venatores simili ratione. Fides ex auditu: sed quomodo audient nisi sint qui concionentur? De hac re plura diximus in locū Ro. 10. in die S. Andreę.

Obseruandū vero hic, opus esse concionatoribus ignitis linguis, hoc est, charitate. Linguæ multæ, & scientiæ multæ sine hoc igne, confusio est maxima. Scientia inflat, charitas ædificat. Est deinde necessariū, vt rite mittanī: & q missi rite sunt, nihil exoticum elatæ cuiusdam scientiæ prædicent. Tradux sua est ecclesię, sensus cōmunis, orthodoxus & catholicus: cōtra quē quæ est doctrina, sit anathema, Gal. 1. Qui veniunt non missi, fures sunt & latrones. Expectanda ergo vocatio Hiere. 14. 23. Ezech. 13. &c. Deniq; item opus est vita sancta ijs q mittuntur, vt sint sal terræ & lux mundi, Mat. 5. Qui sic mittuntur, & sic veniunt pedibus speciosis, duplici honore digni decernuntur, 1. Tim. 5. Daniel stellas vocat firmamēti, ca. 12. Malachias angelos vocat. Potero eos iure salutare verbis Homeri, & dicere:

χαίρετε κήρυκες διὸς ἄγγελοι.

quoniam nos Iouis loco Christum adoram⁹, quoniā & soter nobis ille est, de quo Aristophanes in Cōcionantibus. Beati ventres qui tales pepererunt.

Euangelium

Euangelion est virtus Dei ad salutē om̄i credenti, Ro. 1. Om̄is nostra salus pēdet ab euangelio, 1. Co. 15. Credendum ergo euangelio. Quæ vero summa, aut quod caput euangelicæ prędicationis? Pœnitentiā agite, & credite euangelio, Mar. 1. Euāgelion est, quærere quod perierat, Luc. 19. vocare peccatores ad pœnitentiā, Matt. 9. & eosdem seruare, 1. Tim. 1. Nunc quoniā om̄es filij Adæ in peccatis cōcepti existant, vides nullū nunciū mortaliū generi æque cōmodum, gratum & iucundū esse posse, atq; euangelion, quod filijs iræ adfert gratiā, gloria Dei destitutis beatitudinē. Filij iræ, sunt om̄es filij Adæ, Ephe. 2. Gloriæ Dei vacui sunt om̄es, ex maledicta ea massa nati, Ro. 3. Beati ergo qui audiunt verbū Dei, & custodiunt illud. Contrà, vę qui non obediunt euangelio, 2. Thess. 1. Digne euangelio tali viuendū, Phil. 1. Deniq; huius nostræ fidei siue religionis finis, est salus, 1. Petri 1.

Euāgeliō q̄d, & ei⁹ sūma q̄.

Hodie de euāgelio misere in ecclesia controuertitur. Sunt papistici, quos æmuli sic vocant euangelici. Euāgelici hi tali sese dignantur nomine, euangelium sibi penitus vsurpantes, de vero & natiuo sensu sibi valde placentes. Hi, inquā, vsq; adeo de euangelio gloriantur, quasi euangeliū aut in toto mundo necdum sit prædicatum, aut eius sensus oēs retro patres latuerit. Qua superbia quid fœdius? Hi quo se euāgelicos venditent, nihil aliud habēt nisi exoticum sensum: cæterum neq; singularis sanctimonia, neq; miraculorum potentia, quæ duo

Euangelicorū fratrū impia gloriatio

sunt certissima argumenta, quibus disnoscas, sanctos patres vere euãgelion habuisse, apud miseros existit. Nunc *simul istoc argumento careant euangelici, apparet q sensus ille nouus, quo se tantopere efferũt, euangelion Christi non sit. Accedit huc, q & bonis operibus parũ tribuunt, & merito regni cœlorum. Papistici, sensui communi adhærentes, euangelion procul dubio verũ habent: quia hocce sensu communi sunt contenti. Cũ vero Euangelici sensui illi ex diametro pugnẽt, liquet eos Christi non esse, nec spem salutis habere, nisi ecclesiæ reconcilientur. Papistici, etiã si peccauerint, habẽt œconomiam sacramentorum. curantur ergo saucij, resurgunt lapsi. In hæreticorũ secta degrauat peccatũ, inefficax est pœnitentiæ antidotum. Dicũt æmuli, Sanctos non esse lucẽ, sed solẽ iustitiæ esse Christon: eius verbum, esse lucernã nostris designatam pedibus. Quis hoc negat? Sed & quis iuerit inficias, sanctos esse lampadas & testes lucis eius certos? Nihil vetat, immo om̃ibus modis hoc mãdatur, vt sacris literis inuigilemus om̃es. sed præ se alios priscos contemnere, scripturarũ sibi soli notitiã arrogare, euangelion est nouum cõminisci. Mirum est, Euãgelicos fratres, Sanctos patres & scriptores catholicos adeo auersari, & sub nomine humani mendacij explodere, cũ ipsi nihil faciant, q̃ q scribant, & glossas alias atq; alias identidem cudant. Debent sic Manichæi seipsos insanos declarare. Quod Catholici hodie adeo dormitant, nec reformandæ ecclesię manũ admouere dignantur, videmus tempora periculosa, videmus quid Vectis possit diabolus. Non ergo ab euangelio, hoc est, à recepto & per om̃es ecclesias approbato sensu deficere, immo pœnitere quod in seculo istoc acediosi fuimus, debemus. Negligentia ea per verã pœnitentiã est castiganda. Quod si præstiterimus, tunc demum pacẽ ecclesiæ conciliatã habebimus.

Euãgelici fr̃es scribacissimi, S. patrum sobria scripta rident.

omni creaturæ.

Eia charissimi, q̃ bonus est dominus, q omnes ad agnitionẽ sui hoĩs, vt seruentur, vult venire, 1. Timo. 2. Qui mortem peccatoris non vult, sed magis vt conuertatur & viuat, Ezec. 18. Quadrat huc cantus ecclesiæ, Rex regũm diues in om̃es: qui cantus ex Apostolo 1. Tim. 6. Eph. 2. est sumptus. Om̃is creatura præcipue est homo, affinitatẽ quandam habens cum om̃ibus creaturis, Item om̃i creaturæ, om̃i homini, etiam peccatori ad pœnitentiã †. Item om̃i creaturæ, iuxta hoc verbum Mosis Deu. 32. Audite cœli q̃ loquar, audiat terra verba oris mei. Et huc facit psal. 148. Laudate dñm de cœlis, laudate eũ in excelsis: Laudate eũ om̃es angeli eius, laudate eũ om̃es virtutes eius: Laudate eũ sol & luna, laudate eũ stellæ & lumen. &c. Itẽ om̃is creatura dicitur propter renouationẽ spiritus, qua homo ... eri habet noua creatura, 2. Co. 5. Ga. 6. Qui nõ fit noua creatura, & assurgit in laudem creatoris, longe abest ab euãgelio. Hi sunt aduersus quos manifestatur ira Dei de cœlo, Ro. 1. Humana creatura (1. Pet. 2.) apostolos suos recipiat & audiat.

Qui crediderit

Hic ethnicis (q̊s Apostolus præputiũ vocat) ianua salutis apitur, Act. 11. & 14. Fides porta est & fundamentũ. Sine fide impossibile est placere aliquem posse Deo, Hebr. 11. Rogas quomodo credas? Corde, Ro. 2. Rogas, vnde illud tibi det credere? Per auditũ euãgelij fidem operat̃ gratia spiritus sancti. Fides siquidẽ fructus est spirit', Ro. 10. Gal. 5. In quem credendũ? In patrem, filiũ, & spiritũ sanctũ, Mat. 28. Quid credis? Duodecim articulos fidei, cũ vniuerso corpore scripturæ canonicæ, Rom. 5. Act. 10. & 24. Quãto tempore & quousq; credis? Donec in hac vita viuimus. in futura siquidem cognoscemus, sicut & cogniti sumus, 1. Co. 13. Quæ singularis proprietas fidei? Substantia rerũ sperandarũ, Heb. 11. quã ea quæ non videmus, per patientiam expectamus, Ro. 8. Dantes gloriã Deo, qui mentiri nescit, Ro. 5. 4. 2. Ti. 2. Tit. 1. Credere hic significat, ratũ & obsignatũ habere. Beati q non viderunt, & crediderunt, Ioan. 20. Flocci facimus hoc, quod Celsus, cõtra quẽ Origenes*, nobis vitio vertit, om̃ia nos fide ęstimare, non ratiocinationibus dialecticis, sed fide sola om̃ia rimari. Idem & Iulianus apostata, in quẽ Cyrillus inuehit, nobis obijcit. Adeo fide sola contenti, æternę sapientiæ omnẽ rationẽ captiuã offerim', Deo ipso fidem nostram sequẽtibus signis confirmãte. Quod credimus, hoc accipiemus, Mat. 8. Rogas, num sola fide oĩs religio absoluatur? Audi hoc quod seq̃tur:

& baptizatus fuerit,

Ecce tibi, solam fidem apostolos nõ docuisse, sed & baptismum tradidisse, quod hoc loco vides. Apud Matthæum cap. 28. additur, Et seruare Christi pręcepta. De baptismo plura in Catechismo Ecclesiæ egimus. Sed quid est quod multa à pluribus scribuntur, cum archiepiscopi nostri catechizandi officiũ plane nihil promoueant? Baptismus est aliorum sacramentorum ianua, necessitatis sacramentum, quod dominus iam in cœlum adscensurus, vicarijs suis cum primis commendat. Sed quotusq; q; est, qui sui baptismatis veram rationem sci-

sciat? Et quoties in anno quis sui baptismi votum solenne hoc recolit? Et quibus nō abusibus & supstitionibus huius sacramenti dispensationem obliteramus? Quis denique pontificum abusus eos, quos videt in maximum offendiculum, atque adeo in hæresion ansam abire, corrigere satagit? Dominus Deus huius tanti mali finem imponere dignetur. Tu laice rudior, fac baptismi tui fidem primo excites atque corrobores aduersus tentationum procellas omnigenas. Dein etiam insta vita ipsa baptismo respondere, primæ Petri tertio, Roman.6. Colossen.2. Semel baptizatum esse aqua, satis est. Restat saltem, vt ignis baptismo, qui & spiritus baptisma habetur, subinde ungaris, Mat.3.4. Act.1. Sequitur:

saluus erit.

Quæritur omnibus beatitudo, sed à paucis inuenitur, nempe ab ijs qui appræhendunt Iesum, qui est redemptio ipsa, 1.Corin.1. vita, Ioā.1. saluator à peccatis, Mat.1. Beatitudinem nobis vltro mittit bonitas, ne se excusare queat prauitas. Credēdum veritati, abrenunciandum prauitati. Hoc est credere euangelio, & baptizari, & saluari, Actor. VIII. XVI. Sic sic euadimus filij Dei, Ioan.1. habentes vitam æternam, Ioan.III. Iesus vnum est cum patre & spiritu sancto, & nos baptizamur in nomine sanctæ Trinitatis, quod expressum symbolon est salutis, 1.Petri tertio. In hac vita ex ethnica spurcitia eripimur, atque per hoc beatificamur: in futura, beatitudine fruemur, regnantes cum Christo, secundæ Timot.secundo, Rom. VIII. si compatimur tamen, Rom.8. Phil.1.

Controuertitur hodie & rixatur acriter de beatitudine. Placet multis nouum euangelium: Sola fides iustificat, saluat, beat: Opera bona sunt peccaminosa, merentur supplicium. Nemo est qui dicat, solam charitatem beare, vtcunque ea sit maior. Creduli nostrates euāgelistæ, dicunt Marcum dicere: Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit. Ergo sola fides saluat, quasi baptizari, idem sit quod credere. Baptismum vero credere, non solum esse: liquescit ex eo, quod fructus dignos pœnitentiæ & vitæ nouitatem requirit, Matth. III. Sola ergo fides non saluat. Nam & baptismus pœnitētia vocatur, Marc.primo. Fatentur charitatem sub vocabulo fidei includi, sed non possunt dicere vtranq; vnā rem esse, contra Apostolum 1. Cor. XIII.

Disputetur item quantumlibet de baptismo Ioannis & apostolorum aqueo, nunquam tamen pœnitentiam à Christi baptismate separaueris. Apud Lucam publicani & peccatores Ioānis baptismum petentes, dixerunt: Magister, quid faciemus? Et audiunt à Ioanne, quid baptizati faciant, quidve omittant, cap.3. Et eos qui apostolorum baptismum petierunt, quare non et ipsos de innouatione vitæ solicitos fuisse credamus? nisi forte apostolos lenones & tenebricones habitos contendas. Admonitiones & pietatis commendatiōes apud S.Paulum & alios canonicos scriptores, arguunt, apostolos iuxtà bona opera atq; fidem tradidisse. Dicunt, nihil boni habitare in carne: & impossibile esse, vt homo dignos fructus pœnitentiæ, quos baptismi sacramentum requirit, edere possit. Respondeo, Credenti omnia esse possibilia: omnia nos posse per eum qui est omnipotens, qui omnia in omnibus electis operatur. Sequitur ergo, Nouos euangelistas non posse, quia nolunt. Si primo adest syncera prædicatio euangelij, inde fides, tertio baptismus & regeneratio cum tot charismatibus, quomodo Christianus nō possit hoc præstare, quod in baptismo vouit? An forte Ecclesia temerarium votum e baptizandis extorquet? Pugnat quidem caro aduersus spiritum: sed electis oīa cooperantur in bonū. sufficit illis gratia Dei, quoniā virt⁹ in infirmitate perficit. Agnoscunt Sancti suā infirmitatē, vnde se inutiles seruos accusant: sed nemo dicit, Deus me implanauit, nihil per eum possum. Credunt vero, clementiā Dei nostrā infirmitatem & ferre, & ex Christi merito resarcire. Vides itaq; baptismū, in acediæ & verbosæ fidei iactationē, non esse recipiendū: sed & require mandatū Christi nouū, charitatē, qua demū veri discipuli Christi declaramur, Ioannis 13. & 15. Videat Euangelicus frater, quid scriptū existat Ro.6. Col.2. 1.Pet.3. & fatebitur, apostolos pietatem praxeos etiā à baptizatis exigere. Cæterū etiā indiuiduū sacræ scripturę corpus, fidē & charitatē vult semp cōiunctas. Attendatur apud Mat.cap.28. supremū Chri̅ mandatum: idq; in eo loco, vbi ipsa vera baptismi forma, q̄ etiamnū vtitur ecclesia, p̄scripta est. Nōne ibi legis, Docentes eos seruare oīa ea q̄ præcepi? Viden apostolos tam bona opera, quàm fidem docuisse? Qui credit, habet vitam æternam, Ioan.3. Qui vult in vitā ingredi, seruet mandata Dei, Mat. xix. Marc.10. Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit, Marc.16. Si hæc nouistis, beati estis si feceritis ea, Ioan.13. Hic euangelici nostrates pugnam scripturæ faciūt, opera bona rationē iustificandi habere negantes. Non hic loquimur de operibus legis, de quibus aliàs. Fructus spiritus hic dicimus secundum ipsam fidem ad iustifica-

Posse dari Christianis atq; velle.

 tio

tionē pertinere: quod qui recte norit, scripturam sibi vndiq; consentientem videbit. Poteris etiam hic legere, Qui credidit & baptizatus est, saluus erit: quoniā vtrunq; beatitudinē præcedat, oportet. Hic vtrūq; requiritur, illic in patria neutrū. Hic compassio Christi locū habet, Roma.8. Phil.1. hic etiam locum habet imitatio exempli Christi, Ioan.15. Illic solam conglorificationem credimus. Hoc est quod hic dicitur: Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit. Sequitur:

Qui vero non crediderit, condemnabitur.

Iudicium impios manet.

Et hoc Ioannes euangelista habet ca.3. vbi ait: Qui non crediderit, iam iudicatus est, quia nō credidit in nomen vnigeniti filij Dei. Non hic Romanorum Cæsares, non dictatores, non Imperatores, ducesve, non Græcorum dynastæ, non Aegyptiorum Pharaones, non aliarum nationum reges, non sapientes & locupletes hoc iudicium deprecabuntur & effugient. Veritas mentiri non potest. Posse vero arbitratur mundi vanitas. Qui non credit Deo, mendacem facit eum: quia nō credit in testimoniū, quod testificatus est de filio suo, 1.Ioan.5. Vides iudicis sententiā. Veritas vincit, vanitas perit. Iudicantur omēs qui non credunt veritati, 2.Theff.2. Heu qs finis erit eorum, q non crediderunt euangelio, 1.Pet.4. Eos q non credebāt, perdidit, Iudæ 1. Eia ergo fratres, videamus vt credamus: videamus vt sanā fidem habeamus, per charitatem operantes, Galat.5. per bona opera viuidā, Iaco.2. Hoc est præceptum eius, vt credamus nomini filij eius Iesu Christi, & diligamus nos mutuo, sicut dedit præceptū, 1.Ioan.3. Qui non diligit, nō nouit Deum, qm̄ Deus charitas est, 1.Ioan.4. Huc tendite, hæc vestra sit cura, vt viuat fides vestra, Iaco.2. vt adornetur doctrina euangelij Tit.2.

Signa autem eos qui crediderint, hæc sequētur: In nomine meo dæmonia eijcient: Linguis loquētur nouis: Serpētes tollent: Et si mortiferū quid biberint, nō eis nocebit: Super ægros manus imponēt, & bene habebunt.

Euangelion est efficax & operatoriū.

Dixissent apostoli, Quis autem nobis accōmodabit? Quis credet? Huic tacitæ quæstioni occurrit, dicens, Euangelion esse virtutem Dei, nec item regnum cœlorum in verbis esse situm, sed virtutem esse, 1.Corin.14. Christus non docuit similis pharisęis, tanq̄ sola verba, sed tanq̄ virtute pollens. Vnde & prædicationē sequebatur virtus miraculorum, quæ & ipse saluator identidem Iudæis opponit, eorum socordiam taxās Ioan.5.10.14. Virtus miraculorum Christi, doctrinæ eiusdem tulit testimonium. Idem & suis discipulis pmittit. Quod alibi apud Ioannem vocat opera, hic vocat signa: quanq̄ & miracula per Chr̄m edita, frequenter signa vocent Euāgelistę & apostoli, Mat.16. Marc.8. Ioan.2.5.6.7.11.12.20. 1.Cor.1.14. &c. Qui vero verbi virtutē nouit, signa non reqrit, q̊d Chr̄us Iudęis exprobrat Mat.12. Iudæi subinde signa postulant, 1.Cor.1. Signa propter incredulos sunt, 1.Cor.14. Regulus Capernaitanus, recte de verbo sensit dn̄i. Vnde etiā hoc ipsum tale effectu recepit, quale affectu ipsum credidit, Ioan.4. Hic obseruandum, varia in mundo fieri signa, vera nimirū & falsa: cautione ergo & prudētia opus habemus, ad signa ea discernenda. De falsis habes Deut.13. Matth.24. 2.Thess.2. Falsa sunt qbus sectę statuunt, qbus charitas, hoc est, De⁹ ipse pditur, qbus corpus Chr̄i, atq; adeo Chr̄us ipse diuiditur, quibus ipsum quoq; euangelion in rixarum ansam traditur, quibus inter ipsos euangelistas & apostolos bellum & diuersitas doctrinæ cōstituitur. Vera, talibus iam numeratis speciebus sunt contraria: quippe quæ om̄ia ad pacem & concordiam ecclesiæ fiunt. Quinq; hic Christus huiusmodi signorum genera recenset, de quibus ordine nobis quoq; puto differendum.

¶In nomine meo dæmonia eijcient: maximo & præclarissimo argumēto, Iesum vnū esse cum patre & spū sancto, & verū Deū. De potestate istac eijciendorum cacodæmoniorum, legis Luc.9. Mar.3. Acto.10.16.19.

¶Linguis loquētur nouis. Exemplū huius vides Acto.2.10.19. 1.Cor.14. Primo diabolus erat impugnādus, postea euangelion in vniuerso orbe erat p̄dicandū. Erat itaq; donū linguarum, ppter linguarum diuersitatē, ad denunciādum euangelion cū primis commodum. Vnde & de eodem vides vaticinatum Esaiam cap.28.

¶Serpētes tollent, cuius & mētio habetur Luc.10. Exemplū vides Act.28. Serpentiū pręcipue tollendorum daī potestas, vt videas esse allusionē ad serpētem eū, q in paradiso Heuæ imposuit. Item ad presteres ignitos, Num.21. 1.Cor.10. Vide oraculū huius loci Esa.27. Psal.90. Oseæ 13. Mysterij declarationē vide Ioan.3. Serpentis etiam allegori cos significant peccata, qua de re iam dicendi locus non est.

¶Et si mortiferū quid biberint, nō eis nocebit. Veri prędicatores euāgelici, sunt ophiophagi: qa secundū pphetā, comedūt peccata populi. Sunt & incantatores. Est enim ipsa euangelij declamatio, cātatio qua angues rumpūtur, tyranni varijs tormentorum ge-

generibus conati ſunt fideles à fide Chriſti
abſterrere. vnde etiam Socratica potione,
quæ ex cicuta parata fuit mortifera, inter-
minabantur Chriſtianis. Sed quemadmo-
dum varia tormentorum genera, atque ea
horrendiſſima omniũ, credẽtibus in Chri-
ſtum nullã læſionẽ intulerunt, ſic etiã into-
xicatio & aconiti miſtio nequidquã confi
ciebatur fidelibus. Exemplũ habes in hiſto
ria S. Ioannis euangeliſtæ, itẽ Iuſti Barſabę
apud Euſebiũ libr. 3. cap. 39. Item eremitæ
cuiuſdã in Vitaspatrũ. Simile vides in Dia
logo Gregoriano, itẽ in vita S. Benedicti
& ſancti Martini epiſcopi. Viperæ etiã ſi-
gnificãt linguã detractoris, Pſal. 139. Iac. 5.

¶ Super * ęgrotos manus imponent, & be
ne habebunt. Hoc ſignum omniũ, apoſto
lis & apoſtolicis viris fuit frequentiſſimũ.
Claudos vides curatos, Act. 3. 14. infirmos,
Act. 19. mortuos reſuſcitatos, Act. 20. Non
manus ſolũ infirmis impoſuerunt, ſed & ſu
dariola & ſuccinctoria ſua miſerũt valetu-
dinarijs * ſuperijcienda, Act. 19. Adde ꝙ &
vmbra apoſtolorũ ſalutifera extitit, Act. 5.
Quid ꝙ & reliquias ſanctorũ curandi infir
mos virtutes habere videamus in om̃ibus
fere hiſtorijs? In libris Reg. ſimile vides de
ſepulchro Heliſei. Signorũ per Paulũ edi-
torum mentio fit 2. Co. 12. Stephani ſigno
rum Act. 6. cæterorum apoſtolorũ Act. 5.
In manibus apoſtolicis attendenda manus
atq; virtus Chriſti, teſte Petro Actor. 3. 4. [...]us [...]tolo [...]manus [...]
Breuiter: Moſes, Helias & Heliſeus clarue-
runt & ipſi miraculis: ſed claritas ea colla-
ta apoſtolico fulgori, vmbra videbitur. Hę
retici huiuſmodi detrahunt, quia ea in ſuis
conciliabulis non habent. Sed confutãtur
egregie ab eccleſia infelices hæretici. Vide
de hac re Hieronymũ contra Vigilantium
& Heluidiũ. Auguſtinum de ciuit. Ambro
ſium in Sermone de S. Geruaſio & Prota-
ſio &c. Poſt tot edita ſigna qui iam ſignũ
petit, ipſe verũ (quod ſanctus Auguſtinus
ait) portentũ habendũ. Sequitur:

Et dominus quidẽ Ieſus poſtquã locutus eſt eis, aſſumptus eſt in cœlum, & ſedet à dextris Dei.

Attende ordinẽ, & ſpũm ſanctũ videbis [Cœlum Dei ſedes]
euãgeliſtis fuiſſe præſentẽ. Primo peregit
ſuũ officiũ Chr̃s noſter redẽptor. dein ſcri
pturas ſuis apit, arguit, atq; adeo fidem il-
lis inculcat, ſpiritu ſuo beat, eccleſiæ illos
architectos & rectores cõſtituit. Demũ ri-
te oĩbus peractis, ipſe eo vnde venit, ꝓfici-
ſcit. Hoc vnicũ reſtabat: q̃a e cœlo eccleſiæ
vita erat ſperanda. Cœlum Dei ſedes, terra
ſcabellum pedum eius. Cœlum cœli domi
no, terram autem dedit filijs hominum. In
cœlo ergo habitare debet dominus cœli,
Chriſtus verus Deus & homo. Obſerua [Chr̃s adſcendiſſe & aſſumptus ĩ cœlum dicit.]
Chriſtũ in ſcriptura nunc adſcendiſſe, nũc
aſſumptum eſſe dici: ſimili phraſi & ratio-
ne, qua & dicitur reſurrexiſſe, & excitatus
eſſe. Duo ſunt, quæ audis, actiuum & paſ-
ſiuum. Illud Deitatis habet expreſſionem,
hoc humanitatis. De adſcenſione Chriſti
hoc pſalmographi intelligendum: **Aletha**
lamarom ſchabitha ſchebi, lakahtha ma-
thanoth ba Adam. hoc eſt, Adſcendiſti in
altum, captiuam duxiſti captiuitatem, ac-
cepiſti dona inter homines (diſtribuenda)
Pſal. LXVIII. Apoſtolus hunc locum de
Chriſti adſcenſione exponit Epheſ. quar-
to: Quum adſcendiſſet in altum, captiuam
duxit captiuitatem, dedit dona hominibꝰ.
Cæterum illud, Adſcendit, quid eſt, niſi ꝙ
etiam deſcenderat prius in infimas partes
terræ? Qui deſcendit, idem ille eſt, qui eti-
am adſcendit ſupra omnes cœlos, vt im-
pleret om̃ia. O profundi ſenſus verba, ma-
gis cõtemplationi quàm explicationi con
uenιẽtia. Statim & ſine negocio proferun
tur, ſed niſi in corde ignem amoris accen-
dant, ſuum in te effectũ non ſortiunt. Pri-
mo credimus Chriſtum in cœlum adſcen-
diſſe verum Deum, & aſſumptum verũ ho
minem. Cœlum enim Dei ſedes, Pſal. 103.
Eſa. LXVI. Mat. 5. Humanitati quoq; cœ
lum competebat: quia qui ſe humiliat, exal
tabitur. Lucę 14. Phil. 2. Per paſſionem &
cõtumeliam in ſuam ingreſſus eſt gloriam,
Luc. 24. In cœlo agit noſtrum aduocatũ,
1. Ioan. 2. Heb. 9. Ibi nos gubernat, Mar. 4.
Ibi vineæ ſuæ proſpicit, Eſa. V. Matt. XX.
Breuiter, in cœlo eſt noſtrũ caput, ꝑ quod
om̃is beatitudo corpori prouenit. Deriua
tio iſtæc gratiæ, typicos deſignatur in vn-
gento, Aaronis e capite & barba in ipſum
totum corpus veſteſq; manante, Pſal. 133.
Huc reſpicit ipſum, Adſcẽdit & Deſcẽdit. [Chr̃i adſcẽdere & deſcẽdere]
Nihil enim nobis Chriſti proderit adſcen-
dere, niſi per ipſum oĩs gratia nobis deſcẽ
dat. Dona hæc notantur in pſalm. 68. iuxta
Apoſtolũ Ephe. 4. Corda ergo nr̃a ſemꝑ
in cœlũ extollẽda. Capita nr̃a ipſi Chriſto
ſunt ſubmittenda, humiliandæ illi ſunt ani
mæ. Cruci eius nobis eſt ſubeundum, vt in
die illa exaltemur. Quæ ſurſum ſunt, ait
Apoſtolus Col. 3. ſapite. Caro et ſanguis re
gnum cœlorum non poſſidebũt: oportet
ergo vt ſpiritũ e ſupernis induamur. Adeo
om̃is noſtra ſpes eſt in cœlo apud ſpõſum
noſtrũ, 2. Corint. XI. Labor noſter per do
minum Ieſum non erit inanis. Præceſſit il-
le nobis parare manſiones, Ioann. XIIII.
Erunt miniſtri cum domino, Ioann. XII.
Huc adſpiramus credentes. ibi gaudia inef
fabilia, Eſaiæ LXIIII. 1. Corin. 2. 1. Pet. pri
mo. Sed ante finem huius mundi, corpori

bus noſtris iſta ſalus non continget, Matt. 25. Ro. 14. Interim regnat Chriſtus, faciens ſuos inimicos pedum ſuorum ſcabellum, pſalmo CX.

Illi autẽ profecti, prædicauerunt vbiq̧, dño cooperãte, & ſermonem confirmante ſequentibus ſignis.

Apoſtolicũ officium, diſpẽſatio gratiæ eſt.

Hic tangitur apoſtolica executio, & promiſſionis Chriſti veritas. Iuſſit prædicare, promiſit ſe energiam illis daturũ. Vtrunq̧ hic vides verũ. Profecti illi, prædicauerunt: ipſe ſermonẽ eorum approbauit, ratum'q̧ fecit. Illi linguas & vocem operi diuino adhibuerũt, ipſe Chriſtus ſpiritum et virtutẽ operi addidit. Ipſe ipſe per omigenas virtutes ſermonẽ illorum cõfirmauit. Hoc eſt quod Apoſtolus ait, Miniſtri ſumus, * per quos crediditis. Ego plantaui, Apollo rigauit, Deus autem incrementum dedit. Neq̧ qui plantat, eſt aliquid, neq̧ q rigat: ſed qui vegetat, Deus. Sic & agricola nequidquam ſementem ſuam fecerit, ni ſi Deus ipſam irrigans vegetarit. V[ir]tute iſtac etiamnum creſcit verbi ſemen, quando nimirũ ſpiritus ſanctus illud arrhabone ſuæ gratiæ in cordib⁹ noſtris obſignat. Miracula eccleſia plura non requirit. Noui euangeliſtæ, qui Eccleſiaſticæ traducia non ſunt, Clementem, Dionyſium, Ignatium, Alexandrum, Sixtum, Leonem, Gregorium, Martinum, Nicolaum, Paulinũ, Franciſcum, Dominicũ, Benedictum, Bernardum &c. non habẽtes in ſuo corpore, opus habent ſignis & miraculis. Sed dum Chærea aliquis Arrianus miracula mentitur, eniteſcit catholica veritas, quæ ipſe eſt Chriſtus, regnans in cœlo. Cui cum patre & filio ſit laus & gloria per æterna ſecula ſeculorum. Amen.

FERIA SECVNDA PENTECOSTES,

Euangelium Ioannis tertio.



SIc Deus dilexit mundum, vt filium ſuum vnigenitum daret: vt omnis qui credit in eum, non pereat, ſed habeat vitam ęternã. Non eñ miſit Deus filiũ ſuum in mundũ, vt iudicet mundũ, ſed vt ſaluetur mundus per ipſum. Qui credit in eum, non iudicatur. Qui aũt non credit, iam iudicatus eſt: qa non credidit in nomine vnigeniti filij Dei. Hoc eſt autẽ iudicium, quia lux venit in mundum, & dilexerunt homines magis tenebras q̃ lucem. Erant eñ mala eorum opera. Omnis enim qui male agit, odit lucem: & non venit ad lucem, vt non arguantur opera eius. Qui autem facit veritatem, venit ad lucem, vt manifeſtentur opera eius, quia in Deo facta ſunt.

ANTELOQVIVM.

Eccleſia verbum Dei poſſidet.



FRatres, mẽbra corporis myſtici Chriſti, dubium vobis non eſt, verba Chr̃i eſſe verba Dei, iuxta hoc q̊d Chriſtus toties ꝓteſtatur, ſe ſuũ verbũ non dicere, ſed patris. Dubiũ etiã vobis non eſt, apoſtolos verbũ Chr̃i eccleſię protuliſſe. Seq̄tur ergo, eccleſiã verbũ Dei ꝑ Chr̃m miniſterio apoſtolico cõſecutã poſſidere. Vnde nõ eſt Chr̃i, q̄ eccleſiã non audit, Mat. 18. Colũnam ergo veritatis, eccleſiã vocat Apl̃s. O glorioſam reginã, O templũ diuina maieſtate plenũ, q̄s à te ad immũda ſtabula deficiat hæreticoꝝ? Audiat ergo eccleſia, nobis in lectiõe euãgelij p̄ſentis ediſſerẽs, Chr̃m eſſe filium Dei viui: mundũ vero, carnis prudẽtia vtut ſeſe efferat, ſapientiã ſupnam eã & ſalutarẽ non recepiſſe: perituꝝ ergo fatuum.

Sic Deus dilexit mundũ, vt filium ſuum vnigenitum daret.

Nicodemo hæc ſunt dicta, & nobis in Nicodemo. Faxit Deus, verbum hoc ſacroſanctum ſuam q̊q; in nobis energiã ſortiat, quã ipſum videmus ſortitũ in Nicodemo. Amen. Filius vnigenitus Dei, mũdo eſt datus. Quis? Cui? quare? Filius Dei, mũdo eſt datus, id'q̧ ſine omni merito, immo contra omne meritum. Mundus eñ nihil eſt, niſi peccatũ & vanitas. Nõ angelũ, non archãgelum miſit mundo ſotera, ſed filium atq̧ eum vnigenitũ ſuum. Præter hunc, alium non habet: illũ ſolum habet primogenitũ & vnigenitũ: adeo ſe ipſum mundo dedit. Mũdus talis erat, vt cogeret Deum dicere, Pœnitet me feciſſe hominẽ. Cõtrà, tanti fuit & eſt filius patri, vt in ipſo nos diligeret ante conſtitutionẽ mundi, Eph. 1. Miſertus nobis, recordatus miſericordiæ ſuæ, qua ſe ipſum nobis promiſit, Luc. 1. Fidelis Deus, Ro. 15. 2. Timot. 2. Pſal. 144. Nõ legis prærogatiuam, non ſanctorum patrum merita, ſed ſanctimonię & meritoꝝ fontem re-

ſpe

spexit Iesum. Vidit corruptam omnem carnem, labem originalē in tot prauitatū frumina expullulasse vidit, horridū malum, sanctus expullulasse vidit, horridū malum, sanguines, malum super malū animaduertit. Dein & hostis cōsiderauit artes & potestatem. Natura Deus peccatū odit, iustitiā diligit, Psal. 44. Hic vero amore vnigeniti sui iustitiā mire moderabat, nostrā culpā vnigenito suo imponens omnē. Solus ille tantum onus ferre potuit. Solū illum tanto hostiprævalere posse nouit. Congiarijs & visceratonibus reges suā erga plebē clementiam ostentabāt, & vulgi fauorē captabāt. Sed qd congiarium? qd visceratio? Deniq; oībus toti⁹ Imperij subditiijs dona talia nō cōtulere. Quirites saltem captarunt captiosi & fastuosi reges. Et momentanea eorum fuerunt xenia. Rex regū, dn̄s dominantiū, bonoꝝ nostroꝝ nō indigēs, durabilia perpetuaq; nobis largit⁹ est oīa. Nobis, inquā, non solum Iudæis, sed & Iudæis & Ethnicis. Huius clementiæ consideratione q non amore diuino exardescit, verbum Dei rite nō audit. Maximus certe Dei erga nos hic amor illucescit, Romanorum 5.8. Galat. 2. Beata corda quibus.

Vt omnis qui credit in eum, non pereat, sed habeat vitam æternam.

Hic subdit modū, per quē saluetur mundus. Venit quidē Chr̄s saluare, & nō perdere, Rom. 8. Sed & salutis formā mūdo præscribere, nempe fidē. Quidqd est extra fidem, peccatū est. Fides purificat cor. Corde creditur ad iustitiā, cōfessio oris fit ad salutem. Quid credendū de Chr̄o? Credēdus est filius Dei cōsubstantialis, hoc est, verus & vnicus Deus cū patre & spū sancto, vere natus ex Maria virgine, sanguis virgineus, verus homo, ex anima rationali & humana carne subsistēs. Nobis natus Messias, summus sacerdos secūdum ordinem Melchisedeck, Propheta ille à Mose prædictus. Non Iudæi hic excusari possunt legis obseruatione: qa legē nō audiunt, Mosi & prophetis nō credūt: vnde oīs eoꝝ labor irritus est & vanus: qa quidqd sine fide fit, peccatum est. Interstitiū maceriæ sublatū, Roma. 5. Ephe. 2. Nunc porro oīs q inuocat nomen Iesu, saluus erit, Iohe. 2. Roma. 10. Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus* itē erit. Mar. 16. Fide filio Dei despōsamur, Ose. 2. Fide sua iustus viuet, Abac. 2. Dicis, ergo fides præcipuū aliqd est? Omnino. Sed primo videndū, ne fides sit ficta, 1. Timo. 1. Nihil em̄ fictū diuturnū. Fictus amor & ficta fides, haud secus q̄ vultus rubor euanescūt. Corde credit ad iustitiā. Secundo, Fides sit formata, hoc est, bonis opibus compta sit atq; ornata. Per charitatē operetur, Gala. 5. Sic enim non erit mortua, sed energumena, id est, operosa, Iacob. 2. Deniq; oportet vt fides sit sana, nulla contagione morbida infecta. Lepra est hæresis. Lex vult vt nobis à lepra caueamus, hoc est q̄d Apostolus monet, vt hæreticos vitemus, & secundum Ioannem, Aue illis non dicamus: Qui tangit picem, inquinabitur ab ea. Hæresis est carcinoma, serpit morbus ille contagiosus. Cyrillus hic fidem sanctæ Trinitatis asserit, & hæreticos, professionem eam catholicam atq; orthodoxam contaminantes, cōfutat. Lepra vt est multicolor, sic & hæreses sunt variæ. Omnis hæresis in varias sectas est diuisa, ne mireris hæreses sibi ex diametro in vniuersum pugnare om̄es. Exempli gratia, Arrius substantiam vnam sanctæ Trinitatis negat: Contrà, Sabellius, quem etiam ab hæresios occasione Patripassianum vocant, personarum proprietatem confundit. Nestoriani Beatam virginem nō Dei, sed hominis tantummodo matrem asserunt: vt aliam personam carnis, aliam efficiant deitatis: nec vnum Christum in verbo & carne credunt. Valentiniani Christum nihil e virgine assumpsisse, sed per eam tanquam per fistulam transisse: Apellitæ blasphemant Christum in phantasmate apparuisse. Apollinaristæ garriunt Christum corpus tantummodo sine anima sumpsisse. Sic hęresis nihil sunt, nisi Scylla quædam monstrosa, capite & pectore humanam effigiem referēs, sed cuius inguen canum variorum varie latrantium rabidorum faces & capita præ se ferat. Labyrinthum citius expediet aliquis, quàm vt hæresion omnes blasphemias enumerauerit. Et non video quare huiusmodi nugæ vulgo proferantur. Norint ea sacerdotes, quorum est cum hęreticis disputare. officio suo ecclesiastes rite ꝑfungetur, si articulos fidei plebem rudem fideliter doceat. Quid de sancta Trinitate doceat, nusquam apertius, nusquā succinctius inueniat, quàm in canticis ecclesiæ quæ Sequentiæ dicuntur. Item de sancta Trinitate & de mysterio incarnationis Christi, exactissimam & simplicissimā formam habes in symbolo Athanasiano. Quantum ad hunc locum attinet, Sabelliana insania est taxanda, qui patrem quoq; incarnatum ausus fuit dicere. Fides orthodoxa est, neque patrem neque spiritum sanctum incarnatum, sed filium. Decuit, vt q filius est in deitate, fieret & fili⁹ in humanitate, ne plures filij credantur. Vnde & nos neque duos Christos, neque duos filios, sed vnum & eundem Christum verum Deum confitemur & hominem, saluatorem huius mundi.

Hæresis est lepra.

Trinitatis sanctę ꝓfessio simplex.

Non enim misit Deus filium suum in mundũ, vt iudicet mundum, sed vt saluetur mundus per ipsum.

Chrs saluator mũdi, hoc ẽ, uniuersorum.

Eia Christo dilecti, qs hic trepidet cum Herode & Hierosolymitanis? Non arripit & ambit mortalia, qui regna dat cœlestia. Nihil vsquam de primo aduentu Christi leges, quàm ꝙ venerit comis oĩbus, hoc est, vniuerso mundo, non Solymis tantum & Syriæ, sed omnibus nationibus & gentibus, 1. Ioan. 2. Ipse est propiciatio pro peccatis nostris, non pro nostris autem tantum, sed etiam pro totius mundi. Itẽ cap. 4. Nos vidimus & testamur, ꝙ pater misit filiũ seruatorem mundi. Nec est vlla natio, quę dicere possit se nõ eẽ vocatã, euãgelion sibi esse negatum, Psal. 18. Rom. 10. Mat. 11. Esa. 61. Et hoc obseruandũ, ꝙ dicitur filius missus. Ioannis quoq; 6. ait: Sicut misit me viuens pater. Vide Mat. 15. Acto. 3. Gala. 4. Mittit & aplõs. Nemo catholicus vsurpat sibi honorem. Simoniacus est, hæreticus est, antichristus est, qui se ingerit non rite missum, Ioan. 16. Hæretici, Simoniaci & antichristus, veniunt in magna pompa, lupi, fures & latrones. Contrà, Agnus Dei mittit suos tanq̃ oues in medium luporum. Sic & ipse venit mansuetus, Zacha. 9. Matth. 21. Venit paterno affectu Rex pacis, Esa. 9. Venit nõ lædere, sed curare: nõ minabundus, sed paracletus. Non venit condemnare, sed quęrere & saluare q̃d perierat, Ioan. 8. Luc. 15. Hic locum habet prophetia Esa. 42. Matth. 12. exposita, & vaticinium Esa. 61. Luc. 4. adductum. Sed hęc omnia de primo aduentu in carnem, accipienda. Iustitia & misericordia sibi succedunt. Qui mitis modo * abiit, cantat ecclesia, districtus rediet. Veniet tũc non missus, sed vltor & vindex, iudex nimirum viuorum & mortuorũ, Acto. 10. Iam est tempus gratiæ, tunc veniet hora iudicii: iam admonemur ad bene operãdum, tunc fiet exactio, tunc interrogabimur. Præclare est à Chrysostomo dictum, hominibus electis hic esse constitutum tempus laborandi & belligerandi, instare vero tempus metendi & coronandi.

Qui credit in eum, non iudicatur. Qui autem nõ credit, iam iudicatus est, quia non credidit in nomine vnigeniti filii Dei.

Prçiudiciũ piis iucundum, impiis oĩm horribilissimum.

O magnam fidelium fiduciam: qui credit, ait, nõ iudicatur. O infidelium miseram sortem, quia iam iudicati sunt. Non ab hac sententia liberat legis iustitia, nõ virtus politica. Sunt peccata (puta capitalia) quæ p̃cedũt iudicium, vt ait Apostolus. Sic etiam anteuertit iudicium infidelitas. Præiudi-um Christi verum, credentibus solatio-praesentissimam, incredulis minas horren-das ferens. Summa: Qui non credit, conde-mnabitur, Marc. 16. Non hic impius pro-stinatione tuebitur, non patietur pater vn-genitum suum contemptui explodi. Gra-de nefas, non credere: quia hoc est Deum risui & ludibrio habere. Dicis, ego credo, ergo saluabor, siue bonum siue malum fue-ro operatus. Dñi miseratio magna, multi-tudinis peccatoꝝ meoꝝ miserebitur, Eccl. quinto. Verum hoc: atqui frater conside-ra quid præcedat, & quid sequatur: Nonne præcedit, De propiciato peccato noli esse sine metu, neq; adiicias peccatum super peccatum: Et ne dicas, Miseratio dñi magna est, multitudinis peccatoꝝ meoꝝ miserebi-tur? Ecce tibi frater, quõ torques scripturã? Quid, rogo, cõsuis tibi puluillos? quare teipsum lactas & decipis? Quin & audi quod sequatur: Non tardes cõuerti ad dominũ, & ne differas de die in diem. Subito eñ veniet ira illius, & in tempore vindictæ disperdet te. Huc confer ea quę Aplus dicit Roma. 14. 2. Cor. 5. &c. Audi q̃d dicat iudex Mat. 25. Da gloriam Deo. Crede eius vnigenito. Crede aũt oĩbus verbis. Viuit eñ homo ex omni verbo Dei. Futilẽ facis, si hoc verbum fidei salutaris recipis, & verbum salutaris operatiõis & pœnitentiæ negligis. Scitum est hoc Chrysostomi in Ioannem cap. 3. Deum fide confiteri, & factis diffiteri, peccatũ est quod nõ statim remittitur, Tit. 1. Et hoc obserua: Qui nouit voluntatem dñi, & non facit, vapulabit plagis multis. Facit huc hoc quod sequitur:

Hoc est autem iudicium, quia lux venit in mundum, & dilexerunt homines magis tenebras quàm lucem. Erant enim mala eorum opera.

Hęc est altera pars huius lectionis. Rationẽ hic vides, q̃re mũdus solẽ iustitiæ sit auersatus. Granum hordei gallus omnibus præfert gemmis, & mũdus ea quæ carnis sunt, animi bonis. Hic suo se colore mundus depingit. Vides, infidelitatem iudicium Dei præuertere. Filius non condemnat, sed Iudæos condemnat Moses, Ioannis quinto, Ethnicos sua ipsorum conscientia, Romanorum primo. Cæterum & veritas iudicat, Ioannis 12. Et omne iudicium datum est filio, Ioannis quinto. Sed causam condẽnationis mundus secum adfert, præferens tenebras luci, hoc est, peccata virtuti. Frequẽter in scriptura tenebræ peccata vocantur. Væ qui dicit lucem tenebras, & tenebras lucem. Væ q peccata dissimulat, & virtutem simulat. Vtrunq; facit mundus, Esaiæ quin-

Sic mundi amatores, stultiores sunt Glauco, q vitam morti posthabent. Veri Scotitæ, quoniam Scotus tenebras significat. Sol iustitiæ illuxit vniuerso mundo, fides nimirũ, spes & charitas. Integer Christus, factor & doctor. Exemplum & documentum, vtriusq; efficax sacramentum, sed quotusquisq; tantam lucẽ approbauit? quotusquisq; recepit? Hanc ingratitudinẽ Esaias præsignauit, dicẽs: Dñe, quis credidit auditui nostro? De luce hac itẽ prædixit Esaias cap.6. Et Simeon Luc.2. Sapientia mundi, Belial Christo prælegit. Iudęi dicunt, Nos Mosis discipuli sumus, Ioan.9. Ethnici dicunt, Magna Ephesiorum Diana, Acto.19. Aegyptiacis tenebris hæ crassiores. Dicũt, vetus vinum est melius, Luc.5. Marc.2. Meretricis Babylonicę mendacia mundo gratiora veritate ipsa. Hic siquidem paupertas & submissio, illic resplẽdent opes & elatio. Voluptas huius seculi, non patitur suas delicatulas filias, filio virginis despondere. Apoca.17. 2.Cor.11. Christus sponsus ecclesiæ, cõtemnẽs est glorię huius seculi. Iudæos retrahit Nizahon ille impostor, quemadmodum Porphyrius, Celsus & Iulianus, olim detinuere ethnicos. Et etiãnum lucẽ mundus nõ appræhendit, Ioan.1. Data est nobis facultas, qua filij Dei fieri possimus, sed nolumus. Rogas, quare? Audiatur veritas. Erant eñ opera eorũ mala. Vides quæ tenebræ sint mundi, lucem iustitiæ non capientes, mala vita, prauitas, &c. Atat hinc illæ tragœdiæ. Veniat q proderit hospes. Veniat qui loquatur placentia & det opes, idq; largiter: non requirendum vnde det, sed vt subinde det. Hoc est ingenium mundi: ibi fas, vbi maxima merces. Theophylactus hic dicit: Christianismus non solum tecta dogmata, sed & honestam vitam exigit. Ipsi autem voluerunt luto peccati inuolui, ideo nolunt improbi ad lucem Christianismi venire, & se Christi subijcere legibus. Haud secus atq; superbia hęreticorum non vult confundi, vnde nõ venit ad sui erroris agnitionem: sic & mundus, qui nihil aliud est quàm fastus & cõcupiscentia, non vult corripi. Vnde sequitur:

Omnis enim qui male agit, odit lucem: & nõ venit ad lucem, vt non arguantur opera eius.

Noctua vt odit lucis aues & ipsam lucẽ, sic & lychnobij opera lucis odio habent. Lucis opera sunt cõfessio peccatorũ, & eorundẽ punitio. Christianus peccata sua pristina fatetur & punit. Esa.1. Lauamini, mũdi estote, auferte malũ cogitationũ vestrarum ab oculis meis, Quiescite agere perse, discite bene agere. Amos 5. Odite malũ, diligite bonum. Roma.12. verba ea inducit Apostolus. Sed mundus huiusmodi sermones non sustinet, iuxta hoc Amos: Odio habuerunt corripientem in porta, & loquentem perfecte abominati sunt. Pudor confessiõis, salutaris plane est, sed hodie factus est execrabilis. Confessio peccatorũ, est papisticum commentum, vnde hodie peccata magno prouentu exundant. Temporaliter non volumus confundi, vnde confundemur æternaliter. Neq; eñ perpetuo celabimus, quod cõtra solem iustitiæ celamus: Sub niue tecta, patescẽt. Attẽdite vos euangelici fratres. Dixit: Dilexerunt homines magis tenebras quàm lucem, quia eorũ opera erant mala. Subdit hic: Qui male agit, odit lucẽ. Vides itaq; tam incredulitatem, quàm opera mala, damnare lucem, hoc est, veram fidem esse ijs cõtrariã, nẽpe Christi doctrinam & exemplum factis exprimere. Sed heu increbrescit prauitas, quia inualescit hæresis, nempe ea quæ solam & nudam fidem docet. Huc facit, quod & Apostolus peccata vocat opera tenebrarũ. Qui adulterantur, qui inebriantur, qui furãtur, &c. omnes noctis alites sunt. Fastus, inimicitiæ, vltio propria, ira, luxus, pompa, choreæ, spectacula, comessationes, ebrietas, lenocinium, calumniæ, detractio, & hoc genus infinita peccata, sunt noctis opera: quæ hodie magna vi atque copia vndique succrescunt, quia nouum euangelium solam fidem iustitiam absolutam docet. Contrà, simonia, ocium, inertia, superstitio, & abusuum totidem portenta, non minori prouentu mũdum replent: sed nemo huiusmodi mala fatetur, qsq; suũ errorẽ tegit & iustificat: adeo oẽs delectat in tenebris delitescere, & corpore viuente, anima bis mori. Veritas domini manet in æternũ: Verbum domini manet in æternũ. Si nos ipsos dijudicaremus, non vtiq; dijudicaremur.

Tenebræ mala opera.

Qui autem facit veritatem, venit ad lucẽ, vt manifestentur opera eius, quia in Deo facta sunt.

Audistis Cainum peccatum suum celare, & dicere: Nunquid custos fratris mei sum ego? Antithesin iam subdit, nempe fiduciam bonæ conscientiæ. Abel facit veritatem, ait, nihil simulat, nihil fingit, nulla hypocrisis subest, synceritas ipsa & veritas intus prædominat. Hæc est simplicitas ea, de qua Iob probatur. Abel talis, & Hiob istiusmodi, audet veniente domino extollere suum caput, certus veritatem suam sibi fore salutarem, seq; sua saluandum iustitia, *Ioãnis * octauo, Genesis * tricesimo. Fructus spũs, gaudiũ & pax, teste Apostolo ad Galatas, & Ioãne in canonica sua epistola.

Simplicitas sancta.

De

De hac simplicitate dicitur Prouerbio.19. Qui ambulat simpliciter, ambulat cõfidenter. Contrà vir duplici animo, inconstans in om̃ibus vijs suis, ne ausit quidem domino recta fiducia supplicare, Iacob.1. Et folium cadẽs, impium territat. Quid nõ struit Abeli insidiarũ Cain? Quantis curis distringitur Iudas Scarioth? neuter horum suum fatetur mente conceptũ flagitiũ. Ille dicit: Nũqd fratris mei custos sum ego? Hic ait, Nũqd ego sum Rabi? Sic & hęreses sunt factiosæ, nihil nõ mali aduersus ecclesiã machinãtur. Verũ eñ est qd dicit, Malum qdcunq; crescit tegendo. Bene ergo se habet causa simpliciũ. Nam tametsi iustus interdiu septies cadat, tamen identidem resurgit sacramento pœnitentiæ in gloriã Dei. Videamus ergo fratres, vt simus synceri: videamus, vt professio & vita sibi cõsentiant. Sol iustitiæ, tenebras humanæ non suffert nequitiæ. Sed audiamus hic diuino plane eloquio exhortantem nos sanctum Augustinum. Dicit ille: Fratres mei, euigilate ad salutem vestram, euigilate dum tẽpus est: nullus retardetur à templo Dei, nullus retardetur ab opere domini, nullus auocetur ab oratione continua, nullus à solita deuotione fraudetur. Euigilate: cum dies est, lucet dies. Christus est dies: paratus est ignoscere reis, sed agnoscentibus: punire autem defendentes se, & iustos se iactantes, & putantes se esse aliquid cum nihil sint. Sequitur: Bonis operibus agere, ne nos obruant peccata, gemendo, ieiunando, tribuendo, ignoscendo. Iterum: Ferto patrem erudientem, ne sentias iudicem punientem. Hæc quotidie dicimus vobis, & subinde dicenda sunt, quia bona & salutaria sunt. Faxit Deus hoc ipsum præstemus, ad gloriam eius qui rex est gloriæ. Qui in sancta trinitate viuit & regnat vnus Deus per omnia secula seculorum. Amen.

IN SACROSANCTA FESTIVITATE Corporis dominici, Euangelium Ioannis VI.



CAro mea vere est cibus, & sanguis meus vere est potus. Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in illo. Sicut misit me viuens pater, & ego viuo propter patrẽ. Et qui manducat me, & ipse viuet propter me. Hic est panis qui de cœlo descendit. Non sicut manducauerunt patres vestri manna, & mortui sunt. Qui manducat hũc panem, viuet in æternum.

PROLOGVS.



OCcasionem præsentis lectionis peperit Christo Iudæorum ingratitudo, q etiam tum cum in deserto miraculose essent saturati, adhuc quærebant signum, dicentes: Quod tu facis signum, vt videamus, & credamus tibi? Patres nostri comederunt manna in deserto, sicut scriptũ est, Psal.77. Panẽ de cœlo dedit eis. Adeo non capit nouum mustũ vter vetus. Mosen prętulerunt Christo, quia caro nihil aliud sapit, q̃ quod est carnale. Respondit Chrus: Est alius panis, de quo dicitur Ecci 24. Panis vitę: eũ Moses vobis nõ dedit, qa ipsum non habuit. Est & aqua salutaris, Ibidem 15. Ezech.47. neq; huiusmodi dedit vobis Moses. Ostẽdit se Christus verum panem & potum dare vitalem, nimirũ cuius Moses saltem contulit typum. Vide de figura, Exo.16. Deuter.8. Item Exo.17. Deuter.8. Quantũ ad miraculum attinet, similia multa Deus edidit in mundum, sed alijs nationibus. Annales testãtur, Deũ lac, sanguinem, lapides, terram, oleum &c. pluisse. Sed hęc, portenta iræ Dei: manna, pactum gratiæ & experimentũ potentiæ eius. Quis ibi satiari potest, vbi ne bolus quidẽ & mica panis, guttulave est aquæ? Testantur chronica, panes olim rescissos sanguinem fudisse, idem & nostris his tẽpestatibus in Germania cõtigit. Faxit Deus, saxea corda nostra commouerit. Sed à portentoso eo horrore, ad iucundiora veniamus.

Caro mea vere est cibus, & sanguis meus vere est potus.

Attendenda hic sunt ea quæ præcedunt: Non Moses dedit vobis panem de cœlo, vsq;, qui edit ex hoc pane, viuet in æternũ. Inueniet lector dominum in præmissis verbis, vocabulum panis identidem repetere, nempe octies. Tandem infert, panem eum esse suam carnem, dicens: Et panis quem ego dabo, caro mea est, quam ego dabo pro mundi vita. Decertantibus itaque Iudæis, & mussitando dicẽtibus: Quõ potest hic nobis carnẽ suã dare ad edẽdũ? subdit:

Amen

Amen Amen dico vobis, nisi ederitis carnem filij hois, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis. Attende ordinem. Primo dicit se dare panẽ, deinde panem eum dicit esse suũ sanguinẽ & carnem. Postremo dicit carnẽ eam verã esse escam, & sanguinẽ eum verꝫ potũ. Respiciens ad veram vitã, quã confert ille cibus & potus. Vita carnis quæ nobis cũ bestijs cõmunis est, nihil est nisi mors. Non ergo vera vita dici poterit: sic neq; cibus corporis, verus cibus habendus. Attende conuiuiũ nostrũ non esse Scythicum, nemo hic sibi somniet anthropophagiam. Nostra cœna non est Thyestea, nostrũ prandium non est Caliguritanũ, quia nostra victima est incruenta. Ethnici olim ex sua crudelitate patres primitiuæ ecclesiæ æstimantes, infanticidij nos insimulabant. Respondet illis S. Blandina: Erubescat error vester, Christianos, qui ne animalium quidẽ sanguinem in epulis esculẽtis habemus, qui propterea quoq; suffocatis & morticinijs abstinemus, (Actorum 15.) ne quo sanguine contaminemur, vel intra viscera sepulto. Deniq; inter tentamenta Christianoꝝ, botulos etiam cruore distentos admouetis, certissimi scilicet, illicitum esse penes illos, per quod exorbitare eos vultis. Porro quale est, vt quos sanguinem pecoris horrere conspicitis, humano inhiare credatis, nisi forte suauiorem eum experti? Hactenus illa. Attende carnem, & perpende vitam. Attende sanguinẽ, & nullum tibi somnia cruorẽ. Si occisum & mortuum corpus sumeremus, vitæ exortes permaneremus. Hæc est caro, ad quam spũalibus pẽnis volitant aquilæ, vt dicit de cons. dist. 2. In quibus. Præclare item dicitur ibidem, ca. Qui mãducat: Viuit manducatus, quia resurrexit occisus. Non corporali siti & fame vescimur, non carnis delicias hic ruspamur, sed viuam & glorificatam carnem, animæ vitam, profitemur & veneramur. Species panis & vini respondent mysterio: si enim infanticidium nostrum esset conuiuium, carnem & sanguinem sine vllo huiusmodi specierũ velamẽto *. Agnus mitissimus non vult suos discipulos canes esse, lupos & leones. vnde sequitur:

Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in illo.

Attende mysterium. Socrates dixit se esse, vt viueret. Initium vitæ hois, aqua & panis, Ecci 29. 39. Vt itaq; Christi fidem absolutius imbibamus, inseruiuit nobis diuina bonitas, se nobis escam & cibum in Christi corpore & sanguine præbens, vt edendo & bibendo, incarnationem verbi quodammodo hauriamus. Cernimus panem & vinum, & adoramus verbum: sumimus carnem & sanguinẽ, & participamus vitæ. Res mira, edentes manent in cibo, & cibus in edentibus. Vita se donat mortalibus, & mortales viuunt in vita. De mutua hac mansione, Ioannes in epistola per totum pluribus agit. Sãctus Augustinus in libro de ciuitate, de charitate itẽ & religione accipit nostrũ manere in Christo. Vnus sensus est: nam & Deus charitas est. Accedit huc, ꝙ conuictus hic expressum symbolon habet & sacramentum charitatis.

Sicut misit me viuẽs pater, & ego viuo propter patrem: & qui manducat me, & ipse viuet propter me.

Christus viuit propter patrẽ, vel per patrem, qui se misit: vnde & nos viuimus per & propter Chrm, cui incorporati sumus. Chri & patris vita, vna & eadẽ est: vita nostra quoq; & Chri vita, vna est & eadem: modo Christum rite edamus, in ipso manendo, hoc est, ipsi incorporemur, & illi perpetuo adhęrescamus. Theophylactus: Quemadmodum ego viuo propter patrẽ, hoc est, sicut natus sum ex patre, q vita est: ita & q manducat me, viuit propter me, dũ quodammodo miscetur mihi, & transelementatur in me, q viuificare potest. Viuifica caro Christi, nunquid ꝙ in Dei naturam abierit? Absit, sed ad similitudinẽ candentis ferri, ardor ostendit operationem ignis, ferri natura manente. Sic dñi caro manẽs caro, viuifica est sicut Dei caro.

Chrus vita nostra, si rite edatur à nobis.

Hic est panis qui de cœlo descendit. Non sicut manducauerunt patres vestri manna, & mortui sunt. Qui manducat hunc panem, viuet in æternum.

Vbi hic gloria Mosis? Sed & patres quoq; ipsi manducauerunt spũaliter, hoc est, in mannæ dono, verꝫ manna, verbũ nimirum respicientes incarnatũ, aliquando in hunc mundũ venturꝫ, 1. Cor. 10. Augustinus hic de corporis morte & de animæ vita disserit: nam & ij q Chri vescuntur carne, secũdum corpus moriũtur. Hic principio erga nos immensa Chri benignitas est consideranda. Relictũ est eñi nobis eucharistiæ sacramẽtũ, pcipue in pignus amoris. Vñ ait S. Augustin⁹: O sacra pietatis, o signũ vnitatis, o vinculũ charitatis. Vult nos in se vnũ esse, queadmodũ ipse vnũ est cũ pře. Vnde nõ solum euangelion suũ nostris immittit cordibus, non solum nostris spiritibus suum ingerit spiritum, verꝫ etiam sacrosanctũ sanguinẽ & carnẽ suã nos sumere vult, vt ax

Christus etiã patrũ esca fuit, atq; adeo vita.

Eucharistia in pignus amoris nobis est relicta.

vt arctissimam vnionē considerantes, redamandi sacramentum semper habeamus in promptu.

Euchari stiæ vsus.

Præcipua efficacia & commoditas sacræ eucharistias, est incorporatio & vnio istæ. Meminit S. Augustinus, dicens: Cibus sum grandium. non tu me mutabis in te, sed tu mutaberis in me. Sacramētum incorporatiōis, citius animis quàm linguis assequemur. Profundum est mysterium. Hoc præcipue obseruandum, etiam ipsa signa, panis nimirum & vinum, præclaram habere vnitatis significationem. Ex multis granis fit vnus panis, & ex multis acinis vnum extorquetur vinum. Insigne mysterium vnitatis. Augustinus in sermone de infantibus, huius meminit, dicēs: Dominus nos significauit, nos ad se pertinere voluit, mysterium pacis & vnitatis nostræ in mensa consecrauit. Qui accipit mysteriū pacis & vnitatis, & nō tenet vinculum pacis: non mysterium pro se accipit, sed testimonium contra se. Vide de cons. dist. 2. Quia.

Sā guinis potus ad sanguinis effusionē facit homines & bestias prōptos.

Qui ita fide, spe & charitate Christo sunt incorporati, etiam ad patientiam animantur. Vnde voluit Cyprianus, vt Christianis, qui ad martyrium vocantur, primo calicis communio administretur, Epist. 2. ad Cornelium. Vinū rubellum & succus mori, elephantos ad bella cōmouet, 1. Mach. 6. Catilina in Floro dicitur cum suo exercitu sanguinē humanū bibisse, vt ad effundendū sanguinē audaciores sese redderent.

Euchari-stiæ vsus.

De vsu eucharistiæ, hoc pcipue obseruādum & semper recensendū ecclesiæ: O sacrū conuiuiū, in quo Christus sumitur, recolitur memoria passiōis eius, mens impletur gratia, & futuræ gloriæ nobis pignus datur. Quātum ad lectionem præsentē, præcipuus fructus est vita æterna. Panis siquidem ille dicitur datus pro vita mundi. Dicitur & panis vitæ. Neq; hoc silentio est prætereundum, ꝙ in hac præsenti assertione, sacræ eucharistiæ, vitæq; æternæ creberrima fit repetitio, habet vitam, panis vitæ, pro mundi vita, nō moritur, &c. Vnitas q̃q; in verbo Chri obseruanda, cum dicit: Qui edit meam carnem, in me manet. Non inficias imus, hunc locum apud Ioannem potissimum intelligendum de cibo spirituali, & de manducatiōe spirituali. De qua vide de cons. dist. 2. Prima. &, Vt quid. Vbi dicitur verbis S. Augustini: Vt quid paras dentem & ventrem? Crede, & manducasti. Sic & intelligit idem Augustinus hoc loco in Ioannē. Itē Cyprianus in ser. de cœna dñica. Item Theophylactus. Sed autoritates hę nequaquam in hæresios occasionem sunt rapiendæ: nullus enim sanctorum patrum, sacramentalē eucharistias sumptionē vnquam repræhendit, sed omnes maximi faciunt, extollunt, & prædicant. Et qua fronte hæresis Ioannē euangelistam ausit in aliorum euangelistarū & apostoli Pauli citare præiudicium? Sumēda eucharistia, iuxta Ioannem, spiritualiter: sed non negligenda synaxis, secundum alios euangelistas & Apostolū, sacramentaliter. Sed hæc aliàs. Nunc præsentem demegoriā clausurus, dico duo hic digne cōmunicantibus promitti, communionē nimirū & vitam æternam. Communionem sequitur vita. Illa nisi sit certa, hęc nulla erit. Iterū atq; iterū ergo videndū, vt cōmunio sit certa. Notetur hoc S. Augustini in præsentem locū, vbi dicit: Huius rei sacramentū, id est, vnitatis corporis & sanguinis Christi, alicubi quotidie, alicubi certis interuallis dierū in dñica mensa præparatur, & de mensa dñica sumitur, quibusdā ad vitā, quibusdā ad exitiū. Sequitur: Dñs noster Iesus Chr̃us corpus & sanguinē suum in his rebus cōmendauit, quæ ad vnum aliquid rediguntur ex multis &c. Item, Per hoc qui nō manet in Christo, & in quo nō manet Christus, procul dubio nec manducat carnē eius, nec bibit eius sanguinē, licet carnaliter & visibiliter premat dentibus sacramentū corporis & sanguinis Chr̃i, sed magis tantæ rei sacramētum ad iudicium sibi manducat & bibit, quia immundus præsumit ad Christi accedere sacramenta, quæ aliq̃s nō digne sumit, nisi q mūdus est. Cōmunionis siue incorporationis aptū simile videmus apud Cyrillū, libr. 4. cap. 17. * Sicuti, inq̃t, liquefactæ ceræ aliā cerā infuderit, alteram in altera per totum commisceat necesse est, *si quis carnem & sanguinem domini recipiat, cū ipso ita cōiungatur. Aliud simile est apud Matthæū capite decimotertio, fermēti, quod totā massam fermentat. De incorporatione nullum dubium esse potest ex parte Christi, qui mentiri non potest. Videamus, ne nos nobis ipsis mentiamur. primæ Ioannis secundo: Qui diligit fratrem suum, manet in lumine. capite tertio: Qui manet in eo, non peccat. capite quarto, Qui manet in charitate, in Deo manet. Veritas nos ita per charitatis symbola vult certiores nostræ vocationis reddere. Faxit Deus, ita veraces comprobemur. Amen.

IN FERIIS NATIVITATIS S. IOANnis Baptistæ, Euangelium Lucæ I.

Elisa-



Lisabeth impletum est tempus pariendi,& peperit filium. Et audierunt vicini & cognati eius, quia magnificauit dominus misericordiam suam cum illa,& congratulabantur ei. Et factum est, in die octauo venerunt circuncidere puerum,& vocabant eum nomine patris sui Zachariam. Et respondens mater eius, dixit: Nequaquam, sed vocabitur Ioannes. Et dixerunt ad illam: Quia nemo est in cognatione tua qui vocetur hoc nomine. Innuebant autem patri eius, quem vellet vocari eum. Et postulans pugillarem, scripsit, dicens: Ioannes est nomen eius. Et mirati sunt vniuersi. Apertum est autem ilico os eius & lingua eius,& loquebatur, benedicens Deum. Et factus est timor super omnes vicinos eorum,& super omnia montana Iudææ diuulgabantur omnia verba hęc. Et posuerunt omnes qui audierant, in corde suo, dicentes: Quis putas puer iste erit? Etenim manus domini erat cum illo. Et Zacharias pater eius, repletus est spiritu sancto,& prophetauit, dicens: Benedictus dominus Deus Israel, quia visitauit & fecit redemptionem plebis suæ, Et erexit cornu salutis nobis in domo Dauid pueri sui: Sicut locutus est per os sanctorū, qui à seculo sunt, prophetarum eius. Salutem ex inimicis nostris,& de manu omnium qui oderunt nos. Ad faciendam misericordiam cum patribus nostris,& memorari testamenti sui sancti. Iusiurandū quod iurauit ad Abraham patrem nostrum, daturum se nobis, Vt sine timore de manu inimicorum nostrorum liberati, seruiamus illi In sanctitate & iustitia coram ipso omnibus diebus nostris. Et tu puer, propheta altissimi vocaberis: præibis enim ante faciem domini parare vias eius, Ad dandam scientiam salutis plebi eius, in remissionem peccatorum eorū. Per viscera misericordiæ Dei nostri, in quibus visitauit nos Oriens ex alto. Illuminare his qui in tenebris & in vmbra mortis sedent, ad dirigendos pedes nostros in viā pacis.

PROOEMIVM.



Ectio euangelica, quam modo vestra charitas audiuit, de Helia plenius agit. Lectio epistolæ prophetica, parcius Heliæ meminit: copiose vero Messiam prędicat. Et euangelistæ omnem statū euangelicæ lectionis non ad Heliam, sed ad Messiam referunt. In ipso Messia siquidē situm est salutis omne negocium. Helias saltem testis est. Hic index est viæ, ille via, Ioan. 14. Obserua, Zachariam quoq; ipsius Heliæ parentem, non in suo nato fixum manere atq; adhærescere, sed per natum, in ipsum promissum Sotera mūdi adscendere. Summa huius lectionis, in quatuor est sita. Primum, Miraculosa natiuitas Ioannis. Secūdum, Gaudiū & congratulatio viciniȷ. Tertium, Circuncisio & nominis impositio p̄clara. Quartū, Canticū Zachariæ. Omnia iucunda relatu, omnia salutaria auditu. Faxit Deus, auribus audiendi audiamus.

Elisabeth impletum est tempus pariendi,& peperit filium.

Nouem mensibus exactis, tempus pariendi fores pulsauit. Veritas Dei in nostro mendacio se declarauit. Zacharias ad angeli nunciū dubitauit, sed veritas non errauit. Si non credimus, ait Apostolus 2. Timot. 2. Deus tamen manet fidelis, seipsum negare non potest. Pater mutus factus, à Deo tactus & percussus videbat. Mater grauidata, pudorio suffusa rubore, sese occultauit primo: quia turpe est, anus hircissans. Accedit huc illud poetæ: — Fidei meritum.

Turpe, senilis amor.

Origenes & Ambrosius sacrosancta de verecundia scripsere Elisabethis. inter cætera dicit Ambrosius etiā opera nuptiarū honestam eam erubuisse. Sed salua res est. initiū sapientiæ atq; omnis boni, timor dñi. habet & suū meritū apud Deum honestas & castitas connubiȷ, habet & suā promissam mercedē synceritas fidei, iuxta hoc: Beati

qui non viderunt,& crediderũt. Filia itaq; fidelis Abrahæ, ibi credens, vbi credulitatis nulla fuit naturalis ratio, Gene.15. Rom.4. fidei ſuæ præmium ſuſtulit prophetã magnum, in gaudium totius orbis. Sequitur:

Et audierunt vicini & cognati eius, quia magnificauit dominus miſericordiam ſuam cum illa, & congratulabantur ei.

Vicinus bonus, mons aureus.

Focus proprius & vicinus commodus, mons aureus. Non inepte ædes ſuas inſcribens, eam cauſam vicinio optimo commẽdauit, vt pluris eas diuenderet. Mali vicini execrationẽ pete apud Heſiodũ. Hic commendandum bonũ vicinium. Periœci inter ſe & gaudia & luctus habent communes, Roma.12. Importuni amici Iob, afflicto inſultantes. Gaudia ea, quæ hic de vicinis Zachariæ prædicantur, ſancta ſunt: vnde & antea per angelum prędicebãt. Cantantur apud poetas lætitiæ partus Andromaches. Et Chorilaus Lacedæmonius, à natiuitatis ſuæ gaudijs hoc ſortitus eſt nomen. Sed vana omnia mundi ſunt gaudia: quæ de ſurſum ſunt, vera ſunt & ſolida. Talia inuenias patriarcharũ, Abrahæ, Iſaac, Iacob. Item, teſte Origene & Ambroſio, duodecim patriarcharũ, præcipue natiuitatis Obeth. Ruth 4. Vbi dicitur: Iylad ben le Naœmi, hoc eſt, filius natus eſt Noemi. Et mulieres dixerunt: Benedictus Deus, q nõ paſſus eſt vt deficeret ſucceſſor familiæ tuæ. Et euangeliſta noſter ait: Magnificauit dominus miſericordiam ſuam cũ Eliſabeth: q̃d ex Hebræo ſic poterit reddi: Magna quippe miſericordia domini. Sic Ioannis natiuitatis gaudia, excellunt omnes legis iucunditates, ſed quantũ Ioannis lætitiæ legales ſuperant, tantũ à Mariæ partus delectamentis ſuperantur: omnia ſuperat tantũ oualis iubilus natiuitatis Chriſti. Propter Chriſtũ feſta omnia. Vnde & Ioannis natiuitas feſta dicitur, quoniã euangelica. Aurora & lucifer ſunt natiuitatis Ioannis & Mariæ gaudia, ſolis iuſtitiæ lætum ortum præcedentia. Ioannes dicitur lucerna ardens, apud euangeliſtam Ioannem cap.5. Beatus qui in eo lumine ingreditur.

Et factum eſt, in die octauo venerunt circuncidere puerum, & vocabant eum nomine patris ſui Zachariam.

Circũcidũtur Chriani q̃tidie ſpũaliter.

Puſio in lege natus, merito ſecundũ legem eſt circunciſus. Nobis nihil cũ legali circunciſione, quia ſolum ſpiritualis debitores ſumus circunciſionis, Col.2. Immo etiam Iudæi ad Chriſtum conuerſi, liberi ſunt à legis onere, quia lex eſt ſpũalis. Corda noſtra manet circunciſio manus Lex. Deuter.10.30. Roma.2. Marc.7. Noſtrum quoq; ſabbathum eſt myſticũ, Eſa.66. Sacrificiũ itidem noſtrum ſpirituale dicitur Oſeæ 5. Matt.9. Rom.12. Verũ niſi ſpũaliter circuncidamur, præuaricamur. Infans ſanctus hic circunciditur, quemadmodum & infrà ſanctus ſanctorum: quo admonemur, vt & nos ſubinde circuncidamus, à vanis omnibus nos abſtinendo. Exempla priſca ſanctorũ patrum, eorũ qui ſilicernij & ſteriles prole beati ſunt, renouantur, vt videamus Deũ ſemper eundem manere, nec tẽporis diuturnitate vlla mutari. Malac.3. Ani Adonai velo ſanithi, hoc eſt, Ego dominus q non mutor, pſal.106. Heb.1.7. Tu autem permanes. Hic renouatur gratia, quæ contigit Abrahæ & Saræ, Gen.21. Roma.4. Helchanæ & Annæ, 1. Reg.1. Parentib⁹ Samſonis, Iudic.3. Inſtitit opus plenitudinis gratiæ, vnde rite tantæ miſericordiæ Dei renouantur opera.

Et reſpondens mater eius, dixit: Nequaquã, ſed vocabitur Ioannes. Et dixerunt ad illam, quia nemo eſt in cognatione tua, qui vocetur hoc nomine. Innuebant aũt patri eius, quem vellet vocari eum. Et poſtulans pugillarem, ſcripſit, dicens: Ioannes eſt nomen eius.

Hic vehemens contentio & controuerſia cooritur, quæ tamen maieſtate verbi Dei ſedatur. Vicinæ prætendũt conſuetudinẽ, quæ maiorũ nomina poſteris tribuit. Sed Zacharias habuit aptũ verbũ, à quo nõ licuit illi diſcedere vel latũ culmum. Dixerat angelus: Vocabis nomen eius Ioanné. Tam hoc oportuit præſtari, q̃ filio Mariæ nomen ſuum Ieſus dari. Attende autem, q̃ ſibi conſentiant qui ſpm̃ Dei habẽt, & qui ex Dei ſpũ loquuntur. Nulla hæreſis ſibi conſtat. Scyllæ inguen eſt hæreſis omnis. Non em̃ in Scyllæ inguine rabidorũ canũ latratus poterit eſſe æque varius, atq; ſibi diſcrepat hæreſis omnis: q̃d hodie videm⁹ in controuerſia ipſa, quæ inter ipſos eſt hæreticos, de peccato originali, & de ſacramento euchariſtias &c. Contrà, eccleſiæ oẽs ſibi in mirũ modũ conſentiunt, per tot diuerſa loca & temporũ interualla diſtantes. Quis hic Eliſabetham docuit, Ioannem vocandũ infantẽ? Spũs ſanctus: neq; em̃ id facere poterat Zacharias iã mutus factus. Angelus nomen hoc patri oſtendit, Spũs ſanctus idẽ matri inſinuauit. Hic lis eſſe nõ poteſt,

potest, quia spūs sanctus angeli & coniugum castorꝫ moderator sibi contrarius nō est. Obserua hic, mulieris caput esse virum. Innuunt ergo Zachariæ, atqꝫ ipsum de nomine pueri consulunt, tametsi matris sententiam audierint certā. Alibi ostendimus, Iudæos in nominib⁹ indēdis solicitos extitisse: fuit & ille mos apud ethnicos, sed apud Iudæos maius habuit pondus, sacramenti nimirum magni. Apud Homerum vides filio Hectoris Camandrio nomen mutatum, & vocitatum Astyanacta, hoc est, Troiæ assertorem. Sed noster hic pusio vocatur Ioannes, vt grāæ plenitudinē instantē istoc nomine delinearet. Poterit Latine verti, Gratianus. Sic olim dictus filius Careah Hiere. 40. Sic & vocabaē filius Simonis, quem clam superauit ferro filius*Abenbi, 1. Mach. 9. Hic iucunda omnia, quoniā fores pulsarunt omnia Dei gratiæ sacramenta. Beatus qui eorum fit rite consors. Sequitur:

Et mirati sunt vniuersi. Apertum est autē ilico os eius, & lingua eius: & loquebatur, benedicens Deum.

Hic obserua miraculorum Dei proprietatem, atque adeo veritatem. Hostis quid aliud faciat, q̄ noceat? Nisi eñ quid noceat, diabolus esse desinet. De hac re ait Petrus apud Clementem lib. 3. Dic, quæso, quæ vtilitas est, ostendere statuas ambulantes, latrare aureos & lapideos canes, salire montes, volare per aerem, & alia his similia, quæ dicitis fecisse Simonem? Quæ autem à bono sunt, ad hominū salutem deferuntur, vt sunt illa, quæ fecit dominus noster &c. quæ etiam per me fieri videtis. Cæterum quod & dominus percutit, peccata nostra hoc postulant. Sic Zachariæ loquendi organa propter incredulitatē subtraxit. Sic decē plagis percussit Aegyptū, & vndis obruit Pharaonem. Sic lepra percussit Giezi. Sic etiam pueros irridentes prophetā, immissis vrsis, dilaniauit. Cæcitate etiā plerosqꝫ percussit, Gene. 19. 4. Regum 6. Cæterum dominus etiam percutit, vt sanet: mortem irrogat, vt vitam declaret, Ioan. 1. 1. Regum 2. Claudit cœlum, vt maiori gratia redaperiat, 3. Reg. 17. Origenes hoc loco adnotauit mysterium, quod deinde approbauit Ambrosius: Synagoga, veniente verbo, debuit obmutescere. Quid enim rauca æra faciant ad vocem, quæ ea quæ non sunt, tanquam existant, vocat? Ipse dixit, & facta sunt, ait Dauid. Vt illa vox hoc potens, verbum incarnatum designetur, os sacerdotis legalis merito obticuit.

Et factus est timor super omnes vicinos eorum, & super omnia montana Iudææ diuulgabantur omnia verba hæc. Et posuerunt omnes qui audierant, in corde suo.

Hic timor non est vulgaris ille, de quo vndiqꝫ legitur. Immensum timorem hic intelligas oportet. Hic timor est, q̄ & cor & mentem hominis concutit & aufert. Talis corripuit custodes sepulchri dominici, Matth. 28. Hoc se timore percitos fatentur piscatores Galilæi in stagno Genezareth, Luc. 5. Naimitani hoc timore exanimati, Luc. 7. Sic tremuere Solymitani, visis tot miraculis per manus apostolorum editis, Acto. 2. Ecclesia sic obstupuit, Anania cum vxore sua percusso, Acto. 5. Rumor hic increbuit vltra montana, immo etiam impleuit chronica omnia, annales omnes, omnes nationes & linguas. Hoc Iudæi, Romani & Græci, hoc etiam Turcæ hodie fatentur. Potens veritas. Benedictus Deus veritatis. Sequitur:

dicētes: Quisputas puer iste erit? Etenim manus domini erat cū illo.

Sunt nati plerīqꝫ infantes, præsagiū certum præ se ferētes magni alicuius aut probri, aut virtutis, per puerum eum futuri. Hoc se sic habet nō solum in populo Dei, sed & in ethnicis. Zoroastres natus primo risit, scilicet suam ipsius stultitiam adumbrans. Inuentor infelix idololatriæ & magiæ, tandem in bello occisus, æternam damnationem, vtriusqꝫ inuenti præmiū sumpsit. Zoroastres & aliȷ ethnici quanquā certo præsagio diuinitus sint designati, aut in dedecus, aut in decus insigne aliquod abituri: tamen eorum natales tale mysterium non habent, qualia videmus in natalibus miraculosis filiorum Dei. Esau & Iacob sic nati gemelli, vt posterior prioris plantam teneret, Gene. 25. Instante item partu Thamar, apparuerunt gemini in eius vtero: atque in effusione infantium, alter protulit manum, cui obstetrix coccinum alligauit, dicens: Iste egredietur prior. Ille vero manum retraxit, alteri cedens. Hi & hoc genus aliȷ natales, certum diuinorum mysteriorum habent indicium: quale in partu sancti Nicolai, sancti Ambrosiȷ, sancti Thomæ Aquinatis, & aliorum sanctorum patrū catholicæ traducis, quos dominus Deus in certam gloriam suæ ecclesiæ contra hæreticorū vesaniam excitandos, talibus p̄sagiȷs, statim natos, toti mundo fecit admirandos. Viderunt hic etiam Iudæi gloriæ Dei haud obscurū portētū. Steriles

Pueri pleriqꝫ p̄sagium p̄ se ferūt sui successus.

& decrepiti parentes existunt:pater factus mutus,organa vocis recepit,vterq; in nominis impositione idē sensit.Chrysostomus dicit,Ioannem nullū vnquā miraculū edidisse,nisi hoc q̄ parenti loquēdi vsum reddiderit.Et nostra idē fatetur ecclesia, in hymno canens:

Sed reformasti genitus parenti
Organa vocis.

Horū,quæ omnibus manifesta erant, miraculorū consideratione dicunt:Quisputas puer iste erit?De sacramento gloriæ rei,recte senserūt.*Abijt em̄,immo iā extitit propheta,plus q̄ propheta,Helias, angelus,p̄cursor,baptista & martyr Christi.

Felices,infans, qui te genuere parētes. Ecce sic benedicetur homo qui timet dominū.De parentū sanctimonia vide quæ idē euangelista Lucas præmiserit.Hodie totus mundus vere in maligno positus,de gloria Dei non est solicitus:

Veniat qui proderit hospes.

Veniet ergo Nemroth impetuosus,veniet Iudas Scarioth,& Simon magus:tales em̄ meretur hic mundus,tales itē excipit,admiratur,& in precio habet. Si educationem liberorū attendas,vides mundū non Christo,sed mām̄oni,atq; adeo vero antichristo,proles suas deuouere. Plutarchus, q̄ insignē libellū de puerorū educatiōe scripsit:Quintilianus quoq;,q̄ hac in re etiam solicitus extitit:& alij ethnici eius studij p̄clari,propediē nostri erunt iudices,q̄ puerorū nostrorum liberalem & religiosam educationē adeo negligimus.Apud Platonē Demodocus consulit Socratem de Theagis filij sui institutione.Philippus Alexandri Magni pater, nato sibi filio, dijs suis gratias egit,Aristotelem se habere insignē philosophū,cui infantem traderet erudiēdum.Non sunt contemnenda tanquā minima,sine quibus magna constare nō possunt,dicit sanctus Hieronymus.Bonū est, iugū legis Dei portare ab adolescentia,ait Hieremias.Hoc vides in Elisabeth & Zacharia,q̄ à teneris assuefacti virtuti,in tam felices abierunt senes.

Puerorū institutio neglecta.

Et Zacharias pater eius,repletus est spiritu sancto,& prophetauit,dicens:Benedictus dn̄s Deus Israel,q̄a visitauit & fecit redemptionem plebis suæ.

Suprà Maria hymnum gloriæ Dei deprompsit,hic eodē sp̄ū Zacharias hymnizat:illa gratias egit, q̄ futura erat mater Messiæ:hic psallit,q̄a factus pater Heliæ. Ode incipit:Benedictus *Deus.Exordium spirat Hebraismū.Dialectus est Hebraica, Benedictus Deus:pro quo nos dicimus, Gratia Deo,laus,honor, gloria Deo &c. Notū est Hebraicū, Baruch Adonai, de qua re cōsule nostrā interpretationē psal. Benedic.Deus Israel,tantū est acsi dixerit, Benedictus Deus omniū fideliū,bene viuentium.Sic hodie dicimus,Deus apostolorum, martyrū,confessorū,virginū,& omnium bene viuentiū.Olim cū totus mundus idola coleret,Deus solus fuit Israel Deus,q̄a solus Israel coluit vnū Deū.Quia visitauit & fecit redemptionē &c.Visitare,hic significat gratiā perfundere,miseriā suorū attendere,& eosdē asserere.Zopho.2. Visitabit eos dn̄s Deus eorū,& auertet captiuitatem eorū.Sic exponunt visitationē Chr̄i Naimitæ,Luc.7.Christus quoq; ipse,Luc.19. Est & alia adhuc Dei visitatio,sed iracundiæ Dei,quādo venit prouocatus ad vltionē sumendā de reprobis, Esa.13.27.Hiere.13.14.Oseæ 2.Amos 3.Zach.10.Hic additur,& fecit redemptionē plebis suæ:exegesis est.exponit se Zacharias,de quanam visitatione velit sua verba intelligi.Redemptio,profundissimorū mysteriorū vocabulum est.Redimuntur captiui ab hostibus, in seruitutē subacti,in ærarium redacti,depressi,prægrauati & damnati,mortiq; addicti.Lytrosis nostra oīa comprӕhendit, & ea dupliciter.Omnia em̄ mala hæc,& hoc genus plura,cū in anima, tū in corpore nostro ferebamus.S.Lucas redemptionem nostrā vocat lytrosin,Matthæus lytron cap.20.vbi ait:Filius hominis venit animā suā dare redemptionē pro multis. Apostolus 1.Cor.1. Ephe.1.vocat apolytrosin,Item 1.Tim.2,antilytron. Quodq; horū vocabulorū,significat preciū quod expenditur in redemptionem aliorū.Precium hoc Christus Iesus,1.Cor.1.Ille idem, q̄ nostrū est præmiū,q̄ redempti sumus,est & ipse assertor,redemptor,saluator,lytrota, Hebraice *pideon, id est, redemptio, *podeh redemptor.Facere redemptionē, dialectus est Hebraica.Psal.3.habes de redemptionis eius modo.Declaratur apolytrosis istæc Rom.8.Ephe.4.Apostolus q̄q; extremū diē vocat ἡμέραν ἀπολυτρώσεως, hoc est,diem redemptionis,de qua & dominus dicit Luc.21.Quoniam appropinquabit redemptio vestra.

Et erexit cornu salutis nobis in domo Dauid pueri sui.

Exegesis adhuc est verbi in capite hymni positi,Visitauit.Cornu,castrēse est vocabulum,& significat alæ aciem.Cornicularius inde,significat eum q̄ adstat decurioni.Bacchus quoq; victoriosus,pictus & dictus est corniger.Cornua item accipimus

pro

pro omniũ rerũ abundantia & animosita-
te. Ouidius:

Pauper sua cornua sumit.

Hebraismus idiomati nostro accedit. Dauid vocat Deũ cornu salutis, 2. Reg. 22. Anna vaticinatur Christi huius cornu exaltãdum, 1. Reg. 2. Erigere, hic significat excitare. Deute. 18. Act. 7. Excitabit dñs prophetã. Prophetã illũ fore regẽ potentem, atq; adeo cornu populi sui, hoc est, redemptorum propugnatorẽ, rectorẽ, ducem, &c. vides psal. 2. Hiere. 23. Zach. 9. Cuius regnũ sit perpetuũ, Danie. 2. 3. Cõtra cuius regnũ ne inferorũ quidẽ portæ præualebũt, psal. 117. Matthæ. 21. Domus Dauid, est stirps & prosapia ea nobilissima, vnde Ioseph & Maria orti, Mat. 1. Luc. 1. 2. 3. Rom. 1. Christus quoq; ipse, Dauid vocatur Oseę 3. psal. 110. Mat. 22. Domus Dauid, proprie est ecclesia catholica, possessio Christi.

Sicut locutus est per os sanctorũ, qui à seculo sunt, prophetarũ eius.

Scriptura sua verba probat: sic eñ robur suũ ode accepit. Cæterũ oĩs homo vanitas, quid nisi futilia loquat? Sic & Maria virgo verba sua scriptura fulcit, Abrahæ mentionẽ faciens. Respicit Zacharias ad semen Abrahæ, ad * Siloth Iacobi, ad Nabi, hoc est, ad prophetã Mosis, ad thronũ & semen Dauidis. Ad filiũ item virginis ab Esaia signatũ, respicit. Itẽ ad regẽ sapientẽ, de quo vides apud Hieremiã. Huc & quadrat hoc, q̃d de pastore vnico p̃dixit Ezechiel: conuenit & huc, quod Daniel vaticinatus est de iudice antiquo dierũ. Nec procul abesse signat, q̃d dictũ est de Bethlehẽ in Michea, & cætera hoc gen⁹ ordine. Ab æterno, hoc est, ordine suo à superioribus seculis vsque ad ea tempora, Hebraice Me olam, Græce ἀπὸ αἰῶνος. Prophetę etiã sancti vocant Ephe. 3. 2. Pet. 3. De ore prophetico vides Act. 3. Ibidẽ lege de adimpletione oraculorũ prophetarũ, cap. 10. Itẽ Luc. 24. Matt. 11. Roma. 3.

Salutem ex inimicis nostris, & de manu omniũ qui oderunt nos.

Redẽptio ... de ... sa... Dixerat excitatũ cornu, visitasse dominum Israel, &c. Hic omniũ horũ rationem assignat, nẽpe quotuplicem. Prima est, redemptio siue salus. Ne quis redemptionẽ de temporali aliqua & carnali assertione intelligat, hic eam vocat salutem, ꝙ potissimum ad spũalia ea, nimirum quæ animæ sunt, respicit. Hic cœlesti cornu opus habuit genus humanum. Cæterum aduersus hostes carnales, Iosue, Othoniel, * Ehud, Sangar, & alij duces sufficiunt. Immo etiã mulierculæ hic aliquid possunt, Delbora, Iahel, Iudith, Hester &c. Sed lucta est nobis cum spiritibus, qbus est potestas aeris, Ephe. 2. Satanas impugnandus nobis, à cuius violentijs nos noster Iesus redemit, Act. 26. Ex ore draconis, Apoc. 16. Principi mortis nos subtraxit, Hebr. 2. Venit fortior, & vicit armatũ illũ fortẽ, de quo Luc. 11. Huc facit insultatio ea, quæ apud Apostolũ est ex Osea accepta: Vbi est mors stimulus tuus? Obserua hic tautologiam Hebraicam, Ex inimicis nostris, & de manu omniũ qui oderunt nos. Quod multorum osorũ mentionem facit, primo respicit ad cacodæmoniorũ innumerabilẽ vim. Vnde ait apud Luc. 8. Legio est mihi nomen. Itẽ Marc. 5. De malignis spiritibus & angelis, vide Ephe. 2. 1. Timo. 4. Matt. 25. psal. 78. Accedit huc, ꝙ vanitates huius mundi sunt infinitæ. Vanitas vanitatũ, & oĩa vanitas. Sanguines, & non sanguis, sunt in mundo, quia sanguis sanguinẽ tetigit. Sic non solũ diabolus, sed & mundus & ipsa caro nobis insidiantur, hoc est, odio habent.

Ad faciendam misericordiam cũ patribus nostris, & memorari testamenti sui sancti.

Hic addit secundã & tertiã rationẽ erecti cornu salutis. Gratificatus Deus patribus, fecit misericordiã suis electis. dicit:

Me liceat casum miserari insontis amici.

Nihil æque officij illis gratius præstare poterit. Cornu eñ hoc salutis p̃ualet portis inferorũ. Vnde ait Simeon: Nunc dimittis seruũ tuũ dñe, secundũ verbũ tuũ in pace: quia viderunt oculi mei salutare tuũ. Quid aliud sperauerunt, quid aliud optauerunt Adam, Noe, Loth, Abrahã, Isaac, Iacob, &c. q̃ Christũ? Abrahã vidit diem Christi, & gauisus est. Facere misericordiã, Hebraismus est Exod. 20. Iud. 1. Ruth 1. 2. Reg. 9. 3. Reg. 3. 1. Para. 19. Beneficium facere, bene mereri de aliquo. Tertia causa erecti cornu, est testamenti confirmatio. Memorem sui pacti se Deus declarat. De testamento fœderis sui, q̃d cũ patribus pepigit Deus, vide Gene. 15. 17. Leuit. 27. Deut. 7. 2. Reg. 23. 2. Para. 13. Memor etiã fuit pacti sui Deus, Exo. 6. Leuit. 26. Tempore vero Zachariæ, penitius testamenti sui memor, quod per filij sui aduentũ in hunc mundum, illustrauit. De testamento istoc vide itẽ Esa. 55. Hiere. 31. 33.

Iusiurandum quod iurauit ad Abraham patrem nostrum, daturum se nobis.

Iusiurandum de quo hic agitur, habes Gene. 22. vbi dicitur: Per memetipsum iuraui, Iusiurandum Dei.

 raui,

raui,dicit dominus,quia fecisti hanc rem, & non pepercisti filio tuo vnigenito:benedicam tibi,& multiplicabo semen tuum sicut stellas cœli,& velut arenam quæ est in littore maris.Promissionem eam vidit Zacharias dominũ præstitisse fidelibus,q sunt verum semen Abrahæ.Cæterũ & semen Abrahæ,Israel totus,cui cum primis natus & datus est Christus.Subinde in scriptura legas dominum iurasse Abrahamo, Isaaco, & Iacobo, Exod.33.Deuter.7.29.31.Quod vero dicitur de terra Chanaan, mystice intelligendum de regno cui excidit satan.Filij Abrahæ nunc sunt,credentes:sic & regnum Chanaan allegorice accipiendum.Iurauit & Dauidi psal.89.110.132.Dauidi autem iurauit æternũ regnum, vtiq; spũale.Atq; hæc de quarta ratione cornu erecti.

Vt sine timore de manu inimicorum nostrorum liberati, seruiamus illi.

Manus qd significat.

Quinta hic exponitur ratio.Voluit nos Deus sibi soli spiritu libero seruire:quod nihil aliud est,q̃ vere regnare.Rogas vbi hæc promissio memoriæ tradita inueniatur? Respondeo,Gene.22.vbi dicitur,Possidebit semen tuum portas inimicorũ suorũ.Qui nostri inimici sint,suprà audistis. Inimici item hominis,domestici eius.Manus etiã in scriptura significat potestatem. Vt,Tibi in manu est,In manu tua est,&c. Significat & violentiam,vt manũ inferre. Significat etiam exercitum.Vnde dicitur, conferere manũ,pro bellum gerere. Sine timore.Nunc non timemus quid nobis faciat caro.Non turbetur cor vestrũ,neque formidet. Confidite in me,quia ego vici mundũ. Charitas omnem timorem mittit foras.Insultamus etiam hosti diabolo, morti & inferno.

In sanctitate & iustitia corã ipso, omnibus diebus nostris.

Liberati à timore hostis,æquũ est vt timeamus assertorem, non quidẽ seruili timore,sed liberali.Abeant,qua digni sunt, in malam crucẽ hæretici,qui hunc timorẽ nobis abolere student nomine solius fidei, vt ex filijs Abrahæ,filij Belial efficiamur. Requiritur hic etiam sanctimonia & iustitia,nempe bonorũ operũ.In sanctitate,Leuit.19.1.Pet.1.Et iustitia,quia dñs iustus in medio nostri,Sopho.3.Sanctimonia,quãtum ad ipsum,Ipse sanctus est,vult ergo sanctũ cultũ.Iustitia,quantũ ad proximũ, facto nimirũ,quia qui facit iustitiã,iustus est.Sanctimonia,mentis,fidei & spei:iustitia,charitatis & fructuũ fidei seu spũs.Apostolus Tit.2.addit sobrietatẽ. Sobrios,iustos,& pios vult nos seruire.De cultu Dei vide Matt.4.Roma.6.7.12.Col.3.1.Thes.1.Heb.9.Non intellige momentaneũ cultum,sed accipe æternũ,perpetuũ,assiduũ, &c.Q.d.Vitam quam porro viuemus,illi viuamus,2.Cor.5.Mortui seculo, Gala.6. mortui peccato,Roma.6.

Et tu puer,propheta altissimi vocaberis:præibis eñ ante faciem dñi parare vias eius.

Hactenus dixit de Messia,iam apostrophat ad Heliam,de quo Malach.4.Matt.11.Marc.9.Luc.1.Primo de dño,dein de filio suo.Plus tribuit dño,quemadmodum etiam euangelista facit Ioannes cap.1.Messias sine prodromo venire non debuit,nec alium præter Ioannem habere,quemadmodũ & nullam aliam matrem,q̃ electam eam & præelectam virginem Mariam.Suprà dixerunt,Quisputas erit puer iste? Respondet pater:Propheta summus & prodromus,erit hic meus filius,Messię filij Dei & filij Mariæ nasciturі propediem. De pparatione viæ, vide Matth.3.Marc.1.Lucæ 1.Ioan.1.quæ omnia ex Esaia 40.sunt accepta.

Ad dandã scientiam salutis plebi eius,in remissionem peccatorũ eor.

Præuidit Zacharias tempus abolitionis legis imperfectæ instare,cessabũt oblationes ouium, boum, volatilium, thuris, & hoc genus rerum.præsto eñ est agnus Dei. Agnum eum tu puer demonstrabis. Nec demonstrabis modo,sed & viam illi præparabis,hoc est,pœnitẽtiæ dignos fru ctus doçebis,& aqua baptizabis. Exalta bis quasi tuba vocem tuam,& clamitabis, pœnitentiam agite.Scientia salutis,est euã gelij exordium, atq; adeo euangelion, te stimonium de Christo,& morum forma tio:nempe,Qui habet duas tunicas,det al teram non habenti.Item,Nihil amplius q̃ quod constitutum est vobis,faciatis.Item, Neminem concutiatis,neq; calumniam fa ciatis,& contenti estote stipendijs vestris. Hac sciẽtia milites,publicani & turbæ sunt instituti,& facti via plana domino Iesu.In remissionem peccatorum.Qui aliter do cet,Iouinianista est,non Christianus:nec profert scientiam salutis,sed stultitiam sui cordis mortiferam.

Per viscera misericordiæ Dei nři, in qbus visitauit nos Oriẽs ex alto.

Mentione peccatorum facta,hoc adijcit, ne quis Ioanni remissionem peccatorum adscribat, contra hoc Psalmis Ti bi

bi soli peccaui, & tu remisisti impietatem
peccati mei. Pontifex bonus, sibi non ar-
rogans honorem diuinum, hos & illos ca
sus. Vnde ergo Ioanni officium præcurrē
di ad dandam scientiam salutis plebi Dei
in remissionem peccatorum? Per viscera
misericordiæ Dei nostri. Nullo beneficio
legis, nullo merito suo, vel meo, vel etiã pa
trum. Deus solus remittit peccata gratis
suapte clementia. Alludit huc quod Apo-
stolus ait: Tunc cũ adhuc peccatores esse-
mus, dedit filium suum pro nobis. Viscera
miserationum, profundissimam compas-
sionem significant, quæ nos vocamus cor-
dolium & penitissimam cordis cõmotio-
nem. Sic mouebatur Ioseph super fratri-
bus suis, Geñ. 43. meretrix super filio suo,
sub iudice Salomone, 3. Reg. 3. Talem re-
quirit Apostolus ex nobis, Phil. 2. Coloss.
3. Item Petrus nobis eam cõmendat, 1. Pe
tri 3. Immisericordē itē esse, Ioannes 1. ca.
3. vocat claudere viscera. Olim quoq; ijs-
dem visceribus descendit, Exodi 2. & 3.
sed tunc descendit in vmbra, hic vero in
Oriens Christus. corpore ipso. Oriens descendit, q̃a in ipso
innouata omnia. Zacharias pontifex, ex
Zacharia propheta Christũ vocat Orien
tem, cap. 3. Isch zemach, id est, vir germē,
cap. 3. & 6. Septuaginta reddiderunt, ἀνὴρ
ἀνατολή id est, vir Oriens. Septuaginta se-
quutus Zacharias. Cæterum vnus est sen-
sus. zemach id est, germē dicit iuxta hoc,
quod & apud Euangelistas dicitur: Puer
autem proficiebat ætate & sapientia &c.
Oriens dicitur ratione Deitatis, qua illu-
xit huius mundi tenebris, Orientem He-
bræi vocant Mizrah. Vide Esa. 43. 46.

Illuminare his qui in tenebris & in vmbra mortis sedent, ad dirigendos pedes nostros in viam pacis.

Ad quid oritur Sol? Nonne vt pellat tenebras, & lucem seculo reddat? Simili rõne natus & datus est huic mundo Christus. Tenebræ quæ sint, vide Ioan. 3. Et ea quæ dicta sunt, satis ostendunt quid tenebræ existant. Peccata sunt, sanguines sunt, mors sunt. Nam & mors tenebrę dicitur, & æternus somnus. Vmbra mortis & tenebræ, idem significant. Vult tautologus esse, vt sensa dicendo exprimat. Vmbra mortis, non procul abest ab æterna morte. Illucescit illis Christus, id est, iustitia, vt sua speculentur & videant flagitia. O sacra Epiphania, quam celebrat Apostolus ad Titũ 2. & 3. vbi ait, Epephane, id est, apparuit vel illuxit gratia saluatoris Dei nostri &c. Declarat & hic locus adimpletam prophetiam Esaiæ: Populus qui ambulat in tenebris, vidit lucem magnã, ca. 9. Matthæi quarto. Vmbrã mortis, Hebræi vnica exprimũt dictione zelmaucht, de qua vide Psalm̃. 88. Videtur Zacharias loqui verbis psalmographi. Nam & in psal. 14. via pacis exprimitur. Dirigere pedes siue gressus, item in psalmis frequēter legitur. Est & ille loquendi modus frequēs apud Latinos. significat certũ iter tendere, viã rectã ire. Nullus nunc error est, postquam via factus est Christus. hũc qui sequit̃, nõ palat. Faxit Deus viam illam teneamꝰ, ad suam solius gloriam, Qui viuit & regnat in sancta Trinitate vnus & idem ꝑ omnia secula, Amen.

IN FESTO S. APOST. PETRI ET Pauli, Euangelium Matth. XVI.



Enit Iesus in partes Cæsareę Philippi, & interrogabat discipulos suos, dicens: Quem dicunt homines esse filium hominis? At illi dixerunt: Alij Ioannem Baptistam, alij autem Heliã, alij vero Hieremiam, aut vnum ex prophetis. Dicit illis Iesus: Vos autem quem me esse dicitis? Respondens Simon Petrus, dixit: Tu es Christus filius Dei viui. Respondēs autem Iesus, dicit ei: Beatus es Simon Bar Iona, quia caro & sanguis nõ reuelauit tibi, sed pater meus qui in cœlis est. Et ego dico tibi, quia tu es Petrus, & super hanc petrã ædificabo ecclesiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduersus eam. Et tibi dabo claues regni cœlorum. Et quodcunq; ligaueris super terram, erit ligatum & in cœlis: & quodcũq; solueris super terram, erit solutũ & in cœlis.

PRAEFATIO.



Vtinã misericordia Dei omes vnà in perfectionem, cuius exemplar nobis Christus Iesus intercedit, adolescamus charissimi. Ad hoc certe omnibus viribus contenderemus, Matth. 5. Philip. 3. Colossen. 1. 4. Verum dum ipsum Christum & eius domum, quã inhabitat, ignoramus, perfecti esse non possumus, sed quouis vento doctrinæ huc atque illuc abigimur. Commoda ergo lectio hodierna euangelij, quæ Christum nobis declarat, locumq; eiusdẽ nobis habitationis ostẽdit. Quod si filij veritatis fuerimus, lectionem præsentem imis sensibus procul dubio condemus: q̃d cum præstiterimus, non audiemus eos qui veniunt, & dicunt: Ecce hic aut illic est Christus.

Venit Iesus in partes Cæsareæ Philippi, & interrogabat discipulos suos, dicens: Quem dicunt homines esse filium hominis?

Topographia, rei arduitatem arguit. E finibus oppidi Magdala (antea enim fuit in confinio Tyri & Sidonis) venit in hunc locum. Cæsarea Philippi, e Græco potest reddi, Cæsareæ quæ est Philippi: vel, quæ dicitur Philippi. Sic autem vocatur, in differentiam alterius, de qua dicitur Acto. decimo, q̃ eius indigena fuerit Cornelius. Vtraq; sic dicta, in Cæsaris gratiam captãdam, autoribus Herode magno, & Philippo eiusdem filio. Illa ad mare sita, hæc ad Iordanem. Illam Herodes Augusto consecrabat, hanc Philippus Tiberio restauratam dicabat. Potest illa quoq; dici Cæsarea Herodis, ea ratione, qua hæc appellatur Philippi.

In hoc loco, & gentibus & Iudæis cognito, atq; adeo nobili, rogat: Quem vulgus esse se dicat. Non rogat, quasi ignoret qui omnia nouit: nec rogat vanæ gloriæ cupidus, cuius est omnis gloria, rex gloriæ, sed rogat propter nos. Nouit hoc q̃d est apud Ioannem 7. Alij dixerunt, quia bonus est: alij, quia est malus. Propter nos libera de se vulgi iudicia audire voluit. Quem dicunt esse filium Adæ, hoc est, hominis? Attende: Via ad gloriam, incipit in contumelia & cruce. In filio Adæ, cognoscitur filius Dei. Neque enim ciuitas in monte condita, tegi potest: & opinio Christi in plebe, non fuit modica. Liuor dixit, Beelzebub habet, & in eius nomine eijcit dæmonia. Idem liuor dixit, Nemo principum credit in eum, sed maledicta plebs ignorans legis diuinæ. Vulgi optima pars plurimi Christum fecit, quanquam paucissimi, vt Zacharias, Simeon, Anna prophetissa, & hoc genus alij, Christum filiũ Dei crediderint. Sed fides fidem parit. Sequitur:

Via ad gloriam, incipit à cõtumelia.

At illi dixerunt: Alij Ioannem baptistam, alij autem Heliam, alij vero Hieremiã, aut vnũ ex prophetis.

Baptista se Christũ negauit esse, Ioan. 1. Sed capite plexo Ioanne, audiens Herodes opera Christi, dixit Ioannem resurrexisse, atq; eum esse Iesum Nazarenum, potentem verbis & factis, Matt. 14. Inde factum, vt vulgus diceret Iesum esse Ioannẽ baptistam; scilicet quia hoc Herodes rex arbitraretur. Sic fides domini Iesu etiamnum ex personarum æstimatur eminentia, iuxta prouerbium: Ex auro disertus. Helias in curru igneo ablatus, 4. Regum secundo, apud Malachiam dicitur rediturus ad restituendam rem, cap. quarto. Vnde Iesus vulgo Helias habebatur, q̃ sacerdotum castigaret errores & abusus. Sed de Ioanne Baptista Malachias intelligendus, iuxta verba Christi, Matt. vndecimo, Marci nono, Luc. primo. Theophylactus dicit Iesum habitum pro Helia, propterea q̃ tam acer censor esset peccatorum. Hieremias habitus, quia ædificabat & destruebat, iuxta hoc quod Hieremiæ commissum fuit, eiusdem cap. primo. Hieremias item multas persecutionum exantlauit procellas, vt vides eiusdem cap. 28. 38. Hac in re cum & Heliæ Christus non esset impar, creditus est Hieremias. Fuit illa æstimatio de Christo præclara, neq; enim hi tres viri erant obscuri: sed collati ad gloriam Christi, candelam accensam diceres compositam lampadi solari. Nec hi tres solum nihil fecerunt ad splendorem Iesu Nazareni, sed & totus grex omnium patrum, Christo collati, nihil erant nisi scintilla arundineti ad solem.

Sanctus Marcus hunc locum describens, filij hominis non meminit, nec Hieremiam recenset, saltem dicens, vnũ ex prophetis, cap. 8. Neq; sanctus Lucas Hieremiæ mentionem facit, itidẽ dicens, vnũ ex prophetis. Cæterũ Matth. 21. Luc. 7. vides Christo aliquid supra prophetarũ sortem tributũ. Apud Ioannem dicit plebs, Hic est verus propheta. Dixerunt & pleriq; Christũ esse Messiam, vnde eum in regem vngere voluerunt. Contrà erant, dicentes: Num Christus Galilæus erit? &c. vide Ioan. 7. Ibidem cap. decimo * spaciũ Christum calumniabant, sed cõtrà alij blasphemiam

miam eam retundendo, dixerunt: Verba Iesu, certe dęmonizomeni verba nō sunt. Adeo Christi Iesu opinio apud quoscūq; cordatiores fuit gloriosa, sed longe infra ipsam dignitatem.

Dicit illis Iesus: Vos autē quem me esse dicitis? Respondens Simon Petrus, dixit: Tu es Christus filius Dei viui.

Vos autem, ait, quem me esse dicitis? Q.d. Vos ad excellentius testimoniū elegi, vos profundiora mysteria docui, & oīa quæ patris mei sunt, vobis ostendi: agite ergo: audiam vestram quoq; de me opinionem. Hominem me esse, ex Maria matre mea natum, Galilæum esse*: contribules & fratres mei nulli non sunt cogniti, Matth. 13. sed hactenus æstimatio mea nō satis exprimitur, vestram ergo libere & ingenue de me sententiam proferte. Respōdet Petrus: Tu es Christus &c. Petrus primas non solum, sed & feruidus magis, respondet. Quod ita dominus fieri voluit, vt ecclesiæ optimatibus in Petro feruoris exemplū præscriberet. Vnde & apud Ioannem ter rogitat: Petre, amas me? Qui sine tali feruore primatum quærit in terra, confusionem æternam inueniet in cœlo. Chrysostomus ait: Petrus respondet, apostolorum os, & vertex totius consortij.

...tus, si catho... præ... ...o

Primo apostoli rogati de vulgari opinione de Christo, responderunt pro se qsq; omnes: hic interrogati ipsi, vno ore loquuntur, nimirū Petri: quod traducis confessionis habet significationē. Vna fides, vna intelligentia, vnum os omniū esse debet, quia omnes vnum corpus sumus in Christo. Respondit hebraice sic: Atthą hu Masiaḥ ben ha Elohim hai, hoc ē, Tu es Messias siue Christus fili' Dei viui. Veriorem & succinctam magis responsionē ne angelus quidem dedisset. Hominē confitetur verum, & verum Deum. Vnde Hilarius: Hæc enim confessionis tenenda est ratio, vt sicut Dei filium, ita & filium hominis meminerimus: quia alterum sine altero, nihil spei tribuit ad salutem. Hæc ille. Confessio humanitatis, exprimitur in Messia siue Christo. Seruit huic professioni articulus Græcus, quem Theophylact' hic diligenter vrget. Accedit etiā huc syllabica adiectio hebraica hu, dictioni Masiaḥ præfixa. Verum Deum nō minus clare profitetur, dicens: Filius Dei viui, iuxta hoc quod est in psal. 81. Bene Elion, hoc ē, filij altissimi. Atqui hic Petrus ita articulatim loquitur, vt nullus scrupus erroris sit relictus. Filius Dei viui, quia & tu ipsa es vita, atque adeo Deus, non gratia, sed natura. Omnes credentes, quibus cum Deus loquutus est, dicuntur quidem & ipsi filij Dei, filij altissimi, Ioan. 1. sed ratione gratiæ & conditionis generalis, qua etiā ethnici suos deos vocant patres. De qua re audiatur veritas, Ioannis decimo: Ob bonū opus non lapidamus te, sed ob blasphemiam: & quia homo cū sis, facis te ipsum Deum. Respondit Iesus: Nonne scriptum est in lege vestra, Ego dixi, dij estis? Si illos dixit deos, ad quos sermo Dei factus est, & non potest solui scriptura, quē pater sanctificauit & misit in mundū, vos dicitis me blasphemare, quia dixerim, filius Dei sum? Si nō facio opera patris mei, nolite credere mihi: si vero facio, & si mihi non credatis, operibus credite, vt cognoscatis & credatis, ꝙ pater in me est, & ego in patre. Sensus est: Neq; Helias, neq; Hieremias, neq; patriarchę tali modo filij Dei sunt dicti, atq; ego: quia nemo eorum tantis claruit miraculis. Signorum potentia diuinam satis declarat essentiā. Accedunt huc varia de Christo testimonia, Simeonis, Annæ prophetissæ, cęci nati, claudi nati, centurionis, & hoc genus pluria. Potissimum hic audienda Martha. Ego (ait veritas) sum resurrectio & vita. qui credit in me, etiam si mortuus fuerit, viuet: & oīs qui viuit & credit in me, non morietur in æternum. Credis hoc? Ait illi: Etiam domine, Ego credo ꝙ tu sis filius Dei viui, q in hunc mundum venturus erat. Huc facit & testimonium Nathanaelis, Ioan. primo: Rabbi, tu es ille filius Dei, tu es rex Israel. Et ca. 6. dicit ad suos discipulos oēs: Nunquid & vos vultis abire? Respondit quoque ipse Petrus, dicens: Domine, quo ibimus? Verba vitæ habes. Et nos cognouimus & credimus, quia tu es Christus filius Dei viui. Et nos idem cognouimus & credimus, idem etiam corde, ore & tota vita profitemur, scientes ꝙ neq; nos auersabitur, Matthæi decimo. Arrhabonem habemus spiritum sanctum, Ioannis decimosexto, Romanorum quinto. Hęc nostra gloria vnica, hæc nostra fidutia sola, hæc est nostræ fidei summa & regula pręcipua. Vnde facile videmus verbum præsens Petri haud secus atq; solem, vmbratilem veteris testamenti scripturam irradiare. Friuolum, quod Iudæi dicūt, Iesum ergo non statim credendum filium Dei, etiam si Messias existat. Sed scriptura tam Messiam, quàm filium Dei promittit, Danielis nono, Psalmo secundo. Et quis poterat alius implere omnia, q̄ filius Dei? Sequitur:

Re-

Respondens autē Iesus, dixit ei: Beatus es Simon Bar Iona, quia caro & sanguis non reuelauit tibi, sed pater meus qui est in cœlis.

Ratum habet & beatificat verbum Petri veritas. Et nobis confessio itidem erit meritoria vitæ æternæ, modo in illa firmiter vsq; in finē perstiterim⁹. Beatus es, ait, Simon Bar Iona, q̄a caro & sanguis nō reuelauit *me tibi. Vocat filium Ionæ, ex cōsuetudine ea quæ in synagoga non fuit infrequens: & apud nos mos est tritus, ꝙ parentum nominibus etiam filij vocantur, Arnoldus Ioannis &c. Collatio hic est dispar. Ionas carnalis parēs, Deo patri confertur omnipotenti. Pater Simonis vocabatur Ioanna, siue abbreuiate Iona, Ioan. 21. Vbi etiam aliqui legunt Iona. Nam & Ioan. 1. vocatur Iona. Reddi potest filius columbæ. Caro & sanguis non reuelauit tibi. Omnis caro fœnum. Non est in carne bonum. Quod natum est ex carne, caro est. Omnis homo mendax. Vide cui referas acceptum, si tibi Dei contigit cognitio. Caro & sanguis regnum cœlorum nō possidebunt, 1. Corinth. 15. Carnalis carnalia sapit. Filij huius generationis, sunt prudentes in generationibus suis: vnde nisi renati fuerimus, mysteriorum Dei capaces non erimus. Spiritus sanctus, iuxta prophetam Iohelem, facit nos dociles Dei. Hilarius dicit in hunc locum: Beatus Petrus est, vt vltra *humanum oculos intendisse & vidisse laudat⁹, nō id q̄d ex carne & sanguine erat, cōtuit⁹, sed Dei filiū cœlestis patris reuelatione conspiciens: dignusq; iudicatus, qui quod in Christo Dei esset, primus cognosceret. Huc facit quod est apud Matthæum 11. Nemo cognoscit filium nisi pater, nemo item cognoscit patrem nisi filius, & cui filius voluerit reuelare. Attende: verbum Petri, est verbum Dei: quidquid ergo Mahometistæ, Iudæi & Arriani loquuntur, diaboli est.

Ionæ interp̄tatio.

Spūs sanctus facit nos theodidactos.

Et ego dico tibi, quia tu es Petrus, & super hanc petram ędificabo ecclesiam meam. Et portæ inferi nō præualebunt aduersus eam.

Petri primatus.

Quis non videat hic præeminentiam Petri? Verisimile est, alios apostolos non omnes taliter illuminatos fuisse, nec tale animi robur habuisse. Omnium quidem persona & ore respondit, nullus dissensit, nullus blasphemiæ Petrum insimulauit: sed an omnes talem ac tantam fidem habuerint, incertum est. Fac habuisse, sed etiam sic manet prælatio, primatus, & (vt aiunt) maioritas Petri, atque adeo successorum eiusdem omnium. Ego dico tibi filius Dei, filio Ionæ Simoni. Ecce tibi expressa discretio. Quia tu es Petrus. Hebraice sic, Attha Cepha, veal Cepha hazoth ebneh eth Makheli. Cepha Hebraicum, Græcum petros vel petra, Latine saxum.

Aedificium ingens est ecclesia, complectens omnes fines mundi: opus habet fundamento firmo, Matth. septimo. Est autem firmum fundamentum ipse Christus, 1. Corinth. tertio.

Talmudistæ quoque Messiam dicunt fore fundamentum fundamentorum. Idem dicunt aheneam columnam sustinere mundum, nomine Zadick, hoc est, iustitia. Iterum ex Osea vocant Messiam caput populi sui. Verba prophetæ sunt: Vesa mu lahem Rosch ehad. Hoc est, Constituent eum vnicum caput. Exponitur locus ille ab Apostolo, qui vocat Christum caput ecclesiæ, quæ eius est corpus, Ephe. 1. & Coloss. 1. ꝙ propter semetipsum condidit vniuersa: quare ergo non habeatur caput vniuersorum? Quod Apostolus dicit, Ephe. 2. Fundati super fundamentum apostolorum & prophetarum &c. intelligendū de ministerio. Cæterum si attendas quæ domus Dei sit, item ex quibus lapidibus constet: liquido vides, ipsum Christum & præcipuum esse architectum, & eundem verū esse fundamentum. Ecclesia siue domus spiritualis, ipsum est opus, moles atq; structura, & lapides sunt viui, vtiq; cum Petro renouati, 1. Petr. 2. Architectus & fundamentum filius Dei, qui omnia est in omnibus, sine quo nihil possumus. Atqui quoniam dominus Iesus Petrum hic pręcipue affatur, suoq; nomine dignatur, dicens: Et ego dico tibi: item, tu es Petrus: factū est, vt maiores etiam, de ipso præcipue hunc locum intellexerint. Intellexerunt aūt, nō carni & sanguini (quæ nihili sunt & vanitas, Esa. 40. psal. 116) hoc quod filij Dei est, tribuentes, sed in confessionem iam dictam, in virtutem & repletionē spūs, Act. 1. & ꝙ dominum plus cæteris amaret, Ioan. 21. oculos figentes.

Breuiter, Primas, fundamentum, & caput est Petrus dictus ecclesiæ, ꝙ totum in ipso latitaret euangelion, q̄ primus omniū naturam deitatis in filio Mariæ profiteret. Nouit sapientia ecclesiā tali primatu & capite opus habere: qui ex Christi sunt spiritu, humiles, obedientesq;, hoc caput vnice colūt & amāt. Vicarius Chri, in quo Christus vnitatē vniuersoꝝ vult cōstringi. Inobediētes & supbi hęretici, ab vnitate ecclæ deficiētes, frustra se de vniuersitate esse iactant.

ftant. Vide pie Christiane, quàm præclarus sit Petri primatus in euangelio. Nulli discipulorum tale nomen imposuit, in q̃ esset talis participatio & consortiũ, Christus est Petrus vel petra: is Simonem filiũ Ionæ, suo nomine dignatus est, vt rũpantur illa Antipapis. Dicis non fuisse Petrũ Luc. 5. vbi crucem erubescens, factus scandalon, neq; Matth. 26. vbi abnegauit &c. Respõdeo, Christo hæc oĩa satis fuisse exploratа: nihilominus vocat eum Petrum, & consortem sui constituit Matth. 17. vbi iussit tributum dari pro se & Petro. Christus infirma curare vult, non abijcere. Vnde & infirmum Petrum vocat, Luc. 22. dicens: Ego pro te rogaui Petre, vt non deficiat fides tua. Ecce tibi vnitati catholicæ præclarum verbum, quod solus ferre non potest dissensionis autor diabolus. Apostoli Christi spiritu præditi, Petro semper detulerunt: quod vides Act. 15. & alibi frequenter. Apostolicos quoq; viros audiamus, de primatu Petri disserentes. Chrysostomus subinde Petrũ vocat caput & principem apostolorum, vtpote quem suũ vicarium præsertim constituerit Christus. Idem vocat eum Magistrum toti⁹ orbis. illum quoq; Iacobũ Episcopũ Hierosolymitanum ordinasse affirmat. In Ioannem cap. 21. dicit illi commissam curã vniuersalis ecclesiæ. Eusebius libro 2. cap. 14. asserit Petrum Romam venisse, vtiq; caput ecclesiæ, in caput mundi. Gregorius Nazianzenus orat. 21. ait. Hic Petra vocatur, & illi fundamenta ecclesiæ concredũtur. Cyrillus etiam apostoloꝝ principem vocat. Idem faciũt Origenes, Athanasius, & alij Græci. Alexander ad Liberium scribens, ait: Vniuersalis ecclesia à Christo Iesu nobis commissa. Theophilus quoque ait Petro commissam ecclesiã: quasi oĩm curam gerenti. Consentiunt Græcis Latini. Ambrosius vocat Petrum præcipuum apostolum, cui dominus curam vniuersalis ecclesiæ cõmiserit. Hilarius in Matthæum, de Petro dicit: O in nuncupatione noui nominis felix ecclesiæ fundamentũ, dignaq́; ædificatione illius Petra, quæ infernas leges, tartari portas, & omnia claustra mortis dissolueret. O beatus cœli ianitor, cuius arbitrio claues æterni aditus traduntur, cuius terrestre iudicium, præiudicata autoritas sit in cœlo. Cyprianus vnitatẽ ecclesiæ dependere dicit ab vnitate episcopatus Petri. Augustinus ausus Petrum vocare caput ecclesiæ, & immobile fidei fundamentum. Gregorius vocat Principem apostolorum, cui totius ecclesiæ cura sit commissa. Iterum Ambrosius lib. hexa. 5. cap. 24. de sancto Petro ait: Ipse ecclesiæ petra culpam suã diluit. Hieronymus ad Marcellam, dicit, super Petrum ædificatã ecclesiam. Verum nunc etiam audiamus, quo sensu Petrum caput & fundamẽtum ecclesiæ appellarint S. Patres. Hieronymus in Matthæum ait: Simoni, qui credebat in Petram Christum, Petri largitus est nomen. Ac secundum metaphorã Petræ, recte dicitur ei: Aedificabo Ecclesiam meam super te. Chrysostomus: Sic & cœlestis pater dicit Hieremiæ: Ego te posui tanquam ferream columnam & æneum murum. Verum hunc Petrũ Christus vniuerso orbi terrarum præfecit. Tu es Petrus, ego super te ædificabo ecclesiã meã. Basilius: Petrus quoniam fide præstabat, Ecclesiæ in seipso ædificationem suscepit. Ambrosius: Pro soliditate deuotionis, Petrus ecclesiarum Petra dicitur, eo q; in nationibus primus fundamenta fidei posuerit, & tanquam saxum immobile, totius operis Christiani compagẽ molemq́; cõtineat. Cyprianus ad Quintum: Petrus, super quem dominus ædificauit ecclesiam suam. Item idem ad Cornelium. Tertullianus vocat Petrum ædificandæ ecclesiæ Petram. Leo primus, in sermone ait: Tu es Petrus, hoc est, cum ego sim inuiolabilis Petra, ego lapis angularis, q facio vtraq; vnum, ego fundamentũ, præter quod nemo potest aliud ponere: tamen (Petre) q̃q; petra es, quia mea virtute solidaris, vt quæ mihi potestate sunt propria, sint tibi mecũ participatione communia. Augustinus: Audistis frequenter, ipsum Petrum à domino Petram nuncupatam, sicut ait, Tu es Petrus &c. Si ergo Petrus Petra est, supra quam ædificatur Ecclesia, recte prius pedes sanat, Acto. 3. vt sicut in ecclesia fidei fundamentum continet, ita & in homine mẽbrorum fundamenta confirmet. Origenes vocat Petrum, magnum fundamentũ ecclesiæ, & petram solidam, in quã dominus ædificauerit. Verum hoc, quod ex præmissis autoritatibus liquescit, intelligendum de spiritu, fide, fiducia, cõfessione, professione &c. hæc si abstuleris, non remanebit in filio Ionæ, quo merito chenoboscion struas. Chrysostomus itaque hoc loco dicit, ecclesiã fundatam in confessionẽ Petrinam. Augustinus in Homilia supra hanc petram, quam scilicet es cõfessus. Item: Super me ædificabo me, non me super te. Christus itaque petrarcha, Petrus petra: quod summopere contra supercilium pharisaicum est obseruandum, qui nihil horum attendunt, sed omnem pompam abusuum hoc verbo volunt defendere. Quidquid id est abusuum, corruet & faciet fragorem magnum: quia qd-

[Margin notes: ...fti Pa / Petri / ... / ...itur. — Petrus q̃ sensu dicatur ecclesiæ fundamentum. — Christus petrarcha.]

quidquid pater non plantauit,eradicabit. Babel quoq; opus interruptū,minæq; murorum ingentes,æquataq; machina cœlo, nihil aliud nisi fabula mundo poterit esse. Rursus plantatio Christi semper vigebit, & in æternū efflorescet. Princeps huius mūdi nihil tam dolenter fert,atq; regnū hoc Christi in hoc mundo,vt tot contra ecclesiam suscitet Nerones,Diocletianos,Maxētios,Decios,Iulianos,Cosdroas,Arrios, Donatos,Auxentios,Hunnos,Gothos, Vandalos,sed actū agunt omēs. Nerones exarmauit impotentes patientiæ virtus, Arrios veritatis gloria suppressit,Auxentios eiusdem veritatis iubar tanquam vaporem & *nebeculam depressit. Breui & Auxentionistæ nostrates,hodie qui ecclesiæ regendæ ius laicis principibus,& ijsdē idiotis,regendam subijciunt, toti mundo ridiculi,immo etiam execrabiles constituent. Breui item quorundā mūdo sapiētiū ordinatio, anilis fabula & blasphemia horrenda cuiq; apparebit. Non poterit Petridos nauicula submergi. Nihil efficient aduersus eam fluctus philosophicorū syllogismorū,Act.14. Nihil hæreticorū tempestates opinionum,rationem sapientiæ habentium,Tit.3.1.Cor.11. Manet quod domino semel placuit,& quod dominus semel fecit,Esa.46. Miraris quare diabolus ecclesiam adeo internecino bello studeat delere? Hoc magis ecclesiæ maiestatem videmus illustrem. Nisi eīm maiestas ea quæ soluit & ligat in terra,sic vt omnia etiā rata habeātur cœlo,vera esset,diabolus huic regno non ita insidiaretur. Vide quis vulpeculas eas in vineam Christi immiserit,q hodie sacramenti pœnitentiæ & omnium aliorū sacramentorū vsum,vulgo faciunt papisticæ fraudis suspectū. Portæ inferorum,potestas tenebrarū,nequitiæ spirituū, quorum potestas est aeris,sese quoq; vt declarent oportet. Oportet hæreses esse,vt probentur electi. Fortis armatus,hæresis: sed fortior,veritas orthodoxa catholica. Ecclesiæ se Christus dedit,& eam portas inimicorū suorū possidere voluit,Gen.22. Verbū domini manet in æternum. Veritas quæ se ecclesiæ promisit,vicit mundū,Ioan.14.aboleuit mortem & inferū,2.Tim.1.Heb.2. Vectes ferreos confregit hostium suorū,psalm.106.Esa.45. Mille anni ante oculos domini tanquam dies hesterna quę præterijt:ad tempus præscriptū itaq; Mahometistica insania durabit. Nullum violentum perpetuū. Omnis consummationis vidi finem. Verbum domini manet in æternum. Arrigit hic aures hæresis,mentito sibi supplaudens exotici sensus euangelio:sed meretrix illa audiat,& ecclesiam iuxtà atq; verbum domini perpetuo mansuram. Et Matt.28.suis se Christus promittit. Atq; hæc hactenus.

Ecclesiā Christi satanas pcipue odit.

Machometanus furor quousq; duraturus.

Et tibi dabo claues regni cœlorum. Et quodcunq; ligaueris super terram, erit ligatum & in cœlis:& quodcunq; solueris super terram, erit solutum & in cœlis.

Benedictus Deus,qui talem & tantam suam potestatē etiam credidit hominibus. Habēt homines certe,quia acceperūt. Certo habent:quia qui dedit,non fallit. Dedit vero primo Petro,qui etiam de spū Mosis alijs tribuit. Quare vero hoc ita? quia pacis & vnitatis autorem se declarare voluit. Qui nisi vnā sponsam elegit,vnicā columbam,qui bigamus aut polygamus haudquaquam esse sustinet,vnius ecclesię sacramentum,o bone Deus,q̄ luculenter in persona Petri expressit. Verba etiam illustria satis sunt. Tibi dabo,inquit,claues,non vobis,quanquam omnibus,sed tibi,vt omnes vnitatis sacramētum semper venerentur. Non solum Iudæi & Turcæ,qui euangelion Christi non habent,peccati remissionis sunt immunes:sed & omēs,quibus nulla necessitudo intercedit cum Petro & eius successoribus. Perduellio est ecclesiæ,fur & latro,qui ecclesiæ capiti luctatur Petro. Dicunt se habere fidem Petri,& cum Petro in petra Christo esse Petros. Qui exoticum scripturæ sensum profert,qui traducē sensum ecclesiæ non tenet & profitetur vsque ad verbum minimum,non est cum Petro, nec est in Christo petra. Euangeliū pdicatum est mundo,receptum est à gentibus in gloria. Euangelium ergo nō habet,q gentes eas quæ ipsum euangelium in gloria susceperunt,audire contemnit:etiam si se Christum ipsum dicat,& se de Pauli scriptis plurimū iactet,Marc.13.2.Pet.3. Potestas apud catholicos humiles & obedientes est rata,Matth.18.Ioan.20. Sed bone Deus,quot ecclesiæ vndiq; instant pericula? Ex hac professione catholica nascitur apud plerosq; supina ocij oscitātia,superbiæ pompa & crista,auaritiæ ansa. Nō ad destructionem,sed ad ædificationem data est ecclesiæ istęc potestas. Dicimus cū Augustino: Tenet me,ab ipsa sede Petri vsq; ad præsentem episcopatum,successio sacerdotum. Dicimus verbis Christi,Petri successori: Tibi dedit Christus claues regni cœlorum:sed simoniaco etiam dicimus cū Christo,Cauete vobis ab auaritia:cū Paulo,Quæstus non est pietas:cum Petro dicimus cuiq; simoniaco:Non est tibi pars in ratione hac. Item cum ecclesia,abrenuncia-

mus

mus satanæ & oībus eius operibus & pompæ. Quàm à syncera religione hodie exorbitetur, quot abusus sint exorti, quis nō videat? Sed quia eorundē reformatio nostræ gloriæ & auaritiæ non adeo inseruit, reformari nolumus: quod in totius ecclesiæ maximum malum fiet. Reformationem solam hactenus expectauimus: sed vt eam videamus, indigni sumus. Reformet ergo se quisque, vt tandem dominum exoremus. Hoc ipsum annuat nobis Petra illa, omnium bonorum fons & caput Christ⁹ Iesus, cui cum patre & spiritu sancto laus sit & gloria per om̄ia secula. Amen.

IN FESTO VISITATIONIS MARIAE,

Euangelium Lucæ primo.



Xurgēs aūt Maria in diebus illis, abijt in mōtana cū festinatione in ciuitatem Iuda: & intrauit in domum Zachariæ, & salutauit Elisabeth. Et factum est, vt audiuit salutationem Mariæ Elisabeth, exultauit infans in vtero eius. Et repleta est spiritu sancto Elisabeth, & exclamauit voce magna, & dixit: Bn̄dicta tu inter mulieres, & benedictus fructus vētris tui. Et vnde hoc mihi, vt veniat mater dn̄i mei ad me? Ecce em̄ vt facta est vox salutationis tuę in auribus meis, exultauit in gaudio infans in vtero meo. Et beata quę credidisti, quoniā perficiētur ea quæ dicta sunt tibi à domino. Et ait Maria: Magnificat anima mea dominū, Et exultauit spiritus meus in Deo salutari meo: Quia respexit humilitatē ancillæ suæ: ecce enim ex hoc beatam me dicēt omnes generationes: Quia fecit mihi magna qui potēs est, & sanctum nomē eius. Et misericordia eius à progenie in progenies timētibus eum. Fecit potentiam in brachio suo, dispersit superbos mente cordis sui. Deposuit potentes de sede, & exaltauit humiles. Esurientes impleuit bonis, & diuites dimisit inanes. Suscepit Israel puerum suum, memorari misericordiæ suæ: Sicut locutus est ad patres nostros, Abraham & semini eius in secula. Mansit autem Maria cum illa quasi mensibus tribus, & reuersa est in domum suam.

PRAEFATIO.



Ttendamus hic fructum euāgelij, & secundū hunc fructū veritatem euangelij æstimemus. Nihil hodie euāgelium, q̄ sese magno non murmure, sed ingēti clamore, de euāgelica illuminatione iactare, alios e sublimi ridere, odisse, & nulla non violentia opprimere. Quis vnquam sperasset, antichristum futurum manifestiorem? Et q̄uis hodie se magis illuminatū & euangelicum iactat, nisi qui insignis est aut Thraso, aut nepos? Breui videbimus, quot, quales & quāti diaboli se sub hoc prętextu euangelij illatebrarint. Qui suæ salutis cura tangitur, in hac euangelica lectione fructus euāgelij veros perpendat, & eos proferre satagat, ne sibi ipsi verba det. Sunt & in hoc euangelio mysteria grādia, olim de Christo & de Ioanne Baptista prophetarū oraculis delineata. sed tunc primum huiusmodi mysteria nobis fient salutaria, vbi ea corde bono & perfecto audierimus: vt retēta, fructum aut sexagesimū, aut centesimū proferant.

Exurgens autem Maria in diebus illis, abijt in montana cum festinatione in ciuitatem Iuda: & intrauit in domum Zachariæ, & salutauit Elisabeth.

In diebus illis, puta angelicæ annunciationis: in ipsa annunciatione angelus signum dedit virgini, non tanquam incredulę, sed fideli, cui potissimum tale signum profit. Achaz contempsisset. Sterilis & senio confecta matrona, prægnans facta, datur signum virgini, intactam posse spiritus sancti opere fieri fœtam. Vtrinque illucidatur potentia Dei, item clementia: sed exemplum Maria, plenum est Dei sapientia. Nobis datum signum credamus, quia nobis quoque Maria per montana abijt. Nobis*, vt discamus, submissa hilaritate sacramentis vti datis, & vt virtutū exemplis studere operam demus. Ambrosius & Theophylactus testantur, Mariā non quasi incredulam per montana transisse, sed vt læ- (Maria nobis inseruiuit.)

tam & prudentem. Læta de misericordiæ Dei exemplo erga cognatam Elisabeth, prudēs in mysteriorum Dei indagatione. Læta item fuit de signo dato, prudens de exemplo virtutum nobis relinquendo.

Euāgelij exordiū.

Abijt in montana: hæc sunt exordia euangelica, & Christus à baptismo, statim ductus à spiritu in desertum. Facessat euangelicorum nostratium vanitas, qui saltem sectantur iucunda. Cum festinatione. Maledictus qui facit opus domini negligenter. Ingressus angelus ad Mariam, non in publico versantem, sed domi contemplationi studentem. Hic vero Maria in publicum exiens, festinauit. Sanctus apostolus vult, mulieres esse domus custodes: nusquā ergo conuenientius agunt mulieres, quàm domi. Maledictæ saltatrices in circo, in foro, in aula, in comessationibus, & in hoc genus vanitatibus. Properent, etiam cum in publicum charitatis opus mulieres fideles protraxerit. O quanta virtutum exempla nostrates petere possent in Maria, si disciplinæ eius quam Sapientia inuenit, & Iacob puero suo tradidit, capaces existerent. Sara, Rebecca, Iudith, Sunamitis, Hester, Elisabeth, Anna, Martha, Lydia, non coaceruarunt sibi doctores blandulos, quia optimo corde erant præditæ. Nostrates prurientes auribus, quærunt prædicatores placentia prædicantes. Qualis magister, tales discipulæ. Apostata apostatricibus probatur. Lenonē sequunt aggrauatę peccatis mulierculæ apostolum. Et qd nostratibus cū præceptis disciplinarū, cū bona opa existant peccaminosa, & damnationis meritoria? Placet itaq; solius fidei prædicatio sola: cætera sunt papistica. Videant scurrilis *verberalisq; euangelij apostolæ, quid apostoli Petrus & Paulus scribant contra luxum vestium. Audiāt & Ambrosij ethicon, dicentis: Discite virgines & mulieres, non circūcursare per alienas ædes, non demorari in plateis, non aliquos in publico miscere sermones. Maria, in domo sera, festinat in publico. Itē, Nescit tarda molimina spiritus sancti gratia. Cum festinatione, item est apud Marcum sexto. Qui in terra sancta peregre fuerunt, dicunt oppidulum hoc quod Zacharias coluit, medium inter Hierusalem & Bethlehem esse situm, & domū Zachariæ in templum atque in xenodochium esse conuersam.

Et factum est, vt audiuit salutationem Mariæ Elisabeth, exultauit infans in vtero eius.

Salutatio res sacrosancta.

Poterit & hoc festum à salutatione Mariæ dici: tanti sacramenti plena est Mariæ salutatio. Officium humanitatis quondam erat, salutandi mos ille, in symbolon pacis & fauoris. Minores plerunque salutabant maiores: nisi se minoribus hi humiliandos animum induxissent. Vnde etiam hic humilitatem Mariæ poteris æstimare. De salutatione Mosis & Iethro, vide Exodi decimooctauo. De salutatione Saul & Samuelis, vide primi Regum decimotertio. Dauid per internuncios salutauit Nabal, primi Regum vicesimoquinto. Salutare, est salutem dicere siue imprecari, quod vides in salutatione * Thoi, salutantis Dauida, secundi Regum octauo. Officium hoc commendatur fidelibus, Ecci vicesimosecundo, primę Corinthiorum decimosexto, primæ Thessalonicen. quinto. Ethnicis quoq; ipsis officium istoc erat sacrosanctum. Vnde ait: Saluta libenter. Sic salutauerunt inter se Agrippa & Festus, Actorum vicesimoquinto. Eius exemplorum plenæ sunt omnes fere historiæ. Est tamen piaculum, aliquos salutare, secundæ Ioannis secundo, Matthæi decimo, quarti Regum quarto. Quibus verbis Maria Elisabetham salutauerit, non constat. Certum est, benedixisse & optime precatam esse. Nescias vtrum salutans, an salutata, magis exultauerit. O felix domus, in qua vox ea personuit Mariæ salutantis. Vere domui illi salus contigit, immo etiam vniuersæ humanæ conditioni. Hæc est vox turturis, æstatis præuij: hac embryon Elisabethis exhilaratum. Non temere factum, vt Helias & Messias, necdum nati, conuenissent. Elisabeth (ait sanctus Ambrosius) prius audit vocem, sed Ioannes concipit gratiam: illa Mariæ, iste domini sensit aduentum. Hic profunda & inæstimabilia intercedunt sacramenta, facessat ergo physica.

Et repleta est spiritu sancto Elisabeth, & exclamauit voce magna, & dixit: Benedicta tu inter mulieres, & benedictus fructus ventris tui.

Euangelista dicit Elisabeth repletā spiritu sancto, vt liquescat, vnde & ipsa euangelizare cœperit. Obserua, verba angeli repetere Elisabetham, atque dicere: Benedicta tu inter mulieres. Verba repetitiōe creberrima omnium dignissima. Deinde dicit: Benedictus fructus ventris tui. Quis fructus? Benedictus, sanctus, beatus: benedictiōis, sanctitatis & beatitudinis fons. O be[...]ata es filia Aaronis, quia caro & sanguis non reuelauit tibi hoc. Gaudet & exultat Elisabeth, φ illi contigerit videre natum mundi seruatorem, plus de conceptione Messiæ, quàm de proprij filij suæq; alui im-pr[...]

prægnatione læta. Hæc tanta gaudia faciunt ipsam clamare voce magna. Nihil hic dubiũ: habuit Elisabeth obsignatũ verbũ, q̃d pmpserat per spiritum sanctũ. Quemadmodum Simeon certus extitit per spiritum sanctum, se Messiam in suis complexũ vlnis, sic & Elisabeth certa fuit se videre Christum in vtero suæ matris. Attẽde verbi virtutem: Repleta Maria gratia, repletur & Elisabeth gratia: & eadẽ plenus, exultat necdum natus, Ioannes. Rogas vbi Zacharias hic latuerit, ꝙ tantæ gratię particeps non extiterit? Respõdeo: Suæ incredulitatis pœnitentiam egit, non (quemadmodum noui euangelicastri nostri de pœnitentia sentiunt) in conuiuijs & compitis, non lætus tanquã de re bene gesta, sed plorans, se accusans, se à conspectu hominum subtrahens: quia pœnitẽtia pœnalis est & luctuosa.

Et vnde hoc mihi, vt veniat mater domini mei ad me? Ecce enim vt facta est vox salutationis tuę in auribus meis, exultauit in gaudio infans in vtero meo. Et beata quę credidisti, quoniam perficientur ea quę dicta sunt tibi à domino.

Pergit sacerdos electam Dei genitricem & semper virginẽ Mariam extollere. Benedixit Mariam, nunc in eius benedictionis, hoc est, prædicationis atque laudis cumulum, fatetur quanta beneficia per eius visitationem & salutationem acceperit. Vnde, ait, mihi hoc? Quasi dicat: Indigna sum tanti officij. Ambrosius: Vnde mihi hoc? qua iustitia? quibus factis? pro quibus meritis? Miraculum sentio, cognosco mysterium. Mater domini, Verbo fœta, Deo plena est. Postea exemplo matris & se sui domini aduentus indignum fatetur baptistes, dicens: Tu venis ad me? Cui dominus: Sine modò: sic enim oportet nos implere omnem iustitiam, Matth. 3. Aestimemus & obstupescamus & nos de ineffabili humilitate altissimi. Quàm se excelsus nobis submiserit, vide 2. Cor. 8. Matt. 11. Obseruandum hic contra euãgelistas nouos, verniles & hagiomachos, Mariæ virginis & omnium Sanctorum gloriæ detrahentes, vbicunque possunt. Quantum diuis detrahunt, tantum se ipsos extollunt, propediem potenti manu humiliandi. Dogmatistes quidam nouus, Mariam æquat peccatrici Lucæ septimo, & Syrophœnissæ Matthæi XV. Sed spiritus sanctus Mariam hic facit reginam cœli, om̃ium maximo illam cohonestans titulo. Ait enim spiritusancto plena mulier: Vñ mihi hoc, vt veniat mater domini mei ad me? Theotocam vocat & prædicat Mariam. Quod si hoc facit spiritu sancto plena, sunt euangelici fratres illi, Mariæ laudi iniqui, spiritibus immundis pleni omnes, & ipsis Turcis peiores. Nam & Turcarum Alcoranus Mariam om̃i laude fatetur dignissimam. Hic neq; veretur Elisabeth fateri, fructum ventris sui exultasse in vtero. Spiritus vbi vult spirat. Anabaptistæ erubescant, qui gratiam noui testamenti anguste adeo concludunt. Non tam Elisabeth, quàm Ioannes, spiritu sancto repletur: quod testatur illa eloquio, ille tripudio. Accedit huc, ꝙ & Ioannes vocatur, antequam conciperetur. Quare autem hoc? Nonne quia Deus vocat ea quæ non sunt, tanquam sint? Quis ergo vocatos ad gratiam baptismi infantes, abigat et explodat, tanquã non sint? Beata quæ credidisti. Beatum vere est, credere. Qui credit Deo, non confundetur. Cedat ergo ratiocinatio, cedant demonstrationes dialectices, vt relinquatur suum fidei meritum. Danda gloria Deo: quod qui facit, gloriæ Dei erit & particeps ipse. Charissimi, visitamur & nos à domino. Speciosi pedes euangelizantium pacem, annunciãtium bona: discamus exẽplo Elisabeth, aures euangelizantibus faciles accõmodare, Deo deuoti seruire, Mariam prædicare: hoc est, discamus exemplo Elisabeth, credere & operari. Vtrinque enim salus, Ioan. 20. *13. Mat. 5. 25. Ioan. 5.

Anabaptistarũ error.

Credere, beatum.

Et ait Maria: Magnificat anima mea dominum.

Maria domina, nõ serua agrestis.

Aĩa quid in Mariæ cantico.

Filia Abrahæ generosa, non cum agrarijs & syluestribus enutrita in caulis, sed in templo educata, scriptura plena, Hebraice docta, Hebraica dialecto hic loquitur. Anima hic accipitur pro omnibus viribus spiritꝰ, mẽtis, cordis et corporis. Quasi dicat: Sentio Dei maximam erga me misericordiam: dominum itaque ex omnibus viribus mentis, spiritus, cordis & corporis, extollo, laudo atque prædico. Similes locos pete Psal. 145. Lauda anima mea dominũ. Psal. 34. Magnificate dominũ mecum. Magnificatur Deus cum prædicatur, Psal. 69. Vide Act. 19. item Luc. 7. & 16.

Et exultauit spiritꝰ meus in Deo salutari meo.

Theophylactus spiritum & animam dicit differre. Animalem enim hominem dicit eum, qui secũdum naturam viuit, & humanis rationibus regitur: vt si quando esuriẽs comedat, odio habeat inimicum, & in summa, si nihil supra hominem appareat.

Spiritualem vero, qui transcendit leges na
turæ, & non humano more sapit. Exultat
itaque spiritus, hoc est, quicquid spiritua-
lis doni in me est, Deo salutari meo id acce
ptum refero, gratias agens. Fatetur se non
posse assequi quod velit & debeat. Similes
modos loquendi habes Psal.*Exulto in sa
lutari tuo. Exultauit cor meum in salutari
tuo, Psalm. XIII. Exultat cor meum in do
mino, 1. Regum. 2. Maria, Dauid & Anna
per vnum loquuntur spiritum, in Deo ex-
ultantes duplici ratione: Primo, quia eo-
rum est Deus: secundo, quia eorum est sal-
uator. Exultatio hęc, est vnus fructuum spi
ritus sancti, Gal. 5. Ro. 14. Gaudiũ hoc cre-
scet in nobis, 1. Ioan. 1. nec finietur vnquã,
Ioan. XVI. Esa. LI.

Spũs in Mariæ cã tico quid

Quia respexit humilitatem ancil-
læ suæ: ecce enim ex hoc beatam me
dicent omnes generationes.

Declarat suum salutare esse Deum. Ver
bum, Respicere, habet hic emphasim, quæ
non semel in hoc verbo inuenitur. Respe-
xit in me humilem, misericordia prosecu-
tus est me, viscera miserationum suarum il
le mihi indignæ nõ clausit suæ ancillæ. vn-
de me posthac beatam dicent omnes gene
rationes. Me vero prædicando, duplicem
gloriam Dei declarabunt. Neq; enim pro
pter meritum meum me prædicabunt, sed
propter illius misericordiam immensam.
Dixerat Elisabeth: Beata quę credidisti: eo
respicit. Quasi dicat: Ex hoc tempore non
sola Elisabeth mihi charissima, me beatã
dicet, sed omnium fidelium nationes, omi
um piorum generationes, gratiæ Dei scien
tiam habentes, vno ore me in æternum be
atam dicent. Similes locos habes Gen. 29.
vbi ait Lia: Respexit dominus humilitatẽ
meã. In Gręco legitur tapinosis. Item psal
mo nono & XXV. Vide domine humilita
tem meam. Hebraicum Anuth, Hebraico
Anah respondens*. Nouit se Maria humi
liare. Humilis in suis ipsius oculis quæ fu-
erat, eam Deus Optimus Maximus nouit
exaltare.

Maria se se humili ans, exal tanda.

Quia fecit mihi magna qui potẽs
est, & sanctum nomen eius.

Exegesis superioris versiculi. Dixit, De
um respexisse humilitatẽ ancillę suæ: nunc
dicit, dominũ sibi magna fecisse. Antithe-
sis: paruitas ancillæ, & magnificentia po-
tentis Dei. Magna, quia Haalmã elegit eã,
Esaiæ 7. Per eam fecit dominus magnum
aliquid in terra, vt mulier conciperet virũ.
Hęc sunt vere megalia, siue latine magna-
lia, non reticẽda, Eccl 17. 2. Mac. 3. Luc. 8.
Psal. 126. Magnificauit dominus facere no
biscum. Sed oĩa quę magnifica fecit syna-
gogæ, quota pars sunt, collata magnalibus
lis, quæ pręstitit Marię? Qui potens est, &
& sanctum nomen eius. Nonne de suo po
test facere quod vult? Miseretur cui vult,
& nemo est qui arguat: quia sanctũ est no
men eius. Nulli facit iniuriam, si alteri ma
iorem exhibuerit gratiam. Si oculus tuus
nequam est, ait, quia ego bonus sum? Simi
les locos habes Psal. 103. 24. Dynatos, He-
braice Gibbor, potens q̊d hic est apud Lu-
cam. Sanctum est nomen eius, Psal. CXI.
Vides Mariam in Thehillim fuisse exerci
tatissimam.

Marię do min⁹ ma gna fecit.

Et misericordia eius à progenie in
progenies timentibus eum.

Apta & sacrosancta appendix. Magna
mihi fecit, & nemini suam misericordiam
negauerit. Misericordiæ eius nullus est fi-
nis. Quæ prisca secula, Dei miserationibus
non sunt plena? Quæ gens Dei clementiã
non est experta? Quis homo gloria Dei nõ
est oppletus? Gratiæ gloriæ Dei detrahat,
qui eam vnquam exhaustam & clausam si
bi sensit. Quemadmodum à condito mun
do gratiam suam nulli negauit, ita & vsq;
in finem mundi oĩbus exponet. Beatum
os, quod euangeliũ hoc pronunciauit. Be-
atus venter qui clementiæ autorem porta
uit. Similes locos habes psalmo centesimo
quinto & CXXXVI. Misericordia domi
ni manet in æternum. Porro ꝙ misericor-
dia Dei potissimum manet Deum timẽtes,
vides etiam Psal. 33. 115.

Fecit potentiam in brachio suo, di
spersit superbos mente cordis sui.

Aptissima Deo suo tribuit, in superiori
bus, epitheta: quæ iam incipit per magnifi
ca declarare gesta. Dixerat potentem, ma-
gnum, misericordem, &c. Omnia ista alti-
us repetens, sex argumentis dilucidat. Pri
mum hic insinuat, dicens: Fecit robur in
brachio suo dominus, dispersit superbos
cogitatione cordis ipsorum. Præcipuum
Dei opus, expugnare superbos. Hic suam
ostentat potentiã, non sinens tyrannos sic
ca morte ad inferos descẽdere. Hic vnà cũ
sua gloria & pauperum quoque ipsorum
cornu exaltat. Exemplũ esto Pharao, Abi-
meleck, Amorræus, Chanaan. In Senna-
cherib p̃sertim gloriosus apparuit. Supbis
Deus pprie resistit. vnde Babylonẽ ridiculũ
opus toti mundo permanere voluit, Gen.
XI. Vide de hac re psalm. LXVIII. Quæ,
malum, vero cæcitas tyrannorum, qui con
tra tam manifesta exempla, & contra Ma-
riæ virginis & alia multa oracula non ob-
scura, audent gigantæo furore Deo se op-
po

ponere. Sunt qui ex istoc facinore egregiam se laudem relaturos confidant: quales præcipue sunt hæretici. Apostolus adstipulatur Mariæ, dicens: Non proficient amplius. Dementia eorum manifesta erit omnibus. Moabitas tales robur diuinum etiam antea prostrauit. Amentes ergo sunt, qui cordium suorum cogitatione sibi magna contra veritatem, quæ Deus ipse est, pollicentur. De brachio potenti vide Exod. 15. Psal. 77. 89. De dispersione superborũ, vide Psal. 18. Mal. 4. &c.

Deposuit potentes de sede, & exaltauit humiles.

Secundum & tertium argumentũ gloriæ magni Dei, hic Maria succincte pstringit. Volunt tyranni huius seculi, dij haberi, Dei, à quo exaltati sunt, obliuiscentes, de dominio sibi credito, sese efferentes. Huc refer Psal. CXII. Exempla huius loci sunt, Og, Seon, rex Hai, rex Amorræorum, Nabuchodonosor, Aman, & omnes tyranni, in quorum depressione exaltati sunt pauperes, & lętata est ciuitas Dei. Porro (vt est apud Theophylactum) detraxit etiam potentes de sede, pharisæos nimirum, & exaltauit humilia sentientes. Secundum illum sensum iterum minitatur spiritus sanctus hęreticis, in sua sese extollẽtibus sapientia.

Esurientes impleuit bonis, & diuites dimisit inanes.

Quartum & quintum argumẽtum potentis & misericordis Dei audis. Secũdum literã accipe hic diuitias & paupertatẽ rerum familiarium. Vt sit sensus: Qui Crœsus erat, factus est Irus: & viciſſim, Irus quispiam euasit in Crœsum: certo, sed occulto, Dei iudicio. Neque enim opus dixerit artifici, Cur me ita finxisti? Rom. IX. Bona hic vocantur diuitiæ, quemadmodum etiam Lucę XII. Anima mea, habes multa bona. Similis locus est Psal. CIII. Dimittuntur inanes, qui ad inopiam & (quod aiũt) ad rastros redigũtur. Simile vides dictum Lucæ XX. Sententia similis est apud Salomonem Ecclesi. 4. Summa: capite censos ex cõtracta *libertate dñs Deus in summã opulentiam euehere potest, & dites quosque ab summa rerũ omniũ affluentia *canalicolas pannosos reddere. Timendus ergo diuiti, & in ipso sperandum misero.

Suscepit Israel puerum suum, memorari misericordiæ suæ.

Hoc est sextũ & præcipuũ Dei opt. max. potentiæ & clementiæ argumentum. Nouiſſimũ hoc argumentũ posuit sapiens virgo, quia & nouiſſime post angelorũ & prophetarũ eloquia, ipsa quoq; locuta est sapientia, Heb. 1. Benignus & clemens à condito seculo Deus apparuit in personis priuatis & publicis, singulis & vniuersis, seq; solum Deũ ostendit. Nouiſſimũ omnium est, quod expectatum vnice Messiam Israeli misit. Summũ hoc omniũ est, quia Messias ipse Emanuel & conditor est omniũ. Attende verba virginis: Israel non solum vocatur ille, qui est secundũ carnẽ: verum etiam is, qui est ex imitatione fidei, quem Apostolus vocat Israelẽ Dei, Gal. 6. Iterũ idem vocatur filius Dei. Vult enĩ à fideli Israele pater appellari, Hiere. 3. Malac. 1. Secundũ Hebraicum idioma potest hic locus reddi, Israel serui sui, quemadmodũ est apud Esaiã 42. & psal. 136. Le Israel abdo. hoc est, Israel seruũ suum. Israelẽ suũ siue filiũ, siue seruũ, dñm rursus suscepisse, Maria dicit. Quasi dicat: Visus fuit districtus Deus Israelẽ plane non noſſe, immo explosiſſe, sed ecce peculiũ suũ adhuc clementer agnoscit, & charum habet. Simile est quod Dauid ait: Dominus suscepit me. quod ex Græco profero, quoniã & sanctus Lucas hunc locũ gręce protulit. Ro. XIIII. legis aſſumere. Nec à vero sensu aberrauerit, qui legerit, Recepit Israel. Item Psal. XCVIII. legis, Recordatus est misericordiæ suæ Iacob, & veritatis suæ domui Iacob. ex Græco.

Sicut locutus est ad patres nostros, Abraham & semini eius in secula.

Appendix epilogica scita: Verbũ domini manet in æternũ: quia Deus veritas est, seipsum negare non potest. Vnde & veritas nómen eius est, Apo. 19. itẽ Ioan. 5. Ro. 3. 1. Co. 1. 2. Tim. 2. Deinde epilogus submonet, ne nos filios desertores constituamus, qui consilium ineamus, & aliquid decernamus, non ex dñoꝛe telã exordiamur, & nõ per spiritũ dñi, peccata duplicando, Esaiæ 30. Nihil hic ex casu factũ, nihil hic in fraudem alicuius gentis est intentatum. Oĩa simplicia, oĩa vera, omnia salutaria, quia æterni Dei consilij hic est certitudo manifesta. Ah vos, Iudęi, conuenio: vobis Abrahami, Isaaci, Iacobi, Dauidis, Salomõis, & aliorũ hoc genus est notitia. vobis oracula prophetarũ sunt satis perspecta. negare nõ potestis, in semine Abrahę, benedictionem promiſſam oĩbus gẽtibus, Gen. 22. Vos itẽ non potestis inficias ire, hoc semẽ de Christo accipi oportere, Gen. 26. Quare agite filios vos Abrahæ & prophetarũ exhibete, de oraculis propheticis & iureiurãdo Abrahæ dato, recte sentiendo. Maria Abrahamũ vocat patrem, quia sanguis Abrahæ fuit, sed illa paternitas, per spiritualẽ — Mariæ & Iudæorũ pr̃ fuit Abrahã.

paternitatẽ iam est abolita. Nunc non cognoscit Abraham carnales, sed filios spirituales. Si vero carnales noscit, non aliter id fit, quàm ad exemplar hoc, quo diuiti nepoti dicit: Fili, recordare quia *tu recepisti bona* tua in vita tua.

Attende Prophetissam veram Mariam: quid vsquam ex eius verbis aliud euincas, quàm veritatem confessam, apertum Dei verbum? Vnde repetitiones crebræ, Sicut promisit, Sicut dixit, Sicut iurauit. Tanti fuit, apud filios Abrahę veros, Dei verbum. Prophetissam eam quis non admiretur, quis non veneretur? Hæretici agrariam & vilem, nympham eam habent: Iudæi non Mariam, hoc est, dominam & reginam cœli, sed Hariam, hoc est, instar fimi vilem, blasphemant. Nos cum Elisabeth matrem domini profitemur, & secundum ipsius verbum, ipsam beatam prædicamus: quia in ipsa sanctam Trinitatem nos exaltare non dubitamus, patrem, filium, & spiritum sanctum. Cui laus sit & gloria per æterna secula. Amen.

IN DIE SANCTO NATALIS BEATÆ MARIÆ MAGDALENÆ, Euangelium Lucæ VII.

Rogabat illum quidam de pharisęis, vt manducaret cum illo. Et ingressus domum pharisæi, discubuit. Et ecce mulier quæ erat in ciuitate peccatrix, vt cognouit quòd Iesus accubuit in domo pharisæi, attulit alabastrũ vnguenti: & stans retro secus pedes ei⁹, lachrymis cœpit rigare pedes ei⁹, & capillis capitis sui tergebat, & osculabat̃ pedes eius, & vnguẽto vngebat. Videns aũt pharisæus q vocauerat eum, ait intra se, dicens: Hic si esset propheta, sciret vtique quæ & qualis est mulier quæ tangit eum, quia peccatrix est. Et respondens Iesus, dixit ad illum: Simon, habeo tibi aliquid dicere. At ille ait: Magister, dic. Duo debitores erant cuidam fœneratori: vnus debebat denarios quingentos, & alius quinquaginta. Non habentibus illis vnde redderent, donauit vtrisque. Quis ergo eum plus diligit? Et respondens Simon, dixit: Aestimo quia is cui plus donauit. At ille dixit ei: Recte iudicasti. Et conuersus ad mulierẽ, dixit Simoni: Vides hanc mulierem? Intraui in domum tuam, aquam pedibus meis non dedisti: hæc autem lachrymis rigauit pedes meos, & capillis suis tersit. Osculum mihi non dedisti: hæc autem ex quo intrauit, non cessauit osculari pedes meos. Oleo caput meum non vnxisti: hæc autem vnguento vnxit pedes meos. Propter quod dico tibi, remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum. Cui autem minus dimittitur, minus diligit. Dixit autem ad illam: Remittuntur tibi peccata. Et cœperunt qui simul accumbebant, dicere intra se: Quis est hic, qui etiam peccata dimittit? Dixit autem ad mulierem: Fides tua te saluam fecit: Vade in pace.

PROOEMIVM.

DEI amantes timentesq́ fratres, quis vnquam magnatum filius hominis, talem diuinæ clementiæ laudem meruit? Habet adulatorem Valerium Maximum & Martialem Domitianus, Augustus Vergilium, Horatium & alios. Sed nihil tale de suis dijs etiam fingere potuerunt insignes adulatores illi. Euangelista noster habuit specimen diuinum, quod vere de Christo memoriæ commendaret. Tres hic potissimũ adnotauit ꝑsonas, duas sibi pugnantes, tertiam vtranq; haꝝ ab indignatione eripientem. Pharisæus simulauit innocentiam, peccatrix dissimulare non potuit suam immunditiam. Vnde inter has personas * internecium intercessit odium. Christus vero q propter peccatores venit, Matthæi nono, Marci secundo, hanc consolari, illam corrigere, vt vtranq; seruaret. Sic & seruatus apostolus Paulus, per correptionem, qua ad sui agnitionem venit: & per consolationem, qua Christum fotera[illegible]

& agnouit, primæ Timothei primo.

Rogabat illum quidam de pharisæis, vt manducaret cum illo. Et ingressus domū pharisæi, discubuit.

Pharisæos infensos Christo fuisse, omēs euangelistæ testantur. Vnde ecessitudinē quandā cum Christo inierunt, vt calumniandi ansam inuenirent. Obseruant itaq; Lucæ 14. Rogant de tributo Cæsari dando, Matthæi 22. De diuortio, Matthæi 19. De resurrectione mortuorum, Matthæi 22. De autoritate eius doctrinæ, Matthæi 21. Multa præterea Lucæ 11. Omnia captiose, dolose & insidiose, Lucæ 20. Accessit & aliud genus hominum, non minus Christo infestum, Saducæi. Sic hodie ecclesia impugnatur à superciliosis pharisæis, & à deploratis hæreticis: ne pharisæis* Iamnes, Mambres, Diotrephes, & Simon Magus desit. Iesu Chri charitas vtriusq; vicit insidias. Et in ecclesia etiānum charitas omnia vincit. Forte hic Simon, euangelio nō adeo aduersarius extitit, quales etiā extiterūt hi, de quibus dicitur Luc. 5. Sed neq; hos neq; illos auersabatur Iesus, Luc. 11. Sed vndiq; eorū insynceritatē acriter taxauit, illis optimū rependens beneficiū Luc. 11. Neq; item publicanos adspernabatur, Mat. 9. Luc. 15. quāuis pharisæi id ægreferentes, Christum œnopoten & phagū calūniarentur, Lu. 7. Adeo verū est quod hoc loco dicitur, Iustificata est sapientia à filijs suis. Non hic euangelici nostrates, creberrima ineuntes conuiuia, vllū habent patrociniū. Qui adeo euangelici & illuminati esse volunt, neminē vocarent nisi pauperes, nec ad aliquem nisi ad pauperculū irent, cōuiuia celebraturi. Christi causa se secus habuit, quia Christū huius seculi vanitas non contemeraruit. Vbi Deus, ibi templum: vbi papa, ibi Roma. Vnde hoc prandiū, ratione Christi, verū holocaustū, quia nihil hic nisi luculentissima charitas, præsens misericordiæ Dei indiciū. Totus mundus hoc conuiuiū non solueret, qa peccatū non absoluit. Christus cōuiuator, etiā extitit saluator. Nostra conuiuia peccaminosa, qa voluptuosa. Euangelici nostrates sunt ex numero eorū, quos iuuat aliena viuere quadra: hoīes dionysiaci, non euangelici, non soteres, sed veri phagi & œnopotę. Horum odas psallunt, quorū panem comedunt. Nisi eīm sic diuitibus adularentur, plerunq; pane doloris vescerentur.

Et ecce mulier quæ erat in ciuitate peccatrix, vt cognouit, quòd Iesus accubuit in domo pharisæi, attulit alabastrum vnguenti: & stans retro secus pedes eius, lachrymis cœpit rigare pedes eius, & capillis capitis sui tergebat, & osculabatur pedes eius, & vnguento vngebat.

Controuersiam scholasticorū de varia opinione de hac Maria, sopire non possumus. Dubitant, num plures fuerint: & an hæc de qua hic agitur, etiam ea sit, de qua Mat. 26. & Ioā. 12. legit. Itē an ea de qua hic dicitur, Marthæ & Lazari soror fuerit, & Maria dicta sit, Luc. 10. Ioan. 11. Item an ne hic Simon, leprosus vocitet Mat. 26. Multum eam opinionē adiuuat, ꝙ Marcus & Matthęus quoq; Bethaniēsem eā affirmēt. Vnde etiā sunt, q Simonē eū patrē triū liberorū Bethaniēsiū affirmēt. Theophylactus dicit, se magis accedere sententiæ eorū, qui tres mulieres opinantur fuisse. Vnā eam de qua agitur in euangelica lectione, quę legitur sex dies ante festū paschę, Ioan. 12. Mat. 26. Marc. 14. duos ante pascha dies. Tertiā, eam de qua hic. Hac de controuersia plura vide in nostro pastorali. Communis consensus, qui huic festo præsentē lectionem adaptauit, etiam eam de qua hic dicitur, Magdalenam quoq; extitisse approbat. Cæterum ꝙ hic peccatrix dicitur, etiam varie intelligitur. Sunt qui libidinosam & propudiosam scortatricem fuisse dicant, ad gloriam misericordiæ Christi. Huiusmodi proprie vocātur in scriptura זונות siue πορνή, Gene. 38. Deuter. 23. 3. Reg. 3. Raab an talis fuerit Iosue 6. Iaco. 2. Hebr. 11. dubitatur à patribus. Sunt etiā, qui negent Magdalenā nostratē, talē fuisse. Cæterū corde immūdissimā extitisse eā, pomposam, superbā, gloriosam, choreis & spectaculis gaudentē, spectatū & vt spectaretur, oībus circis ingerētem se. Sic & aula apud Apostolū dicit peccatū. Et publicani tanq̄ peccatores, fuerunt synagogæ inuisi: quanq̄ neq; fornicarij, neque vsurarij, neq; adulteri, neq; homicidæ, aut hoc genus peccatis essent obnoxij. Sic peccatū etiā accipitur Esa. 1. Tob. 13. Quod si de tali peccatrice hunc locum intelligas, discis, etiā inquinare voluntatē, & aggrauare peccatorū venialiū molem. Discamus hic, mature abstinendū vitijs. Certū est, eas quę in peccato insenuerunt, etiā senes, quādo amatoribus sunt horrori, peccati adhuc consuetudine delectari. Si quid vetus scortum dolet, hoc saltem dolet, ꝙ ad furta minus appetitur. In talem dictum est hoc Horatij:

> Inuicem mœchos anus arrogantes
> Flebis, in solo leuis angiportu,
> Thracio bacchante magis sub inter-
> Lunia vento

Marias peccatrices & easdē vnctrices Chri. alij tres, alij vnā fuisse dicunt.

Peccator dupliciter accipitur in scriptura.

Mature à peccatis abstinendum.

Quum tibi flagrans amor & libido,
Quæ solet matres furiare equarum,
Sæuiet circa iecur hulcerosum
Non sine questu.

Tales plures celebrantur apud Martialē, dignæ æterna infamia. Pœnitendum ergo est cito.

Qui nō est hodie, cras minus aptus erit. Mulier peccatrix hæc adeo festinauit, vt non expectaret dum Christus domū pharisæi, vbi se ingratā esse nouit, exiret. Christum, tacta spiritu sancto, propiciatorium verum agnouit. Insigne monumentum aduersus om̄e pharisaicum cōmentum. Vtiq; (ait Psalmista) holocaustis non delectaberis, cor contritum & humiliatū Deus non despicies. Iesus Nazarenus dicit, citius peccatores quàm pharisæos, gratiā Dei inuenturos, Matth. 21. Idem interminatur pharisæis, alijs regni cœlorum aditum occludentibus, Matth. 23. Hæc procul dubio mulier peccatrix istæc audiuit. Deniq; & hoc q̊d Christus ait, Venite ad me om̄es qui laboratis & onerati estis, Matth. 11. Murmuras pharisęe? inuides sorori? Nō propter te intrauit mulier, non tuas dapes olfecit nec concupiuit. Nec Christus ipse tua fercula, sed peccatricis pœnitentis oscula expectauit. Venit mulier vocata & expectata, sed à Christo, tibi fastidita. Venit verecunda, quemadmodū & hæmorrhoissa illa apud Matthęum nono, & Cananæa, Matthęi 15. Stat ad pedes Iesu à tergo, flens. Ecce tibi hæretice. Flet peccatrix, atque adeo etiam tacens confitetur. Et quid hic requiris verba, cum Christus omnium norit corda? Et quid hic requiris verba à muliere illa, quæ cognita erat peccatrix om̄i turbæ? Notum delictū: lachrymæ testantur contritionem & confessionem, ipse coram vides eius satisfactionem. O salutarem aquam lachrymarum, aquam vitæ, aquam mortem æternam extinguentem, Matthæi 26. Lucæ 22. Tobiæ 3. 7. Iudith 13. Psalmo 125. Esaię 38. Actorum 20. De hac aqua multa commemorat sanctus Ambrosius, & ea salutaria. Tergit capillis. Christo cōsecrat quod diaboli erat. Osculatur pedes, filium Dei in humana effigie adorās. Vnde & hic Christus gaudet osculari basijs fidei, q alibi non vult tangi & vngi per manus fide exortes. Pedes & vngit, indignam se agnoscens quæ sanctum caput lauet: similis mulieri, quæ fimbriā saltē tetigit vestiēmti Christi, Matthæi nono. Obseruet sacerdos, hic certos fructus exprimi pœnitentiæ. Literalis sensus declarat, bona opera non esse peccaminosa, & iræ Dei meritoria. Allegoria fructibus dignis pœnitentiæ inseruit. Facit huc oratio Manasses 2. Paralipo. 36. Beatus pœnitens, qui cum muliere istac nostra pœnitentiæ locum (Esau negatum, Genesis 27. Hebræorum 12.) inuenit. Non possum mihi temperare, quo minus huc verba sancti Cypriani de Magdalena nostra beata illa proferam, in sermone de ablu. pe. Hoc, ait, in muliere peccatrice aliquando passus es, nec dedignatus in mensa solenni, manducantis conuescentibus, infamis personæ suscipere famulatum: cuius deuotio vsa est in capillis pro linteo, oculis pro catino, lachrymis pro baptismo: tetigit & lauit, & vnxit vnguento. Mactata intrinsecus anima, proprium in sancta sanguinem intulit, singula præbuere ministerium. Cor contritum erupit in lachrymas, fides lauit, charitas vnxit. Hæc multa in conspectu tuo Iesu congerens holocausta, de fonte cordis fletus hausit quos protulit, de pœnitētiæ pyxide vnguenta quæ obtulit, caputq; pro suppedaneo strauit, crinibus circunfusis pedes sacros inuoluit & tersit. Nihil sibi de se retinens, totam se sibi deuouit, & tu affectum potius quàm factū attendens, vngebas vngentem, abluebas lauantem, tergebas intrinsecus pœnitentem. Hæc ille.

Pœnitentiam male tradunt noui euãgelici fratres.

Pœnitentiæ digni fructus.

Videns autem pharisæus, qui vocauerat eum, ait intra se, dicens: Hic si esset propheta, sciret vtique quæ & qualis est mulier quæ tangit eum, quia peccatrix est.

Ex cantu proprio *quisquis dinoscitur ales. Stultus (vt Esaias ait) stulta loquitur. Et pharisæi nihil bonum possunt loqui, q mali sint. Oculus prauus nihil bonum videre potest. Similia vide Matthæi nono, Lucæ decimoquinto. Discēdum illis quid sit: Misericordiam volo, & non sacrificium, Oseę quinto, Matthæi nono. Si esset hic propheta, sciret vtique quæ & qualis. Vtique propheta est, quia scit, quæ & qualis illa sit, scit & quis & qualis tu sis hypocrita. Propheta est, qa nouit fratrū & sororū onera portare, Galat. sexto, compati infirmis, Hebræorum quarto. Exempla habes Helisei, quarti Regum quarto. Sunamitis prophetæ tenet pedes, Gihezi eam amouere conatur, Propheta seruum arguit, dicens: Dimitte eam. Anima enim eius in amaritudine est. Vides Iesum esse prophetam Simon? tu vero, quoniam repræhendis opus Dei, ex Deo nō es. Leprosus Gihezi habendus. Habet caro Christi virtutem sanandi, lauandi, tergendi &c. Mysterium hoc virtutis suæ sacrosanctæ carnis dominus Iesus hic nobis vult declarari, quēadmodum & Matth. 8. & alibi vbi leprosos attrectat.

Mat-

Mundis omnia munda, multo magis fonti puritatis nihil spurcum. Vos dicitis, Immũdũ ne tetigeris. Quid hoc sibi velit, nos didicimus Dei gratia, 2. Cor. 6. vos vero didi cistis, quia velum faciei vestri Mosis corda vestra occupat. Pœnitentes peccatores recipimus: obstinatos immũdos, e templo Dei abigimus & arcemus, 1. Cor. 5. Recidiuãtes quoq; execramur, tanq̃ suem in volutabro, & canẽ vomitũ resorbentẽ, 2. Pet. 2. Euãgelium est verũ: Nolite condẽnare, nolite iudicare: dimittite, date. Pharisaism⁹ est, obuia quæq; dãnare. Quæ & qualis, quasi dicat, in peccatis nata est *sola, quale illud dictum est apud Ioannem cap. 9.

Et respondens Iesus, dixit ad illũ: Simon, habeo tibi aliquid dicere. At ille ait: Magister, dic. Duo debitores erant cuidam fœneratori: vnus debebat denarios quingẽtos, & alius quinquaginta. Non habẽtibus illis vnde redderent, donauit vtrisq;. Quis ergo eum plus diligit?

Agnellus mitissimus apud Esaiã Chr̃us designat, rex mãsuetus & pauper apud Zachariã. Misericordiæ dñi in æternũ cantandæ. Discendũ à Iesu, qa mitis est & humilis corde. Eia q̃ comiter respõdet pharisæo: eia q̃ curat clementer. Sensus est: Si tua cognosceres peccata Simon, tu q̃q; faceres simila. Creditori cuidã danistæ erant duo debitores. Hoc est, peccata nõ sunt paria, peccata sunt debita, qa pœnæ sunt obnoxia, grauiori alia, minori alia, nulla tñ pœnaꝝ immunia. Magna & capitalia apud Matthæũ notant sub noĩe decẽ milliũ talentoꝝ cap. 18. minora, centũ denarioꝝ. Sũt quæ præueniunt iudiciũ, vt est videre in Aplo. Sũt etiã q̃ neq; hic, neq; in futuro remittunt seculo, Mat. 12. Adeo peccata paria nõ sunt, & sacerdoti cũ primis necessaria est sapiẽtia ad discernendũ inter lepram & leprã. Hæresin itẽ esse hic vides execrabilẽ, quæ tollit oris confessionẽ. Ita eñ iudiciũ inter leprã & lepram tollit, & peccatoribus peccãdi licẽtia concedit. Peccatũ est, negligere, nõ strenue Deo gratias agere, Dei laudẽ nõ semp habere & in ore, & pficere ope. Maius est, pariari cari & pcepta Dei transgredi. Creditor remittit vtrisq;, diues in oẽs, miserabilis super multitudine peccatoꝝ. Huic qngentos, illi quinquaginta denarios remisit. Hæc est summa euãgelij, nouum mustum, cuius capaces nõ sunt synagogici veteres vtres. Hic gratia pro gr̃a, & quodãmodo hic gr̃a iustitiã vincit. Chr̃us propiciatoriũ, propiciatioq; ipsa, Aduocatus & iudex, Agnus qui tollit peccata mũdi. Echarisato, habet Græcus textus, hoc est, donauit. Roma. 8. idẽ habetur, vbi Apl's dicit, Quõ cũ ipso nõ donauit nobis oĩa? Item Gala. 3. vbi dicit dñm Abrahæ hæreditatẽ donasse propter promissionẽ. De cõdonatiõe peccati vide Colos. 2. vbi dicit, charisamenos, hoc est, cõdonat nobis oĩa delicta. In baptismo remittit peccata, Acto. 2. 3. Post baptismũ Lu. 17. & 2. Cor. 7. Dicis: Condonat peccata gratis, ita vt nihil penitus inde postulet, exigatq;? Respondeo, Gratis omnino, sed lege interposita, ne talia denuo committamus, Ioan. 5. 8. Vult *& corrigamus, & ipsum redamemus. Vnde sequitur*. Sed hanc quæstionem alibi satis superq; expediuimus.

Et respondẽs Simon, dixit: Aestimo, q̃ is cui plus donauit. At ille dixit ei: Recte iudicasti. Et conuersus ad mulierẽ, dixit Simoni: Vides hãc mulierẽ? Intraui in domũ tuã, aquã pedibus meis non dedisti, hæc autẽ lachrymis rigauit pedes meos, & capillis suis tersit. Osculum mihi nõ dedisti: hæc aũt ex quo intrauit, nõ cessauit osculari pedes meos. Oleo caput meũ non vnxisti: hæc aũt vnguento vnxit pedes meos. Propter quod dico tibi, remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum. Cui autẽ minus dimittitur, minus diligit.

Rationi cõsentaneũ est, plus oportere eũ diligere, cui plus officij exhibet. Vides responsionẽ in quæstionem, suprà iam motã, Gratis ne peccata nobis dimittant, sic, vt nihil vicissim ex nobis exigat &c. Gratis sane peccata nobis remittunt, sed vt tãti beneficij simus semp memores & grati, vt diligamus benefactorẽ, vt & inter nos amemus, & mutuis nos beneficijs prosequamur. Val de clare Chr̃us hic loquit, mulieri huic peccata sua dimitti. Nõ solũ verbis demõstrat, uis in ipsam mulierẽ respicit, sed & ad eã se cõuertit, in ipsam oculos quoq; defigẽs: priuatæ nimirũ absolutiõis præsignatio nõ obscura. S. Ambrosius p duos debitores intelligit Iudæos & pharisæos, qm̃ oẽs peccauimus, & egemus gloria Dei. Theophylactus in pharisæũ præsentẽ, & peccatricẽ Magdalenã pœnitentẽ dictũ esse arbitrat. Nos in genere de q̃uis peccatore dictũ putamus. Vides hanc mulierem? Intraui in ædes tu-

Gratuita est peccatorum remissio.

as &c. Sensus est: Quid iudicas? quid condemnas hāc mulierem, te longe religiosiorem? Officia hospitij iure œconomiæ mihi non præstitisti, certo argumento, te adeo non amare, insyncere me vocasse in domū tuam. Ingrati hospitis sella post ianuam fertur posita. Quid hæc faceret, si domi suæ me excepisset hospitem, cum talia hospitalitatis officia exequitur in domo aliena? Sed heus tu bone vir, vide quàm peruerse iudices. Duodecim sunt horæ diei, & totidem noctis. fieri potest, vt in horæ cuiusuis momento, qui peccat, resipiscat. Vnde prophetarum vox est: Quocunque momēto vel hora peccator resipuerit, &c. Mulier itaque istæc, talis iam non est, qualis ante fuit: nec decet, vt dimissa illi peccata exprobres. Sic enim peccata donat pater, vt nunquam in æternum eorum recordari velit. Bezid katho aser assa, ÿhÿeie, hoc est, In iustitia sua, quam fecit, viuet, Ezechielis decimooctauo. O maximam Dei clementiam. Peccatorum obliuiscitur, & non iustitiarum: illa non exprobrat, has magnificit. Hic potissimum obseruandum, Christum singula, quæ sibi Maria contulit, officia recensere. At quare hoc? quia placent illi talia opera, Acto. 10. Ionæ tertio. Pharisæi & hæretici dissimulant, silentio prætereunt hæc obsequia mulieris, à Christo tantopere probata: sed prædicat ea Christo deuota ecclesia: hoc autem facit, vt oēs ad huiusmodi prouocet pietatis exempla. Claudite aures charissimi illis, qui huic diuersam adferunt doctrinam, commendatione fidei bonis detrahentes operibus. Fugite anguem latentem in herba, charissimi. Nemo fidelium, nemo electorum Dei, sibi persuaderi sinat, hominem fidelem in Dei dilectione & timore bene operando delinquere, & Dei iram promereri. Minatur Deus saltem ijs qui male faciunt. Audiatur iudex, audiatur veritas. Dimittuntur illi multa, quia dilexit multū. Vt aūt dilexit? Nonne re ipsa? Vtique. Neq; eñi verus amor in verbis, sed in effectu & affectu consistit. Diligamus, inquit Ioannes, veritate & opere. Affectum Mariæ attende. venit non vocata, quia Christo confidit, quia Christo oīa quæ Dei sunt, tribuit: regnū mundi & oēm ornatum eius amore Iesu contempsit. Quæ placuerunt, oīa viluerunt. placet iam, q̄d mundus abhorret, humilis & abiecta pœnitentia. Effectum fletus, lachrymæ, pedum Christi lotio, capilli in spongię vsum conuersi, vnguentum, pedum Christi exosculatio, & hoc genus reliqua, satis arguunt. Attende, charitatē esse rem viuidam & operosam. Dilexit, ait, multum: vtiq; etiam credidit, sperauit, fecit. Possum hunc locū pluribus declarare: sed pijs hoc satis est persuasum, hæretici temnūt. Ad hoc igitur, quod superius interrogauimus, redeamus. Nonne gratis peccata dimittuntur? Maxime. Nunquid aliquid exigitur? Nihil. Sequitur vero, æquum esse vt amātem redamemus. Danti, condonanti, afferenti, contegenti semper grati simus. Nā & hoc non est nostrum, sed Dei. Vnde ait Ambrosius: Amauit plurimū, vt dimittat plurimū. Itē, Reddamus amorem debito, charitatem pro munere, gratiam pro sanguinis precio.

Opera bona fruct⁹ pœnitentię placēt Deo.

Dixit autem ad illam: Remittuntur tibi peccata. Et cœperunt qui simul accumbebant, dicere intra se: Quis est hic, qui etiam peccata dimittit? Dixit autem ad mulierem: Fides tua te saluam fecit: vade in pace.

Absolutionem hic attendamus, qui contritionem & cōfessionem audiuimus. Potestatem eam dn̄s postea suis q̄q; cōcessit discipulis. Primo, Petro tanq̄ optimati, rōne vnitatis: deinde & alijs oīnibus Petri collegis, ratione vniuersitatis, quæ vnū corpus efficit, Mat. 16. 18. Ioan. 20. Absoluere vero nihil aliud est, nisi liberū denūciare, Mat. 9. Murmurāt hic pharisæi & hæretici, dicētes: Quis ē hic, q etiā peccata remittit? Pollicem, quantū volunt, vertant: impijs certe Christus peccata se remittere affirmat. Abnuat & resistat tantæ gratiæ, qui aliū peccati remissorē nouit: nos illi acquieuerimus, quem nobis pater cœlestis ab æterno prædestinauit. Illū oīa sacrificia legalia præsignant, nō pecudis fœtum, sed Dei agnum, de quo cantat ecclesia:

Esursum agnus mittitur
Laxare gratis debitum.

Testimonia scripturæ vides Ezec. 53. Mat. 26. Ioan. 1. Eph. 2. 1. Pet. 2. 1. Ioan. 2. Heb. 1. Apo. 1. Formā absolutionis audiamus. Ait: Remittunť tibi peccata tua: Fides tua te saluam fecit. Sic & alibi dicit: Confide fili. Iterum obserua, Charitatē etiā fidē æque atq; virtutum officia cōplecti. Quā suprà à charitate cōmendauit, nunc à fide facit spectabilem. Q. d. In me sperasti, mihi credidisti, me amasti. Verbum hoc fidei, dn̄o Iesu fuit valde peculiare, quotiescūq; aliquos aut à corporis, aut à spiritus aduersitatibus liberauit, Matth. 9. Marc. 5. 10. Lucæ 8. 18. Et scitum est hoc Poetæ catholici:

Crede. Fides est grata Deo, quia credidit vltro
Seminis & nostri princeps Abrahamus & autor.

Vade in pace. Nemo erit posthac, qui te con-

condemnabit, nemo te infamem & execrabilem adspernabitur: remissa enim est culpa, crimen & impietas peccati tui. Pax peccatoribus non est, sed pœnitentibus, hoc est, peccati punitoribus. Vade ergo, & ne pecces amplius, Ioãnis octauo: ne tibi quid deterius cõtingat, Ioannis quinto, Luc. 11. Alludit hoc Bernardi: Recidere, quàm incidere, deterius est. Hoc vtinam attendant aulicæ saltatrices pompofæ, atq; adeo bis meretrices, capillos, oculos, basia, vnguenta, & quidquid sunt, possunt & habent, in huius mundi gloriã conuertentes, nec vnquam *respicientes.* Respicite, reuertimini Sunamites, qui estis iam occasio tot periculorum, quibus totus orbis concutitur. Resipiscite, reuertimini per apertã & certam, synceram & veram pœnitentiam, vt per vos discant pœnitere, qui per vos irretiti, perrexerunt Deum suis peccatis ad iracundiam prouocare. Ipsum hoc sancta Magdalena dominum Iesum nobis poscat, cuius amore huius seculi vana omnia reliquit: quem hic assertorem & consolatorem habuit, quem nunc victrix habet coronatorem & coronam, eidem cum patre & spiritu sancto sit laus & gloria per omnia seculorum secula. Amen.

IN DIE SANCTO SANCTI APOstoli Iacobi Zebedæi, Euangelium Matth. XX.



Ccessit ad eum mater filiorum Zebedæi, cum filijs suis, adorãs & petens aliquid ab eo. Qui dixit ei: Quid vis? Ait illi: Dic vt sedeant hi duo filij mei, vnus ad dexteram tuam, & vnus ad sinistram in regno tuo. Respondens autem Iesus, dixit: Nescitis quid petatis. Potestis bibere calicem, quem ego bibiturus sum? Dicunt ei: Possumus. Ait illis: Calicem quidem meum bibetis: sedere autem ad dexteram meam & sinistram, non est meum dare vobis, sed quibus paratum est à patre meo.

PRAEFATIO.



Gloria sæculo huius conatur. Loriæ studiosiores sumus hodie oẽs, qui alijs honestate præstamus, sed non gloriæ Dei, quę crucis est. Mundi huius gloriæ, quæ cruci Christi plane est aduersa, atque adeo vana, sumus auidi. Fundamentũ præcipuũ, quod habet gloria mundi, est Mammon deus huius seculi. Opes amicos habent, paupere iacente contempto. Diues clarus, iustus, fortis, sapiens & virtuosus habetur: etiam si sit in fornice natus, & e gabalo trifur lapsus. Dites assident regibus, prædandi & latrocinandi periti, dum interim furcis vulgus latronũ crurifragio plexus suspenditur. Summa: Plutoni seruiens, plane est impeccabilis: inops, quidquid facit, præuaricatur. Superuacaneũ fuerit huc scripturã adducere, cũ Germanica tot ꝓuerbia, quæ passim in omnibus tonstrinis & pistrinis hodie celebrãtur, hoc ipsum quod iam dixi, affirment. Liquescit igitur, gloriam huius mundi esse vanam, cuius pręcipuum fundamentũ ipsissima est vanitas. Non absurde vocatur à nostratibus cenodoxia, Galat. 6. Fructus huius facinoris nullus alius est, nisi iurgia & rixæ, Philip. 2. Christus hoc vitium maxime in pharisæis taxauit, Ioan. 5. 12. Matt. 23. De hoc vitio audiatur hodierna sancti euangelij lectio.

Accessit ad eum mater filiorum Zebedæi cum filijs suis, adorans & petens aliquid ab eo. Qui dixit ei: Quid vis?

Matris obseruanda hic temeritas, magis vero Christi benignitas. Temerarium aliquid machinabatur mater, sed ad hoc facinus (quod Marc. 10. apparet) à filijs illecta. Sic habet Marcus: Accesserunt ad eum Iacobus & Ioannes filij Zebedæi, dicẽtes: Pręceptor, volumus vt quidquid petierimus, facias nobis. Hieronymus & Theophylactus ex hoc loco acceperunt coniecturam, matrem hic à filijs ad rogandum dominum esse instinctam. Quod Zebedæi mentio non fit, ratio forte est, quod e viuis excesserit: aut mater Christo sanguine iuncta, iure necessitudinis, quæ illi cum Iesu intercesserat, se exorare facile sperabat. Videbatur illi oratio sancta: Tu tibi ꝓximus esto. Qui sua negligit, aut insanus, aut nequam creditur. Adde quod & regius sanguis erat, e Dauidis nimirum stirpe. Nihil arcano rogat ore, quia se licita rogare putat. Humana infirmitas.

Sum-

Summa orationis est: Det vitam, det opes, det gloriam: æquum mihi animum parabo. Oratio, quam etiam ethnicus ille ridet. Christi iam spectanda benignitas. Accessit mulier, à filijs adornata atque irritata. Præsto matri sunt pignora, adorat, hoc est, tanquam aliquid arduum rogans, humi procumbens, domino supplicat, petēs vt Christus exorabilē *sibi præbere dignetur. Non latuit Christum matris & filiorum machinamentum, nec tamen protinus execratur commentum & intentum, sed suo more, (quem vides Luc.8. Ioan.11.) rogat. Rogat autem, vt patens vulnus præsentius curet, & simul suam mansuetudinem, quæ etiam nostra infirma ferre sustinet, declaret.

Christi benignitas.

Ait illi: Dic, vt sedeant hi duo filij mei, vnus ad dexteram tuam, & vnus ad sinistram in regno tuo.

Matthæus matrem sic inducit, tanquam interpretem filiorum. Marcus filios ipsos rogantes describit. Apparet * vtrorunq; factum, sed culpā magis tribuit filijs, quàm matri, Christus: quod ex sequentibus fiet euidens, vbi non soli matri, sed & filijs dicit: Nescitis quid petatis. Occasio orationis, carnalis de Messia opinio. Iudæi etiānum Messiam assertorem temporalem expectant, qui Syriam illis restituet habitandam, quiq; ibi regnet solus dominus, cæterisq; regibus totius mundi dominet. Vxores illi plures (ne quid vanitati & impietati miserorum desit) tribuunt: Insignem vero forma & lasciuia siue regali pompa vxorem eius, dicunt fore Iudæā genere, & Bethetem opḣir, hoc est, corona auri probatissimi coronatam, illi assidere. Apostolos talem adhuc de Messia opinionem habuisse vides Acto.1. Mouit potissimum apostolos ad orationē eam, q audierunt Christum disserentem de sua gloria, ea quę mortem & resurrectionē erat secutura. Orant ergo summatim aulæ primatū, qualem Ioseph habuit in Aegypto, Gene.41. Daniel in Chaldæa, Danie.5. Mardochæus apud Assuerum, Hester 8. Hieronymus: Mulier, ait, auiditate fœminea præsentia cupit, immemor futurorum. Sequitur: Postulat errore muliebri, & pietatis (puta maternæ) affectu. Sed succurrere illis debuit, q Chrs dedignatus est regium splendorē & pompam, Ioan.6. Vnde & ait apud Ioānem 19. Regnum meum non est de hoc mundo. Qui venit ministrare, sui regni disciplinam ipse declarās, primo incipit à paupertate, dicens: Beati pauperes spiritu. Tandem cōcludit summam sui regni decretorum, dicens: Beati estis cum persecutionem in hoc mūdo forti animo pertuleritis. Adeo Christi regno, quod in paupertate incep., in cruce & contumelijs consummatur, nihil cum huius mundi pompa.

Carnalis sensus, carnalis oratio.

Respondens autem Iesus, dixit: Nescitis quid petatis.

Hebraice sic: Loie dactḣem ma thisḣela. Vehementē grauitatem in huiusmodi verbis Christi videmus, præsertim Luc.9. vbi ait: Nescitis cuius spiritus filij sitis. Nescitis quid adoretis, Ioan.4. Vos nescitis quia verax est qui me misit, Ioan.7. Erratis, & nescitis virtutem scripturarum, Marc.12. Habet oratio fidelium multas promissiones, atq; adeo magnum sacramentum: sed quæ rite fit. Importuna oratione nihil execrabilius. Turpissimus poetarum ethnicorum taxat orationē quæ fit ore arcano, hoc est, stulta & vana petentem. Ethnici item norunt orandum parce, vt Deus cōseruet quæ mediocriter hoīes possident. Vnde idē ait:

Appetit esse sui, nō magni ruris amator.

Et alius:

Qua ratiōe queas traducere leniter æuū.

Idem ait:

Orandū, vt sit mens sana in copore sano.

Expressius hoc noster Boethius monet, dicens:

Da pater augustā mēti conscēdere sedē,
Da fontē lustrare boni: da, luce reperta,
In te cōspicuos animi defigere visus. &c.

Ab huius orationis synceritate commendatur Salomon, & compos voti factus declaratur, 3. Regum 3. 2. Paralip.1. vbi ait: Leb hachḣam ve nabon, hoc est, cor docile. Oratio commendabilis, quæ orat spiritum sanctum, Luc.11. Spiritus sancti nobis gratiam poscere. Fructus spiritus, Gala.5. Dona spiritus sancti, Esa.11. 1. Corin.12.14. Doctrinam sanam, Matt.9. Pacem & concordiam, Matth.16. 1. Timot.3. Vt magistratus ab omnibus vanitatibus mundi purus, honestati studeat liberius, 1. Timoth.2. Vt liberemur ab omni malo, & in tentationem ne intremus, Matth.6. Luc.11. Matth.26. Huc faciunt psalmi Dauidici, hymni sanctorum patrum. Huiusmodi præscriptis nobis opus esse, Apostolus testatur Romano.8. vbi dicit, nescire nos quid postulemus καθὸ δεῖ, hoc est, vt oportet. Nostræ ruditatis & ignauiæ non ignorans Christus, succinctam formam precandi docuit: vtinam eam probe teneamus.

Potestis bibere calicem, quem ego bibiturus sum?

Acsi dicat: Miror vos talia meditari, quæ mihi & meo regno plane sunt aduersa. Vos gloriam huius seculi, pompam, opes, voluptatem, & hoc genus vanissima petitis.

tis,audiētes mihi paratam crucem. Dñs ad supplicia vadit,& delicias quærunt serui? Sed ita non est comparatū, vt regni filius per crucem in suā intret gloriam:& exteri serui,quibus nihil commune est in regno, eiusdē regni gloriam adsequantur voluptatibus & huius mundi nugis. Oportet pati,& sic intrare in gloriam Dei,Luc.24. Si compatimur,& conglorificabimur,ait Apostolus. συμβασιλεύσομεν, hoc est,cum Christo regaliter dñari. Roma.8. συμπάσχομεν,cōpati,συμβασιλεύσομεν conregnate,præeat oportet.Stat regalis sententia: Humilitas præcedit gloriam.Inferiorē locum occupa,teipsum humilia, & exaltaberis,Prouer.15.Luc.14. Obseruanda hic aptissima allegoria siue metaphora calicis & balnei,per quæ Christ⁹ passionē & ignominiā intelligi vult.Mundus hæc ad pompam & voluptatē refert:contrà,Soter ea accipit in significatione diuersa:tanquam hic dicat,Abstine & patere:ille vero,Tibi viue,genio indulgēs:violentus esto,quoslibet supprimens.Sic ex diametro sibi mūdus & Christus pugnant.Finis gloriæ mūdi,perpetua infamia:finis infamiæ crucis, Christi vera gloria.Hoc est illud mirabile iter,per quod diuina prædestinatio omnes iustos duxit. Cum Christo in hoc cōuiuio crucis qui pergræcari & viuere recusat,ad mensam beatitudinis futuræ non pertingit.In hoc lauacro contumeliæ Christi,q̄ se perluere cunctatur,sordibus huius seculi prægrauatus,in Phlegetontis,Cocyti & Stygis fluenta præcipitabitur. Nec vacat mysterio,ꝙ Christus in æternū benedictus, crucem suā & eius contumeliā,calici & balneo,voluptatis symbolon habentibus,confert. Theophylactus dicit, hoc fieri propter tēperamentū vocabulorū,per se alioqui carni iniucundorū.Quid cruci & contumeliæ æque iniucundū dictu esse possit? Execrabilitatē & horrorē illum ablaturus dñs,vocabula ea terrifica, mira mitigat prouidentia,sic,vt ea iucunda & optabilia reddat.Certū est, philosophū illū,q̄ olim sua eloquentia mortem,omniū naturæ horribilissimū,hominibus ita persuasit,vt multi sibiipsis manus inferrent,tali & tanta loquēdi figura non esse vsum. Accedit huc,ꝙ Christus conuiuas & symbaptes plures sibi vocans,ipsum prius poculū hoc totum ebibit,& lauacrū tale totus subijt.Potens verbū,potens exemplū,potens sacramentum.Permouit potentia ea primitiuā ecclesiam,vt haud secus ad martyriū properarent catholici,q̄ si ad conuiuiū aut balneū essent ituri. Vnde ait Bernardus:Stat martyr tripudians & triumphans,toto licet lacerato corpore,& rimante latera ferro,non modo fortiter,sed & alacriter,sacrum e carne sua circunspicit ebullire cruorē.Vbi ergo tūc aīa martyris? nēpe in tuto,nēpe in petra,nēpe in viscerib⁹ Iesu,vulneribus nimirū patentibus ad introeundū. Hæc ille.Hac de re alibi fusius egimus,sanctū Ignatiū & sanctū Laurentiū exempli gratia citando.Nunc per ea ipsa,quæ alibi & hic adduxi,scripturæ & ecclesiæ testimonia,infero:non posse fieri,vt secundū mundi voluntatem,hic gaudeamus & illic,hic cœlū habeamus & illic.Ioannes Baptista e carcere in cœlū relatus,puella saltatrix ex aula in infernū detrusa.Huc faciunt loca Matt.5.10.23.Ioan.16.Acto.13. Romañ.8. 1.Thess.2.1.Pet.2.3. Deniq; & modus ille loquendi,quo tropicos calix & balneum crucē significat,in scriptura canonica infrequens non est,Matt.26. Luc.22.Ioā.18. Et de baptismo Luc.12.Neq; hoc silentio prætereundū puto,nos baptizari non in huius mundi voluptatem,sed fugam,atq; adeo in ipsam perpetuā mortificationem carnis & omniū voluptatū. Adeo electis ad gloriam,incumbit crux ingloria.

Dicunt ei: Possumus. Ait illis: Calicem quidem meum bibetis,sedere autem ad dexteram meam & sinistram,non est meum dare vobis, sed quibus paratū est à patre meo.

Discipulorū & hic obseruanda temeritas,& magistri benignitas:& nisi adeo comis esset iudex,periret omnis caro.Possumus,dicunt, accepta cruce in humeris,te sequi,Matt.10.1.Pet.2.Possumus tecū pati,mori & sepeliri:hac in re nulla est aut mora,aut cunctatio,tu gloriæ nos modo consortes velis.Non absimilis pugil fuit Petrus, dicens:Etiam si oporteat me tibi commori,non te negabo,Matt.26.Sed cū caperetur dñs,tam fugit Petrus,q̄ Ioannes & Iacobus,vt oraculū de Christo compleatur,Zach.13.Percutiam pastorē,& dispergentur oues gregis.Mitissimus pastor,ouium infirmitatem non ignorans,talem in suis humanissime tulit infirmitatem.Eia q̄ comiter curat? quis huius pastoris medelā fugiat?Non arguit mendacij,non insimulat insolentię,sed adfert medelam per oraculum diuinæ prouidentiæ.Potestis,inqt, *Posse nostrum ex Deo.* non ꝙ illi vere dixerint,se suopte Marte posse,sed prædicit illis hoc ipsum concessum iri superne. Simile vides illis prædici Matth.10.Ioan.16.Sic & dicit confessores & coniudices suos eos fore,Matt.19.Veritatem rei *,Act.4.& 12.Loquentibus Petro & Ioanne ad populum,superuenerunt sacerdotes & magistratus templi & Sadu-

cæi, indignabundi ꝙ docerent populum, & annunciarent in nomine Iesu resurrectionem ex mortuis, posuerunt́q; eos in custodiam in posterum diem. Altera vero die accersitis illis, comminabantur illis, nō videntes quare eos occiderent, cap. 5. Coniecti sunt in carcerem, sed dominus eos liberos in templum statuit. Venerunt itaq; custodes, principibus annunciantes, & dicentes: Ecce carcerem clausum inuenimus, custodeśq; diligenter custodientes, neminem vero intus reperimus. Et ecce alij nuncij venerunt, dicentes eos in templo stare, & docere populum. Aduocantur iterum, & nisi in Gamalielis consilium pedibus itum esset, statim male acceptos tradidissent morti. percutiuntur tamen, & cæsis præcipitur, ne in nomine Iesu loquerentur. Hæc fuit alea apostoloꝝ, hic calix, hoc lauacrum. Ioannes itaq; citra capitis pœnam factus est martyr, tot minas exantlando. Tertullianus & alij primitiuæ ecclesiæ scriptores, commemorant, Romæ in vas plenum feruentis olei esse coniectum: sed quia ibi diuina potentia illum conseruaret illæsum, in Patmos relegatum insulam. Qua de re suprà dictum est in eius festiuitate. Sic dominus hic nihil diuersum dicit ab eo, quod est apud Ioannem cap. 21. Sic eū volo manere &c. Procellæ tribulationum multæ, vnam mortem æquant. Præstat eñ semel mori, q̄ diu torqueri, & multis persecutionibus reseruari. Iacobum capite plexum vides Acto. 12. Completum est verbū veritatis. Calicem siquidem domini biberunt, cum domino ad opiparum hoc conuiuium iuerunt, & eodem cum Christo lauacro sunt loti: lauacro vernali, & supra omnem captum humanū delectabili. Sed nostrum hodie seculum, tales delicias cuius conuiuio & balneo alij posthabet. Gloria crucis Christi, plane hodie est extincta. omnium hodie oratio est, Da vt opulenti potenteśq; sedeamus, alter ad dexteram tuam, alter ad tuam sinistram: calicem vero tuum, tute tibi reseruato: nos interim zythum & merax merū bibemus, combibemuśq;. Timendum est, vt propediem superbi de sedibus deturbentur, calice iræ Dei prophetico potati. Hieronymus calicem Ioannis vocat calicem confessionis. Similis huic est ille, quo dominus potauit Sidrac, Misac & Abdenago. Quantum ad Salomæ orationē attinet, videmus exauditam matrē Zebedæoꝝ. Petrū siquidē, Ioannē & Iacobū, Christus præ cæteris sibi familiares esse voluit. Carnaliter vero nō

Crucis gloria hodie prorsus est extincta.

exaudiuit, qa hoc illis nō expediuit: pœna illis dñs prǫuidit, potum illi negauerit aquæ vapidæ, dominus vero fluenta illis tribuit nectaris ætherei. balneum illi pararant aquæ mortuæ, domin⁹ mare illis contulit aquæ viuæ, aquæ paradisiacæ iucunditatis, aquæ angelici nitoris conferendi virtutem habentis. Sedere ad dexteram, nō est meum dare vobis, ad humanitatem Christi referendum. Obserua in hoc euangelico loco Christi humanitatem. qua suos agnoscit consobrinos. Cui non arrideat ille fauor & pietas Christi erga suos contribules, qui eos ad apostolatus dignitatem adsciuit omnes? Vnus in septuagintaduorum discipulorum numero permansit Ioseph, cognomine Iustus, Acto. primo. Iuxta humanitatem hic quoq; dicit, Non est meum. Sed & hoc obserua quod dicit, quib⁹ paratum est à patre meo. Vides eundem Christum filium Mariæ virginis, prolem quoq; esse Dei omnipotentis.

Præclare hic dicitur ab Hieronymo, Regnum cœlorum non esse dantis, sed accipientis: non personæ, sed vitæ paratū esse. Opera, ait Ioannes, eorum sequuntur illos. Qui bene fecerunt, ibunt in vitam æternam. Hoc fac, & viues. Sensus est: Non carnis prærogatiua, aut personę respectus hic habet locum, sed gratiæ supernæ vsus & virtutum meritum. Pater non patitur sibi aliquem sedere dexterum, nisi solum filiū, psalm̄. centesimo nono, Hebr. primo. Qui vero mihi ministrauerint, & eos honorificabit pater, & eosdē mecum esse patietur, &c. Ioan. duodecimo, decimoquinto, decimosexto. Superest ergó vt legitime militetis: quia nemo coronabitur, nisi palmā abstulerit hosti. Summa, Crux mea est gloriosa, dicit dominus. Gaudete qui mihi hic compatimini, quia merces vestra multa est in cœlo, Matth. quinto. Qui alios de se fecere memores merendo, audient verbum: Venite benedicti patris mei. percipite regnum Matth. vigesimoquinto. Exposuit agonotheta præmium, immo præmia: quia neminem rite militantem, suo defraudatum vult honore. Superest ergo vt sic agamus milites, vt tanta dona, quorum precium nemo vnquā satis mente concepit, consequamur. Hoc ipsum nobis annuat pater domini nostri Iesu Christi, cui vnà cum filio suo domino nostro, & spiritui sancto sit paslaus & gloria, per æterna secula.

Amen.

IN

bispali legit hor die. liber gratiae sicut in die nativitatis B. Mariae virginis quere in folio. 124.

IN FESTO SANCTAE ANNAE,

Euangelium Matth. XIII.

SImile est regnū cœlorū thesauro abscōdito in agro, quē qui inuenit homo, abscondit, & præ gaudio illius vadit, & vendit vniuersa quæ habet, & emit agrū illum. Iterum simile est regnum cœlorum homini negociatori, quærenti bonas margaritas. Inuenta autem vna preciosa margarita, abijt, & vendidit omnia quæ habuit, & emit eam. Iterū simile est regnū cœlorū sagenæ missæ in mare, & ex omni genere pisciū congreganti: quam, cum impleta esset, educentes, & secus littus sedentes, elegerunt bonos in vasa, malos autem foras miserunt. Sic erit in consummatione seculi: exibunt angeli, & separabunt malos de medio iustorum, & mittent eos in caminum ignis: ibi erit fletus & stridor dentium. Intellexistis hæc omnia? Dicunt ei: Etiam. Ait illis: Ideo omnis scriba doctus in regno cœlorum, similis est homini patrifamiliâs, qui profert de thesauro suo noua & vetera.

PRAEFATIO.

EVangelista sanctus Matthæus in hoc capite septem inducit gnomas. Prima est de semine, secunda de zizanijs, tertia de grano sinapis, q̄rta de fermēto, quinta thesauri, sexta margaritæ, septima verriculi. Summa omniū, Christianismi est declaratio. Commendatur in mirū modum regnū cœlorū, quippe in quo vnice sit salus. Atqui primæ duæ parabolæ ostendunt, non omnes vere esse de corpore Christi, qui in ecclesia esse videntur, hoc est, qui baptizati sunt, & audierunt verbum, tenentq́ multa arcana regni cœlorū: esse etiam simulatores & malefactores. Diabolus non agit ferias: duas conatur fundare basilicas, vbi viderit Christum vnū ædificasse sacellum. Pusillus grex ecclesia vera, Matth. 7. Luc. 12. 1. Pet. 5. Sed semen siue granū sinapis nō tamen supprimitur, nullum est inter omnia grana, quod semel in terram iactum, tenacius adhærescat. Idem significat fermentum. Succreuit ecclesia ex paucissimis fratribus, quod liber Actuum satis declarat. Item ecclesiasticæ historiæ Eusebij & aliorum, idem ostendunt. Quid tres nouissimæ gnomæ sibi velint, nos in præsenti sermone indicabimus.

Simile est regnum cœlorum thesauro abscondito in agro.

Parabolas priores dominus ipse edisseruit, de semine puta atque de zizania, &c. Quid thesaurus & margaritum sibi velint, oportet vt scripturæ iudicio illucidemus. Ipsa beatitudo, summumq́ bonum, his rebus designatur preciosis. Est autē tantum bonū, fons & caput totius bonitatis, Christus Iesus. Thesauros huius mundi, inimici absportare possunt, non illum de quo hic agitur. Huius commeminit Apostolus, dicens nobis immensum esse thesaurū in vasis fictilibus. Item Christon dicit in nobis habitare opulenter, 2. Corinth. 4. Item, In Christo reconditas esse oēs gazas sapiētiæ & scientiæ, Coloss. 2. Vbi thesaurus ille reuera est, ibi procul dubio etiam est cor: quia vbi corpus, ibi etiam aquilæ. Hæ diuitiæ etiam apud Deum preciosæ habentur, Luc. 12. Hic thesaurus facit hominē timentem Dei, Esa. 33. Nam & omnes qui thesauros congessere, soliciti sunt. In cœlo vero tutum est, quidquid illic condiderimus, Luc. 18. Nihil sunt gazæ Aegyptiacæ, Babylonicæ, Arabicæ, Indicæ: nihil aurū Tagi & Pactoli. Hic noster thesaurus omnia est in omnibus, & sine ipso nihil est.

Suprà apud eundem euangelistam, ager dicitur mundus. Sed non coemendus est vulgaris emptionis modo. Et quare fidelis emat mundum, quem iam possidet, 1. Corinth. tertio? Hic regula locum habet sanctorum patrum, qui negant parabolas ad verba debere singula interpretari. Vel forte emere mundum, in quo thesaurus ille absconditus est, significat Deum ex visibilibus posse perspici, Romanō. primo, secundo. Omnis creatura dat testimonium de creatore. Hilarius dicit, thesaurum hunc esse Deum, latentem in homine, Christon puta — Mundus spūaliter emitur.

puta

puta in carne: quod nihil aliud est, q̃ Deũ incarnatum huic mundo innotuisse. Non in cœlo, sed in terra cognouimus atq; inuenimus eum. Ager forte non incommode accipitur pro ecclesia, & sic emptionis ratio magis conueniet. Sed quidquid id est, absq; auro & argento emitur ager ille: sua relinquendo omĩa, potissimũ comparatur. Fideles possident emptum. viderint vt fruantur thesauro, dum tempus est gratiæ, 2. Corint. 6. Prope est nobis verbũ, nempe in ore & in corde, Rom. 10. Indiciũ huius thesauri, est verbũ domini. Scriptura est etiam ager, in quo absconditus est thesaurus Iudæis, nobis manifestus. Hieronymus de scriptura intelligit. Chrysostomus & Theophylactus thesaurũ dicunt esse sanã euangelij doctrinã. Nos omĩa complectimur: nam cũ dicimus Christũ esse thesaurum, verbũ non secludim⁹: quia Deus erat verbũ, & verbũ caro factũ est. Mundi huius amatores, suos subinde recolunt thesauros: nobis idem præstandũ sapientiæ indagatione, Prouerb. 2.

Ager significat ecclesiã.

Quẽ, qui inuenit, homo abscondit: & præ gaudio illius vadit, & vẽdit vniuersa quę habet, & emit agrũ illum.

thesaurus p̃ciosus Christus.

Thesaurus noster preciosissimus, est verbum caro factũ. Hic thesaurus est in mundo repertus forma vt homo, Philip. 2. Et cũ hominibus conuersatus est, Baruch. 3. Deniq; omni mundo denunciatus & receptus, fides habita est euangelio, 1. Timo. 3. Beati qui eũ agnouerunt, donũ indignissimis nobis contigisse hoc ter maximũ, Ioan. 3. Suo iure dicunt illi cum Andrea: Inuenimus Messiam, Ioan. 1. Abscondit: abstinet & patitur, deprimit se, & humiliabitur. Caute agendũ in tantis rebus. Qui gestit thesaurum se inuenisse, ipsum thesaurum prodiderit. Præ gaudio vendit vniuersa, mundo renunciat, voluptatibus & gloriæ vanæ moritur, se deniq; totũ mortificat, vimq; sibi spiritualem infert. Dicis hoc esse luctuosum. Carnalibus luctuosum satis est: sed ijs qui thesauri huius precium norunt, non item. Hi dicunt: Quis nos diuellet à Christo? Num gladius? num ignis? num alia quæcunq; violentia? Num p̃sentia, præterita, futura? Certi sumus, q̃a neq; ipsa mors nos à charitate Christi possit separare. Nemini carnali spiritualis illa gloria potest persuaderi. Felicitas, inquam, Christianorũ nullis verbis potest explicari. Qui infelicitatem & miseriam huius carnis vitæ non nouit, gloriam regni Christi videre non poterit. Thesaurum itaq; illum

recte disnoscentes, gaudentes omĩa relin-
quunt: gaudentes omĩa discrimina iube-
unt, tanquã carbones pro thesauro & au-
nõ thesaurũ, qui inæstimabilis est: sed agrũ
mercatur, in quo thesaurus est abscondi-
tus. Seipsum homo sibi negat, omĩa relin-
quit, in solo eo thesauro gloriatur. Morta-
lem se quisque nouit. Nihil huc intulimus,
nihil efferemus. Et quid fuerit, si homo
vniuersum mundũ lucratus fuerit, animæ
vero suæ incommodauerit? Marci octauo.
De thesauro ergo illo soliciti sunt pij, qui
non perit, qui possidentem se semper se-
ctatur, nec vnquã deserit. Et quid est ho-
mo nisi humus? Nonne expedit, vt oculus,
manus, pes, & aliud quodcunq; charũ cor-
poris membrũ amputetur, vt vita hominis
conseruetur, Matth. quinto? Sic sine omĩ
querimonia homo thesaurũ Iesum recte
tenens, omĩa odit, hunc vero thesaurũ vni-
ce custodit.

Iterum simile est regnum cœlorum homini negociatori, quærenti bonas margaritas. Inuenta autẽ vna preciosa margarita, abijt, & vendidit omnia quæ habuit, & emit eam.

Parabola hæc, cũ superiori plane vnũ habet sensum. Similitudines sunt ex huius mundi insania, qua auri & argenti studeut possessioni, qua gemmarũ insudant acquisitioni. Fuerunt olim ethnici hac in insania plane submersi: sed nostrates hodie omnẽ omniũ ethnicorũ execrabilem eam philargyriam multis parasangis excellũt. Euangelici iuxtà atque ecclesiastici auaritiæ student omẽs, ne mentiantur prophetæ, Esa. quinquagesimosexto, Hierem. sexto. Duplices itaq; sumus idololatræ, scientes auaritiã esse idololatriã verissimã. Non satis est optimatibus, nulla sibi tẽperare à calumnia: etiã excoriare iam excoriatos, pecudẽ miserã tondere ac deglubere, atque adeo in proximũ peccare, etiam aris ipsis insidiari, audẽt. Quis dubitat eos etiã sacræ eucharistiæ, quam etiam hodie blasphemijs proscindunt, vim illaturos, si aurum inde eliciendi aliqua spes esset? Quis non videat antichristum præ foribus esse, cum tam manifestos habeat apostolos? Accedit culpæ tantæ, φ etiam primitiuæ ecclesiæ sanctos patres, quasi ignauos, rudes & synceritatis fidei ignorantes, insimulant illuminati nostrates. Quales primitiua ecclesia margaritarios habuerit, res ipsa indicat. Vnus capillus sanctorum priscorum, plus virtutis prę se tulit, q̃ nostratium

anima

anima & corpus. Emperici prisci non verbis studuerunt Christianismo respondere, sed veritate: hoc est, opere: nostratium religio vnice in verbis consummatur. Nostrates nihil Christi habere, immo etiam Christū penitus ignorare, vel inde videre est, ꝙ nihil minus q̄ margaritas, de quibus hic mentio fit, attendunt: certo argumento, ꝙ om̄ia quæ de Christo disputant, nihil est nisi cæci iudiciū de colore. Cū Christo sanctorū millia: Christū sequuntur ij, qui cum mulieribus non sunt coinquinati. Aufer à Christo omnigenū virtutū exemplar, obedientiæ, humilitatis, castitatis, paupertatis, &c. & antichristum constitues: aufer à Christo sanctorū coronam, & solem à firmamento cœli videbis segregatum. Vnio hic noster Christus, polytimos est: hoc est, charus & preciosissimus, quippe qui virtutem omniū in se continet, vires omnibus suas sufficit. sed & aliæ gemmæ sunt bonæ, ex hac ipsa bacca optima. Sanctus Hieronymus per alias, accipit legem & prophetas. Marcioni & Manichæo legis contemptoribus, hic idē sanctus pater pie insultat. Insultat ergo & nostratibus, alias baccas non attendentibus. Vnicam gemmā eam, verbū Christi & veritatē exponit. Idem facit sanctus Hilarius, sed non adeo clare. Chrysostomus & Theophylactus vnicā hanc margaritam, de veritate, quæ Christus ipse est, Ioan. decimoquarto, accipiunt. Iuxta hunc sensum & nos illas baccas non contemnimus, verū hanc vnice appræhēdimus. Iam superest, ne ante porcos eam proijciamus, Mat. septimo. Granum hordei carnales huic præferunt. gemmarij & gnari negociatores, hac ita fruuntur, vt post hanc vitam eius virtute ad portas perueniant, quæ gemmis solis, auro item & argento resplendent, Apocalyp. vigesimoprimo.

Iterum simile est regnum cœlorum sagenæ missæ in mare, & ex omni genere piscium congreganti: quam, cum impleta esset, educentes, & secus littus sedentes, elegerunt bonos in vasa, malos autem foras miserunt. Sic erit in consummatione seculi. Exibunt angeli, & separabunt malos de medio iustorum, & mittent eos in caminum ignis: ibi erit fletus & stridor dentium.

Tertium simile, iudiciū Dei districtum nobis exhibet æstimandū. Faciunt euangelici nostrates hodie viam ad regnū cœlorū latā: eam vero quæ ducit ad perditionem, angustam. Hieremias cap. 20. ad falsi prophetæ Ananiæ mendacia dixit, Amen. Ita & nos latitudini illi nouæ, Hosianna succlamitamus. Atqui Deus non irridetur, Gala. sexto. Iudiciū suū à domo sua incipit. Vix iustus saluabitur. Etiā electos ante tribunal Christi stare oportet, Roma. 14. 2. Corint. 5. Alludit huc parabola præsens. Piscatores hic partim significant apostolos & eorū successores, Matt. 4. Mare, mūdus: rete, verbum dn̄i. Pisces sunt omne genus hominū. Piscatores etiā significant angelos, extremi potissimū tēporis atq; diei ministros. Sedere, & secernere bonos à malis, consentit cū eo, quod supra dictū est, angelos omnia scandala mundi eradicaturos. Neq; em̄ hic rectoribus ecclesiæ mandatur, vt ipsi bonos à malis segregent. quod ipsis angelis, potissimū ipsi iudici, reseruatur. Infrà 25. Cæterū neq; hic autoritas ligandi e medio aufertur, neq; eleuatur contra hoc quod dicitur Matt. 16. 18. Ioan. 20. Certū est, malos superfore vsq; in illū diē, incestuosum tamen Corinthium impune peccare non est passus: & Petrus Simonē magū, Ananiā cū vxore sua Saphira: quo apostolorū exemplo, etiamnū scandalis, quantū fieri potest, occurrendū est. Errāt, qui Cyprianū & Augustinū contra Nouatianos disputantes, autoritati huic derogare putant. Summa: habet rete euangeliū bonos & malos vsq; ad iudicē illū, cuius est omne iudiciū. Nō vult ergo Apostolus, vt ante tēpus iudicemus, 1. Corint. 4. In domo magna, vasa tā honori q̄ contumeliæ inseruientia. Si quis igitur expurgarit semetipsum ab his, erit vas in honorem sanctificatū, accommodū vsibus dn̄i, ad omne opus bonū præparatū, 2. Timot. 2. Huc facit dictū vetus: Fac vt prædestineris, si non es prædestinatus. Viderint noui euangelici fratres, quo torqueant locum Apostoli Roma. 9. & 11. Sunt quidē in agro dominico boni malis permisti. nam & in paruulo numero eorū, qui e Sodomitico interitu seruabantur, vxor Loth perijt. Et arca Noe omne genus carnis habebat, etiam Cham patris turpitudinē irrisurū. Synagogæ Gabaonitas mistos nemo nescit. Sub Gedeone erant Abimelechitę: quod tantū est, ac si diceres, sub Christo etiam esse antichristos. Sunt sane in ecclesia plures Azotici, suo Dagon arcam Dei associantes. Beati qui se ab his expurgarint. Chrysostomus hoc loco vehementer disputat contra eos, qui solam fidem ad iustificationem sufficere arbitrantur. De horribilissima inferni pœna, quam dominus in hoc capite bis tan

Iudicādū ante tp̄s non est.

Ecclesia militās tā bonos q̄ malos habet.

tangit. vide similia Luc. 16. Matt. 25. Item Matt. tertio, Esa. sexagesimosexto. Hieronymus super Prouer. cap. 13. duo dicit esse genera tormentorū inferni, frigus & æstū, iuxta hoc verbum domini: Ibi erit gemitus & stridor dentium. Vtrunq; item apud Matth. 22. vides esse in tenebris exterioribus. De igne infernali, hoc Pauli obseruandum, 2. Thessal. 1. vbi ait: Et reuelabitur dominus Iesus de cœlo, cum angelis potentiæ suæ, cum incendio flammæ, qui infligit vltionem his, qui non nouerūt Deum, & qui non obediunt euangelio. Vasa hic vocantur mansiones & æterna tabernacula, quæ alibi vocantur horrea, Lucæ decimosexto.

Intellexistis hæc omnia? Dicunt ei: Etiam. Ait illis: Ideo omnis scriba doctus in regno cœlorum, similis est homini patrisfamiliàs, qui profert de thesauro suo noua & vetera.

Vult seruator, vt audiamus & intelligamus. Facit huc 1. Corinth. 14. Matt. quinto, clamat & exhortatur, vt audiamus & intelligamus. Verum est prouerbium: Qui legit & nō intelligit, tempus negligit. Idem & de auditu non intellectu verum est. Dicunt apostoli: Ita domine. Idem quisque magister à suis discipulis poscat. Non sufficit dicere, Etiam domine, vt sanctimoniæ simulator ille verbosus apud Lucam cap. decimooctauo. Itē inobediēs ille filius. 19. Mulier Cananæa ex animo est locuta, Matthæi decimoquinto. Et Petrus, Ioan. vigesimoprimo. Deus probat corda & renes. Videns Christus suorum profectum discipulorum, ea quę parabolice docuit, simili modo propemodum concludit, dicens: Ideo omīs scriba doctus in regno cœlorū, similis est homini patrisfamiliàs &c. Locupleti patrisfamiliàs confert scribas. Beatus siue opulentus paterfamiliàs, horna & vetera coaceruata seruat. Promptuaria eius plena ex hoc in hoc. Quidquid vsus postularit, sibi ante parauit. Sic & scribas suos Christus vult vtrunq;, nouum nimirum & vetus, semper habere in expedito. Iudaici Sophrę vnum saltem curant in promptu habere, puta vetus testamentum. Mosaicæ literæ ita sunt connexi atque affixi, vt altius caput exerere nequeāt. Vult ergo Christus suos Iudaicis Rabinis perfectiores esse. Vult & ethnicis philosophis eosdem esse acutiores, quippe qui arcana Dei vere queant indagare: sensum ergo illis dat ad scripturarum profunditatem adsequendam. Euangelion complectitur noua simul & vetera. Est enim virtus Dei ad iustitiam omni credenti, Romañ. primo, per quod saluamur, 1. Corint. decimoquinto. Est enim plane non hominis, ne quidem Christi, sed Dei verbū, Ioan. septimo. Hoc intellectum, facit idiotas vel ipsis Rabinis doctiores. Est enim ipsa clauis Dauid. Ioannis quinto dicitur Moses de Christo dare testimonium: quod non solum intelligendū est de Deuter. 18. loco, sed de omnibus oraculis & figuris, quorum libri Mosis pleni sunt. Huiusmodi testimonia qui non recipit, Christianus non est, sed Marcionista & Manichæus. Iudæi saltem vetus recipiunt, sed carnaliter plane. Manichæi & Marcionistæ nouum testamentum saltem probant, haud dissimili vesania, cradendo omnia quæ ad sacrosanctam Christi humanitatē pertinēt. Debet ergo vtrunque legi, interpretariq;, cum in scholis tum in ecclesijs. Hic linguarum peritia ecclesiam opus habere videmus. Hic etiam videmus ecclesiam opus habere catholicæ intelligentiæ & sensus studiosos: nam sine huius peritia, linguarum intelligentia crassissimas hæreses inducere & comminisci poterit.

Scribā euāgelicū noua & vetera possidere oportet.

Proferre, verbum, proxime cum Græco consentit. Promere debet opulentus paterfamiliàs noua itidem & vetera. Largus itidem debet esse scriba euangelicus, vtrunque instrumentum diligenter excutiendo, vt alterum per alterum illustret, stabiliatq;, Ioannis quinto. Atque hæc ad lectionem euangelicam.

Nunc ad commemorationem sanctæ Annæ veniens, dico etiam eam commemorationem simili modo esse exponendam.

Anna regiæ stirpis, Dauidicæ nimirū, filia, religiose educata, timens Dei & in legis iustificationib⁹ approbata: digna Deo habita, quæ in sui filij auiam eligeretur. Huic virtutum tantarum mulieri, Dei prouidentia datus est coniunx omnigena grauitate probatissimus, nomine Ioachim: quod vel ex Luca euangelista fit cognobile, cap. tertio. Genealogiam Christi recitabo, nomina ad dialectum Hebraicam expressurus. Hæc est prosapia Mariæ virginis, de qua Christus filius Dei est homo factus. Adam, Seth, Enos, Cainan, Mahalaleel, Iared, Hanoch, Mathuselach, Lamech, Noa, Sem, Arphachsad, Sala, Eber, Pæleg, Reu, Serug, Nahor, Thanath, Abraham, Iizhak, Iaacob, Iehuda, Perez, Hezron, Ram, Aminadab, Naschon, Salma, Boaz, Obed, Ischai, Dauid, Schlomo, Rehabeam, Abija, Asa, Iehoschaphat, Ioram, Ahaz, Hizkiahu, * Mnasse, Amon,

Amon, Ioschnahu, Iechonia, Sealthiel, Zerubabel, Resa, Iohanan, Iehuda, Ioseph, Semai, Mathathia, Maoth, Nagid, Hesli, Nahum, Amos, Matthathi, Ioseph, Iane, Mack:, Leui, Mathath, Ichoiakim, Miriam siue Maria. Hi sunt maiores nostri seruatoris, secundum humanitatem. Vides secundum Lucam Christi auum esse Ioachemum, qui aliàs dicitur Eli, & quẽ Philo vocat Eliakim. Videat sacerdos quæ præterea scribat de sancta Annę prosapia S. Hieronymus, Damascenus, & alij. Verus est Deus, veritas est ipse De⁹. q̃d p̃ Mosen & prophetas promisit, hoc per S. Annæ filiam recepimus. Faxit Deus, deuota mente religioseq́ hoc ipsum custodiam⁹, in suã solius gloriã, qui vnus Deus viuit & regnat per oĩa secula seculorũ. Amen.

IN FESTIVITATE ASSVMPTIONIS S. Mariæ, Euangelium Lucæ X.



FActum est dum irent, & ipse intrauit in quoddam castellum: & mulier quædam Martha nomine, excepit illum in domum suam: & huic erat soror nomine Maria, quæ etiam sedens secus pedes domini, audiebat verbum illius. Martha aũt satagebat circa frequens ministerium. quæ stetit, & ait: Domine, non est tibi curæ q̃ soror mea reliquit me solam ministrare? dic ergo illi vt me adiuuet. Et respondens dixit illi dominus: Martha Martha, solicita es & turbaris erga plurima. Porro vnum est necessarium. Maria optimam partẽ elegit, quæ non auferetur ab ea.

PRAEFATIO.



DE mulieribus hisce duabus, vid□mus item Ioannis 11. vbi harum frater quidam Lazar⁹ nomine fuisse dicitur. Lazarus ibi præcipue Christi amicus vocatur. Itẽ ibidem Maria soror Lazari dicitur pedes dominicos vnxisse, & capillis extersisse: quod facit, vt quidam Magdalenam hanc Mariam arbitrentur extitisse Lucæ septimo. Cyrillus hoc ipsum negans, dicit fuisse Magdalenam Galilæam quandã. Euangelista Ioannes dicit, Sotera singulari fauore prosecutum Lazaron cum sororib⁹ suis duabus. Christum & sorores has vicissim vehementer amauisse, vel inde constat, q̃ hospitio eum excepere, & omnibus humanitatis officijs prosecutæ sunt, iuxta hoc quod Ioannes ait, non amandum esse verbis saltem. Sic & eas vicissim amauit re & veritate Christus. vnde & amicũ suum Lazaron, morti ereptum, vitæ restituit. Et amoris certum indicium est, q̃ ad hasce sorores diuertere est dignatus. Locum euangelicum præsentem prius tractabimus, inde occasionem accipiẽtes etiã dicendi de assumptione gloriosissimę virginis Mariæ.

Factum est dum irent, & ipse intrauit in quoddam castellum.

Sic peragrauit Christus omnem regionem eam vltro citroq́, à tricesimo suæ ętatis anno vsque ad vicesimumtertium atq; dimidium: iuxta rationem atque supputationẽ eam, quæ est apud Danielem cap. 9. Bonus pastor impigre greges suos visitauit εὐεργετῶν, hoc est, benefaciendo, vt ait Petrus ad Corneliũ. Verbũ hoc, εὐεργετῶν, summa est totius peregrinatiõis Iesu. Hodœporicum salutare, quo visitauit nos Soter Dei salutare. Euergesia, id est, beneficẽtia, causa peregrinationis Iesu. Huius rei fidedignos habet testes, duodecim apostolos & magnam discipulorum turmã. Sanctissimi ducis, sancti comites. Oppidulum hoc, de quo hic dicitur, Bethania proculdubio extitit, quinquaginta stadijs ab Hierosolymis distans: Ibi Lazarus cũ suis sororibus habitabant. Et Euangelista Ioannes castellum vocat cap. 11. Sanctus Hieronymus commemorat suis temporibus Bethaniæ templũ extitisse, sepulchrũ Lazari ostendens. Beneficentia, causa fuit Christi pegrinationis.

Et mulier quædã Martha nomine, excepit illum in domũ suam.

Euangelista hic noster, Ioanni Lazaron harum sororũ germanũ relinquit. Lazari vero alterius mentionẽ facit ca. 16. Martha hic tanquam materfamiliàs describit, forte q̃a maior erat natu. prędicat ab hospi-

Hoſpitalitas ꝑcipua virtus Chriſtianorũ.

pitalitatis officio, q̄d in ſcriptura admodũ eſt celebre. Geñ. decimooctauo Abrahã excepit hoſpitio angelos. Itidẽ fecit & Loth, ibidem 19. De vtriuſq; hoſpitalitate vide Apoſtolum Hebræ. decimotertio. Laban hoſpitio excepit ſeruum Abrahæ, Raguel Moſen Exodi ſecundo. Vidua Sareptana Heliam, mulier Sunamitis Heliſeum, 3. Regum 17. 4. Regum 4. Opus hoc plane eſt epiſcopale, nedum viduale. Vtrunq; perſtringit Apoſtolus 1. Timot. 3. 5. Euangelici noſtrates, qui alioqui Paulum Paulum ſubinde ſucclamitant, pecuniæ ſtudent: de virtute hac viderint dñ. Opulenti itẽ euangelici non ſunt in vocando pauperes. Cæterum in conciendis diuitibus ſunt impigri, vt antapodoma, hoc eſt, viciſſitudo officiorum celebretur. Lucæ decimoquarto antapodoma hoc deſcribit diuitum, qui ſe viciſſim inuitant, & crebra conuiuia ineunt. Finem item nepotum iſtiuſmodi deſcribit cap. decimoſexto. Delicatuli noſtrates purpurati, ægre ferunt, ſi Chriſti præcones huiuſmodi cacoethes taxent, cũ tamen etiam ethnicis, quod apud Iuuenalem videmus, conuiuandi abuſus ille fuerit habitus vitioſus. Nos prædicamus Martham, alteram Sareptanam & Sunamitidem, ædes ſuas in xenodochium conuertentem, auſcultantem Eſaiæ quinquageſimooctauo. Præcipue propter officia erga Chriſtum, poterit domus eius dici χριστοδόχον. Et hodie quorumlibet pauperum Chriſtianorum hoſpitia, ita dici poſſunt.

Domus fidelis hoĩs chriſtodochion eſt verum.

Quidquid enim vni ex minimis fidelium præſtamus, ipſi Chriſto hoc ipſum facimus, Matt. decimo, vigeſimoquinto. Habet Martha hoc in officio collegas, Ioannam vxorem Chuſæ, Suſannam, & alias. In nouo teſtamento plures habet ſorores, Dorcada nimirum, cuius celebris mentio fit in Actis apoſtolorum. Eumiam filiam Rhetoris, de qua Euſebius. Paulam, eam quæ etiam Pſalterium Hebraice recitare poterat. Marcellam, cuius Hieronymus meminit &c.

Dubium non eſt, quin Martha quoque in lege optime fuerit inſtituta, adeo vt non iniuria poſſit quoq; ſapientibus mulierib⁹ conferri, vtpote illi à Thecua, & illi ab Abela, 2. Regum 20. Nam q̄ prophetam recipit, prophetæ mercedẽ, iuxta domini ſententiam, certo accipit.

Et huic erat ſoror, nomine Maria, quæ etiam ſedens ſecus pedes domini, audiebat verbum illius.

Nomen celebre, nomen amabile, nomen dulce Maria, propter eam quæ peperit illum, qui ſuo mundũ cruore medicat, quemadmodũ hodie chorus cantat. Duas hic nobis proponunt ſorores, vnius parentis duplices habentes affectus. Altera theori dedita, Chriſti verbũ auide audiuit, cibum vitæ, quẽ filius hominis dat Ioan. 6. dedita Chriſti videndi non minus cupida, q̄ Zachæus Luc. 19. Sedens ſecus dominicos pedes, audiebat verbũ. Sedere hic habet neſcio quã emphaſim. Et dominus, ſedens in monte, item in naui, docuit. Immo etiã ſedens, puer natus annos duodecim, in medio doctorũ, reſpondit illis, & eos viciſſim ſciſcitabatur. Apoſtolus quoq; Act. 22. ipſe fatetur ſe ad pedes Gamalielis ſedentẽ, legis præcepta didiciſſe. Quietem animũ & attentionẽ ſignificat. Auditorium feruere oportet. Diſcipulum decet eſſe mathetenthin & pepædeumenon, Mat. 13. Acto. 22. hoc eſt, commodũ & honeſtũ diſcipulum Dei, qui religioni à teneris aſſueuerit. Cæterũ & ſuggeſtũ & ſedilia om̃ia ſic debent in ſacra æde fieri, vt commoda & honeſta ſint om̃ia. Maria pendens ab ore Chriſti, theorian nobis cõmendat, domũ ſuã acroaterion, hoc eſt, locũ vbi auditur verbũ domini, ſtatuens. Martha praxin nobis commendans, eandem domum efficit Chriſtodochion. Sic debet inſtitui quæq; domus, maxime ſacerdotum, præcipue cœnobia.

In primitiua eccleſia erant ſcholæ, quæ dicebantur ſcholæ ſaluatoris. Euſebius eſt teſtis lib. 5. cap. 24. In Alexandria habuerunt fideles ſcholas, dictas eccleſiaſticas, pro catechumenis. Origenes, poſt Pantenum harum legitur fuiſſe moderator. Chryſoſtomus contra repræhenſores monaſtices, vocat monaſteria ſcholas virtutum, atque inter cætera dicit: Ad hanc ſcholam vos quotidie vocantes, ſalutarem vobis doctrinã apponimus, non quæ veniunt ex propria mente loquentes, ſed documenta nobis à domino per diuinas ſcripturas donata. Acto. decimoſexto domus Priſcæ & Aquilæ dicta eſt eccleſia, certe potiſſimũ ex verbo q̄d ibi ſedulo docebatur. In Actis apoſtolorũ, in ædibus videmus euangelium frequenter denunciatum. Sed & eleemoſynæ frequens fit mentio. Sic Tabitha, ſic Cornelius, ſic Lydia purpuraria, ſic omnes probantur vere Chriſti diſcipuli. Adeo domus Chriſtiani, Chriſto tota debet dedicari. Diſcipuli veri colligunt vagos, cibos & potum dant famelicis, veſtiunt nudos, & nullis non inſtant miſericordiæ operibus, memores, iudicẽ hæc à ſuis exquiſiturum, Matt. 25. Hæreticorũ conciliabula, Chriſti eſſe nõ poſſunt, quia nõ faciũt ad vniuerſitatẽ. Catholici in priua-

natis ædibus conuenientes, nihil cudunt aduersus pacem ecclesiarum omnium, sed ad ædificationē conueniunt vnitatis.

Martha autem satagebat circa frequens ministerium. Quę stetit & ait: Domine, non est tibi curæ, ꝙ soror mea reliquit me solam ministrare? Dic ergo illi, vt me adiuuet.

Est & inter ipsos fratres & sorores aliqua lis, sed quæ facile sopiatur, inter Paulum & Petrum, inter Paulum & Barnabam. Sed in controuersiis talibus ecclesiæ atq; præsulis iudicio obaudiendū. Præfractus nemo est catholicorum. Ecclesiæ filius, est humilis, tractabilis, vt ait Iacobus. Martha Mariæ affectus nescia, modeste sorori succenset, non conuiciatur, nō tumultuat, non agit lœdoriis more insanorum hæreticorum. Maria visa est Marthæ quieta, secura, acediosa, atq; (quod aiunt) in vtramuis aurem dormiens: neglectæ ergo œconomiæ visa fuit castigāda, atq; hoc voluit committere præceptori Christo. Mariæ mēs tota erat rapta in cœlum, confixa illius menti verba Christi firmissimo clauo. Diceret cum Christo: Mihi alius sapit cibus. Similis reginæ Sabæ, quæ spiritum vltrà non habuit, visa & audita corā sapientia Salomonis, 3. Regum decimo. Sed certe Christus æterna sapientia, plus Salomone mirandus, Matthæi duodecimo. Respice Mariam fere semper ita describi, animo curis remisso. Ioannis vndecimo occurrit Martha Iesu, Maria domi sedente. Cap. 12. Martha item sategit circa ministeriū, Maria non item. Non acediosa vero putanda Maria, non socors & ignaua, sed mente altius rapta. Neque Martha peccauit sua sedulitate & officio. Operosa fuit & Sara, Gene. 18. Officiosa fuit mater Samsonis, Iudicū decimooctauo. Nahor ī Mesopotamia Abrahæ seruulos apparatu nō modico excepit, Genesis vicesimoquarto. Loth, Tobias, Raguel, & alij quoq;, hoc in officio strenui leguntur fuisse, nec hoc illaudate. Vnde neq; Martha hic culpabilis operosa. Cura reprobatur, non opus. Accurate rationem habuit, quia gratificari tanto hospiti voluit, qua in re non peccauit: cæterum ꝙ adeo anxia & scrupulosa fuit, deliquit. Ne quid nimis, quia omne nimium vitiosum. Scrupulosam religionem Euangelista describere voluit Marthæ. Græcam proprietatem vix nostro idiomate potero assequi. Satagebat, citra metaphoram reddi poterat, circunflectebatur, distrahebatur, morabatur &c. Animus eius in multis fuit, non putabat se tantis negociis solam sufficere. Dicit ergo: Dic vt me adiuuet.

Et respondens, dixit illi dominus: Martha Martha, solicita es & turbaris erga plurima. Porro vnū est necessarium.

Magister iudicat hic, componit litem. Non est præfracta hæretica Martha, sed humilis Christi discipula: sine negocio ergo inter Martham & Mariam reconciliatur gratia & concordia. Martha Martha: Repetitio nominis, indicium est dilectionis, dicit Augustinus sermone vicesimosexto. Non adspernatur opus, sed taxat curam. Non condemnat sedulitatem, sed animi anxietatem. Amat Marthā operosam & officiosam, vnde curas à dilecta vult demere omnes. Vnum, inquit, est necessarium. Theophylact⁹ per vnum hoc, intelligit sobrietatem & parsimoniam. Q. dicat: Non est opus tanto apparatu, non gratificaris mihi multitudine missuum & varietate epularum. Ego alium cibum hic quæro, nempe eum, cuius ratiōe huc sum missus. Nota, sobrietatem etiam ethnicis commendatissimam fuisse. Dicit ergo: Viuitur paruo bene. Prouerbium itē est, Non oportet transgredi salem & mēsam. Et natura vult, vt paucis simus contenti. In multis cibis est infirmitas. Et e mensa dubia surgit pallidus omnis. Vnū, etiam accipitur pro animo ab omnibus curis libero atque soluto. Vacare, verbum, significat tam vacuum esse, quàm operam alicui rei dare. Dicimus ergo, Vaco sapientiæ, Vaco rei diuinæ. Vt sit sensus, propter studium sapientiæ & rei diuinæ, alias oēs res vilipendo & negligo. Ocium quoque significat harum rerum studium, quippe ꝙ ad contemplationem ocium requirat. Plurib⁹ intētus, minor ē ad singula sensus, dicitur prouerbialiter. Sed dicere poterit cōtemplatiuus siue theoreticus: Nunquā minus sum ociosus, quàm cum sum ociosus. Idiotæ putant, studiosos literarum & contemplationi deditos, desidere & inerti ocio perire. Volunt ergo ab acerra ad aratrum sacerdotes quoslibet cogere. Tale est quod dicit Martha: Dic vt me adiuuet. Actorum sexto murmur coortū est in ecclesia. Apostolus Petr⁹ querulos eos compescendo, ait: Nunquid vultis vt nos derelicto verbo, mensis ministremus?

Veteres theologi, Ambrosius, Augustinus, & post illos Theophylactus, hoc loco auditum verbi diuini intelligunt. Martha,

Marthæ opus non reprobat.

Vnū necessariū.

Auditus verbi necessarius.

tha, ait sanctus Augustinus, pascere, sed Maria pasci voluit. Illa propter multa erat turbida, hæc propter vnicum erat serena. Illud quod hominis cor à Christo aufert, repurgandũ: hoc, quod hominis cor Christo adhærescere facit, vnice conseruandum. Vnice necessarium est, audire verbum: quia fides ex auditu est. Sine fide impossibile est hominem saluari posse, Romañ. decimo, Marc. decimosexto. Per auditum electis ingerit Deus spiritum sanctum, Galat. tertio, Acto. decimo. Spiritus sanctus hominem bonorum operum facit fœcundum, Galat. quinto. Adeo hoc vnicum, est vnice necessarium. Absit hic malus interpres nouorum euangelicorum. Non vnicum, & vnice necessarium, accipiendum sic, quasi excludantur alia pietatis opera & fructus sancti spiritus.

Audire verbum Dei, importat operationẽ

Collatio hic fit inter Marthæ apparatum & Mariæ ocium. Vnicum Mariæ, hic multis Marthæ componendum. Martha per varia & plurima distrahebatur: Maria per vnicum à varijs distracta, vni adaptabatur. Vnum hoc, præcipue necessarium. Poteris etiam legere: Vnius est necessitas. Beati qui audiunt verbum Dei, ecce præcipuum & vnicum. Sed & addendum, Qui custodiũt illud, Lucę vndecimo. Ecce alterũ.

Habet religio nostra suos gradus. Præcipuus, primus nimirum, est audire verbum: intelligere, secundus: in memoria retinere, tertius: corde credere verbo, est quartus: verbo fidere, est quintus: verbi præscripta fideliter re ipsa complere, sextũ est & summum. vt auditus, sit G A M V T: opus, sit L A: cæteris ordine sibi succedentibus. Qui Christum hic confitetur coram hominibus, eum & coram patre suo confitebitur Christus. sed non confitetur, qui non operatur. Vnde malefactoribus dicit, Nescio vos: & non solũ malefactoribus, sed & acediosis, negligentibus, oleum in vasis suis nõ habentibus, Matth. vigesimoquinto. Estote factores verbi, & non auditores tantum, ait Iacobus. Non abludit verbum Senecæ, dicentis: Facere docet philosophus, non dicere tantum. Ad eum modum diceres: Facere docet theologia, non audire tantum. Et scitum est hoc Iustini martyris: Non in verbis, sed in factis sita est nostra religio, 1. Corin. quarto, Romañ. secundo, non auditor legis iustificatur, sed factor. Ad ecclesiam quoq; est verbum patris cœlestis: Audi filia & vide, & inclina aurem tuam, & obliuiscere populum tuum & domum patris tui: & concupiscet rex decorem tuũ, psal. quadragesimoquarto. Audire saltem, & nihil præstare, paruam laudem meretur, Ezechi. 33. Matth. septimo. Non velle vero audire, prorsus est execrabile. Euangelici nc ui absolutam iustitiam penes auditum [illegible] tuunt. Bernardus catholicus autor, hic [illegible] diendus. dicit ille: Nos in fide plantat[illegible] charitate mittimus radices, defossi sarc[illegible] disciplinæ, stercorati pœnitentiæ lachry[illegible] mis, rigati prædicatorum verbis, & sic [illegible] beramus vino. Hi veri palmites vitis [illegible] Christi Iesu, sine quo nihil possumus, [illegible] quẽ oẽnia. Sic factu facilima oẽnia, 1. Ioan. 5. Facta ex nobis æstimare, cũ Iudæis & Turcis, non est catholici sensus. Hoc Ioannes Husita ita exprimit, dicens: Opus bonum, Deum diligere: medium, ieiunare: neutrũ, arare.

Maria optimã partem elegit, quę non auferetur ab ea.

Martha beata hospita domini, tametsi sua diligentia tantam laudem non meruit, quantam Maria adepta est sedendo, non tamen culpabilis bene operando. Ambrosius ait: Martha in sedulitate officij non reprehenditur, Mariæ vero melior pars præfertur. Vnum corpus est ecclesiæ: membra licet eiusdem corporis sint varia, habent tamen inter se vsus communionem, 1. Cor. duodecimo. Scientia in capite, actus in manibus. Maria, secundum sententiam iudicis, optimam partem præripuit, sorori bonam reliquit. Optimum eñ, infra se & bonum habet, & melius. Solicitudinẽ superuacuam & scrupulosam aufer à Martha, & videbis bonum & melius opus pietatis ad oẽnia commodum. Maria vero tota verbi contemplationi dedita, Marthæ præfertur sedulæ. Tanti est verbũ Dei. Verbum ipse Deus est, quia Deus est ipsa veritas. Neque Marthę pietas poterit esse salutaris sine verbi auditu. Quidquid eñ citra fidem fit, peccatum est. Non auferetur ab ea, immo (ait sanctus Augustinus) perpetuabitur & augebitur in ea. Bona est pars vna, alia melior, alia optima. Beatus qui consors fuerit alicuius horum. Horrendum dictu hoc apud Ioannem 13. Non habebis partem mecum. Item, Partem suam habebit cum infidelibus, Luc. 12. Exortes autẽ gloriæ Dei sunt, negligentes bonorum operum, & factores malorum. Atq; hoc est habere malam partem, quod certe de beata Martha dici non potest. Qui itaque sibi rite vult consultum, primo in Mariam se transfiguret, deinde Marthæ personam induat. Sed quare primo Maria? quia Mariæ pars præcipue & necessaria & magis gloriosa. Adde q & sors Mariæ est durabilior. Practice, distractiones fert & turbationes: contemplatio vero, domina fit affectionum, vt dicit Theophylactus.

Nam

Nā & sessio, firmitatis est symbolon. Maria vero refertur, qn̄ hoc q̄d cœlestis pater iussit, præstatur. Ait Matt.17. Hic est filius me⁹ dilectus, ip̄m audite. Petr⁹ idē se in monte Thabor audisse fatet, 2.ca.1. Aures vero audiendi quotusquisq; habet? Si fabulas recitaueris, si ioculares ludos in scenis deprompseris, frequens auditoriū habebis. Hic obliuiscimur omnes, de talibus nugis reddendam nobis esse rationē, Matthæi 12. Semē vero verbi Dei diabolus statim auditum aufert, Matt.13. Debet fidelis verbum Dei audire ardenter: nā sic retinebit ipsum tenaciter. Deniq; hic obseruaneq; Mariam probari sine opere, neq; Marthā sine fide. Theophylactus cū suo Chrysostomo, cū primis impugnāt eos, qui alterum auferunt. Sed nos iudicē audiamus Matth.7. Stultus est, ait, qui ædificat super arenam, hoc est, qui fidē sine bonis operibus prædicat. Apud Marc.11. maledicit ficui sterili, hoc est, fidem sine bonis operibus habentibus. Et veste carentem nuptiali, deturbari iubet in exteriores tenebras, Matth.22. Ecclesia (ait sanctus Augustinus) est domus disciplinæ, in qua docetur bene viuere. Propter hoc vero discitur bene viuere, vt perueniatur ad semper viuere. Sed vide Martham fide vacuā nō fuisse. Credo, inquit, quia tu es Christus filius Dei viui, qui in hunc mūdum venisti. Ioan.11. Maria quoq; bonorū operū extorris non fuit, teste eodē, ca.12. vbi ait, Mariā accepisse librā vnguēti nardi pisticæ preciosi, atq; vnxisse pedes Iesu, capillisq; suis eosdem extersisse, & repletam esse totam domū fragrātia olei. Vngere hoc ipsum, veritas bonum opus vocat, Matth.26. Catholici, ne decipiamini, veterem ecclesiæ viam sequimini: in ea tanquam columna, firmemini, Hier.1.2. Verbum domini hoc orthodoxum, hoc catholicum, hoc denique gloriosum, manet in æternum, Esa.4. Psal.112. Cætera de praxi atq; theoria, petat sacerdos apud alios, præsertim apud Theophylactum. Sanctus Augustinus hic elicit vitam huius miseriæ, & vitā instātis gloriæ. dicitq; inter cætera: Vna laboriosa, altera ociosa: neutra facinorosa. Quod Martha fecit, nos sumus: quod Maria fecit, nos speramus. Hoc agamus bene, vt illud habeamus plene. Hæc ille.

Adaptatio euangelij ad festum hodiernū:

Maria virgo, Christi genitrix vera, omni laude dignissima, reuera & Mariā & Martham egit hac in terra. Domus domini, & triclinium omnium gloriosissimum, vnde Sponsus egressus tanquam e thalamo honestissimo. Ea ipsa est, quæ Regi seculorum, in fine seculorum diadema parauit, quo apparatu etiam angelis cœli admirandus apparuit, quasi veniens ab Edom, tinctis vestimentis e Bosra. Gloriosam eam dominam hodie recolimus assumptam ad filium, receptam ex laboriosa vita ad gloriosam. Hieronymus dicit, ex Apocryphis nihil certi posse euinci. Idem affirmat, ætate sua templum extitisse in valle Iosaphat, nobile opus, in eo sepulchrum gloriosæ dominæ esse erectū, non minus nobile: sed vacuum cenotaphium, aliquod præ se ferre & monumētum *aliquod. Cæterum de corporali assumptione nihil vult temere fingere. hoc ip̄m dicit, se domino Iesu cōmittere. Hoc saltem certum esse, Deo omnia esse possibilia: Certum item esse, corpora sanctorum plurima resurrexisse, Matth.27. Idem dicit, etiam Dauidis sepulchrum vacuū ostēdi, Actorum secundo. Verisimile esse, & Dauida glorificato corpore cum Christo triumphare. Deniq; ait: Quanquam propter cautelam, salua fide, pio magis desiderio opinari oporteat, quàm inconsulte definire, quod sine periculo nescitur. Sanctus Augustinus primo hæsitat, sed tādem affirmat, plurima esse certa, quæ in scriptura canonica nō inueniantur expresse. Nihil scriptura de iustitia Melchisedek habet memoriæ proditū, nihil Biblia tradunt de beatitudine Enoch & Heliæ, Genesis 5.14. & 4. Reg.2. Indubia tamen hæc esse omnia. Infert ergo & rationi esse consentaneum, credi Mariam, cum secūdum corpus, tum secundum animam, in cœlū assumptam. Nemo suam carnē nō amat, parentum nobis honor est præscriptus. Christum verum filium esse Mariæ, videmus Lucæ primo, vbi dicitur, Sanctū hoc quod nascetur ex te, filius Dei vocabitur. Christi corpus non computruisse, scriptura docet Psalmo decimoquinto, Actorū secundo. Deniq; & Christus ait rediuiuus: Data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra. Colligit itaque sanctus Augustinus primo, animā Mariæ claritatis Christi consortem, eum, quem sine omni macula genuit, concernere clarificatum. De corpore sic disputat: Etsi non suum p q̄d genuit, tamen suum quod genuit. Dicit: Si non illic habet corpus, per quod genuit Sotera Iesum, tamen habet corpus suū, quod genuit Iesum. Sequitur: Immo quare non & corpus suum, per quod genuit? Sane in cœlo etiam est corpus per quod genuit, quia terra tanto indigna monumento. Non dedit sanctum suum corruptioni: absurdū ergo dictu, carnem eā & sanguinē, vnde sanctū hoc natū, putredini obnoxiū dicere. Sermone secūdo di-

Biblioru̅ literæ nō oīa exprimit, quæ sunt certa & fide catholica recepta.

Maria virgo assumpta est in cœlum.

dicit, catholicam historiam non habere, quo modo Maria assumpta sit: verũ hoc constare, ꝙ assumpta sit supra omnes angelos, siue secundum corpus, siue secũdum animam. Adeo om̃ibus modis hodie est festum celebre. Quid ergo sibi vult noua secta, quæ hoc tantum festũ abrogat? Natales apostolorum recipiunt, natalem sancti Stephani non antiquãt: sed gloriosissimæ virginis, reginæ cœlorũ natalem eum, quo æternę vitæ exordia sortita est, abolent: scilicet egregia reformatio, digna quæ in tenebris micet exterioribus, digna quã recipiant omnes filij hominũ, tenebrarum earundem consortes. Fugite fugite, catholici sacerdotes, filios eos terræ, quantumlibet gigantes, quia salus in illis non est. Cæterum, iuxta psalmographum, cum electis Dei, vestigia pedum eius adorate. Theositis atq; Zoilis ecclesię displicet cantus, quã ecclesia historiã vocat. Historia mutetur, ne nasuti illi momi offendantur. Sed quid tandem ecclesia statuet, quod non suggillent liuidi illi homines? Et quid tam syncerum esse possit, in quo oculus nequam non impingat? Valeant hæretici, psallant catholici: nihil nisi quod sacrosanctũ est, psallit ecclesia. Fatetur ecclesia, Mariam assumptam, non vltro suapte virtute adscendisse. nihil temere definit, sed Dei iudicio & cuiusuis deuotioni rem ipsam committit. Verũ qui Mariam elucidant, hoc est, supra omnem sanctorũ coronam extollunt, non peccant. Nihil ergo erubescimus cũ Dionysio, corpus Mariæ theodochon vocare, Marthæ & Mariæ ædibus cõferre, Christi dulcẽ recessum vocare. Theodochon est, ꝙ Deũ ad se recipit. Maria theodochon, digna habita Deo, quæ etiã fieret theotoca, hoc est, Dei genitrix. Deniq; & theodochion facta, hoc est, receptaculũ Dei, consors passiõis filij Dei facta. Prima fuit, quæ calicem dñi degustauit. Vnde cantat ecclesia: Adstitit in cruce pendenti: adstat ergo nunc in cœlo regnanti, filio suo pro nobis supplex. Cui cũ patre & spũ sancto sit pax gloria per omnia secula seculorũ. Amen.

Assumptionis Mariæ festum celebre.

DE SANCTO BARTHOLOMAEO apostolo, Euangelium Ioan. XV.

in diocesi toletana hispalensi est. euang. legitur. luc. 22 - facta e contentio inter discipulos. usque ad iudicantes duodecim tribus israel.



Oc est præceptum meum, vt diligatis inuicem, sicut dilexi vos. Maiorem hac dilectionem nemo habet, q̃ vt animam suam ponat quis pro amicis suis. Vos amici mei estis, si feceritis quæ ego præcipio vobis. Iam nõ dicam vos seruos: quia seruus nescit quid faciat dominus eius. Vos autem dixi amicos: quia om̃ia quæcunq; audiui à patre meo, nota feci vobis. Non vos me elegistis, sed ego elegi vos, & posui vos, vt eatis & fructum afferatis, & fructus vester maneat, vt quodcunq; petieritis patrem in nomine meo, det vobis. Hæc mando vobis, vt diligatis inuicem.

PRAEFATIO.



Vi habet aures audiendi, audiat. Hoc est mandatũ, ait, meum, vt diligatis inuicem. Vah hæreticis, qui cum sua sola fide tam arduam rem obliterant. Necessaria, iuxtà atq; fides, ad salutẽ est charitas. Haudquaquã ociose Apostolus charitatẽ adeo extollit, 1. Cor. 13. Si habuero, inquit, omnem fidem, adeo vt montes loco moueam, charitatem aũt non habeã, nihil sum. Hæretici ingeniosa turba hic ꝓferunt sua schemata & tropos: mẽtiat iniquitas sibi. Catholic⁹ simplici literę nihil allaboret, à sensu communi ne deficiat. Omnem fidẽ dicens, nullam vult exemptã. Vnde nobis illam fidẽ commendat, quæ per charitatẽ operatur. Idem charitatẽ vocat vinculũ perfectionis Col. 3. Quis diligendus potissimũ existat, rogitas? Deut. 6. Matt. 22. Diliges dominũ Deũ tuum ex tota mente, corde & viribus. 1. Cor. 16. Qui non diligit dominũ Iesum, anathema sit. Sequitur in Mose & Matthæo: Et proximũ tuũ sicut teipsum. Charitatem ecclesiastes, qua poterit diligẽtia, plebi fideli commendet: hic instet tanquã dux Iosua, atq; charitatẽ vrgeat. Inter cætera clamitet: Hoc vnicũ diligentissime curate, vobis rite prospicite, satagentes, vt diligatis dominũ Deũ vestrũ, cap. 23. Q. d. Ni si dominũ Deũ diligatis, nihil prodent ei nouisse. Rite nobis prospeximus, si sancte dile-

Charitas fidẽ commendat.

dileximus. Amor proximi etiam ad impios & hostes sese exerit: nam & Abrahã rogauit pro Sodomitis, Ge.18. Moses pro ingratis Israelitis, Exo.32. Stephanus ꝑ suis lapidatoribus, atque adeo inimicis crucis Christi, Act.7.

Hoc est præceptum meum, vt diligatis inuicem, sicut dilexi vos.

Olim cum Minos, Solon, Lycurgus, & alij sapientes leges suas denũciando publicarunt, quisq; pro se summa auscultauit cura. Et etiamnum ad regum & principum edicta vulgus aures patentes arrigit: quisq; sibi dicit: Ecce tibi, hoc tibi dictum puta. Hic laudem mereberis, si obedientem te exhibueris. vapulabis, si statuta ea præuariceris, Ro.13. Leges itaq; & scita ea plebs haud secus q̃ oracula e cœlo demissa exceperunt: quale est hoc quod de Herode legitur, Act.12. Legislatoribus illis humanæ sapientiæ æquitatem tradentibus, legemq; iustitiæ ferẽtibus obtemperauit totus mundus. Plus vero detulit Mosi, vtpote religionem quoque docenti. Mirum dictu, quanto zelo populus Mosis legem receperit, sciens inde aut benedictionem Dei omnipotentis, aut maledictionẽ prouenire, Deut. 28. Quanta vero instãtia atq; seueritate lex ipsa plebi denunciata atq; commendata fuerit, Deu.6. satis clare conscriptum habet. Mosen iam cõfer Christo, & puluerẽ contuleris mundi conditori. Confer legẽ Mosaicam Christi legi, & similem collationẽ feceris. Christ⁹ est, de quo vox cœlestis extat: Hic est filius meus dilectus, ipsum audite, Matth.17. & viuet anima vestra, Esa.55. Par ergo fuerit, vt attenti ante omnia verba legis Christi cordibus nostris committamus, non huius vitæ vmbratilem gloriã, sed æternam salutem vnà cum oĩbus huius vitæ bonis promittẽtia. Hoc est, inquit, præceptũ meum. Ex Græco sic legere poteris: Hoc ipsum est pręceptum meum. At tendẽda Chr̃i vehementia & grauitas. Videmus penitus ipsam loqui grauitatẽ. animaduertim⁹ præcipue ex animo locutum legiferum Messiam. Scilicet hoc est præceptum meum. Quasi dicat: Hoc sibi quisq; serio persuadeat, meum hoc esse pręceptũ. Vult se Mosi & oĩbus nomodidactis conferri, suamq; legem om̃ibus præceptis præferri. Præceptum meum, filij Dei, qui præstat hoc quod iubet, sine cuius numine nihil est in homine. Neq; item filius Dei carnalem amorem requirit. Caro amat carnaliter, homo amat naturaliter, q̃a homo est animal politicum & sociale. Hinc Aeneas prædicatur pius, hinc amicorũ paria quatuor celebrant, Theseus & Piritho⁹, Achilles & Patroclus, Orestes & Pylades, Pythias & Damon. Hic amor etiam inter amatores, procos & lenões. Quin & inter se latrones amant. Adeo spurcus est amor carnis: neq; eñi fic⁹ spinæ ꝓferũt. Amor Christi spiritus est sanctus, quia Christi spirit⁹ est sanct⁹: vnde vocatur spiritalis dilectio: carnis ille ignis, dicit amor animalis. Christi amoris commeminit Apostolus 2.Co.4. Non spectamus ea quæ videntur, sed ea quę non videntur. Renouatione in ipsa nobis datur Gal.5. per spiritum sanctum, Ro.5. Vires mortalium superat, Ioann.3. Non mũdus amorem eum possidet, sed ecclesia Chr̃i in mũdo. Nõ caro & sanguis, sed spiritus sanctus carnem & sanguinem sanctificans, hominemq; templum Deo dedicans, amorem eum profert. Dicit ergo, Hoc est præceptum meum. Et vbi sunt illuminati noui euangelici, qui dicunt euangelion nihil esse nisi promissionem? Quare hæresis Samaritano vinum denegat, æque atq; oleum, salubre? Ver⁹ euãgelion, traducis apostolicæ, legem Christi iuxtà atq; promissiones celebrat. Tam legis euangelio afficimur, quàm promissionis, quotquot catholici sumus. Euangelica præscripta non minus, quàm promissiones, probamus, vtcunq; aduersus carnem pugnent, Gal.5. quatenus boni nihil ĩ carne habitat, Ro.7. Christi præceptum (quod Ioan.13. nouum mandatum vocat) vnicũ est, sed om̃ia alia compræhendit. Præstat om̃ia, vnicum hoc qui obseruat. Vnicum hoc soluit, qui aliquod e cæteris negligit, vt dicit Iacobus. Huc ꝑtinet quod Apostolus ait, Finis pręcepti est charitas ex mundo corde & fide non ficta, 1.Tim.1. Item totã legem in hoc compleri affirmat Gal.5. Ro.13. In hanc legem respicit Apostolus, dicens: Alter alterius onera portate, Ga.6. Attende etiam, Apostolum legem vocare Christi præcepta. Huius pręcepti obseruatores iustificat Ro.2. Iacobus vocat legem regalem, ca.2. Idem vocat legem perfectæ libertatis, vt differentiam legis & euãgelij delineet. De hoc Chr̃i mandato dicit Ioannes 1.cap.3. Hoc est præceptum eius, vt credamus nomini filij eius Iesu Christi, & diligam⁹ nos mutuo, sicut dedit præceptum. Et qui seruat præcepta eius, in illo manet, & ipse in eo. Item capi.2. Scribo vobis mandatũ nouũ. Apostolus q̊q; Paulus subinde ꝓscribit 1.Co.11.2.Thes.3.1.Tim.6. Et Saluator ipse dicit se omnia ex præscripto fecisse patris sui omnipotentis, Ioan.14. Et hoc contra hæreticos est respiciendum, q̄ dicit præceptum suum esse vitam æternã, Ioan.12. Conuenio vos fratres, obtestor vos in nomine Iesu, vt ꝓsens verbum contra hæresion sibilationes tan-

Euangelion nõ est sola promissio.

quam scutum vobis recipiatis, & hoc cap. 12. Qui dicit se cognouisse Deum, & præcepta eius non seruat, mendax est, & veritas in eo nõ est. Qui vero seruat verbum eius, in illo veritas est perfecta, 1. Ioan. 2.

Sicut dilexi vos. Hic modum addit dilectionis. Propter nos homines & propter nostram salutem descendit e cœlis, factus patri obediens vsq; ad mortem, mortẽ autem crucis, Ioã. 1. 3. 1. Tim. 1. Hęc omnia nobis præstitit tunc, cum adhuc eius eramus inimici, Ro. 5. Cum Apostolo quisq; dicere poterit: Christ⁹ semetipsum pro me tradidit. Hoc vt proprie & vere quisq; dixerit, sic proprie & vere efficiat, vt & de se frater hoc ipsum dicat, 1. Ioan. 3. Et nos debemus animas pro fratribus ponere. Præcipue vnanimes idem sentientes simus, 1. Corin. 1. Ephe. 4. Secundo præstet hoc proximo suo quisq;, quod sibi fieri velit Mat. 7. Luc. 6. Tertio, hoc proximũ quisq; prosequatur amore, quo sibiipsi cõmodat, Mat. 22. Beat⁹ qui in hac lege Christi meditatur die ac nocte.

Maiorem hac dilectionẽ nemo habet, quàm vt animã suam ponat qs pro amicis suis.

Charitas Dei erga nos maxima.

Nihil homo se preciosius habet. Anima potissimũ est hominis preciosior pars, Iob 1. Mat. 16. Cæterum alia bona temporalia etiam suum habent preciũ. Gratificatur ergo qui debita pauperi, cum non sit soluendo, remittit Lucæ 7. Maius beneficium prę stiterit, si supra debiti remissionẽ etiam oĩa sua bona quis debitori tradiderit. Longe mai⁹ officium fuerit, reum morti addictũ, à supplicio capitis redimere, de quo misericordiæ genere vide Prou. 24. Si hęc omnia magna, immo etiam ineffabilia sunt & immensa, quis speret se posse animo concipere amorem Christi, qui hæc omnia nobis tribuit? Insuper etiã se ipsum nobis, quos sua morte à morte redemit, rediuiuum dedicauit. Admiramur amicitiam eam, quæ fuit inter Pyladen & Oresten, quorum alter pro altero mori non dubitauit. Amicitia talis Damonis & Pythiæ effecit, vt Dionysius Syracusanus optaret se in eorũdem amicitiam receptum iri, vtriq; vitam concedens. De qua re ait Valerius: Hæ sane vires amicitiæ, mortis contemptum ingenerare, vitæ dulcedinem extinguere, crudelitatem mansuefacere, odium in amorẽ conuertere, pœnam beneficio pensare potuerunt, quibus pene tantũ veneratiõis, quantum deorum cæremonijs debetur. Sed & illa amicitia vana. Damon Pythiæ opera, consilio & auxilio opus habuit. Magnum etiam non adeo est, hominem pro homine se tradere, puluerẽ pro puluere. Immensæ vere magnitudinis est, eum pro homine fata subire, qui bonorum nostroꝝ non indiget, Creatorem pro creatura mortem perpeti. Christi amoris erga nos amplitudo item declaratur in hoc, ꝙ nõ vnum hominem aut vnam nationem liberauit, sed vniuersum genus humanum. Saluauit vniuersos, saluauit singulos, saluauit indignos. Mira lytrosis, diuinæ erga nos dilectionis perspicuum adeo argumentum præ se ferens. O homo, perpende quid illi debeas, q est immẽsus, & pro te homo factus, pro te quoq; est mortuus. Qui te creauit, te quoque saluauit: qui te redemit, seipsum tibi q que dedit. Et quomodo satis amare poteris, quem alioqui nõ amare nõ poteris, si nihil horum tibi præstitisset? Nũc postquam prę stitit omnia, certe duplici, immo multiplici iure teneris amare super oĩa. Et qui oĩa ea tibi contulit, saltẽ amari abs te petit, Ro. 13. Tibi quoq; proximi amorẽ committit. Vnde ait Ioannes: Et nos inuicem amare debemus, 1. cap. 4. Quibus hodie sola fides iustificat, egregie præ cæteris, charitatis vincula rumpũt. Quem non catholicorum sacerdotum insectantur? Horum inuidiam recte experietꝰ, si quis Dei instinctu, & veritatis catholicæ maiestate cõpulsus, ab ipsis defecerit. Extrema ea tempora periculosa, quæ apostoli ꝑdixerunt 1. Tim. 4. 2. Timoth. 2. 2. Petr. 3. Iud. 1. si iam non instant, nunquam futura dixerim.

Vos amici mei estis, si feceritis quæ ego præcipio vobis.

Se nostrum amicum re ipsa declarauit, animã suam pro nobis impẽdendo Math. 20. Luc. 10. Ioan. 10. Tunc vero nobis talia beneficia impendit, cum adhuc eius inimici eramus, quos Apostolus Rom. *5. vocat theostygeis. Eram⁹, ait Apostolus, inimici: atqui abluti sumus, sanctificati sumus, primę Corinth. sexto. Restat ergo nũc, vt nostram quoq; charitatem declarem⁹. Dicis, q̃ aũt hoc re præstemus? Audiatur veritas. Vos amici mei estis, si feceritis ea quæ præcipio vobis. Nunquid solam fidem nobis cõmendauit cãdidare & illustrate? Blasphe me nequam, quomodo ausis miseram plebem in perditionis præcipitiũ hoc seducere solius fidei euangelio? Christi Iesu vnicum ꝑceptum est charitas. Christi Iesu amici, vtiq; iusti, vnius charitatis obseruatione declarantur. Vos, ait, amici mei estis, si feceritis ea q̃ pręcipio vobis. Clamabis propediem miser, Domine aperi, & respondebitur tibi, Nescio te. Quare autẽ te credulis nesciat, q dominũ Iesum subinde crepas? ꝙ amicus eius nõ existas. Fac, etiam mortuos

reos in nomine Iesu plena fide excitaueris, montesq́; transtuleris, non tamen cognosceris. Hic ne impia cogitatio subrepat, quasi mandatum charitatis vniuersale nõ sit, audi Matthæũ XXVIII. dicentem verba Christi: Ite, prædicate euangelion omĩbus creaturæ, & baptizate credentes, docentes eos seruare mea præcepta. Huc pertinet illud Ioannis primæ capite quinto: Hæc est charitas, vt mandata eius obseruemus, & mandata eius seruatu grauia non sunt. Iterum atque iterum summa obserua diligentia, amicitiam quæ nobis cũ Christo communis intercedit, per facta declarari petit. Sic etiam dicit capite XIII. In hoc cognoscent vos meos esse discipulos, si præcepta mea seruaueritis. Item ibidem: Beati eritis, si hæc feceritis. Adeo consummatio fidei iustificationis ex ipso æstimanda est opere. Non confidunt electi in baculo arundineo operum suorum, pharisaicum supercilium attollẽtes, sed se etiam in medio optimæ vitæ accusantes, Luc. XVII. Cæterum confidunt in solum Deum cœli, Psalmo 2. CXXIII. Sic se habet salutis degradatio: Primo fides, dein charitas, postea charitatis opera, postremo humilitas & spes. Amicis subdolis, dicẽtibus saltem, Domine domine, etiam miracula edentibus, dicet: Nescio vos. Bene operãtes nouit, vtiq; ex opere. Illa ergo amicitia operosa rite sperat, 1. Ioã. quarto, quinto. Amicitia fidutiam parit. In hoc perfecta est charitas nobiscum, vt fidutiam habeamus in die iudicij, primę Ioã. quarto. Et Abraham ex operibus amicus Dei est declaratus, Iaco. secundo. Filioli ergo, ait Ioannes, cauete vobis à simulacris, simulatoribus, impostorib⁹, speciem scientiæ præferentibus, sed à veritate catholica, q̃ sola vera & indubia est, deficiẽtibus.

Iam non dicam vos seruos, quia seruus nescit quid faciat domin⁹ eius. Vos aũt dixi amicos, quia om̃ia quæcunque audiui à patre meo, nota feci vobis.

Dixit discipulos suos quoque amicos. Nunc amicitiæ veritatem per aliud quoddam argumentum declarat. Primo opponit nomen serui nomini amici. Sic & Ioannis VIII. nomen serui & nomen filij opponit, dicens seruum in ęternum in domo non permansurum, sed filium. Item liberos dicit esse eos, quos filius libertati asseruerit. Hoc tropo & Apostolus dicit, Fideles non esse hospites & aduenas, sed domesticos, Ephes. secundo. Seruorum quoque & amicorum longe alia est ratio, alia conditio. Amicus est alter idẽ, nec poterit aliquid æque esse homini iucundum, quàm habere cui sua consilia ausit credere om̃ia. Et qui regibus à consilijs sunt, licet serui sint, tamen propter consilioꝝ cõmunicationem ab alijs seruis syndulis proxime & secundum regem cohonestantur. Apostoli quoq; sunt serui dñi 1. Cor. 4. Posthac vero sedebũt super sedes iudicãtes cum Christo Luc. 22. Adde ꝙ & omnia regni sui arcana illis manifestauit Ephe. 6. Coloss. 1. Quis ergo non videat, apostolos, quanuis euã sint serui, præcipuo honore à dño affectos? Admonemur itaq; eos honore & fauore summo prosequi, quos De⁹, nobis tali honore afficiendos, amicitia sua dignatus est. Ardua est amicitiæ cõsideratio. Philian, hoc est, amicitiã e medio auferre, est solẽ (vt ait Cicero) e mũdo tollere, qa amicitia nihil habemus meli⁹, nihil iucundius. Amicitiã parit amor atq; fauor, quod etiam vocabuloꝝ deriuatio & proprietas declarat. Amor, ex quo amicitia est nominata, princeps est ad beneuolentiam coniungendam, dicit philosophus ille. Vides ergo, qua ratione dominus quoque amicitię hic mentionem fecerit. Dixerat de amore, dicit ergo etiam de amoris affectu. De quare ait Cyrillus: Quid maius, quid clarius, q̃ Christi amicum & esse & appellari? Excedit hæc dignitas naturæ hũanæ terminos.

Apostolorũ gloria.

Non vos me elegistis, sed ego elegi vos, & posui vos, vt eatis, & fructum afferatis, & fructus vester maneat, vt quodcũq; petieritis patrem in nomine meo, det vobis. Hæc mando vobis, vt diligatis inuicem.

Dignitatem suorum amplificat, amicitiam eam quę illis secum est, certam & perpetuam ostendit. Certa hoc magis est sacra ea amicitia, quo minus humano aliquo affectu est conciliata. Certum est Depositum, quod habemus apud Deum. Certa est amicitia, qua nos elegit, & in dilecto suo amauit, vel ante constitutionẽ huius mundi. Accedit huc functio illa celebris. Alibi ait: Sicut misit me viuens pater, sic & mitto vos. Non commendo vobis friuola, sed summa. Vt eatis, ait. At quorsum? In vniuersum mundum, Matthæi vigesimooctauo, Marci decimosexto. Mundo & missus saluator mundi Iesus: Missus in hunc mundum, præcepta patris huic mundo declaratum Ioannis vigesimo. Non ab re dedit illis omnium regni cœlorum sacramentorũ

Apostolorũ gloriæ amplificatio.

rum agnitionem. Quos suos voluit esse vicarios & cooperarios, eos etiã arcanorum oĩm voluit esse scios. Vt fructũ afferatis, & fruct⁹ vr̃ maneat, hoc est, ecclesiã in æternũ pmansuram ædificetis. Theologiæ scholasticę & ecclesię catholicę commendatio, est in hoc verbo MANEAT.

Ecclesiæ stabilitas.

Hæreticorum colluuies vt apud Deum est abominabilis, ita & minime est durabilis. Euanuit Aetianus: disparebit etiã euangelicus, sola sibi fide adeo placens. Euanuit Manichæus: dilabetur etiam hæresis, homini libertatem arbitrij, ac per hoc rationem meriti, auferens. Perijt Vigilantius, sanctorum cultum impietati adscribens: interibit etiam Martinianista, idem euãgelion olim ab ecclesia catholica damnatum, excitans. Verbum domini manet in æternum, Veritas domini manet in æternũ, Ecclesia Christi manet in æternum. Fructus etiam intelligi possunt apostolorum meritum. Neq; enim huiusmodi vnquã obliuiscetur Christus. O felices carpophori, O pulchros pedes euangelizantium & prædicantium pacem. Non est pax impijs, dicit dominus. Christus operosa, læta & fœcunda, vitis. In Christo qui est fructuosus palmes, eum cœlestis agricola putabit, & ad copiosiores fructus proferendos præparabit. Amantes Dei, vias eius obseruant Ecclesiast. secũdo. Item, Amantes Deũ, replebuntur lege ipsius. Psalmo nonagesimo ait legislator Deus: Liberabo eum, qm̃ dilexit. Augustinus in libro de gratia & libero arbitrio: Præcepta omnia charitas operatur. Summa: Charitatis expers, impius est: & tam nõ est Christianus, quàm non est cadauer homo. Vnde sua nobis commendans præcepta, charitatis subinde prius facit mentionem, Deuteronomij 10. & alibi sæpe. Dicãt euangelici nostri mollissimi, charitatis opera factu esse grauia. Sed si res recte consideretur, apparebit charitatis opa minus homini esse onerosa charitate pdito, q̃ aliti volanti suæ sunt oneri alæ atq; plumæ. Sũma: charitas omnia opera facit leuia factu & iucunda. Non facit malum, sed tegit illud. Bonũ operatur, & in ipso nihil gloriatur. Adeo verũ est q̃d Ioãnes ait: Deus est charitas: qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo. Hanc sacram virtutem concedat nobis vnctio ipsa. Amen.

IN FESTO NATIVITATIS B. MARIAE, Euangelium Matthæi I.



LIBER generationis Iesu Christi filij Dauid, filij Abraham. Abraham genuit Isaac. Isaac autem genuit Iacob. Iacob autem genuit Iudam & fratres eius. Iudas autem genuit Phares & Zaram de Thamar. Phares autem genuit Esrom. Esrom autem genuit Aram. Aram autem genuit Aminadab. Aminadab autem genuit Naasson. Naasson autem genuit Salmon. Salmon autem genuit Booz de Rahab. Booz autem genuit Obed ex Ruth. Obed autem genuit Iesse. Iesse autem genuit Dauid regem. Dauid autem rex genuit Salomonem ex ea quæ fuit Vriæ. Salomon autẽ genuit Roboam. Roboam autem genuit Abiam. Abia autẽ genuit Asa. Asa autem genuit Iosaphat. Iosaphat autem genuit Ioram. Ioram autẽ genuit Oziam. Ozias autem genuit Ioathan. Ioathan autem genuit Achaz. Achaz autem genuit Ezechiam. Ezechias autem genuit Manassen. Manasses autem genuit Amon. Amon aũt genuit Iosiam. Iosias aũt genuit Iechoniam & fratres eius, in transmigratione Babylonis. Et post transmigrationem Babylonis, Iechonias genuit Salathiel. Salathiel autem genuit Zorobabel. Zorobabel autem genuit Abiud. Abiud autem genuit Eliacim. Eliacim autem genuit Azor. Azor autem genuit Sadoc. Sadoc autem genuit Acim. Acim autem genuit Eliud. Eliud autem genuit Eleazar. Eleazar autem genuit Matthan. Matthan autem genuit Iacob. Iacob autẽ genuit Ioseph virum Mariæ, de qua natus est Iesus qui vocatur Christus.

PRAE-

PRAEFATIO.

SAncti euãgelistæ Lucas & Matthæus, Christi generationem describẽtes, secuti sunt exemplum synagogæ. Receptũ fuit in synagoga, genealogiarũ nomenclatura. Vnde extat liber Mosis, Numeri inscriptus, hanc rem vnice continens. Esra quoq; genealogias & stemmatum Israeliticorum catalogum est prosequutus, cap. I. & VIII. Insuper idem sacerdotes, suos maiores dinumerare non valentes ex stirpe Leui, expunxit omnes. Et ethnici in dinumerandis maioribus valde fuerunt diligentes. Vide Homeri Iliados V. & XX. Diogenes Laertius incipiens vitam Platonis, accurate item hanc rem tractat. Sed ethnicorum alia est ratio, ac Iudæorum. In ethnicis nihil, nisi vanitas & superstitiosa gloria, cõsideratur. In Iudæis, veritas & gloria Altissimi mortalibus commendatur. Debuit certa stirpe nasci veritas, debuit præclara prosapia nasci Sol iustitiæ. Non obest ꝙ Apostolus Hebrę. septimo Melchisedek ἀγενεαλόγητον facit, quia Melchisedeci typus ad Deitatis mysterium spectat. Hoc nomine & Christus est ἀγενεαλόγητος, iuxta hoc Esaiæ quinquagesimotertio: Generationem eius quis enarrabit? Quasi dicat, Nemo. Est enĩ Deus ineffabilis, incompræhensibilis, immensus, neque principium habens, neq; finem. Verum secundum humanitatem obscurus & ignotus nasci non debuit, qui ex medio Israel secundũ oraculum Mosis nasci debuit. Calumniæ item insanorum Iudæorũ, sic erant resecandæ. Denique mortalium gloria confundi debet Christi gloriosa genealogia. Iudæi sese, iuxtà atque ethnici, de maiorum suorum nobilibus extulerunt natalibus: quod vides in epistolis Pauli ad Timotheum & Titum. Sed quid est carnis gloria, cum etiam peccatores reperiantur in Christi prosapia? Et quare ex carnis & sanguinis iure quis sibi dominiũ arrogat, cum Christus ex nobilissima omnium stirpe natus sit, seruulus omnium?

Liber generationis Iesu Christi filij Dauid, filij Abraham.

Fratres qui ex Iudęis sunt, eia quàm hoc verbo afficiũtur. Sed & ij qui ethnicis sunt, similem affectũ haurire possunt ex Luca. Abrahã & Dauid præ cæteris insignes Iudæorum genearchæ. Non Enochus, non Nohemus, non Elias, non Esaias, non Daniel, apud Iudæos tanti sunt, atque hi duo. Vnde Matthæus hos præcipue ponit Iudæorum protogenes. Sequitur euangelista hic noster Mosen, nisi ꝙ pronomen Ze omittit. Sic enim habet Moses: Ze sepher tholdoth Adam, hoc est, Hic liber generationis Adæ. Euangelista vero scribit: Sepher tholdoth Jesua ha Messiah, Liber generationis Iesu Christi. Perfectius tamen titulus est Euangelij de secũdo Adamo, cuius protoplastus ille fuit typ⁹, Ro. 5. Et hoc obseruandum, gloriosius esse, Dauidis esse filium, quàm Abrahæ. Iudæi omnes dicuntur filij Abrahæ, Matt. 3. Ioann. 8. sed non omnes filij Dauidis dici possunt, neq; enim à Iudæ linea prognati omnes. Dauid vero ex Iudæ satus germine, regium splendorẽ huic gẽti intulit. Hieronym⁹ excusat euangelistam, quòd Dauid à Abrahamo prætulerit. Merito tantus rex propter regiã amplitudinem & maiestatem, ad Christi diuinitatem potissimum referendam, præfertur. Series per hoc non conturbatur natalium Christi. vtrinq; enim hoc ostenditur, ꝙ secundum humanitatẽ vtriusq; nepos existat. Abrahæ dictum est Gen. 22. In semine tuo benedicentur omnes gentes. Semen autem hoc non est Isaac, sed Christus, Gal. 3. Dauidi dicitur Psal. 131. De fructu vẽtris tui ponã sup sedẽ tuam. Neq; fructus is Salomon, sed Christus, Act. 2. Propter has potissimum promissiões Abraham & Dauid Christi genealogiæ auspices ponuntur. Cęterum quatenus Deus, nõ Iudæorum solus est Deus, vt acute disputat ad Ro. Apostolus. Christus saluator mundi, apud Lucam filius quoq; Adæ declaratur. Sed nos euangelistam nostrum nunc audiamus.

Dauidis filiũ dici, gloriosũ valde est.

Abraham genuit Isaac. Isaac autẽ genuit Iacob. Iacob autẽ genuit Iudam & fratres eius. Iudas autem genuit Phares & Zaram de Thamar. Phares autem genuit Esrom. Esrom autem genuit Aram. Aram autẽ genuit Aminadab. Aminadab autem genuit Naasson. Naasson autẽ genuit Salmon. Salmon autem genuit Booz de Rahab. Booz autem genuit Obed ex Ruth. Obed autem genuit Iesse. Iesse autem genuit Dauid regem.

Catalogum præsentẽ sanctorum patriarcharum stirpis Christi, tripartiendus, secundum ipsius Euangelistæ verba, quæ se sic habent: Vniuersæ generationes ab Abraham vsq; ad Dauid, generationes quatuordecim: & à Dauid vsque ad demigrationem Babylonicam, generationes totidem: & à transmigratione Babylonica vsque ad Christum, gñationes item quatuordecim.

Genealogia Chrĩ diligẽter cõscripta

Attende euãgelistæ diligentiã. certe haud
quaq̃ absente mẽte tam expresse & clare lo
quitur, Christi genealogiam conscribens.
Tres quaterdenarij, faciunt vnum quadra
genarium & duo. Tot(hoc est, quadragin
taduo)fuerunt patriarchæ, reges, atq; du-
ces, ab Abraham vsq; ad Christũ. Liber si-
ue catalog⁹ hic progeniei Christi, aliquot
annorũ chiliades cõpræhendit, nempe tem
pus ab Abrahã vsq; ad Herodẽ, sub quo na
tus est Christus. Primus quaterdenari⁹, in
libris Mosis, Samuelis, Ruth & Paralipo-
menõ. Gen. 21. dicitur de natis Abrahæ, 25.
de Isaac, 29. de Iacob, 38. de Phares & Za-
ra. Itẽ in libro Ruth & 1. Paralip. 2. Isai siue
Iesse cõgerminatio exactissime dinumera-
tur, fere ijsdem verbis, quibus hoc loco vti-
tur euangelista. In libro potissimũ Ruth, le
gis capit. 4. Hæ sunt generationes Phares:
Phares genuit Hesrõ, Hesrõ genuit Ram,
Ram genuit Aminadab, Aminadab genu-
it Nahason, Nahason genuit Salma, Salma
genuit Booz, Booz genuit Obed, Obed ge
nuit Isai, Isai genuit Dauid. De Iesse & Da
uid plura notatu digna, memoriæ tradidit
Samuel primo & secundo libro. Sacerdos
legat ipse. Locus quidẽ esset hic sacras eas
historias commemorandi, sed tempus non
patitur eam prolixitatem. Operæprecium
esset, biblia publice vndiq; e suggestis eccle
siarum declarare. om̃ia enim propter nos
memorię sunt tradita, Rom. 15. Catholicus
scriptor Beda, librum gñationis Iesu Chri
sti primo tractat allegorice, deinde ethice.
Interpretat̃ singula nomina, ex oĩbus tan-
dem vnum conficit Christum, hoc est, de-
clarat Christum om̃ia esse & præstare, quę
in nominibus vniuersis illis significantur.
Nõ inutilis labor, si Beda plus Hebraice do
ctus extitisset. Idem deniq; ex omnibus no
minibus illis, verum Christianũ statuit ho-
minẽ: hoc est, ostendit ad verum Christia-
num requiri, vt om̃ia ea habeat, quæ nomi
na p̃missa præ se ferunt. Ambrosius in Lu-
cã, sancte genealogiã Christi tractat. Præ-
cipue est illi cordi, tres mulieres, Thamar,
Ruth & Bethsabeã, de meliori nota com-
mendare. Bene eas apud omnes vult audi-
re, propter virtutis exemplum, & fidei no-
stræ sacramẽtum. Nos literaliter in hac sa-
cra lectione primo inuenimus fidei nostrę
robur. Tot annorum secula, veritatem Dei
abolere non potuerũt. Sed semper in om̃i
tempore fidelis inuentus est, Ro. 3. 2. Tim.
2. 1. Ioan. 1. Hic colligere poteris, coniugiũ
esse sanctum & honestum om̃ibus, Heb. 13.
Hic vides, Deum virtutum esse & amato-
rem & coronatorem, iustum & clementẽ,
& hoc genus multa, quibus cõsideratis, nõ
poteris non dicere, Sancta genesis. Cõfun
datur hic Iudæus, qui nostrum Sotera ore
blasphemo vocat fabrum & fabri filium.
Est noster Messias Rex regũ, virga Iessæa,
ea in qua requiescit spiritus sanctus. Scili-
cet & faber, qui Ecclesiam sibi statuit, syna
goga euersa, Matt. vigesimotertio. Qui no
bis in regno cœlorum tot præparat taber
nacula, Ioan. xiiij. Nunc ipsum euangelistã
videamus. Abraham genuit Isaac. Hebra
ismus hic est, quo idem verbum tam muli-
erum parere, quàm virorũ gignere, signifi-
cat. Holid siue Joled, Gen. quinto, sexto,
Deu. trigesimosecundo, de viro: Gen. ter-
tio, quarto, Exo. primo, de muliere. Græci
vtrorunque verborum habent differentiã,
geinomæ maribus, techo siue teicto fœmi
nis tribuentes. Inde est & Maria virgo di-
cta theotocos. Insuper & hoc obseruan
dum, nomina veterum Hebræorum & va
ria fuisse, & aliter pronunciata, atque nos
hodie pronunciamus. Exempli gratia: Za
ram, Zara etiam, vel Zerah dicitur frater
Phares, Gen. trigesimooctauo. Esron fili-
us Phares, aliàs dicitur Hezron, 1. Paralip.
secundo, Ruth quarto. Aram item dicitur
Ram, frater Caleb & Ierahmeel, tam in li-
bro Ruth, quàm in Paralipomenon. Græ-
ca quoque dialectus ab hebraismo variat.
Vnde euangelion Matthæi hebraice scri-
ptum, hebraicam quoque tenet dialecton.
Naason dicitur etiam Nahason, frater Eli
sabæ vxoris Aaronis, Numer. primo, Exo.
sexto. Floruerunt prædicti patriarchæ par
tim in profectione Israelis in Aegyptum,
partim in incolatu Aegyptiaco, parti post.
Quod qui rite obseruat, haud facile in hoc
libro errauerit. Salma siue Salmon (quia
vtrunq; legitur in libro Ruth) floruit post
transitum maris rubri. vxoris eius nomen
fuit Rahab, ex qua suscepit filium Booz.
Hic prim⁹ scrupulus oritur. Dubitatur em̃,
an hæc Rahab ea sit, de qua habetur Io-
sue secundo & sexto. Chrysostomus ean-
dem esse arbitratur. Theophylactus suo
audet dissentire Chrysostomo. Hierony-
mus in Matthęum, duas recenset mulieres
non adeo honestas, Ruth & Bethsabeã. Ra
hab silentio prętcrit. Ambrosius Thamar,
Ruth & Bethsabeã, tã historice quàm my-
stice describit. Verisimile est, Rahab eam,
de qua hic agitur, Hierichũtidem non cre
didisse: nam si hoc certo sibi persuasum ha
buisset, indictã non prætermisisset. Semel ei-
us mentionem facit, sed non in hac tracta-
tione. Hilarius hic plane est taciturnus. Se
cundum temporis rationẽ nihil vetuit, Sal
mon Iudæum, alienigenam (tanquam pro
selytam) vxorem ducere. Et Booz tempo-
re Iosue floruit, vel certe tẽpore Sopthim,
id est, Iudicum. Adde q̃ Rahab ante Sal-
mon

non non legitur habuisse virum: de patre vero & matre, deq; sororibus eius scriptura est satis clara. Iterum scrupulum facit, quod Hierichuntis illa Rahab, scribitur per Chet: illa vero, de qua hic dicitur, per He. Dauid Psal. 86. Rahab legit p He, q̃lis illa Iosue se xo, sed Dauid de regno Aegypti vult intelligi. Hieronymus quoq; accipit de vanitate Aegyptiaca. Denique dubitatur, an Cananaea illa Rahab, scortillum extiterit. Zonah siquidē per Vau obsonatricē siue cauponam significat. Ambrosius vocat meretricem lib. 2. de virginibus, & in Lucā ca. 3. secutus epistolā Iacobi, spirantem septuaginta. Et magis credibile est, exploratores Israelitas diuertisse ad stabulariā, non scortum. Adde quod Zonah per Vau, etiam pro obsonio cocto accipitur, Iohe. 3. Vnde & caupona ea, obsonatrix vocari poterit. Nō me latet, Zonah per Vau, bis terve prostitutam significare, Gene. 38. Ezec. 16. Hose. 4. Sed quisq; per me, quod volet, senserit. Si meretrix fuit, misericordia Dei enitescit, q talem in sui filij prosapiam referre non est dedignatus, etiamnū vere pœnitentes, gloriose recipere paratus.

Dauid autem rex genuit Salomonem ex ea, quæ fuit Vriæ. Salomon autem genuit Roboam. Roboam autem genuit Abiam. Abia autem genuit Asa. Asa autem genuit Iosaphat. Iosaphat autem genuit Ioram. Ioram autem genuit Oziam. Ozias autem genuit Ioathan. Ioathan autem genuit Achaz. Achaz autem genuit Ezechiam. Ezechias autem genuit Manassen. Manasses autem genuit Amon. Amon autem genuit Iosiam. Iosias autem genuit Iechoniam & fratres eius, in transmigratione Babylonis.

Tessaradecas altera, quatuordecim reges à rege Dauid vsq; ad reditum exilij Babylonici complectitur. Gesta Dauid biblicæ literæ passim exprimunt. Proditionem & adulterium eius biblia non tacent. Prodidit Vriam, & eius vxorem adulter contaminauit, secundi Regum vndecimo, quod non minus, quàm victoriam gloriosam, quam de Goliath gigante blasphemo retulit, cōmemorat scriptura. Cecinit ille quidem, Chonneni, hoc est, Miserere mei, vere pœnitens. Scriptura vero præuaricationē eius non tacet, vt regiæ dignitatis pericula declaret, & vt omnibus sacramentū pœnitentiæ cōmendetur, Psal. 10. 2. Reg. 12. Mat. 9. De Salomone, qui volet, legat 3. Reg. 1. 11. 1. Paralip. 3. 14. 25. Nehe. 13. Salomonis filius Roboam, siue Rehabeam, plane degenerauit ex paterna virtute. Ammonitide matre, nomine Naama, satus erat, cuius ingeniū magis referebat, 3. Reg. 14. Aemulus eius Ieroboam Ephrateus, cōmento vitulorum aureorum populum Israel sibi adhærescere, & à regno Dauid Salomonisq; deficere fecit. Duæ saltem tribus, Iuda nimirū & Beniamin, Dauidici sanguinis regnū esse prexerunt. Roboam genuit Abia (siue Abiiā) ex mre Maecha, regemq; Iuda reliqt, 2. Para. 13. 3. Reg. 15. Nihil egregiæ laudis meruit. Asam Abia filium & regni successorē reliquit, patre se sanctiorē, quippe vindicē iniquitatis & pietatis assertorem, 3. Reg. 15. 2. Para. 14. 15. 16. Asam hanc patrē secutus est in regni gubernatiōe Iosaphat, siue Iehosaphat, patrē æquitate & omigenis virtutibus excellens. mater eius vocabatur Asuba, 2. Par. 20. Iosaphat successit Ioram, siue Iehorā, patriæ virtutis vacuus plane, vt videamus, religionem nobis non adnasci, sed inspirari. Historiam vide 3. Regum 22. 2. Paralipo. 21. Ioram successit Hozias, siue Vziahu, qui & Asarias vocatur, 4. Regum 15. Filius extitit Ieceliæ. Quantum ad politicam virtutem, non ingenerosus, sed non adeo religiosus. Inuasor siquidem sacerdotij, lepra percussus, 2. Paralipo. 26. Scrupum hic soluit Hieronymus de successione Ioræ & Hoziæ. Historia biblica habet, Ioram genuisse Ochoziam, Ochoziam vero genuisse Amasiam, Amasiā vero genuisse Hoziam, qui & Azarias fuit appellatus. Sic Ioram non patrem, sed proauum Hoziæ fuisse videmus. Amasiam vero eius genitorem extitisse, quarti Regum decimoquinto, secūdi Paralipo. vigesimosexto. Impij Achabis, Athalię & Iezabelis sanguis impius, in hanc stirpē Christi non erat recensendus, cum alioqui tessaradecas illa, à Dauid vsque ad Iechoniam, perfecta extiterit. Hilarius, quem Hieronymus imitatus est, tres enumerat e sacra Christi prosapia exclusos: Ochoziam, Amasiam, & Ioam: Ioram Hozię tritauum faciens, non parentem. Sic per tertiam generationē dicit purgatam labem familiæ tribus gentilis: quod Hilarius intelligit de prosapia Achab, cōtinente generosam illam dn̄am Iezabelē. Hæc hactenus: Nunc ad Euangelistam reuertamur. Hoziæ successorem facit Matthæus Ioatham, quem Hebræi duabus syllabis exprimūt Iotham, natus matre Ierusa, gloriosus rex extitit, 4. Regum 15. 2. Paralipome. 26. Esaiæ sexto & septimo, fasces atq; diadema

Liber generatiōis impios plerosque præterit.

regni post illũ sortitus Achaz, de cuius impietate audistis in festo Annũciationis Mariæ, in epistola ex Esaia. De hoc rege agitur quarti Regum decimosexto, secundi Paralipomenon 28. Achaz eum impium sequebatur in imperio Iudæ & Beniamin tribuum Ezechias, qui hoc fuit religiosior, quanto pater eius extitit magis impius. Mater eius dicta erat Abia, quarti Regũ vigesimooctauo, secundi Paral. 29. tricesimosecũdo, Esaię vigesimoquarto, trigesimosexto. Paternum regnũ occupauit Manasses siue Manasse, matre natus Hephsiba, degener plane, & omnis patrię religionis exors, quarti Reg. secũdo, secũdi Paralipomenon trigesimotertio, Hieremię decimoqnto. Huius successor & proles fuit Amon, ex vxore Mesulemeth natus, digna patre ples, quarti Regum vigesimoprimo, secundo Paralipome. trigesimotertio. Iosias siue Iosiahu, patre impio religiosus filius satus, synagogam fideliter reformauit, quod & ante illum Ioas & Ezechias factitarunt. Tales reges hæc nostra desiderant tempora. Faxit Deus accipiant. Iosias hic ex vxore Hamutal filios quatuor suscepit, Iohannan Ioiakim, Zedechiam, & Sallum siue Ioathan. Vnde Euangelista ait, & fratres eius. Vide quarti Regum vigesimosecundo & vigesimoquinto, secundi Paralipomenon trigesimoquarto, trigesimoquinto. Secundus filius Ioakim siue Ioachin, etiã dicebatur *Iochonia, item Chononia: regem eum Iudæorum captiuum abduxit secum Babylonẽ rex Euilmerodach, regno Iudæorum potitus. Hic enim expugnatio regni Iudæ increbuit & ferbuit, quæ sub Manasse incepit. Dicit ergo Euangelista: In transmigratione Babylonis. Tanquam vilissima mancipia abduucebantur hic vnà omnes: dominus, seruus, diues, pauper, senex, puer, domina, serua. Tunc etiam in exilium protracti Daniel, Ezechiel, Mardochæus, Hester &c. Græcum metœcesia, exilium & transmigrationem expressius habet. Significat enim violentam emigrationem, qualem hodie multi sacerdotes, Euangelistarum nostratium iniuria, experiuntur. Remittat illis Deus hanc noxam, si tamen eam agnoscentes, indulgentiam Dei cupiant.

Transmigratio Babylonica misera.

Et post transmigrationem Babylonis, Iechonias genuit Salathiel. Salathiel autẽ genuit Zorobabel. Zorobabel autem genuit Abiud. Abiud autem genuit Eliacim. Eliacim autem genuit Azor. Azor autem genuit Sadoc. Sadoc autem genuit Acim. Acim autem genuit Eliud. Eliud autem genuit Eleazar. Eleazar autem genuit Mathan. Mathan autem genuit Iacob. Iacob autem genuit Ioseph virum Mariæ, de qua natus est Iesus qui vocatur Christus.

Principes hi viri, non solum Babyloniam sunt abducti, sed etiam bona parte in eo exilio nati exules exulum parentum. Non in perpetuum irascitur dominus, nec obliuiscitur miserationum suarum. vnde circiter sexagesimum annum, ab Hieremia prædictum, redire eos fecit in Palæstinam, Hierusalem & templum sanctum reædificare, & omnia innouare, Postea circiter annum quadringentesimum natus est Messias noster. Salathiel siue Sualthiel, etiam vocatus est Assir, item Phedia, vt ait Hieronymus: dictus item Mesebeel, vt ait Philo. Filij Iechoniæ, qui in captiuitatem iuit Babylonicam, fuerunt Salathiel, Malchiram, Phadaia, Phadaiæ filij erant Zorobabel & *Simet. Filij Zorobabel fuerunt Mesullam & Hanania. Salathiel siue Phadaia, siue Phedia, siue Assir, siue Mesebeel, genuit Zorobabel siue Zerubabel in Babylone ipsa, q̃d eius nomen satis declarat. Is populum Israel denique cum alijs ducibus in Palæstinam reduxit. De hoc non Esras solum præclara commemorat, sed & eius memoria celebris est in literis propheticis, Haggæi nimirum & Zachariæ. Hieronymus facit eum typum Christi, quemadmodum etiam Cyprianus typum ecclesiæ facit Rahab. Abiud filius Zorobabel, in scriptura celebris non est. Huius filius Eliachim, forte est sacerdos ille, de quo dicitur Nehemiæ duodecimo, Azor Eliachimo satus, in biblia item non celebratur. Zadoc Azoria proles, in Nehemia nobilitatur. Huius filius Ahin, nepos Elihud, Eleazar abnepos, in scriptura item canonica nusquam inclarescunt. Circiter eorum seculum bellum horrendum ingens institit, quod à Machabæis nomen obtinet. Eleazar abnepos Azoris, genuit Mathan auum Iosephi. Mathan gennit Iacob parentẽ Iosephi, qui legalis maritus erat Marię, & legalis pater Chr̃i. Hic in dubio relinquendũ nõ puto, q̃d sentiendũ de Mathan & Melchi, quorum illũ recenset Matthæus, hũc Lucas. Itẽ, an ne Eli & Iacob, germani fuerint fratres. Secundũ Matthęũ fuit Mathan auus Iosephi. Iuxta Lucæ euãgelion,

Mathath fuit auus Mariæ. Matthæus alterum vocat Iacobum patrem Iosephi, eundem Lucas appellat Eli. Ambrosius dicit hos fuisse germanos, & alterum alteri secundum legem semen excitasse. Hieronymus hoc summopere vrget aduersus Iulianum, testesq; adducit veteres autores, Aphricanum, Eusebium &c. Aphricani verba sunt, de legali successione duorum fratrum Heli & Iacobi: Forte Iacob Iosephi patrem extitisse, & Eli, qui & Ioachim dictus est, Mariæ genitorem, Iosephũ filium solitum vocasse, amoris & honoris gratia: Ioseph vicissim, socerũ suum Eli, æque atq; patrem suum Iacobũ, paterno nomine cohonestasse: factumq; sic, vt & Lucas eũ filium Eli posuerit. Soluendus alius nodus sententia Ambrosij super Lucam capi. 3. Infelices Iudæi quærunt blasphemiæ ansam ex euangelio, q nõ Mariæ, sed Iosephi genealogiã prosequatur: quasi hoc non sit receptum in omnibus libris biblicis. Mos est hagiographis, non mulieres, sed viros ponere capita propaginum. Iidem testantur receptũ fuisse in lege, vt sanguine propinqui, maxime vero tribus Iuda, sibi matrimonialiter coniungerẽtur. Sic videmus expeditum nodum: Virginem nimirum Mariã esse de stirpe Dauidica ortã, Iosephum puta & Mariã de stirpe vna. Plura de hac re, si libeat, vide apud Chrysostomum & Theophylactum, Item apud Hilariũ & Hieronymũ &c. Nec vacat mysterio, q Matthæus tesseracosten, hoc est, numerũ quadraginta personarum recitat: Lucas penteco sten, hoc est, qnquaginta. Lucas itẽ adscendit per lineã Nathan (qui & ipse filius Dauidis fuit) sanguinis Mariæ, Matthæus vero descẽdit p Salomonẽ lineæ Iosephi. Veteres Rabini etiã vocarũt parentẽ Mariæ Eli siue Ioiakim ex linea Zerubabelis natum. Fatebãtur itẽ Mariã esse eã, de qua dicitur Zacha. 4. Ha Eben ha roscha, hoc est, præcipuus lapis vnde nasciturus Messias. Vide plura de hac re apud S. Augustinũ quæst. euange. lib. 2. cap. 5. Lucas infames mulieres, Thamar, Ruth, Bethsabea nõ cõmemorat. Matthæus vero in solatiũ pœnitentiũ, easdẽ euangelicis literis inserit, qm Christus præcipue venerit peccatores quærere & seruare, Matth. 9. Scortillũ vero nullum hic patrociniũ habet, quia non peccatrices euangelista, sed pœnitentes recenset. Adde q adeo petulantes non extitere, quales sunt prostitutæ meritoriæ fœtidæ. Thamar (ait S. Ambrosius) non opera meretricis exercuit, sed munera fœcunditatis elegit. Ruth Moabitis, meruit fieri typus ecclesiæ ex gentibus. Moabitas enim Moses execratur Deu. 23. Si Rahab meretricẽ fuisse contendas, certe non meretricijs moribus, sed castimonia & fortitudine meruit tanto duci fieri vxor nõ pœnitenda. Neq; etiam filius Mariæ arcet Cananæas, qui venit saluare omes gentes.

¶Neq; item vacat mysterio, q Augustinus enumerat septuagintaseptẽ personas, ab euãgelista Luca in Christi prosapia conscriptas. Atqui vt nunc demũ hunc locum in pauca conferam, Videmus Iesum esse filium Abrahæ & Dauidis, hoc est, filium promissionis, semen Adæ, quod serpentinum caput habuit conterere. Dicit ergo Euangelista, Iesum Christũ, hoc est, Messiã filium Dei. Iam si hunc Iesum, pulcherrimũ & decorũ præ filijs hominũ admiramur, immo si angelis iucundum magis suscipimus, & cum patre & spiritu sancto vnum Deũ adoramus: nonne Mariæ præcipuũ cultum debemus, per quã Messiã eum habemus? Filia Dauidis, filiũ Dauidis genuit, ad hoc electa & præelecta, Matth. 22. Romano. 1. Luc. 1. 2. Timot. 2. Esa. 22. 55. Hiere. 23. 30. 33. Ezechielis 34. Hose. 4. Amos 9. &c. Virũ Mariæ vocat Iosephũ, ratione sacramẽti coniugij, non carnis cõmistione. Cæterum & scriptura sponsos, sponsarum maritos virosq; appellat. Qua de re, si placet, lege Hieronymum, Theophylactum, & alios.

Nunc quantũ ad præsentẽ festiuitatem, si Christus filius Dauid, filius Abrahæ, filius etiam Adæ, hoc est, verus homo, nobis datus, nobis natus, nobis est cordi: quare non celebremus natalem Mariæ? Dicunt Anticomariani, scripturam canonicam nihil de Mariæ natalibus agere. Ergo vanitas liber generationis Iesu Christi apud Matthæum & Lucam? Dicunt non constare, eam hoc die esse natam. Scilicet validum argumentum abrogandi festum hodiernum, & exibilandi ecclesiam hodie solennizantẽ? Si omnia mendacio & papistico commento sunt deputanda, quæ non sunt in scriptura biblica: vanissima est columna veritatis, Sacrosancta mater Ecclesia: iam patres ecclesiæ, eam fidem non merentur in ecclesia, quam habent Liuius, Tranquillus, Tacitus, & alij ethnici historici. Iam nihil est traditio patrũ, quasi per manus plurima nobis sidei sacramenta cõmittens. Iam in dubium vocatur, non solũ virginitas Mariæ perpetua, sed & sancta Trinitas, & eiusdem vnitatis confessio, quã vocabula homusios & hypostasis, quorum neutrũ scriptura habet, nobis traditiõe paterna illucidãt, antiquatur. Somniũ, quod Chrysostomus, Basilius Magnus, Ambrosius, Augustinus, Hieronymus & alij de sanctis martyribus, Tecla, Laurentio, Agnete, & alijs cõmendauerunt memoriæ. Christus nullos testes habet in ecclesia, ergo & Apostolorũ testimoniũ non est recę-

Natiuitas Mariæ celebranda.

Hæretici omnia festa ecclesiæ antiquando, ecclesiam delirã faciunt.

receptum. O horrendam hæresin. Catholici audiant, quid Ambrosius traditiõe patrum*, & sunt eius verba: Sit igitur vobis tanquã in imagine descripta virginitas vitaq; beatæ Mariæ, de qua velut speculo refulget species castitatis & forma virtutis. Hinc sumatis licet exẽpla viuendi, vbi tanquã in exemplari magisteria expressa probitatis, quid corrigere, quid effugere, q̃d tenere debeatis, ostẽdunt. Primus discendi ardor, nobilitas est magistri. Quid nobilius Dei matre? quid spendidius ea, quam splendor elegit? quid castius ea, quæ corpus sine corporis cõtagione generauit? Nã de cæteris eius virtutibus quid loquar? Virgo erat non solũ corpore, sed etiã mente, quæ nullo doli ambitu syncerũ adulteraret affectũ. Corde humilis, verbis grauis, animi prudens, loquendi parcior, legendi studiosior, non in incerto diuitiarũ, sed in prece pauperis spem reponens. Intenta operi, verecunda sermone, arbitrũ mentis solita non hominẽ, sed Deũ quęrere. Non lędere reos, bene velle om̃ibus, assurgere maiorib⁹ natu, æqualibus non inuidere, fugere iactantiã, rationẽ sequi, amare virtutẽ. Quando ista vultu læsit parentes? quando dissensit propinquis? quando fastidiuit humilẽ? quando derisit debilẽ? quando vitauit inopẽ, eos solos solita cœtus virorꝫ inuisere, quos misericordia non erubesceret neq; præteriret verecundia? Nihil toruũ in oculis, nihil in verbis procax, nihil in actu inuerecundũ: non gestus fractior, non incessus solutior, nõ vox petulantior: vt ipsa corporis species simulacrũ fuerit mẽtis, figura probitatis. Bona quippe domus in ipso vestibulo debet agnosci, ac primo prætendat ingressu, nihil intus latere tenebrarũ, vt mẽs nostra nullis repagulis corporalibus impedita, tanq̃ lucernæ lux intus posita, foris luceat. Quid ego exequar ciborꝫ parsimoniam, officiorꝫ redũdantiã, alterũ vltra naturã superfuisse, alterũ pene ipsi naturæ defuisse: illic nulla intermissa tẽpora, hic cõgeminatos ieiunio dies? Et si qñ reficiẽdi successisset volũtas, cibus plerũq; obuius q̃ mortẽ arceret, nõ delicias ministraret. Dormire nõ prius cupiditas, q̃ necessitas, fuit. Et tñ cũ quiesceret corpus, vigilaret animus, qui frequẽter in somnis aut lecta repetit, aut somno interrupta cõtinuat, aut disposita gerit, aut gerenda prænũciat. Prodire domo nescia, nisi cũ ad ecclesiã cõueniret, & hoc ipsum cũ parẽtibus aut propinq̃s. Domestico operosa secreto, forẽsi stipata comitatu, nullo meliore tñ sui custode q̃ se ipsa, quę incessu affectuq; venerabilis, nõ tam vestigiũ pedis tolleret, q̃ gradũ virtutis attolleret: & tñ alios habeat virgo membrorꝫ custodes suorꝫ, morũ aũt suorꝫ se habeat ipsa custodẽ. Plures erũt de quibus discat, si ipsa se doceat, quæ virtutes magistras habet, q̃a quicq̃d egerit, disciplina est. Sic Maria intendebat oĩbus, quasi à pluribus moneret: sic implebat oĩa virtutis officia, vt nõ tã disceret q̃ doceret. Talẽ hanc euãgelista mõstrauit, talẽ angelus repperit, talẽ spũs sanctus elegit. Quid eñ in singulis morer, vt eam parentes dilexerint, extranei prædicauerint, quę digna fuit, ex qua Dei filius nasceretur? Hæc ad ipsos ingressus angeli inuenta domi in penetralibus sine comite, ne q̃s intentionẽ abrũperet, ne q̃s obstreperet. Neq; eñ comites fœminas desiderabat, q̃ bonas comites cogitatiões habebat. Quinetiã tũ sibi minus sola videbaĩ, cũ sola esset. Nã quẽadmodũ sola, cui tot libri adessent, tot archãgeli, tot ꝓphetæ? Deniq; & Gabriel eã vbi reuisere solebat, inuenit: & angelũ Maria, q̃si viri specie, moĩa, trepida, q̃si nõ incognitũ, audito noĩe, recognouit.

Hactenus S. Ambrosius. Audiamus & Gręcũ Damascenũ 4. lib. Ortho. fidei, cap. 15. vbi de linea Nathan, cũ euãgelista Luca, deriuat Mariã, ex Leui nimirũ, Melchi, Pãther, Barpãthera vsq; ad Ioachim parẽtem Mariæ. Ioachemũ hunc itidẽ dicit vxorem duxisse Annam, gloriosam gloriosæ Dei genitricis matrem. Deniq; de laudibus beatæ virginis ait: Ediĩ partu in domo ouilis Ioachim, & adduciĩ in tẽplũ. Deinde in domo dñi plãtata & impinguata spũ, veluti oliua fructifera, oĩs virtutis habitaculũ facta est. ab om̃i seculari vita & carnali cõcupiscẽtia procul mentẽ sequestrãs, & sic virginẽ animã cũ corpore cõseruans, vt decebat eã quę in sinu Deũ susceptura esset. Sãctus eñ existẽs, in sanctis requiescit. Sic igiĩ sanctificationẽ oẽm exercet, & tẽplũ sanctũ & admirabile altissimi Dei digne demõstrat. Quia ergo obseruabat virgines nostræ salutis inimicus, ꝓpter Esaiæ prędictionẽ, dicẽtis: Ecce virgo cõcipiet & pariet filiũ, & vocabiĩ nomẽ eius Emanuel, q̃d est interpretatũ, nobiscũ Deus, vt deciperet eũ qui semꝑ in sapientia gloriaĩ, ipse q̃ depręhendit sapiẽtes in astutia eorꝫ, in despõsationẽ puella Ioseph à sacerdotibus tradiĩ, vt nouus liber literas sciẽti. Nã despõsatio, custodia virginis erat & virgines obseruãtis depulsio. Quãdo aũt venit plenitudo tẽporis, missus est angelus dñi ad ipsam, annunciãs dñi cõceptionẽ. Et sic cõcepit filiũ Dei, cõsubstãtialẽ patris virtutem, nõ ex volũtate carnis, neq; ex voluntate viri, id est, ex congressu & semine, sed ex pñis bona volũtate & coopatiõe spũs sancti suppeditauit creatori creari, & plasmatori plasmari, & filio Dei & Deo incarnari & humanari, ex puris & illibatis carnibus eius & sanguinib⁹, primæ mñis absoluẽs debitũ.

Nam

Nam quemadmodum illa sine cōmixtione ex Adam plasmata est, sic ista nouū Adam, lege partus in vtero tulit, quem peperit super natiuitatis naturam. Natus est enim ex muliere sine patre, & ex patre sine matre. Et quoniam ex muliere lege partus, quoniam sine patre, super naturam est natiuitas. Et quoniā consueto in tempore, (nam nouem menses complens, & decimū attingens nascitur) id fit lege partus. Quod autē sine dolore, supra legē partus est. Cuius voluptas eñ non præcessit, neq; pariendi dolor subsecutus est. Hęc Damascenus.

Vides pie lector, quanta laude omẽs ecclesiæ identidem extulerint Mariam. Tu ergo & te filiū ecclesiæ præsta, laudans, quantum potes, Mariam. quidquid enim laudis impenderis matri, omne id redundat in filium, omẽ id acceptum sibi fert pater. Lauda ergo, quia omī laude est dignissima. Dominus Deus, qui primitiuam ecclesiam spū sancto suo in decus Marię accendit, sanctum eum ardorem in nobis quoq; redaccendere dignetur, in suam solius gloriam, qui in sancta Triade vnus viuit & regnat per omnia secula. Amen.

IN DIE SANCTO SANCTI MATTHAEI Apostoli & Euangelistæ, Euangelium Matth. IX.



CVm transiret inde Iesus, vidit hominem sedentem in telonio, Matthæum nomine. Et ait illi: Sequere me. Et surgens, secutus est eum. Et factum est, discumbente eo in domo, ecce multi publicani & peccatores venientes, discumbebant cum Iesu & discipulis eius. Et videntes pharisæi, dicebāt discipulis eius: Quare cum publicanis & peccatoribus manducat magister vester? At Iesus audiens, ait: Non est opus valentibus medico, sed male habentibus. Euntes autem, discite quid est: Misericordiam volo, & non sacrificium. Non enim veni vocare iustos, sed peccatores.

PRAEFATIO.



PLaudite fœneratores, prędones & latrones: hic publicanum videtis fieri apostolum. Plaudite, inquam, quoniā & idem publicanus, factus est euangelista, atque is, qui in Euangelistarum ordine primus ponitur. Ipse qui hoc scripsit euangelion, e publicano factus est apostolus & euangelista. Sanctus Ioannes in suo euāgelio sui ipsius mentionē semel atque iterū facit, sed nomen suum ita non exprimit. Hic noster, sine omī periphrasi Matthæū se (quem Matthi exprimunt Hebræi) nuncupat. Hoc autem facit, ne putet peccator criminis apud Deum remanere memoriā. Cæterum ne quis hic Euangelistam iactantiæ insimulet, publicanū se vocat. Gaudete ergo & plaudite quicunq; publicani & peccatores: sed nō quia mali estis, sed quia ad pœnitentiam vocamini. Nam hic Matthæus noster non dicitur publicanus ꝙ ita permanserit, sed qa talis aliquādo fuit, vt ait Hieronymus. Sic ad gloriā Dei Simon vocatur leprosus, quoniam aliquando leprosus extitisset. Et ecclesia ex gētibus, vocatur meretrix per typum meretricis 3. Reg. 3. Lucæ 7. Item propter figuram Rahab, &c. non ꝙ adhuc meretrix sit. Sanctificatam eñ sibi Christus conciuit. Vocatur vero meretrix in gloriā Dei, qui eam sua sola gratia expiauit. Quod in Marco dicitur filius Alphæi, non putandum ꝙ germanus fuerit filius Alphæi. Fuerunt enim plures Alphæi, quemadmodū & plures Annæ & Mariæ leguntur extitisse.

Cum transiret inde Iesus, vidit hominem sedentem in telonio, Matthæum nomine.

Non possum mihi tēperare, quo minus Manichæi Fausti vesaniam tangam. Is (teste Augustino) euangelion Matthæi nō recepit authenticum, ꝙ hic non fateatur ingenue sese hoīem illū publicanū, sed dicat in tertia persona, Vidit hominē, cui Matthæus nomen erat &c. Item, * dicit ad eum, Sequere me. Quasi modus ille loquēdi, in scriptura sit rarior. Similes vides Nūe. 16. Exo. 17. Ioannes quoq; ita dicit: Conuersus Petrus, vidit discipulū eū quē diligebat Iesus. Attende superbiā hęreticorū. Faustus Matthæo fidē abrogat, eā vero suo defert Manichęo. Sed hodie epl'a Iacobi stramentitia est: aurū obryzum habendū, quod cōsarciunt polygraphi tot illuminati. Cōtra Manichęos, id ē, insanos tales dicit Augustin⁹: Faust⁹ hæretic⁹ Matthæi euangeliū nō recepit.

Qui

Qui in euãgelio, quod vultis, creditis: quod non vultis, nõ creditis: vobis potius, quàm euangelio, creditis. Libro 17. capite 5. Ad textum: Cum trãsiret inde Iesus, intellige, e Caparnaum, vbi solo verbo curauit infirmum, & proclamatus est ab omni populo fecisse paradoxa. Stoici dicunt paradoxa, Christus ea facit. Sunt ergo Christi facta, vere magna supra omnem fidem. Lucæ 5. dicitur exiuisse. Vnde conijcio, Leui in piratico aliquo atq; latronũ spelunca se disse, lucro inhiãtẽ. Publicani nõ minus feroces extitere, q̃ quęstores, ędiles, & hoc genus homines sub potestate constituti. Ioannes Baptista præscripsit illis, qui tunc erãt, legem qua saluarẽtur, Luc. 3. Multi eorum quos Ioannes admonuit, ad bonã frugem peruenerũt: sed vox clamantis, ad aures nostrorum publicanorum non pertingit, quod miseri quicũq; indies magis atq; magis experiuntur. Telonium dictũm à telos, quod vectigal significat, Roma. 13. Vide vbi Matthęus sederit, vide vnde ipsum Christus vocauerit. Inhonestus locus, infamis crudelitatis, dicitur spelunca latronum. Nihil afferunt qui dicunt: Practica (puta conquirendi victus) est multiplex. Impiũ dictum esse, vel Ethnicorum testimonio possum ostẽdere. Damnant ethnici poetæ dictum,

Christus fecit paradoxa, qualia Stoici docent.

Publicanorũ impietas.

Vñ habeas, nemo quærit, sed

OPORTET HABERE.

Item, Bonus odor lucri ex re qualibet: hoc est, diuitiæ quacunq; tandẽ congestæ ratione, spectandę. Nobis labor incũbit Gene. 3. 2. Thessa. 3. Et ethnicorum theologi dicunt: Panem quæramus aratro.

Et ait illi: Sequere me. Et surgens, secutus est eum.

Verbũ Christi efficax.

Pulchra contentio & inuersio verbi. Dixerat, Vidit Iesus hominem sedentem in telonio: hic, idem homo dicitur surrexisse, & Iesum secutus. Sedit absorptus ab Orco, haud secus periens, quàm iumentũ in stercore suo. Surrexit liber, gibbo illo camelino excusso. Qua in re obseruanda potestas verbi. Parũ est, pastores & piscatores laboriosum & ærumnosum hominũ genus, statim secutos Christum, & ad præsepium dominicum properasse, Matt. 4. Luc. 2. Non adeo mira res est, Bartimæum mendicum Christum secutum, Mar. 10. Homines vero quos deus huius seculi excæcauit, heu mihi, quantæ molis est sua om̃ia relinquere, & pauperem imitari Christum, Luc. 19. Neq; item optimates statim acceptarunt euangelion, 1. Cor. 1. Spiritus itaq; & vita sunt verba Christi, dicentis: *Lech ahanai*. Sequere me. Hoc verbum tam fidelibus quàm infidelibus, dictum est. Hos verbũ hoc vocat ad fidem, illos ad fidei fructus, qui fidei sunt argumentum, Iaco. 2. Viderit quisq; ne spiritui sancto obicem ponat, viderit quomodo hoc verbum Christi audierit.

Et factum est, discumbente eo in domo, ecce multi publicani & peccatores venientes, discumbebant cum Iesu & discipulis eius.

Marcus addit, in sua domo. Lucas luculentius, Leui eum reliquisse omnia, & secutum Christum, prius tamen in domo sua opiparum apparasse conuiuium: dochen,* neq; cœnam neq; prandium, sed conuiuium. Saliare conuiuium Christo præparat, quia alius homo factus, planeq; immutatus. Antea rapuit, nunc plena manu dispargit. Simile vides Luc. 19. Hoc docet Apostolus 2. Corin. 8. Sed qui Christum recipit, vmbras eius (hoc est, discipulos) non excludit: nam & Martha eosdem vnà cum Christo excepit, Luc. 10. Nos contra præscriptũ domini Luc. 14. plutonem vocamus: ergo Christum paupertatis doctorem, arcemus & abigimus. Vnde etiam antapodoma, id est, retributio Christi nobis non cõtingit. Pulcherrimus hic contextus, primo Matthæum tradit factum fidelem, & sic operatum bene: denique item neminem exclusit, ad Christum quoslibet admittens. Conuolitarunt enim vndiq; publicani & peccatores. Sed iam non veniunt, iuxta prouerbium, similes ad similẽ, publicani ad publicanum Matthæum, iam non Tiberij mancipium, sed Christi Iesu discipulũ. Et procul dubio multi publicanorum aut venerant, aut abierunt pœnitentes: & sic similes ad similem congregatos dicere possumus. Mutatur hic ordo, nouus hic ordo incipit, in quo iugum cũ infidelibus non trahit, 2. Cor. 6. Non hic in via peccatorum statur, Psal. 1. Ordinis huius auspex & præses, Christus. Philo de vita theoretica hunc ordinem describit, Eusebius libr. 2. cap. 7. Nostrates euangelicastri verbum Christi, dicentis, Si vis perfectus esse, vade & vende om̃ia quæ habes, & da pauperibus: mira sycophantia eleuant. Apostatæ nihil peius odio habent, quàm professionem paupertatis. Si quis dedat illis vnum priscorum patrum huius ordinis, longe atrocius eum insectarentur, atque miseros monachos & & sanctimoniales huius æui. Videbũt propediem, quem apostolum & qualem Christum habeant.

Et videntes pharisæi, dicebant discipulis eius: Quare cum publicanis & peccatoribus manducat magister vester?

Sic comparatũ est, vt bonum aliud, aliud trudat. Et veritas, cũ iudicatur, vincit. Superciliosi pharisęi oculo nequam videntes Christum cum publicanis discumbentem, murmurabant. Sic & mussitabant quod ad Zachæum diuertisset, apud Lucam. Itẽ ibidem muginabantur, susurrando quod peccatores reciperet. Vndiq; Christum à peccatoribus, bonam frugem pollicẽtibus, stare inuenerunt. Mouit, quod ad eos dixit: Vos estis, qui ipsi iustificatis vos coram hoĩb9, sed Deus vestra corda nouit. Pręcipue hoc mouit, quod illis octies Væ diceret, & causam eius comminationis idẽtidem adsignaret, Matt.23. Hoc ęgre & admodum dolenter tulerunt, expostulantes cum eo, quasi de iniuria, qui nomen eorum coram populo fœtere faceret, Luc 11. Hi Christi gratię inimici, diaboli legati, manibus pedibusq́; institerunt, eos qui ad gratiam euangelij properarent, remorari. Ipsi ad conuiuium euangelicum venire contempserunt, & alios venire conantes, absterruerunt, Mat.23. Sic factum est, vt multi aut Christum auersarentur, aut occulte confiterentur, Ioan.12. Insani, etiam in Lazaron odio Christi rediuiuum insidias moliebantur, Ioan.11. 12. Sed in expuentem relabitur hoc, quod in cœlũ expuitur.

Inuidus alterius, rebus marcescit opimis.

Rapiunt miseri quicunq; euangelica fercula, ab occidente vsq; ad orientem, Matt.11. 1.Tim.3. Pharisæis diuitibus dimissis inanibus, Lu.1. Verum vos sanctuli, audite iam, quare doctor noster (hebraice Melammed vocatus) cũ publicanis & peccatoribus discubuerit.

At Iesus audiẽs, ait: Non est opus valentibus medico, sed male habentibus. Eũtes autem, discite quid est: Misericordiam volo, & non sacrificium. Nõ enim veni vocare iustos, sed peccatores.

Pharisęi videntes discipulos adhuc edentulos, os loquendi (quod illis Lucæ 10. promittitur) necdum recepisse, illorum aurib9 insusurrant, Christum alloqui non audentes. Sed Christus, qui nil nisi oculus, auris, manus est & pes, audit: & respondet, Valetudinarijs medico esse opus. Quasi d. Medicus ego sum: ægroti, peccatores: firmi, iusti: medicamen, gratia: remissio peccatorũ, cura: pœnitentiæ digni fructus & innouatio vitæ, recupata salus. Iure ergo meo peccatores recipio. Vos sanctuli, vos iustitiarij, emplastrum gratię & malagma remissionis peccatorum ridetis, vnde iucunditatem & dulcedinem regni mei nõ potestis aut sapere, aut capere. Validum argumentum, naturali ratiocinatione firmatũ. Physici aiunt, Iatricen, hoc est, artem definiendi medicinam, esse propulsatricem infirmitatum atq; morborũ, saltem curandis morbis accommodam, testis Galenus. Ecclesiasticus quoq; idem affirmat cap.38. Secunda pars apologetica Christi, habet robur propheticum. Interim vero dum hoc profert Christus argumentum, scommate vehementi tangit pharisæos legũ doctores, dicens: Discite quid sit, Misericordiam volo. Doctores & Rabinos tantæ scientiæ iubet ire ad magistros & scripturæ interpretes ha Viebijm, & rursus fieri discipulos. Simili sarcasmo vtitur Apostolus Rom.2. dicens: Ecce tu Iudæus cognominaris, & requiescis in lege, & gloriaris in Deo, & nosti voluntatem eius, ac probas eximia, institutus in lege, confidisq́; te esse ducem cęcorum, lumen in tenebris versantium, eruditorem insipientium, doctorem imperitorum, habentem formam cognitionis ac veritatis per legem. Qui igitur alium doces, teipsum non doces? Sic hoc loco ait Saluator ex Hosea: Ki hesed haphatzthi, velo zabah, Vedaath Elohim me Oloth, hoc est, Misericordiam volo, & non sacrificium: et scientiam Dei plus, quàm holocausta, Hosee 6. Interrogate Thargum Ionathan, sciscitamini Thargum Onkelos, an possint aliud elicere, quàm quod verba præ se ferũt. Nobis satisfacit noster Christ9. Misericordia est summa legis. Charitatem Esereth ha Debarim, hoc est, decẽ verba, intellige decalogum, nobis vnice commendant, Mat. 23. Omnes prophetæ & tota lex, vnico charitatis verbo comprahenditur. Cętera oĩa rerum sunt symbola & cæremoniæ. Deus symbolon & cæremonia non est, sed charitas & veritas. vnde nõ afficitur symbolis rerum & cæremonijs, sed ipsa veritate charitatis, hoc est, charitate non simulata. Oblectat Deum charitas operosa & efficax. Vos Iudæi scitis quid sit, Hesed & zabah. Illud stricte poscit, hoc non item. Nec in Hosea solum hoc, sed & in alijs prophetis, Esa.1. Amos 5. Psal.50. & alibi sæpenumero, vbi semper misericordiam sacrificijs præfert. Locum præsentem repetit dominus infrà Mat.12. Sed vbinam locorũ inuenitur, Misericordiam holocaustis quoq; antelatam? Mar.12. vbi sic pharisæus quispiã domino respondet: Bene pręceptor cum veritate dixisti, quod vnus sit Deus, & nõ sit alius præter illum: quodq́; diligere eum ex toto corde, & ex tota intelligentia, & ex tota anima, & ex totis viribus, ac diligere proximum vt seipsum, plus sit quàm vniuersa holocauto-

misericordia est summa legis.

mata & victimæ. Ecce tibi & ipse pharisæus fatetur, Hesed & zabach & Oloth præferendum esse. Vnde & munechos vocatur apud Marcum, hoc est, qui bene dixerit. Ex verbis præsentibus etiam euinci potest, pietatem scientię præstare, quod non obscure submonet Apostolus 1. Cor. 13. Et quare non fateatur hoc Apostolus, à quo neque ratio humana abhorret? Præclare dixit Fa. Quintilianus: Si studiis quidē scholas prodesse, moribus autem nocere constaret: potior mihi ratio viuendi honeste, quàm vel optime dicendi, videretur. Nostrates vero euangelici, proh pudor, eruditionem potissimū promouent, vt religionem supprimant. Sed ad verbum Christi reuertamur. Attende aptā responsionem. Vult dicere: Certum est, Deo patri cordi esse misericordiam: placet ergo illi, miseris adesse redemptorem. Parum ergo refert, Ego vobis placeam, nec ne. Gratificarer vobis, si inhumanus, miseris nec opem, nec consilia ferrem, maxima vero sacrificia taurorū, & ouium vobis offerrem. Sed absit à me, vt similis vobis, minus bonū maximo pferā, idq; supstitiose. Officio meo non deero. Præcipua causa aduentus mei, est vocatio peccatorū. Veni vocare peccatores. Audite peccatores, publicani & meretrices, fœneratores, latrones, audite oēs filij Adam & Heuæ, qui oĩes estis peccatores, & Dei gratia indigi, Rom. 3. 5. Ephe. 2. 1. Timoth. 1. Quęsiti & inuenti Dauid, Zachęus, Matthęus, Saulus, latro dexter Christo crucifixus, Thamar, Raab, Ruth, Bethsabea, Magdalena, Aphra, q oĩes præclarum nobis sunt exemplū spei, vt dicit Hieronymus. Sed ne vos falsa spe lactem, aduertite quorsum vocemini. Nunquid vt in peccatis quisque suis perseueret? Absit. Sic enim filius Dei leno, histrio, nepos & flagitiosissimus omniū mortalium constitueretur. Nō est Deus ait Psalmista, iniquitatē volens. Et Deus solus est, in quē peccatur. Vnde ait, Tibi soli peccaui, Psal. 50. Sanctus est Deus, vult igit vt & nos sanctificemur. Vocamur itaq;, non in voraginē & barathrū vitioꝝ, sed ex vitioꝝ sordibus ad fontē sanctitatis. Dicit ergo: Vade, & iā amplius noli peccare, Ioan. 5. 8. Vocamur, vt spiritu contra carnē pugnemus, Gala. 5. ad domandum lubricum carnis, Galat. 5. ad corpus peccati deprimendum, 1. Cor. 9. veteris Adami hostes, Coloss. 3. ad patientiam & oĩes virtutes, Mat. 5. 13. Non possum hic non clamitare contra hostes crucis Christi euangelicos nouellos, fructus dignos pœnitentiæ, satisfactionē nimirum, etiam contritionē & confessionem, abrogantes. Quis non videt verum in illis Antichriston? Contra hanc execrabilem hæresin catholicus quisque sacerdos potissimū vrgeat hoc, ꝙ ter quaterve 1. Petr. 2. repetitur, ne prætextū nequitiæ euāgelion Christi accipiamus. Atque hæc hactenus. De sancto Matthæo, quo consilio euangelion suum conscripserit, vbi ipsum docuerit, alibi ex Eusebio & Hieronymo ostendimus. In effigie humana adumbratur, iuxta visionem eam, quæ est apud Ezechielē 1. Allegoriā sanctus Gregorius paucis explicat, dicēs: Christus totū simul nobis est, q nascendo homo, moriendo vitulus, resurgendo leo, ad cœlos adscendendo aquila factus est. In cuius decus hodie congregati sumus, sancti Matthæi intercessionem postulemus, vt intercedente eo pro nobis, dominus Deus tanta æternæ salutis aperiat mysteria, nosq; in sanctuarium suum, rite sanctificatos, pœnitentiam veram referentes, inducat: in suam solius gloriam, qui vnus est Deus in sancta Trinitate viuens & regnans per omnia secula. Amen.

Peccatores vocantur ad pœnitētiam.

DE SANCTO MICHAELE ARCHANgelo, Euangelium Matth. XVIII.



IN illa hora accesserunt discipuli ad Iesum, dicentes: Quisputas maior est in regno cœlorum? Et aduocās Iesus paruulum, statuit eum in medio eorum, & dixit: Amen dico vobis, nisi conuersi fueritis, & efficiamini sicut paruuli, nō intrabitis in regnum cœloꝝ. Quicūq; ergo humiliauerit se sicut paruulus iste, hic est maior in regno cœlorum. Et qui susceperit vnum paruulum talem in nomine meo, me suscipit: qui autem scādalizauerit vnum de pusillis istis, qui in me credunt, expedit ei vt suspendatur mola asinaria in collo eius, & demergatur in profundum maris. Væ mundo à scandalis. Necesse est enim vt ve-

vt veniant scandala: veruntamen væ homini, per quem scandalum venit. Si autem manus tua, vel pes tuus scandalizat te, abscinde eum, & proijce abs te: bonum tibi est, ad vitam ingredi debilem vel claudum, q̃ duas manus vel duos pedes habentem, mitti in ignem æternum. Et si oculus tuus scandalizat te, erue eum, & proijce abs te: bonū tibi est, vnū oculū habentem in vitam intrare, q̃ duos oculos habentem, mitti in gehennam ignis. Videte ne contemnatis vnum ex his pusillis: dico enim vobis, quia angeli eorum in cœlis semper vidēt faciem patris mei qui in cœlis est.

PROOEMIVM.

Φιλοτιμίας hic vitium castigat Magister humilis Christus. Alibi ait: Discite à me, quia mitis sum & humilis corde. Nullum vitium est quod Christo adeo pugnet, atq; ambitio & superbia. Grāde crimen, in quod Germanicum facit dictum: Hochmudt thudt nymmher ghudt. Nihil boni profert fastus, qui omnis iniquitatis est caput. Contra hoc execrabile malū, notandū hoc Chrysostomi: Quicunq; desiderauerit primatū in terra, inueniet confusionem in cœlo. Nec inter seruos Christi computabitur, qui de primatu tractauerit. Extat adhuc Germanicum dictum: Hoch hie, tieff dort. Summus hic, imus illic. Operæprecium itaq; fuerit, nobis semp ob oculos ponere Homericū moly & Pythagoricū Y. Om̄is em̄ qui se exaltat, humiliabitur: & qui se humiliat, exaltabit. Virtutis huius herba atq; arbor est amara, fructus dulcis. In mentem venit mihi hic Homericum Moly. Subit item literæ Pythagoricæ Y. Serenitas post nubila gratior esse solet.

In illa hora accesserunt discipuli ad Iesum, dicentes: Quis putas maior est in regno cœlorum?

In illa hora, puta quando didrachma Petrus est iussus soluere pro Christo & se, capite præcedente 17. Rogarunt item de primatu, videntes Christo Petrum vndiq; magnifieri, vtpote cui claues regni cœlorum receperit, sup. 16. Deniq; & filios Zebedæi, proxime & secundum Petrū, Christo viderunt magis familiares, qbus se gloriosum ostendit in monte Thabor. Putabant itaq; aliquem horum ecclesiæ præficiendum, cura superuacanea. Radices superbiæ vitium altius in carnem egit. Sed fortior est spūs Christi, spū huius mundi. Bonum est itaq; Christo cohærere. Insani, qui in dubijs ad hæreticos confugiunt, à Christo & eius discipulis alienatos. Apostolica, catholica, orthodoxa, Romana ecclesia, suo iure occupat Christum: hic aduersus omnia dubia consilium, aduersus omnia peccata remedium. Sic fere tractāt locum hunc Origenes, Chrysostom9, Hieronymus, Theophylactus. Lucas dicit, discipulos inter eundum de primatu nōnihil mente concepisse, dominum'q; Iesum ad cordium cogitationes respondisse, ca. 9. Marcus dicit dominum suos interrogasse cum Capharnaū peruenissent. Matthæus vtrunq; exprimit, cogitationes nimirum & apertam oris confessionem apostolorum.

Et aduocans Iesus paruulum, statuit eum in medio eorum, & dixit: Amen dico vobis: Nisi conuersi fueritis, & efficiamini sicut paruuli, nō intrabitis in regnū cœlorum.

Carnalia cogitat caro, vult Christus, vt ea quæ sursum sunt, probe æstimem9. Hoc monet & Apostolus Phil. 2. Anthropi, id est, in cœlum adspicientes, vocātur homines Græcis hac ipsa ratione. Quin & effigies humana ipsum nos monet. Dicit em̄ Poeta:

Pronaq; cum spectent animalia cætera terram,
Os homini sublime dedit, cœlum'q; videre
Iussit, & erectos ad sidera tollere vultus.

Sensus est, Regno cœlorum & aulicæ pōpæ nihil cōuenire, cœlestia non sapere cōcupiscentiam carnis & oculorum. Pusionē itaq;, cū peruenissent Capharnaum, & ædes quasdam intrassent, medium statuit, monens vt vel ab illo regni cœlorum mysteria addiscant. Quale & vides Matth. 6. Luc. 12. vbi ab auibus cœli doctrinā sanā sumere iubentur. Propheticum hoc. Huiusmodi multa vides apud Salomonem, in Hieremia & Ezechiele, &c. Demonstratio hæc maius pondus habet, quàm rhetorum hypotyposis, qua non narrari, sed agi res videntur. Obserua paradoxū. Hic

Demonstratio ꝓphetica, efficacior demonstratione philosophica.

 imus,

imus,illic supremus:hic celsus,illic infim⁹ atq; nullus.Ideam hanc semper ob oculos nobis ponamus, semper in corde habeamus.Qui vult in vitam ingredi,putrescet & gracilescet prius.Arcta est ianua.Mat. 19.Marc.10. Luc.8.19.Hac cũ primis obseruat homo,quo Marc.9.dominus Iesus, puerũ amplexatus,suos est allocutus: Qui huiusmodi recipit,me recipit. Deniq; & hoc quod ait, Talium est regnum cœlorũ. Facessant hinc hæretici, Talium hoc,exotico sensu intelligendo,pueros,q̃bus Christon tantopere affectum semper videmus, tanquam non sint homines,regni cœlorũ exortes statuentes. Catholicus hic sensus sic habet:Talium, puerorum ipsorum, & omnium puerorum innocẽtiam præ se ferentium.Vtiq; etiam puerorum, q̃bus benedixit,quos recepit,quos amplexabatur, quibus manus imposuit,& cæteris hoc genus officijs prosequebatur: talium, inquã, est sacramentũ baptismi aqua & spiritus, 1.Pet.1.Ioan.3.Tit.3.Talium,sic est accipiendum.Demonstratio enim non solum respicit ad minimos in regno cœlorum, puerilem innocentiam referentes,Matth. 10.25.sed & pueros quoq; ipsos complectitur demonstratos.Sic Apostolus Ro.1. Galat.5.talium siue talia vocabulo vtitur. Vitia pleraq; recenset.deinde dicit regnũ cœlorum capessere non posse qui talia faciunt.Quis hic tam insanus esse possit, q̃ dicat Apostolum non de enumeratis peccatis,sed de similibus locutum?Dixit Apostolus animo præsenti non hæc,sed talia, qui hæc & alia crimina à regno cœlorũ nos remorari docet.Si solũ hæc dixisset, poterat humana nequitia alia sibi licita arbitrari.Sic & Christus non dicit, horum: sed,talium: quia non solum infantes, sed omnes ad similitudinem infantilis innocentiæ adspirantes,in suum regnũ recipit. Theophylactus de simplicitate & innocẽtia accipit,non ergo statim à regno cœlorum arcendi infantes.Hoc faciunt hæretici,catholicum medium semper excedentes.Pueri(vt Aug.ait)in altero credũt, in altero peccarũt.Vñ credunt?q̃modo credunt. Fide parentum. Si fide parentũ purgantur,peccato parentũ polluti sunt,ait ille:atq; hæc est salutaris orbita regulæ ecclesiasticæ, quã qui sequitur, non exorbitat.Videmus etiã pueros in primitiua ecclesia martyrio coronatos.testis Eusebius lib.8.cap.8.Hist.Tri.7.cap.32.Pueros,homines esse,Ambrosius de vocatione gentium declarat. In ecclesiã receptos semp. Eusebius ostendit libr.5.cap.21. Hist.Tri. lib.11.ca.15.Et hoc ibi cõmemorat, Iudæos odio Christi puerũ crucifixisse. Quod etiam postea Tridenti paucis ab hoc annis patrasse infelices, memoriæ est proditum. Idẽ sępius item commisisse verpos,certum est,quãq̃ nos puerorũ deuoratores suggillent,teste Origene cõtra Celsum lib.6.Sed ad contextũ.Amen dico vobis:Nisi cõuersi fueritis,& efficiamini sicut pueri isti,&c. Dicet hic Nicodemus:Nunquid in maternam aluũ adultis redeundum? Allegorica elocutio hic est. Pater cœlestis est genitor: Ecclesia Christi,est genitrix & matrix. Semen est verbũ. Pueritia est nouus affect⁹ & noua vita. Non pueritia intelligentiæ,sed malitiæ,ait Apostolus 1.Co.14.Expressius idem docet Ro.16. Volo vos sapientes esse ad bonũ,synceros aũt ad malum.In hac ecclesię infantia,nulla est arrogãtia,nulla ambitio:crepundijs contenti, non sunt p̃fundi corde, qui ambulẽt in mirabilibus supra se.Non sunt duplices animo,sed humilib⁹ consentiũt. Non cõminiscuntur sectas nouas,non despondent sensum communem, Ecclesiã matrem,etiã correcti virgis, amare pergunt,vt dicit Theophylactus.Nõ student artibus,quibus circũueniant in negocijs fratrẽ,sed ipse sunt candor. Dicit ergo Hilarius:Hæc omniũ affectionũ assumpta nobis & cõsuetudo & voluntas, cœlorum iter peruium p̃stat.Chrysostomus hic erroris cõuincit Manichæos, qui naturam ex malo esse docuerunt malam. Quod si esset,certe dñs hic de puerili innocentia vane esset philosophatus. Exemplũ puerilis candoris petẽdum puto ex ecclesia primitiua. nostra siquidem ętas nimium sapit,adeo vt etiam pueri nasos rhinocerotis habeãt. Puerilem,hoc est, cãdidam & simplicem vitã Christianorũ priscorũ describit Eusebius lib.4.cap.8. item x.cap.x. Item Augustin⁹ in lib.de moribus priscæ ecclesiæ.Lucian⁹ quoq; Antiochenus sacerdos, vitam Christianorũ mira laude prosequitur in oratiõe contra ethnicos apud eundem Eusebiũ 9. cap.6.Basilius & Gregorius, disciplinæ ecclesiasticæ censores extiterũt non pœnitẽdi.ibidem lib.11.cap.9. Ibidẽ item vides, q̃ vera sit eremitica philosophia,cuius nõ immerito dixeris præcipue auspices Heliã & Baptisten.Quę miracula eam Christianam pueritiam sint secuta,vide hist. Tri. 2.cap. 21.5.ca.33. Nihil diabolũ tam offendit,atq; ea synceritas,6.ca.29. Ibidẽ Christianism⁹ dicitur consistere in ipsa vita. Valentinianus ergo ipsos catholicos sacerdotes hortatur,vt vitæ candore insient lux esse ecclesiæ.Histor.Trip.7.ca.6.Breuiter:huius vitę puerilis admonet nos ipse baptism⁹Ro. 6.Ga.3. Tit.2.3.Huc facit significatio vestis candidulæ,q̃ nobis offertur statim à baptismo. De veste ea dicit Fuldensis Rabanus

Anabaptistarũ error.

Pueri fidelium,credunt fide parentũ.

Pueri martyres Christi.

Post

Post baptisma tradit Christianis vestis cādida, qua significatur innocentia & puritas Christiana, quam post ablutas veteres maculas, studio sanctæ conuersationis, immaculatam seruare debent, vt repręsentent ante tribunal Christi. Tege igit post sacrā vnctiōem caput eius mystico velamine, vt intelligat se diademate regni & sacerdotali dignitate potiri. Certa Christi doctrina. Superest, vt eam imis condamus pectoribus, atque semper vigilantibus oculis contemplemur.

Quicunque ergo humiliauerit se sicut paruulus iste, hic maior erit in regno cœlorum. Et qui susceperit vnum paruulum talem in nomine meo, me suscipit: qui autem scandalizauerit vnum de pusillis istis qui in me credunt, expedit ei vt suspendatur mola asinaria in collo eius, & demergatur in profundum maris.

Hic tandem expressius ipsis respondet apostolis. Similis est responsio, qua dixit filijs Zebedæi: Meum non est, dare vobis sedere vel ad dexteram, vel ad sinistram meam, sed quib⁹ hoc præuidit pater meus cœlestis. Exaltationis quoq; gloria, quæ in regno Dei est, in humiliationis gratia penit⁹ est sita. Cæterum qui seipsum exaltat, humiliabitur. Stultis fit honos onus, quia honoris nesciunt onus: nec petunt laborem, sed honorem. Vide Luc. 18. Ezec. 17. Contrà, quo se qs hic magis submittit, tanto in alia vita maiori honore inclarescet. Quid (vt exemplis agam) æque humile hac in vita fuit, atq; Ioannes Baptista? Dicit enī, Nō sum dignus, vt procumbens soluā calceamenta pedum eius. Nihil item ęque submissum fuit, atq; virgo ea, q̄ Dei genitrix erat electa & designata, immo etiam facta: ipsa vero cognatæ officiosa esse nō supersedit, seq; ancillam Dei gessit. Et nulla maior humilitas vsquam inuenitur, q̄ Christi Iesu regis glorię, qui omnium nostrum se seruum dedit. Obserua, magnū vel minimum vocari in regno cœlorum hominem, non ex verbis, sed ex factis. Testis veritas Matth. 5. Qui soluerit vnum ex minimis istis mādatis, minimus vocabitur: qui autē facit & docet, magnus habebitur. Quod adijciendum duxi, propter nouos illuminatos, operibus disciplinæ nusquā non detrahentes. Sequitur in contextu: Et qui exceperit vnū puellum talem &c. Occasione accepta ex puello, iam ad suos sermonē conuertit, culpam & meritū declarans cum eorum qui puerascunt, tum eorū qui in gigantas abeunt & tyrannos. Qui de minimis ecclesiæ filijs bene merentur, operam non ludūt, Matt. 10. Luc. 9. Acceptum sibi fert Saluator, quicquid minimo cuiuis obsequij impenditur. O bonū Deū, qui nos in suis ipsi⁹ bonis fœneratores & creditores constituit, seq; in pauperū persona debitorem facit. Contrà vero, o districtū iudicem, qui etiam suā maiestatem in minimis quibuscunq; læsam vlciscitur. O quātam vtrinq; homo sibi conciliat aut gratiam, aut culpam. Sequitur ergo: Qui autem offendit vnum de paruulis illis qui in me credūt, expedit ei, vt suspendatur mola asinaria in collū eius, &c. Hoc est, Supplicium quodcunq; corporale & temporalis pœna, vtcūq; turpis, illi præstaret. Hebraicū Michsol, & Græcum scandalon, sibi satis consentiunt. Illud deriuatur à chasal, quod ruinam & casum significat: hoc ruinę occasionem importat. σκανδαλίζω siquidem, occasionem ruinæ prębeo, significat. Conuenit Hebraicū Hichsil, q̄d significat facere aliquem ruere. Qui per prauū dictū aut per peruersum factum, alteri errandi & peccandi præbet occasionem, scandalizat. Hic vero significat fratrem molestare. Chrysostomus accipit pro cōtemptu proximi & cōtumelia, Theophylactus pro iniuria, Hilarius pro intentatione. Ex omnibus colligimus esse hoc ipsum, quo nos satanas pessundatos, secum in auernum trahere nititur. In omi scandalo duo sunt, offendens & offensus, lædens & læsus: vtrunq; durū. Sed satius est iniuriam ferre, q̄ inferre. Fieri potest vt is qui patitur, meritū patientiæ sortiatur: qui vero iniuriatur fratri, culpæ immunis esse non potest. Culpa scandalizantium, hic omium durissima delineatur. Quasi dicat: Pati debet Christianus, non lædere: qui vero lędunt, valde pręuaricantur. Tolerabilius erit Tyro & Sidoni, Mat. 11. Lu. 10. Aduertāt euangelici, qui scandali nullam penitus habent rationem. Mola asinaria, trusatili est magis ponderosa: profundius ergo sidit, in mare immissa.

Scandalū cauendū.

Væ mundo à scandalis. Necesse est enim vt veniant scandala, verun tamen væ homini per quem scandalon venit. Si autem manus tua vel pes tuus scandalizat te, abscinde eū & proijce abs te. Bonum est tibi ad vitam ingredi debilem vel claudū, quàm duas manus vel duos pedes habentem, mitti in ignem ęternum. Et si oculus tuus scādalizat te, erue

eum & proijce abs te. Bonum est ti-
bi, cum vno oculo in vitam intrare,
quàm duos oculos habentem, mitti
in gehennam ignis.

Scandalū quanti criminis.

Prosequitur scandali malum. Execra-
bile hoc malū, vocat Origenes diabolicos
angelos & choros, qm̄ inde sancto euan-
gelio in hoc mundo detrahitur, regnū dia
boli augetur. Consideratiōe tanti mali do
minus Iesus hic exclamat, atq; ait: Væ mū-
do à scandalis. Mundus prorsus in mali-
gno est positus, nihil potest nisi malum, 1.
Ioan. 5. Matthęi 12. Oportet igitur vt scan
dala fiant, non propter verbum, quasi iu-
beat aut faciat ea Deus: sed propter suam
ipsius malitiam quam prædicit & præui-
det Deus. Necessitatem de qua hic dicitur,
multis declarat Chrysostomus mūdi esse,
& nō Dei. Scitum simile adfert periti me-
dici, nacti ægrotū intemperantē. Dicit illi
medicus: Ecce tibi, viuere non poteris, fie-
ri non potest vt ab hoc morbo libereris:
mihi siquidem non obsecundaris, sed mor
bo. Iā culpa mortis nō est medici, sed ęgro
ti inobedientis. Oportet etiam vt in mun-
do sint valetudinarij, videat quisq; ne sua
culpa atque vitio in infirmitates incidat.
Sole oriente, necesse est vt multi offendan-
tur oculi, caliginosi nimirū, epiphora item
& ophthalmia laborantes. Sic & euange-
lica claritate exorta, nō desunt illi reclamā
tes. Nemo vero poterit dicere, Deus me
implanauit, ipso instigante odi veritatem.
Non hoc Apostolus ad Romanos docet,
mentitur hæreticus, qui hoc de Apostolo
blaterat malignus. Possumus irruentibus
& instantibus scandalis resistere, idq; in no
stra est manu. Vnde monemur Luc. 17. vt
ea vitemus. Per mundum, homines seculo
dediti, hoc est, filij huius seculi, intelligēdi.
Item homines in terra repentes, & pedes
stabiles non habentes, qbus progrediendi
moram quiuis statim nexerit.

Mundus qui sit cui dn̄s vę in terminat.

Qui cecidit, stabili non fuit ille pede.

Respectus etiā habendus infirmorū. Con-
tēptus proximi, execrabilis illa cataphro-
nesis si non esset, non tot scandala videre-
mus. Nunc dicimus omnes: Quid mihi &
mortuo illi cani? Ita non agit ferias diabo-
lus. Sed erit quando eius mali quoq; finis
erit, Matthæi decimotertio. Sequitur:
Si igitur manus tua vel pes tuus tibi fuerit
obstaculo, abscinde eum, & proijce abs te.
Audi frater euangelice verbum euangelij.
Non dicit, gladio quoslibet pete, bella q-
buslibet infer, cœlumq; terra misce. Si of-
fenderis, ecce iudex ante ianuam adstat, at-
que dicit: Mihi vltio, Deuteronomij trige-
simosecundo, Romanorum duodecimo.
Vide tu ne quem scandalo afficias. Nec est
quòd scandala saltem ab alijs tibi poni cre
das, vide ne tute tibi scandalum exhibeas.
Domus * mollis structura, vestium orna-
tus, gemma in articulis, offendiculo esse
possunt. Sic fit, vt currentes, proprijs suis
vestibus intercipiantur. Aduersus seipsum
homo sit acris, mitis erga ꝓximū. Duriter
in se ipsum animaduertat, atque in pœnas
strenue contra se ipsum eat, proximo par-
cens. Omnis præsens pœna, nulla est, colla-
ta ad futura supplicia. Dicendum ergo:
Hic vre, hic seca. Dicis: Atqui cautum est
in lege domini, ne quis sibijpsi manus infe-
rat, Exodi vigesimo. Et natura compara-
tum est, vt suam quisq; carnem amet, Ephe
siorum quinto. Respondeo, Christon hic
& Matthæi decimooctauo & quinto, lo-
qui parabolice. Primo de membris allego-
ricis, hoc est, de patre, matre, fratre, soro-
re, vxore, filijs, amicis, affinibus, qui nostra
dicuntur membra. Vnde etiam gradus ha-
bemus consanguinitatis & affinitatis. Sic
accipiunt hunc locum Origenes, Chryso-
stomus, Hieronymus, Hilarius, Theophy-
lactus. Amare, colere, nutrire parentes, vxo
rē, liberos, necessariosq;, æquū est, lege ni-
mirum naturæ hoc poscente. Exodi vige-
simo, Deuteronomij quinto, Marci deci-
mo, Ephesiorū quinto. Hæc membra nos
non scandalizantia, neutiquā sunt abscin-
denda, hoc est, derelinquenda. Adhæren-
dum maxime illis, modo defensio nostræ
doctrinæ (vt ait Tertullianus) consistat, se-
cundum scripturam, secundum naturam,
secundum disciplinam. Cęterum Deus an-
te omnia amandus: huius legi, huius amo-
ri, huius disciplinę si moliantur moram ea,
de quibus iam dixi, membra, resecanda,
Matthęi decimonono, Lucę decimoqrto.
Vbi iubemur non solum derelinquere, sed
& odisse omnem sanguinis propinquita-
tem, sed propter nomen Iesu. Odium hoc
item nobis commendatur Psalmo 118.
158. Exempli causa: Capit me tædium
vanitatum huius seculi: in ędibus paternis,
vbi pompa, luxus, auaritia, rapina, Cupi-
do, Venus, Voluptas, Mammon, plane re-
gnāt, meme emergere tot e malis non pos-
se animaduerto. induco ergo animum, vti-
le mihi esse, in cœnobium aliquod confu-
gere. Parentes vero, fratres & familia, Or-
ci mancipia, religionis conceptum remo-
rari nituntur. Hic locus habet verbum Hie
ronymi: Per calcatum perge patrem &c.
Præstat offendere parentes, quàm Deum,
Actorum quinto. Amputa membra offen-
dentia animam: hunc gladium vides tibi
creditum Matthæi decimo. Aliud exem-

plum

plum: Filius est mihi, cui nouum euangelion hoc, quo sibi hodie illuminati illi adeo placent, est cordi: Missę itaque officiū auertitur, sacramētum eucharistias in risco pro infirmis contentum, execratur: synaxios alteram speciem contemnit, nec item vtriusque speciei administrationem approbat, nisi secundum Norimbergensem, seu Vuittenbergensem, seu Tigurinensem ordinationem conferatur, &c. Excidendum patre hoc est membrum, vtut charū, quantumuis commodum. Zelus domus Dei, mihi hic potior esse debet, quàm domus meæ decus. Sanctus Hermegildus sic noluit communicare cum patre suo Arriano, malens etiam à parente occidi. Secundo, membra nostra sunt res familiaris, domus, thesaurus, prædia &c. Hæc quoque offensiua nobis sunt reijcienda, Lucæ decimoquarto. Denique membra nostra, ea quæ resecare iubemur, sunt prauitates, mali affectus & cupiditates. Exemplum esto Apostolus, dicens: Subijcio corpus meum, & in seruitutem redigo, ne quo modo fiat, vt cū alijs prædicem, ipse reprobus efficiar. Mortificationis hic sermo durus est, quia de numero eorum sumus, quibus dicitur: Viuite, nam meminit viuere nemo satis. Quod si veri euangelici essemus, quales videri & haberi volumus, euāgelica hæc apocope infrequens nobis non esset.

Videte ne contemnatis vnum ex his pusillis. Dico enim vobis, quia angeli eorum in cœlis semper vident faciem patris mei qui in cœlis est.

Comminatio vehemens. Videte, ait. Cauete ne lædatis. Immo instate vt prositis atque commodetis. Paruuli hic etiam sunt, minimi quicunque in ecclesia, vt puerilia non æstimetur ab annis, æmula siquidem (vt ait Ambrosius) puerilis simplicitatis bonitas designatur. Videte vos optimates cum fori, tum chori, ne contemnatis vnicum ecclesiæ Christi minimum. Cauete vobis violenti tyranni ab omni iniuria: quia tantæ iniquitati parata est vehemens pœna Ge hinom, vbi potentes potenter tormenta patientur. Lacus sulfureus, Apocalypsis vigesimoprimo. Angeli eorum vident semper faciem patris mei. Angelorum prius dignitatem attende, & postea dignitatem minimorum ecclesiæ filiorum æstima. Angeli sunt gloriosi spiritus, de quibus psalmo sexagesimonono, centesimotertio, Hebræorum primo. Ignis sunt, flāma ignis sunt, hoc est, maximæ sunt gloriæ & maiestatis, q̄bus licet Dei gloria frui. Tantæ mentes beatæ (audi superbe Nemroitha) sunt ministri eorum qui hæreditatem capiunt salutis, Hebræorum secundo. Offerunt eorum gemitus, lachrymas & vota, vt dicitur in libro Apocal. quod & multis docet Hilarius. Lazaron diues purpuratus anonymus ille abhorruit: sed ecce tibi maximi Lazaron mendicum fœtidum hulcerosum illum semper fecit pater cœlestis, huic angelos ministros p̄fecit. Defunctum illi gloriose deportant e sterquilinio & fimo in sinum Abrahæ. Noli hoc mirari. nam ecclesiæ quicunque filij, sunt etiam in hac vita domestici Dei & conciues angelorum. Post hac & ipsi angeli erimus, Matthæi vigesimosecundo. Obserua, angelos leithurgicos, hoc est, administratorios dici in epistola ad Hebræos. Nā & angelis suis mādauit de nobis, Psalmo nonagesimo. Angelorum visitatione seruamur, psalmo trigesimotertio. Angeli liberarunt Loth, Genesis decimonono: populū Israel, Exodi 14.22.32. Apostolos, Actorū quinto: Petrum, Actorū duodecimo. Euangelicæ doctrinæ memoratus ille magister Origenes, in Luc. hom. 23. dicit om̄es ecclesias angelos habere præsides. Item hom. in Luc. 12. putat quācunq; regionem, quēcunq; hominem, cum malum, tum bonū habere angelum, hunc ad bonū monentē, illū ad malū instigantem. Sub mundi conditionem factus casus quorundā angelorū, Lucæ decimo, secundæ Petri secundo. Hi iam inuident nobis eam salutē. Vnde diaboli inuidia mors venit in orbē. Vide Basiliū Magnum, vbi ostendit Deū mali autorē non esse. Noui euangelici fratres, libertatē arbitrij negantes, q̄d aliud faciūt, q̄ q Deū tam boni q̄ mali autorē constituunt? Hoc euangelion qui non adorat, male apud eos audit: hūc auersant, hunc insequunt, illū Deo ignotū, angelorum custodia destitutum credunt. Videat catholicus, ne filios Terræ gigātes illos timeat: videat, ne statuā Babylonicam auream eā nouarū ordinationū adoret. Quod si minimi fratris tædium nos capere non debet, multo minus Ecclesiæ catholicæ nos pudeat, oportet. Obseruemus ergo, quod oēs obseruarunt sancti patres, fidei Iesu Christi traduces. Nemo pudefiat filium se dicere & profiteri Ecclesiæ, dum interim hæretici nouo noie se valde efferunt Euangelij. Viderint miseri, cuius euangelij. Nos esse minimos ecclesiæ filios, summa nostra sit gloria: nisi em̄ ecclesiæ filij simus, Christi esse non possumus. Om̄is consummationis vidi finem. Nullū violentum perpetuum. æmuli illi euangelici nois hęretici, propediem vnà cū Turca per Michaelem exterminabuntur. Stat em̄ ille aduersus Ba

Ecclesiæ filij sunt domestici Dei.

Angelorū malorum ruina.

sus Babylonicos eos, Danielis decimo & duodecimo, Apocalypsis duodecimo, Iudę 1. primo. Hoc est syncerum euangelion paternæ traditionis, sensusq; communis, cuius nos etiam non pudet. Huius auspex Christus rex angelorum, caput ecclesiæ, defensor & patronus omniū suppressorum. Huic sit laus & gloria vnà cum patre & spiritu sancto, per omnia secula seculorum. Amen.

IN DIE SANCTO APOSTOLORVM Simonis & Iudæ, Euangelion Matthæi V. Vide in festiuitate omnium Sanctorum.

in diocoesi toletana legit euang. math. 10. in viam gentiu ne abieritis . vsq; ad . quā ciuitati illi.



E sancto Simone & Iuda legitur nonnihil Matthæi decimotertio. Vocātur ibidem fratres domini, quemadmodum etiam Iacobus & Ioses. Atqui fraternitas istæc non est ex Maria virgine, sed ex progeneratione fratris germani Iosephi Cleophæ: qui & ipse vxorem habuit nomine Mariam, ex qua liberos quatuor suscepit, Matthæi decimotertio, hos nimirum duos, & Iacobum qui minor vocatur, & Ioseph cognomento iustum. Vocantur vero fratres Iesu, ratione necessitudinis, qa cōsobrini erant & item amitini. Quod dictum volo cōtra Anabaptistas Heluidianos nostrates. Simon hic, etiam dicitur Simeon: tantæ erat apud Apostolos æstimationis, vt eum fratri suo Iacobo sufficerent, & secundū Episcopū Hierosolymitanæ constituerent ecclesiæ. Cognomine Cananęus vocatur, vel à Cana Galilææ, vel (quod magis probo) zeli magni gloriæ Christi ratione. Nam Cana Hebraicū, idem est quod Græcanicum Zelotes, Matthæi decimo, Actorum primo. Qui Simeonem eum pro Simone vocant, Mem & Scua Hebraicos articulos confundunt. Vnum tamen nomen vtrūq; fit. Iehuda siue Iudas, vocatur apud Lucā Iudas Iacobi, puta frater, Actorum primo & sexto. Item Lebbæus atque Thaddæus. De Iosepho, qui & Ioses dicitur Matthæi decimotertio, legis Actorum primo. Egesippus & alij historici commemorant, apostolos Simonem & Iudam, multa à Domitiano Augusto perpessos, hac præcipue causa, quod Dauidici stemmatis germen referrent. Vnde aiunt, eos vnà cum nepotibus suis, maioribus tyrannorum inuidentijs fuisse obnoxios, præ reliquis apostolis. Benedictus Deus veritatis, cuius virtute tyrānos eos pessundatos, Christi trophæum statuerūt. Huic laus sit & gloria perennis, Amen.

IN DIE FESTO OMNIVM SANCTORVM, Euangelion Matthæi V.



Idens autem Iesus turbas, adscendit in montem: & cum sedisset, accesserunt ad eum discipuli eius: & aperiens os suum, docebat eos, dicens: Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cœlorum. Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram. Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur. Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam, quoniam ipsi saturabuntur. Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur. Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt. Beati pacifici, quoniam filij Dei vocabuntur. Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, quoniam ipsorum est regnum cœlorum. Beati estis cum maledixerint vobis homines, & persecuti vos fuerint, & dixerint omne malum aduersum vos, mentientes propter me. Gaudete & exultate, quoniam merces vestra copiosa est in cœlis. Sic enim persecuti sunt prophetas qui fuerunt ante vos.

PRAEFATIO.

Generatio venit, generatio praeterit. stultus non solum, sed & sapiens moritur. Calcanda semel via est lœthi. Omnes eodē cogimur, omniū Sors exitura, & nos in æternū Exilium impositura cymbe. Necessitas illa Misera, facit nos solicitos de beatitudine. Mirum q̄ de hac re sit philosophatum, etiam apud ethnicos. Tullius lib. Tuscu. quæst. dicit Beatum esse hominem, omnibus virtutibus instructū & ornatum. Item dicit, Vitam beatam virtute cōfici. Hic multum est sudatum, sed nequidquāt nam cum diu multumq; de virtute disputarent, atq; eam omnibus viribus indagarent, vix vmbram eius inuenerunt. Immo etiam quo magis suis virib' se virtutē putarent posse cōprehēdere, hoc magis virtuti exciderūt veræ, hoc profundius in ignoratiarum & errorum tenebras sese ingesserunt. Erant alij, q voluptatem summū bonum cōstituerunt, de quorum numero fuit Poeta, dicens:

Vitam quæ faciunt beatiorem,
Iucundissime Martialis, hęc sunt:
Res non parta labore, sed relicta:
Non ingratus ager, focus perennis &c.

Hi in podice aselli aruinā quæsiuere. Quid enim rationi tam est inconsentaneum, quàm ex huius mundi vanitatibus beatitudinem æstimare? Accurrite ergo, properate, Christum audite, nobis ea quæ in sinu patris audiuit, beatitudinis mysteria edisserentem, Ioan. 1. 15. Hic nobis vitæ (vt Hilarius ait) instituta proponuntur, q̄ neq; Solon, neq; Lycurgus nouit, quæ etiam Moses, Iosue, & oēs prophetæ nō nisi in vmbra & ænigmate viderunt. Quę Iudæis etiamnum & Turcis abscondita manent. Qui habet aures audiendi, audiat.

Videns Iesus turbas, adscendit in montem: & cum sedisset, accesserūt ad eum discipuli eius: & aperiens os suum, docebat eos, dicens:

Circunstantias euangelista diligenter conscribit oēs. Doctor quicunq; disciplinam aliquam traditurus, istoc modo solet vti. Primo auditores petit, secundo locum aptum tam sibi quàm auditoribus. Deniq; vtrunq; nactus auditorium, aperit os: hoc est, libere & (quod aiunt) rotundo ore qdquid sentit, effatur. Christus archidoctor, disciplinæ inuentor, vitæ præcepta daturus, hic quinq; obseruasse videtur. Primo attendit plebē, tanquam oues pastore destitutas palantes, Matthæi nono. Secundo, adscendit in montem, vt omnibus consulat & inseruiat. Tertio considet, tāquam is qui pacate suum officium exequi intēdit. Quarto, aperit os, ethnicis antea clausum, Iudæis item adeo clare nūquam apertū. Aroma spirat os hoc salutare, Canticorum 7. Aureum plane hoc os, quod nobis diuina profert eloquia, Ezechielis tertio. In veritate nunc porro dicere possumus, Dei verbum nos audiuisse, Esaiæ quinquagesimooctauo. Denique docet, quoniam & illius ergo huc missus, doctor nempe iustitiæ, Iohelis secūdo. Obstupuit super eius doctrina populus, Matthæi septimo, Lucæ quarto. Veritatis sermo efficax, Lucę vigesimoquarto, auditores prorsus inflammans. Mons hic, Oliuarum non est putandus, sed Thabor habendus, vt vult Hieronymus. Vnde & dominus statim à sermone Capernaum venisse dicitur.

Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cœlorum.

Octo qualitates beatitudinis, Doctor veritatis recenset, vt omnibus satisfaciat, vt tanta mysteria rite explicet. Hoc loco fundatur hoc, q̄ scholastici tradunt octo beatitudines. Non est nouum papisticum commentum dogma illud. Sic enim & ante nos docuerunt sancti patres, Chrysostomus, Hieronymus, Augustinus. Illi duo super Matthæum, hic contra Faustum. Item Augustinus in sermone dom. in monte, mentionem facit septem harum beatitudinum, statuens septem perficientes, & octauam clarificantē. Item vult vt septiformis operatio spiritus sancti apud Esaiam vndecimo, his octo sese cōformet. Origenes quoque beatitudines vocat. Porro beatitudo hic non accipiēda, iuxta vocabuli proprietatem, quo etiam diuites dicuntur beati. Vnde est illud Poetæ: Vetulæ vesica beatæ &c. Neque item beatitudo est temporalis benedictio fidelium, quod inepti noui hallucinantur euangelici, interpretando Beatus, hoc est, bene habebit. Salutem hic æternam intelligit dominus. Christi spiritus non sunt, sed Epicurici nostrātes euangelistæ. Apostolus Paulus quoque ipse beatitudinem vocat Græce macarismon, Romanorum quarto, ex Psalmo trigesimoprimo certe ad futuram felicitatem respiciens. Hebraicum Asre torque & retorque quoquo velis. Interim hoc vnum ex te scire cupio, vt dicas mihi, qualis felicitas illa existat, quæ huius saltem vitæ existat. Sed o euangelista noue, audi quid dicit Christus Ioannis decimotertio: Beati eritis, si feceritis ea. Sane hoc intelligendum de retributione futura, de qua Matthæi decimonono, Lucæ decimoquarto &c. Vide de hac re Athanasium de vi psalmorum.

Beatitudinis q̄litates octo.

Beatitudo & salus idem.

Bea-

Pauperta tis vocabulum varie accipitur.

Beati pauperes spiritu. Vides non de externa aliqua hic Christum intelligendum benedictione, qua pauperes plane sunt extorres. Qui pauper est, etiam minus habet honoris, teste Iacobo. Loquitur itaque de summo bono, sed non philosophico eo, sed theologico. Scrupus inest huic verbo, Beati pauperes spū. Varie siquidem interpretes, pauperes accipiunt. Quidam spiritu pauperes intelligunt, spūalem paupertatem comminiscentes. Quidam pauperes in spū, tanquam præpositio in, subintelligi debeat. Apostolus Galat.5. Spū ambulare nos iubens, sine præpositione, ponit. Item Ioannes 11. dicens Christum spiritu infremuisse, τῷ πνεύματι. Item Petrus 1. cap.3. dicens Christū mortuum σαρκί, & resuscitatū τῷ πνεύματι. In Luca cap.2. legis Christum corroboratū πνεύματι. Hebraice legitur in Matthæo, Asre aniie haruah. Beati pauperes spiritus, in genitiuo. Iterum dubitari poterit, de diuino ne spiritu, an de humano intelligas. Hæc omnia prætereunt, qui tumultuarie hunc locum de humilitate accipiunt. Nos illis omnino non pugnamus. Dicimus modum eum loquendi, Domino non esse adeo frequentem, quādo de humilitate loqtur, vt Matthæi vndecimo humiles corde, quanquam & præpositio ibi adiecta non sit: sed saltem dicatur, τῇ καρδίᾳ, Hebraice Sephal Ruah. Spūs pro corde, sine dubio ex Salomone, Prouerbio.29. Septuaginta legunt Tapeinophronas, id ē, humiliter spū modeste sentientes. Quod sanctus Hieronymus hic euangelistę verba per Psal.33. vult interpretari, humiles spiritu saluabit, Hebraice daccee ruah iosia, Græce secundum Septuaginta ταπεινοὺς τῷ πνεύματι: item q Eccl.7. altus spū, huic loco opponit: probarem interpretationem, si etiam adduxisset locum scripturæ, diues spūs vel spiritu, quod simplicius huic loco opponat. Idē in Esaia dicit, Dauida intelligendū de spiritu pauperibus, Psal.40. Beatus q intendit super egenum & pauperem. Augustinus lib.1. in sermone dñi in monte, humilitatem intelligit hic beatam prædicari. Idem facit in libro de duodecim abusuum gradibus, vbi ait: Pauper humilis, pauper spū appellatur. Veruntamen idem etiam nonnunquā simplicius de paupertate reali intelligit, idq; in libro iam memorato, gradu octauo. Item primo contra Adamantium cap.19. Item contra Faustum capite 7. Item in libro de contemptu mundi cap.7. vbi hunc locum citat de paupertate rerum. Item illum Luc.16. de paupere Lazaro, & diuite nepote. Ad Hieronymum rursus redeo, q denique & hunc locum de reali accipit paupertate, dicens: Qui sunt voluntate pauperes. Dixerat ante de paupertate quę necessitate portatur, quam dñs nec laudare, nec probare vult. Hilarius paupertatem huius loci intelligit non solum de humilitate, verum etiam de rerum tenuitate, & animo sua sorte contēto: vult vt nostra bona arbitremur esse communia omnia oībus. Sunt eīm hæc eius verba. Summa: iuxta literam hic locus tenuitatem sonat. Vnde maiores nostri superioris seculi, de ijs qui spōte mendicitati se & nuditati dediderunt, intellexerunt. Item de pauperibus, qui in contracta inopia impatientes non sunt. Exemplum huius loci petendum primo à Christo, 2. Cor.8. Dein ab apostolis Matt.4.19. Mar.10. Luc.18. Denique ab vniuersali ecclesia Acto.2. & 4. &c. Attende hic paupertatem poni in fundamentum spūalis ædificij, omnigenum puta virtutum. Quid aliud irrequietat totum mundū, quàm Meum & Tuum? Qui ergo pacata mente virtutibus studere satagit, diuitias temnere, paupertatem amare discat. Cyprianus dicit coniunctas & germanas esse virtutes, paupertatem & humilitatē. Infert idem: Pauperes electi, superbi neglecti. Ecce tibi nodum solutum de paupertate & humilitate, vtrunq; dicitur paupertas spiritus. Hebraicum Anij trissyllabicum, complectitur vtrunque, & item infelicitatem significat. Hic obserua, & miseros in hoc seculo esse inopes, secundum Hebraicum vocabulum, Prouerbiū item est, Pauper vbiq; iacet. Pauper læsus tacebit, diues lęsus querulus vociferatur, Eccī 13. Contra præsentem infelicitatē promittitur pauperibus futura felicitas. Ani hoc Hebraicū, in Hebraico textu habetur, & significat item humilitatem, non tamen excludit egestatem & infelicitatem. Latina dictio magis significat nuditatē sine indigentiā, quā & Gręcū ptochos. Humilitas quoq; hic non secluditur. Tertullianus Græcum ptochos magis attendens, ausus legere, Beati mendici, contra Marcionem. Quid? Nonne & Lucas cap.6. dicit, Beati pauperes, spūs vocabulo omisso? Ambrosius quoque 1. Offi.16. locum Matth. præsentem, de pauperie sine de indigentia intelligit temporali, dicens: Ibi incipit beatitudo iudicio diuino, vbi ærumna æstimatur humana. Beata ergo & ipsa paupertas. Cæterum non oēs pauperes beati: apparet ergo, Matthæum tanquam per epexegesin hunc locum literis commendasse, atque de quanam paupertate Christus intelligendus existat, expressisse: nempe de paupertate piorum, quibus magnæ diuitiæ habentur, si saltē rerū sup-

pe-

petat tenuis vsus. Immo etiam q patientes existant in pauperie contracta, qualẽ paupertatem & ethnici beatam appellarunt, vnde extat illud Horatij:

Non possidentem multa, vocaueris
Recte beatum. rectius occupat
Nomen beati, qui deorum
Muneribus sapienter vti,
Duramq; callet pauperiem pati.

Huiusmodi pauperes Christus beatos pronuncians, lumina sacra in suos defigit discipulos. Vnde & apud Lucam in secunda loquitur persona, dicens: Quoniam vestrum est regnum cœlorum. Tales non sunt hæretici. Augustinus contra Faustum ait: Fausto se de paupertate multum iactanti, nihil hic neque feri, neq; meti, adeo enim superbire, vt suam ipse animam deificet. Sic & Apostolus suggillat superbos Corinthios, dicens: Ditati estis, inflati estis &c. Viderint pauperes, quibus huius seculi fortuna est aduersa, vt suos informent affectus, qui pauperes quoque spiritu fiant, ex animo dicentes: Fiat voluntas tua. Dominus dedit, dominus abstulit: sicut domino placuit, ita factum est: sit nomen domini benedictum. Hi sunt bonæ voluntatis homines, quibus Lucas pacem denunciat, quos & Ioannes ex Deo natos prędicat. Horum est regnum cœlorum, qa ipsi sunt filij Dei. Monet ergo sanctus Petrus 1. ca. 4. Christianos oues mactationi deputatas, ne patiant vt mali operarij & nocentes. Sunt maligni nihil habentes, sed ita viuẽtes, vt dicas eos ad rastrum suapte sponte redire velle. Decoctores eos etiam postea sudare & algere, æquum est, iuxta hoc Satyrici:

Digito mendicat Pollio nudo.

Videas cui tua des. Sis mitis vt colũba, & prudens vt serpens. Ad spũ pauperes redeamus. Hieronymus tales (vt par erat) vehementer laudat, dicens Paulã semper optasse, vt mendica posset ex hac vita decedere. Augustinus quoque virtutem miris extollit encomijs. Idem quoq; ethnicorum exempla adducit, Quintij nimirum Cincinnati, L. Valerij, Fabricij, Reguli, libr. 5. de ciuit. cap. 18. Dicis sacerdotes euangelium docentes, latifundia quoque possidere & esse diuites. Error hic est Hussitanus, qui sacerdotes om̃es precario victitare volebat. Chrysostomus dicit, Christum apostolos, non rogatores, in mundum vniuersum misisse. Sacerdotes pauperes esse decet. Episcopus paupertatem iurare habet, sic vt tamen dispensatores maneant bonorum ecclesiæ, quæ sunt pauperum. Ecclesia possidet diuitias, non diuitibus, sed pauperibus, quod sacri canones locupletissime testantur. Si qui hæc cum Iuda pauperibus subtrahunt, suo luxui hoc reseruantes, aut canes, caballos, venatores & hoc genus alendo, mundo gratulantes, cum Iuda ꝓditore suam partem habebant. Sunt & pij, bona ecclesiæ fide dispensantes. Oportet vt scandala fiant. Væ per quem. Non sequitur ergo, sacerdotes ad inopiam redigere om̃es oportere, quos ecclesia exemplo apostolorum, etiam bonoꝝ ecclesiæ omniũ dispensatores habuit. Hospitales eos Apostolus vult, non vagos. Item Christus Matth. 25. Luc. 6. 2. Cor. 8. 9. 1. Timoth. 6. Tit. 2. Viderit auarus, quid excuset cõtra hoc quod dicitur Marc. 4. 10. Luc. 6. 16. 18. Iaco. 5. Christus Iesus qui pro nobis pauper factus est, vt eius nos penuria æternam hæreditaremus opulẽtiam, spm̃ paupertatis nobis largiatur, ad suam solius gloriam, qui viuit & regnat per omnia secula seculorum. Amen.

Mendicitas optabilis.

Sacerdotes precario viuerẽ velle, Hussitanũ est.

Paupertatem olim iurare cogebantur episcopi.

IN DIE FESTO S. MARTINI TVRONENsis Episcopi vere Christiani & catholici, Euangelium quæratur suprà in festo sancti Nicolai, ex capite Lucæ XII. Vitam autem Martini, quemadmodum à Sulpitio Seuero descripta est, ex Latino Hagiologio petitam, sacerdos pius clero populoq; tum eruditioni, tum emendationi proferre potest ac debet.

SE-

SECTIONES
IN EVANGELIORVM
DE TEMPORE ET DE SANCTIS

POSTILLAS, TRIPLICIS SENSVS, LI-
TERALIS NIMIRVM, MYSTICI, ET MO-
*ralis, cũ elucidatione eius ſenſus triplicis, ſuccincta qui-
dem, ſed tali, quæ cuiuis Eccleſiaſtæ amplificatio-
nis campum ſine ullo negocio uaſtum ape-
ruerit, Autore* [redacted]*con-
geſtæ.*

PSALMO CXVIII.
CANTABILES MIHI ERANT IVSTIFICATIO-
NES TVAE IN LOCO PEREGRI-
NATIONIS MEAE.

VENE-

POSTILLA D. GEORGII CELII, TRIVM NOBILISSIMARVM LIN-ARVM EXPERIENTISSIMI VIRI, THEOLOGI CA-tholici eximij, super Epistolas de tempore & de sanctis per totum annum: iam primum Latinè reddita, autore [redacted].

Accessit Latinæ uersioni:

Primo, Sectiones singularum postillarum, cum concordantijs euangeliorum & epistolarum, præfationibus ipsis commissæ.

Secundo, Elenchus præcipuæ tractationis, inuentu facilimus, quippe in locis suis, paginarum nimirum marginibus, adsignatus.

Tertio, Wicelij Hermenia seu Expositio passionis Dominicæ, ex quatuor euangelistis congestæ, iam recens latinitati donata per [redacted]

COLONIAE APVD PETRVM QVENtel, Anno Christi nati M. D. XLV.

INNOCENTISSIMO AC REVERE[NDO]

a Christo patri, clarissimoq; uiro ac Domino, D. Andreæ Bodobrigensi Rhe[...] nasterij Eberbachensis apud Rhenigeos Ordinis Cistertiensis Abbat[i ...] gnissimo, Domino atq; patrono suo sibi perpetuò obseruando, S. P. D.



NON tam Christianissimi quàm liberalium artium decus exorna[...] lias nostras translationis postillæ Wicelianæ in epistolas de T[...] de Sanctis qualesquales tuæ reuerentiæ duxi cōsecrandas. Fide[...] quos mores postulet, nemo qui uere Christianus est, ignorat. B[...] qualem hominem effingere soleāt, paucis ostendere libitum est. B[...] ut hic sim, saltem hoc proferam, quòd humanos faciunt. testis poëta[...]

Adde quòd ingenuas didicisse fideliter artes,
Emollit mores, nec sinit esse feros.

Et humanæ dicuntur, nulla alia ratione, quàm quòd humanos faciūt: eadē etiā ratione[...] liberales, puta quòd liberos homines reddant. Cōtrà illiteratorum quanta sit inhuma[...] inde liquet, quòd aiunt indoctum nihil præter faciem habere humani. Exempli causa:[...] hodie est quæ sola nobilitat: ea quàm semper fuerit immanis, poëta exprimit, dicens:

Impius hæc tam culta noualia miles habebit?
Barbarus has segetes? &c. Et alius:
Nulla fides pietasq; uiris qui castra sequuntur.

Retinet genus mortalium hoc uetus suum ingeniū, quod tametsi & certum sit & hor[...] dictu, mirum tamen non est. In equilibus inter beluas qui à cunabulis ætatem degunt, [...] losophorum præcepta nulla unquam audierunt, quid aliter faciant, quàm ut equisonum[...] & beluarum ingenia imitentur? Nullus aditus ad magistratum legitimus est, nisi palli[...] togati. Dicit itaq; eius rei experiens philosophus, regnare neminem posse, nisi sapient[...] sapientiæ amantem. Non uideo quare hic scriptura agam canonica, cum res per se sit [...] certissima. sufficiat itaq; hoc Psalmographi: Erudimini qui iudicatis terram. Ad ex[...] nunc ueniam. Aulicorum procacitas quàm pestilens existat, ostendit historia biblica[...] plo regis Ioas, quem optime à præsule Ioiada institutum aulica turba, mortuo pontific[...] ferè seduxit: adeò ut immemor omnis pietatis, tam carnis nimirū quàm religionis, Zac[...] sacerdoti manus sacrilegas inferre nō uereretur, ij. Paral. xxiij. Nolo sacris propha[...] ronis puta, Domitiani & aliorum hoc genus portētorum subijcere: ut ad hoc quod de[...] tibus dicendum censeo, tempus locumq; suum habeam. Memoriæ proditum hoc nostro[...] Comitis quendam filium puerum, pædagogi cuiusdam cura optimè institutum, iuxta e[...] disciplinam peccata sua confessum, eumq; cum cætera omnia ordine recensendo, ad dec[...] peruenisset, conquestum, se caballos generosos, si quos uidisset, sibi concupiuisse. Bona i[...] stitutio sub pædagogo de mala concupiscentia indoluit, quæ postea simul à pædagogi[...] ra libera fuit, atq; inter Thrasones & Gnathones conuersabatur, rapinæ & sacrilegi[...] lius conscientiam sibi fecit. Iam scio subolet quorsum hæc dicam. Tuam reuerentiam, qu[...]

nosse non dubito. sed ut me pio lectori exponam, mearum est partium. Cœnobi-
pites frequentiores, equites esse, in propatulo est. Et dubium non est, quin minori mo
em quoscunq; pedites hospitio susceperis, quàm duos equites. Hoc sibi permittit pote
lendor, cui nemo satisfacere poterit. Bona ecclesiæ, pauperum sunt & cleri. pauperes
o equites excludētes, ipsi sibi eleemosynam uendicant. Potissimum uero monasteria di
d equitatus asylum esse inuenta. Talis hodie equitum est disciplina, ut nescias, maiore
lenones hospitio receptes, atq; eos qui hodie equis stipēdia faciunt. Alij qua religione
scio: de me quidem hoc ingenuè fateor, me citra conscientiæ meæ discrimen talibus elee
am non posse dispensare. Quid unquā æque scelestum etiā apud ethnicos auditū, quàm
anno, interim dum comitia Spiris celebrarētur, nouem equites, quorum alij in uestro cœ
alij in monte S. Ioannis hospitio suscepti pernoctarunt, & eodem die ex sacris hospitij
us abeuntes, octo equos uestri cœnobij abigere non sunt cunctati? Faciamus esse, mona
formatione opus habeat: nonne & alij status ad unum omnes pessimè exorbitant?
scemus, iuxta nouos euangelistas, ipsam monasticen papisticam plane esse: non tamen
nestum esse poterit monasterij hospitium uiolare. Quis enim bonus uir ad Iudæum uel
cam diuertens, gratuito fruatur hospitio, & eadem die nulla inimicitia intercedente,
q; hostilitate indicta, eius sui hospitis armenta ex industria prudens abigat? Apud
icos summus deorum hospitalitati præfectus credebatur Iupiter. tunc sal & panis, quæ
pitalis fidei sacramentū erāt, sub Ioue ut sumerētur uoluerūt: nūc sub Christo, prob deū
boim fidē, irrita sunt & uana. Thoas, Lycaon & alij aduenas legūtur suis dijs mactas-
sed qui peregre hospitio exceptus, hospiti fraudem aliquam intulerit, haud facile mihi ali-
dabitur. Cæterum ubiq; apud omnes culpantur insigniter, quicunq; salem & panem fuis-
prætergressi. Origenes item contra Celsum, prouerbium, salem & mensam ne prætere-
Iudam Scariothidem Christi nostri soteris citat proditorem. Piaculum olim capitale fu-
stem esse & non hostem: hoc est, lædere eum qui nullam iniuriam fecit. Quanti ergo cri-
credamus esse hospitem hostem, hoc est, eum qui pro perca reddit scorpionem? Mores
in caulis, imò in lustris ferarum & latronum speluncis addiscuntur. In caulis siquidem
gunt, pauperiem pati dociles, aqua & pane contenti, domi intra sua se tecta continent,
tum uulgus paludati & trabeati, dies & noctes genio indulgentes, ut cauponi satisfaci-
per maria & terras grassantes, haras & aras deprædantur: idq; hoc liberius, quod nul
Hercules hodie est qui in pœnam Cacorum eorum eat, sed Vulcani talium patres & pa
existant innumeri. Ego & sacerdotij Christi & Musarum abortiuus, Christi Apol-
ueri, quæ æterna est sapientia, sacerdotes imitando, T. Reuerētiæ gratiā aliam refe
Scio nullum unquam aut sacro chrismate litum, aut lympha fontis Hippocrenes lotum,
Reuerentiæ hospitem tibi unquam molestiæ fuisse: contrà, qui beneficium cum fœnore
derint, extitisse plurimos. Horum ego numerum coaceruaturus, munusculo qualiquali li
no gratum me & beneficij accepti memorem, T. Reuerentiæ insinuandum duxi. Exu-
me Christi, non modò iterum atq; iterum tua mensa es dignatus, uerum etiam tui cœnobij
tes mihi perpetuò patentes fore, non semel recepisti. Gratiam eam mihi apud tuam Re-
tiam plerique, uitæ & conditionis meæ non ignari, amici T. Reuerentiæ conciliarunt:
ceteris uero, ut tibi & cœnobiorum & professionis uicinitate charior, est Reuerēdus

 in Christo

in Christo Hermannus Nouesianus: quare non dubito gratum fore opus, cuius eius Reuerentiæ præcipuus ille amicus sit etiam consors. Fateor me aut Reuerẽdissimo præsuli & eidem principi nostro clementissimo, aut certe eiusdẽ clementiæ Suffraganeo uerendo in Christo patri domino & patrono meo, quorũ me illius clementia, huius nũc tat intercessio, præsens opus uersionis epistolarum tanquam uernaculum debere: sed bi religio esset, Reuerendo patri Hermanno Nouesiano opus in sancto eius monaste spitio editum, non consecrare, & gratias qualicunq; modo referre, non uidi ut aut illius tati, aut huius amplitudini responderem operis unius portione. Tuæ Reuerentiæ integ tem, quanquam & ipsa nostram tenuitatem multis parasangis exuperat, nihil sum cun nostro munere onerare uerius quàm honestare: nihil dubitans, tuæ Reuerentiæ benign æquiori laturam animo, quòd duobus dominis & patronis unum opus partiar: Reuerẽ mirum in Christo patribus Hermanno Nouesiano eiusdem operis partem, quæ in eius nobio montis S. Ioannis edita est, alterã: & tuæ Reuerẽtiæ integritati eam, quam hisce bus Moguntiæ effudi, alteram. Nihil me hic peccare posse sum ratus, qui inter uos sin amare compertum habeam, & utrunq; mihi æque amicum esse re ipsa compererim. Pro bium est, Amicorum communia esse omnia, Amicum alterũ eundem esse. parum ergo re putaui, quam cuiq; partem dicauerim. Et ut nihil est quod inter eos qui singulari familiar coniuncti sunt, partiaris: sic permultum est, inuenisse quo amicos charitatis igne arctè con tinatos, arctius compingas. Sanctissimum ferrumen est catholicis, catholicæ ueritatis eluc tio. Potest hoc cassiteris diuersos animos coagmentare, & cõnexa iam sibi pectora stric adhuc commissura conglobare: quod nemo negauerit, nisi qui exoticas opiniones arcti mentium compages dissoluere non uideat. Nihil ergo uetuerit, quo minus mea istac eluc tiuncula catholica uestram amicitiam quodammodo excitem, mihiq; unà utriusq; necessit atq; patrocinium, iam satis auspicatè inchoatum, perpetuem. Operam nostram catholicã ipsum opus arguet. Quid enim nisi catholicum è docto & pio Vuicelij pectore proman Huius ego me non uersorem, sed subuersorem ultro quantusquantus est exhiberem, si nouæ opinionis dogmatisten, aut uentosæ gloriæ captatorem animaduertissem: adeò ea sint catholica, propagandi mihi cupiditas incessit. Sunt librarij, qui quiduis unde lucelli concipiunt, excudunt, & qui quoslibet Translatores quorumcunq; librorum magno condu Cerdonibus huiusmodi si mercenarium me cerdonẽ præbere uelim, qui operam meam non noris emerent, noui. Sterilis cathedra catholica, famelicæ Musæ orthodoxæ: Anipedes smaticæ & opinionum exoticarum Marsias, quo magis improbi, etiam ipsis diuis obstrep hoc uulgo in maiori precio habentur. E regione qui aut dissimulare abusus omnes norunt abusuum patronis adulari animum induxerunt, bilingues etiam, si saltem elementarij & literarum homines fuerint, dij euadere possunt. Sola orthodoxa ueritas liberæ linguæ quæ olim Diuum Hieronymum in exilium egit, passim malè audit, & pessimè accipitur. Dei gratia mũdo iter diuersum tẽdere mihi persuadẽs, Vuiceliana tanquã liberiora red malui. Postillã Epistolarũ præcipuè transferre animus tulit, quòd illi æquè cõtra priscos a sus, atq; recentes errores, copiosiorem disputandi materiam inesse cẽserem. Nec isthæc me decepit opinio: in omni enim epistola latum campum noui identidem argumenti Vuice nactus, tanta dexteritate partibus suis est perfunctus, ut ausim dicere, planè à maligno s

ritu co

-eptũ, qui non ex istac Vuiceliana dissertione, & ad ueteres abusus & ad nouos erro
-gendos, admoneatur. In reformationẽ incidi: de reformatiõe itaq; paulisper digredi
-i Vuiceliũ reformationẽ ecclesiæ pro uirili promouere, eius, quæ in lucẽ edidit, monu
-estantur. Dãnant eũ Euangelici fratres illi, qui se ueros ecclesiæ reformatores iacti
-anifesto argumento, diuersas se à Vuicelio reformationes meditari. Equites hospites
-dem hostes tuæ Reuerentiæ, euãgelicos fratres diceres, cũ talem reformationem nouũ
-gelion probet: eã nimirũ, quæ nõ modo prædones & piratas, uerũetiã Iudæos, & Tur
-onachis & sacerdotibus præfert. Gladij administrationi omne uectigaliũ genus, quo ha
-s maiores cum ethnici tum fideles locupletes fuerũt, non sufficit. Põpa, fastus, luxus, uolu
-profusio, & hoc genus uitiorũ, uirtutis hodie specie regnant: quia potestati oĩa licent,
-is nullũ est peccatũ præter incredulitatẽ. Inueniuntur quotidie noui modi non solũ emun
-i plebem pecunia, nec item solũ auferendi plebeij peculij, sed & exugendi, excoriandi &
-ndi miseram plebem uiuam quotidie uiæ nouæ fiunt: nec sic satis fit aulicæ põpæ. Sup
-rgo ut monasteria inuadantur, atq; in equilia & in canũ uenaticorũ stabula redigantur,
-doqui ad aulicã opulentiã conseruandã dicãtur inuenta. Abbas in Arnstein Reueren
-e pater, magnates hoc, quod iam dixi, sapere, & ipse didicit. Pax igitur est, imò etiam ho
-r, tanq̃ de egregio quodã facinore, exhibetur tui cœnobij hospitibus & ijsdẽ hostibus, ubiq;
-ri in Germania apud oĩm trabeatorũ torquatorumq; turbam. Redhibet tua Reuerentia
-s equos, q eos abigerint, notũ est. sed qui ad suppliciũ meritũ eos rapiat, ex tot Germaniæ
-omnis, qui identidem cœnobiorum bonis utuntur, nemo est. Sacrilegas eas meditationes
-ficare recusans, machinationibusq; potentũ talibus subscribere religionẽ habens Vuiceli
-euangelij extorris habetur: põpam, luxũ, rapinã, & hoc genus onera plebis dãnans, papi
-i exploditur: docens satius esse dare q̃ rapere, nemini iniuriã irrogandã, etiam infidelibus,
-us est, bubalus est, scripturã non intelligit. ego qui cum Vuicelio Herodianos æque atq;
-i sacerdotesq; reformari uelim, non Vuicelianista solũ, sed & anabaptista ꝓclamor. Lo
-r hodie Euangelicastri multa de cruce: ueri tatem libere dicãt, & quæ sit Christi crux,
-nt. E cappis & plattis, ad bardocucullos & comas ueniant. Dicant, Audite uerbũ do
-principes Sodomorũ, populus Gomorræ. Quomõ facta est meretrix ciuitas fidelis, ple
-udicij? Iustitia habitauit in ea, nunc autem homicidæ, principes infideles, socij furũ: oẽs dili
-munera, sequuntur retributiones. Item, Agite diuites, plorate ululãtes super miserijs ue
-& quis sermo crucis sit, experientur. Sed cornix æsopica non in canis, sed ouiculæ dorso
-strepitandum nouit.

Dat ueniam coruis, uexat censura columbas.

-cere, Quæcunq; inuenerit manus tua, fac, quia dominus tecũ est: Serua oĩa, quo iure quaq;
-a cõgesta, bona: Sedẽs in telonio, perge rei familiari insudare: saltẽ crede, etc. Euãgeliũ
-uræ popularis. Dicere, dimitte oĩa tua quæ habes, & sequere Christum sublata in humẽ
-cruce: Peccatũ nõ dimitti, nisi res ablata restituatur: Deũ esse retributorem omniũ bono
-m, & uindicem mali omnis: Tale euangelion mundus non fert. Imminet ergo crux omnibus
-libere proferentibus: idq; potissimũ ab huius mundi rectoribus, potentatibus & dijs. Sunt
-ul dubio [redacted] euangelij assertores magnates ordinis prophani. sed raras
-e aues, [redacted] coruis, euangelij eius præcones experiuntur. Infulas, cappas

& plattas tale euangelion æquiore fere animo, q̃ conos & cristas, comas & cirros, & expertus affirmare ausim. Atque huius rei, tuæ Reuerentiæ erga me humanitatem, qu qualemcunque ueritatis catholicæ professorem, quem Euangeliorum magistratuum sup tendẽtes ferre nõ possunt, officiosis promissionibus est prosecuta, argumentum in medi ferre possum. Superintendentes ergo Sabæos & Chaldæos, Iobis gregis & armen abigeos & prædones usque iustificent, socijsq; furum talium perpetuo adulentur. Beat diuitem, qui potuit transgredi, & est transgressus: qui potuit malum facere, & fecit. eg riam patienter ferentes, & ecclesiæ bona rite dispensantes, prædicandos censeo. Qu fidem, etiam charitatis operibus exclusis, iustificare contendunt, sunt hostes non hostes, am hostes & hospites, eos à quibus urinare didicerunt, submergunt. Ego erga me hum ti tuæ gratitudinis indicium aliquod designaturus, uersionem nostram postillæ Vuice quæ fideles in facto bonorum operum absolute beatos prædicat, tuæ Reuerentiæ con Synceram & exactam reformationem, tuam Reuerentiam desiderare, ex colloquijs qu cũ semel atq; iterum familiaria miscuisti, satis deprehendi: unde etiam sæpe dictam uers meam tuæ Reuerentiæ dicaui. Quod uero non propriæ Mineruæ T. Reuerentiæ d opus, sed uersionem saltem alterius operis consecro, uulgi receptum morem non modo æui, sed & superiorum seculorum uersorum, sector. Præcipue uero hodie uidere est, in ex alijs linguis in alias reddendis operam non minimam impendi, gloriamq; inde maxim ptari. Quis ergo mihi uitio uertat, si ego tantum laborẽ meum domino & patrono meo alicui dedicem? Faxit Deus, alij tanta fide sua reddiderint: quod si factum esset, non rent catholici uiri quod in uersionibus bibliorum castigarent. De charactere & stylo o nihil moueor, cum sciam theologos hoc ipso laudandos, quod infantes, tam ab omni len orationis, quàm à sophistarum uafricie omni sint alieni.

Tua Reuerentia nostram operam boni æquiq; consulens, Vuicelij postillam & cæter omnia scripta tuis fratribus, animarum undiq; curam gerentibus, etiam priuatim sacræ t giæ studio operam dantibus, commendare dignetur, me ea fide suscipere, imo iam susce retinere, qualem ego mihi in Tuæ Reuerentiæ pectore & fido & religioso firmam pe tuamq; polliceor, eiusdem tam egregijs primitijs iam pridem perceptis Vale.

Dn. Conradus Soem & Conradus Kling, maioris ecclesiæ Moguntinensis à sacris c monijs & Vicarij, R. P. T. nomine, cui admodum sunt deuincti, erga me plane be R. P. T. salutem iubent adscribi. Honestum & eruditum adolescentem Theob Spengell, almæ uniuersitatis Moguntinensis apparitorem & Bibliopolam integerrim us operis officiosiss. promotorem, R. P. T. conuentuiq; uestro cupimus commendari. I Vale Moguntiæ ex Augustiniano Cœnobio, nostro hospitio, iiij. Kalend. Dec Anno M. D. XLIIII.

Tuæ R. P.

Obsequentiss.

[redacted]

INDE

[I]DEX SIVE ELENCHVS RERVM ET VO[CVM], non quidem omnium, sed maxime insignium, in Georgij Vuicelij super Epistolas de tempore ac de Sanctis Postillam, iuxta literarum seu casuum ordinem sedulo digestus.

De literis istis, a, b, c, d, eadem hic scienda, quæ superius in fronte prioris Elenchi sunt notata.

T.

V.

Z.

FINIS.

DOMINICA PRIMA ADVENTVS, EPISTOLA Ad Romanos XIII.

FRATRES, Scientes quia hora est iam nos de somno surgere. Nunc enim propior est nostra salus, quàm cum credidimus. Nox præcessit, dies autem appropinquauit. Abijciamus ergo opera tenebrarũ, & induamur arma lucis. Sicut in die, honeste ambulemus: non in comessationibus & ebrietatibus, non in cubilibus & impudicitijs, non in contentione & æmulatione: sed induimini dominum Iesum Christum, & carnis curam ne feceritis in desiderijs.

ANTELOQVIVM.

SAnctus Apostolus electum vas, quo nomen sacrosanctum domini nr̃i Iesu Christi gentibus proferatur, epistolam plane diuinã ad Romanos in tempore suæ scripsit peregrinationis. Romani vero erant ethnici, ꝗbus præcipue designabatur apostolus. vnde etiam gentium apostolus dictus est. Epistola dicitur ἀπὸ τοῦ ἐπιστέλλειν, q̃d est, mittere. Est autem charta ea, qua absentes amicos de rebus nostris facimꝰ certiores. aliàs dicũt literę. Literas eas Gręce scripsit, propterea ꝙ tũc lingua ea omniũ erat communissima. Mysteriũ obserua vocationis oĩm gentium. Epistolam eam tanq̃ ad nos scriptam, accipere debemus. Sumus enim ex ethnicis fideles. Sic vero epistolas oẽs huius apostoli accipiamus, vt verum Dei verbum, Dei nimirum spiritu scriptas. Vocatꝰ apostolus, vas electiõis, cooperarius Christi, minister spiritus & non literæ, dispensator mysterioꝝ Dei. Epistolæ eius ad Romanos & aliaꝝ sectiones, certe vulgo vocantur epistolæ ꝑ synecdochen. Argumentum epistolarum omniũ, est fides per charitatem operans: talis nimirum fides iustificat, beat, & meritis in cœlo posthac ditat. Nõ fides sola ab Apostolo docetur, sed & bonæ vitæ paræneses identidem inferũtur. nam & euangelistarum scripta, ethologica plane existunt. Summa huius lectionis ꝓtreptica, hoc est, exhortatoria. Q.d. Fratres, qui vestra Christo nomina dedistis, q Christi censemini nomine, atq; adeo Christiani à Christi nomine vocamini, satagite vocationem vestram vere piam reddere. Alia religio, alia vita, & (vt Comicus ait) hæc dies aliã vitã adfert, aliosq́; mores postulat. Et scitũ est hoc Apostoli 2. Cor. 15. Si quis est in Christo, noua creatura est. Vetera ꝑterierunt, ecce noua facta sunt om̃ia. Omnia aũt ex Deo, qui reconciliauit nos sibi per Christum Iesum. Itẽ 1. Cor. 6. Hæc eratis quidem, sed abluti estis, sanctificati estis, iustificati estis, per nomen Domini Iesu, & per spiritum Dei nostri. Iteꝝ Eph. 4. Vos autẽ non sic didicistis Christum, si quidem illũ audistis, & in eo docti fuistis, quemadmodũ est veritas in Iesu, deponere iuxta priorem conuersationẽ veterem hominem, qui corrumpit iuxta concupiscentias erroris: renouari vero spiritu mẽtis vestræ, & induere nouum hominẽ, qui iuxta Deum conditus est per iustitiam & sanctitatem veritatis. Hæc omnia eo tendunt, vt nouæ vitæ nos admoneant, ne in vanum gratiam fidei receperimus: quoniam sola ea fides, bonorum operum vacua, neq; iustificat, neq; beat. Nam q̃d Dionysius ait, totus christianismus situs est in praxi. Debent ergo auditores euangelij, etiam effici factores. Neq; enim absurdum nõ esse non poterit, si ita euangelium receperimus, tanquam Christꝰ saltem logodędalus & spermologus fuerit, nec in nos hoc iuris habeat, quod ethnicis philosophis in ipsoꝝ fuerat discipulos. Qui Pythagoricæ se mancipârunt disciplinæ, mores pristinos plane cogebãtur abolere, & ad Pythagoræ præscriptum, vitam suam per omnia formare. Professioni Zenonis siue Diogenis qui se inaugurari cõstituerunt, plane item innouari oportuit. Hippocrates iureiurãdo discipulos suos obstrinxit, ne aliter aut loquerent, aut viuerẽt, atq; sibi suus præscriberet præceptor. Hinc & doctrinæ philosophicæ, tam disciplinæ quàm præcepta vocant. Philosophorum ꝓceptis qui sese submittere grauabat, ex illorum scholis atq; iatricis statim explodebatur. Iudæi suos Gerim siue proselytos informãtes, hoc præcipue studuerunt, vt legi eos prorsus subijcerent, atque obaudientes dicto legis efficerent. Et Aegyptio Hierophantæ indecens plane erat, aliter sese gerere, atq; cõstitutiones & consuetudo sacerdotũ postulauit Aegyptiorũ. Vestæ initiatæ virgines, impune deæ

Sacerdotes & re-

ges in baptismo designati, nos geramus honeste oportet.

eius sacra haudquaquam violabant. Quo ergo ore Christi nos præcepta eludimus, per solius fidei prædicationem ea eneruantes? Qui baptizati sumus, nõne olei regalis vnctione, vitæ regalis admonemur? Quorsum candidam induimus vestem? nõne vt candidos mores, Christo dignos, exprimere perpetuo studeamus? Nomina Christo dedimus, ciues, immo etiã filij, ecclesiæ esse dicti: par est ergo, vt christianæ politiæ assuescamus. Audiatur hic diuus Petrus 2. cap. 1. Omni adhibito studio subministrate in fide vestra virtutem, in virtute vero scientiam, in scientia vero temperantiã, in temperantia vero patientiam: rursus in patientia pietatem, in pietate vero fraternam dilectionem. Hæc cum vobis adsint, & exuberent, haud ociosos nec in irritum laborantes efficiunt, ad domini nostri Iesu Christi cognitionem. Nam cui non adsunt hæc, is cæcus est, & manu viam tẽtans, oblitus sese à veteribus peccatis suis fuisse purgatum. Quid aliud hæc verba principis apostolorum sibi volunt, nisi vt nos religiosæ vitæ admoneant? Sensus est: Gratis accepistis quo ad merita tendatis, vt ait sanctus Ambrosius. Atq; hæc ad præfationem. Sectionem si qs requirat, meminerit primo Apostolum nos cohortari ad festinã operis boni inchoationem, dicens, Scientes quia hora est &c. Secundo regalis virtutis, hoc est, præclari operis boni nos admonet, dicẽs: Abijciamus opera tenebrarum, & induamur arma lucis. Tertio alterum horum repetit, nempe mali declinationẽ: infert eñ, Nõ in comessationib⁹ & ebrietatibus. &c. Sequitur lectio. TEXTVS.

Scientes quia hora est iam nos de somno surgere. POSTILLA.

Acsi dicat: Scimus non nihil q̃d ad rem plurimum facit, vnde cautiores esse debebamus. Scimus tempus gratiæ esse præ foribus, iudicem adstare deniq; ante ianuam. Epulum gratiæ si dormitantes neglexerimus, iudici districto socordiæ pœnam dabimus. De tempore istoc gratiæ audiamus Apostolum 1. Timot. 3. Deus manifestatus est in carne: iustificatus est in spiritu: visus est angelis: prædicatus est gentib⁹: fides illi habita est in mundo: receptus est in gloria. Tit. 2. Illuxit gratia Dei salutifera omnib⁹ hominibus, erudiẽs nos, vt abnegata impietate & mundanis concupiscentijs, sobrie & iuste & pie viuam⁹ in præsenti seculo, 2. Cor. 6. Ecce nunc tempus acceptum, ecce nũc dies salutis. Ne quam vsquam demus offensionem. Meminerimus temporis iactura nihil æque esse pniciosum. Meminerimus occasionem fronte capillatã esse, retro vero caluã. Ethnicoꝝ Kæros, hoc est, occasio obseruanda, monente hoc philosophorũ aliquo. Porro nostrũ Kæros, de quo Apostolus ait, tempus est gratiæ, quæ omnibus quidem patet omi tempore: sed vbi semel cõtemptim eam arcessas, in spiritũ sanctũ peccas, atq; te gratia indignũ efficis, atq; adeo pdis. Miꝝ q̃ hic nobis cõsentiãt ethnici. Apl's ait Eph. 5. Tẽp⁹ redime. Philosoph⁹ q̃q; dicit, Nosce tẽpus. Et dñs ait: Adhuc paꝝ lucis in vobis est, ambulate in luce dum lucẽ habetis. Dicis, qs hic stertit? Dormitat, qui suam vocationẽ non instat certiorem facere per opera quæcunq; bona, per exercitium disciplinæ ecclesiæ, & quicq̃d id est religionis & pietatis. Hic Salomonis dictũ locũ habet: Noli diligere somnũ, ne te egestas opprimat. Itẽ cap. 20. itẽ ca. 6. Ne dederis somnũ oculis tuis, nec dormitent palpebrę tuæ. Itẽ Eph. 5. Expergiscere q̃ dormis, & surge à mortuis, & illucescet tibi Chr̃s. Non abludit hoc Poetæ:

Plus vigila semp, nec somno deditus esto.

Nunc porro vigilantiæ rationem ex ipso Apostolo audiamus.

Nunc enim propior est nostra salus, quàm cum credidimus.

Maledicta reqes, q̃ nos æterna priuat requie,
Stulte, sopor nil est gelidæ nisi mortis imago.

Maledictus ergo somnus, qui nos in æternam sopit mortem. Quis non execrẽ infernalẽ acediam? Quis non auscultet tanto Hippocrati, lethargo veteris Adami medẽti? Audite fratres, apostolica vniuersum mundum p̃sonat tuba. Non bellicũ taratantara, sed pacificũ alleluia. Prope salutẽ denunciat. Sol iustitię exortus est: gratia, pax, misericordia, redemptio, vita, salus, beatitudo, per Christum parta sunt omnibus in Christo pie viuẽtibus. Quid nõ fecit Emanuel noster, q̃ suam erga nos misericordiã egregie declaret, in stuporem nobis, etiam angelis cœli? Eia fratres, si tantę curæ Deo nostra est salus, quid nos supini stertim⁹? Videamus ne in nos dictum sit Prou. 1. Sapientia foris prædicat, in plateis dat vocẽ suam, in capite turbaꝝ clamitat, in forib⁹ vrbis portaꝝ profert verba sua, dicẽs: Vsq; quo paruuli diligitis infantiã, & stulti ea q̃ sibi sunt noxia, cupient, & imprudẽtes odibunt scientiam? Conuertimini ad correptionẽ meã. En proferã vobis spiritũ meũ, & ostendã verba mea. Quia vocaui, & renuistis: extendi manũ meã, & nõ fuit q̃ adspiceret. Despexistis oẽe cõsiliũ meũ, & increpatiões meas neglexistis: ego q̃q; in interitu vr̃o ridebo. Nos ne tangat q̃d dicit Esa. 65. & Apostolus Rom. 10. Tota die extendi ma-

...nus meas ad populum non audientem, & resistentē mihi. Et hoc Matth.23. Quoties volui cōgregare filios tuos, quēadmodum cōgregat gallina pullos suos sub alas* suas, & noluisti? Ne itaq; contēptores contemnamur, auscultemus Apostolum. Propius est, ait, nostra salus, atq; credidimus. Iudæi in Mose salutem fuisse arbitrabantur, ethnici Ionibus suis salutē adscripserant suam. Moses est qui suos asseclas primus accusat. Ethnicorū dij sunt maledicti cum cultoribus suis oīnibus. Christus Iesus Mariæ filius, est nostra salus, de quo sic testificatur Petrus Acto.4. Nō est in alio aliquo salus. Nec enī nomen aliud est sub cœlo datū hoībus, in quo oportet nos saluos fieri. Veritas quoq; negat se longe abesse, dicens Luc.17. Regnū Dei est intra vos. Hoc est, Verbum Dei est in ore tuo & in corde tuo, Deuter.30. Roma.10. Beatus qui intelligit. Sequitur:

Nox præcessit, dies autem appropinquauit.

Quod si nox præcessit, quid in die salutis nostrę, blandicella & ea exitiosa quies furtim nostris subrepit ocellis? Noctē vocat Aplus tēpus ignorantiæ, quæ etiā sensus obtenebrauit, hoc est, corrupit nostros, ne in solem iustitiæ oculi intenderent nostri. De istac nocte audiatur Apls Ephe.2. Et vos cum essetis mortui delictis ac peccatis, in quibus aliquando ambulastis, iuxta seculum mundi huius, iuxta principē cui potestas est aeris, q est spūs nunc agens in filijs cōtumacibus, inter quos & nos oīnes conuersabamur aliqñ in cōcupiscentijs carnis nostræ, facientes quæ carni & menti libebant: & eramus natura filij iræ, quemadmodū & cæteri. Nox illa oculos mētis detinuit, ne salutis nostræ autorem nosceremus, vnū Deū in Trinitate, verbū incarnatum, euangeliū fidei & perfectæ religionis &c. Nox illa ethnicorū, crassa adeo fuit, vt Iudæos q̃q; sua vmbra obtenebraret. Pro tēporis ratione dedit illis Deus legē, captui eorum aptam: sed lux illa comparata ad euangelicum iubar, vmbra est & ænigma. Clara dies Christi, quā etiam in legis vmbra viderunt multi prophetæ, quam ante legem contemplatus est pater noster Abraham. Dies autem illa est, in qua illuxit nobis oriens ex alto, in qua sol iustitiæ cordibus nostris est exortus. Solis huius lampas illa, quæ Magos duxit ad Christi præsepium, adeo fuit iucunda, non ergo tristis potest esse ipse Sol atque Oriens. Ignis Deus est, habitans ignē inaccessum. Petræ Christo ignem eum habemus commissum, beatus qui excutere nouit.

Abijciamus ergo opa tenebrarū.

Declinare malum nos noster hic admonet Aplus, q̃d primus iustificatiōis est gradus, fidelibus pręscriptus. Attende ordinē. Suprà dixit, vigilate, hoc est, ne sitis acediosi, ne torpeatis, sed estote succincti lumbis, sedulitatem exprimentes. Nunc monet vt torpore excusso, noctis opera quoq; expūgamus. Sunt autem noctis opera, ebrietas, luxus, libido, pecuniæ ardor, fastus, &c. Carnis fructus, sunt opera noctis. Vide 2. Cor.12. Gala.5. Apostolus non obscure dicit 1. Cor.15. Euigilate iusti, & nolite peccare. Quid aliud hic Apostolus sibi vult, nisi vt peccata, noctis opera esse ostendat? Hallucinatur, qui dicit: Mortui nō resurgent: manducemus & bibamus: cras enim moriemur. Præclare itē dictū est 1. Thess.5. Qui ebrij sunt, nocte ebrij sunt. Hoc est, q ebrij sunt, ex nocte vitiorum hoc habent. Glo. ord. ait: Nox, vitiorū habitus est. Tenebræ sunt infidelitas, Ioan.3. E contra: Fides est lux quæ facit diem, hoc est, habitum virtutum. Dicunt impij intra se, nō recte cogitantes, nō est Deus: aut certe dicunt Deum hæc & illa vitia humana non respicere, immo dissimulare. Fingit homo sibi Deum, *quales ethnici habent, oculos habentes, & non vidētes. Deus sacerdotū Baal, edormiens crapulā, excitari nō potuit, etiam maximis clamoribus. Dicis, q̃d hoc ad nos? Viderit quisq;, an nō talē sibi Deū fingat, si socors i tāta luce degat, si suā negligat salutē, dein si nō strenuū se gerat Chri seruū, cœco nomū & militē. Dixerim ego ita nos vitā in Cimerijs, immo Acherontiacis atq; Tænarijs tenebris degere, vt etiā ethnicis aliquando veniamus dijudicādi. Fatetur hoc fere omnis, q cordatior aliquanto est: sed qui se reformet, tantæq; luce digne componat, quotusquisque est?

Iustificationis gradus.

Noctis opera.

Et induamur arma lucis.

Admonuit nos vigilantiæ, dein etiā exhortatus est ad expiationē sedulā vitiorū, nunc porro ad bonorū operū nos inuitat exercitia, vtiq; iustificātia: q̃a lucis sunt, & non tenebrarū. Receptum est Hagiographis, fidelibus duo hæc postrema fere cōmēdare iuncta, Declinare à prauo, & pręstare bonum. Partibus suis non satis perfungitur legislator malum prohibens, nisi etiam bonum præscribat. Bonus legislator Esaias, dicens capite primo: Quiescite agere peruerse, discite bene agere. Item Amos 5. Odite malum, diligite bonum. Iterum Esa.55. Derelinquat impius viam suam, & vir iniquus cogitationes suas, & reuertatur ad dominum, & miserebitur eius. Apostolus quoq; ait: Qui furabatur, iam

non furetur: magis vero laboret, quod bonum est, vt habeat quod impertiatur non habenti, Ephes. IIII. Hic schematice ait: Abijcite opera tenebrarũ, & induimini arma lucis. Peccata vocat opera tenebrarũ, quòd infideles plerunq; illis obnoxij existant: in quos princeps, cui potestas est caliginis, ius habet. Vel quòd instigante diabolo fiant. Dicitur eñ diabolus deus & princeps tenebrarum, Luc. 22. Ephe. 6. Dicuntur etiam peccata opera tenebrarum, q̄ in extremis tenebris eorum autoramentũ atque merces sit constituta, Matth. 22. & 25. Vel q̄ etiam rationis lumen ab illis abhorreat. De operibus hisce sic noster loquitur Apostolus Eph. 5. Ne commercium habueritis cum operibus infrugiferis tenebrarum: quin ea potius arguite. Nam quæ secreto fiunt ab istis, turpe est vel dicere: sed omnia dum produntur à luce, manifesta fiunt. Ex operib⁹ hisce noctis sine negocio, quæ sint arma lucis, deprehendes. Virtutũ amor & exercitatio, lucis opera sunt. Fides lux est: fructus fidei, radij sunt lucis. Vnde dominus ait apud Matth. Sic luceat lux vestra, vt homines videāt bona vr̄a opera, & glorificent Deũ, &c. Modus hic loquendi non infreques̄ est apostolo Paulo Ro. 6. Ne accommodetis membra vestra arma iniustitiæ peccato, sed accommodetis vosmetipsos Deo, velut ex mortuis viuẽtes, & mẽbra vr̄a arma iustitiæ Deo. 2. Co. 6. Per arma iustitię à dextris & à sinistris. De diuina ea panoplia, hoc est, tota armatura, aliàs plura vides apud Apl̄m. Hic obserua, arma lucis singularem habere energiā, qua hæreticorum retundi poterit irruptio. Dicũt opera fideliũ bona, esse peccaminosa, quasi lux & tenebræ sibi consentiant. Dein dicunt, charitatis & ecclesiæ disciplinæ exercitia, iustificationis rationem nullam habere, quasi opera bona, arma lucis & arma iustitiæ non sint: & delirus sit Apl̄s, ea arma iustitiæ vocans, etiam in membris nr̄is, nõ solum corde & oculis, verũ etiam ore, lingua, manibus & pedibus &c. Sed valeant hæretici. Audiat catholicus Apl̄m inter filios Belial & tenebrarũ, & inter filios Dei & lucis discernere, vt quisq; videat, vitiorum autorem diabolum, stipendium esse iniustitiam & mortem: virtutum vero autorem esse Deum, autoramentum esse iustificationis gloriam. De filijs lucis vide Apostolum Ephe. 5. 1. Thess. 5. Iterum atque iterum viderimus nos, qui semel sumus illuminati, & qui gustauimus donum cœleste, participesq; facti spiritus sancti, ne prolabamur, rursus ab integro crucifigentes nobismetipsis filium Dei, peccãtes securi, quasi Christus leno venerit in hũc mundum, & spiritum nequitiæ nobis pepererit: quod in spiritum est peccare: atque hoc peccatum est, quod denuo per pœnitentiam difficulter renouatur, Heb. 6. Superest ergo, vt opera carnis mortificem⁹, & spiritus sancti in nobis excitemus arma, arma lucis, vtiq; arma iustitię vel in membris nr̄is, Gal. 5. 2. Co. 6.

Tenebrarũ opera.

Lucis arma quæ.

Panoplia diuina.

Opa bona iustificant.

Sicut in die, honeste ambulemus: non in comessationibus & ebrietatibus, non in cubilibus & impudicitijs, nõn in cõtentione & ęmulatione.

Hic speciatim explicat, quod suprà de operibus noctis in genere monuit. Principio sacerdos hic meminerit dicti poetę:

Venter, pluma, Venus, Christum fugienda sequenti.

De operibus noctis suprà satis dictum est, nunc saltem hoc adijciendum putamus, sic quoque dici peccatum, q̄ citra pudorem fiat. Effrons siquidem peccator, nox quoq; pudore vacat, iuxta poetam dicentem:

Nox & amor, vinumq́; nihil moderabile suadent:

Illa pudore vacat, liber amorq́; metu.

Huc facit hoc Apostoli 1. Thess. 5. Ne dormiamus sicut & cęteri, sed vigilemus & sobrij simus. Nam qui dormiunt, nocte dormiunt: & qui inebriãtur, noctu sunt ebrij. Obserua Apostolũ hic noctis opera sex recensere. Primũ est crapula, quam Apostolus hic vocat Komos. Notat vero proprie splendida illa magnatum conuiuia & comessationes. Qui mihi hic fidem adhibere recusat, interroget suprà Hieronymum atque Ambrosium, Origenem, Theophylactum & alios. Cõtra comessationes eas magnificas, vide Esa. 6. & Amos 6. Secundum est vinolentia, quæ hoc loco epistolæ dicit metha. Committitur flagitium hoc compotatione & vini ingurgitatione. vnde funesta sequitur temulẽtia, exitium corporis & animæ, hominem tam rebus spolians, q̄ honore priuans. Metha hæc Komo prædicto indiuidua est comes. Vtrũq; ipse seruator prohibet Lu. 21. ibi comessationẽ eã vocat cræpalã. aliàs itẽ Gręce dicit gastrimargia. nos vocamus crapulam. Komos dãnatur Gal. 5. 1. Pet. 4. Ibi Petrus vocat œnophlygiã, quæ & alibi Græcis dicitur temulẽtia. Apostolus 1. Tim. 3. vocat parœnian. Septuaginta apto plane vtuntur vocabulo symbolocompos, hoc est, epulo, homo madidus vino, madulsa, ebriosus. Est aũt symbolocompos, quasi laborans circa symbola, vino se obruere gaudens. Tertium est libido, quæ ebrietatem & crapulam originẽ habet certam. Dicit ergo ille: Venter plenus spumat in libidinẽ. Vitium hoc Apostolus

Solus hic vocat Κοίτας cubilia, honesta periphrasi locum, vbi opera noctis fieri solent, pro ipso flagitio accipiens. Ruben q̃ ꝙ sic dictus est ingressus esse cubiculum parentis sui. Græci Κοίτην legunt, quasi in parentis adscenderit lectũ, Gen. XLIX. Contrarium est quod Apostolus ait Heb. XIII. Honestum omnibus coniugium, & cubile impollutum. Quartum impudicitia est, Græcis dicta aselgia, hoc est, lasciuia, petulantia &c. Marcus capite VII. vitium hoc post adulterij ponit flagitium. Idem facit Apostolus Gal. quinto. Vnde conijcimus, lasciuiam per se capitale esse crimen. Procacitas etiam poterit dici, et turpiloquium, quod vitium fere sequitur tam crapulam, quàm libidinem. Vnde etiam inter gulæ filias numeratur. Sanctus Hieronymus vocat principia morituræ virginitatis. Apostolus ad Ephes. vocat æschrologian. Lupæ & lenones norũt, huiusmodi verba iritamenta esse venerea. vnde talibus identidẽ vtuntur, tanquam semper in nocte agant, & se quodammodo prostituāt, quod Apostolus hic vocat aselgiā. Eph. 4. etiam hoc vtitur vocabulo. Ibidem sequitur acatharsia, hoc est, turpitudo in ipso facto, quod & 1. Corin. 7. dicitur acrasia, quod nos vocamus incontinentiam atque mollitiem.

Quintum est contentio, rixa, lis: quod facinus tam in cõuiuijs potatorum, quàm in lupanaribus frequens esse videmus. Quanquam etiam de om̃ibus alijs calumniarum & criminationum generibus accipi possit.

Sextum est æmulatio siue zelus, prædictorum quoq; vitiorum filia. Amor non caret zelotypia. Et ebriosi ita peragunt sua conuiuia, vt memorem odio habeant sympoten. Præcipue inter ꝑpotentes purpuratos maxima est æmulatio, qua alij alios luxu & pompa student superare. Pomposa ea idola, mirum q̃ plebi inuideant, si aliquando liberius pergræcetur, putantes se solum natos fruges consumere. Cæterum etiā æmulatio hic ꝓ quocunq; odio accipitur, quod apud Apostolum aliàs vocatur phthonos, hoc est, inuidia. Notum est, zelum etiam in bonam partem accipi, Psal. 69. Ioan. 2. Roman. 9. &c. De operibus noctis vide Mar. 7. Ro. 1. 1. Cor. 6. Gal. 5. 1. Tim. 6. Vix locus est alibi in tota scriptura, qui magis quadret huc, atque ille 1. Pet. 4. Audiuimus satis superq; quæ nos dedeceant: iam quę deceant nos, videamus.

Sed induimini dominum nostrũ Iesum Christum.

Obserua statum apl'icę epl'æ. Suprà hortatus est, vt opa carnis abijciamus: nunc e regione submonet, vt Christum Iesum loco ipsoꝝ carnis opum induamus. Salutaris adeo ꝑmutatio, lucẽ cœlestẽ, quæ Deꝰ ipse est, pro tam crassis & fœdis tenebris induere. Sed quidnā Christũ est induere? Nunquid saltẽ credere? nunqd Romani credẽtes, quibꝰ Apl's hic scribit, sola fide poterāt iustificari? Si sola fide Chr's ꝑfecte induit, supuacaneũ est hoc q̃d hic subdit Apl's. Sed Apl's seruus est electus Dei, vas electionis: verbũ Apl'i est verbũ Dei, cui nihil aut demi potest, aut adlaborari. Sũt ergo noui euangelistæ vere antichristi, fœdi ꝑmologi, incentoresq; maloꝝ. Fides Romanorũ in priori capite satis ꝑdicatur: nihil ibi laborat Apl's, qa nullũ ibi discrimẽ: arma vero lucis, vestẽ eam q̃ Christus ipse est, insuper Romanis cõmendat: credentibus sedulo instat Apl's. Nõ sufficit veterẽ deposuisse Adamũ, nam & nouus induat oportet. Neq; tẽ gr̃a spiritus, atq; adeo ipse sp̃us ociose accipiendus. fructus em̃ sp̃us vt sequant necessum est. Ecce tibi q̃d sit Christũ induere. Vis autoritate hoc ostẽdi scripturę? Vide 1. Ioan. 1. vbi dicit: Hæc est ꝑmissio quā audiuimus ex ipso, & adnunciamus vobis, ꝙ Deus lux est, & tenebræ in eo nõ sunt vllæ. Si dixerimus ꝙ societatem habemus in illo, & in tenebris ambulamus: mentimur, & veritatem non facimus. Quod si in luce ambulamus, sicut ipse est in luce, societatẽ habemus inter nos mutuam, & sanguis domini nostri Iesu Christi filij eius, emundat nos ab om̃i peccato. Item cap. 2. Qui dicit se in Chr̃o manere, debet ambulare, quẽadmodum & ille ambulauit. Et locus Gal. 5. vbi dicitur de Chr̃i indumento, aliter intelligi non potest. Velimus nolimus, fateamur oportet, Apostolum hic ponere antithesim, qua carnis seu noctis operibus opponit Christum, vtiq; Christi exemplum. Carnis opera recensuit comessationẽ, ebrietatem, crapulam, libidinem, impudicitiā, turpiloquentiam, rixas & æmulationem. Christus ergo est sobrietas, temperātia, & hoc genus catholicæ disciplinæ: Christus item est, se propter regnum cœlorum castitati deuouere. Summa: opposita sunt virtutum omnigenum religionis sanæ & pietatis exercitia. Sic fit, vt Christus q intra nos est fide, etiā extra sit disciplinariũ obseruantia & opere bono. Hinc em̃ mundus glorificat Deũ. sola fide quis ædificatur?

Chr̃m induere nõ est saltem credere.

Chr̃s intra nos fide, extra opere.

Et carnis curam ne feceritis in desiderijs.

Appendicula necessaria. Tacite quæstioni respondet maleuolorum. Diceret aliquis, Veneris Bacchiq; mancipium: Paulum, edere, bibere, dormire, & hoc genus prohibere cæterum. Hoc est ingenium eo

rum,quorum coluber ille antiquus mentes dementauit:mendaciũ veritati vndiq; opponunt. Hoc solum ipsorũ scutum,atq; ancora sacra. Victum atq; amictũ,nuptias & cætera humanæ vitæ generisq; sustentacula,scriptura sacra nõ execratur: maledicit vero ingluuiei & intemperantiæ. Cura carnis licita, Ephe.5. sed nõ ad luxuriã, quam tam vetus q̃ nouum damnat testamentum, Deut.21. Pro.20. Eccl.10. Amos 1. Quid q; & ethnicorum philosophi, præter solum Epicurũ,ad vnum voluptatem detestantur omnes? Notum est hoc Poetæ:

Carnis cura quatenus licita

Sperne voluptates:nocet empta dolore voluptas. Et illud:

Ebrietas tibi fida comes, tibi luxus, & atris Circa te semper volitans infamia pennis.

Diligẽter vero cõsiderandũ, atque expendendum trutina iusta, quid sit Carnis prouidentiã facere,quod ex Hebraismo reddi poterit, Carni prouidere siue prospicere. Actorũ 24. Pronæa(quod Matth. 6. aliter vocatur) cura ea est,quã indulgentiã possimus vocare. Prouerbialiter item dicitur, Curare cuticulã,pro eo q̃d eodẽ modo dicimus,Indulgere genio. Poteris itẽ hũc locum legere,Et carnis prouidentiã ne agatis,ad concupiscentias. Sensus:nolite corpori peccati esse indulgentiores. Matt.6. solicitudo superflua prohibet,hic dãnatur cura carnis atq; cuticulæ luxuriosa. Faxit Deus, vt tam diuinũ monitorẽ auribus ad audiendũ audiamus, atq; verba salutis æternæ cordibus imis reponamus,ad ædificationẽ & fructus salutares & Dei solius gloriam. Qui in sancta Trinitate viuit & regnat vnus Deus, per omnia secula seculorum. Amen.

DOMINICA SECVNDA ADVENTVS, Epistola Roman. XV.



Væcunq; scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt, vt per patientiam & consolationem scripturarum, spem habeamus. Deus autem patientiæ & solatij, det vobis idipsum sapere in alterutrum secundum Iesum Christum, vt vnanimes, vno ore honorificetis Deum & patrem domini nostri Iesu Christi. Propter quod suscipite inuicem,sicut & Christus suscepit vos in honorem Dei. Dico enim Christum Iesum ministrum fuisse circũcisionis, propter veritatem Dei, ad confirmandas promissiones patrum: gentes autem super misericordia honorare Deum,sicut scriptum est: Propterea confitebor tibi in gentibus domine, & nomini tuo cãtabo. Et iterum dicit: Lætamini gentes cum plebe eius. Et iterum:Laudate omnes gentes dominum,& magnificate eum omnes populi. Et rursus Esaias ait: Erit radix Iesse, & qui exurget regere gentes,in eum gentes sperabunt,Deus autem spei repleat vos omni gaudio & pace in credẽdo,vt abundetis in spe & virtute spũs sancti.

PRAEFATIVNCVLA.



Ametsi Ap̃lus hoc pręsenti & sequenti capitibus, ep̃lam ad Romanos(quam nos non immerito pro bona parte bibliorũ suscipimus)claudendã statuerit, atq; adeo multa familiaria,ritu eorũ qui epistolas scribere solent,cum de se,tum de collegis adijciat:tamen,quæ eius fuit vehementia,se continere nõ potuit,quin & doctrinæ salutaris auctariũ inferret. Sic facerẽt oẽs Christiani,priuatis suis negocijs etiã publica immiscendo. Quinq; præcipue hac in lectione noster tractat Ap̃lus:ea ordine, quãtũ per Dei gratiam dabitur, explicabimus.

TEXTVS.

Quæcũq; scripta sunt, ad nostrã doctrinam scripta sunt,vt per patiẽtiam & consolationem scripturarũ, spem habeamus.

POSTILLA.

Primũ quod Ap̃lus hac agit lectiõe, est q; vsu & cõmoditate scripturæ,ipsam nobis cõmendat scripturã. Quę scripta sunt, ait,q.d. Quicqd Moses, pphetę & sapiẽtes literis cõmendauerũt, nostri hoc causa fecerunt, inspirãte eis mentẽ eã spũ sancto. Nisi vel ppter patriarchas & alios præcipuos inq; scriptura nobilitatos viros, vel ppter ipsos Iudęos saltẽ scripsissent Moses,pphetę &

æ & sapiẽtes, iam pridẽ scripturaꝝ omniũ imminueret finis. Nunc vero cũ teneat ad- huc scriptura, pspicuũ fit, etiã nobis & po- steris nris esse datã. Scriptura habet, Abra- hamũ credidisse, atq; hoc illi ad iustitiã esse reputatũ, Gen. 15. Nobis quoq; hoc esse scri ptum, Apls in eadẽ ad Rom. epla, cap. 5. & Gal. 2. docet. Rursus eadẽ dicit Abrahamũ per obedientiã probatũ, atq; sic Deo placu isse: & hoc nobis scriptũ esse, Iacobus clari- us luce ostẽdit ca. 2. & 3. Heretici scripturã iugulãt, alteꝝ recipiẽtes, alteꝝ eludẽtes. Sic & pleriq; hęreticoꝝ alij vetus, alij nouũ re- spuebãt testamentũ: alij Ioannẽ Matthæo, alij alios alijs præferebãt Euãgelistas: quẽ- admodũ & nostrates euangelici fratres, ad quodq; fere verbũ Paulũ inuocãt: Iacobũ, tanq̃ strametitiæ eplæ autorẽ, rarissime ci- tant. Cõtra mutilatores illos scripturaꝝ fa cit hic locus: Quæcunq; scripta sunt, puta per catholicos atq; hagiographos. Sic & dicit 2. Tim. 3. Oĩs scriptura diuinitus inspi rata, vtilis ẽ ad doctrinã, ad redargutionẽ, ad correctionẽ, ad institutionẽ, q̃ est ĩ iusti- tia, vt integer sit Dei hõ, ad oĩe opꝰ bonũ apparatus. Vsus scripturaꝝ est infinitus: nos breuitatis causa saltẽ hoc, quod Apl'us hic recenset, declarabimus. Primo vtilis est scriptura ad erudiendum insipientes, quid credant, & vt viuant. dicit ergo Apostolus, scripturam vtilem esse ad doctrinam. Se- cundo, competit redargutioni, vt præfra- cti & pertinaces, acriter arguantur atque impietatis reuincantur. Tertio, quoniam non sufficit hominem errantem errati ac- cusare atque increpare, verum etiam neces sarium est, vt homini ad se redeunti bene cõsulamus, lapsum erigamus, perditumq; saluemus. Si audierit te, ait Seruator, ani- mam eius es lucratus. Correctionem hanc Apostolus vocat Epanorthosin: Virtus ea locum habet in reformationis ratione, qua homo abusus omnes cupiat ad viuum resectos. Ethnici huiusmodi reformatio- nem vocant catorthoma. Quartum, est in- stitutio non solum pubis, sed & adolescen- tium atque senum, seruorum & libero- rum, masculorum & fœminarum. Sic & 1. Corinth. 10. ait idem Apostolus: Quæ scri- pta sunt, ꝑpter nos scripta sunt, in q̃s finis seculorum venit. Item, Fides ex auditu. Esaias quoque ait: Nisi relictum esset no- bis semen, quasi Sodoma & Gomorrha pe rijssemus. Scriptura hoc ipsum est, quod Apostolus vocat nuthesian, hoc est, quo homo cautus fit, animumq; recipit. Scri- ptura itaque ecclesiastes nõ bene ad finem destinatum vtitur, nisi subinde exemplis maiorum ad religionem perfectam, siue ad opera pietatis alios inducat: alios in bo na vita retineat, hos consolando, illos vr- gendo atque impellendo. Exempli gratia: Adam & Heua, ijs qui in matrimonio sunt, fidei coniugalis proferantur exemplum. Abel, synceri cultus: Cain, superstitionis præ se ferunt instar. Hoc vitandum, illud amplectendum. Genesis tertio & quarto, Enos & Enoch sancte dominũ Deum in- uocarunt. Sunt itaque in sanctæ inuocatio nis nominis diuini exemplum nobis pro- ferendi, Genesis quinto. Ad hunc modum exemplis sanctorum vtendũ biblicis omni bus. Solius fidei noui euangelistæ hic fron tem caperant, nasum rugant, supciliumq; sumũt, nos quasi papisticos dãnando. Sed nos Paulum, de quo se identidẽ iactant, hy peraspisten habemꝰ. Peiores sunt noui euã gelistę pharisæis, q licet nõ facerent bonũ, docuerũt tñ: illi vero, etiã bene currẽtes re morant. Cõuentus itaq; illoꝝ, bis mortuo- rũ est congregatio. Domus eoꝝ sepulchrũ in æternũ. Ecclesia Deũ cũ fide tum vita co lentiũ, est domus Marthę & Magdalenæ, Zachæi, Matthæi. Nisi forte velis domum Lutheranæ sectæ, ædes pharisæi eius expri mere, q Chro neq; osculũ dedit, neq; pe- des lauit &c. Filij Abrahæ nõ sunt solius fi- dei ebuccinatores. Zachęus siquidem filius Abrahæ est dictus, dimidioꝝ bonoꝝ suoꝝ dans pauperibus, & quadruplũ abs se de- fraudatis restituens. Quin & ipsum Serua- torẽ audimus Abrahæ opa ꝑdicare Ioã. 8. Sequitur, Vt p patientiã & cõsolationẽ scri pturaꝝ, spem habeamus. Semen cadens in terrã bonam, per patientiã fructificat. Qui crediderit, ne festinet. Sustine & patere, ait ille. Bene incepisse nihil proderit, nisi & be ne inceptũ, bene pficias. Qui pseuerauerit in finem, saluus erit. Dein & crux incum- bit pijs oĩbus. Quicunq;, ait Apl'us, pie in Christo viuere vult, oportet psecutionem perpeti. Religioni deuoti, male hodie audi unt. Iudæi, etiam Turcæ & quicunq; infide les, nouis euangelicis fratribus, monachis & sanctimonialibus, longe præferunt. Sa- cerdotes orthodoxi malint inter quoscũq; barbaros ætatẽ degere, q̃ inter illuminatos eos. Mirũ quantis sannis e sublimi irrideat catholicus laicus aut Missam audiens, aut peregre pficiscens, aut aliquid tale catho- licæ religionis disciplinæq; designãs. Ope ræprecium ergo est, cõtra aspidas eos no- uæ sectæ sacram scripturam cũ exemplis beatoꝝ semp habere in promptu. Veritas euangelij Christi, in igne istoc tribulatiõis illustrat. Quid Chrus ipse aliud, q̃ perso- nam crucis in hac vita præ se tulit? Chrm refert & repræsentat catholicus tunc ma- xime, cum maxime contumelijs afficitur. De Christo extat psalmo 68. Opprobria

Ecclesia domꝰ est laboriosa.

Scriptura ecclesia- stes ad pa tientiã ꝑ suadendã vtatur.

exprobrantiũ inciderũt in me. Christi consors nõ est, q in croceis degit, q huius mũdi fauorẽ captat, qui aura fouetur populari. Breuiter, sine calice passiõis, nõ est spes reliqua cõsolationis. Potestis, ait, bibere calicem quẽ ego bibiturus sum? Nisi cõpatiamur, nõ cõglorificabimur, Ro. 8. 2. Tim. 2. Oportuit Christũ per passionẽ in suam intrare gloriã, Lu. 24. Hac iter est ad gloriã. Si fidelis spem vocationis (quæ Rom. 5. nõ confundit) in tribulatione & patientia possidet & perpetuat, exemplo oĩm beatorum, denique & Christi ipsius, spem eam fouente & cõfirmante, tandẽ & ipse cõglorificabit.

Deus aũt patientiæ & solatij, det vobis idipsum sapere in alterutrũ secundũ Iesum Christũ, vt vnanimes & vno ore glorificetis Deum & patrem domini nostri Iesu Christi.

Hic est articulus secundus p̃sentis epistolę, siue lectiõis, nẽpe patiẽtiæ & solatij precatio. Optat Apl's ex animo Romanæ ecclesiæ patientiã & solatiũ, concordiã & pacẽ. Appellat Deũ patientię & cõsolatiõis deũ, vt patientiã & consolationẽ, atque adeo pacem & concordiã, nobis cõmendet. Si Deus pacis est, vides Iacobũ stramentitiũ autorem non esse, q æmulationẽ dicit esse diabolicã & animalẽ. O maximã oĩm & pręualidam cõmendationẽ. Simili tropo & alibi vocat Deũ, pacis & charitatis Deũ, 2. Cor. 13. Deũ totius cõsolatiõis, 2. Cor. 1. Non quod hæc Deus velit & probet, sed & quod ea largiatur & beet. Attende Apostoli sanctã optationem atque precationẽ. Deũ ipsum nobis optat, sine quo nihil cõstare potest. Aufer pacẽ ab ecclesia, & corruet actutũ. Vide & cõsidera, quot & quantæ fuerunt sectæ: & Deũ pacis non habuisse, vel inde æstima, quod euanuere. Paruę res cõcordia crescunt, maximæ quæque discordia pereunt. Videre videor, immo ingenue profiteor, Apostolũ spũ sancto plenũ, hic puidisse sectas tot in ecclesia Romana suborituras: vnde tã ardẽti affectu in calce suæ eplæ bene lõgæ, pacẽ ecclesiæ illi exoptat atque precatur. O vtinã hodie digni simus. p qbus tãtus intercessor exaudiat. Nihil hodie nisi amor nobis deest. Hodie ipsa floret scientia. Atqui scientia inflat, charitas vero ædificat. Linguarum donũ hodie vulgare propemodũ fit. sed si linguis hominũ loquamur & angelorum, nihil efficimus, immo deficimus. Charitas itaque optãda doctis & eruditis, linguis tot vnicus optandus ignis: quem nisi cõglutinatorius adsit, quid aliud linguæ tot, nisi infandam Babel, referũt? Huc referendũ, quod alibi idẽ monet Apl'us Roma. 12. Dico per gratiã quæ data est mihi, cuilibet versanti inter vos, ne quis arroganter de sentiat, supra quàm oportet de se sentire: sed ita sentiat, vt modestus sit & sobrius, vt cuique partitus est Deus mẽsurã fidei. Itẽ ibidem: Eodẽ sitis alij in alios affectu, non arroganter de vobismetipsis sentientes, sed humilibus vos accõmodãtes. Itẽ Phil. 2. Similiter affecti, eandẽ charitatẽ habẽtes, vnanimes, idem sentiẽtes. Obsecro vos fratres per nomen dñi Iesu Christi, vt idẽ loquamini oẽs, & nõ sint inter vos dissidia, sed sitis integrũ corpus, eadẽ mente & eadẽ sententia. Vide qua vehemẽtia nobis cõcordiã cõmendet, vt etiã obtestando hoc faciat: etiã in epl'a ad Phil. vbi dicit: Si qua cõsolatio in Christo &c. Obserua Apl'm hic non ociose dicere, secundũ Chr'm Iesum. Est sua pax Iudæis, secundũ suũ Thalmuth. Est sua Turcis, secundũ suũ Alcoranũ. Fuit & consensus qualiscunque hæreticis, secundũ suos hæresiarchas. Apostolus hic ergo addit, Cata Christon. Quæ adiectio vult, vt Chr'o digne nos agamus. Christus cœpit facere & docere. Nullũ horũ negligendũ. Ordo ille facti & doctrinæ, non est subuertendus, neutrũ horũ eleuandũ, vtrunque horũ grauitate maxima tradendũ, qm̃ vtrinque iustitia & beatitudo. Exemplũ eius pete Acto. 1. 2. 4. 5. Hoc est pacẽ habere secũdũ Chr'm, bonis & professione & vita consentire. Talem neque hæretici neque ethnici, neque Iudæi habent, qui vel professione vel moribus à bonis dissentiunt. Sequitur, vt vno ore glorificetis Deũ: hoc fere idem est cũ eo, quod legitur Sopho. 3. Seruiant ei humero vno. Contrariũ est, vtroque claudicare pede. Generaliter accipi potest de republica Christiana, quæ non solũ vna fide & disciplina, verũ etiam vnis quodãmodo cæremonijs est moderãda. Specialiter de priuato cuiusque affectu, ne alibi sit mẽs, alibi corp'. Iacobus vocat duplici aĩo viros. Sũt aũt q ipingunt in lapidẽ Chr'm, Esa. 29. Mat. 15. Ore laudãt hi Deũ, corde ab eo longe remoti. Vuicleffistæ nr̃ates, preces canonicas p hæc loca putãt dãnari, toto cœlo errãtes. Sed tu catholice sacerdos, vide ne Psallianorum errore depraueris. Interim solare te scriptura, salutari ritu preces legens canonicas. Psal. 33. Labijs meis laudabo dñm. Psal. 108. laudabo dñm ore meo. Sed iterum atque iterum vide, ne Psallianos imitãs, sic loquaris ore, vt cor te loquentem nesciat.

De'pacis.

Ecclesiæ Romanæ potissimũ pacẽ Apostolus est precatus.

Propter q̃d suscipite inuicẽ, sicut & Chr's suscepit vos in honorẽ Dei.

Tertius hic est articulus præsentis lectionis, in quo nobis concordia mutua cõmendat. Multũ vrget Apl's hãc solã tem, quippe cum

cum sciat fidē eā mutuæ pacis, in primis esse ecclesiæ Chri necessariā. Occasionē hui⁹ frequentis cōmonitionis, ex ethnicorum infectia, atq; ex Iudæorum accepit supstitiōe. Hi sese cæteris plurimū arbitrabantur præstare, quod Abrahæ essent sanguis, & quod legis obseruantia atque prærogatiua sibi viderentur sanctiores. Denique & præputiatos præ se contemnebant, tanquam immundos. Contrà illi se de intelligentia scripturarum mysteriorum efferebant, atque inso lescebant, sabbatharios Iudæos & apellas ridendo, &c. Apostolus mediatorem se vtrisq; exhibens, hortatur vt alij alios portent, atque indulgeant candide. Sequester grauis primos vtrosque errati conuincit primo atque secundo capite, postea per totam epistolam multis & ijs robustissimis argumentis pacem illis commendat seque fitem. Tu, ait, Iudæus acquiescis in lege, & te ducem cæcorum alijs obtrudis: cum tamen eadem committas, quæ in alijs damnas. Age ergo modestius te gere, memor & te gratia Dei egere: nec legis beneficio, sed sola Dei gratia ad gloriam euangelij peruenisse. Tu præputiate, de tua ne tibi placeas intelligentia, videns te necdum satis scire hoc quod scis: nec item scire vt scias. Qui te oleastri ramum agnoscis oleæ insitum, ne efferaris animo. Superbis Deus semper resistit. Vide ergo ne ferocias, alioqui excideris rursus, & illi Iudæi q pro iecti sunt, naturalis ramus oleæ, denuo suæ arbori immittentur. Attendite Christi gratiam, qua nos citra nostrum meritum suscepit omnes: Nonne ergo, vt & nos inuicem suscipiamus, atque alij aliorum onera iuuemus? Cohonestati & tanta gloria exornati, dignemur & fratres, etiam indignos, cultu atque amore. Si nisi dignos Christus selegisset, heu mihi, quàm male cum omnibus nobis ageretur? Huc facit caput decimumquartum eiusdem epistolæ, in quo Suscipere hoc, de quo iam diximus, declaratur. Eum, ait, qui infirmatur fide, assumite. In principio item huius quintidecimi capitis idem agit, dicēs: Debemus nos qui potentes sumus, infirmitates impotentium portare, ac nō placere nobismetipsis. Nam vnusquisq; nostrū proximo placeat in bonum ad ædificationē. Sed nonne etiā hoc nobis dictū esse putemus? Maxime. Omnia quæcunq; scripta sunt, propter nos scripta sunt, dixit. Docti ergo rudes, firmi fragiles, sapiētes moriones ferant, deniq; & religiosi & sancti peccaminosos non dānent: considerantes seipsos, ne & ipsi tententur. Præstemus hoc quod D. Augustin⁹ in lib. super Psal. suo ceruos facere recenset. Ceruinus grex cum aliquando ad flumen veniant latum, atq; in ripam vlteriorem sensu ferantur, ceruorum is qui cæteris se robore fidit præstare, primo se flumini cōmittit: ceruus alius quispiam huius tergo suum caput imponit, eiusq; tergo alius suum, & hoc modo deinceps faciunt omnes: atq; sic primo tanq duce, tranant fluuiū omes. Inter transijciendū vero, si prior ille ceruus se lassum sentiat, ducatū excutit, atq; se in posteriorē ordinē recipit, caput suum posterioris tergo credens. Successores illius itidem faciunt, vbi sese quisq; natando senserit defatigari: atq; ita demū salui omnes enatant, & omia flumina tranant. Idem & nobis faciundum in hoc mari magno & spatioso, vbi reptilia sunt innumera: sic enim ad portū pertingemus salutis. Væ soli, væ superbo, fratri suppetias non ferenti, & fratris auxilium adspernanti. Charitas omnia suffert, & multitudinem tegit peccatorum. Noui euangelici fratres in ferēdis peccatoribus sunt inter se admodū indulgētes: & quanto hic peccāt, tāto peccāt etiā in aliorum q catholici sunt, delictis castigādis: neutrobiq; modū norunt seruare. Fratris delicta per infirmitatem, & non animo præsenti, patrata vt feras, vides Galat. 5. Vt peccatores castiges, vide in epistola vtraq; ad Corinthios: item Ephesiorum quinto. & 1. Timoth. 5. Item Matth. 8. Summa: Euangelium peccatores vocat, sed ad ecclesiam, nō ad orchestra: ad pœnitentiam, non ad delicias & vanitates. Mat. 9. Luc. 5. 13. 15. 16. 17. Roma. 2. Actorum 2. 2. Per. 3. Apoc. 2. 3. 9. Exemplum Matthæus, Zachæus, Petrus, Paulus, Magdalena, Afra.

nobis imitanda.

Ecclesia q vocet peccatores.

Dico enim Iesum Christū ministrum fuisse circuncisionis, propter veritatē Dei ad confirmandas promissiones patrum: gentes autem super misericordia honorare Deum.

Quartus articulus: modus, via atq; ratio, qua cum Iudæi tum ethnici ad fidem peruenerunt Christi Iesu. Occasio huius relationis, est pax, quam cupit reconciliatam inter fratres ex ethnicis & Iudæis. Diceret ex præputio aliquis: Nos circūcisioni sumus prælati, nos illuminati, nos electi, nos spiritualis Israel: carnalis Israel, crassus atq; adeo reiectus est &c. Hanc conuiciandi rimulam obstruit Apostolus, dicens Christum fuisse diaconū siue ministrum circūcisionis, missum nimirū ad oues perditas domus Israel, Mat. 15. Nōne hoc præclara prærogatiua? Christus neq; Romæ, neq; Antiochiæ, neq; alibi gētium visus docere atq; infirmos curare. Hierosolymis & in Syria visus, quia patribus populi Israelitici erat pro-

promiſſus, verbum illis creditum fuit, Romanorũ tertio. Vnde ſi gloriandum ſit, in hoc argumento gloriationis Iſrael ethnicos longe vinceret, quippe ꝙ eoꝝ ſit, filiorum ius, gloria, teſtamentum ſiue fœdus, lex, cultus, promiſſiones, prophetę, & Chriſtus ipſe ſecundum carnem Roma. 9. Dein circũciſus diceret aliquis: Quid ethnicis & Deo Abraham, Iſaac & Iacob? Apoſtolus antipophora hanc ad obiectionẽ reſpondet, loca certiſſima adducens ſcripturę. Primo vero ad illuſtrẽ ſenſum pparandum, vocat Chriſtum miniſtrum circunciſorum, quatenus & ipſe eſt iuxta legẽ circũciſus, & quatenus *ſolum Iſraelem euangelizauerit, &c. Rogas quare hoc fecerit? Reſpondeo, Propter veritatem Dei. Qui hoc intelligas, ſequẽtia illucidabunt. Ad promiſſionem factam patribus confirmandam, factus miniſter (vt ita dicam) circunciſorum Chriſtus. Cui aliquid promittitur, ius habet rei ſibi promiſſæ. Merito item præſtatur hoc quod promittitur. Nullum tale ius ethnicis cum Meſſia. Cæterum nihil hic Iudæis aufertur, gratia Dei, quæ immenſa eſt, Iudæis non ſubtrahitur, neq; item comminuitur. Nihil ergo habent quod aut Deum accuſent, aut ethnicis inuideant. Nec item ethnici habent quo Iudæis inſultent, de tanta erga ſe Dei gratia ſuperbiendo. Immo contrà maximam humiliandi cauſam habent. Iudæis debitor quidem fuit, ſed nullo eorum merito: debitor, inquam, fuit, ſed ex promiſſiõe ſaltẽ gratuita, & ex pacto miſeratiõis. Ethnicis e regiõe nihil debuit: tamen ſecundum eandem ſuam clementiam, miſertus quoq; eſt eorum: quid iam ſpectes vtriuſque, niſi miſerationum Dei profunditatem? Diximus ratione pacti atque teſtamenti, Deum Iudæis ſeſe obſtrinxiſſe, ethnicis non itẽ. Porro ne quam Iudæis anſam relinqueret contemnendi ethnicos, atque illis gratiam euangelij denegandi, & ne ethnici de gratia ea poſſint vnquã deſperare, paſſim per prophetas ſuam quoq; erga gentes miſericordiam, qua in noui teſtamenti gratiam referri eos velit, delineauit. Murmur Iudæorum aduerſus ethnicos, ſatis manifeſtũ fit Matth. 20. Actorũ vndecimo. Contra gannitum eum audiantur, quæ Apoſtolus huc adfert, oracula prophetarum.

Iudæorũ gloria.

Sicut ſcriptum eſt: Propterea cõfitebor tibi in gentibus domine, & nomini tuo cantabo.

Vocatio gentium oraculis

Propheticum hoc ex Pſalmo decimoſeptimo ſumptũ eſt. Vult Goym, hoc ẽ, ethnicos etiam aliquando in chorum laudantium Deum recipiendos. Immo etiam ſpiritum ſanctum, qui in prophetis olim loquebatur, etiã in ethnicis glorioſum fore, nempe ingemiſcere eos faciendo, atq; eos abba pater clamare docendo: quod nemo hoim tunc Iudæis facile perſuaſiſſet. Locũ hunc etiam vides 2 Regũ 22. Vocatos ethnicos, quanquam ſine pacto & teſtamento, vides Malachiæ 1. Sed prophetam audiamus: Ab ortu ſolis vſq; ad occaſum, magnũ eſt nomen meum in gentibus: in omni loco ſacrificatur & offertur nomini meo oblatio munda, quia magnũ nomen meum in gentibus, dicit dominus exercituum. Mirum eſt, Iudæos hũc locum non intelligere. Vide quid nõ poſſint falſæ peruſch, id eſt, gloſſæ & commenta. Hæretici quoque in eccleſia ad commenta fingenda, & ad obliterandum ſenſum communem, videntur eſſe nati.

Et iterum dicit: Lætamini gentes cum plebe eius.

Oraculũ hoc Deuteronomij trigeſimoſecundo habetur. Origenes atque Ambroſius mihi hic teſtes exiſtunt. Sunt enim qui hunc locum Eſaiæ adſcribunt. Prophetizat Moſes Goym iuxtà atque Iudæos, in domino Deo exultaturos. Scrupus vero in verbis Moſis eſt, eum paucis diſſoluã. Primo Moſen audiamus: Harninu Goym Ammo, hoc eſt, Ethnici laudate populum eius. Quod ſi præpoſitionem Im, id eſt, cum, Ammo præpoſueris, ſententiam Pauli plane videbis te effeciſſe iuxta verſionem Græcam. Ranan ſiquidem tam ſignificat lætari pſallendo, atque laudare. Græci in Moſe ſaltem habent, Euphranthete, id eſt, Iocundamini. Senſum interpretes ſecuti, non verba. Senſus eſt: Ethnici, plaudite cum populo eius, hoc eſt, vnum vtriuſque populi erit gaudium, vnus chorus gaudentium & Deo benedicentium conficietur ex gentibus & Iudæis. Apoſtolus Septuaginta eſt imitatus. Quod ſi contentioſulus quiſpiam Hebraicam veritatem nobis ſuperſtitioſe obiecerit, illi reſpondebimus, etiam ſecundum Hebraica verba, Apoſtolum Moſen rite adduxiſſe. Ethnicos ſiquidem cum præ- populum Dei magnificaturos dicat Moſes, quid aliud vult, quàm vnanimes vtraſque futuras gentes? Significat, aliam, nouam puta, mentem Ethnicos accepturos, aliter erga Iudæos fore affectos. Diſpar religio, diſpar affectus. Non ergo ethnici cum Iudæis conuenire vlla ratione poterant, niſi Deum quoque Iſrael colant. Nunc cũ ſimul colũt, certe Iudęos magnificãt, veros Iudæos, nõ adulterinũ ſemẽ, non ge-

genimen viperinum, non filios diaboli, homicidas, parricidasq; illos sacrilegos. Sunt autem veri Iudæi, patriarchæ sancti, Ioseph, Samuel, Dauid, Esther, Anna, &c. Item Christus ipse, & Maria Dei genitrix, semper virgo gloriosa, Ioannes Baptistes, Duodecim apostoli, septuagintaduo discipuli, Magdalena, Martha, Simeon & Anna prophetissa, Zacharias & Elisabeth, cũ corona ea tota Christũ Iesum filiũ Dei profitentium, atque adeo vere Iudæorum, hoc est, confessorum. Sic vides Apostolum apte & proprie Mosen citasse.

Et iterum: Laudate omnes gentes dominũ, & magnificate eum omnes populi.

Dauidicum hoc est, ex psalmo nimirum 116. depromptũ. Ex oraculo fit palàm, Dei prædestinationem gentes iuxtà atq; Iudæos, ad cantum illum angelicũ, Alleluia, concinendum vocasse. Porro Deum laudare, atque adeo alleluia cœleste hoc personare, ethnici non possunt, citra spiritũ sanctum, atq; citra fidem synceram veri Dei. Qui in Deum non vere credit, Deum vere laudare nequit. Vnde cum Dauid vaticinetur, oẽs gẽtes fore laudaturas Deũ: sequitur etiã, in Dũ fore credituras. Versiculi hi ꝓphetici nobis, qui ex ethnicis vocati sum⁹, semp in promptu haberi debent, tanquam scutum præsens, ad repellẽda cum Iudæorum tum ethnicorum tentationum iacula omnia. Oracula, inquam, illa in *cordibus nostris, tanquam in preciosissimum scrinium committere operæpreciũ est, loco thesauri maximi, vnde tot spirituales delicias subinde peteremus. Versiculus ille, de quo hic loquimur, in tenebris desperationis omĩ carbunculo lucet illustrior, mentis oculos ab æterna ꝑseruans nocte. Atq; hæc hactenus.

Et rursum Esaias ait: Erit radix Iesse, & qui exurget regere gentes, in eum gentes sperabunt.

Apostolus ipse hoc loco, vnde oraculum acceperit, explicat. Esaiæ atque Dauidis testimonio noui testamenti scriptores libenter vtuntur, ꝙ hi duo præcipui sint prophetarum omnium. Neminem moueat, ꝙ Apostolus etiam hoc loco nõ citat prophetam iuxta Hebraicam veritatem, sed secundum Septuaginta interpretum versionem. Libenter interpretes eos sequitur Apostolus, forte vt ecclesia ex gentibus citationes eas præsentius agnoscat, quorum exemplar ante legerit, & quo tot annis ante sit vsus. Doctor gentium, gentium ingenio sese nouit adaptare atq; inseruire. Vnde etiam magis Græce quàm Hebraice scripsit. Matthæus quoq; & alij euangelistæ item talibus fere sunt vsi citationibus. Iuxta Hebraicam veritatem sic habet oraculũ: Erit in diebus illis radix Iesse, siue Isai, quæ stat in signum gentibus, de ea gentes interrogabunt. Iesse, quem Iudæi etiam Isai vocant, ciuis Bethleemitanus, pater fuit Dauidis, 1. Regũ 16. Dauidi promissus Christus rex regum & dominantium dñs. Dicitur ergo & Christus filius Dauid, Matth. 22. Luc. 1. Rom. 1. Cæterum Booz siue Obeth radix illa dici poterat. In regno Dauidis, erat etiã Christi regni typus, Dauid quoq; primus rex eius tribus. vnde magis de radice Iessæa, id est, Dauidica dicitur, quàm de Boozitica siue de Obethana. Sacrosancta radix illa, germen siue Nether, id est, ramũ protulit viuidum atq; vitalem Iesum Christum, per prophetam Nether dictum. Propter Nether, id est, ramũ illum diuinum, commendatior nobis facta est radix illa Iesse. In tẽpore accepto germinauit radix illa nobilis. Arbor siue virga illa insignis, nunc stat in signum gentibus, & gentes de ipso diligenter rogitant. Non Magi solum (quanquam & factum istoc, per hãc prophetiam adstrui poterit) de Nether istoc interrogãt, sed & gentes vsque in finem huius seculi perscrutantur tota Biblia, de Christo sacrosancta mysteria enucleando. Nulla radicis gloria, nisi ea quam habet ex suo germine Christo. Filius virginis signum est, de quo apud eundem prophetam dicitur: Pete tibi signum, &c. Et apud Hieremiam: Ecce nouum faciet dominus in terra, mulier circundabit virum. Præcipuum vero signum est Christus, nempe hoc quod Esaias quoque tangit, dicens: Cuius principatus super humerum eius. De hoc signo exaltato dicit ipse Seruator Ioannis duodecimo: Ego vbi exaltatus fuero, omnia traham ad meipsum. Iterum Ioannis tertio: Quemadmodum Moses exaltauit serpentem in eremo, sic oportet etiam exaltari filium hominis, vt omnis qui viderit ipsum, non occidat, sed habeat vitam æternam. Typum huius signi vides Numeri vigesimoprimo. Quæ vnquam arbor adeo fuit iucunda? Videre videor huc respicere scripturam, vbi vitis inducitur, dicens se homines exhilarare atque ipsum Deum. Nulla vnquam vitis xystum tam iucundum, atque tam salubrem præbuit vmbram. Huius odor vere serpentes fugat omnigenas. Hoc signum vere terror est canibus infernalibus omnibus. Hic gaudium & exultatio, hic victoria, ouatio & triũphus, hic salus & redẽptio. Adeo proprie etiã de nobis, q gẽtes fueram⁹, vaticinatus est Esaias. Apłi citatio secundũ 70. inter-

Christus quare dicatur natus de radice Iesse, & nõ Obeth siue Booz.

Chr̃s Nether quẽ gentes requirent.

Gentium vocatio à prophetis expressa.

terpretes, sic se habet: Germen Christus e radice Iessæ exortus est princeps gentium: id quod est ipsum propheticũ Omed Nes, hoc est, stans siue exaltatum signum. Signo huic princeps siue dux, quẽ Græci archon vocant, adsit congruit. Adest autem, & victrix vere signũ hoc semper existit. Neget hoc, qui inefficax hoc vnquam reperit. Citatio Apostoli eundem sensum habet, licet verbis aliis legatur secundum septuaginta. In ipsum, ait, gentes sperabunt. Hebraica vero lectio habet, De ipso percontabũtur. Nisi enim in ipsum omnis spes illis sit conĳcienda, haud quaquã ipsum tantopere inuestigaturas, ꝓpheta eas p̃diceret. Dei ignorantes fuerũt, spe orbę gentes omnes: promittitur itaq; illis spes illa, qua caruerunt in Christo, non in Iesse, hoc est, non in lege, non in radice, sed in virga &c. Facit huc q̃d citatio Apostoli in masculino genere prolata, in Christon respicit, Anistamenos resurgens, cum iam antea riza, id est, radix, dixerit in genere fœminino: vtiq; spem gẽtium non radicem, sed Nether illud, hoc est, virgam exurgentem, constituẽs. Obserua Apostolum non ab re hic tot scripturæ coaceruare loca.

Deus autem spei repleat vos omĩ gaudio & pace in credendo, vt abundetis in spe & virtute spiritus sancti.

Quintus hic est articulus, non absimilis priori. Precatur Romanis, hoc est, Romanæ ecclesię repletionem gaudĳ & pacis per fidem, spem & per virtutem spiritus sancti. Optionem attende omnium maximam, nempe ipsissimam beatitudinem. Plenitudo siquidẽ gaudĳ & pacis quid aliud, quàm beatitudo, esse possit? Est quidem illa in hac vita imperfecta: verum si eius gustum hic non habuerimus, perimus. Obserua ꝙ suprà quoq; dixit, Deus patiẽtiæ & solatĳ: ea ipsa ratione, qua suprà hoc dictum est, hic item dicit, Deus spei. q. d. Spes nostra quãtulacunq; est, Dei donum est. Sequitur ergo, ꝙ & gustus ille beati gaudĳ & pacis, ex Deo est, & non ex nobis, vel ex mũdo. Nec hoc prætereundum, ꝙ dicit, in credendo, vt abũdetis in spe & virtute spiritus sancti. Fidem & spem gaudĳ & pacis, hoc est, charitatis catholicæ ponit fundamentum. Poteris virtutẽ spiritus sancti tam ipsam charitatẽ, ipsum gaudium, ipsamq; pacem accipere, quàm donum spiritus ipsius sancti, sine quo neq; credimus, neq; speramus. Gratis nobis oĩa ex immensa contingunt misericordia Dei. Vnde spiritui adscribuntur sancto. Deo illi spei vni in Triade, sit laus & gloria per æterna secula, Amen.

DOMINICA ADVENTVS TERTIA,

Epistola I. Corinth. IIII.



SIc nos existimet homo, vt ministros Christi, & dispensatores mysteriorum Dei. Hic iam queritur inter dispensatores, vt fidelis quis inueniatur. Mihi autem pro minimo est, vt à vobis iudicer, aut ab humano die. Sed neq; meipsum iudico. Nihil enim mihi conscius sum, sed non in hoc iustificatus sum. Qui autem iudicat me, dominus est. Itaq; nolite ante tempus iudicare, quoadusque veniat dominus, qui & illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium, & tunc laus erit vnicuiq; à Deo.

PRAEFATIO.



COrinthios vocat, ciues Corinthi, nobilis emporĳ Græciæ, q̃d hodie Turcica tyrãnis occupat. In ciuitate istac opulenta pauperem & crucifixum regẽ euangelizauit Apostolus. Maximo negocio, paruulam Christo ibi ædificauit ecclesiam, ægre em̃ qui diuites & potẽtes sunt in hoc seculo, iugo sese crucis submittũt. Paruulam eam ecclesiam satanas statim nitebatur demoliri. Non poterat illis vanitatem rursus idololatrię persuadere, per hæreses ergo pacem labefactabat mutuam. Suadente diabolo, fratres ex Iudæis, Petro magis acquiescendum, perperam dictitabant, in legis iudaicæ obseruatione. Alĳ Apollo se nomine efferebãt: erat em̃ is magnæ opinionis Christi pręco, fæcundus & grauis, vt vides Acto. 18. Alĳ ecõtra Paulũ & Petro & *Apollini pręferebãt, fidei suæ illum patrem & caput agnoscentes. Primus em̃ (q̃d dixi, & quod 2. Cor. 11. & Acto. vides 18.) illis Chr̃m p̃dicauit. Per schisma hocce pleriq; Apostolo clanculum detrahere atq; mordere, quod in fidei fraudem vt animaduertit vergere Apostolus,

dictu spūs sancti interim dum cætera errata corrigit, etiam suam opinionem asseret sed non nisi ad ædificationem & Dei gloriam. Atq; hic est huius lectiōis sensus: quem in duos articulos seu partes diuidere possumus. Primus est forma viuendi fidelium, maxime vero apostolicorum virorū. Secunda est, honestam & religiosam vitā, ad maiora merita viam esse plane certam, gratia suos auctus habente. Dicit enim: In hoc non sum iustificatus. q. d. Iustus opus habet vt iustificetur adhuc.

TEXTVS.

Sic nos existimet homo, vt ministros Christi & dispensatores mysteriorum Dei.

POSTILLA.

Sensus est: Videte quid cuiq; debeatis & deferatis: Cui honorem, honorem: cui timorem, timorem &c. Quantum ad dignitatum titulos attinet, nullus gloriosior esse poterit, q̄ hominem dici seruum Christi. Aulici gloriantur se his vel illis munijs præfectos: non ergo dedecori poterit esse homini, Dei si minister dicatur. Apostolorum successores hodie mundi dignitatum titulos sibi vendicant, quod ego non vituperarem adeo, si se nihilominus etiā Christi fidos gererent seruos. Nam & imperator & reges omnes huius seculi Christo, modo velint, seruire possunt. Aegre fateor, duobus seruitur dominis. In ecclesiæ exordio qui Christum profitebantur imperatores & reges, omnem gloriam & pompā mundi auersabantur: quāto magis q Christianam humilitatem, crucem nimirū Christi, habent docere, sese ab omni huius mūdi vanitate & pompa abstraherent? Quid autem? Episcopos huius mundi mancipia dicis esse: vnde statim eos cēses cōtemptui arcessendos, immo etiā tanq̄ antichriston odio, afficiendos, & explodendos. Hæc cogitans, valde erras: nisi putes errare eum q ait, Omnia quæcunq; dixerint sedentes in Mosi cathedra, facite: secundum vero opera eorum nolite facere. Dicunt siquidē, & non faciunt. Ecce tibi, non dicit, deturba, persequere &c. sed ausculta & obsequere. Manifesta etiam sunt verba Apostoli Hebræ. 13. vbi ait: Parete ijs q præsunt vobis, & concedite: siquidē illi vigilant pro animabus vestris, tanquā rationē reddituri, vt cum gaudio hoc faciant, & non gementes: nā id inutile est vobis. In capite iam citato Apostolus eos, qui ecclesiæ sunt p̄lati, ter vocat egumenos: non q copia illi verborum defuerit, sed vt istac dictione dignitatem episcopalem nobis faciat commendatiorem. Egumenus ducem siue antesignanum significat. Conuenit statui episcopali, cum episcoporum dignitas non solū existat sita in docēdo, sed & in regendo. Nam & Græcum ποιμαίνω tam regere significat, q̄ pascere. Itidem & παράδοσις non solum doctrinam, sed & instituta seu traditionem importat. Accedit itaq; ad magnificum hunc titulū Egumenos, quod ait, hypeicte, hoc est, subditi sitis. q. d. Prelati vobis sunt, vos illis subiecti: tam ergo vestrum est illis obsequi, q̄ illorum vos regere, atq; vobis præcipere, haud secus atq; in Creta Titus &c. Ad Titum sic ait: *Præcipe: nemo tuā despiciat iuuentutem, cap. 2. Non inepte ergo ecclesię magnates, epitacteras, hoc est, præsides appellauerimus, quemadmodum etiam eosdem Apostolus vocat Egumenos, hoc est, duces atq; imperatores. Episcopus non minus in veteri testamēto nomē est receptissimum: quod vides 2. Esdræ 11. *1. Mach. 1. Sanctus Ignatius nihil æque poscit ardenter, atq; obedientiam erga episcopos, diabolus nihil peius odit. Maiestatem episcopalem zabulus vt omnino in nihilū redigat atq; e medio tollat, per Ioannem Huss voluit eos ad mendicitatem redigere. Noui Hussitæ item episcopos precario volunt viuere, atq; adeo scabellum prophano magistratui fieri. Quibus morib⁹ episcopos moratos esse oporteat, canones pōtificum satis ostendunt: neq; hoc Apostolus, ad Titum siquidē & Timotheum scribens, preterit. Chrysostomus, fateor, episcopos vocat principes ecclesiasticos. Immo etiam Psalmista idem facit, vocans eos principes seculi. sed Chrysostomus vult eos religione cæteris præstare, quod etiam prophanis incumbit optimatibus. Et seruator ait: Qui maior est inter vos, sit omniū vestrum minister. Summa: Ministri sunt mysteriorum Dei. Sic eos homines existiment. Apostolus hic non diaconos eos vocat, sed hyperetas, q̄d vulgari glorię adhuc plurimum detrahit. Act. 5. Itidem Ioan. 7. Hyperetæ dicuntur apparitores. Sed postquam Apostolus se & collegas suos ita vocat, quid pius Christi seruus se sic vocare ægre ferat? Tanta est Apostoli submissio, vt se quoq; dulon non semel appellet. Dulon vero contemptissimæ conditionis esse, quis nesciat? Adde q idem Apostolus non veretur Christon quoq; ipsum vocare diaconon circuncisionis, Roma. 15. & lithurgon, Heb. 8. queadmodum etiā epaphroditus vocatur Phi. 2. & omnes fideles Esa. 61. Vulgus, prophani ordinis dignitates maximi oīm facit: vocare tñ reges & principes hui⁹ mūdi lithurgos audet Apostolus oēs: neq; hoc læsæ maiestati adscribi

Epi vocā tur hype retæ. i apparitores

Epi epitacteres vocant i. p̄sides.

bi poteſt,cũ lithurgon eſſe Dei,honorificum plane ſit.Satanæ vero eſſe lithurgon, dedecori homini non eſſe non poteſt.Ad apoſtolicam dignitatem reuertamur.Miniſtri ſunt Dei,nec id ſolũ,verũ etiam adminiſtratores myſteriorum Dei. Domus Dei eſt eccleſia,in domo ea ſunt Dei om̃ia myſteria,ſacramenta atq; arcana.Apoſtolus fere ſemper addit epitheton diuina. Myſteria ſiquidẽ eccleſiæ ſunt ſacroſancta ſacramenta,etiã ipſis angelis & ſtupeſcenda & adorãda.Talia credidit Chriſtus ſuis apoſtolis,dicens:Quotieſcunq; hæc feceritis,facite in mei cõmemorationẽ.Itẽ:Accipite ſpm̃ ſanctũ,& quorũ remiſeritis peccata &c.Apoſtolus quoq; huc reſpicit ſuprà cap.2.dicẽs:Loquimur ſapientiã,quæ recondita erat in myſterio.Hæc eccleſiæ ſacramenta quis vnquã nouit philoſophorum? quis mathematicus ea vnquã in cœli vidit horoſcopo? De myſterio iſtoc vide plura Roma.16.Ephe.6.2.Timo.1.quanq̃ hic,puta ad Timotheum,myſterij nomen non exprimat.Cæterũ myſterium quidnã ſit,Apoſtolus item ſatis dilucide explicat 1.Cor.15.Summa:Dei indulgentia & potentia in ſacramentis continetur eccleſiæ. Credidit talia om̃ia ſuis diſcipulis, ſacerdotali traduci.Epiſcopi manuũ epiſcopaliũ impoſitione hæc tanta myſteria cæteris q̃q; impertiuntur ſacerdotibus:eſt em̃ vna in eccleſia tradux,vnitatis eccleſiæ conſeruatio & neruus. Non hic Dei virtus abeſt, quæ præſentiſſime in ipſo epiſcoporũ officio operatur.Eam ipſam Dei virtutem in officio ſacerdotali operantẽ,Apoſtolus hic vocat œconomiam myſteriorũ Dei.Apoſtolis & eorũ ſucceſſoribus vides commiſſam domũ omnẽ Dei.Non hoc ſolũ ita docet Apoſtolus,adſtipulatur Apoſtolo etiã ipſe Chriſtus.Sic em̃ legis Luc.12.Quis eſt fidelis diſpenſator,quẽ dominus domui p̃fecit ſuæ,vt domeſticis dimenſum ſuo tẽpore diſpenſet? Nonne ſibi euangelicæ & apoſtolicæ conſentiũt metaphoræ? Petrus quoq; eadẽ vtitur,1.cap.4.dicens: Miniſtrate tanquã boni diſpenſatores. Quantũ ad vocabulum attinet, obſeruet ſacerdos, œconomum proprie ſignificare rerum domeſticarũ ſcientiam habentem. nam eadem compoſitione etiam aſtronomus dicitur,aſtrorum curſus & ſitus habens peritiam. Viderint electores, quos epiſcopos eligant:viderint epiſcopi,quos ſacerdotes ordinent:nam ſi imperitos œconomos deſignauerint,nihil poterunt facere peruerſius.Hæc præmittenda duxi,vt mentẽ apoſtolicam,& ſenſum loci præmiſſi epiſtolæ Pauli, minori quiſq; aſſequatur negocio. Sic,ait,nos exiſtimet homo,Q.d.Alij alios extollunt,alios alij contemnunt,alij aliorum glorientur nomine,ſed hoc ego ore rotundo atque ſimpliciter de apoſtolatu dixerim:Nos neque minorem,neque maiorem mereri opinionem,niſi vt miniſtri habeamur Dei.Neque dubitem Cepham, Iacobũ,Apollo,& alios apoſtolos præcipuos,& eos columnas eccleſiæ,hoc titulo fore contentos.Cæterũ maiores titulos nulli inuideo,modo id non fiat in ſchiſmaton & ſectarũ anſam:quemadmodũ veſter zelus iam in hæreſion fructus abijt.Huc confer hoc,quod ſuprà in ea ad Corinth.epiſtola habetur, cap.3. Quid Cephas? quid Iacobus? quid Apollo? & cætera vſque,iuxta gratiam quæ data eſt mihi.Hæc & alia hoc genus ſi probe intellexerimus,finẽ execrabilium ſtatim fecerimus rixarũ.Faxit Deus,tandem ſapere incipiamus,vel ictu & damno accepto.

ſacerdotes ſunt oim myſteriorum Dei œconomi

virtus dei p̃ſentiſſime in ſacerdotali operatur officio.

Sacerdos obſeruet qd œconomus,p̃prie ſignificet.

Hic iam quæritur inter diſpenſatores,vt fidelis quis inueniatur.

Parabolicum hoc pene eſt.Nihil enim ſanctius item in œconomia aulæ expetitur fidelitate. Ferunt imperatores & reges præfectos & ſatrapas adulteros,etiam hæreticos:infideles ſibi & perfidos haudquaquã tolerant,Inde fit,vt ſuis miniſtris magnates om̃es ſcribãt,Noſtro fido:Germanice, **Vnſerem lieben getreuwen**. Quid ergo miri,ſi & rex regũ fidos velit ſuos ſibi œconomos? Prouerb. decimoquinto. Multi homines vocantur miſericordes:virũ autem fidelem quis inueniet? Item cap.vigeſimoquinto: Sicut frigus niuis in die meſſis,ita legatus fidelis &c. Quiſputas eſt ſeruus fidelis,quem conſtituit dominus ſuper familiam ſuam,vt det illis menſuram tritici mature atq; tempore ſuo? Matth.25.Seruus fidelis eſt,qui poſt aurum non abijt, nec ſperauit in theſauris pecuniæ.Hic audiet, Qui fidelis fuiſti in minimo, ſuper maxima quæq; conſtituere.Item,Sed quis eſt hic? prodeat, & laudabimus eum.Prodeat,inquam,non iactabundus,ſed operoſus:re,& nõ verbis.Sic habent verba Apoſtoli,vt fidelis quis inueniatur:vtiq; effectu,& non ſolum affectu.Sunt forte affectu pleriq; fideles,verum ſic non probantur ſpiritui ſancto.Oeconomia non poteſt eſſe clandeſtina.Suam quiſq; priuatus facile ſecum continebit religionem,ſed œconomia publica eſt:vnde neminem ſua ſaluabit bona voluntas, niſi etiam acceſſerit opus,modo per facultatem hoc fieri poſſit.Hæc vbi defuerit,illa excuſabitur.Boni diſpenſatores extiterunt Martinus,Nicolaus,Paulinus, Chryſoſtomus, Cyrillus,&

eius

eius albi alij sanctitatis insignes, ecclesiæ catholicæ patres. Dicunt hæretici, tales non esse magnates ecclesiæ nostri seculi. Hoc in vulgo forte apparet, neque negari neque dissimulari potest. Sed ecce tibi hæretice: Medice, cura teipsum. Euge frater, trabem in oculo tuo considera atque exime: tum demum iuxta modum fidei, argue & corrige errantes. Quid canalicola triobularis alios reprehendis? Et quare prætextu castigationis aliorum, tute non modo tuam nequitiam tegis, sed & omes fere priscas hæreses pestilentium adeo hominum, in fraudem sanctissimorum quorumcunque excitas diuorum? Quid denique adulteraris scripturam canonicam? quid sensum obliteras communem? quid deniq; ipsum inuertis euangelion? Nonne vt fœda & omnium criminum plena bestia, pro tot millibus diuorum celebreris sola? O reformatores, digni qui in tenebris infernalibus micent. Vos episcopi qui catholici & orthodoxi esse contenditis, videte ne tantis malis occasio esse permaneatis: conuertimini cito, Deus non irridetur. Succurrat vobis hoc, quod de Mose dicitur Nume. secundo: Neeman Hu, bene se gerit in omnibus.

Mihi autem pro minimo est, vt à vobis iudicer, aut ab humano die. Sed neq; meipsum iudico.

Attende quid possit spiritus hæresion. Tantum Apostolum suum & patrem poterant Corinthij contemptui habere, præ pseudo suis apostolis, quoq; hic huius, ille illius apostoli nomine & opinione superbiuit. Sic meretrix olida, tot malæ scabiei stigmata & cicatrices corpore suo referēs, honestissimæ & decentissimæ matronæ maritum suum præripere potest. Quod tunc Paulo accidit, idem hodie omibus sanctis martyribus & confessoribus contingit. Vesanus aliquis apostata omibus & vniuersis præfertur. Solus sapit qui vulgo placentia prędicat, desipiunt cęteri vnà omes, tam hic militantes, quàm in cœlo triumphantes. Adeo vulgi nostratis culpa grauior est Corinthiorum crimine, præsertim ꝙ eorum exemplo cautius non sit factum. Non cessit cadauerinis & insanis sycophantis Apostolus, neque item tanti eorum sannas fecit: quo commonemur, vt & nos contrà audentius eamus, tunc maxime nobis placentes, vbi viderimus nos illis minime placere. Pro minimo mihi est, ait, à vobis lauder nec ne. Vestrum iudicium neque me euehit, neque supprimit. Est cuius omne est iudicium: nostrum est, ante tēpus non iudicare. Parum refert itaque, si ab humano die iudicer.

Humanus dies nihil aliud significat, q̄ nostræ opinionis & temeritatis iudicia. Cuius contrarium est, de quo subinde agit ecclesia, dies domini ille magnus. Opponitur apte dies domini, diei humano. Similis modus loquendi est apud euangelistā, vbi seruator ait: Si cognouisses & tu, & quidem in hac die tua, quę ad pacē tibi. In manu nostra est dies noster, liberi sumus arbitrij. Maleuoli itaque, quæ eorum est peruersitas, hoc suo die identidem nigra in candida, & candida in nigra vertunt. Præ foribus adstat iudex, qui iustum iudicabit iudicium. Nos quotquot apud hæreticos male adeo audimus, hac potissimum causa, ꝙ scripturarum sensum illis non tribuamus, ꝙ sensui communi potius adhærere, quàm nouis & exoticis eorum opinionibus agitari velimus: nos, inquā, qui propter hanc causam hæreticis sumus inuisi, hoc loco nos consolemur, dicendo cum Paulo: Nobis pro minimo est, si in humano die traducamur. Gloria siquidem nostra inter bonam famam versatur & infamiam. Sedulius hic optime omnium scribit: eum sacerdos consulat catholicus. Qui huc adducunt locum Hieremiæ cap. septimo, errant. Nam propheta saltem loquitur de die desolationis Palæstinæ, Chaldæis diuina iustitia permissa. Neq; optabat illum diem, quod illi Iudæi falso impegerunt, sed prædixit, iuxta hoc quod illi spiritus sanctus suggessit. Textus propheticus habet, Iom Anusch, & nō, Iom Adam, id est, dies hominis. Septuaginta qui malunt sequi, viderint, quo hoc faciant spiritu. Deniq; quod Apostolus ait: Sed neque meipsum iudico, propriæ laudis est excussio. Cautela sacrosancta, nihil em̄ propria laude turpius. De ꝑpria itaq; laude intellige, Neq; meipm iudico: vt sit sensus, Neq; Cephæ me, neq; Iacobo, neque Apollo ꝑfero. Si ipsum ego me glorifico, ait dominus, gloria mea nulla est. Obserua ꝙ iudicare, de quo hic agitur, aliud est ab eo de quo agit cap. vndecimo. Frater seipsum ne iudicet, puta quàm sit pius, quàm sapiens, q̄ spiritualis. Contrà iustus seipsum prior accuset, suam imperfectionem agnoscens. Alterum fit iuxta præsentem locum, alterum iuxta illum qui est cap. 11. vbi diacrino est, hoc est, dijudico, discerno. Dicis: si se bonū non iudicauit, ergo reprobauit. Respondeo, hoc non sequi. Neq; em̄ se accusat atque vituperat, sed non effert. Hic propriæ laudis regula obseruetur. Tametsi nosipsos non laudemus, non tamen qua-

Humanus dies.

Iustus q̄, mō seipm iudicat & non iudicat.

tenus Deus aliquid boni in nobis operatur, nos damnare debemus, sed quatenus aliquid boni, quod gratia Dei plus præstare potuim⁹, neglեximus, aut minori studio executi sumus. Quod nisi iuxta hanc regulam modeste nostram iustitiam asseruerimus, fiet, vt omne bonum opus cum hæreticis nouis illis euangelistis, sua defraudemus gloria, nempe iustificationis ratione. Iustus prior est accusator sui, sed non operis boni per Deum facti. Vide qua vehemẽtia Iob suam iustitiam, tanquam opus Dei gratia factum, defendat. Huc facit hoc Roma.14. Beatus qui non iudicat seipsum in eo quod probat. Facit ad præmissi illucidationem quod sequitur:

Nihil enim mihi conscius sum: sed nõ in hoc iustificatus sum. Qui autem iudicat me, dominus est.

Alia antipophora. Diceret aliquis æmulorum: Cum te ipsum nolis iudicare, neque item à nobis iudicari, videris in aliquo esse reus. Cui quæstioni tacitè occurit, dicẽs: Nullius mihi criminis sum conscius, in omni bona conscientia sum conuersatus, Act.23. Studeo sine offendiculo conscientiam habere bonam semper erga Deum & erga homines. Item 2. Corinth.1. Gloriatio nostra hæc est, testimonium conscientiæ nostræ, ꝙ cũ simplicitate & synceritate Dei, non sapientia carnali, sed per gratiam Dei conuersati fuerimus in mundo: abundantius aũt erga vos. Hæc oĩa vere dixit Apostolus, atqui nõ ergo sese præ cæteris noluit efferre, seq́ꝫ præ aliis iustiorem æstimare, more pharisæorũ seipsos probantium atqꝫ prædicantium, alios vero spernentiũ. Atqꝫ hoc est quod hic dicit, Nihil mihi conscius sum: sed neqꝫ in hoc iustificatus sum. Q. d. Studui quidem, pro virili probatum me & fidum Dei dispensatorem exhibere, atqꝫ apostolicæ functioni respondere, non tamen ausim ipsum me iustificare, tanquam omnia præstiterim, & nihil omiserim, deniqꝫ tanquam omnia sedulo fecerim. Adde, ꝙ etiam aliquid me latens negligentiæ & humanæ ignorantiæ forte irrepsit: nolim ergo meipsum iustificare, ne cum ad verũ iudicem, spirituum ponderatorem, ventũ sit, ipse me iudicem iniquum repræhẽdat. Hæretici qui hic bonorũ operum iustificationem refutant, nihil agũt. Apostolus eñ hic neqꝫ de iustificatione fidei, neqꝫ de iustificatione operũ loquitur: sed dicit se non ergo iustificatum, quia se nullius culpæ conscium norit. Paulus requisitus à latrunculatore Solymis, ipse ne ille Hebræus existat, qui paucis ante diebus quatuor millia

Hæretici cõtra iustific t o- nẽ bonorũ operũ friuole disputant

seditiosorũ hominũ secũ in desertum seduxerit, Acto.21. huius criminis conscium se nõ nouit. Iterũ Meleti eum latrocinii insimulabant, & huius culpæ purus erat. Deniqꝫ integer vitæ erat: sed nunquid ea gratia sese ipm iustificaret? Quare Dei ipse iudicium sibi vsurparet? Imperfecti hic sumus, semper hic ad maiora tendere habemus. Sanctus sanctificetur adhuc, iustus iustificetur adhuc. Nemo ergo ante illũ diẽ, sese assecutum esse scopum putet: sed quisqꝫ currat, vt appręhendat gratiam pro gratia, ex claritate in claritatẽ, ex fide in fidẽ.

Itaqꝫ nolite ante tempus iudicare, quoadusqꝫ veniat dominus, qui & illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit cõsilia cordiũ.

Admonitionem hanc adeo salutarem, benignitas spũs sancti Corinthiis contra hoc quod meriti fuerant, dedit. Fœde peccauerunt, tantũ Apostolũ vilipendendo, atqꝫ eum blateronibus quibusdam ceteris posthabendo. Sic etiam hodie vulgus optime de ecclesia catholica meritis, sanctissimis quibuscunqꝫ patribus, exitiosos monachos & philosophastros præfert. Dignum quod in suo errore relinquatur, immo in maiores tradatur. Sed benignus Deus sese negare non potest, vnde comes excitat doctrinæ orthodoxæ assertores. Faxit Deus, sua istæc clementia suum quoqꝫ effectũ sortiatur. Ad Apostolũ redeamus. Nolite, ait, ante tempus iudicare. Humanus vester dies, obscurus plane est. Dies vero dñi instãs, clarus adeo erit, vt etiam abscondita cordium non possint in eo celari. Hic iudicio est designatus: humanus ille vester, officio atqꝫ operę est datus. Salomon dicit, Oĩa tẽpus habent. Itẽ, Omni negocio suum est tẽpus. Partibus suis nunc quisqꝫ studeat satisfacere, pro se quisqꝫ Chri ministrũ sedulo pstet, qm iam dies operę faciundæ. Propediẽ aderit & discernendoꝝ omniũ operũ, etiã verboꝝ, immo & cogitationũ tempus. Quid ergo attinet ante diem illũ arbitrari? Obserua Apostolũ hic interpretari, qd hoc sit, qd suprà dixit de humano die. Parui æstimauit ab humano iudicari die, qm tempus iudicandi nondũ erat. Iterum obserua diligenter verba Apostoli: qui, ait, illuminabit abscondita tenebraꝝ. O præclarũ diem, cui nihil permanet occultatũ, qui nullas habet occultandi latebras. Sunt aũt tenebræ & latebræ, consilia varia nequitiarum cordis humani: hypocrisis puta varia, itidem & herésis bis hypocritica & subdola. Lupi vellere agnello tecti, nunc censuræ imponunt humanæ: tunc vero iudicio

rio diuino nō solū erunt conspicui,sed & toti mundo erūt manifesti, quo fastu, qua æmulatione & prauitate nouis opinionib⁹ pacē ecclesię conturbauerint. Huius clarissimi diei q semper meminerit,à peccato sibi sedulo cauebit. Dein etiā districti iudicis nos memores esse,operæpreciū est. Præcipue hoc recolendū,ꝙ ante eius oculos oīa agim⁹. Psal.43. Ipse nouit occulta cordiū. Hiere.32. Ante te nihil occultū. Itē,Oculi eius sunt aperti super oēs vias filiorū hominū,vt reddas vnicuiqꝫ secundū facta ipsius. Vnde & dn̄s Deus ab apostolis appellatur cardiognosta. Succurrat nobis verbi Christi, dicētis: Nihil occultū quod nō manifestetur. Quid vero tunc nos maneat,verba Apostoli sequentia satis superqꝫ declarāt.

Et tūc laus erit vnicuiqꝫ à Deo.

Non q seipsum laudat, probandus:sed quē iudex,q iuste iudicat, cōmendat,pdicandus. Sunt in humano die,q reipublicæ Christianæ optime velint cōsultum,abusus funditus extirpatos,oīa ad viuum vsqꝫ resecta,atqꝫ adeo cōtrouersiam oēm sopitam: sed risui oībus habent. Quid ergo? Nunqd dissimulanda ergo veritas? Haudquāq̄. Risus,scommata & oīa discrimina æqori animo sunt sustinenda. Hic hypocritæ syncerū catholicū naso suspendant,illic hæretici eundē e sublimiarrideant:pius ille vtrinqꝫ explodatur. dies dn̄i præ foribus est,in quo pro veritate sententiā feret iudex,cui nemo aut imponere,aut resistere poterit. Interim catholicus verborū meminerit Salomonis Prouer.27. Laudet te alienus,nō os tuū. Idē fere dicit Apostolus 2.Cor.10. Non q se commendat,ille probatus est,sed quē dn̄s cōmendat. Beatus q se ad illū diē rite cōponit,laudis humanæ omnis fugitans,solius gloriæ Dei studēs. Deus,cuius omnis gloria est,sit benedictus in secula. Amen.

DOMINICA QVARTA ADVENTVS, Philippen̄. IIII.


Audete in domino semper. Iterum dico, gaudete. Modestia vestra nota sit omnibus hominibus. Dominus em̄ prope est. Nihil soliciti sitis,sed in omni oratione & obsecratione,cum gratiarū actione,petitiones vestræ innotescant apud Deū. Et pax Dei quæ exuperat omnem sensum,custodiat corda vestra & intelligētias vestras,In Christo Iesu domino nostro.

PRAEFATIO.

Epistolā ad Philippēses eā,vnde pn̄sens lectio deprompta est,Apl̄us in carcere scripsit. Verbū dn̄i non est ligatum. Vbi sp̄us dn̄i,ibi libertas. Philippi dicti sunt à Philippo rege,quēadmodum & Alexandria ciuitas Aegypti ab Alexādro,Roma à Romulo,Tiberias à Tiberio,Ioan.6. Philippi aūt ciuitas est Græciæ,nempe eius partis,quæ dicitur Macedonia,cuius fit mentio Roman̄.15. Fundamentum sp̄ualis ædificationis Apostolus in ea vrbe posuit Christū Iesum,1.Cor.3. Verū cum fides nō est omnium,2.Theſſ.3. nō omnes obedierunt euangelio. Obdurati itaqꝫ hi,q Christum recipere noluerunt, Chr̄i Apostolo infensi admodū extiterūt, varijs ipsum cū suis collegis,iniurijs molestantes,etiā in carcerē cōijcientes,Acto.16. Hoc em̄ sic cōparatum est,vt ij q sese Chr̄o dedūt,huic mūdo sint graues,Matt.10. Ioan.16. 2.Cor.6.11. 2.Timo.3. Sed Deus nouit suos. Receperūt itaqꝫ verbū ij,q̄bus hoc dabat,Luc.8. Ioan.6. Act.13. Electi hi,Dei Apl̄m,q̄d par fuit,summo honore nusquā nō prosequebant,etiā absentē,item Romæ in carcere detentū:q̄d sic Apl̄us ipse de Philippēsibus gloriādo recēset Phil.4. Vides eos q euangelion denunciant,de euāgelio viuere posse, Roma.15. Galat.6. Atqꝫ hæc de Philippensibus,& de epistola ad ipsos data,in genere. Quantū ad hunc locū attinet,Apl̄us nos primo sp̄ualis admonet lætitiæ,hoc est,monet atqꝫ docet,quō nos erga Deū geramus:vt certa fiducia bonitatis eius,ipsum semper in oībus laudemus. Secundus articulus est, quō erga proximos nos habeam⁹ in modestia,quæ optima virtus est omniū. Dein monet ne simus soliciti,qui dominum semper præsto habeam⁹. Tandem ad orationis instantiam nos inuitat,atque eius orationis exemplum nobis seipsum præbet, Philippēsibus sese intercessorem offerens. Atque hæc est lectionis præsentis summa. ipsam nunc videamus.

TEXTVS.

Gaudete in domino semper.

POSTILLA.

Gaudij occasio vndiq; fidelibus prouenit.

Nihil hic liuoris,nihil auditur impatientiæ.In carcere sic potest benignus esse & comis,qui gustauit de bonitate spiritus Dei.Noui apostoli nostrates Lutheranæ sectæ,quid in carcere facerent,qui etiam liberi impatientes omnia conuicijs irrequietant?Gaudete,noster ait Apostolus,o Philippenses,cum in varias tentationes incideritis. Sic oportet nos probari.Qui non est tentatus,quid sciat?Videte ne de vinculis meis conturbemini,quæ mihi gloriæ sunt summæ.Maxima omniũ tentatio est pseudoapostolorũ præsumptio,qua noua dogmata audent vobis sua obtrudere.sed & hoc expedit.Oportet vt sint hæreses,vt ꝓbentur electi.Nemo coronabit̃,nisi legitime certauerit.Breuiter,per multas tribulationes oportet nos intrare in regnũ cœlorum.Subeat vobis exemplum beatorũ apostolorum & protomartyris Stephani atq; aliorũ martyrum,Act.5.8.12.&c.Subeat & vobis exemplũ passionis meæ,in qua mihi summa est voluptas.Itẽ ꝙ & cõfines vestri Thessalonicenses subinde in cruce serio triumphant,1.Thess.1.Quod si vos molestet spũs malignus,spũs Dei fortior in vobis facite appareat.Si mũdus vos odit,qn amore Dei vos solamini?Vestra cõuersatio sit in cœlo,vbi cõciues estis: & mũdus vobis nõ incõmodabit.Conciues angelorũ quid (rogo) possit perturbare? Vndiq; gaudij ansa vobis offertur.Principio integros magnũ manet in cœlo gaudiũ,si propter veritatẽ persecutionẽ patiantur,Matth.5.Deinetiã gaudete q Chro nomen dedistis,ꝙ vestra noĩa scripta sunt in cœlo,etiã si extra periculũ estis,Luc.10.Deniq; si e peccatorũ barathro aliqui vestrũ sunt reuocati,& ij gaudeant,lætentur & exultent,qm̃ & gaudio ipsi sunt angelis cœli,Luc.15.Spiritus Dei,spũs est consolationis, paracletus,quẽ si accepistis,spũale vobis gaudiũ nõ deerit, sed etiam in fletu cõsolabimini.De hoc ecclesiæ gaudio dicit Esa.61.Gaudẽs gaudebo in dño.Idem fere dicitur Haba.3.psal.31.Ecclesiastici nisi hoc certum sibi haberent & ratum gaudiũ,miserabiliores essent omnibus huius mundi indigenis.

Iterum dico,gaudete.

Habet repetitio certum mysterium,quale & habet geminatio vocabuli pacis,apud euangelistas & prophetas.Sed citra mysterium de excellentia spũalis gaudij hunc locum accipiamus:neq; eñ sic præsens lectio erit elumbis, ficulnea & gregaria.Præcipue hic obseruandum quod suprà dixit, Gaudete in dño.Vbi,quæso,vera sunt gaudia?Dicis in mundi diuitijs & gloria:Dicis,in corporis salubritate,venustate & robore?In potentia?in stemmaton antiquitate?At ethnicorũ errati cõuinceris ratiocinationib⁹.Bene dicit noster Aplus,in dño. Dicit ille:Anima mea,habes parta tibi in multos annos suffectura:sed statim audit, Stulte, cui hæc congregasti?Tale nihil de gaudio quod in dño est,dici potest.Facies gaudij spũalis,apparet huic mundo tristis & inamœna.neq; eñ magno apparatu & pompa intonat Esa.42.Matt.12. Christus persona ipsissima crucis,spũ exultabat Lucæ 10.Itẽ Maria virgo Luc.1.Dauid psal.9.Dauid,inquam,etiam gaudẽs visus huic mundo mœstus,psal.42. Saltasse legimus tãtum prophetam,sed ante Arcam, vtiq; domino,2.Reg.6. Mundo gaudente, luget ecclesia,Ioan.16.Nos,ait Apostolus,tristes,sed ecce gaudemus,2.Corinth.6.In ecclesia,quæ domus nostra est,nostrum gaudium habet locum, solennitates nos recreant ecclesiæ,in theatro,in aula,in arena, in spectaculis nihil nisi mors ipsa nos deprimit.Melius enim est fideli ire in domũ luctus,q̃ in domum conuiuij.O mirũ gaudiũ,in carcere gaudere cæco atq; pestilẽti.

Modestia vestra nota sit omnibus hominibus.

Fidelis vt se in rebus spiritualibus erga Deum gerat, in superioribus dictum est: nunc vt cum proximo viuat,Apostolus docet.Modestiam,optimam virtutem ostendit esse.Ne quid nimis.Sũma iustitia,summa iniuria. Et alius ethnicus ait:

> Est modus in rebus,sunt certi denique fines,
> Quos vltra citraq; nequit consistere rectum.

Non hoc intellige,quasi homo sanctimoniæ & pietati nimium indulgere possit,sed plus æquo iustus esse poterit quis:nempe tunc,cum seuerus & strenuus est,rigorem iuris sequens.Cæterum etiam superstitio sanctimoniam vitiat.Abrahã immodestus aut crudelis non fuit,filium suum immolare animo ꝓsumens:quia verbi Dei sequebatur præscriptum.Iephta vero superstitiose fuit iustus,in reddẽdo voto temerario atq; incauto,Iudic.11. Saul quoq; vbi austerus esse debuit,leuem nimiũ sese exhibuit:regi nimirum Agag, cui soli contra verbum Dei pepercit, reliquo vulgi interempto. Barbariei quoq; detestabilis facinus meditabat̃ crudele,filium Ionathan capite plectere volens,ꝙ inscius etiam in tantilla re, præceptum suum sit præuaricatus,nẽpe in degu-

degustatione mellis syluestris, 1. Reg. 14. Sancte moderabatur ius Christus, Ioã. 8. adulteræ etiam contra legem parcẽs. Respexit circũstantias, semel lapsam æstimauit, iudices adulteros bis animaduertit. vnde cum misera mitius egit. Neq; tamẽ crimen approbauit. Dixit em̃: Noli amplius peccare. Venerat non perdere q̃d perierat, sed seruare, saluator, non latrunculator. Neq; tamen venerat vocare peccatores ad pertinaciam, sed ad pœnitentiam. Hoc quod in suis Episcopis cũ primis requirit, ipse egregie expressit. Oportet Episcopum esse Epion, hoc est, affabilẽ. Item anexicacon, hoc est, tolerantem malos, 2. Timoth. 2. Talem Christus se suo tempore præstitit. veniet aliud tempus, quando non anexicacos, sed alexicacos, hoc est, in malos animaduertens, omnibus videbit. Modestia Græcis dicit̃ Epiices, sacrosanctum vocabulum. Iurisc õsulti vocãt emẽdationem iuris scripti, qua rigor dissoluitur iuris. Epiices siue epiicia, potest etiam reddi æquum bonũq;, quando rebus prospicitur humanis, ne mali aliqua occasio constituatur. Contrarium eius est vitium acribodicæon, hoc ẽ, strictũ ius. Cõtra im manitatẽ & barbariẽ eã oẽs fere clamitãt prophetæ, maxime Esaias, Hieremias, atq; Ezechiel. Iniquas leges, traditiões eas vocãt. Chrs q̃q; Matth. 23. acerrime oĩm traditionarios tales insectat̃, dicẽs: Colligũt onera grauia difficiliaq; portatu, & imponũt in humeros hominũ, cæterũ ne digitu lo quidẽ ea mouẽt. O vtinã hodiernus ecclesiæ status, vel Mosen Epiicen habeat, traditionũ humanarũ moderatorẽ. Canones nõ reiicit atq; condẽnat, q eos pro tẽpore, loco atq; psona variat: nã & ipsi hoc volũt canones. Vnde etiã in ipsos canones crassissime peccat, qui vbi res id postulauerit, nõ remittit, mitigat, atq; corrigit, sed tanquã Dei verbũ vsq; ad minimũ iota atq; apiculũ cõtentiose asserit. Cerebricosi illi hoĩes etiã legi pugnãt naturæ, quod non solũ Cicero & alii cordatiores ethnici, sed & ipsi fatentur canones. Nihil hic dico de constitutionibus, q̃ malã præ se ferunt speciẽ, quæstus puta & huius mũdi gloriæ & pomparũ. Quis em̃ nesciat, huiusmodi cõmenta Antichristicæ intem periei esse accepta referenda? Moses propter duritiã cordis populi sui, libellũ repudii, à quo etiã naturalis abhorret æquitas, quippe quẽ Romani ægre receperũt, permisit. Volunt itaq; canones etiã constitutiones bonas, vbi tẽporis, loci & personarũ cõmoditas atq; vsus id petierit, mitigari, potissimũ vero hoc, vbi ĩ abusus abierint. Deniq; & minus malũ, quo maiori occasio præscindatur, admittunt. Hæc oĩa prudens dispensator & œconomus familiæ Dei, per se facile intellexerit. Ad Titũ etiã præscriptionem hanc modestiæ habem9, cap. 3. Cap. 1. vult Episcopũ quidem dicæon, hoc est, iustum: eundem tamen etiam cupit esse Epiicon, hoc est, mansuetũ. Hęc virtus vbi non est, ibi malum fit peius. ius em̃ sine moderatione, nihil est nisi tyrannis, omnigeni erroris fons & origo. Non hæc dixerim ad nequitiæ humanæ patrocinium, quia neq; Christus eius gratia venit. Maleuoli in misericordiam peccãtes, sine misericordia debẽt plecti. Talibus q̃d dicat Apostolus, videatur 1. Corinth. 5. 2. Corinth. 13. 2. Thess. 3.

Episcopũ dicæon & Epiicon esse oportet, id est, iustum & mãsuetũ.

Dominus enim prope est.

Hisce verbis fulcit & corroborat hoc, quod iam dictum est: Dominus prope est, intelligendum iuxta interpretationẽ vetustorũ Græcorũ theologorũ, nẽpe de quarto aduẽtu, hoc est, de aduentu dñi ad iudicium extremũ. Obserua, tẽpore Apostolorum dñs sic fuit prope, tẽpore diui Hieronymi, dein itẽ tẽpore Gregorii, itẽ S. Bernardi, dñs fuit propior: q̃s ergo nõ videat, nũc post tot secula, q̃ ab illis præterierũt, dñm esse proximũ? Gregorius & alii pleriq; ostendũt, portenta ea, quæ dñs sub tẽpus illud horrendum futura prædixit, esse olim visa. Quid ergo vetet nos credere, dominum proxime nobis esse? Dein & ꝓpe est, quia mille anni ante Deũ tanquam dies hesterna quæ ꝑteriit, 2. Petr. 3. Tertio prope est, quia incertum tempus eius est aduentus. Vigilate, ait, quia nescitis qua hora dñs veniet. Meminerimus, si sapim9, parabolæ Matth. 25. Luc. 12. dicamus nobis, iamiam veniet, immo adest. Lampades ergo oleo plenas in manibus ardentes habeamus, domino iamiam obuiam ituri. Meminerimus item gnomes Matt. 24. seruorum fidelium & infidelium, quorum aut merces erit vita æterna, aut quorũ pars erit cum hypocritis. Possumus etiã hunc locum, Dominus prope est, intelligere de potentia maiestatis, quæ nusquam nõ est. De qua accipiendum hoc quod dicitur Abrahæ: Esto vir perfectus corã me. Magna nobis incumbit honestatis necessitas, cũ agamus ante oculos Iudicis cũcta vidẽtis. Concionator itaq; præuaricatur, nisi subinde clamitet: Pœnitentiã agite. dñs em̃ prope est, Matth. 3. Pœnitentiã agite: nolite amplius peccare: membra vr̃a date arma iustitiæ: orate, ieiunate, date eleemosynam: audite verbum Dei, & custodite illud &c. quia dominus prope. Ad præscriptũ domini quodq;, haud inepte subdit:

Dñs prope est multis rationibus.

Dñs prope eſt. Si ſatanas ad crimina allicit, dicat ſibi quiſq;: Dñs prope eſt. Si ingruit tyrãnis, dicat martyr Chri: Dñs prope eſt. Prope aũt ad coronandũ confeſſores ſuos, & ad perdendũ eorũ perſecutores, 1. Pet. 5. 2. Theſſal. 1. Audiatur hic ſanctus Iacobus cap. 5. Ecce agricola expectat precioſum fructũ terræ, patienter expectans illum, do nec accipiat pluuiã tempeſtiuã & ſerotinã. Patientes igitur eſtote & vos, & cõfirmate corda vr̃a, qm̃ aduẽtus dñi appropinquat. Verbũ hoc, Dñs prope eſt, facit pſentiſſime aduerſus omne deſperatiõis tentamen tũ. prope fuit dñs Hiob & Tobiæ, cæteriſq; oĩbus pijs in omni tribulatiõe. S. Antonio adſtitit agonothetes. Quærat itaq; & inuocetur, qa prope eſt. Noli metuere, ſed cõfide, Eſa. 55. Crede pſalmographo dicenti: Prope eſt dñs oĩbus inuocantibus eũ, pſal. 144. Itẽ oĩbus q tribulato ſunt corde, pſal. 33. Saltẽ vide vt inuoces eũ in veritate.

Nihil ſoliciti ſitis.

Neceſſaria admonitio. Quid em̃ adeo profectũ remoratur religionis, atq; cura & ſolicitudo huius vitæ? Nõne etiam ij q iam animã agunt, ſolent vel cura moleſtari libe rorũ atq; hæredum? Vox omniũ fere, ſi filia eſſet deſponſata, ſi filio puellam quandam deſponſaſſem, ſi pignora eſſent adulta, ſine omni moleſtia fatũ ſubirem. Timẽdum, eam curã eſſe deſperationis certũ argumentũ. veriſimile eſt, in quã, ſolicitudinẽ eam eſſe certũ infidelitatis indiciũ. Hęc em̃ omnia ethnici, Dei ignorantes, curant. Im mo etiã pleriq; ethnicorũ, vt Fabricius, Valerius Publicola, & alij eius albi, hæc nõ curarunt, futuri in illa die dñi, noſtri iudices, qui nõ obedierimus prophetæ, dicenti: Iacta in dñm curã tuam, & ipſe te enutriet. Item, Nunquã vidi iuſtũ derelictũ &c. Momentũ eſt omnis huius vitæ curſus. Mundus hic nihili eſt, vanitas eſt, res caduca eſt: vita ea futura, æterna eſt. Qui nos in æterna illa conſeruare poteſt, quare illi nõ fidimus, etiam nos in hoc huius vitæ momento poſſe nutrire & ſeruare? O latentem infidelitatem, o certũ latentis perfidiæ indicium, curã & ſolicitudinẽ huius vitæ. Non ab re Apoſtolus noſter vigilanter atq; obnixe adeo curã à fidelibus omnẽ ſtudet adimere: ſcit reuera totius religionis noſtræ cardinem hac in re verſari. Nam & Chrs primam beatitudinũ, paupertatem ordinauit ſpũs. Adeo cura angit mẽtem humanam, vt ne quidẽ hominẽ vel ad Deũ ſuſpirare permittat. Nam vbi theſaurus hominis, ibi & cor eius eſt. Neq; ſuapte autoritate Apoſtolus ſolicitudinem prohibet. Dominus prope eſt, dominus ipſe tantum malum vetat Matt. 6. verbis claris, & Matth. 13. parabola non obſcura. Adſtipulatur Paulo Petrus 1. cap. 5. Breuiter, Apoſtolus vult nos ſine ſolicitudine eſſe. 1. Corin. 7. Dicis, Nunquid omnem curam Apoſtolus prohibet? Omnẽ huius vitæ ſolicitudinẽ Apl̃us funditus abolere nititur. Ait ergo, Nihil ſoliciti ſitis: intellige, de huius vitæ negocijs. vult em̃, quanto liberiores ſumus ab huius vitæ curis, vt tanto anxij magis ſimus de rebus ſpũalibus: quanquam etiam in talibus nos velit q̃ longiſſime abeſſe ab omni ſuperſtitione. Cum ſteteritis, ait, ante reges & præſides, nolite cogitare aut pręmeditari, quid aut qualiter reſpondeatis. dabitur enim vobis &c. Sed neq; hoc ſuffragatur ocioſis, diſcinctis & ſupinis. aliud eſt acedia, aliud ſuperſtitioſa cura. Apoſtolo incubuit om̃ium eccleſiarum ſolicitudo: nemo in eccleſia ſcandalo affectus, quin hoc ſcandalo Apoſtolus ſit vſtus & excruciatus, ſed longe ab omni fuit ſuperſtitione, deſperationis filia.

Solicitudinũ vacuos Apoſtol⁹ vult eẽ fideles.

paupertas prima beatitudinũ eccleſiæ.

Sed in omni oratione & obſecratione cum gratiarũ actione, petitiões veſtræ innoteſcant apud Deum.

Solicitudo nihil proderit, oberit immo magis. Oratio vero nõ oberit, proficua vero cũ primis erit. Illã ergo peſtilentẽ ſupprimite, hanc ſalutarẽ in vobis excitate, in hac vos exercete, ĩ ea facite toti ſitis. Oportet em̃ ſemper atq; ſine intermiſſione orare. Hic em̃ fideliũ ſitũ eſt robur. Hoc certũ propugnaculũ, & aduerſus oĩa noxia vallum. Orationis vero partes quatuor ſunt, orare nimirũ, obſecrare, gr̃as agere & poſtulare ſiue petere. Quatuor haſce cõditiones ſub vno orationis claudunt vocabulo. Primũ eſt ipſa ſupplicatio, qua homo Deo ſupplex, locũ oratiõis aptũ quærit, ſe proſternit cũ mẽte tũ corpore. Nam adorare, ſupplicare & ſe alicuius pedib⁹ ſubijcere, ſignificat. Secũdũ eſt ſuſpiratio & cordis affectus p pcatoria verba, q̃rũ oratio dñica methodus eſt, cũ compendioſa tum abſoluta. Tertiũ eſt gratiarũ actio, cõſideratio acceptorũ beneficiorũ, qua homo ſeſe ad orandũ excitat. Exemplũ tale in pſalmis cuiq; legenti paſſim eſt obuium. Quartum, petitio ſeu poſtulatio, qua homo ea quę ad Dei gloriam & ſuam ſalutẽ ſunt, poſtulat: idq; in nomine Ieſu, per Chriſtum dominũ noſtrum. Vbi ſerio, ſiue (vt verbis vtar Chriſti) vbi in ſpiritu oratur, nullum horũ abeſt, quod etiam aliàs diximus. Preces noſtras innoteſcere apud Deum, nihil aliud eſt, quàm frequenter precari. Aſſidua oratione homo familiaris fit Deo.

Loquitur nobis Deus, cū literis incumbimus: alloquimur nos ipsum, q̃ties orationi instamus. Rudius & planius verbum hoc poteris interpretari. Oratio vestra innotescat apud Deum, hoc est, Audiat preces vestras Deus. Nam tametsi sciat quid nobis commodum sit, vult tamen sibi hoc ipsum per nostras orationes manifestari. Atq; hæc hactenus.

Et pax Dei, quæ exuperat omnē sensum, custodiat corda vestra & intelligentias vestras, In Christo Iesu domino nostro.



Ecce tibi fructum orationis. Qui male habet, precetur: & bene secū agi videbit. dñm em̄ cordis sui habitatorē & hospitē sentiet. Pax Dei & Deus pacis, quę in hoc capite sibi cohærent, vnū sunt. Pax Dei est ea, quā mūdus dare nō potest: gaudiū cordis, trāquillitas mētis, q̃ homo sus'q; de'q; fert, de Dei erga se benignitate cert⁹. De⁹ pacis, est eius pacis autor, Ioan. 14. Apostolus ergo pacē fere Deo tribuit, 2. Cor. 13. Coloss. 3. 1. Thessalo. 5. 2. Thess. 3. Pax illa exuperat omnē sensum, hoc est, nemo ei⁹ preciū satis intelligit. ratio humana tanta non est, vt tanti doni preciū rite æstimare possit. Adiecit Apostolus hic pacis ei⁹ cōmoditatē & vsum, vnde preciū hoc ex aliqua parte theoretic⁹ colligere poterit. Custodire dicit pacē eā corda nostra. Est itaque pax istęc, cordium nostroꝝ custodia, munitio, scutū, propugnaculū, vallū & murus. Hæc nisi nos seruet, hosti præda sum⁹. Hæc nisi Deū habitatorem nobis cōciliet, diabol⁹ peruium sibi nos habet secessum. Sensum eū Græca veritas præ se fert. Huc facit hoc Col. 3. Pax Dei palmam ferat in cordibus vestris. Statim iteꝝ pacis sanctę facit mentionē atq; cōcludit perorando, dicens: Hoc facite, & Deus pacis erit vobiscū. 2. Cor. 13. itidē sic claudit Epistolā, dicens: Estote pacifici, & Deus pacis erit vobiscum. Illi pacis Deo sit laus & gloria per æterna secula. Amen.

IN FESTO NATIVITATIS CHRISTI, Ad Titum secundo.

APparuit gratia Dei saluatoris nostri omnibus hominibus, erudiens nos, vt abnegantes impietatem & secularia desideria, sobrie, iuste & pie viuamus in hoc seculo, expectātes beatam spem & aduentum gloriæ magni Dei, & saluatoris nostri Iesu Christi, q dedit semetipsum pro nobis, vt nos redimeret ab omni iniquitate, & mūdaret sibi populum acceptabilē, sectatorē bonoꝝ operꝝ. Hæc loquere & exhortare, In Christo Iesu domino nostro.

PRAEFATIO.

QVàm paucissimis verbis Apostolus totum cōplectitur Christianismum. Gratia, inquit, Dei seruatoris nostri Iesu Christi apparuit, in quo verbo mysteriū incarnationis adumbrat: Consilium æternū Dei delineat, nempe hoc, q̃ prædestinauit nos in Christo seruandos oēs. Maximā hæc Dei erga nos (vt eadē Epistola ait) benignitas, maximā ergo & gratitudinē importat, atq; e nobis exigit. Roma. 6. & alibi grauiss. me inuehitur in eos, qui gratiā Dei ita accipiūt, quasi in ansam nequitiæ ea nobis cōtigerit. Videre videor Apostolum in hæc nostra respexisse tēpora: adeo frigide hodie Chrs tradit, quasi euangelium sit lenociniū. Sola fides vsq; ad nauseā, nedū saturitatē, prædicat: operū bonorum præmiū, iustificatiōis puta & glorię, prorsus papisticū cōmentū explodit. Doctrinā eā q fructus sequant, norūt, qui tēpus antequā nouū illud euangeliū nasceretur, recte peruiderūt, nostrū'q; hoc præsens tantæ nouæ lucis cōsiderāt. Apostolū Paulū noui illi Euāgelistæ idētidē crepāt, id'q; ad tertiū quodq; verbū. Sed p̃sentissimū tandē accusatorē habēt eū ip̃m Apostolū, quē adeo perfide torquēt atq; lacerāt. Audiāt breuem hanc lectiunculā: primo docet gratiā nos asseruisse, nō in ociosæ fidei prædicationē, sed in duplicē gratitudinis ansam. Secūdo causam eā, quare gratia tāta nobis acciderit, explicat: nempe nos ad gratiā eā adscitos, vt sectatores bonoꝝ operum efficiamur. Deniq; dicit hoc ipsum vere esse euāgeliū p̃dicare: reliquam doctrinā oēm, adulatoriam esse & perniciosam.



TEXTVS.

Apparuit gratia Dei saluatoris nostri omnibus hominibus.

Apparuit gratia:quare autē hoc? Nonne vt grati simus? Vtiq;. Sed nunquid hoc sine fructu? Minime gentiū:gratiā pro gratia, e claritate in claritatem:habenti dabitur,& abundabit. Viderit quisq; vt gratiā Dei prædicet. Christus venit quæsitū peccatores. Recte hoc. Quærit autē,vt ad cursum iustitiæ inducat. Quid ergo stadium euangelici cursus,hæretici inuium faciūt, arctū stadiū alterū antiquantes? Indulgentiam non satis est prædicare,fit eñ peccandi licentia,nisi vnà doceatur pœnitentia. Non traditur syncera pœnitentia,nisi tres eius partes clare & exacte vnà exprimantur. Humiliauit se summus:sed nunquid vt infimi quiq; vermes sese efferāt? Haudquaquā,sed vt sese nihili esse agnoscant,& excelsi dexteræ sese humiliare discant. Nunquid & hoc facere sine fructu ipsos dicemus? Quis hoc dixerit,oro,nisi gratiæ Dei abiuratus inimicus,Iouinianus,& hoc genus hæretici, bonorū operū & ecclesiæ disciplinarū hostes,ecclesiæ perduelliones? Quemadmodū Christi erga nos bonitas nō exacte prædicatur, nisi moralia quoq; eruantur: sic & tota historia frigide traditur,etiā si om̄ia mysteria ad saturitatem vsq; excutiantur, nisi moralia vndiq; satis grauiter explicentur. Exēpli gratia:Christus prędicatur natus ex virgine,subest mysteriū historiæ,nēpe hoc, Christū verū esse Deū. Nam vt diuus ait Bernardus,Dei filiū nulla alia decuit genitrix, q̄ virgo. Quid nunc? Satin hoc ad absolutam iustitiæ prædicationē? Haudquaquā. Sed optimo fundamento dignū superstruendū ædificium. Quale autē hoc? Virginitatis prædicatio & meritū. Hæc om̄ia iam apparent in dño nostro Iesu Chr̄o. Nihil hoꝝ ante Chr̄m natū, claritate tanta mundo fuit cognitū: vnde paucissimi itē sese propter regnū cœlorū castrarūt. Post p̄dicationē vero euangelij Chr̄i,etiā ij qui in coniugio erant,castimoniā *liberorū bene prætulerunt,nedū qui liberi erant, matrimonij laqueis sese mancipare non studuerunt:nisi vidissent se sine certo animæ suæ periculo solos degere nō posse. Antichristi euangelion longe aliud erit,nempe q̄d merita bonoꝝ operum virtutum'q; omniū vsqueadeo leniter tradet,vt etiā bigamiam statuat. Chr̄i euāgelion prædicatū est om̄ibus hominibus. de Chr̄i euangelij sensu nemo dubitare potest,tot & tantis ecclesia Chr̄i exēplis abundat sanctorū martyrū, confessorū,virginū & continentiū. Si in hunc diem latuit mundum,delirat Apostolus,qui dicit apparuisse olim. Quod dicit, om̄ibus hominibus,intellige etiam ethnicis. Irenæus & alij vetustissimi scriptores testant̄, etiā Germanā ecclesiā,matris Romanæ nō esse postremā filiā,sed ab antiquitate gloriā ferre p̄cipuā. Recte ergo ait Apl'us,oībus hoībus. Insaniūt ergo noui euāgelistæ,nouū euangeliū suū adeo extollendo. Quod operū bonoꝝ fructū fidei,fructuū spūs sancti iustitiā p̄dicamus,hoc non facimus in fraudē,sed magis in laudē gloriæ gratiæ Dei. Oīa Christo dño nostro referimus accepta,id'q; sensu orthodoxo & catholico. Mortuus est Chr̄s propter peccata nostra,& resurrexit propter iustificationē nostrā,Rom. 4. Gratia & veritas per Iesum Christum,Ioan. 1. Euangelion q̊q; dicitur gratiæ,Act. 10. Breuiter,nō est aliud nomen sub cœlo,in quo nos oporteat saluari,nisi nomen Iesu,Act. 4. Hoc euangeliū nostrū,quod e matris ecclesiæ suximus vberibus, nēpe ab eo,cuius perfectio cōsistit in charitate & bonis operibus, in gloriā gratiæ Dei,per sp̄m sanctū semp edēdis siue proferēdis. Maledicta meretrix illa hęresis blāda,immo & calūniosa, vel blāditijs vel cōuicijs ab istoc nos euāgelio Romanæ ecclesiæ absterrere conatur.

Hæretici cursui virtutis morā nectere p̄sumūt.

Catholici opera bona fruct⁹ spūs iuxta atq; fidē p̄dicant.

Euāgeliō antichr̄i bonis op̄ibus aduersatur.

Euāgeliū p̄dicatum est.

Erudiēs nos,vt abnegātes impietatem & secularia desideria.

Vides q̄d sibi Christianismus velit. Hic est scopus totius epistolæ ad Titū. Insanū quis nō immerito dixerit Apostolū,qui tantopere in morali versetur p̄dicatiōe,si nulla ex bonis operibus iustitia est speranda. Gratia,atq; p̄ hoc status euāgelicus erudit nos,primo vt cauti simus,& hæreticis nænijs fidē nō adhibeamus. Gratia p̄dicat̄ nō parce,sed plene. Sine merito datur,vt p̄ eā ad meritū tendamus. Hæresis p̄fectā eā p̄dicationē gr̄æ,heu mihi, quantū mutilat? Friuolos facit hæresis apl'os, aut certe negligētes. Cōferantur hæc nostra tempora noui euangelij,cū temporibus superioribus. cōferantur noui apostoli & apostolæ cū vetustis illis. Illi sua omnia reliquerunt,& pauperibus distribuerunt: his nihil satis:illis gloria mundi mors, hi ad mūdi pompā nati videntur. Erudit nos euangelion,vnde non immerito pædagogia dici potest:sed alia est ab ea,quæ fuit synagogæ. Ecclesia spiritum sanctum,non Mosen habet. didascalon. Vnctio nos docet, non exactio. Quid autem docet vnctio? Solan' fidem? Audiatur Apostolus,credatur verbo Dei, Vt abnegantes impietatem & secularia desideria. Impietas primo est infidelitas omnis, tam Iudæorum quàm ethnicorum,superstitionis. Iudæos itaq; monet Euangelion relinquere fidutiam legis iustitiæ. Ethnicos itidem cohortatur,sua numina abnegare & detestari, Iouem, Saturnum,

num,Apollinem, Mercurium, Venerem, Iunonem, Mineruam,&c. Idololatria eusebiæ est expers omis, asebia est omnis cultura deoꝝ. Est autem asebia, aliqd quod extra Deũ, extra fructũ spũs sancti, & pter verum Dei cultum est. Impietas dein est, quod sobrietati, iustitiæ & pietati opponi potest, nequitia carnis & vanitas mũdi, cui etiam sub sacramentũ baptismi abnegamus traditione ecclesiastica, vtique etiam apostolica. Abrenunciandum item est fidelibus secularibus desiderijs, hoc est, criminibus quibuscũq;. Desideriũ hic accipitur quasi oblectamentũ, vxorẽ ducere, & eam tanquam meretricem adamare: & dicere, venire nõ possum: iuga boũ emere, villam item in potestatem suã redigere: & dicere, excusationẽ dic accipiat. Hæc mundi sunt gaudia atq; adeo desideria. Contra hæc mundi desideria agitur Galat.5. Petrus quoq; ea damnat 1.cap.2. Item Romañ.3. Ephe.2.& 4. 1.Timoth.6. 2.Timot.2. 1.Pet.3. 1.Ioã.2.& alibi in sexcentis locis cupiditates hæ seculi huius taxantur. Ioannes quoque ea crassiori Minerua exprimit, Dicẽs mundũ nihil aliud esse, quàm desideria carnis & oculorũ cũ fastu. Iam theori sacræ deditus quisquis, secum perpendat, vbinam verus Christianismus sit situs. Militia nostra non ex desidia & verboꝝ copia probaẽ, sed ex strenuitate. Regnum, ait Apostolus, cœlorum nõ est in sermone, sed in virtute.

Sobrie, iuste & pie viuamus in hoc seculo.

Præmissæ primæ parti pædagogiæ gratiæ, alteram præsentem hanc Apostolus subdit. Prima est, declinare à malo: altera, de qua hic agitur, est facere bonũ. Hæc operationis bonæ pars, tres habet sectiones atq; articulos, citra quos vix fidelis aliquis atq; baptizatus iustificabitur. Sobrie viuendum nobis accepta gratia: quod est exercitium, castigatio atq; disciplina, qua vtendum erga nos ipsos. Iustos nos decet esse, in omnibus officijs & conuersationibus: atq; hoc est quod proximo debem⁹. Pios nos esse decet, hoc est, timentes, colentes, atq; amãtes Dei: atq; hoc est quod Deo debemus. Debemus, inquam, tã Deo quàm proximo: ergo inutiles serui sum⁹, etiam si omnia quæ iubemur, præstiterimus. Fatemur hoc, & cum Apostolo (si tamen nostrum alicui hoc fieri vere poterit) dicimus: Nihil mihi conscius sum, atqui non in hoc iustificatus sum. Sed hæc cum Apostolo dicentes, sensum eũ, quem Apostolum habuisse*, retinemus, hæresin nullam comminiscimur. Tradux ecclesię, de sensu Apostoli nos facit certiores. hæreses ergo auersamur. Bonum opus non ex nobis æstimamus: sed ex eo qui ait: Sine me nihil potestis facere. Item ex eo, sine quo ne quidem nomen Iesu possumus nominare. Dicimus ergo cum Christo de Mariæ vnguẽti effusione: Bonũ opus operata est erga Christon, cum euãgelio Christi prædicandum vel vsq; in finem seculi. Dein cum eodem Christo dicimus: Quicunq; dederit haustum aquæ frigidæ vni ex minimis, mercedem suã habebit. Si secundum nouos Iouinianistas eiusdẽ meriti est, per ieiuniũ sese affligere, & genio indulgere: nubere, & propter regnũ cœlorum se castrare: ociose Apostolus tãtopere sudauit in commẽdatione virtutum siue operum bonorum. Sobrietas proprie est circa potum inebriatiuum. Dicitur sobrius, quasi sine ebrietate. Per sobrietatẽ temperãtia etiam significatur, gulæ & crapulæ cõtraria virtus. Large sobrietas accipitur pro modestia in re. Apostolus hic proprie loquitur. Abstinentia siquidẽ est omnium quodammodo basis virtutum. Euãgelistæ nostrates luxum fastuosum & vanitatem vestium cũ matronaꝝ nostratium tum heroum, omnẽ ethnicoꝝ profusionem & turpitudinem superantem, ioco quodam eludũt: itidem faciunt de ebrietate & crapula. Vnde etiam sobrietati suam non tribuũt commendationem. Nos magni meriti virtutem cum Apostolo pfitemur, iustificãdi ratione haudquaquam carentẽ. Iustitia itẽ est virtus cuiq; suũ tribuens, neminẽ calũnijs afficiẽs, oĩbus sese fruendum præbẽs, neq; hęc virtus, q̃ circa officia ciuilia versaẽ, suo fraudãda est pręmio. Dicimus ergo cũ Ioanne: Qui facit iustitiã, iustus est: vtiq; apud Deũ, cui⁹ gratia iustitiæ obseruãs existit. Pietas est ipsa religiositas, theosebiã, timor Dei, gloriæ Dei ardor, cultus diuinus, nõ solũ in affectu cõsistens, sed & in effectu se prodens, cæremonijs puta & solennitatibus ecclesię rite vtens, exẽplo Dauid, q ante arcã dñi exultãdo & ouãdo, à Michol impie est irrisus. Hæresis fastidiosa Michol, ita etiã irridet catholicos, huic pietatis cultui deditos: vnde Dei spũ maledicta, nũquã proficiet in æternũ. Verbũ dñi manet in æternũ. Ecclesia pualet portis inferoꝝ in æternum. qui ecclesiæ sunt, bene operari non absistũt, sciẽtes ꝙ dominus qui retributor est omnium bonorum, operis boni p Christum facti, non obliuiscet. Huc faciũt loca scripturę Ro.13. Abijciamus opa tenebrarũ, & induamur arma lucis, 2.Cor.6. Ecce nũc tẽp⁹ acceptabile, nemini dãtes vllã offensionẽ. Eph.4. carpit eos, q Chrm noĩe pro-

Iustitia suum cuiq; tribuit.

profitentur, factis non item. Videat sacerdos catholicus ipse.

Expectantes beatam spem, & aduentum gloriæ magni Dei & saluatoris nostri Iesu Christi.

Opera bona iustificant.

Attendamus fratres ordinem, obseruemus sensum, notemus mysteria. Vel hic liquet, bona opera, sobrietatem, iustitiam & pietatem iustificare, seruare, beare. Hic vides Thomam nihil delirare, spem beatitudinis definientem: Spes est certa expectatio futuræ beatitudinis, proueniens ex gratia Dei & ex meritis nostris. Spes peccatorũ peribit. Qui arat, debet arare in spe fructus percipiẽdi. Dixerat Apostolus de gratia, eam nimirum apparuisse. Dein rationem, quam ob rem apparuerit, solerter addit, dicens, eam nos erudire, vt declinemus à malo, & exequamur præstemusq́ id q̃d est bonum. Postremo optimo ordine, gratiæ Dei & bonorum operum vsum subnectit atq; exprimit, dicens, Expectãtes beatam spem, acsi dicat: Sic itur ad astra. Illa spes non confundit. Non dabit in æternũ dominus fluctuationem iusto, psal. 54. Qui vero dicent: Domine, nonne in nomine tuo prophetauimus? Item, quorum lampades sunt extinctæ, pudefient, audientes horrendum verbum: Nescio vos. Expectatio beatæ spei, est expectare beatitudinem speratam. Expectatio est longanimitas, patiẽtia, perseuerantia. Qui perseuerauerit vsq; in finem, beatus erit. In patientia vestra, ait, possidebitis animas vestras. Aduentus gloriæ magni Dei, 1. Cor. 1. vocatur Apocalypsis, propterea ꝙ in maxima domin⁹ tunc apparebit gloria, & quod tunc electi filij Dei manifestabuntur Roma. 8. Phil. 3. Hic vocatur Epiphania propter maiestatẽ eam, in qua dominus tunc apparebit, Mat. 19. 25. Luc. 9. 21. Magni Dei, ait: & addit, qs ille sit magn⁹ Deus, nempe Iesus Christus. Quare ergo non maior vel maximus? quia nisi vnus omnipotens, omnia in omnibus solus. Ethnicorum dij alij alijs sunt maiores, & minores. noster dominus solus est, ergo magnus, nihil eo maius. Maximos illos tyrannos veniet maximis tormẽtis adiudicaturus. Neq; poterunt maximi illi gigantes, magno Deo resistere. Beatus qui se huic magno submittit, huius mundi maximus rex, atq; adeo huius mundi Deus.

Operũ bonorũ fructus, spes.

Magn⁹ nr̃ deus, qpꝑe q̃ nihil maius aut maximũ.

Qui dedit semetipsum pro nobis, vt nos redimeret ab omni iniquitate.

Suprà dicta repetit & fulcit. Dixit gratiam nobis apparuisse, atq; nos erudiuisse: hoc ipsum iam repetit, atq; adeo geminatione istac corroborat, nobisq́; commendatius facit. Obserua & hic ordinem eruditionis spiritualis. Erudit nos spũs Dei in euãgelio, vt abnegemus impietatem, & viuamus sobrie, hoc est, fugiamus mala, & amplectamur bona. Hoc ipsum & hoc loco agit. Dicit seruatorem sese pro nobis obtulisse, vt redimeret nos ab iniquitate, & faceret populum bonorum operũ studiosum, vt infrà latiori campo explicabimus. Hic obserua, Apostolum Christi mortis duplicem vsum tradere.

Primo nos liberauit, quia præter Christi mortem nulla vita extat reliqua. Mors ea, mortis mors & inferni est aculeus.

Secundo, Non omnibus Christi mortis effectus contingit. Continget autem illis qui Christo commoriuntur, huic mundo puta & omnibus huius mundi pompis vanitatibusq́;. Vide de hac re Roma. 6. 1. Corinth. 5. Gala. 1. Ephe. 5. Col. 1. Petrus quoq; hac de mortificatione præclare dicit, 1. cap. 2. Christus afflictus est pro nobis, relinquens nobis exemplum, vt insequeremur vestigia eius. Itẽ, Peccata nostra pertulit in corpore suo super lignum, quo peccatis mortui, iustitiæ viueremus. Attende puerum nobis natum, cuius imperium super humerũ eius. Mortalis factus immortalis, hoc est, mortalitatem assumpsit & corpus passibile, vt eius vibicibus seruaremur.

O grande mysterium incarnationis, o sacramentum salutare passionis dominicæ. Cohærere ea facit Apostolus, quia natus vt pateretur. Sed attende neq; historiã recte tradi, neq; item mysteria rite explicari, nisi & moralia sedulo doceantur Non autem docentur moralia recte, nisi etiam declaretur, sanguine Christi omnia fideliũ bona opera imbui, hoc est, Christi fieri merito, per spm̃ sanctum nimirum, qui nobis Christi beneficio datus est. Sic deniq; bona opera, meritoria sunt maioris atq; maioris gratiæ atq; gloriæ. Noui euangelistæ bona opera sua orbant laude, negantes ea aut iustificare, aut seruare. Sic eñ cantillãt: Sie geltẽ nichts, sie kundẽ nicht schutẽ, hoc est, nullus eorum est vsus, neq; eñ custodire possunt. O purum putum euangelium. Illime plane est. Sola fides iustificat, etiam exclusa charitate & omnibus charitatis fructibus. Quale euangelion, tales & facit auditores, ex talibus item prædicatum prædicantibus. Quid prædicantibus nouellis effœminatius? quid mollius? quid impurum magis & æque insyncerum? Insignes vitijs omnigenis prędicantes. discipulos habent magistris tantis non absimiles. Oggãniunt subinde ecclesiæ sanctorũ, professionum

...am catholicã & disciplinas ecclesiæ iden ...dem taxantes, quia mendacij & veritatis nulla est conuentio.

Et mundaret sibi populum acceptabilem, sectatorem bonorum operum. Hæc loquere & exhortare, In Christo Iesu domino nostro.

Vide an sufficiat solum, credere Christũ incarnatum & mortuum. Si sufficit, superuacaneũ est ꝙ Apostolus dicit nos sanctificatos ad bona opera. Si bona opera necessaria sunt ad beatitudinem, atq; adeo ad iustitiam, vana est doctrina noua solius fidei. Opera bona necessaria esse ad salutem, vidестum alibi tum etiam Ephe. 5. Christus dilexit Ecclesiam, & semetipsum exposuit pro ea, vt illam sanctificaret, mundatam lauacro aquæ per verbum, vt adhiberet eam sibiipsi gloriosam ecclesiam, non habẽtem vllam maculam aut rugam, aut quidquam eiusmodi, sed vt esset sancta & irrepræhensibilis. Eadem fere legis Col. 1. in hæc verba: Recõciliauit vos in corpore carnis suæ per mortem, vt exhiberet vos sanctos & irrepræhensibiles & inculpatos in cõspectu suo. Videtis charissimi, Christi mortẽ non debere prædicari ad solam fidẽ, citra charitatem iustificantẽ, acedię & socordiæ materiam. Hæc in genere, nunc singula verba excutiamus. Vt mundaret, ait, sibiipsi populum peculiatẽ. Mundaret, hoc est, designaret, sanctificaret, vendicaret &c. Ethnici se tius vocati ad exercendam colendamq; vitam mysticam, diximus: Nemo nos conduxit, Longe aberamus à testamento Dei, nesciebamus voluntatem eius, non populus eius. Nunc vero sumus & vocamur filij Dei viuẽtis. Sed filij non natura, sed gratia, vt imitemur & æmulemur eius sanctimoniam, atq; erga nos benignitatẽ. Estote, ait, sancti, quoniam ego sanctus sum. Iterum: Estote misericordes, sicut & pr̃ vester misericors est. Zacharias q̃q; ait: Iusiurandum quod iurauit ad Abraham patrem nostrũ, daturũ se nobis, vt sine timore de manu inimicorum nostrorum liberati, seruiamus illi. Mundati sanguine testamenti, aqua salutari, hoc est, baptismi sacramẽto, vbi candidam recepimꝰ vestem, puram ad iudicis tribunal perferendam. Desponsati sumus illi per fidem, corda nostra fide sunt sanctificata, Act. 15. vt fidem seruemus tãto & tali sponso, non solum ab omni nos idololatria cauendo, verum etiam omnem hæresin & schismata omnia fugiendo. Populũ sibi sanctificauit acceptum, gratum atq; peculiatem. Ethnicus superstitione idololatriæ omissa, Iudæus quoq; carnali obseruatione legis in spiritualem mutata, nouus fit populus Deo specialis, gratus & charus.

Christianos duobus nominibꝰ præcipue vocatos, hic obserua. Primum nomen ab Hebræis dictum est Segullah, Græce periusios, q̃ sanctus apl̃s Paulus vtitur. Ethnici, præcipue Demosthenes & Lucianus, accipiunt periusios vocabulum pro abũdantia atq; affluẽtia. vnde etiam periusios plerιq; diuitias interpretãtur. De huius etiam vocabuli interpretatione multum laborarunt catholici prisci. Non simpliciter Segullah opponimus periusiæ dictioni. Sic enim Segullah, Exodi 19. Deute. 7. Psal. 135. Mal. 3. à Septuaginta versoribus in Periusia est redditum. Hoc nomine significabant Israelem Dei esse peculiarem, electũ, & gratum populum. Olim erat Israel Segullah Dei, nunc sunt ipsum etiam ethnici in Christum credentes. hoc est, sunt populus specialis Dei, specialiter Deo acceptus, cuius religiosa conuersatio, Deo est gratus odor & holocaustoma: iuxta quod & capillus vnicus capitis spõsę, immodice spõsum afficit. Atque hoc de primo Christianorum nomine. Iuxta alterũ nomen Christiani sunt Zelotę kalon ergon, hoc est, homines qui bona opera non solum sponte sua operãtur, verum etiam qui enixe & exquisite bonis student operibus. Veri fideles hac in re imitantur ipsum patrem cœlestem, sponsum nostrum Christum, & spiritum Dei sanctum. Dominus noster kanna siue zelotypus est, hoc est, vehemẽs nostri amator, Exo. XX. Decet igitur & nos esse Am kanna tobim debarim, hoc est, æmulatricẽ gentẽ operum bonorum. Hoc quoq; importat Paulina dictio zelotes. Haud scio an etiam possit vnico Germanico exprimi vocabulo. Neq; enim periusios dictioni nostræ linguę dialectos respondere potest, vt habeat dictionem tali cõsonam & competentem. Grandia mysteria grandia requirunt vocabula. I nunc euangelista Lutherane, & grandia ea mysteria extenua atq; elude, sola fide Christianum absolutum absolutæ iustitiæ docẽdo. Si frons tibi aliqua est & cor, ne dicã spiritus Dei, teipsum hic mendacij notabis. Sed si plura eius sensus loca requiras de bonorum operum commendatione, vide Mat. 26. Bonũ opus operata est in me. Cap. 5. Vt videant vr̃a bona opera. Itẽ 2. Cor. 9. 1. Tim. 5. 6. 2. Tim. 3. Titi 1. Act. 9. 1. Pet. 2. Dicis Apl̃m in tertio capite huius epl̃æ ad Titum, aliter scripsisse, nempe in hæc verba: Postquam bonitas et erga nos amor apparuit seruatoris nostri Dei, non ex operibus iustitiæ quæ faciebamus nos, sed secundum suam misericordiam saluos nos fecit per lauacrum regenera-

Christianorũ duo p̃cipua noia, quę

Paulũ in doctrina fidei & bonorũ operũ sibi cõtrariũ nõ esse.

tionis ac renouatiōis ſpiritus ſancti, quem infudit nobis opulēte per Ieſum Chriſtum ſeruatorem noſtrum, vt iuſtificati gratia illius, hæredes efficeremur iuxta ſpem vitæ æternæ. Attende Apoſtoli verba: Non ex opibus iuſtitiæ quæ fecimus nos. Opa iuſtitiæ, ait, hoc eſt, opa iuſtificantia. atq; hoc ꝑpter opa fidei, opa, ſpiritusſancti fructus, vere iuſtificantia. Sed hæc opa citra fidem ſunt mortua. talia fecimus ante fidē Chriſti, vnde & nullum eoꝝ erat meritum. Aliud itaq; capite 3. agit, aliud hic. Ibi agit de opibus legis, quemadmodū etiam Rom. 3. 4. 9. Gal. 2. 3. 4. Luce item clari⁹ hoc vides Phil. 3. vbi dicit iuſtitiā legis, quæ ſibi in iudaiſmo lucrū maximū erat, reputaſſe detrimentum, propter eminentē ſcientiam domini Dei noſtri Ieſu Chriſti. Hęc q̄q; Apoſtoli verba, obſcura non ſunt. Ait, Quæ fecimus, non Quæ faciemus, aut facturus in nobis eſt ſpiritus Dei. Miſiſſe vult Deum filium ſuū nobis Sotera mera ſua gratia, mero amore erga nos ſuo, Ioā. 3. tunc cū adhuc inimici eius eramus, Ro. 5. Hoc ipſum huius epiſtolæ capite 3. fuſius proſequitur. Et nos quoq; cōfitemur non ſolū legis progatiuā, immo etiā omniū ſanctorum angelorum puritatē, nobis eam gratiam incarnatiōis & paſſionis nō meruiſſe, ſed gratis eā nobis gratiā cōtigiſſe. Hoc ita eſſe, etiā grāæ nomē arguit. niſi eñ gratuita eſſet, gratia dici nō poſſet. Sed q̄ ex fide cordis ſum⁹ iuſtificati, oportet vt porro fide oris, & eius fide fructib⁹, bonis operib⁹ iuſtificemur ex fide in fidē, & gratiā pro gratia. Sic ſecundum ſenſum catholicū, Apl's noſter ſibi vndiq; cōſentit, q̄ ſecundū nouū euāgeliū vndiq; ſibi luctat̄. Sūmam euāgelij Chri Apl's paucis ꝑſtrictā, oībus vere fidelib⁹ Dei verbi diſpēſatorib⁹ ſic cōmendat p̄dicandam. Faxit Deus, tale euāgelion denuo prædicetur, nouo exterminato antichriſtico illo rixarum pleno. Spōſus eccleſiæ tempore pacis nat⁹, rex pacis, exploſo nouo illoc euangelio, priſtinæ pacis decus ſuæ eccleſiæ reſtituere dignetur, Amen.

DOMINICA INFRA OCTAVAS NATIuitatis Chriſti, Gal. IIII.



QVanto tempore hæres paruulus eſt, nihil differt à ſeruo, cū ſit dominus omnium, ſed ſub tutoribus & actoribus eſt vſq; ad præfinitum tempus à patre. Ita & nos cum eſſemus paruuli, ſub elemētis huius mundi eramus ſeruientes. At vbi venit plenitudo temporis, miſit Deus filium ſuum natum ex muliere, factum ſub lege, vt eos qui ſub lege erant, redimeret, vt adoptionem filiorum Dei reciperemus. Quoniā autem eſtis filij Dei, miſit Deus ſpiritum filij ſui in corda veſtra, clamantem, Abba pater. Itaq; iam nō eſt ſeruus, ſed filius: quòd ſi filius, & hæres per Deum.

PRAEFATIO.



GAlatæ, populi ſunt Galatiæ, quæ eſt regio minoris Aſiæ, Phrygię contermina. Hæc & Gallogræcia dicitur, à Gallis nimirum & à Græcis vna gens effecta. Gētem eam Apoſtolus ad Chriſti Ieſu fidem conuertit, populus ille idola ſua, audito euangelio, execrabatur, Chriſtū ſyncere colendo. Poſtea vero cum Apoſtolus à Galatis peregre abeſſet, alijs quoq; nationibus Chriſtum prędicans, ſtatim Antichriſtus ſuos præmiſit prodromos, eos nimiꝝ, qui legem euangelio commiſcerent, vtrunq; confundendo. Voluerūt pſeudo apoſtoli illi, vt & lex, præcipue circuncisionis ritus, obſeruaret̄ vnà cum baptiſmo & euangelio: quaſi citra legis obſeruantiam nemo poſſit ſeruari. Simili hæreſi etiam Romanā eccleſiam ſtatim labefactare ꝑſumpſit hoſtis antiquus. Apoſtolus itaq; ſpiritu Dei plenus, ſchiſmaton mala præuidens, miniſtrū fidelem ſeſe exhibuit, antiqui hoſtis machinamenta detexendo atq; expugnando. Teſtant̄ Apoſtoli ſtudium vtraq; epiſtola, ad Romanos & Galatas. Atq; hoc de ſtatu hui⁹ ad Galatas epiſtolæ, ſatis dictū puto. Quantū vero ad p̄ſentem attinet lectionē, primo Apoſtol⁹ cōfutat Iudæoꝝ hæreſim eam, de qua iam diximus. Secūdo cōuertit ſe ad gentes, oſtēdendo in eis effectū dominicę incarnatiōis. Sic euangelica lectio cum p̄ſenti cōcordat. Euāgelica oſtendit, pueꝝ Ieſum ſuccreuiſſe & confortatū eſſe, plenū ſapientia & gratia. Præſentis ep̄læ lectio exprimit dominicæ incarnatiōis & natiuitatis effectū, illum nimiꝝ, q̄ de ſeruitute erepti, & in libertatē vindicati, atq; in adoptionē filioꝝ Dei ſumus aſſūpti. Quod etiā de p̄ſentis lectionis ſectiōe dictū volo. Seq̄tur lectio TEXT.

Quan

Quāto tempore hæres paruulus est, nihil differt à seruo, cum sit dominus om̄ium, sed sub tutoribus & actoribus est, vsq; ad præfinitū tempus à patre. POSTILLA.

Ad persuasionē atq; demonstrationem multis argumētis vtunt oratores. Sed vix aliud præsentius inuenias, atq; est parabolæ scita adductio, quippe qua non solum gnari, ingenijs præditi feliciorib⁹, sed & rudes quicunq; instrui possunt. Vnde Seruator hoc argumēti genere præcipue solitus est vti. Apostolus itē, q non solū eruditis se doctorē, sed & indoctis se debitorē agnouit, magistrū suum dominūq; Iesum sedulo est sequutus, p̄sertim in hac ad Galatas ep̄la, in qua pluribus vtitur parœmijs atq; similitudinibus, testamenti nimirum, pędagogi, atq; hęredis. Gnome p̄sens quanquā per se satis sit illustris, tamen paraphrasin eius, ne meo desim officio, subijciam.

Diti patrifamiliâs est ,ples, cui ex asse hæreditaria successione et iure sua om̄ia bona relinquet, & quem hæreditatē suo tempore cernere fas est. Puer adhuc est hęres ille: ratio, q̄ paternis bonis commode norit vti, hæredi adhuc deest, pueritiā necdū egresso: vnde p̄textatus sub pædagogi imperio ferulā, instar seruoꝝ alicuius timere habet. Adultus vero, toga sumpta virili, atq; institutiõe pædagogi eruditus, ipsius pædagogi dn̄s & rex efficitur: tantū abest vt porro eius minas p̄timescat, eiusq; sustineat verbera. Paraphrasin habes literæ: nunc deinceps, quid sibi mysterium velit, audiamus.

Ita & nos cū essemus paruuli, sub elemētis hui⁹ mūdi eram⁹ seruiētes.

Adaptatio scita. Haud secus atq; puer hæres nihil distat à vernaculo, sic Iudæi veteris testamenti, nihil erant reuera, nisi pueri pædagogi censuræ crediti. Erant autem pædagogi, Moses, Aaron, Iosue, Samuel, ipsa denique lex. Hæreditas erat regnum Christi, spiritus Christi, agnitio mysteriorum Dei, fides explicita sanctæ Trinitatis, esca angelorum eucharistias, & hoc genus reliquum. Huiusmodi simulac per temporis rationem necdum capere poteramus, ratiõis necdum compotes, voluit cœlestis pater, vt per pædagogos & censores à malo coerceremur. Stultitia pueri cordi innata est: virga eam eximit, vexatio dat intellectum. Voluit ergo patris cœlestis prouidentia, vt per legis onus tantisper exercitaremur, donec cautiores euaderemus. Eramus, ait, sub elementis, vtique voluntate patris: eramus vero seruientes, compescente nos censura pædagogi atrocis atq; seueri. Hæredes eramus in promisso semine Abrahæ, qui est Christus. Hæredes eramus, atq; adeo liberi, quia Saræ pignora, ex promissione nati. Sed mysteria necdum cognouimus, quia temporis plenitudo rationem eam, qua talia sacramenta intelligeremus, nondum nobis ingenerauit: seruiendū itaq; nobis erat sub elementis huius mundi. Elementa Latini vocant principia om̄ium rerum, à quibus sumitur incrementum. Vnde & notas literarum, scriptores elementa vocant, eo q sint principia orationis. Per translationē elementa hic accipiuntur pro legis rudimentis non p̄mansuris, atq; imp̄fectis: quale est circuncisio, sabbathum, neomenia, sacrificia, holocaustomata, votiuę oblationes, vestimentorum & escarum discrimina, &c. Sine huiusmodi elementis, si dei Christianæ tradi non poterant mysteria. Figuris itaq; om̄ibus abunde visis, oracula prophetarum item omnibus satis superq; prolatis, aliud tempus alios mores et studia postulauit, iam non elementis locus, neq; ferulæ pædagogi puerorū inertia atq; ruditas, opus habet inculcatione doctrinæ elementorum varia. Sed adultorum ratio per rudimenta grāmaticalia exercitata satis, iam artium liberalium & facultatū ingenuarum capax, liberior fit. Studium talium, liberum esse debet, alij ad musicen nati, non debent cogi ad mathesin. Mathesios discendæ cupidum, nemo compos mentis ad logices ratiocinatiões adegerit. Physice alios, alios iuris prudētia oblectat. Trahit siquidem sua quosq; voluptas. Hic sui studij rationem reddere qui poterit ephebus, suæ cupiditati atque arbitrio est relinquendus. Sic & Moses in Christianos imperium amisit suum. Immo ipse ab electis hisce Dei filijs, qui & angelos iudicant, iudicatur. Est enim filius quicunque Dei, etiam sabbathi dominus ipsius. Elementum itaq; quodammodo pędagogiam significat. Pędagogus siquidem est, qui prima exordia, puerilem captum non excedentia, tradit. Sunt autē talia, legalia, de quibus suprà diximus, om̄ia. Theophylactus & Ambrosius sic elementa accipiunt, nempe secularia, mundana, humana, carnalia, visibilia, fluxa siue caduca. Circuncisio nostra spiritualis est: ergo & æterna vt sit, necessum est. Sic vides elementi dictionem accipi Col. 2. Potero iure meo vetus testamentum vocare testamentum elementarium, legem et præcepta Mosis item appellare possum legem & præcepta elemētaria. Mosen item bene dixero, præceptorem elementarium.

Elemēta qd apud Paulū significet.

Mosi in Christianos, quasi adultos, nullū est imperium.

Vetus testamentū elementarium.

At vbi venit plenitudo tempo-

ris, misit Deus filium suum, natum ex muliere, factum sub lege, vt eos qui sub lege erant, redimeret, vt adoptionem filiorum Dei reciperemus.

Acsi dicat: Satis est actum cum lege & carnali legis iustitia. Iam porro sub Mose non sumus. Regno legis cessante, superest vt Christi regnũ instet. Euangelij exordiũ legisq; terminus, sese vicissim vrgent. Christus in lege seruiuit, vt nos omniũ legis muniũ redderet immunes. Circuncisus autor puritatis: maledictionẽ subijt benedictio: par est ergo, vt cesset circuncisio, & euanescat legis om̃is comminatio. Vmbra disperijt, corpus iam conspicuũ est factũ. Aenigmata soluta om̃ia, typi & oracula adimpleta: stulti qui rei veritati, rei adumbrationẽ præferendã censetis o Galatę veri. Dum pueri fuimus, pueriliter egimus: nunc viros pueriles ludi dedecent. Quantum distat inter seruos & liberos? Seruili conditioni qui ingenuitatẽ præfert, insanus habendus. Iuxta nomen itaque vestrũ veri estis Galatæ, hoc est, stulti qui in libertatem vindicati, seruituti subdi rursus cupiatis. Non solum liberi sumus in Christo, cuius corpori sumus insiti atque incorporati, sed & sumus filij Dei: est ergo non solum insania, sed & sacrilegium, euangelium lege confundi. Filij veri sumus Dei, sed non natura, vt Christus, sed adoptiõis gratia, & merito Christi. Adoptionẽ eã Apostolus vocat hyiothesian, quod sonat receptionem, susceptionẽ, positionẽ. Hyiothesia istac nos, qui Adami sumus progenies, abiuimus in genus diuum, participes diuinitatis, conciues angelorũ, cohæredes Christi: qui natus est homo, vt nos in sacramento regeneremur, atque efficiamur filij Dei. De hocce mysterio vide plura Romanoꝝ octauo, Ephesioꝝ primo. Liberali causa manu asserti, atq; adeo ab interitu reuocati, animos sustollamus: & ne ad ergastula legis respiciamus, redẽptori de accepto rude ingrati, atque adeo digni quibus non modo aures, sed & mala, mucrone perpetuæ perfodiantur infamiæ. Exagorasia Christi Iesu, credentibus & baptizatis nobis om̃ibus sufficit, modo sciamus & norimus, quanta ea redẽptio, assertio, atq; restitutio existat. Hic locus si cui non satisfaciat, consulat Lucã in Actis apostolicis, cap. 15. Cæteꝝ iterum atque iterum videat quisque, ne hic priuatæ interpretationi nitatur. Christus dicitur natus ex muliere, non vitium passa, sed intacta & illibata. Tertullianus primo, & post illum omnes catholici, ostendunt virginem etiam significari vocabulo mulieris. Apostolus contendit hic Christũ verum hominem natũ, Messiamq; esse verũ mundi sotera, filiũ nimirum Dei. Catholicis qui subscribere dedignatur, Marcioni & Ebioni adstipulabitur, cum illis gratiæ Christi extorris æternaliter condẽnandus. Obserua vehementiam Pauli: factum, inquit, sub lege, natum ex muliere. Natum, quantũ ad corpus assumptũ: factũ, quãtũ ad legis subiectionẽ. Factus siquidem omniũ seruus, legalia volens seruare om̃ia, vt à legis onere & maledicto nos sibi incorporatos liberaret oẽs. Sunt forte, factus & natus, vnum: sed tutum est, Apostoli verbis vti, & singula rite discernere. Mulierẽ Hieremias dicit circũdaturã virũ. Esaias eandẽ vocat Halman, hoc est, virginem. Vnum mysterium, idem vtrobique sensus. Apostolus quoque vocat mulierem, sua ratione & mysterio: nempe vt verum hominem Christũ declaret, legis onus vere portasse. Matthæus & Lucas mulierẽ eam, virginẽ intemeratã declarãt, eundẽ filiũ hoĩs, filiũ quoq; Dei ostendentes. Legat sacerdos Origenem super Leuiticum homilia octaua.

Adoptionem Apostolus vocat Hyiothesian.

Quoniam autem estis filij Dei, misit Deus spiritum filij sui in corda vestra, clamantem, Abba pater.

Clarissime loquitur, sese exponendo fidelis Christi mysteriorum dispensator & doctor gentium. Vita lux hominum in tenebris lucet, deditq; nobis potestatẽ filios Dei fieri, Ioan. 1. Potestas ea q̃d aliud est, q̃ libertas arbitrij, spiritus sancti ductus & vnctio? Misit spiritum sanctum in corda nostra. Cor voluntatis habet symbolon. Mittitur non localiter, sed effectiue. Sentimus opus spiritus, iuxta hoc scripturæ: Sentite de domino in bonitate. Fides quodãmodo est sensus bonitatis Dei. Quid autẽ sentimus? Deum ipsum benignum nostrũ esse patrem, quantũuis hoc honore simus indigni, caro nimirũ & sanguis. Deum, quo nihil maius est, quis ausit patrem suũ appellare, nisi hoc suggerat sibi spiritus sanctus? Obsignauit veritatẽ euangelij in cordibus nostris, adeo vt credamus & sciamus nos Dei filios, illum nobis patrem. Caro & sanguis non clamitat in nobis, Abba pater: neq; em̃ puluis & vmbra tale nobis testimonium dare potest. Obserua Rom. 8. hæc duo vocabula geminata etiã legi, Abba pr̃. Sancta vehemẽtia, fidei, spei & charitatis præsens adeo excitatio. Deniq; & hoc considerandũ, alterum esse Chaldaicũ, ad Hebræos pertinens: alterũ Græcanicũ, ethnicos representans. Omniũ vnus Deus pater idẽ,

nihil

nihil ergo circũcisio, nihil præputium, sed fides Christi Iesu in charitate operās. Clamare item hic spirituale est atque internum, ardentis puta in charitate fidei. Sic clamauit Anna vxor Helchanæ. Sic intelligendum quod in euangelicis literis passim legim⁹, mulieres quasdam clamitasse, idq; voce alta: quãquam etiam hic, clamare, ad orationem eam, quam cõceptis verbis exprimimus, referri possit.

Itaq; iam non est seruus, sed filius: q; si filius, & hæres per Deum.

Collectio cũ venusta, tum ardua. Quod si spiritus sanctus in cordibus nostris clamitat, Abba pater, hoc est, si nos certos facit, nos esse Dei filios: sequitur, seruos nos minime esse Mosis & aliorum legis magistrorum. Infert deinceps: Si filij sumus, ergo & hæredes. Seruos, vbi visum fuerit, foras explodimus, filios non item. Quicquid enim laborum homo suscipit, liberorum suorum hoc gratia facit. Alexander Magnus, Octauius Augustus, & alij omes huius seculi domini, quàm soliciti fuerunt, vt liberis suis & adoptiuis filijs regnum quisque suum relinqueret saluum? Miserabilis vox, plena nimirum curarum, Abrahæ dicentis: Ego vado absque liberis, Semen mihi non dedisti, Ecce vernaculus meus iste Damascus Eliezer, erit hæres meus, Gene. XV. Fac te Abrahæ fuisse hæredem, immo finge te Augusti esse successorẽ: quid, per Deum oro, nisi vmbram & vanitatem possides? Christi Iesu esse cohæredem, heu mihi, quantæ felicitatis credendum est esse? Huc referẽdum quod dicitur Rom. VIII. Idem spiritus testatur vnà cum spiritu nostro, quòd sumus filij Dei. Quòd si filij, & hæredes: hæredes quidem Dei, cohæredes vero Christi. Maximũ hoc, ineffabile hoc & immensum. Sed obseruandum, non solum de cohæreditatione Apostolum agere, sed & de compassione. Si, inquit, simul compatimur, vnà etiam cum eo glorificabimur. Et hoc quod ibidem suprà dicitur: Proinde fratres, debitores sumus non carni, vt secundum carnem viuamus. Quasi dicat: Nostrum nunc porro est, secundũ spiritum viuere, & carnis opera mortificare. sic enim viuemus tãdem. Vbi nunc sunt solius fidei prędicatores, impostores, & mentium humanarum dementatores? Peruertunt infelices hanc epistolam præcipue, cũ ea quæ est ad Romanos, non vidẽtes quòd in vtraque epistola diuinus Paulus tantopere ad religionem absolutam eam, quæ in praxi consistit, cohortatur: quod superuacaneum plane esset & ociosum, si sola sufficeret fides. Si cui hic impia hæreticorum persuasio incidit, nempe ea, Filij sumus gratia Dei effecti, ergo etiam sine opere omni bono iustificabimur, mera fide, credẽtes in Christon: is videat quid sit, esse filium Dei. Dicẽs te filium Dei, & opera designãs atq; exprimens diaboli, nihilo magis es Dei, q̃ & ipse diabolus. Filius Dei Iesus Christus, sacramento suæ incarnationis nos sibi incorporauit. Insiti vero sumus, vt exemplũ eius ad maiora subinde merita imitemur: quod nisi fecerimus, grauius vapulabim⁹. Christus Iesus veritatem catholicam suã, ab hæresium pestilenti adspergine expurgare tandem dignetur. Amen.

Filij Dei nõ sumus sola fide.

DOMINICA II. POST NATALEM Christi, Epistola Rom. XII.



OBsecro vos per misericordiam Dei, vt exhibeatis corpora vestra hostiam viuentem, sanctam, Deo placentem, rationabile obsequium vestrum. Et nolite conformari huic seculo, sed reformamini in nouitate sensus vestri, vt probetis quæ sit voluntas Dei bona, & bene placens, & perfecta. Dico enim per gratiam quæ data est mihi, omnibus qui sunt inter vos, non plus sapere quàm oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem, & vnicuique sicut Deus diuisit mensuram fidei. Sicut enim in vno corpore multa mẽbra habemus, omnia autẽ membra non eundem actum habent, ita multi vnum corpus sumus in Christo, singuli autem alter alterius membra, In Christo Iesu dño nostro.



PRAEFATIO.

QVod suprà semel atque iterum monuimus, non sufficere in euangelica historia, Christi incarnatiõis & passionis mysteria altius repetendo edisserere, nec item literam interpretari, quum omnibus vndique etiam moralia commendentur excutienda: hoc ipsum ec

clesia sancta verbis Apostoli luce clarius nobis ostendit, sacramentis incarnationis dominicæ etiā religionis sacræ præcepta coniungens. Apostolus in capitulis superioribus huius epistolæ, magis de fide egit: magis, dixi: neque enim de sola fide egit. nunc vero magis de bonis agit operibus, manifesto argumento, solam fidē nō iustificare. Nam si ex sola fide absoluta consisteret iustificatio, Apostolū quis iure dixerit & tempori & papyro parcere debuisse. Scio hic Stentores nostrates multis clamoribus hominibus incautis imponere: quis enim neget, eos quibus minus est veritatis, plus valere argutando & clamitando? Sed etiam si ad rauim clamitent, nunquam efficient apostolos & euangelistas bona opera ociose ecclesiæ *credidisse. Quale euangelion, tales item sunt apostoli & eorum discipuli. Paulus Teclam perpetuæ dedicauit virginitati. Petrus suam Petronellam maluit correptam febri e viuis excedere, quàm desponsari. Matthæus Euphemiam castimoniæ deuotam, etiam sua morte in proposito pio duxit sibi perpetuandam. Sic se habet series omnium fidelium, sana doctrina traducis sanctæ educatorum. In nostrates quadrat:

Fidē solā nō iustificare, argumēto ostendit manifesto.

Est tutum, iacuisse thoro, tenuisse puellam,
Threiciam digitis increpuisse lyram.

O nos cæcos, nisi hic manifestum viderimus antichristum. Quibus aures pruriunt, aptos suis moribus facile inuenient apostolos. Præsertim effœminati & mulierculæ degrauatæ peccatis, gaudent sibi dari huiusmodi apostolos, placentia & grata carni prædicantes. Viderit quisque, cui aures accommodet. Ad Apostolum. Primo hic noster Apostolus monet, vt nos Deo hostiam sanctam totos offeramus, atque caueamus ne huius seculi sordibus inficiamur. Catholicus doctor mundi vanitatem hic poterit per amplificationē inducere. Dein post pręceptum tale & prohibitionem, infert similitudinem, qua vtrunque adstruit, & nobis commendatius facit: nihil omittens, quod ad apostolicam possit facere diligentiam.

TEXTVS.

Obsecro vos per misericordiam Dei.

POSTILLA.

Sic se habet status verborum Apostoli: Obsecro igitur vos fratres. Attende quibus verbis vtatur, attende quo affectu loquatur. Hic cum primis obserua, Apostolum talibus verbis & tali affectu fere bona nobis commendare opera. Si qua, inquit, est consolatio, si qua viscera & miserationes. Item, Obsecro vos per charitatē Dei, etc. Vide quantum absint apostoli noui à apostolorum priscorum spiritu. Quid hodie dicūt nostrates, nisi quod spiritui apostolico illi est contrarium? O mentem Dei profundam, qua sine dubio nostrum hoc peruersissimum tangit tempus & ingenium. Primo dicit, Igitur. Quid, Igitur hoc sibi vult, nisi ea quæ prædicta sunt, huc conferenda? Quasi dicat: Cum iam Christi sitis, cauete sitis vt hactenus, vos absolute iustos iactātes. Dein addit, fratres: quę compellatio plena est dulcedinis. Captatio est beneuolentiæ. Sanctum fraternitatis vocabulum, Christianis conuenit. vnde hoc in primitiua ecclesia celebre adeo fuit. Nomen hoc, quo Christiani vocamur, primū in Antiochia per regem Agrippam legimus expressum. Ter in scriptura habetur canonica, nempe Actuum vndecimo & vigesimosexto, primæq; Petri quarto. Fratres tales Apostolus hortatur, siue (vt alij legunt) obsecrat, ne soli nitantur fidei, sed & studeant corda sua exhibere Deo hostiam viuentem, ad perfectā iustitiam consequēdam. Paracalo vtrunque significat, hortor puta & obsecro. Precatur autem & admonet per misericordiam Dei. O obtestationem omnium grauissimam. Sensus est: Sic misericordia Dei, sic gratia Dei vos seruet. Seruabimini, iustificabimini, beati denique eritis, si vos dignos Deo p̄stiteritis. In hoc enim misericordiam estis consequuti, e seculi huius immunditijs in regnum iustitiæ recepti, vt iuste viuatis, Rom. XV. Gal. primo, Coloss. primo. Obserua quatuor: Igitur, fratres, paracalo, id est, obsecro vel admoneo, per misericordiam Dei. Ardēs studium attēde Apostoli: & fac, sis, tibi quod ad tuam salutem facit, persuadeat: nempe hoc quod sequitur:

Bona opera magno affectu Apostolus Ecclesiæ cōmēdat.

Vt exhibeatis corpora vestra hostiam viuentem, sanctam, Deo placentē, rationabile obsequiū vestrū.

Nimium non est, immo minus adhuc, etiam si corda nostra, hoc est, nosipsos offeramus, cum ipse se prior pro nobis obtulit, Luc. 22. Eph. 5. Esa. 53. Quid nos? puluis, vmbra, putredo, vermes. Quid ille? verbum, Deus, vita, lux, panis angelorum, creator & cōseruator oīm. Duplex oblatio, sicca & vda: hoc est, cruēta & incruēta. Vtriusq; typus est in Isaac Abrahę filio. In qua vocatione quis vocatus fuerit, maneat.

Quo nos cunq; trahant, retrahant quoque fata, sequamur.

Altera oblatio, vda atq; cruenta ea, est martyrij, de qua ait 2. Timoth. 4. Immolor, & tempus resolutionis meæ instat. Hanc pluribus persuadet nobis Origenes: ad hāc in

pri

primitiua ecclesia supra fidē ab om̄ibus fere est properatū. testis Eusebius in histo. ecclesi. Itē Cyprianus in serm. Huc pertinet quod ait Apl̄us Acto. 20. Vincula & afflictiones me manent, verum nihil moueor: neq; em̄ vita mea mihiipsi chara est, vt con summē cursum meū cum gaudio. Hic qui vocat, videat ne respiciat cū Petro, immo exemplo Petri veterē Adamū subigat. Sin, cum Ioanne spiritualē hostiā offerre satagat: alterius exemplū sunt cæteri apl̄i, prēter Ioannē, om̄es. Itē Polycarpus, Leonides, Irenæus, Tecla, Catharina, &c. Alterius exemplū sunt Ioānes, Hieronymus, Augustinus, Ambrosius, Nicolaus, Martinus, Paulinus, Gregorius, Franciscus, Alexius, Rupert⁹, Scholastica, Clara, Elisabeth &c. Hæc dicitur mortificatio membroꝝ corporis huius vitę, Coloss. 3. Gala. 5. Qui sunt Chri, ait, carnē suā crucifixerunt cū concupiscentiis suis. Ephe. 4. mortificationē siue crucifixionē eam veteris Adæ vocat deponere prioris cōuersationis veterē hominē, qui corrūpitur iuxta cōcupiscentias erroris: renouari vero spiritu mentis, & induere nouū hoīem, qui iuxta Deū cōditus est, per iustitiā & sanctitatē. Rudius & planius Coloss. 3. Mortificate, ait, mēbra vestra terrestria, stuprū, immunditiā, mollitiē, cōcupiscentiā malam, & auaritiā, &c. Sic oīa eo tendunt, nempe vt corpus constringamus, cōpescamus 1. Cor. 9. in seruitutē redigamus, à vitiis cohibeamus, ad virtutes cōpellamus, &c. Non peccare, durum est carni: contra naturā siquidē est: non inepte ergo carnis mors dicitur. Suprà cap. 6. de hac re sic dicit: Peccatū ne dominetur in mortali vestro corpore, vt obediatis illi ad cōcupiscentias. Neq; accōmodetis mēbra vestra arma iniustitiæ peccato, sed accōmodetis vosmetipsos Deo, velut ex mortuis viuētes, & membra arma iustitiæ Deo. Galat. 6. Mūdus mihi crucifixus, & ego mūdo. Qui sic crucifixus est mundo, non si qd turbida Roma eleuarit, accedet: voluptati bellū indicet, pompā & gloriā tanquā præsentē pestem, auersabitur, & (quod Petrus ait) peccato plane erit mortuus, soli viuens Deo. Hostia viuida puta Deo, intellige de spirituali oblatione, de sicca morte. Vel oppone sacrificiis legalibus & ethnicoꝝ, in occisis animantibus cōsistentibus. Nunc porro nō bruta animalia, sed nosipsos sibi requirit Deus, Esa. 1. Hier. 6. Amos 5. Psal. 68. Probādus q sine morte aīaliū sese Deo offert. Sed neq; Deo cadauera offerebantur, sed aīalia viuida, efficacia, atq; adeo selecta mactabantur, adeoq; immolabantur: multo magis & nos viui, sumus immolandi domino Deo viuo. Sed Deo saltē viuere debemus, illi obtēperando, illius gloriam vnice quærendo, mundo mortui, gloriā eius fugitando atq; execrādo. Sāctus est dn̄s De⁹ noster: æquū ergo est, vt & ipsi nos illi subinde sanctificem⁹: dicit ergo, sanctā s. oblationem. Sēsus est, sanctus sanctificetur adhuc. Obserua ordinē: Primo, debet corpus nostrū peccato esse mortuū: Secundo, viuere Deo: Tertio, subinde sanctificari. Talem victimā dicit gratā esse Deo. vides itaq;, opera bona sanctificatoria, iustificatiōis ratione nō carere. Neq; em̄ grata esset Deo oblatio istiusmodi, nisi sancta atq; adeo etiam iustificata existat. Insuper & hoc cū primis est necessariū, ne homo suo se arbitratu offerat: audienda scriptura, obaudiendū ecclesiæ. Hoc est q̄d subdit, Rationabile obsequium vestrū. Superstitio cauenda, ab om̄i specie mala abstinendum. Non vult porro oues & boues, nō thus & thymiama. Corda sibi vult nostra. Quæ, malū, igitur istæc peruersitas, q nosipsos nō studemus sanctificare, & ab huius mundi vanitate separare, interim domino, pecunia, cera, lino, ferro, calceis puta equinis, tritico, auena, & cæteris hoc genus, placere conamur? *Nunquid satius esset, integros boues Deo offerre, & primitias oēs puentuū oīm? Discite q̄d sit, Misericordiā volo, & nō sacrificiū. Eleemosyna gratū sacrificiū, cui quotusq; studet? Hāc nobis præcipit, hæc nobis cōmendat Mat. 10. 25. Rom. 15. Phil. 4. Rationabile hoc obsequiū si q̄s p̄stat, operā bonā nauat, & mercedē certā sibi promissam habet. Cæteꝝ & rationabile obsequiū opponit brutis aīantibus legis. Offerre nūc porro nosipsos iubemur. Oculos offerem⁹, si simplices existāt & humiles. odit em̄ sublimes & supciliosos. Aures sūt Deo gratū sacrificiū, vbi spinis eas sepiuerimus, ne statim vana colloquia, turpiloquia, detractiones & talia perniciosa audiamus, immo magis clamoribus eas miserorum patentes habeamus. Manus victimæ sunt Deo sanctæ, si non sint sanguinolentæ, si nihil fraudis, nihil violentiæ & calumniæ in ipsis inueniat. Linguam Deo oblationem præbemus, vbi deierare, peierare, mentiri & blasphemias proferre, rixas & hæreses disseminare abstineat. Venter item fit victima, ieiuniis maceratus. Denique & pedes offeruntur, dum pauperes & orphanos visitant, ad Dei om̄ia obsequia, etiā solennitates ecclesiæ, cōuolitāt. Sic pedes gloriosæ virginis, gratus odor erāt Deo, Elisabeth visitādo: Simeonis & Annæ pphetissæ, in dn̄i templū crebro descendēdo. Summa: Hæc est ipsa logica latria rationabilis obsequii, q̄m fit ab animalibus * rationabilibus. Talem logicam latriam diuus quoq;

Opera bona sanctificant.

Obsequium sit rationabile.

Obsequium rationabile est eleemosyna & om̄e opus bonum.

Logica latria id est, rationabile obsequium, nos sumus.

Petrus ex nobis requirit, 1.capit.2.dicens: Deposita omni malitia,& omni dolo & simulatiōibus & inuidentijs,& omnibus obtrectationibus, vt modo nati infantes, lac illud nō corporis, sed animi, quod dolum nescit, appetite, vt per illud subolescatis. Lympidū hoc esse euangeliū,ô frater Lutherane,ex his verbis vides,& tutum æmulatorium euangelium solius fidei,charitatem,quæ Deus ipse est,ad iustificandi rationem nō admittens,esse prorsus impurum, insyncerū, Tænarijsq́ȝ tenebris caliginosum. Diuus Petrus & ipse logicon dictiōe vtitur. Rationem itaqȝ vides ab vtroqȝ apostolo,q apostolici ordinis principes sunt, ecclesiæ committi. Quod si hactenus satis animaduertissemus, atque etiamnū attenderemus,minus controuersiarum atque sectarum haberemus.

Et nolite conformari huic seculo.

Sensus porro in vobis latria toti mundo innotescat. Corpore & animo seruietis domino Deo,abstracti à mundo,ne cū impio damnemini mundo. Tam mundus est diuersus à Deo, quàm princeps huius mūdi,Deo est cōtrarius. Mundus hic nihil aliud significat,q̃ hoc quod est apud apostolum Ioannem,1.cap.2.fastus,concupiscentia carnis & oculorum. Paucis verbis complexus est plurima, nempe primo infidelitatem,gloriam ,pompas, libidinis & luxuriæ tot portenta:auaritiæ & cupiditatis tot ostenta. Hæc omnia saluator & ipse paucis compræhendit verbis,dicēs: Spiritus cum venerit,arguet mundū de peccato,de iustitia,& de iudicio &c. Chrus & Belial mundi dn̄s,sibi sunt diuersi. Mammon quippe & Deus,Christus est & mundus. Regnum itaqȝ Chri & mundus,cōtraria sunt. Mundus ergo non potest non insectari eos, qui Christo seruire animū induxit,Ioan.7. & 15. Ecclesiæ regnū habet suum schema atqȝ symbolon,paupertatem,castimoniam,humilitatem &c. Huc respicit Apostolus, dicens:Nolite conformari huic mundo. Syschematizo significat,cū alij alioꝝ moribꝰ sese æmulos atque simias præbent. Imitationem mundi atque (vt versio habet vulgaris)conformationem, verbum hoc Grecæ veritatis,importat. Schema,hoc est,ingeniū & ritus huius mundi qui sit,dixi. Schema hoc præterire siue euanescere Apostolus dicit,1.Corint.7.Ioannes item 1.cap.1. ipsum schema Epithymian,& eam transeuntem vocat. Perit itaque vnà cum mundi schemate, quisquis hoc imitari studet. Mundo & omnibus eius pompis renunciauimus. Perfidi ergo sumus, quoties huiusmodi nos dedimus nugis,1.Ioan.2. Nolite diligere mundū,neque ea quæ sunt in mundo. Qui amat mundum, Dei charitatis est expers. Si Dei charitatis est vacuus,ergo & Deo est orbus. Iacobus ait perfectam religionē esse, se ab hoc seculo immaculatum custodire,capite primo. Item,Nescitis,aut, amicitiam huius mūdi inimicitiā esse Dei? Apostolus conqueritur,Deman relicta ecclesia ad mundum redijsse. De fuga mundi S.patres præcipue scripsisse videmus. De fuga mundi item testimonium habes biblicum, Hebræo.11.& Marc.1.Lugendus est status ecclesiæ, qui mundi pompa prorsus est infectus. Vix inter pompam mundi & cultum Dei, discrimen hodie inuenias. Magnates ecclesiæ,sal terræ & lux mundi esse debebant, sed quid aliud hodie sunt, quàm ipse mundus? Contrà,qui se ecclesiæ censores obtruserunt,euangelistę noui,qd absunt à mundi vanitatibus? diceres eos schematon mūdi esse instar & viridariū.

Mūdus à Deo alienus est.

mūdi schema Apostolus nobis prohibet.

Sed renouamini in nouitate sensus vestri.

Renouationē hanc Apostolus vocat metamorphosin, hoc est,penitissimam transmutationem, qua homo plane sibi dissimilis efficitur, qn̄ aut carnalis spiritualis euadit, aut spiritualis in carnalem abit hominem. Simile huius vides in Metamorphosi Ouidiana,vbi Niobe fingit̄ mutata in marmor,Baucis & Philemon in arbores semper virentes,&c. Fabulæ suus est locus atqȝ commoditas,modo quis rite vtatur. Niobe dicitur in marmor mutata culpa superbiæ, qua ne dijs quidē cedere tulit. Baucis & Philemon pauperes cōiuges, virtute hospitalitatis,dicuntur mutati in arbores perpetuo florentes. Quo fabulæ figmento nihil cōmodius,quippe quod nostræ consentiat religioni. Noster Iupiter Chrus est Iesus,nostra Iuno spiritus sanctus. Superbos dimittit hic inanes, suæ indurandos relinquit superbiæ, fidelibus in minimo maiora subinde charismata sufficit. Atque hoc,de exemplo siue simili. Monet Aplus, vt nos sic geramus, q gratia Christi innouemur, quemadmodum de Saul dicitur primi Regum decimo. Innouati sumus,cum alios affectus cōcepimus,hoc est,quando qui carnales sunt, spiritualia saltem cupiunt, & ad cœlestia adspirant, Colossen. tertio. Contra incantationes & veneficia Circea, vsus est herba moly Vlysses. nobis hic moly præstat præsentissimū baptismi mysterium. Hic effascinantur & excantantur oēs, illusionibus diaboli obnoxij:hic ab huiusmodi illusionibus præseruantur oēs,eius sacramenti mysteria syncera fide rite tenentes. Princeps huius mundi schemate

demē

dementat imprudentes. Est em̃ mundus muscipula pedibus stultoꝝ. Contrà, gratia Dei in cordibus vere fidelium schema hoc penitus extinguit, hoc est, mundi contemptum cordibus ipsorum prorsus ingenerat. Non tam nos ridemus Ouidianas metamorphoses, atque mundus ridet apostolicam eam, de qua nos hic agimus, renouationem. Bone Deus, quibus non conuicijs proscindunt nostrates hodie monachos & sanctimoniales, priscæ religionis habitum gerentes? Interim eos qui vestibus diffutis, & exoticis siue etiam inuentionis nouę vtuntur, probat & admiratur denuo. Laudãtur pertinaces, cacoethes quodcunque huius seculi mordicus obseruantes, pompam, huius mundi gloriam, luxuriam, lites forenses, rapinas, deprædationes, bella, cædes, & quidquid id est diabolicæ imposturæ. Atro notantur carbone, si qui strepitum huius mundi fugiant, si parsimoniæ studeant, si vitijs nuncium remittant. Si quis hodie sua aut pauperibus distribuere, aut ecclesiæ relinquere decerneret, certe cum anabaptistis capite plecteretur. Mendicitas hodie summum habetur flagitium: olim tantum fuit sacramentum, vt etiam Eustochium sancta cuperet mendica ex hac vita recedere. Adeo diabolica metamorphosis regnat in hoc seculo: vnde potissimum hoc nostro tempore, qui innouemur, opus habemus. Qui aures audiendi habent, audiant Apostolum, expurgent vetus fermentũ, primæ Corinthiorũ quinto: Nouam vitam auspicentur, Romanoꝝ sexto: Nouam legem charitatis amplectantur, Ioannis 13. Renouentur spiritu suæ mentis, Ephesioꝝ quarto: Nouum hominẽ induant, Colossens. tertio. Tit. 3. Qui hic spiritui Dei resistit, sua culpa i schemate mũdi interibit. Nihil habet quod vel spiritũ Dei, vel apostoloꝝ ministerium accuset, quasi ad innouationẽ eam non sit satis obtestatus. Sua se dãnauit malitia, sanguis ergo suus super ipsum.

Vt probetis quę sit voluntas Dei bona, & beneplacens, & perfecta.

Attende seriem verborum. Vt probetis, ait, quod pertinet ad hoc q̃d dixerat, Renouamini spiritu mentis vestræ: sed ad hanc renouationẽ apte subiungitur, vt probetis. Sine innouatione tali non potest fieri, vt homo probet & discernat, quæ Dei voluntas, & Deo quid bene placeat. Vetus homo nihil aliud approbauerit, nisi quod spiritui Dei maxime cõtrariũ existat. Ad periculũ hoc Dei voluntatis, nouatis sensibus opus habemus. Exemplũ hoc placet ostendere, Biblia nusquam nõ ostendit, quæ Dei sit voluntas: quotusquisq; est q̃ præstet eã? At quare non certatim eã præstamus, pro se quisque, om̃es? Nonne quia de ea dubitamus? Nonne quia quod malum est, bonum esse nobis persuasum habemus? Tantum refert renouari spiritu: vnde & de renouatione multum tradit Apostolus: Probate, ait, quod bonũ & beneplacẽs sit Deo, Ephesioꝝ quinto. Rogas quid beneplacitum sit Deo. Respondeo, sanctificatio nostra. 1. Thessaloñ. 4. Hæc est voluntas Dei, sanctificatio vestra, vt sciat vnusquisq; vas suũ possidere in sanctificatione. Sãctus ego sum, ait, sancti & vos estote. Sanctificatio ea præcipue consistit in custodia mandatorum Dei. Psal. 142. precatur propheta regius, dicens: Doce me facere voluntatem tuam. Non hic fidẽ excludimus, immo fidem huius ædificij fundamentum ponimus, Ioannis sexto. Sanctificatio nostra, Dei itẽ est voluntas, vt scandala infirmoꝝ etiam infidelium caueamus, primæ Petri 2. Obserua digradationẽ: voluntas Dei bona, beneplacens, & perfecta. Heus tu noue Euangelista, hic ausculta, aureḿq; animũq; aduerte. Nonne voluntati Dei stare iustificat? Nonne bonum quod apud Deum, quod gratũ est, quod perfectum est, iustitiæ adscribi potest? Iustitia bonoꝝ operum doni spiritus sancti, charitatis & fidei fructuum, passim in scriptura canonica elucescit, sed euangelij noui nebulæ tantam claritatem misere obscurant. Qui sapit, audiat Apostolum, & credat voluntatẽ Dei esse, vt etiam corpora nr̃a eius latriæ dedicemus. Quid ad nos, si hæresis & hic mundus, quod bonum est, malum dicat, Esaiæ quinto? Animalis homo non accipit ea quæ Dei sunt, 1. Corinth. 2. Breuiter, vt hunc claudamus locum, obseruetur hoc Apostoli Philip. 4. Quęcunque sunt vera, quęcunque honesta, pura, sancta, accommoda, quæcunque boni nominis, si qua virtus, si qua laus, hæc cogitanda nobis.

Voluntas Dei quæ?

Opera bona iustificant.

Dico enim per gratiam quæ data est mihi, omnibus qui sunt inter vos, non plus sapere, quàm oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem, & vnicuiq; sicut Deus diuisit mensuram fidei.

Admonitio istæc Romanis non solum, sed & nobis admodum necessaria. Nimiꝝ sapere, est radix hæresion omnium. Sapiens qui hoc quod scit, nescit, habendus. Et procul dubio nulla manifestior est stultitia, quàm sibi sapientiam singularem polliceri. Sic & nullum crimen est grauius eo, quo

Hæresion radix omnium.

Hypocrisios radix & crimẽ.

quo se homo de sanctimonia sua cæteris præfert: quod Iob dicit adorationem suæ ipsius manuum. Obserua quo affectu atque vehementia Apostolus hoc vitium prohibeat. Per gratiam, inquit, Dei dico vobis. Pene idē suprà dixit: Obsecro vos per misericordiam Dei. Gratia Deo, qui tam fidum apostolum suæ ecclesiæ, Romanæ nimirum, præfecit. Vtinam qui eius ecclesiæ membra sumus, affectu tanto Apostoli tanti nostri tangamur. sic enim nulla vnquam vel hæresis vel hypocrisis nos corrumperet. Irrepsit ante hæc tempora in ecclesiam Christi hypocrisis: nunc loco eius insurgit, & q̃tidie magis atque magis inualescit, longe pestilentior hæresis. Hypocrita aliquis suam rudibus vendidit sanctitatem & meritum. Stulti qui crediderunt. Nunc vero ipsa fides proditur catholica, pax ecclesiæ Christus ipse exploditur: quāto hoc est execrabilius, quàm hypocritā aliquē clancularium rudibus imponere? Hæretici noui nō sanctos, sed sanctimoniæ autores sese toti orbi obtrudunt. Veritatem sibi vnice vendicant, etiam in confusionē omnium, qui ante nos fuerunt, sanctorum. Quid ergo aliud, quàm numen sese ostentāt, in loco Dei? Hypocritæ sanctimoniam simulantes, virtutūque speciē præ se ferētes, religionē, tāetsi subdole, ædificauerūt: noui euāgelistæ, exititij monachi, piuri apostatæ, hoc ipsum saltē dicūt esse euāgelion, quo certo om̃is extinguitur religio. Traditi in reprobam mentem superbi homines. Bene ergo Salomon monet, ne nimium sapiamus, Ecclesiast. 7. Apostolus item alibi vetat, ne intelligentia nostra superbiamus. Roma. 2. Hypselophronin vocat, alta sapere. Idem facit 1. Timoth. 6. Iesus quoque Sirac monet, ne altiora nobis quæramus, cap. tertio. Hyperphronin, est nimiū alte sapere, hoc hæreticorum est. Phronin, hoc est, sapere, vulgi est: bene alijs, alijs male conuenit: cauti alij euadūt, q̃d illis bene vertit: alij astuti efficiuntur, quod culpa non caret. Medio igitur hoc se habet modo. Sophronin catholicorum est, qui non sapiunt vltra mensuram, neque vbi non oportet. Sapere iuxta mensuram fidei, catholicorum est, hoc sophronin dicitur. Quæ vero mensura fidei? Consentire bonis, acquiescere ecclesiæ sensui. Ecclesia est columna veritatis & basis: huic qui non acquiescit, metam fidei transilit, mensuram non seruat. Inflatus mente, inanem sese vere declarat. Superbos, mente cordis sui Deus euacuare solet. Nullum certius signum, hominem spiritu Dei esse destitutum, fastu. Fides habet se quemadmodum eruditio: qui minus habent eruditionis, magis se efferunt: sic & qui minus habent fidei, hoc est, doni spiritus sancti, de fide se plus iactant. Modestia Apostoli argumento est, ipsum spiritu Dei esse vas plenum. Hieronymus se lembū dicit comparatiōe patrum aliorum, quos naues vocat onerarias. Augustinus, Gregorius & alij, etiam à pueris discere non recusarunt. Maledicta hæresis etiam vniuersos audire temnit, sibique vniuersorum mysteriorum cognitionem soli tribuit.

Hæresis omni hypocrisi pestilētior, hodie exagitat ecclesiam.

Sophronin, id est, sape modice, & iuxta mensuram fidei, quid?

Sicut enim in vno corpore multa membra habemus, omnia aūt membra non eundem actum habent: ita multi vnum corpus sumus in Christo, singuli alterius membra, In Christo Iesu domino nostro.

Dicere vult: Fratres, dixi cuique mensuram contigisse fidei, non ergo impar diuisio inter vos dissidium gignet, quia omnia à domino Deo ita ad communem ædificationem corporis spiritualis Christi atque ecclesiæ varie administrantur. Dissimilitudo ea est ædificationis & pacis, non discordiæ siue destructionis. Exempli gratia: Corpus humanum varijs constat membris, nec omnia eiusdem sunt actus: auris audit, oculus videt, nares olfaciunt, sapit lingua &c. Nulla in corpore est discordia, immo maxima cōcordia. Harmonia quædam in humana constitutione videtur, vnde gloria Dei manifesta elucescit. Potentia, sapientia, & bonitas in constitutione ea varia & vnanimi peruidetur. Sic & veri catholici, verum corpus Christi consentit sibi, congaudent sibi omnes, inseruiunt sibi omnes: ille orat, hic protegit, iste laborat. Hæreticus si vnicus irrepserit, conturbat statim omnia, terrā cœlo miscendo, sacra prophanis confundendo. Simile hoc clarius aliquanto vides, primæ Corinthiorum duodecimo: Quemadmodum corpus vnum est, & membra habet multa, (usque) ne sit dissidium in corpore, sed inuicem alia pro alijs eandem solicitudinē gerant membra. Item Ephesiorum quatto, idem fere dicit: Habet ecclesia sua certa membra: quæ si omnia sua rite sequerentur munia, non haberet hæresis quod exprobraret. Sed etiam si lippiat oculus, etiam si hebescat auris &c. num ergo propter membra, etiam propter caput morbidum, totum perturbandum est corpus? Haud quaquam. Dominus Deus hæreticos, qui propter somnolentiam magnatum ecclesiæ & propter abusus plerosque totam perturbant ecclesiam, compescat. Amen.


Abentes donationes secundum gratiam, quæ data est nobis, differentes: siue prophetiam, secundum rationem fidei: siue ministerium, in ministrando: siue qui docet, in doctrina: qui exhortatur, in exhortando: qui tribuit, in simplicitate: qui præest, in solicitudine: qui miseretur, in hilaritate. Dilectio sine simulatione. Odientes malum, adhærentes bono. Charitate fraternitatis inuicem diligentes, honore inuicem præuenientes. Solicitudine non pigri, spiritu feruentes, domino seruientes. Spe gaudentes, in tribulatione patientes, orationi instantes. Necessitatibus sanctorum communicantes, hospitalitatem sectantes. Benedicite persequentibus vos. Benedicite, & nolite maledicere. Gaudete cum gaudentibus, & flete cum flentibus. Idipsum inuicem sentientes. Non alta sapientes, sed humilibus consentientes.

PRAEFATIO.


Aximi momenti res est, concordia & pax ecclesiæ. Vnde ecclesia lectionem hanc illi quam superiori audiuim⁹ dominica die, coniungit, hoc quod suprà de vnanimitatis virtute dictū est, cōfirmans. Nihil æque discordiam facit, atque disparia officia & dona: sed diuersitas ea nō offendit nisi eos, qui mysteriorū Dei minus sunt experientes. In superioris dominicæ diei lectiōe scita similitudine mutuam cōcordiam Apostolus nobis psuadere studuit, placet ipsam repetere. Vnū Christi corpus sumus oēs, nō vnum, inquam, membrum, sed corpus pluribus membris constans, hoc est, non omnes eandem gratiam habemus. Sic natura comparatum est, vt talis diuersitas in omni republica faciat vnam ciuitatē: quæ etiam quodāmodo corpus vnum dici potest. Non omnia possumus omnes, ait ille: Quid autē? Nunquid ergo tumultuandum in republica? nunquid simultates & factiones ineundæ? Nemo sanus hoc dixerit: liquet ergo, etiam in ecclesia propter diuersitatem Dei donorū, nullas tragœdias esse concitandas. Sufficiat cuiq; esse mēbrum tanti corporis vnicum. Attende nullum corporis membrum sibi inseruire, sed corpori. Oculus non videt sibi, non audit sibi auris, non facit opus manus sibi, non sumit cibos os sibi, nec sibi pes graditur. Male ergo officio suo respondet homo corpori Christi insitus, nisi studeat gnauiter vniuersis commodare membris. Suo officio respondeat, & beatitudinem præmium cum vniuersis adipiscetur. Nullus tam exiguus totius corporis est articulus, quin suos habeat actus: nullum item est membrum in corpore viuidum, quin suas partes sua spōte, idq; sedulo, exequatur. Quæ, malum, ergo nostra prauitas, qui nostræ vocationis & donatiōis immemores, quisque aliorum vsurpare studemus officia, alij in aliorum messem falcem mittendo? O humani cordis cæcitatem. Dionysius tyrannus ille, satis clare ostendit, magistratum esse prouinciam discriminum omnium plenissimam. Optime ergo ageretur cum priuato, sua si bona norit. Episcopatus item functione quid æque durum esse poterit, cum Antistiti cuiuis incumbat, rationem posthac reddere, pro tot sibi creditis animabus? Tutius ergo longe est, mysteria Dei cum alijs ab aliorum sumere manibus, quàm alijs præfectum, manibus administrare suis. Hæc omnia Apostolus iterum atque iterum conscribit, ea item ecclesia iterum atque iterum nobis legenda decreuit, vt mutua charitate adolescentes, vnà seruemur. Discordia siquidem vt magnæ res dilabūtur, sic enim fit vt suarum rerum satagat nemo, ita etiam inuidētiæ malū in ecclesia excitatum, heu mihi quantam vim animorum in interitum æternum mittit? Duo præcipue in hac lectione tractantur. Primo admonet Apostolus, vt quisque suam vocationem agnoscat. Deinde hortatur, vt omnigenis virtutibus pro se quisque inuigilet, atque adeo iustificetur & saluetur.

TEXTVS.

Habentes donationes secundum gratiam, quæ data est nobis, differentes.

POSTILLA.

Dona-

Donationes, ait, non mercedem & prę mia. Gratia, nisi gratuita sit, nomen gratiæ perdit. Nouit Deus, figmentum quale simus: miseretur ergo miseris, largitur suam nobis gratiam, sine qua nihil nisi præsens nobis imminet perire. Charismata siue diaphora donatiua, hoc est, diuersas donationes, varia dona: omnia bona, quippe ex bonitatis fonte profluentia oĩa. Summũ bonum nihil mali protulerit, contra hæreses nostri huius æui, quę etiam Deum autorem mali calumniantur. Donationes, quas Græci charismata vocant, in optimã partem saltẽ accipiendæ. Non refert, alia alijs præstent. Nullum omnium est quod noxium sit. Varietas tãtorum bonorum, potentiam, sapientiam & bonitatem declarat. Copia potentiam, varietas sapientiam, liberalitas qua etiam omẽ meritum, cuiq; omnia sufficit, benignitatem datoris arguit. Petrus charismata eodem vocabulo exprimit, 1. capit. 4. Huc respicit typica vestis illa Iosephi multicolor polymita, Gen. 37. quam Septuaginta vocant pękilon, quo vocabulo diuus Petrus vsus est, varia Dei dona describens. Huc pertinet vestis Reginæ deaurata, varietatibusq; insignis illa, quam Dauid Psal. 44. celebrat. Varietas est vnius vestis, non ad difformitatẽ & dedecus, sed ad venustatẽ & decentiam. Varia, inquam, dona & linguæ, sed ad vnum regnum Christi exornandum & prędicandũ, Acto. 2. 1. Corinth. 14. Linguæ nisi ignitæ existant, schismata pariũt. Linguæ variæ, scientiæ & artes multæ & diuersæ: sed vna vni⁹ fidei, catholicę nimirum, doctrina esse debet, Hebræo. 13. & iuxta hoc quod sequitur:

Dei dona bona sũt oĩa, qa Deus autor mali non est.

Siue prophetiam, secundum rationem fidei.

Septem hic dona spiritus sancti in vna periodo comprænensa, enumerantur. Loci huius occasionem suprà vides, vbi dicitur: Multi vnum corpus sumus in Christo, varia tamẽ sortiti dona. Hæc quænam dona sint, hoc loco recenset. Prophetia donorum Dei est præcipua: est autẽ duplex: Prima est interpretandi scripturas certa intelligẽtia, supne homini infusa, aut etiã p eruditionem homini cõcessa. Nihil enim proficit magistri vox & ferula, nisi interius etiã erudiat vnctio seu gratia. Altera est futurorum pronunciatio indubia. Vtraq; harum in primitiua ecclesia erat frequentissima, quia vtraq; commoda & cum primis necessaria. De vtraq; intelligendum hoc Iohelis 2. quod Actorũ quoq; citatur secundo: Erit in nouissimis diebus, dicit dominus, effundam de spiritu meo super

Prophetia donorum Dei maxima, duplex ẽ.

omnem carnem: & prophetabunt filii vestri & filiæ vestræ. Acto. 21. vides etiam filias Philippi, vates spectabiles extitisse, 1. Corinth. 14. vides in ecclesia ea donum prophetiæ non infrequens fuisse. De prophetis ecclesiæ vide Matth. 7. & 25. Proxime & secundum apostolatus functionẽ, prophetiarum munus celebre fuit in ecclesia, quod vides 1. Cor. 12. Ephe. 2. 4. Fuerunt & etiamnum esse possunt sui prophetæ ecclesiæ, non minus quàm olim fuerunt synagogæ sui. Interest tamen inter prophetas noui & veteris testamenti. Hi Christum nasciturum & cætera mysteria nostræ salutis prædixerunt, nihil tale nunc porro præsignatur, saltem de statu ecclesiæ admonemur. Liber Apocalypsios & omnia monumenta, argumento non obscuro existunt. De tali potissimum prophetia intelligendum est hoc, Spiritum ne extinxeritis, prophetiam ne adspernemini, 1. Thess. 5. Item hoc 1. Ioan. 4. Omni spiritui ne credatis. Hic non possum nõ flens testari, ethnicos hac in re nobis olim fuisse cautiores. Nos omnia hodie miracula atque adeo oracula statim recipimus, modo lucri aliquid promittant. Ethnici prisci Apollinis prædictiones, vatum libris: portentorum depulsa, Hetrusca disciplina voluerunt explicari, impertito sacrificio, quo etiam ostentorum denunciationes procurantur, teste Valerio Max. lib. 1. ca. 1. Væ iterũ atq; iterum væ nobis, qui hic omnibus ethnicis magis sumus socordes, neq; legem neq; euangelion audiẽtes. Deuteronomion Mosis oĩa miracula & vaticinia errori deputat, verbo Dei inconsentanea. Hic vult Apostolus, vt oracula omnia analogiæ siue pportioni fidei quadrent. Iuxta rationẽ fidei ait. Analogia hic proportionem quandam refert. Pictorum vocabulum est proportio, qua neglecta, ridiculos sese faciunt, teste Horatio dicente:

Humano capiti ceruicem pector equinam
Iungere si velit, & varias inducere plumas,
Vndiq; collatis mẽbris, vt turpiter atrum
Desinat in piscem, mulier formosa supne:
Spectatum admissi, risum teneatis, amici?

Caput Chr̃s est, Apostoli oĩa ad Christi icona retulerunt, analogiam pia curiositate obseruantes. Nostrum item est, omnia ad Christum, qui ecclesię caput est, referre. Non tamen suus hic iudex aliquis poterit esse. Consulenda item ecclesia, sensus catholicus non fallit: eum ecclesiæ patrum tot monumenta penitus exprimunt. Analogiam aliter accipiunt pleriq; priscorum, Chrysostomus præcipue & Theophylactus. Origenes hic valde sudat, & rem acu tangit. Latinorum vnus, & is recentior, no

or,nobis huius sensus gustum dedit, Vincentius: quem ita sequimur, ne priscos Græcos contempsisse videamur.

Siue ministeriũ, in ministrando.

Magis barbara est lingua Germanica, q̃ vt hunc locum, citra periphrases & adiectiones, adsequatur. Illustrem sensum si petas, primo ea quæ suprà sunt dicta, repetas. Siue prophetiam, secundũ rationem fidei, s. exequendã. Tuo cerebello ne fidas. cuiq; spiritui ne credatur. omnia ad scopũ fidei redigantur. Is sensus & præsenti est loco. Siue ministerium, quod vocat diaconian, in ministrando. Diaconia æque est donum Dei, atq; prophetia: non minus ergo in ministerio diligentia requiritur, atq; in prophetia. Propheta nisi aut interpretet scripturas, aut per futurorũ prædictionem pręstanda & fugienda exprimat, præuaricat. Peccat item episcopus, sacerdos, diaconus, subdiaconus, si suo ministerio desit, hoc est, ipsum non sedulo exequatur. Non tam docendi officiũ episcopo incumbit, q̃ eleemosynas dispensandi. Viderit quisq; vt suæ respondeat vocationi. De diaconia præsenti vide 1. Cor. 4. 2. Cor. 3. 11. 2. Tim. 4. Act. 1. Ministerium in ministrando, ait, duplicatione atq; repetitione istac opus vrgens. Nemo se Christo dignũ putet seruũ citra operam. Operæ exemplum habet episcopus in Apostolo & eius discipulis Timotheo & Tito. Sacerdos in sacerdotum exemplo, Act. 14. 1. Timoth. 5. Diaconus in diaconorum, Act. 6. 7.

Siue qui docet, in doctrina.

Qui docet, s. doceat, vel hoc fiat, in doctrina. Doctor dicitur à docendo. Mitris saltem & annulis insignes, nisi doceãt, doctores non sunt, sed doctorũ larua. Operis ipsius docendi Apostolus doctores hic cõmonefacit, dein sanæ doctrinæ eosdem admonet. Qui exoticis opinionibus ecclesias conturbat, non doctor, sed conturbator dicendus: neq; doctrina, sed impostura friuola habenda, quidquid non facit ad ædificationem eam, qua cœpit mater ecclesia. Obserua hic, non mediocrem rem in ecclesia habendam, doctrinã. In prophetiæ vocabulo etiam comprætenditur docendi ratio. Interpretari em̃ scripturas, quid à docendi differat officio? Repetit vero Apostolus hoc, quod præcipua res est. Nisi relictum esset nobis semen, vt Sodoma & Gomorra occidissemus. Præcipuum hoc episcopi munus: vnde Ap̃lus Petrus euangelizauit Cornelium, nõ baptizauit ipse per se. Et Ap̃lus dicit se nõ esse missum ad baptizandũ, sed euangelizandũ. In Italia rarius prædicari, argumento sunt Curtisani nostrates, ad deuoranda ecclesiæ bona nati. Vtinam eorũ insaturanda vorago, non vergat in fraudem doctrinæ: vergit autem multis modis. Semidrị incedunt, ignauũ fuci hocce genus: mendicat in plateis infelix sacerdos, verbi denunciationi deputatus. Quanta inde orta sint, & subinde oriantur scandala, quisq; citius defleuerit, q̃ descripserit.

Qui exhortatur, in exhortando.

Sensus est: Qui exhortat, s. fiat id, præstet id ipso opere. Neq; em̃ sufficit aut donum, aut honos, siue dignitas vocationis, nisi etiam accesserit fidelitas executionis. Exhortatio est species doctrinæ. Vides quanti ponderis sit res, doctrina: quoties eam Ap̃lus nobis cõmittit, quoties eam inter præcipua Dei dona enumerat. Docere puto hoc esse, quod hodie præstant in academijs doctores theologiæ. Admonere id vero, quod pro rostris vndiq; faciunt verbi Dei concionatores. Ap̃lus hic animo p̃senti secernit alterum ab altero, ne vni supra vires vtrunq; onus imponatur. Maximi meriti est, vtrunq; præstare, exẽplo Pauli & aliorũ apostolorũ, quos primitiuæ ecclesiæ egregij adeo doctores, columnæ ecclesiæ, sunt imitati ad vnũ omnes. Qui alterum hodie studeat præstare, rarissima est auis in terris, nigroq; simillima cygno. Origenes & Theophylactus fere eandem inter docere & exhortari ponunt differentiam. Exhortationem vocat paraclesin, quæ dictio tria complectitur: nempe q̃ orator primo bonos cohortetur, vt in bono perseuerare dignentur: dein, vt malos admoneat, quo absistant à vitijs. Deniq;, vt eos qui in periculis sunt, constantię admoneat. Ad Timotheũ sic quoq; docere & exhortari posuit, 1. Cor. 6. Ad Titum, vult episcopũ esse promptũ ad docendum, & efficacem in exhortando. Talis doctor fuit Baptista Luc. 3. In Antiochia exhortationem positu lauerunt ab apostolis archisynagogi. Ad Corinthios item mentionẽ facit exhortationis: sed ibi pro paraclesi ponit paramythia, quæ dictio nõ solum significat exhortationem, sed cõsolationem. Vtrunq; facit ad partes cõcionatoris. Inuenias in scriptura canonica exercitatos cõplures, q̃bus nõ sit opus vt doceantur: sed vt identidem admoneantur, in primis opus habent. Diuus Petrus fere ijsdem verbis hunc locum prosequitur, 1. cap. 4.

Qui tribuit, in simplicitate.

De officio Missæ hoc poteris nõ inepte intelligere. Missa dicta est agape à misera tione, hoc est, ab eleemosyna. Hinc supersunt adhuc inania nomina, Offertorium,

Doctrina magni momenti res est in ecclesia.

Docere & admonere duæ sunt res.

Exhortationis tres species.

Exhortatio etiã cõplectitũ cõsolationẽ

Missa dicta est agape.

Collectæ,&c.Per me tamen de quacunq; eleemosyna intelligas. Smplicitas hic significat fidelitatem,qua priuatæ commoditati præfertur publica,& quæ miserorũ habet respectum,sua non attendens,immo negligens. Apostolus Paulus vnà cum alijs apostolis in Macedonia & Achaia multũ pecuniæ conflauit,fratribus in Iudæa mittendũ. Poterat hic facile quis,Iudã Scariothen imitando,furtũ committere vel paruum,cuiusq; decimi puta nummi. Sed simplex oculus, irretortus hæc spectat fluxa. De oculo simplici vide Matth.6. Viderint cœnobijs & ptochotropheis præpositi, q̃ oculo mammonã intueantur. Hieronym⁹ simplicitatem intelligit eã, q̃ personarũ nõ habet respectũ. Origenes, Ambrosius, Sedulius accipiunt de illis,qui citra omnẽ hypocrisin & auræ popularis immunes,eleemosynã faciunt:idq; sic,vt dextera nesciat quid sinistra faciat. Chrysostomus & Theophylactus intelligũt de largitate, qua homo cito & abunde dat,cuius contrarium Apostolus vocat parce seminare. Viderint noui euangelistæ,pauperes,quos mendicare prohibent,vt edant & satientur omnes, atq; benedicant dominũ. Viderint vt agapen celebrent,sic puta,ne alius sit satur,alius esuriat.

Qui præest,in solicitudine.

Epi vocãtur,pistameni,hoc est,pfecti, psides.

Suprà optimatibus ecclesiæ præscripsit diaconian:hic vult eos etiã esse in suis munijs solicitos. Tituli eorũ,idipsum quoq; ab ipsis contendũt. Apostolus vocat eos proistamenos, antistites, hoc est, præfectos & præsides:quos alibi vocat diaconos,1.Corint.4. Spuda Græca dictio,tam diligentiam q̃ curam significat. Diceres diligentẽ curam. Origenes de hac diligenti cura sic ait:Qui præest ecclesiæ siue fratribus,solicitus sit,non de rebus huius mundi. Longe eñ oportet talem curã abesse ab illis,qui ecclesiæ sunt prælati. Curã vero, de qua Apostolus ait,sibi cõmendatam meminerint,solicitudinem omniũ ecclesiarũ. Quis infirmatur,& ego nõ infirmor? Quis offendif, & ego non vror? Ecclesiæ optimates hãc curam habere decet,ab omni mũdi expeditos. Hæc ille. Aulicã pompam nostratibus maximopere esse solicitudini,satis est manifestũ. Suggesta ecclesiæ neglecta,altaria abusibus varijs obruta, pauperes famelici in cœlũ clamitantes,sacrarũ literarũ contemptus, & sexcentæ eiusmodi aliæ res,episcopos nrates e supino somno excitarent.

Qui miseretur,in hilaritate.

Charitatis officio iũ nemo

Quod si donũ prophetiæ non habeas, si docere nequeas,si ministrũ ecclesiæ agere non liceat:nunquid ergo officiorũ pietatis immunẽ esse conuenit,quasi sola ad absolutã iustitiã sufficiat fides? Immo etiã si res desit,num ergo vacare debes ab operibus iustitiæ? Sufficit voluntas,vbi deest facultas. Hæc si abest,illa ardeat: si vero adest, gaudens sua propter fratres perdat. Gaudens,inquam,in hilaritate,quia hilarẽ datorem diligit Deus,2.Cor.9. Vbi etiam hac dictione vtitur Apostolus, Hilaris & hilaritas:pro quo alius habet,sine murmuratione. Hilaria *hoc dici poterit vere,cũ frater fratri hilaris adest. Sed eheu q̃ hilares esse iubemur in dando nostra,nunquam sumus magis tristes, q̃ cum dandum nobis est:accipitur & rapitur saltem in hilaritate. Cum stipem misero caram largiamur, dicimus amicos diuortium pati:nempe separari hominem & metallum, Christianũ & lutum. Lamentabilem adeo separationem, lugubre diuortium. O cæcitatem,o infidelitatem,o quæ & quanta nos manẽt supplicia,qui e tanta dignitate,qua Christi nomine censemur,filij Dei dicti & reuera existentes,nostra corda huius mundi magis adeo incestamus. Quin succurrit nobis experiẽtiæ, qua *comploratum habemus, retinendo in extremã paupertatem deuenire,atq;(vt aiunt)ad restim redire. Notũ est hoc Ouidianum:

Vilia q̃ quondã miseris alimenta negabat,
Nunc mendicato pascitur ipse cibo.

Dicis ethnicũ hoc esse? Respõdeo,ne istoc quidem te dignum oraculo,nisi viscera induaris misericordiæ, vel ethnicorũ exemplo ad æmulationẽ prouocatus. Dei timẽs, huius loci videat exemplũ Luc.10.

Dilectio sine simulatione,odientes malum,adhærentes bono.

Decem & octo articulis Apostolus porro Ethicen nobis tradit. Qui habet aures audiendi,audiat,vt sciat quæ sit bona voluntas Dei. Suprà dixit, Date hilares. Hoc ipsum repetit,hoc ipsum primum & præcipuum gradum Ethices ponens. Præceptum hoc charitatis,Christi est:& per consequens,omnium Christianorũ. Charitas non debet ficta. Duplex dilectio,hypocritica & anypocritica. Hæc est vera,carens omni simulatione. Illa est simulata,personata,sita saltem in verbis blandicellis. Hilaritas citra cor,hypocrisis, dolus. Hypocritica fit,quando de fide plurimũ disputando,nos exaltamus, cæterũ fratrem inopẽ verbis saltem lactamus. Cõtra vitium hoc dicit apostolus Ioannes 1.cap.3. Qui habet substantiam mundi huius,& viderit fratrẽ suũ egentem,& clauserit viscera sua ab eo, quomodo charitas Dei manet in eo? Filioli mei,ne diligamus verbo & lingua, sed

opere & veritate. Anypocritica est, quæ largitur in simplicitate, quæ iuxta præscriptũ Ioannis, fit opere & veritate. Dilectionem eam requirit ex nobis Apostolus. Vera em̃ est, quemadmodũ fides operans per charitatem, vera est, atq; apto epitheto dicitur anypocritica, 2. Timo. 1. quo epitheto hic charitas appellatur vera.

Charitate fraternitatis inuicem diligentes.

Sensus est: fratres multis estis nominibus: videte, sitis, vt charitatis affectus vobis adsit. Est aũt adfectus, qñ quis ex aĩo fratri bene vult, quãdo fratris cõmodis vel incõmodis penitus mouetur &c. Oportet nobis adsit philadelphia & philostorgia. Hoc est, fraternus amor oportet vt nobis adsit, & is german⁹. Neq; em̃ sufficit amor fraternitatis philadelphia, si nõ amor adsit germanæ fraternitatis, qui dicitur philostorgia. Illa tametsi ex charitate tribuat, nõ tamen tribuit ex dilectione charitatis. Hæc nõ sine dulcedinis affectu fratri succurrit. Oportet ergo vt illa huic accedat, atq; vna fiant ambæ. Hoc vero fit, quando sic erga fratrem es affectus, atq; erga teipsum, erga cor tuũ. Præceptũ legis est, Dilige fratrem tuũ sicut teipsum. Tali dilectione Christus seipsum pro nobis tradidit, Ioan. 15. Quando simili amore inter nos amamus, tunc respõdemus huic p̃scripto, & sumus philostorgi. Sed eheu quantũ absunt à præscripto Chr̃i & Apostoli, immo etiã à p̃cepto Mosaico nostrates, q rapinis & deprædationibus oĩa infestant, omnes depopulantur, paludati p̃dones, nobiles adeo equites, purpurati, patricij mercatores, negociatores illi, neminem nõ in negocijs circunuenientes, vsurarij, publicani, principes exactionibus nouis subin atq; nouis miserã plebem plane deglubentes. Væ mundo à scandalis. Tolle tolle e medio syluã scandalon bone Iesu, doctor charitatis, in tuam solius gloriã, quæ tibi cũ patre & spũ sancto vna est per æterna secula. Amen.

DOMINICA IIII. POST NATIVITATIS CHRISTI, Roma. XII.



Olite esse prudentes apud vosmetipsos. Nulli malum pro malo reddentes, prouidentes bona, non tantum coram Deo, sed etiam coram omnibus hominibus. Si fieri potest, quod ex vobis est, cum omnibus hominibus pacem habentes. Non vosmetipsos defendentes charissimi, sed date locum iræ. Scriptum est enim: Mihi vindictam, & ego retribuam, dicit dominus. Sed & si esurierit inimicus tuus, ciba illum: si sitit, potũ da illi. Hoc em̃ faciens, carbones ignis cõgeres super caput eius. Noli vinci à malo, sed vince in bono malum.

PRAEFATIO.



On ab re Apostolus praxin nobis tantopere cõmendat, neq; loca ea praxios religionis ecclesia identidẽ nobis inculcanda statuit: nisi credamus & Apostolũ & ecclesiam spũ Dei caruisse. Quod si tã huic, q̃ illi spũs sanctus defuit, nostratibus nouis euãgelistis ipsum p̃sto esse nemo nõ videt. Verũ si neq; Apl'us, neq; ecclesia spũs sancti expers delirauit, nouos euangelistas toto cœlo errare, quis nõ videat vel cæcus? Nouos euangelistas dis dia pason à veteri nostro abesse, longe aliud euangelion eos ab orco in supera cõuexa protulisse, nõ obscurũ est cuiq;, nouũ hũc Paulũ & euangelion, cum veteri nostro illo S. Paulo & sacrosancto euangelio, cõferenti. Euangeliũ vetus nostrũ, nõne à bonis incipit operibus? nonne iustificãdi rationẽ illis defert? nõne p̃mia illis pollicet? Nõne hoc caput religionis facit? Chr̃s sermonẽ primũ, quẽ in monte habuit, vt à bonorũ operũ cõmendatione orsus est, vt statũ totũ sui euangelij bonorum operũ p̃dicatione peragit, vt deniq; suũ euãgelion charitatis claudit p̃ceptoꝛ: sic & Apostolus cũ in hac, tũ in alijs epistolis principiũ, mediũ & finẽ, bonorũ operũ cõmendatione trãsigit: id'q; sic, vt vndiq; bonis operibus (q̃ten⁹ nõ legis timore, sed spũs sancti ductu, fiũt, atq; adeo fruct⁹ sunt fidei, opus spũs sancti, meritũ incarnatiõis & passiõis Chr̃i referẽs) vim iustificãdi & beãdi tribuat. Charitati Chr̃ianę, q̃ Deus ipse est, eam virtutẽ atq; hoc ingeniũ seu ꝓprietatẽ iustificãdi atq; custodiẽdi nusq̃ denegat. Hũc Paulum, hoc euangelion q hodie p̃dicat, is apud nouos euangelistas diabolus habet: citius Turcã q̃ talem doctorẽ laturos, inde colligi potest, ꝗ catholicos quoscunq; sa-

cerdotes, infidelibus oĩbus, etiam perfidis Iudæis peius, odio persequuntur. Periculosa vere tempora, in q̃bus quod sanctum est, prophanũ: & quod prophanũ est, sanctum prædicatur. Viderit quisq; quos audiat ecclesiastas. Qui bene cupiunt & religiose viuere, veterem nostrũ Paulũ & vetus euangelion proculdubio nouo præferent. Præsens lectio veteris nostri Pauli, moralis plane est, eam sic partiuntur: Primo dicunt Apostolũ hic taxare pharisaismũ, iactantiam puta & ostentationem, vbi dicit, Nolite prudentes esse &c. Dein alterã hypocrisios speciem, qua laborantes, præ se adspernantur alios omnes, damnat. Tertio, ad virtutes nos alias inducit, & à vitijs absterret.

Nolite esse prudentes apud vosmetipsos.

Prudẽtes vt nos Chr̃s velit esse, cũ hoc Apostolus ꝓhibeat.

Esa. 5. Væ qui sapientes estis in oculis vestris, & coram vobismetipsis prudẽtes. Prouer. 3. Nolite esse sapientes apud vosmetipsos. Sed quid est q̊d Chr̃s ait Matth. 10. Estote prudentes sicut serpẽtes? Itẽ q̊d Salomon, prouer. 8. nos sapiẽtes esse vult? Itẽ quod Ap̃lus nos vult circũspecte ambulare, nõ vt insipientes, sed vt sapientes, & redimentes occasionem, q; dies mali sint? Respondeo iuxta verba Apostoli, Esaiæ & Salomonis, nasutos eos saltẽ damnari, qui sibijpsis sapere vidẽtur, de q̃bus item suprà idem Ap̃lus ait cap. 1. Qui cũ se sapientes arbitrarentur, stulti facti sunt. Consiliũ hic dat salutare, 1. Cor. 3. Si quis videtur sibi sapiens esse inter vos, in hoc seculo stultus fiat, vt reddatur sapiens. Quod in eos dictũ est, quos carnalis eorum sapientia remoratur, quo minus spiritualis capaces esse possint. Certum est scripturæ canonicæ testimonio, vitia hominis mentem dementare & prorsus excæcare: vnde & ethnicorum poetæ, homines vitijs deditos, in bestias, puta in lupos, vulpes, leones, & hoc genus feras, fingunt esse mutatos. Superbia itaq; cũ omniũ aliorũ facinorũ caput existat, quã (rogo) nõ cæcitatẽ homini ingeneret? Obserua Apostolũ præsumptuosam eã sapientiam, quã arrogãtiã vocare possumus, qua homo de se neq; parũ neq; modeste sentit, sed meliorẽ, q̃ vt cæteris cedat, putat, suprà eadem epistola cap. 11. itidẽ damnare: nostrates vero nouos euangelistas, locũ eum, vt infinitos alios, perperam transtulisse. Sic proprie reddidit Hieronymus: Noli altũ sapere, sed time. Erasmus: Nõ efferaris aĩo, sed timeas: quod pene eandem habet cum Hieronymo sententiam. Noui euangelistæ in Germanicis suis versionibus legũt: Seid nicht stoltz, hoc est, ne sitis superbi.

Biblia ꝑperã sunt trãslata à nouis euãgelicastris

Senserunt Paulum hulcus ipsorũ tetigisse, nempe hæresion omniũ occasionẽ, arrogãtiam & sapientiã ꝓsumptuosam. Veriti ergo vertere verbũ Apostoli, aliũ sapere, seq; ipsos pungere, arrogãtiæ vitiũ Germanice vorwitz, nasenweißheit, insolentiã, q̊d Germanice stoltzheit significat, mutauerunt. Sed nec sic iudiciũ Dei eludendo euadere possunt. Insolentes siquidẽ existẽtes hi, etiã singulares fere volunt videri: q̊d propriũ est hæreticoꝝ omniũ. Sic noui Paulinistæ, in veteri catholico Paulo passim damnantur. Origenes in hunc locum dicit: Qui seipsum sapientẽ putat, stultus est gloriosus: neq; verã Dei sapientiã capere potest, q stultitiam suã tanq̃ sapientiã admirat̃. Quod si nõ facerent noui euangelistæ, nulla hodie in ecclesia esset contentio.

Nulli malũ pro malo reddentes.

Sic cõparatũ est, vt arrogãtes, etiam sint iniuriarum impatientes, immo etiã iniurijs immerentes quoscunq; supprimentes. Oĩs hæresis, teste Iacobo, est æmulatoria. Nullũ certius hæresion est argumentũ æmulatione. Tantũ abest vt hæretici à priuato quocunq; aliquid æquo animo ferant offensæ, vt etiã ipsos magnates cũ fori tũ chori, nõ dubitent conuicijs lacessere. Quorum ipsi correptionem æquanimes perpeti debebant, eos ipsi vltro lacessunt. Breuiter, iuxta psal. 34. Malũ pro bono reddunt, nedũ malum pro malo nõ reddunt. Eo peruenerunt impietatis, vt magna illis habenda sit gratia, si quem ipsi nõ lędant. Nemo sacerdos est catholicus, quicũ illi consuetudinẽ habuerunt vllam, quem hîc testem nõ habeam. Emplastratio sacrosancta, quæ arborem sterilem talibus fructibus fœcũdauit. Viderint catholici, ne & ipsi talis euangelij inoculatio fiant, quoslibet iniurijs afficiendo, nihil à quouis sufferendo. Paludatis nostratibus, quoꝝ est e raptu viuere, Ap̃lus hîc nõ scripsit. plebs imbellis saltem hic admonetur, ne malũ pro malo reddat. Mundi dij iustitiam dicunt esse, vim vi repellere. Large hic regulam eam limitant, tanq̃ & liceat cuiuis magnati atque potenti, in quoscunq; esse violentum. Sepulchra illorum, cœlum eorũ in æternum. Veri Dei filij, imitantur patrem cœlestem misericordia, longanimitate, bonitate &c. Dictũ hi sibi sciunt esse Prouer. 20. Ne dicas, reddã malũ pro malo: expecta dominũ, & liberabit te. Item 1. Pet. 3. Non retaliantes malum malo, aut conuicium conuicio, sed contrà benedicentes. Mihi vindictam, ait dominus. qui domini sunt, dominum liberatorem operiuntur.

Prouidentes bona non tantum co

ram

ram Deo, sed etiam coram omnibus hominibus.

Apostolus hic secundũ glossam interl. monet, ne etiã licita faciamus, per quæ aliquis scandalo afficiatur. Oĩa mihi licent, sed nõ oĩa expediunt. habẽda ratio fratris infirmi, quærendũ hoc quod est ædificatio nis. Et hic Apostolus nouos tangit euangelistas, qui inflati scientia, charitatis expertes, nihil minus curant, q̃ ædificationem & pacẽ. Vult Apl'us ita nos esse modestos, vt omnes nos probent, nemo incuset. Hoc, ait, meditemini, hoc satagite. Hæc verba, Non solum coram Deo, sed etiam, nõ sunt apud Græcos: sed tantum, coram omnib᷒ hominibus. Si quis etiam hoc quod Latina habet versio, exponere velit, erit sensus, vt etiam præcipue quæratur gloria Dei: quod non fit, si non habeatur ratio vitandi scandali. Latinus itaq; interpres adiectione sua sensum illustrem magis reddere est conatus. Huc facit psalm̃. Non nobis domine, nõ nobis, sed nomini tuo da gloriã. Locum hunc idem Apl'us etiã infert in epistola ad Corinth. 2. cap. 8. Procurãtes honesta non solum coram domino, sed etiam coram hominibus.

Si fieri potest, q̊d ex vobis est, cũ omnibus hoĩbus pacem habentes.

Q. d. Ne tibi impia cogitatio subrepat, Infidelis ille est: nihil peccatur, si læditur: Pacem cũ domesticis fidei conseruato. Nõ sic fiat, frater, sed humanitas hominem decet. Si Iudæus quis est, non ergo statim hominem esse negaueris. Si infidelis est, in suã perniciem, etiam hosti miserendam, infidelis est. Tu qui fidem Christi profiteris, fac & Christi præceptis obsequaris. Tu filius Dei es: fac ergo & patris æterni erga oĩes clementiam imiteris. Dicis indignos esse de quibus bene merearis: hoc humanæ ignauiæ tritum est verbum. Sed qui hoc potissimum dicunt, cui bene faciant, dignũ inueniunt neminem. Fac esse, indigni sint: non ergo propter aliorum indignitatem tibi committendũ, vt aliquid te, quatenus Christianus es, indignũ ipse designes. Apostolus dicit, Hæreticum post admonitionẽ vnam atq; alterã deuita. Dicis ergo, peccatum nõ est si proteles sæuidicis verbis, si q̃buscunq; pessundes iniurijs? Audiendus Apl'us, sese ipsum expediens 2. Thess. 3. Si quis non obedit sermoni nostro, per epistolam hunc indicate, & ne cõmerciũ habeatis cũ illo, vt pudore suffundatur: neq; velut inimicũ habeatis, sed admonete vt fratrẽ. Ecce tibi Minos & Rhadamanthe crudelis: consuetudinẽ, ait, non habendam cũ contumaci, neq; tamen odio habendum, sed admonendũ vt fratrem. Quod dicit, vt fratrem, vult ne charitatis viscera exuam᷒, atq; hæreticũ pertinacem etiã inuisum sic deuitem᷒, vt humanitatis illi officia nõ denegemus: sed ad confusionẽ, Aue saltẽ illi non dicamus. Sed quid dicimus de Iudæis & hæreticis, qui nõ possumus hoc persuadere potentioribus, vt charitatis fraternæ officia domesticis fidei exhibeant? Sed & ipsi hoc magis trucem habebunt iudicem, quo inclementius se gerũt erga fratres. Potentes, ait, potenter tormẽta patienter. Hic vides hæreticos tergeminũ manere supplicium, qui cũ ipsi argui atq; corripi debebant, ipsi alios, quorũ sufferre debebant castigationes, omnigenis lacessunt iniurijs. Sic ingenio sunt apostatæ, vt eos suimet pœniteat. Mirũ ergo non est, eos à quibus deficiunt, calumniari, vt vel ita suũ tegant scelus. Occasionẽ itẽ quærit, vt ait Seneca, q vult discedere ab amico. Iudam Christi proditorem huiusmodi referunt homines, eius supplicia posthac laturi. Dicis, ergo magistratus ociose habet gladium, si hæreticorũ non licet resistere intemperiei? si Iudæorum non occurrendũ inuidentijs? &c. Moderaẽ hoc p̄sens suũ præscriptũ Apl'us, dicens: Quantũ fieri potest, quod ex vobis est. Primo Iudæi non dñi, non reges relicti sunt reliquiæ Israelis, sed captiui, serui, viliaq; omniũ mancipia, vel Iosepho teste. Peccat magistratus, & eorũ participat peccatis, ad vsuras & hoc genus sacrilegia illis indulgens. Dispeream si non apud euangelici nominis hæreticos nouos, Iudæi præ clero catholico plus gratiæ habeant. Egregij reformatores ecclesiæ, qui Paulum memoria tenent & deuorarũt totũ. Municipales hi, nomine magistratus, quẽ deũ plane faciunt, subinde hoc ex libris Regũ succinentes: Fac quæcũq; inuenerit manus tua, quia dñs tecũ est: insolescunt supra modũ, adeo vt quiuis consul imperatoriã sibi maiestatẽ vẽdicet simul & põtificalẽ. Miseri hi & miserabiles, q̃ imperiose, imo etiã malitiose, agunt cũ clero catholico? Parũ est, neq; hoc nunc præcipue carpo, q̈ ecclesiæ bona inuadũt, eaq; contra sacros canones suo foro subijciunt. Intolerabile plane & execrabile facinus est, q̈ officia ecclesiæ etiam sacrosanctã Missam pro sua libidine & hęresi mutant, antiquant, damnãt. Quis vnquã hoc ausus est maximorum, non dico, magnorum, imperatorum? Constans nepos Eraclij, Constantinus quintus, Leo quartus, & alij eius farinæ, pessimi extiterunt hæretici: quorũ alius ædificia catholicorũ demoliri, alius imagines crucifixi & diuorum in nihilum redigere, alius coronã auream

Hæreticorum intemperiẽ magistratus habet cõpescendi ius.

Hæretici euãgelici supra fidẽ insolescũt

auream ecclesiæ quandā capiti vesano suo imponere ausi fuerunt. Nullus vnquā tantum facinus commisisse legitur, vt cæremonias ecclesiæ sibi vel abrogandas, vel corrigendas putaret:& quiuis hodie mercator, institor, sutor, alutarius & cerdo, statim vbi imperio in municipales potiaſ, se & imperatorem & pontificem esse arbitratur. Talibus cadauerosis hæreticis nisi imperator Augustus, rex Romanorꝝ, cæteriq́ꝫ reipub. Christianæ principes catholici obsistant, atq́ꝫ eorū ausus compescāt, præuaricantur. Episcopi item & sacerdotes quicūq́ꝫ catholici, hæreticos, quatenus homines sunt, ferāt:sed vbi hæresin dissimulauerint, nec pro viribus scribēdo, ꝓdicando, disputando, & omni diligētia adnitanẽ eradicare, suis partibus male respondēt. Ambrosius dispensatorē mysteriorꝝ Dei strenuum egit, qui neglexit patrimoniū suū, dicens: Si patrimoniū petis, rape:sed ecclesiæ regendæ ius, ne in minimo quidē apiculo tradidit, ne imperatori quidē, dicēs:Ecclesiæ ius nō tradā. Hic & priuatus quisq́ꝫ humanitati religionē, cōsuetudini carnali amicitiā, quæ nobis cū Deo est, pietati erga proximos, pietatē erga Deū & cultū præferre habet diuinū. Hæc omnia vult Apl̃us, cū dicit: Si fieri potest, & quantū in vobis est. Similia dicit ad Heb. 12. Pacē sectemini cum omnibus. Itidem submonet 1. Thess. 5.

Non vosmetipsos defendentes charissimi, sed date locum iræ. Scriptum est enim: Mihi vindictam, & ego retribuam, dicit dominus.

Vlcisci se Christianus non debet.

Libido vlciscendi se, diabolicum plane est tentamentum. Nulla nostræ religionis præsentior est pestis, atq́ꝫ est Nemesis illa, siue Diræ atque infernales furiæ, vindictæ eius incitatrices. Nemo tam alienus est à Christi regno, atq́ꝫ is qui importunorum vlciscitur iniurias. Et quomodo nō absint longissime ab ecclesia, sese vlciscentes, cum etiam in omnes leges, etiam naturæ, peccent? Nonne natura omnibus feris arma sua ingenerat, rostra, vngues, vngulas, dentium varia genera, virus, *ignis etiam? Nōne videndo aliæ bestiæ occidunt homines, aliæ tangendo enecant? Solus homo nascitur inermis, sed rationalis: vt meminerit, non violentia, sed ratione omnia sibi transigenda. Viderint equites nostrates nobilistæ siue nobilistastræ, cuius sint: Christi ne an diaboli. Dicunt suæ esse conditionis, nihil à quouis sufferre, omnes vltro lacessere, omnem iniuriam vlcisci. Adeo putant sui ordinis esse, prædari, regias vias insidijs funestare, vehes mercium auferre, & quoslibet viatores spoliare, vt inde etiā sese egregiam famam sibi parare posse confidant. Quid hominibus illis & Christo? Quid nobilitati illi & religioni Christianæ? Quid ordini illi & ecclesiæ? Christus personam crucis hic in terra retulit: religionis sacræ symbolon est crux. Ecclesia Christi nullam aliam, præter Christi crucem, nouit gloriam.

Qui Christi est, siue is imperator sit, siue infimatum minimus, norit sibi dictum, Non temetipsum defendas. Hoc nobis dictum est, qui precio, puta preciosi sanguinis Chr̄i, sumus redempti, atq́ꝫ adeo Christi serui & debitores. Nostrū ergo erit obaudire psal. 4. Irascimini & nolite peccare, quæ dicitis in cordibus vestris, & in cubilibus vestris compungimini. Date locū iræ, ait Apostolus, quod est, succensendi locum cedite Deo. Date Deo locum iræ. Sic interpretantur hunc locū Chrysostom' & Theophylact'. Et hoc quod sequitur, sensum eum poscere videtur, Mihi vindictā. Meminerimus qui Christi sumus, verborū Christi & apostolorū, immo etiā Mosis & omnium prophetarū, qui Deo omnē vindictam referunt acceptam, & nos eius protectionem sperare volunt. Nos populus eius, ipse protector noster. Dei protectionem & auxilium abnegamus, quoties impatientes in persecutionibus, nosipsos vindicamus. Et qui sum' nos? quæ est nostra virtus? Nonne puluis sumus & vmbra? Quin ergo omnipotenti fragiles & imbelles nostram vindictam Deo deferimus? Inimico plus commodamus quàm incommodamus, quoties in pœnas imus, supplicia de inimicis nostris sumendo. Exempli causa: Lapide (vt Origenes ait) nos petijt, saxo nos referimus. Famam nostram læsit, conuiciorum in nos plaustra congerendo: nos genuinum infigendo dentem, occinimus, oblatramus, atque remordemus. Quid vero istac nostra perficimus ira? Nonne sic vel æmulos oblectamus & pascimus, qui si viderent se à nobis contemni, protinus ira emorerentur.

Quanto satius igitur esset, nos susq́ꝫ deq́ꝫ ferre, & domino Deo omnem vlciscendi nos locum deferre, qui non lapides & verba, sed æternum ignem, quo sontes & violentos puniat, habet? Ego retribuam, ait Apostolus, & adducit scripturam, vt maiori maiestatis nobis persuadeat pondere. Deuterono. tricesimosecundo: Reddam vltionem hostibus meis, & his qui oderunt me, retribuam. Ibidem: Vindictam tribuet in hostes eorum, & propicius erit terræ populi sui. Item cap. decimo: Mea est vindicta

vindicta, ego retribuam. Dicit suũ esse vlcisci. quæ, malum, ergo nostra temeritas, qui nobis Dei munia arrogam⁹, puluis & vmbra? Prohibuit libidinem vlciscẽdi Leuit. 19. Esa. 1. & 47. Temeritas itaq; præuaricatione legis damnabilior fit, quoties lacessiti iniurijs, nos ipsos vlciscimur. Nemo qui violentijs depressus est, dicat: Nescit Deus quid mecũ iam agatur. audiat Psal. 78. Apoc. 6. 19. peccatũ violentiæ in cœlũ clamitare. Audiat item & Christum, dicentem: Qui vos tangit, tãgit pupillã oculi mei. Quid nũc porro cupias? Potẽs est, omnia videt & audit, nostrã iniuriã sentit. Deniq; & suũ solius est, in sontes animaduertere. Deferamus ergo illi, demus illi q̃d suũ est, non inuideamus illi suã maiestatẽ: quod nisi fecerimus, bis nos reos cõstituemus, & nihil etiã irati efficiem⁹, muscis & culicibus magis impotentes.

Sed & si esurierit inimicus tuus, ciba illum: si sitit, potum da illi. Hoc enim faciens, carbones ignis congeres super caput eius.

Longe alia nobis præscribit Christus, quàm legislatores veteres illi philosophi. Neq; item nostra religio cõsentit barbariei Turcicæ alcoranisticæ. Et vt dem⁹ nostram legem supra naturam esse, nũquam tamen dicemus esse citra vel cõtra. Dicis: Quis præstabit grandẽ eam charitatis legem? Respondeo, Christiani spũs dulcẽdine imbuti. Spũs dulcedinẽ non sapis, si bo marinaris, si oblatras & mordes. Dicis: Quẽ ego nunquam læsi, eius ego feram contumelias? Christum attende innocẽtem cruci affixum, vtiq; vt hoc tu imiteris exemplum. Et quæ gloria Christiano, si fur & adulter ad supplicia rapiatur? Inuenias cõtumaces qui ausint dicere: Prius perpetiar æternam damnationem, quàm hoc faciam. O horrenda verba. Petrus dicit: Iustus vix saluabitur, impius vero vbi manebit? Videtur hoc dixisse in eos qui talia effutiunt. Iterum dicis: Supra nos est, non possumus tali ac tanto præscripto esse pares? Respondeo, Spiritum Dei quem accepimus, fortiorem esse spiritu huius mundi. Hieronymus dicit: in Dei mandatis nõ tam hoc quod præcipitur, quàm is q̃ prçcipit, esse æstimandum. Fortis vt mors dilectio. Si spũs sanctus diffusus est in corda nostra: quid vetabit, quo minus p ipsum spiritum, hominẽ (quod etiam natura iubet) amemus, etiam inimicum? Nam homo esse non desinit, tametsi hostis esse incipiat. Quod si inimico officiosus extiteris, nunquid tu primus hoc feceris? nunquid id vltimus feceris? An non & antea hoc ipsum multi fecerunt? an non & post te multi hoc præstabunt? Immo quis verè Christianus hoc non fecit? Quod si oculus tuus nequam, hic Apostoli verbum sugillat, ergo statim hallucinatus credendus Apostolus? Sed non hallucinatur, cui veritas ipsa adstipulatur. Vide quid Christus dicat Matthæi quinto, Lucæ sexto. Iterũ dicis: Quid demũ fiet, si hoc ipsum præstitero? Nonne malos præfractos facio? Nonne fomentum & alimentum malitiæ præstitero? Sic solet ratio humana omnia Dei iudicia notare. Sed quid p Deum ex verbo Dei mali poterit prouenire, rite obseruato? Si oculus humanus est nequam, non ergo statim nequitiæ insimulandus dominus Deus. Solem suum facit oriri etiam super hostes suos Deus. Nunquid hoc facit vt fiant contumaciores? Tã homo Dei parens præscripto, nõ peccat, quàm ipse Deus, qui non solum prçcipit, sed & exemplo nobis etiã erga reprobos humanitatem commendat: atq; ad hoc facit id, quod hic sequitur: Hoc faciens, prunas capiti hostis tui infuderis. Bifariã hoc intelligunt. Primo, efficies eius damnationem grauiorem. Theophylactus hic dicit: Benemerere de inimico, & sic De⁹ cuius om̃e est iudicium, iniuriam q̃ te obruit, districtius iudicabit. Ambrosi⁹ post Chrysostomum vult, sensum Apostoli præscripti, etiã Salomonis parabolæ esse, officijs humanitatis erga hostes, nos eorũ culpas facere grauiores. Ambrosii verba sunt: Officia nostra proficient illis ad pœnam. Origenes & post illũ Hieronymus, & pleriq; alij catholici, in hunc sensum alludũt, dicentes, tanto nos pœnas hostiũ nostrorum aggrauare, quanto æquanimiores in sufferendis eorum iniurijs sumus. Secundo sensus est: Efficies vt ad se redeat, velit nolit, quod in Euangelio sibi vult, Cõpelle intrare. Non debet aliquis cogi violẽtia, sed indulgẽtia. Metaphorica locutio, congerere prunas in alicuius caput. Metaphoræ virtus est officium humanitatis.

Primus sensus textui magis consentit. Secũdus ex tropo fit magis venust⁹. Vterq; sanctus, vterque ergo amplectendus. Afficiamus ergo etiam hostes nostros charitatis officijs, quæ honorem vocant. Aut enim inde compungentur, aut indurabuntur: quorum hoc ad eius qui de hostibus benemeretur, meriti cedet auctũ: illud ad eius qui lædit, & in crudelitate lęsi officijs obstinatior redditur, supplicij cedet degrauationem: vt vera soraismus rhetorũ, hic in Apostoli verbis locum habeat. Sanctus

Patientiã tã homo nõ potest peccare q̃ Deus.

Patientia nostra culpa tyrannorũ aggrauatur.

Patientia victrix tyrãnorum.

Hieronymus in Prouer.25.item ad Hedibiam, vbi hunc locũ citãdo explicat, dicit: Malitiam eorũ nr̃a bonitate superamus, & mollimus duritiam. Atq; huc Esaiam cap. 6. vbi & propheta quoq; ipse de prunis ignitis agit, citat. Sed nonne pulchrũ & iucundum, ꝙ Apostolus quoq; ipse hoc loco tanta diligentia scripturam adducit? Facit autẽ hoc primo, vt persuadeat nobis, præceptum hoc parui momenti nõ esse: secundo, vt præcones & doctores euangelij, exemplum inde petant scripturæ crebro adducendæ. Poterat Apostolus ipse, quaten⁹ vas electionis constitutus, & quatenus gentibus doctor designatus erat, sua autoritate quiduis adfirmare: sed noluit superbiæ hæreticorũ exemplum dare. Obseruarunt pleriq; his nostris tẽporibus hæresiarchan quendã eo deuenisse vecordiæ, vt etiã scripturam canonicam sit adducere dedignatus: quasi eius verba oĩa, tanquã purũ Dei verbũ, omnibus sint adoranda. Accedit, ꝙ & suũ euangelion, doctrinam fidei vocare ausus fuerit. Tradidit hominem Deus in talem fœdam & execrabilem audaciam, quo minus læderet, quo eius vesania omnibus manifestior fieret. Hic si nostra peruersitas sapere & sibi prospicere non vult, gratiori tandem culpa damnabitur. Apostoli interim humilitas perpetuo encomio celebrabitur, qui nihil citra scripturam docere voluit. Nec vnus saltem huc quadrat scripturæ locus. Vide Prouerb.3.20.25. Deuterono. 10.32. &c.

Noli vinci à malo, sed vince in bono malum.

Vinci à malo, est sese statim exasperari permittere. Vincere bono malũ, est omnia æquo animo ferre. Alterũ Apostolus prohibet, alterum præscribit. Suprà scripturæ fundamentũ iecit. Huc mentis oculi sunt infigẽdi. Scriptura siquidẽ scutum est, quo ignita iacula hostis repelluntur. Scuto hoc nisi munitus fueris, occidisti. Diaboli item mancipiũ est, qui mundum sectatur, & qui suæ gloriæ est sititor. Qui suæ saluti consultum cupit, mundi iudicio, etiã proprio damnato, Apostolũ Christi audiat. Verbum Apostoli tanquã aureum & vitale prouerbium, semper ob oculos habeat, aureis literis cordi suo inscribat: sic enim fiet, vt malum bono vincat. Hoc ipsum vt præstem⁹, faxit Deus. Amen.

DOMINICA V. POST. FESTVM natiuitatis Christi, Roma. XIII.



Emini quicquã debeatis, nisi vt inuicem diligatis. Qui eñ diligit proximũ, legem impleuit. Nam, Non adulterabis, Nõ occides, Non furaberis, Non falsum testimonium dices, Nõ concupisces rem proximi tui, & si quod est aliud mandatũ, in hoc verbo instauratur: Diliges proximum tuũ sicut teipsum. Dilectio proximi, malum non operatur. Plenitudo ergo legis, est dilectio.

PRAEFATIO.



Charitas Dei charismaton omnium maxima, nõ iustificare non potest.

Ttendite charissimi, Apl'm scribã doctum, e thesauro suo noua depromere simul & vetera. Legẽ docuit esse, quatenus imperfecta erat, abrogatã: atq; euangeliũ, pfecta q̃d est lex, succenturiatũ. Hæretici pleriq; fermẽto pharisaico cõspersionẽ euangelicã, supra omnẽ ambrosiã suauẽ, amaricare psumpserunt, adeo vt fideles in Asia penitus demẽtarẽt. Cõtra hos Apl'us vehemẽtissime disputauit in epistola ad Roma. & Gala. fidẽ & charitatẽ, atq; adeo Christianã libertatẽ, asserẽdo. Fidẽ magni fecit, maximi vero charitatẽ, finẽ puta legis. Fidei encomion inde colligit, ꝙ eã ædificij spũalis ponit fundamentũ: Encomium charitatis, ꝙ eam iustificatiõis ædificij summũ statuit. Vnde fere à fide incipiens, charitate claudit. Fidem vero pcipue ad Heb. cap. 11. magno encomio euehit, maiori lõge charitatẽ 1. Cor. 13. celebrat, dicẽs fidẽ esse ex parte, atq; adeo cessaturã: charitatẽ vero i ætete, atq; adeo pfectiõis habere pnũ pmansurã, atq; adeo pfectiõis habere pclarũ instar. Vnde & hic & alibi dicit eã esse finẽ legis. Et Chr̃s eã dicit cõplecti Mosen & oẽs prophetas: q̃d certe fine iustificationis virtute esse nõ potest. Apl'us & idem euãgelista Ioannes fidẽ & charitatẽ copulat 1. ca. 3. dicẽs: Hoc est pceptũ eius, vt credamus nomini filij eius Iesu Chr̃i, & diligamus nos mutuo, sicut dedit pceptũ. Et q seruat pceptũ ei⁹, i illo manet, & ipse in eo. Dicat nobis nou⁹ euãgelista: nũ i deo maneat,

&

& in se Deum manentem habeat homo, beneficio charitatis, præter iustificationis meritum. Dicere hoc haud poterit, reor, nisi forte præceptum Christi seruare, esse saltem credere dicat. Per misericordiam Dei te obtestor, quicunq; es lector: vide in quam nos labyrinthum noui adigãt Euãgelistæ. Vide nouũ euangelion cũ Męandro esse obliquũ magis & magis flexuosum. Vbi minime conuenit, tropis omĩa cludunt, nempe vbi scriptura secundũ literam saltem exponẽda est: cõtrà vbi scriptura schemata requirit, literã saltem sequuntur. Exempli gratia: In verbo Christi, Hoc est corpus meũ: bone Deus, quas non phrases comminiscũtur? Cõtrà neq; Melchisedechi oblationẽ, neq; mãna suis figuris recte æstimant cũ patribus catholicis. Sic etiam hoc loco vbi scriptura est præcipue dilucida, troporum sylua lucem euangelicã prorsus obscurant. Hic sophistas agunt apertos: alibi sophisticen, vbi catholici hæreticorum sophismata simili eludunt ratiocinatione, damnant. Sed videant tandem, in quem locũ deuenerint. Nos hic ad Apostolum redeuntes, dicimus charitatem virtutem atq; Dei donum præcipuum, fructus fidei atq; adeo spũs sancti, legis obseruationẽ &c. iustificare, seruare, & beare. Sectio esto: Charitatẽ ostendit primo nos e lege Mosis onere liberare. Dicit enim: Nemini quicquam debeatis, nisi vt inter vos ametis. Secundo ostendit, charitatis exercitium, malum deuitare, & bonum sedulo operari. Tertio concludit, sic legem Dei perfici, atq; hominẽ telete tali iustificari, finem om̃is cõsummationis charitatem statuendo.

TEXTVS.

Nemini quicquam debeatis, nisi vt inuicem diligatis.

POSTILLA.

Dixerat q̃ magistratui debeamus, nũc subdit, quod proximo teneamur. Potestati, timorem, honorem & vectigal debemus: proximo charitatem tenemur. Interim iterum ad legis onus respicit, ostendens charitatem esse veram & perfectam libertatem Christianam. Legis onus oĩm grauissimum, quia fecit nos reos. Aes alienum facit hominem ante diem canũ, grauissimum onus debitum, quod etiam homini quietem aufert, hominẽ prorsus deprimens. Quem vero putamus ita potissimum solicitari? nonne eũ qui non est soluendo? Lex non præstabat, vnde vel Deo, vel proximo homo satisfaceret. Euangelium sufficit tantas diuitias, quæ etiam in cœlum thesauros præmittunt. Lex ergo molesta, euangelion non item. Fateor & in Ecclesia fideles, esse debitores cum Dei tum hominum: sed Deus pater est fidelium, & homo aut frater aut proximus: si domesticus fidei est, frater est: si hæreticus, si Iudæus, aut deniq; hostis, proximus, nẽpe homo. Nihil siquidem homini proximum æque est, atq; homo. Qui vere fidelis est, non cogitat: Mihi proximus sum: Nihil ad me, si eget aliquis cui nihil debeo. Non, inquam, talia dixerit vnquam vere fidelis, qui nouit se debitorem omnibus. Non leges imperatorum, non Speculum Saxonicum, vulgo Der Saxen spigel, aut aliæ leges gẽtium, fidelem, quid proximo debeat, docent, sed fides. Nec item minis cogit debitũ reddere: sed charitate & spiritus sancti ductu, hoc quod debet, sua spõte præstat. Deniq; non habet opus, vt sumat alicũde vel fœnore. Spiritus eñi sufficit abunde vnde satisfaciat. Non ergo debita ea, ecclesiæ onus putãda, quemadmodum neq; molestum est membra corporis mutuam sibi operam præstare. Ita lex fidelibus præstatu est facilima.

Qui enim diligit proximum, legem impleuit.

Debitores legis sunt etiã fideles.

Vel hinc colliges, fideles, debitores esse legis præstandæ. Cõficies & hinc, miseræ plebi imponere nouos euangelistas, dicentes legem saltem datam ad agnitionẽ peccati. Attẽdendum etiam hic, translatores eos, qui scripturam canonicam Germanice reddiderunt, malitiose locum eum Romañ. 3. ad suam hæresin statuendam, sua adiectione esse adulteratos. Christus suffragatur Apostolo Matth. 5. dicens se nõ venisse ad legem soluendam, sed perficiendam. Quod Christi verbum, non est (vt hæretici nostrates hodie contendunt) de Christo solum, sed de Christianis omnibus intelligendum, quod sic status capitis quinti apud Matthæum vnice requirit. Qui vere Christi est, sibi quoq; dicit: Non vocatus sum soluere legem, sed implere. Immo, etiam legem pluris quàm ipsi Iudæi, facit: maioriq; cura eam studet implere, quàm ipsa gẽs Hebræa. De ethica hic loquimur, non de cæremoniali & iudiciali legis parte. Nam & Apostolus hic perfectionem legis non in cæremonijs & iudicialibus præscriptionibus, sed in charitatis officijs sitam esse docet, secutus dominum & magistrum Iesum Christum apud Matthæum cap. 5. Nunc vero cũ videamus legis perfectionẽ nõ fidei, sed charitati tribui: quid hæreticos audimus, charitatem à iustificandi ratione separantes?

Legis adimpletio nõ solum Christo incubuit, sed & icũbit oĩbus Christianis.

Legis pfẽctio nõ ẽ sita in cæremonialibus & iudicialibus

Aga

Agape,hoc eſt,charitas,vtrunq; teſtamentum cõplectitur. Dilectio ſi cui data eſt,ſeſe ad om̃ia ſentit decliuem. Hæc cui deeſt, legem ſubin accuſat,atq; præſtatu difficilẽ eſſe murmurat. Vnde Ap̃lus fidelibus agapen ipſam,tanquã methodũ & ſcopum totius religionis,tanta cõmendat fide,& tanquã regulam tradit,iuxta hoc q̃d ſequitur:

Nam,Non adulterabis,Non occides,Non furaberis,Nõ falſum teſtimonium dices,Non concupiſces rem proximi tui,& ſi quod eſt aliud mandatũ,in hoc verbo inſtauratur: Diliges proximũ tuũ ſicut teipſum.

Lex moralis nobis eſt relicta

Hic liquidũ fit,quidnam Apoſtolus ſibi velit iſtoc vocabulo legis. Quatuor hic legis præſcripta recenſet ſecundæ paginæ, nempe ad proximũ pertinentia. Quo colligimus,legis partem moralem(cuius neruus eſt charitas)nobis eſſe relictã,reliquas partes abrogatas. Quod ſi per vocabulũ legis,vniuerſam legẽ(iudicialem puta & cæremonialẽ)vellet nos intelligere,certe aliquid etiam de vtraq; in mediũ protuliſſet. Sed ſic aduerſus ſeipſum,maxime contra hoc,quod ad Galatas & alibi de Chriſtiana libertate ſcripſit,luctaretur. Atqui ſi etiam opera charitatis, quæ nobis Matth.5. commendantur, vellet antiquata, contra legis opera diſputando: Chriſtum vanum conſtitueret,tanquam nugas meras tradentem.

Legis vocabulo Apoſtolus varie vtitur.

Manifeſtum itaq; eſt,Apoſtolum vocabulo legis varie vti: quod quia veſani homines,noui illi apoſtoli,non ſatis aduerterunt,eo errorũ deuenere,vt tam Chriſtũ,q̃ Apoſtolũ,ſibi cõtraria docentes inſimulẽt. Ab hac execrabili atq; maledicta hæreſi q tutus eſſe velit,norit magnã eſſe differentiã legis p̃ceptoꝝ.

Legis p̃cepta varia.

Alia nimirũ eſſe cæremonialia,quæ Græce dicere poſſumus hieratica: alia iudicialia, quæ politica, cauſarũ puta forizalia moralia,quę & ethica Græce dixeris. Priora duo abolita dicimus, nouiſſima hæc tenere conſtantiſſime confitemur. Iudæum,Turcam,& hæreticum conteſtamur eſſe omnẽ dogmatiſten, aut omnes leges confundentem,aut tertiam eam fidelibus non præſcriptam eſſe,dogmatizantẽ: neq; enim ſic libertas ſp̃us,ſed carnis licentia docetur: quemadmodum etiã nõ eccleſia, ſed Iudaiſmus & Alcoraniſmus ſtatuitur, ſi vel iudicialia,vel cæremonialia fidelibus obſeruanda obtrudantur. Quantum ad legem moralem,obſeruandum, Apoſtolum hic paucis,ſed certis verbis proloqui,amãti nihil eſſe difficile: non ergo legem fidelibus eſſe onus,ſed officium. Atq; hoc eſt quod ſequitur:

Dilectio proximi,malum non operatur.

Quis malum committat ductu ſp̃us ſancti? Charitatem ſp̃us ſancti donũ eſſe, ma- mo Deum ipſum eſſe, Ioannes apoſtolus atq; euangeliſta haud obſcure docet. Apoſtolus quoq; hic noſter dicit,charitatẽ diffu- ſam in corda noſtra per ſpiritum ſanctum ipſum. Nihil ergo deſignabit prophanũ,q ex ſancto eſt ſpũ,in cuius cor tã ſanctũ donũ,q̃d Deus ipſe eſt,diffuſus intercedit. Cauet charitas inferre malũ proximo,ſed magis geſtit de quouis bene mereri fratre. Vtrunq; vt præſtet,charitas ipſa ſatis admonet. Lex quoq; naturæ vult,vt hoc q̃d nobis fieri ægre ſimus laturi,ne id proximo faciamus. Nulla vnquam natio fuit tã barbara , quæ non legem eam probarit: adeo Chriſtiana religio eſt ſana. Horrendum ergo dictu,eſſe in in eccleſia qui etiã ethnicis ſint magis impij. Sũt noſtratium non pauci,nec item ij ex infimatibus, qui Chriſtum ficulneum plane autorem,atque adeo dignũ cuius p̃cepta rideant, ducunt. Horrendũ,inquam,dictu,ſed verũ eſt,res ipſa argumento eſt,magnates etiã noſtrates ſtupra & adulteria charitati adſcribere. In conuiuijs & comeſſationibus aulicis bene poti,totas noctes choreis tranſigunt: in ijſdem toris quorumlibet vxoribus & filiabus concumbũt,bona(vt aiunt) fide. Veneris hæc mancipia pudica credas? Si continent,certe non religionis amore,ſed nobilitatis prophanę gloriæ hoc fit timore. Interim oſcula rapta,& furta omnia gaudiaq; Veneris impermiſſæ, in lucro ponunt,omnia charitati tribuentes. Dein & eidem virtuti hoc deputant,ſi plebeij alicuius hominis nuptam aut filiam inceſtarint. In eum locum ventum eſt, vt optimates reipublicæ Chriſtianæ, impietate omnes anteeant ethnicos.

Nobiliſtarum item huiuſmodi delicatuli liberi,ſi qui ad artes liberales addiſcendas, in ludos & academias aliquo mittuntur, Ouidium,Tibullum,Catullum & Proper- tiũ quatuor præferunt euangeliſtis. Et nulla præſentior peſtis pubis ſtudioſæ eſſe poteſt,q̃ grex iſte taliũ p̄ditiõis filioꝝ. Sed q̃d ſcholas ſaltẽ tales inficere dico,cũ & choros atq; vniuerſam pene conſpurcarint eccleſiam? Bona eccleſiæ,quæ paupeꝝ ſunt,heu mihi quãto luxu prodigũt? Hic identidem charitatem citant,quaſi bona eccleſiæ,ſint bona pauperũ meretricũ & paraſitoꝝ. Negociatores q̃q; & inſtitores illi p̄potentes, charitatis ſe ſpiritus ſancti plenos putant, ſi vſuris & impoſturis, fraudibus & dolis ſubinde ſtudeant, dummodo cellã aliquã

aut altare, aut statuã diuo huic vel illi statuerint, aut etiam tot anniuersaria, deniq; etiam viscerationes & congiariũ aliquod, non sine tubæ clangore in testamẽto cõsecerint. Quàm hoc à charitate Christiana absit, quis non videat, qui norit quid sit, proximo malum non intentare?

Plenitudo ergo legis, est dilectio.

Hic catholicæ professionis vallũ obser ua sacerdos catholice, aduersus hæreticorum irruptiones, quantũuis violentas, satis validum. Lutheranæ sectæ dogmatistę charitati virtutem iustificandi negant inesse, exibilant & damnant omnes hic sibi non accedentes. Audax hominum genus & plane effrons, vniuersali omniũ beatorũ coronæ non solum, sed & Christo ipsi sese pręferentes. Hic quoniam Apostolum interp̃tamur, de Apostolo primo dicamus. Plenitudo legis, inquit, est charitas. Idem 1. Cor. 13. discriminat inter fidem & charitatem. Vterq; locus clarus. Illic summã religionis, vtiq; & iustificationis, fidei tribuit. Quæ eñ nostra religio, quæ lex p̃fectæ libertatis, si non iustificat? Nõ possunt simplicissima Apostoli verba inuertere serpentinum genimen hæretici, vt ilia rumpantur. Næniæ sunt, quod dicunt, fidẽ & charitatem vnam esse rem, Apostolo inter fidem & charitatem non nihil differentiæ tradente. Et vt vnam rem esse faciamus, non tamen hæresin Euangelicorum fratrum approbamus: immo maxime erroris arguimus. Explodunt & damnant omnes, charitati iuxta atq; fidei vim iustificationis tribuentes, atq; ob eam potissimũ professionẽ tanta cõtrouersia tumultuant. Hic viuis & mortuis insultãt. Dicũt, Sola fides iustificat: Stat illa thesis: illã nobis permittant sanam oportet: Nullã etiã gratiam nobis subscribentibus habemus: Ignis vero infernalis super capita omniũ nobis resistentium: Germanice, Das hellisch feur oben auff ire kopff, &c. Quid? Nonne istæc blasphemia etiã ipsum Christum lædit? Matt. 22. In istis duobus mandatis, puta dilectiõis Dei & proximi, vniuersa lex pẽdet & prophetæ. Ioan. 15. Qui diligit me, sermonem meum seruat: & ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus. Iterum: Dimittite, & dimittemini: Date, & dabitur &c. Luc. 6. Nõne hæc Christi? cui, iam, quæso, maledicit nouus Euangelista nisi Christo, nobis tantopere charitatem prædicanti? Item adeo obnixe eam commendanti apud Ioannem, eã suum præceptum, & id nouum, vocanti? Ignem Tænarium etiã Ioãni apostolo & Euangelistæ interminatur atq; imprecatur Euangelista nouus, charitatẽ non modo in suo Euangelio adeo prædicanti, sed & sua Epistola priori illam commendanti, idq; omnium officiosissime. Vide per totam Epistolam nihil nisi charitatem vsq; adeo prædicantem, vt etiam Deum charitatẽ deniq; faciat. Altius adscẽdere nõ potest. altissimus siquidem, iuxta cantũ ecclesiæ, est Deus. Sed nunquid istæc commendatio charitatis, fraudi erit apostolo tãto atq; Euangelistæ? Certe, si qua Lutheranæ execrationi vis inest, anathemati datus tantus charitatis prȩco. Nocuit, Christi charitatis præceptoris fuisse discipulum. Sed ad Apostolum nostrum reuertamur, 1. Corinth. 13. charitati primas deferentem, Galat. 6. in charitate, qua alter alterius onera portat, legem Christi adimpleri confitentem, Coloss. 3. charitati vinculum perfectionis inesse adfirmantem. Deniq; 1. Timoth. 1. finem legis in charitate constituentem. Plura de charitate vide Leuit. 19. Matth. 19. Marc. 12. Luc. 10. Roma. 5. Galat. 5. Ephe. 3. 4. Philip. 1. 1. Petri 1. Obtestatus per omnium iudicẽ Christum, quisq; noui Euãgelij solius fidei dogmatistes & hyperaspistes, tot scripturæ testimonia de sola fide iustificante, contra charitatẽ iustificantẽ, proferat. Nos ostendimus Deum esse charitatem, charitatem esse maiorẽ fide, finẽ & plenitudinem legis & hoc genus alia, iustificationẽ & meritum non obscure præ se ferentia. Noui Euangelistæ hactenus ne vnicum q̃dem iota protulerunt, quo ostenderẽt scripturam canonicam à iustificationis ratione segregari. Ignaui ergo & insani, qui tam futilibus fidem adhibuimus autorib⁹. Ecclesiæ patres nunc etiam audiamus, charitatem prædicantes. Chrysostomus in hũc locum scribens, dicit charitatẽ esse matrẽ omnium bonorum, magistram & executricem omnium virtutum. Ambrosius itidem in hunc locum ait: Charitas malum non facit, quia bona est: & quatenus legis est perfectio, peccati est expers. Et sequitur: Proximum diligere, est iustitia: inimicum vero diligere, est abundans & perfecta iustitia. Iterum: Hæc est cœlestis iustitia, quæ nos Deo patri similes facit. Origenes deniq; in hunc locum ait: Fieri nequit vt in Christum peccet, qui Christum ex toto corde diligit. Item, Charitas symbolon est, quo oẽs qui Christi sunt, vnice discernuntur. Eat nunc sophista Lutheranus, & sesquipedalibus raræ & profundæ Theologiæ verbis tantam lucem obnubilet, dicens Christi discipulos, fidelium charitatem neutiquam, sed fidem solam iustificare, nec ad iustificationem

eam

eam solius fidei, requiri charitatem. Charitatem esse Dei donum, vides Roma. 5. Galat. 5. Quod dico, ne quis dicat, nos etiam gratiam excludere Dei. Obserua miro, diuino nimirum, artificio Apostolum prædicationem charitatis claudere verbo vnico, Dilectionem plenitudinem legis colligendo: Plenitudo, inquit, legis est charitas. Verbum hoc duo præ se fert. Alterum est anacephalæosis, hoc est, recapitulatio siue compræhensio. Tropus est & rhetoricus ornatus, quo rhetores longæ orationis seriem atq; summã, perorando, parua quadam oratiuncula complexam, auditoribus & lectoribus faciunt commendatiorem. Quintilian⁹ anacephalęosin dicit dictam, q; per capita quodammodo discurrat. Secundum est ergastica. Dicit charitatem nihil mali operari. Plura hic consideranda, nempe charitatem quoq; nihil non boni exequi. Ecclesia felix & in veritatem bene fundata, columna veritatis, habet tales scripturæ locos de sola charitate, multa egregia continentes, eos palàm exhibet. Agitedum hæretici, vestræ nouæ ecclesiæ loca his contraria, de sola fide, proferte. Ecclesiæ catholicæ episcopo vero & põtifici magno, charitatis vnicę magistro, cuius spiritu ductus sanctus Paulus, de sola charitate identidem tot encomia profert, Iesu Christo domino nostro, sit gloria, gratiarum actio & victoria per æterna secula. Amen.

Dilectio legis plenitudo.

DOMINICA SEPTVAGESIMAE,
I. Corinth. IX. & X.



NEscitis q; hi qui in stadio currunt, omnes quidem currunt, sed vnus accipit brauium? Sic currite, vt compræhendatis. Omĩs enim qui in agone contendit, ab omnibus se abstinet. Et illi quidem vt corruptibilem coronam accipiant, nos autem incorruptam. Ego igitur sic curro, non quasi in incertum: sic pugno, nõ quasi aerem verberans: sed castigo corpus meum, & in seruitutem redigo, ne forte cum aliis prædicauerim, ipse reprobus efficiar. Nolo enim vos ignorare fratres, quoniam patres nostri omnes sub nube fuerunt, & omnes mare transierunt, & omnes in Mose baptizati sunt in nube & in mari. Et oẽs eandem spiritalem escam manducauerunt, & omnes eundem potum spiritalem biberunt. Bibebant autem de spiritali consequente eos petra. Petra autem erat Christus.

PRAEFATIO.

SEnsus præsentis lectionis, charissimi, est exhortatio ad bona opera, fructus fidei & spũs sancti, per quæ iustitia fidei consummatur. Salutaris adeo lectio: in qua Hieronymus q̃st. 1. ad Hedibiam, exclamat, dicens: O quanta beatitudo, pro paruis magna recipere, æterna pro breuibus, pro morituris semper viuentia, & habere dominũ debitorem. Erubescat & pudefiat hic euangelista nouus, vsq; ad rauin solam fidem succlamitãs. Corinthiis proculdubio fidem Apostolus cũ verbis coràm, tum scriptis absens docuit, nec eam inefficacem, nec vmbratili & fumosæ similem: sed veram, viuidam, operosam, filiorũ Dei. Non tamen cessat identidem illis bona opera sedulo commẽdare, ipsaq; opera bona rite prædicare, nempe brauium accipientia, hoc est, iustificantia & beantia. Chrysostomus & Theophylactus acriter hic insectantur solius fidei blaterones. acu diceres tangere eos etiam nostrates Lutheranos, des lauteren vnd reinen euangelij, illimis & synceri euangelij. Sic luceat, ait Christus, lux vestra, vt videant homines vestra bona opera, & glorificent Deum. Nouis nostris apostolis & morum censoribus, quid (per Deum oro) mollius? quid lutulentius? Principium feruere solet. Exordium nouæ sectæ q̃ nix & glacies frigidiusculum, quis igni diuino, hoc est, spiritui sancto, deputauerit bene sanus? Vtinam falsos tandem prophetas attendere inciperemus. Forte tempus necdum est, replenda forte iniquitas hæreson & schismaton. Quod si id in fatis est, solabimur nos Christi verbo Matth. 24. electũ e Dei manu rapi posse neminem. Valeant paleæ innumeræ, tritico vel rarissimo saluo. De⁹

Opera bona iustificant.

pocit suos. Vasa dom⁹ domini varia sunt. Sensus (si quis aures audiendi habet) huius lectionis est, quod dixi, admonitio ad bona opera, iustitiam fidei absoluentia & coronica. Sectio trifaria est. Primo Apostolus monet, vt in stadio religionis ita curram⁹, vt brauium gloriæ adsequamur. Secundo, exemplo sumpsius nos ad castigationem et (vt alibi ait) exercitationem corporalem cohortatur. Tertio ostẽdit, cursum eum vi rium nostrarum non esse, sed gratiam diuinam nobis in medio cursu semper postulandam. Hoc vero potissimum submonet, vbi dicit: Nolumus vos ignorare fratres.

TEXTVS.

Nescitis ꝙ hi qui in stadio currunt, oĩes quidem currũt, sed vnus accipit brauiũ? Sic currite, vt comprehendatis.

POSTILLA.

Attende diligentiam Apostoli, nos ad cursum religionis hic tribus similitudinibus aptis inuitãtis. Prima est cursorum, secunda luctatorum, tertia palæstritarum siue athletarum. Nescitis, ait, de rebus adeo vulgaribus rogitando. Quasi dicat: Procul dubio scitis. Spectacula fidelibus sunt fugienda omnia: non tamen nesciũt fideles ea fieri in ciuitatib⁹, vbi inter infideles degũt. Ioannes Chrysostomus in multis locis homiliarum suarum, vanitatem eam dãnat. Nostrates hodie Troicum ludũ, quẽ corrupto vocabulo Torneamentũ vocant, in nobilitatis periculum & argumentum certũ, maximi oĩum faciunt. Recte, qui gloriæ huius mundi mancipia sunt, mundi nugis nobilitantur. Troianorum stemmate sese efferunt, Christi corporis extorres. Sunt certamina pleraq; ad exercitãdam pubem saltem inuenta, quæ suo loco nemo bonus damnauerit: sed fastuosam pompam quis pius ferat? Quæ huius mundi est peruersitas, scandala non fieri non possunt: væ per quem. Habet mundus suum campũ Martium, habet & suam arenam. custodit suos ludos & certamina olympica, pythia. deniq; item obseruat sua festa Saturnalia, Bacchanalia, carniualia, paganalia, & hoc genus alia. Quis vanitates eas mundi nesciat etiam monachus? Quid ꝙ vanitates vidisse tales, homini vere Christiano non obest, immo prodest? Viderat anachoreta quidã mulierẽ fuco infectam, auro, argento, purpuraq; comptam, Iunoniũ incedere. ingemiscere ille & flere. Qui aderant, causam flendi rogitant. Respondit ille, flendi se in mulieris istac superbia causam offendisse, nempe suam socordiã, qui nunquam tanta sedulitate studuerit placere domino Deo, quanta mulier illa mundi gloriam captet: neq; item se pro regno cœlorum tanto ardore militasse, quanto mulier ea pro æternæ mortis cruciatibus sudet. Sic & Isthmici, Nemęi, Quintilij, Plebeij ac alij ludi visi, spiritualem spiritualis admonent militiæ, atq; hoc contendit Apostolus, dicens: Scitis quo feruore in stadio huius vanissimi mundi curratur, scitis quod mereãtur brauium: agitedum, currite & vos, quisq; pro se perniciter. Nõ solum sufficit credere ad absolutam iustificationem: currendum etiam est in stadio, e carceribus magno emicandum impetu, non interiungendũ, non respirãdum, nisi ad scopum siue metam fuerit vẽtum. Stadium vocat Apostolus campum certaminis, forte ꝙ centum quinq; & viginti constaret passibus. Sic accipitur etiam Ioã. 6. 11. Apoc. 14. 21. Stadium nostrũ, qui Chr̃i noĩe censemur, est Chr̃ianismus, cuiusq; vocatio diuersa. Non est stadium hocce nostrũ momentaneũ: sed quo ad viuimus, cursus nobis imminet, nempe is de dicit: Currebatis bene. quis vobis remorã posuit? Vtinam pudefiat ille quisquis is est. Scilicet egregium apostolum agit, qui bene currẽtes, in medio cursu remoratur. Faciunt hoc noui euangelistæ, solius fidei hæretica prædicatione brauiũ, de quo hic agitur, obliterantes: Christum agonothetam, hoc est, retributorem omnium bonorũ negantes. Brabion nostrum, est augmentum gratiæ, vita æterna, & meritum maius atq; maius glorię. Munerarius est dominus Deus, qui suũ in nobis opus coronat. Filij meritum est, & spiritus sancti ductus, ꝙ currimus. Sine me, inqt, nihil potestis: vtiq; itẽ sine patre, per quem ad filium peruenitur, vtiq; etiã sine spiritu sancto, per quẽ Iesum inuocamus. Brabeuta itaq; siue munerarius noster suũ in nobis opus coronat. Quale autem opus? Nonne bonum? Per Deum quod peragitur opus, qs hoc peccaminosum, & gehennæ meritorium dixerit? Certus sum, ait Apostolus, meum depositũ mihi seruari in illum diem. Fidelis De⁹, idem ait, qui non obliuiscetur operis nostri boni, per ipsum facti. Curram⁹ ergo strenui. Ioannes Petro pręcurrat, Ioan. xx. Emicet Asahel, 2. Reg. 2. Nemo in vanum currat, Galat. 2. Sirenes hæreticos nouos, nescio cuius euangelij prædicantes, ne audiamus. Non est solius fidei stadiodromos nr̃a ampla, sed laborũ, disciplinarum, & crucis angusta, Mat. 7. violentiam requirit & patiẽtiam, Matt. 11. Heb. 12. Errare in hoc stadio non poteris, quia Chr̃s est via, quam q tendit, non errat. Ioan. 13. 14. 1. Pet. 2. Nemo in hac via currens, respiciat, Luc. 9. Qui respicit cum vxore Loth, in statuam salis, q̃ alij

Stadium cursus Chr̃iani.

Brabium cursus Christiani.

Brabeuta Christus opus suũ in nobis coronat.

Opus bonũ nõ est peccaminosum.

quicunq; electi excitabuntur, mutabitur. Gene.19. Luc.17. Si delassat & vię angustia & longitudo, recreet spei promissæ & certitudo & amplitudo. Catabrauin (sic em̃ vocat brauiũ hoc Apl'us Col.2.) nemo sibi vel vltrà, vel citrà ponat, vel poni sinat. Brabeuta spirituum pōderator, metam posuit currendi: idem etiam præmiũ cursus cuiq; athletarum suo tempore fideliter & deuite cornu largietur.

Omnis qui in agone contendit, ab omnibus se abstinet. Et illi quidem vt corruptibilem coronam accipiāt, nos autem incorruptam.

Secunda similitudine luctatoris iterum Ap'ls nos monet, ne in solius fidei fidamus bñficio, operũ bonorũ merito detrahendo, atq; desidendo: memores, nos ad opus vocatos Deo dignũ: nec hoc frustra, magna siquidē pręmia sedulo laborātibus ꝓmissa. Non audiendi, q dicunt impossibilia nobis esse præscripta. Est, fateor, periculosum in circo luctari: sed nemo coronabit, nisi legitime certauerit. Nostrā fragilitatē adiuuat Deus. Credenti oīa possibilia. Amāti nihil difficile, qa fortis vt mors dilectio. Cauēdi hæretici, qui ex industria animos athletarũ fortiũ auferunt, partim fatalē necessitatem docēdo, partim arbitrij libertatē negādo, partim legis impossibilitatē mentiēdo. Audiat hic Apl's: Ab oīb⁹ vult vt nos abstineamus. Mũdus nihil nisi laqueus pedibus stultorũ. Cupido excæcat, diuitiæ & voluptas spinæ. Deniq; diuitiæ gibbus grauissimus. Agonothetes in nostras manus nobis dedit, nos expeditiores facere, aut mũdi plicis nos itricare. Huc facit q̃d dñs dicit: Nō potestis duobus dñis seruire, Deo & mammonæ, Mat.6. Itē, Bonũ semen à voluptatibus & curis huius seculi suffocaṫ, Luc.8. Vide, si vincimur, nostra hoc fieri culpa: quia hęreticos audiuimus, Apl'm deprauantes. Deprauāt præcepta disciplinæ acediosi & voluptuosi hęretici. Nō intelligunt, qui, vt bene operentur, sibi necdũ persuaserũt, homines incōstantes, duplicis animi, ad omne opus bonũ inepti. Quare ergo nō audimus catholicos interpretes, sanctimoniæ laude insignes? Cæterũ & verba Apl'i nō sunt obscura. Quid circo & mollib⁹ hoībus? Thersites, Silenus, Sardanapalus, q nesciunt ludere, cāpestribus abstineāt armis. Aduersarius noster est caro nostra, mundus & diabolus. Hic ieiunio, oratiōe, eleemosyna & obedientiæ om̃i disciplina nobis est opus. Hoc luctandi modo, si strenuos nos Chr̃i athletas p̃stiterimus, indotati nunq̃ dimittemur. Ethnici in suis ludis circensibus & luctaminibus, coronas varias pręmiaq; plurima proposuerunt. Nos Chr̃us Iesus, nos pater cœlestis, nos sp̃us sanctus ille, cuius bonitas orbē terrarũ repleuit, sine præmio in circum vocauerit? Coronæ olympicæ [...] marcescibiles erant: nostra om̃i hedera magis magisq; virescit. Videre videor Petrũ huc respexisse 1. cap.5. Euge ne hanc agonothesian negligamus.

Abstinendo oībus, liber.arb. iuuatur.

Ego igitur sic curro, non quasi in incertum: sic pugno, nō quasi aerem verberans.

Hic Apl'us sese exemplũ currendi & luctandi profert, nēpe ꝓdromũ atq; progymnasten. Hic tertiũ simile infert, in athleta etiā cursorē cōplectens. Palęstritas Gręci olim etiā pyctas appellabāt. Palęstra gladiatoria quoq; ad ludos ethnicorũ solēnes pertinet. Vide pie catholice, statũ nostrũ, solius fidei nō esse rem: gymnasiũ siqdem desidiosos non diligit neq; coronat viros. Lanistarũ dimicatio attentionē reqrit. Nemo descendit in arenā, nisi exultans animo atq; strenuus. Neq; itē aliqs, vtut strenuus, vel bestiarius vel bustuarius, vel cuiuscunq; tandē generis lanista, in circũ emicat, nisi ꝓposita corona. Vnde colligere est, etiā nostris exercitijs promissa p̃mia iustitiæ, maioris gratiæ & gloriæ. Nisi em̃ talia nostra promissa essent laboribus, inepte Apl'us religionis nostræ disciplinas aut cursori, aut luctatori, aut athletę compararet. Atq; hoc est, quod ait, nō in incertũ curro. q.d. Non spem pasco inanē, siue, vt cũ poeta loquar, nō ferunt mea gaudia venti. Nostra certe gaudia venti ferrent, si præmia nos aut nulla manerēt, aut si nobis nō satis certa essent. Non absimilis est alia metaphora eorũ qui aera verberant. Cũ laruis quoq; luctari, est aera verberare. Quid vero hoc esse putandum? Qui spe præmij destituti, aut q frigide aliqd peragunt, aera verberare dicũtur. Apl'us tale nihil fecit, qm̃ de mercede laborum certus, dispensator Dei mysteriorũ fedulus & fidelis extitit. Qui vero hoc pręstiterit, sequentia satis declarant.

Sed castigo corpus meũ, & in seruitutem redigo, ne cum alijs prædicauerim, ipse reprobus efficiar.

Ecce tibi Apl'm progymnasten, qsqs es q de Apl'o te iactas. Sed cui luctaṫ aduersario? Nōne diabolo & mũdo? Vtiq;, sed nō cũ istis duob⁹ hostibus solũ, propior adhuc alius adest, & is quo ꝓpior, hoc etiā periculosior. Est autē hostis ille domesticus, nēpe caro. Quō vero intētat nobis mortē caro? Cũ facit nos illa edere, quæ spiritui sunt cōtraria. Quod bellũ nobis cōtra hostē illum suscepimus

suscipiēdū? Corporalis exercitatio,& ōme disciplinæ ecclesiasticæ genus. Audi Apostolū: Castigo, inquit, corpus meū,& in seruitutem redigo. Dicis, vtinam & ego hoc præstare possim? Respōdeo, Vtinam & tu hoc præstare velis. Non potes, quia nō vis: quia non vis, ergo concionatores dura carni præscribentes, odio prosequeris. Sed vide mi frater, an ne cursus citra puluerem (quod aiūt) fiat. vide an ne lucta sudore careat,& gladiatura periculo. Vide cuius rei Apostolū habeas exemplum. Dicis ergo legem euangelio esse faciliorē? Respondeo, legem ad huiusmodi nos cogere, ad q̄ nos spiritus sanctus spontaneos & volentes inducit, Leuit. 16. Non immerito ergo Apostolus arguit eos, q̄ plus æquo carni indulsere, Col. 2. Recte itē Ro. 6. monet, vt membra nostra arma iustitię accommodemus. Item Col. 3. vt ea occidamus. Item vt veterem Adamum abijciamus, Gal. 6. Deniq; vt hoc loco se exemplū talis dat exercitij, sic Gal. 6. dicit se crucifixū. Gal. 5. dicit expresse crucifixionem esse carnis. Denique frustra hoc non fieri vt hic dicit, sic & Ro. 8. dicit nos victuros tunc demū, vbi facta corporis mortificauerim⁹. Ecclesiastes hic porro obseruet, non semper in excusationem proferri posse hoc, quod dicitur Matt. 23. Secūdum facta eorum nolite facere. Vide quid dicat Saluator Matt. 5. Sic luceat lux vr̄a corā hoībus. Itē Apl's vult episcopū inculpatū, 1. Tim. 3. Titi 1.& in hac ep̄la ca. x.

Nolo enim vos ignorare fratres, quoniam patres nostri om̄es sub nube fuerunt, & omnes mare transierunt, & omnes in Mose baptizati sunt in nube & in mari,& om̄es eandem spiritalem escam manducauerunt,& omnes eundem potum spiritalem biberūt. Bibebant autem de spiritali cōsequente eos petra. Petra autem erat Christus.

Rogas vt sibi hæc quæ iam dicta sunt,& hoc q̊d iam dicitur, cōsentiant? Respōdeo, Optime. In supioribus Apl's fideles ad vitā religiosam inducere instituit, eodem tenore etiā hic idem agit. Suprà dixit: Sic currite, vt cōpræhendatis: nam & ego sic curro, vt adsequar,&c. Nunc dicere vult: Ne cogitatio vobis subrepat, Israeliticus populus habuit propicium Deum, ꝙ in ipsum præ cęteris crederent populis, non obstāte ꝙ nō præstiterint id, quod nos hic præstare iubemur. Quō ergo nobis timeamus, quō Deus nobis irascat, q̄ baptizati sumus,& tot mysteria quę illi nō nouerūt, credimus & cōfitemur? Cogitationi tali hic occurrit Apl's, tanq̄ dicat: Certū est, maiores nr̄os clementem habuisse Deū, ꝙ in eū crederent. Adde etiā, ꝙ & baptizati sunt, & eucharistia refecti. Sed neq; fides, neq; tantorꝫ sacramentorum vsus eos saluauit, quatenus fuerunt irreligiosi. Mala cōcupiscentia, idololatria, scortatio & murmur illis, vtcunq; credentibus, exitio fuit. Pone vnū oīm fidem habuisse, nō tn̄ sine vita religiosa iustitiæ laudē & beatificationē mereri potuisset. Hæc huius loci natiua intelligētia est, q̊d vel litera ipsa p̄ se fert. Plurimi, ait, Deo nō placuerunt: in deserto qppe interierūt. Intellige, q̄uis fidē Dei veri & viui habuerint, & baptizati fuerint, & Eucharistia sint vsi. Dabo itē om̄es in campo dn̄ico egisse & cursores & pugiles. sed quotusquisq; strenuus & ꝑtinax, adsecutus est palmā? hoc est, q̊t ad ꝓmissam terrā peruenerunt? Nōne nisi Caleb & Iosue? Nōne alij ceciderunt propter vitia iam recensita? Quid de nobis fiet, fratres, q̊rum ingratitudo lōge est & maior & dānabilior? Illi om̄ia habuerūt in figuris, & ne sic quidē vllā meruerunt veniam. Heu mihi, quanta nr̄a est culpa, qui in tanta luce opa tenebrarū facim⁹? Nobis in exemplum, ait, Israeli hoc accidit: puta, vt nos tali exemplo magis cauti, religiosi etiam magis esse, operam daremus. Sic intelligitis, vt sibi cohæreant quod suprà dictū est,& hoc quod hic exponimus. Vide catholice lector, quantum absint à vera religione, qui hodie tantopere clamitāt de Eucharistias specie vtraq;,& de sola fide, interim charitatis & eius commoditatis plane obliti. Vtinam miseri hic attendant, etiam patres credidisse,& vtranque speciem sumpsisse, nec tamen sic constitisse.

Euchariſtias vtrāq; speciē sumere nō sufficit.

Patres hic nō intellige ethnicos, illos priscos nostros antecessores, sed Iudęos illos, duodecim patriarcharum genus. Dicuntur hi etiam patres nr̄i, propter fidei traducem, quemadmodum & pater noster dicitur & est Abraham ipse.

Pr̄iarchę q̊q; XII. dicūt nr̄i esse pr̄es.

Nubes est ea, quæ interdiu patribus ipsis nostris obumbrauit, signum fauoris diuini non obscurum. De nube istac sic dicitur Exodi XIII. Dominus præcedebat eos ad ostendendam viam in columna nubis per diem,& per noctem in columna ignis &c. Theophylactus, Sedulius,& pleriq; alij per nubem intelligunt spiritum sanctum. Vnde etiam dicūtur spiritualiter baptizati, in mari nēpe & in nube. Nubes suprà, mare infrà. Spiritus illic, hic aqua designatur, vnde verum cōstat baptisma. Israel vt sicco pede mare transierit, vides Exodi 14. In Mose baptizati, nō intellige eodem dicēdi modo, q̊ nos dicimur baptizati

Baptiſmi autor nō Moſes ne

ꝙ Ioãnes, sed Christus.

ti in Christo. Actu. 19. Mat. 28. Moses tam non erat autor baptismi, q̃ Ioannes: nõ ergo dominus, sed eius sacramenti seruus. Quid ergo, in Mose baptizati, quoniã sic habet textus? Moses hic, quod quidam catholicus nr̃o hoc æuo scripsit, legem significat. Lex Mosis cuinã referenda accepta? Nonne Deo? maxime. Vnde & baptismũ Mosis, Dei fuisse vides: nã & mare Dei fuit & nubes. Obserua, nõ ociose Apostolum hic primo ponere baptismum, postea vero Eucharistiã. Bonus ordo. nemo, nisi lotus, ad mẽsam panis communis recipit: quanto magis nemo, nisi baptizat⁹ & vere contritus, ad mensam dominicã admittẽdus? Quare autem dicitur spiritualis cib⁹? Quia mysteriũ continebat, nõ minus atq; etiam noster cibus & potus. Adde ꝙ & spiritualiter est sumendus, & non solum sacramentaliter. Hebræorum cibus fuit mãna, Exo. 16. Num. 11. Deut. 8. Psal. 77. Ioan. 6. Potus eorum fuit aqua, quam petra, virga Mosis percussa, fudit Exo. 17. Deut. 8. 32. Nehe. 9. Psal. 77. 80. 104. 113. Esa. 48. Vtrinq; nr̃a de signabatur Eucharistia. vnde Apostol⁹ ait, ecclesiæ & synagogæ vnam fuisse escam et vnum potũ. Manna non exprimit, sed petram, non citra mysteriũ. Calicis sacri participationem liberã esse debere, figura designat. Dein & fundamenti Ecclesiæ Petræ libenter mẽtionem facit. Sequebatur illos, quia fides eorum erat de futuris. Nos præcedit, quia nostra fides sita est in præteritis. Sic iterum vides nostram fidem & Abrahæ, esse vnam. Faxit Deus, opera etiã Abrahæ exprimamus. Amen.

Confessi et cõtriti, ad eucharistian accedant.

DOMINICA IN SEXAGESIMA, Epistola II. Cor. XI. & XII.



Ibẽter suffertis insipiẽtes, cum sitis ipsi sapiẽtes. Sustinetis em̃, si quis vos in seruitutẽ redigit, si qs deuorat, si quis accipit, si quis extollit, si quis in faciẽ vos cædit. Secundũ ignobilitatẽ dico, quasi nos infirmi fuerimus in hac parte. In q̃ qs audet, (in insipientia dico) audeo & ego: Hebræi sunt, & ego: Israelitæ sunt, & ego: Semẽ Abrahæ sunt, & ego: Ministri Christi sunt, & ego. vt minus sapiens dico, plus ego: In laboribus plurimis, in carceribus abũdantius, in plagis supra modũ, ĩ mortibus freqũeter. A Iudæis qnquies q̃dragenas vna minus accepi. Ter virgis cæsus sum, semel lapidatus sum, ter naufragiũ feci: nocte & die in ꝓfundo maris fui: ĩ itineribus sæpe, ꝑiculis fluminũ, ꝑiculis latronũ, ꝑiculis ex gn̄e, ꝑiculis ex gẽtib. ꝑiculis ĩ ciuitate, ꝑiculis in solitudine, ꝑiculis ĩ mari, ꝑiculis in falsis fratribus. In labore & ærũna, in vigilijs multis, in fame & siti, ĩ ieiunijs multis, in frigore & nuditate. Præter illa q̃ extrinsec⁹ sunt, instãtia mea quotidiana, solicitudo oĩm ecclesiarũ. Quis infirmat, & ego nõ infirmor? qs scãdalizat, & ego nõ vror? Si gloriari oportet, q̃ infirmitatis meę sunt, gloriabor. Deus & pater dñi nr̃i Iesu Chr̃i scit, q est benedict⁹ in secula, ꝙ nõ mẽtior. Damasci ꝓpositus gẽtis Aretæ regis, custodiebat ciuitatẽ Damascenoꝝ, vt me cõpræhẽderet. & ꝑ fenestrã in sporta demissus sum ꝑ muꝝ, & sic effugi manus eius. Si gloriari oportet, nõ expedit quidẽ. Veniã aũt ad visiones & reuelationes dñi. Scio hoĩem in Chr̃o ante annos q̃tuordecim (siue in corpore, siue extra corp⁹, nescio, Deus scit) raptũ huiusmodi vsq; ad tertiũ cœlũ. Et scio huiusmodi hoĩem (siue ĩ corpore, siue extra corpus, nescio, Deus scit) qm̃ raptus est ĩ paradisum, & audiuit arcana verba, q̃ nõ licet hoĩ loq. Pro huiusmodi gloriabor, ꝓ me autẽ nihil, nisi in infirmitatib⁹ meis. Nã etsi voluero gloriari, nõ ero insipiẽs. Veritatẽ em̃ dicã. Parco aũt, ne qs me existimet supra id q̃d videt in me, aut audit aliqd ex me. Et ne magnitudo reuelationũ extollat me, datus est mihi stimulus carnis meæ angelus satanæ, qui me colaphizet. Propter q̃d

ter dominum rogaui, vt discederet à me. & dixit mihi: Sufficit tibi gratia mea. Nam virtus in infirmitate perficitur. Libenter igitur in infirmitatibꝰ meis gloriabor, vt inhabitet in me virtus Christi.

PRAEFATIO.

Nemo moueaṫ, si audiat hic Apostolũ paruã gratiã cum Corinthijs suis iniisse. Nõ est discipulus supra magistrũ. Attẽde quæ dño Iesu in Iudæa sua euenerunt. In ꝓpria venit, vt Ioãnes ait, & sui eũ nõ receperũt. Veri apl̃i nõ nisi multo labore euãgelizãt. Pseudo magnũ semꝑ populi merenṫ plausum: qa ꝗ plebi placita sunt, loquunṫ. Corinthij ꝓ ingenio vulgi, tantũ apl̃m etiã adhuc supstitẽ, signis & oĩni virtute potentẽ, longe vilissimis homũcionibus posthabuerunt. Sic & vulgus maledictũ hodie monachos exititios, hoĩes bis piuros, & hoc genꝰ fęcis mortaliũ, vniuersæ beatoꝝ turmę ꝑfert. Miꝝ non est, ꝙ catholicos ꝗ̊scunq; sacerdotes extrudunt, & de ecclesia esse negãt, ipsi repẽte nouã ecclesiã se arbitrãtes, cũ etiã beatos oẽs de possessiõe ecclesiæ ꝑ̃sumant expellere. Mẽtior, nisi expellere sit, ꝓfessionẽ catholicã supprimere, & parti alios sacramẽtoꝝ administrãdoꝝ ritꝰ cõminisci, partim ipsa sacra penitꝰ abrogare. O dolorẽ cordiũ pioꝝ. O scãdala hoĩm superboꝝ. O quãta supplicia manẽt eos, vel ꝗ̊ꝝ negligẽtia huiꝰ mali occasio est nata, vel ꝗ̊rum negligẽtia huic malo nõ obsistit. Vtinã tãta scãdala Iudæos & ethnicos laterẽt. Pessimũ oĩm malũ vel inde esse putamus, ꝙ ecclesia & Chr̃i nomẽ etiã ipsis ethnicis & Iudæis fit risus. Sed hæc oĩa dño Deo, suo tẽpore corrigẽda, cõmittamꝰ. Nos hic Apl̃m ipsum ꝓ nr̃o officio interpretemur. Lectio sic diuidi potest: Primo rep̃hẽduntur Corinthij, ꝙ pseudo apl̃os recepissent. Interim etiam pseudo importunitatẽ retexit. Secundo, necessario laudis suæ p̃conio atq; pia p̃dicatiõe suũ declarat studiũ. Tertio, cohortatur vt carnis afflictiões patienter feramus.

TEXTVS.

Libẽter suffertis insipiẽtes, cum sitis ipsi sapiẽtes.

POSTILLA.

Scripturꝰ aliqd ad Corinthios, ꝗ̊d sibi ipsi nõ admodũ ꝓbabile videbaṫ, principio eiꝰ rei caput ipsos Corinthios constituit. Dein etiã nõ Dei, sed hũanũ verbũ esse dicit, ꝗ̊d aliq̃ ex parte improbari possit. Vnde & suprà dixit: Quod iã dico, non secundũ dñm dixerim, sed iuxta insipientiã, puta humanã. Itẽ, Sufferre et me gloriabundũ, tanꝗ̃ insipientẽ, vt & ego paulo glorier. Itẽ: Qm̃ multi iuxta carnẽ gloriaṅṫ, & ego me commendabo. Hæc oĩa sic accipienda: Pseudo apl̃i, illi ꝗ ecclesiã Corinthioꝝ ita cõturbarunt, sui ipsoꝝ insignes erãt buccinatores, veri Thrasones, adeo vt sesꝗpedalibus illis iactabũdis verbis Corinthios plane demẽtatos, à diuo Paulo alienassent. Apl̃s videns sibi pseudo p̃ferri, idq; nulla alia ratiõe, nisi ostentatiõe & iactãtia, nec se grauitate et vera sapiẽtia diuina ꝗdquã ꝓficere, ꝑsuasit sibi cũ stultis stulte loquendũ, ꝗ̊d sapiẽs etiam monet, vt sua illis stultitia fiat manifesta. Vult dicere: *Mi Corinthij, miseret me vr̃i, ꝗ eo demẽtiæ peruenistis, vt euãgelion Chr̃i secundũ iactantiã pseudo accipiatis ꝓphetaꝝ. Suffertis stultoꝝ vim sese cantantiũ, idq; tñ citra meritũ: ꝗd igiṫ mihi superest, nisi vt & ipse me cõmendem, sed citra mendaciũ? Qui seducti estis mẽdaci alioꝝ gloria, ab errore videmini reuocandi vera & nulli nõ nota laboꝝ meoꝝ gloria. Videmini vobis sapere, & sapiẽtis est, stultos nugigerulos sufferre. ꝙ si vere estis prudẽtes, cauetedũ, insipientem me veridicũ temnatis. Sed & ironia acerba quædam inest verbo, Cum ipsi sitis sapientes.

Sustinetis enim, si quis vos in seruitutem redigit.

Hæreticoꝝ hoc propriũ est, alios in suas leges cõficere, hoc est, in alioꝝ cõsciẽtia regnare velle. Grãde ꝗdem hoc crimẽ, & fere incredibile dictu. Sed nõne sibi in alterius cõscientiã est sumere impiũ, ꝗ nullius cedit sententiæ, ꝗ sua somnia oĩbus obtrudit tanꝗ̃ certa oracula? Nõne alios sibi est subigere, nouos ordinatiões diuinoꝝ cõminisci priuatos laicos, consules atq; principes, atq; eas vniuerso clero obtrudere, atq; clericos ꝗ̊scunq; sibi obstãtes extrudere? Deniq; & hoc oĩm vt est certissimũ, ita etiam oĩm est grauissimũ, etiã ipsos diuos sibi substernere. Substernunt aũt suis pedibus etiã ipsos diuos, ꝗ vel cõfessionem catholicam eleuãt, aut receptas ecclesię primitiuæ ordinatiões antiquãt, aut nouas nænias atq; nugas succẽturiãt: ꝗ̊d hodie nr̃ates faciũt Lutherani. Nõne hoc etiã est alioꝝ fidem sibi sub iugũ mittere? Sic hæretici in carne & in mẽtibus alioꝝ sibi gloriã quærunt. Gloria hæreticorum est: Ille princeps, dux, comes, illa natio, illud municipium, nostrum euangelion recepit. Numerus fratrum nouorum euangelicorum in immensum crescit. Iam nulla nobis poterit potestas obsistere. Dij sumus. Tyrannidem hanc Apostolus hic taxat, & quasi submonet Corinthios, vt in libertate ea, in quam eos Christus asseruit, maneant.

Hæretici numẽ se se vulgo vẽditãt.

Si quis deuorat.

Hæretici sua nõ relinquunt paupibus aut ecclesiæ.

Vnũ oĩm ꝑpetuũ est hęreticoꝝ ingeniũ. Vide, q̃ oculos vidẽdi habes: q aures audiendi habes, audi. Nonne catholicæ professiõis patres, sancti martyres, cõfessores, virgines & cõtinentes, sua oĩa vel ecclesiæ vel pauperibus erogãda, vel aliàs in Dei gloriã & ecclesię vsum expendenda reliquerunt? Nonne oĩa huius mũdi gaudia, cõuiuia, luxum, pompã & cętera hoc genus vanitatũ, tanquã præsentẽ pestẽ, fugerũt oĩa? Nõne sancti canones clero pauptatẽ, parsimoniã & oẽm honestatẽ actuum & vestitus ꝑscribũt? Dic quę mũdi põpa nouos nõ habeat euãgelistas. Simias qs nõ videat mũdi, nouos noui euãgelij apostolos & apostolas? Quod torneamẽtũ, qs circus, q̃ comessatio fit, cuius noui apl̃i capita nõ existant? Ventres, ollares prędicatores pauci, expulsis tot millibus monachoꝝ & sacerdotũ, ipsi subinde sibi oĩa rapiẽtes, q̃ plus possidẽt, hoc plus postulãt: quo plus illis dat, hoc plus penuriam suam murmure ꝑpetuo lamentantur. Auspicia hæc tanta, heu mihi, quantos minantur exitus?

Si quis accipit.

Hæreticis satius est rapere, q̃ dare.

Si qs vobis accipit. Vobis adiectũ, emphasin præ se fert. Nemo emphasin illã intelligit, nisi is cui incũbit hæresios dogmatistas alere. Sanguisugam citius repleueris & saccum ptusum, q̃ vẽtres eos nouos euãgelicos fratres. Mirũ q̃ primo de paupertate disputarint, q̃ auaritiã cleri catholici taxarint. Sed mox vbi auditoribus imperiũ imposuerunt suũ, nihil illis est satis. Et tãta est miseræ plebis cęcitas, vt necdũ sibi fucũ factũ sentiat. Sẽtiet ꝓpediẽ maiori malo.

Si quis extollitur.

Hæretico rum proprium est superbire.

Hæreticoꝝ hoc q̃q; ꝓpriũ esse, suprà in principio huius lectiõis Apl̃s adumbrauit, & nr̃a hęc tpa egregie declarãt. Cõfer, per Deũ oro, ecclesiæ priscæ orthodoxę patres nouæ sectæ huius autoribus hæresiarchis illis & ꝑdicantibus, & videberis angelis lucis angelos composuisse Tænarios. Tulit Corinthioꝝ ecclesia Moabiticũ hoc supciliũ: & nostrates huius tẽpestatis pseudoapl̃i, semidei apud rudem plebem habentur.

Si quis in faciem vos cædit.

Hæretici conuiciatores.

Prouerbialis locutio, In faciẽ cędere, pugnos ingerere &c. nõ est semp verberibus, sed & verbis amarulentis & calũniosis aliquẽ pultare. Qua in re hæretici palmã ferunt. Nostrates hodie ei⁹ rei exemplũ sunt nõ obscurũ. Quid eoꝝ scripturæ? qd picturæ? qd psalmi? qd poemata? Nõne meræ calũniæ? Pulpita eoꝝ nihil nisi creberrima crepant maledicta. Papistas vbi ad nauseã vellicauerũt absentes, tandẽ etiã principes catholicos, reges & ipsum q̃q; Imperatorẽ sugillãt. Denicq; itẽ cõsectaneos suos, si qs dogmatistas ipsos vel verbulo aliq̃ offendit, acerbissime e suggestis carpunt. Adeo nouũ euangeliũ nihil aliud est, q̃ verissima vitiligatio: noui itẽ recẽtis euangelij cõcionatores & ꝑdicatores, insignes sunt calumniatores & sycophãtæ. Quod tũc demũ vere ꝑspexeris, si animaduertas, qbus sese Lutherani & Zuingliani, quibus vtraq; secta anabaptistas suos ꝑsciderunt cõuicijs. Fax calumniaꝝ inter Lutheranos & Zuinglianos accẽsa, catholicoꝝ principũ metu nõ nihil torpescere cœpit. Eodẽ adhuc tenore vtraq; miserabiles obstriglant anabaptistis. Lutherani potissimũ hic sese strenuos exhibẽt, huius tẽpestatis erroꝝ autores. Putant se suã sic abluere posse hęreseon infamiã. Hęc oĩa hodie cęca ꝑpetit Germania, vera Corinthus. Sed ad Apl̃m redeuntes, obseruem⁹ hic tres Apl̃m hæreticoꝝ recensere importunitates. Prima, magniloquẽtia iactabunda: Secũda, tyrãnis: Tertia, læmargia siue catillatio. Dein item obseruemus non tã pseudo hic arguere Apl̃m, q̃ Corinthioꝝ ignauiã, oĩa hæc sustinentiũ. Vulgi hoc est ꝓprium, errores suos in suam ipsius perniciem fouere.

Secundum ignobilitatem dico, quasi nos infirmi fuerimus in hac parte.

Verba hęc ptinẽt ad sequẽtia, nẽpe ad locũ eũ, vbi sese ꝑdicare incipit. Præcastigationẽ hic ꝑmittit, qua ꝓtestatur inuitũ sese laudare. Vnus sensus est, cũ eo qđ supra dixit, se nõ loqui secundũ dñm, sed scđm insipientiam. Attẽde quãta cura caueat Apl̃us proprię laudis, vt merito possit in simulari criminis. Cõferto nostrates euãgelicos fratres nouos apl̃os, & videbere nescio quem cui contulisse. Adeo nr̃ates sine ore & frõte sese ꝑpetuo laudãt, & neminẽ arguũt, nisi eoꝝ importunitati nõ subscribẽtes. Ignobilitatis vox significat illiberalitatẽ vernilẽ, qualẽ Comici in parasitis, lenonibus & seruis, Gnatone, Sannione, Phormione, Dromone, Dauo, Syro, Geta, & alijs adũbrãt. Tanq̃ nos infirmi fuerimus, hoc est, quasi neq; ego, neq; vos simus q sumus. Infirmũ esse vel fieri, varie accipitur ab Apostolo. Hic accipit pro eo, quod friuolũ est & nullius momenti. Quasi dicat: Vos Corinthij olim fortes, pueri estis facti ridiculi, & ego puerascam propter vos, loquar vobiscum pueriliter & illiberaliter, hæreticorum ritu me laudando &c. Sensus iste iuxta textus analogiam videtur mihi esse simplicior. Per me quiuis simpliciorem protulerit.

Chrysostomus inter veteres literæ propi- us accessisse nobis est visus. Nunc Aposto- lum porro audiamus.

In quo quis audet,(in insipientia dico)audeo & ego.

Hic iam quarto veniā precatur, vt & suæ laudis pco audiatur, subinde iactationē cā illiberalitati deputans. Perlege hæreticorꝝ nostræ tempestatis syluam librorum,& vix vnum locū reperies, in quo suam gloriā ita ipsi extenuent. Hæresiarcharū nostratium qdā scripsit,supra fidē supbe,nullū oīm catholicorum pontificū,regum,principū, sacerdotum & laicorꝝ,dignum esse,q suorum illi calceamentorꝝ corrigiam soluat: quantum ad sanctimoniā atq; religionem pertinet, ceruisiæ bibulus, nepos, ganeo, inter pergræcandū Pogium æquans, infacetus, bonas horas cantilenis & citharæ tactu male pdigens, periurus: cucullā,pfessæ religionis symbolon,q reiecit, q post cōtinētię votum,sanctimonialē prætextu coniugij incestauit.Deniq; q nulla alia in re aliqd religionis vnquam designauit, nisi q creberrimis calumniarꝝ & blasphemiarꝝ chartis totam ecclesiam irrequietauit,cœlū terræ miscendo: immo per quem tota religio pene pessundata est,se de religione tantopere audet iactitare, vt etiam neget aliquem omnium catholicorꝝ dignum posse inueniri, q ei ligulas calceamentarias laxet. Nescias,vtrum homo ille magis insaniat, an tota Germania,tam portentosi hominis adorans blasphemias. Summam hominis impostoris laudum audistis, edere, bibere, ludere, bonari, &c. Nunc etiam prædicationem audiamus Pauli.

Hebræi sunt,& ego.

Succurrat hic,q̊d supra dixit quater,nēpe se secundum ignobilitatē loqui. Q.D. Pseudo iactant se esse sanguinem Abrahæ: mundus,quæ eius est ignauia,carnis ortus nobiles magnificat. Ineptiendum ergo cum ineptis & ego mihi ducens,Hebræum primo me quoq; esse glorior. Catholice pie, caue hunc locum aliter accipias, atq; ab Apostolo est prolatus. Cæterum neque Hebræum esse,est aliqd,neq; Romanū,neq; Atheniensem. Periculum pditionis certissimū inest iactantiæ. Ex Deo natum esse,saltem est gloriosum. sed ex Deo natus non est, etiam si quis hic insolescat.

Israelitæ sunt, & ego.

Quod si magnifica est gloriatio,esse Israelitam,ecce tibi & ego sum Israelita. Israel, siue Iacob (quod puto vos non ignorare) filius erat Isaaci.Sed quoniam duodecim filios, ex quibus duodecim tribus sunt natæ, genuit, omnes tribus Iudæorum,Israelitæ dicuntur.

Semen Abrahæ sunt,& ego.

Articuli hi tres,idem omnes exprimunt, nempe Apostolum fuisse Iudæum æque atq; pseudoapostolos. Abraham Israelis fuit auus, vnde omnes q fuerunt Israelitæ, fuerunt etiam semen Abrahæ. Abrahæ fidem & religionem sequi,adeo non est vituperabile,vt ne ipsi qdem Iudæi id possint carperet sed se citra talem imitationem de semine Abrahę efferre,quanti sit criminis, dominus docet Ioan.8. Vide quanta sit stultitia, ne quid acerbius dicam, nobilistarum, qui cum se de nataliū suorꝝ stemmate multum iactitent, atria sua,immo etiam ecclesias & basilicas omes imaginibus maiorū suorum arctantes,nihil religionis habent quod exempli causa imitandi rudibus possint ostentare. Quo loco Apostolus splendorem suæ stirpis,quę sine omi controuersia,omnium fuit antiquarum antiquissima,habuerit, vides Philippen. tertio.

Nobilitas carnis nulla.

Ministri Christi sunt,& ego: vt minus sapiens dico,plus ego.

Primo argumento gloriatiōis, quo mundus adeo afficitur, expedito, transit ad aliud, quod per se ter maximum est,modo sit verum. Seruum esse Christi, solum est gloriosum: sed nec in verbis diaconatus ille fistus est, nec iactantia. Sectarum autoribus Apostolus hic argumentum gloriatiōis cōfutaturus, & ipse gloriari incipit, sed caute & admodum circunspecte,ne suam gloriam apud Deum amittat. Minus sapiēs,ait, plus ego. Vas electionis à domino Deo vocatus, Gentium doctor ab ipsis Apostolis designatus,suam eam gloriam,quatenus ad suam ipsius prædicationem attinet, insipientiā vocat. Seruos sese Christi obserua solere vocare,q Antichrī fœdissima sunt mācipia. Aplus eos hic vocat secundū titulū, quem ipsi sibi vendicauerunt. sic & nos nostrates hodie vocamus Euangelistas & Apostolos &c. non q eos tales esse fateamur, sed vt iuxta eorum ineptias, inepte quoq; ipsi loquamur. Cęterum Apostolus aliàs expressius dicit: Pseudo sunt apostoli, operarij maligni, apostolorum personas sumentes, immo etiam angelorum lucis. Sic & nos nostrates demum proprie hæreticos appellamus, quos schematice iuxta eorum stultitiam, Euangelicos aliquando etiam appellare solemus.

Seruū esse Christi solū est gloriosum.

Seruos se Chrī mācipia diaboli mentiuntur.

In laboribus plurimis.

Labor catholicorũ durabilis, hæreticorum caducus.

Hæretici labores suos etiã proferre solent, quasi catholici soliti sint acedia pdere tẽpus. Aestimẽt S. patrũ manipuli etiãnũ pmanẽtes, & videbũt nõ ociosi desedisse. Sic nunc opus eoꝝ pro ipsis rñdeat. Suis q̃q; tpibus, q̃d cõtra hæreticos gloriarent, habuerunt. Pseudo oleũ & operã pdunt, fruct⁹ eoꝝ nõ potest manere. Nẽ itaq; laborãtes, nihil exigũt. Et reuera nõ laborãt, nisi vbi nõ oportet. Apl's de labore suo dicit & 1. Cori. 15. Grã ei⁹ in me vacua nõ fuit. plus em̃ oĩbus laborauit: nõ tñ ego, sed grã ei⁹ in me. Ceteꝝ & manibus laborauit 1. Thessa. 2. Acto. 20.

In carceribus abundantius.

Hęreticus Chr̃i martyr eẽ non potest.

Quis hęreticoꝝ vnquã in carcerẽ est cõiectus, nisi ꝑpter insigne aliq̃d flagitiũ? Viuunt latrones, & capite plexi, volũt adorari martyres. Si q cædes & cruẽtas simultates, & hoc genus facinora, neq; excitauerũt neq; commiserũt: certe digni supplicia sua passi sũt, q̃ p̃fracti admoniti suoꝝ erroꝝ, ecclesiã audire noluerũt. Supboꝝ illoꝝ gigãtũ supbia, ĩ neruũ (vt cũ Poeta loq̃r) erũpere solet.

In plagis supra modum.

Martyriũ hæreticorũ, suppliciũ est, nõ martyriũ.

Si pcutiant̃ hæretici, suppliciũ est, nõ martyrium. Vnde quo plus suas ostentãt cicatrices, hoc sua facinora plus manifestant. Gloriosa vero oĩm sanctoꝝ pontificũ, quæ ab hæreticis illis irrogata sunt, stigmata: quia pro orthodoxa veritate ea susceperunt.

In mortibus frequenter.

Sępius dicit se egisse aĩam, aut propter labores varios & multos exantlatos, aut ꝑpter plagas & icarcerationẽs. De hac re sic legis 2. Cor. 1. In Asia supra modũ grauati fuimus supra vires, adeo vt desperauerimus etiã de vita. Acto. 14. Vides vt ad mortẽ lapidibus pcussus sit. Agonias itẽ suas recitat 2. Cor. 6.

A Iudæis quinquies quadragenas vna minus accepi.

In lege Mosaica cautũ fuit, ne Iudæi reo supra q̃draginta plagas darẽt. Quadraginta eas pmissas Hebræi vocãt Arbaim, vnde iuxta hebraismũ eũ Apl's tessaraconta absolute ptulit. De quadragenis illis vide legem Deut. 25. Obserua supstitionẽ pharisæoꝝ, vide supabundantẽ iustitiã Iudæoꝝ. Alibi addũt legi, hic demũt. Sic erat eoꝝ ingeniũ, vt grãm sibi habẽdã cẽserẽt, q̃ties etiã insontes percutiẽdo, vna minus q̃draginta plagas de dissent. Apl's hic numeꝝ plagaꝝ recẽsens, fidẽ meref. Chrysostom⁹, Ambrosi⁹, Seduli⁹, Theophylact⁹ sic de legis p̃scripto itelligũt.

Ter virgis cæsus sum.

Gentes Apl'm semel virgis discidisse legis Acto. 16. In Philippis Macedoniæ hoc gestũ. Alię duę verberatiões memoriæ traditæ nõ sunt. Hæretici hui⁹ tẽpestatis nihil recipiunt, nisi q̃d biblicis sit cõmissum l̃ris, ergo & Paulus illis sub Nerone decapitatus nõ est. Neq; em̃ hoc articulus est fidei. Articulus vero fidei est, Petrũ nunq̃ fuisse Romæ. Vt mentiat̃ ecclesia, & vt hallucinent̃ Tertullianus, Irenæus, Augustin⁹, Ambrosi⁹: & oẽs q hoc & ingenue fatent̃, & posteritati suis tradiderũt scriptis. Lutherani soli veridici vates habeantur, etiam delirantes.

Semel lapidatus sum.

In Lycaonia hoc est gestũ, q̃d vides Act. 14. Nõ quidẽ (vt Stephanus) vsq; ad mortẽ lapidibus est obrutus, sed parũ à morte abfuisse ibidẽ vides. Obserua potentiã dexterę Dei nusquã p̃sentiorẽ, q̃ in sanctis. Quod si tibi psuaseris, nõ statim mẽdacio deputabis, si quæ mirabilia fama de sanctis loquatur.

Ter naufragium feci.

Vnũ naufragiũ Apl'i itẽ l̃ris est cõmendatũ, Act. 27. Vide multa esse facta p Apl'os & alios discipulos, q̃ nõ sunt l̃ris tradita: nõ ergo statim tanq̃ mendaciũ reijciendũ, si q̃d patrũ relatione posteri fidelis dixerint.

Nocte & die in ꝓfundo maris fui.

Hic fere sudãt interpretes oẽs. Nihil adhuc definitũ. Sũt q intelligũt Apl'm cũ cæteris socijs naucleris nychthimeron, hoc ẽ, nocte & die in maris voragine laborasse, crebris fluctibus adeo delassatũ, vt etiã de sua oẽs salute desperauerint. Alij dicunt Apl'm naufragũ nocte & die subter mare stetisse, & vitã virtute cõseruasse singulari Dei. Forte & hoc p̃m ecclesię traditio est certa. Sũt multa eiusmodi in ecclesia, quæ hodie fidẽ apud plurimos amittere incipiũt, q͂a hodie gloria Dei in sanctis non adeo est illustris. Prior ætas ecclesiæ hmõi plurima identidẽ vidit: vnde talia credidit, puta quæ vidit, & ex fide dignis relatoribus audiuit: nos indigni q talia videamus. talia nõ vidẽtes, oĩa eiusmodi q̃ fama celebrat, vanitati damus.

In itineribus sæpe.

O ppetuis tpibus cãtabiles hodœporias, hoc em̃ vocabulũ hoc loco habet̃. Vir q̃dã Dei, pegrinatiões Apl'i, vti primo e Damasco Solymas, inde Cæsareã Philippi, inde Tarsum, inde Antiochiam, & inde rursus Hierosolymas, inde rursus Antiochiam, & postea in Cyprum &c. diligenter conscripsit. Ex descriptiõe ea liquescit, Apostolũ totã Asiã pagrasse minorẽ, inde puenisse in Europã, inde totã penetrasse Græciã, rursus in Syriã redijsse, inde Romã aducctũ. In epl'a ad Romanos, pmittit se etiã visuꝝ Hispaniã, ca. 15. Negãt noui euãgelistę Romanos synceꝝ euãgelion audiuisse. mirũ ergo nõ est, eius ecclesię filias, Hyberniã, Gallias, Germaniã, adhuc ab integro euãgelizãdas fo-

scilicet p tā illuminatos nouæ sectæ aplos. Sic etiā adhuc restat per illos adimplendū, quod scriptum est Marc.16. Acto.1.

Periculis fluminum.

Suprà dicit se ter naufragium fecisse in mari: hic pericula adijcit fluminū, quæ tñ nusquā sunt cōscripta. Qui aliqñ etiā in hyeme peregrinatus est, quę pericuula sint fluuiorum exundantium, nouit.

Periculis latronum.

Fuerūt & olim nobilisq; Lycaones, Polyphemi, Caci, etiā mulieres truculētæ Medeę, Circę, & hoc gen⁹ mōstra hoīm, de qb⁹ etiānū mūd⁹ gloriaſ, tot insignijs gryphū, leonū, lupoꝝ, vrsoꝝ, draconū, fora & choros repiēs. Quis hodie semi miliare tutum iter se facere sperarit ære grauatus? Nobilistaꝝ taliū etiā Apl's manus sensisse se hic fatetur. Possumus etiā hic intelligere cōspirationē eā, de qua legis Acto.27. Nam & per eam Apostolus pene erat extinctus.

Periculis ex genere.

Plebs hebręa pcipue insidiabaſ Aplo, tāq̃ apostatæ, q̃d sic vides Act.9. Itē ad Thessa. ipte Aplus dicit, fideles q ex Iudæis fuerūt, plurima à cōtribulibus suis esse passos. Hęretici q̃q; putāt, se obsequiū pstare Deo, quēlibet ab ipsis deficientē, animæ suæ salutis plus quàm eoꝝ gloriæ, satagentem, omnigenis iniurijs defatigando.

Periculis ex gentibus.

Maiores q̃q; nři idololatriā, quā ratione ueri nō poterāt, vel armis conabanſ defendere. Hinc tot ecclesia habet martyres. Si qs hic de sensu verboꝝ Apli dubitauerit, veritatē fateaſ libere, sectaꝝ autores & hyperaspistas arguat, socordes catholicos tot abusuū dissimulatores corripiat: & statim p vexationē excitam, intellectū sibi parabit.

Periculis in ciuitate.

In Epheso, & pcul dubio etiā in alijs ciuitatib⁹. Ephesi capt⁹ atq; ad tribunal Gallionis tractus, pessimeq; accept⁹ fuit, vt vides Act. 18. Dij huius seculi, qb⁹ potestas est aeris, suos satellites, Annam, Herodē, Caiphā, Pilatū, Neronē, Domitianū & alios sibi semp habuerūt obsequētes. Forte p ciuitatē intelligit Hierl'm, q̃ eo tpe rātæ æstimatiōis erat apud Iudęos, q̃lis apud latinos erat Roma, quę cata antonomasian vrbs fere vocabaſ.

Periculis in solitudine.

Act.25. cōspiratores Apli insidias tetēdisse vides. Cęteꝝ & varia solitudinū picula. Alię inhospitales, q̃lis erat Caucasus, q inhospitalis dr̃. Aetna igne æstuat. Alibi feræ abūdātius prouenīūt: quod vel ex feraꝝ liquescit epitheris. Marsus aper dicitur, Getulus leo, Hyrcanæ tigrides &c.

Periculis in mari.

Non hic de tribus naufragijs, sed de alijs loqtur periculis, sed minoribus. Nullum tñ hoꝝ adeo fuit paruū, qn merito ipsum q̃q; adnumerarit Aplus. Et maris propria epitheta nihil nisi pericula prę se ferūt. Prouerbium est: Aequor q nauigat, gressum galli gallinacei prope mortem nauigat.

Periculis in falsis fratribus.

Iudæi sese mutuo frēs subin appellant. Fratrū itaq; desertorē Apl'm putabāt, vnde ipm maiori pseqbanſ odio. Dein & Chriani sese vocare solebāt frēs. q̃nta Aplo inde picula instabāt, oēs fere eplæ ei⁹ submonēt. Nos q̃q; hodie idipsum expiētia discimus. Euāgelistæ noui nisi & sese fratres appellarent, minus lucis huic loco accederet.

In labore & ærumna.

Vt cętera ptercam⁹, sine labore Dei verbū nō denūciaſ. Apl's huic negocio quantā opam nauauerit, Acta aploꝝ nō semel testātur. Ociū itē literariū quāti sit laboris, soli norunt experti. Sed labor Apli etiā fuit ærumnosus, quod certe sine Apli gloria neq; scriptum est, neq; legi debet.

In vigilijs multis.

Studiū seu ociū lrariū pulchre etiā dr̃ lucubratio. Oleū & operā pdere, prouerbiū est, q̃ insinuaſ, veꝝ studiū vigilias poscere. Hinc recepto mō loquēdi dicim⁹, inuigilare lris &c. pro discere. Vigilias vero hic potissimū intellige de religionis Chrianę disciplinis, q̃rū inane adhuc nomē restat, professoꝝ, quoꝝ alię vigilię simplices, aliæ duplices, alię puigilię dicunſ. Hinc etiā adhuc restat sanct⁹ ille ritus precū canonicaꝝ nocturnaꝝ, q̃ oīa noui euangelistæ papisticas vocāt nugas, etiā diuū Apl'm, quo tātopere gloriantur, vanitatis traducentes.

Literariū ociū maximū oim est negocium.

In fame & siti.

Prouerbiū est, pegre eūtes, penu nō semp in prōptu hre. Et pauptas famelica esse assolet. Apl's sua oīa religt, certū ergo est, nō semel fame & siti laborasse. Euāgelici nřates pauptatē docēt, cui neq; sitis neq; fames est metuēda. Nolūt eñ vt sua qs relinquat: quod minori vituperatiōe facerēt, si diuoꝝ merito, q sua oīa reliquerūt, nō detraherēt.

Hæretici sua ęgre relinquunt.

In ieiunijs multis.

Ecce tibi frater euāgelice & noue Euāgelista, hic Apl's sua cōmemorat ieiunia, non penurię, famis & sitis, sed religiōis, q̃lia adhuc suis filijs pscribit ecclesia. Qui nisi lram in scriptura recipis canonica, vide qd hic ieiunij fingas, quo cōplicibus iuis ecclesiæ disciplinas psuadeas vanas esse & stultas.

Ieiunia ecclesię apostolica sūt traditio.

In frigore & nuditate.

Hoc ptinet ad famē & sitim, hoc est, ad

paupertatē. Cōtraria harū sunt victus & vestitus. Discamus hic, quæ sit pauptas euāgelica. Prælati veteres & apłi noui, cōsiderate in hoc Paulino speculo, vt vos deo dignos exhibeatis ministros. Ecclesia nō solum ad diui Pauli gloriam hanc lectionem hodie legit, sed & ad vestram admonitionem. Faxit Deus, non frustra.

Præter illa quæ extrinsecus sunt, instantia mea quotidiana, solicitudo omnium ecclesiarum.

Paulus Apostol⁹ intrinseca simul & extrinseca cura exedebatur.

Extrinseca intelligit, quę nō ad propriū corpus ptinēt. Pauptas voluntaria, vnde sibi imminebat frigus, æstus, nuditas, sitis, fames, itē disciplina & exercitatio corporalis, vigiliæ, ieiuniū &c. interiora intellige, tanq̃ propria. Exteriora cætera oīa, q̄ppe quę nō ad se ptineāt, sed ꝓpter alios alicunde sint suscepta. Tale ē, instare vt oīa decēter & honeste paganť, idq̄ in ecclesijs omnibus, pseudo cōpescere, synceros solari, cunctabūdos cessatores vrgere, deniq̧ etiā futuras hæresion irruptiōes præuidere. Hæc omnia extrinseca vocat, quasi dicat, se nihil horum opus habere, se sapere, se satis nosse etiā pręterita, nec acediosum se esse, immo feruere in ope dñico, partim vero moueri alioꝝ ignauia, partim alioꝝ cōturbari peruersitate. Oīa externa hęc Apłus vocat episistasin, hoc est, instantiā, curā &c. Prętereа etiā īminet mihi episistasis oīm ecclesiaꝝ: non psonalis & singularis (ait) me psternit atq̧ exedit molestia vni⁹ aut alteri⁹ fratris, nec itē vni⁹ aut alterius ecclesię, sed publica oīm ecclesiaꝝ me angit atq̧ enecat solicitudo. Quisq̧s mihi nūcius alicunde mittiť, quoties lrę reddunť missę, statim (vt amor est res plena timoris) trepidus timeo, nuncia me, q̄lia nolim, audituꝝ. Extrinseca hęc talia saltē, & nulla alia intelligit. Nostrates hodie qua intrinseca macerenť cura, viderit ipsi. de externa eoꝝ cura dubitare poterit nemo. Nō eos abusuū corrigēdoꝝ & pacis ecclesię recōciliādæ, nō hęresis reuīcēdę solicitudo angit, sed arcium, turriū, & hoc gen⁹ monumētoꝝ erigēdoꝝ, afflictio deprimit: adeo vt mētē ad alia, q̄ vere episcopalia sunt, munia erigere nequeant. Tpalia & spūalia simul curare velle, q̄ difficile fit, pabola de seruo duob⁹ dñis vnà seruire volēte, satis supq̧ declarat. Latrūculatoribus, satrapis, & satellitū turma vsq̧ eē stipatū, & spūalia meditari si qs potest, dixeri & histrionē in circo aīæ suæ posse pspicere. Quod hic dicit ecclesion, nemo accipiat de mollibus honoribus cellaꝝ & basilicaꝝ, sed de fideliū cōcionib⁹. In plurali loqtur etiā Ro. 16. 1. Cor. 14. Gal. 1. 1. Thess. 2. Acto. 14. Sed neq̧ hoc fit ab re. Vna est catholica ecclesia, hæc multis cōflatur ecclesijs, hoc est, cōgregatiōibus. Vna in oībus fides docet, ijsdem oēs sacramētis vtūtur, nulla cęremonijs certis caret. Ex hac cōcordia atq̧ consensu ex oībus resultāte, nascitur manifestū argumentū verę ecclesię disnoscēdæ. Sectæ nulli ecclesiaꝝ cōsentiūt in ꝓfessiōe, sacramētis funestis & adulteratis vtunť, administratiōes eorūdē cōminiscunť nouas: adeo deniq̧ ab ecclesiaꝝ abhorrēt cæremonijs, vt citius ad Iudaismū recurrant, quàm vt sese ecclesijs reforment.

Episcopi nostrates curis huius seculi depressi, ad cœlestia assurgere non possunt.

Quis infirmať, & ego nō infirmor?

Queādmodū Ro. 14. & 15. itē 1. Cor. 8. vocabulū accipit infirmitatis, sic & hoc loco accipiendū. Nec abludit q̊d dicit 1. Cor. 9. Infirmis fact⁹ sum infirm⁹. Nō postremū est officioꝝ Chrīanæ religiōis, infirmos suscipe & portare. Nemo vere fidelis, sibi ipsi viuit: oportet vt etiā vrgeať extrinsecis. Et minimoꝝ maxima habēda est cura. Insipientes & in fide vacillantes, apłicis viris & vere pijs curę p̄cipuę esse debēt. Submitere se habet sublimitas, vt secū infima q̄q̧ extollat.

Quis scādalizať, & ego nō vror?

Vri, hic aliud est ab eo, de quo legis 1. Cor. 7. Hoc de quo hic agiť, est manifestū indiciū p̄sentiæ spūs sancti: illud est Adę veteris fomes & vetustas. Prophani scriptores etiā sic accipiūt, vro, metaphorice. Terēti⁹: Scis vt te male vrat? Sic etiā hic accipit. Veteris Adæ reliqas sapit, q̊d est apud Ouidiū: Vror, habes animi nuncia verba mei. Apłus hoc loco dicit se penitus inflāmari, quoties videat aliquē scādalizari, hoc est, offendi. Vel hinc disce, quāti sit criminis offendere ꝓximū, hoc est, errādi occasionē dare infirmo: vt videas q intelligas verba Chri de scādalo, Mat. 18. Luc. 7. Sed proh Deū atq̧ hoīm fidem, crimē peccati hodie extenuať, oīa dicunť esse paria crimina, nedū scādali vlli⁹ hodie ratio habeť. Dixi, vri hic esse p̄clarū argumētū p̄sentiæ spūs sancti: seqtur ergo, nō vri, hoc est, nō moueri de hmōi offensis infirmoꝝ, manifestū esse signū spūs sancti priuatiōis. Maximi meriti est, sic cū Apło vri. Patres siqdē hoc ipm martyrij genus esse dixerūt. Audiam⁹ hic Augustinū epła 145. ad Sebastianū: Pia, inquit, est ista tristitia, & si dici potest, beata miseria, vitijs alienis tribulari, nō implicari: mœrere, non hærere: dolore cōtrahi, non amore attrahi. Hæc est psecutio, quā patiūtur omes q volūt pie in Chro viuere, scdm Apłm, mordacē verāq̧ sciētiā. Quid enī hic magis psequiť vitā bonoꝝ, q̄ vita iniquorum, non cū cogit imitari q̊d displicet, sed cū cogit dolere q̊d videt? Gregori⁹ Nazianzenus hinc Basiliū vocat citra sanguinē martyrē, &

& absq; plagis coronatũ. Huc ptinet psal. 118. Vidi puaricatiões eorũ, & tabescebam.

Si gloriari oportet, quæ infirmitatis meæ sunt, gloriabor.

Infirmitas hic nõ significat tale qd, quale suprà. Neq; em̃ legis vocabulũ, vbiq; idẽ significat. Infirmitas hic significat vitæ incõmoda, φ illis humana vita sit obnoxia. Miserias, ærũnas, dolores & abyssum malorũ, q̃ infortuniũ vocant, nos vndiq; circũuallantes, infirmitatis noĩe hic cõplectitur Aplus, dicens saltem de illis sese prædicare: quod Græca lectio clarius exprimit. Obserua modestiã Apli, cũ gloriandũ sibi videat, nõ de sapientia, nõ de scientia, nõ de sanctimonia, nõ de animi cõstantia & de hoc genus Dei donis, sed de ærũnis gloriari se velle ait. Hoc attende fideli Dei seruo esse gloriæ, q̊d huius mũdi mancipijs præcipuũ est dedecus. Huic pertinet quod alibi dicit: Mihi absit gloriari nisi in cruce domini nostri Iesu Christi.

Deus & pater domini nostri Iesu Christi, qui est benedictus in secula, scit quia non mentior.

Eia quanta vehementia ea, quæ dicturus est nobis certa, cõmendat. Deũ testẽ inuocare, certe parui momenti res nõ est: cũ legecautum sit, per nomen Dei ne vane iuremus. Væ illis, q per nomen sanctũ hoc, per quod oĩs cõtrouersia debet sopiri, fallunt. Roma. 9. Gala. 1. itidẽ iurat, videns veritatẽ esse in discrimine. Væ q per iusiurandum veritatem in pericula mittit.

Damasci præpositus gẽtis Aretæ regis, custodiebat ciuitatẽ Damascenorũ, vt me cõpræhẽderet: & per fenestrã in sporta demissus sum p murum, & sic effugi manus eius.

Rem gestã Lucas Acto. 9. sancte prosequit. Rogas, quare historiã eã huc adducat Aplus? Respõdeo: Qm̃ suprà dixit, se saltẽ in infirmitate velle gloriari: infirmitate p ærũnis accepta. Infirmitatis eius nõ mediocris portio, neru⁹, siue carcer, in Damasco insidias Aplo tendi, portas custodibus muniri, nusquã effugij copiã Aplo dari: vnde, quod saltẽ poterãt, vel p funẽ fideles Apostolũ dimissum liberarũt. Nulla alia Aplo erat causa, nisi φ maluit impiæ synagogæ esse apostata, vt mereret Chri esse apls. Damascus tunc erat metropolis Syriæ, confinis Iudeæ: nũc Turcicarũ vrbiũ caput est in Phœnicia. Illic tum Aretas Arabs, cuius filia Herodi despõsata fuit, Ethnarchan misit. Eum corruptũ Iudæi Paulo fecerũt infensum, adeo vt illi mortẽ intẽtaret, sed frustra. Restitit Paulo adhuc nõnihil laboris, hora eius necdũ aderat. funẽ itaq;, q̃ Aplus dimitteret, fideles statim inuenerunt. Dicere res huc facere typũ Dauidis, quẽ Michol similiter liberauit industria, 1. Reg. 19. Eusebius Cæsariẽsis refert, regẽ Aretam patrẽ fuisse Herodiadis, & tandẽ cõtra generũ exercitũ duxisse, necemq; Ioãnis Baptistę esse vltum, li. 1. ca. 13. De alio rege Areta, ad quẽ Iason scelestus delatus fuit, legis 2. Mach. 5.

Si gloriari oportet, nõ expedit qdem: veniam autem ad visiones & reuelationes domini.

Q. D. Nihil pficio, si in infirmitatibus glorier. vidẽt pseudo talẽ gloriã ærumnosam: qd ergo supest, nisi vt veniã ad gloriosam? Ridere poterũt famis, sitis, algoris & nuditatis gloriã: pudefiẽt vere apocalypseon enumeratione. Eia ergo Mosaicæ legis æmule. pfer & tute aliqd euismodi: ego iam laudis meæ summũ perstringã: si aliqd simile, quod proferas, habes, per me id tibi integrum erit, in medium proferre.

Scio hoĩem in Christo ante annos quatuordecim, siue in corpore, siue extra corpus, nescio, Deus scit, raptũ huiusmodi vsq; ad tertiũ cœlum: & scio huiusmodi hoĩem, siue in corpore, siue extra corp⁹, nescio, Deus scit, qm̃ raptus est in paradisum, & audiuit arcana verba, quæ nõ licet homini loqui. Pro huiusmodi gloriabor, pro me autẽ nihil, nisi in infirmitatibus meis. Nã & si voluero gloriari, non ero insipiẽs: veritatẽ em̃ dicam. Parco autẽ, ne quis me existimet supra id quod videt in me, aut audit aliquid ex me.

Charissimi, si qs de apli Pauli gloria dubitat, hic quãta ea sit discat. Ioãnes Chrysostom⁹ tot⁹ fuit in prædicãdo Aplo, p̃sertim septẽ demegorias in eũ laude cõpleuit: sed ne qdẽ sic id q̊d conabat, est assecutus. Duo sũt p̃cipue, q̃ nobis scriptura. ei⁹ loci, cõmẽdat canonica. Primũ ẽ magnitudo apocalypsios, de q̃ hic. Alterũ est potestas miraculorũ, de qua 2. Cor. 11. Quantũ ad hũc locũ attinet, satius esse putamus, vt reuelationũ amplitudinẽ cuiusuis iudicio relinq̃mus, q̃ vt tenui orõnis filo tantam telã ordiamur. Sed viderit contemplatiuus, ne præsentis textus transgrediatur limites.

Et

Et ne magnitudo reuelationũ extollat me, datus est mihi stimulus carnis meæ angelus satanæ, q me colaphizet. Propter quod ter dominũ rogaui, vt discedat à me. Et dixit mihi: Sufficit tibi gratia mea. Nam virtus in infirmitate perficitur.

Sic veteris Adæ philautia est subigenda. Caro spiritui se ægre subdit, quanq̃ se spiritualem plane simulet, atq; omibus venditet. Simulatio istęc, apud Deũ iniquitas existit duplex, vnde in electis per carnis tentationes eam occat, nec emergere finit. Dicit itaq; hic Apl's remorã pręientẽ obstare, ne se etiã de reuelationũ magnitudine extollat. Q. d. Homo sum, passionib⁹ seu affectionibus humanis obnoxius omibus: nullius ærumnæ, nullius tentamenti immunis.

Stimulus Apostoli quis?

Stimulũ, de quo hic dicit, alij de cephalæa accipiunt, dicẽtes Apl'm perpetuo e capite laborasse: alij de morbo iliaco, quem & tormina & colicam passionẽ vocant, intelligunt: alij de epithymia, hoc est, de venerea accipiunt titillatiõe. Sunt deniq; qui de æmulis intelligunt, præcipue de insigni q̃dam zoilo, Apl'm in omnibus infestante. Tales etiã mastiges vocant Græci. Ambrosius & Theophylactus quoq; de calumniatoribus talibus intelligũt. Angelus satanæ etiã in scriptura cũ prophana tum canonica, in hunc sensum accipit. Prouerbiũ est:

Quo nequit ire satan, transmittit sæpe ministrum.

Satan Hebraicũ est vocabulum.

De satana siue de satanæ nuncio, vide 2. Regũ 19. 3. Reg. 5. Satan, Hebraicũ est. significat aduersariũ siue hostẽ. Græci vocant antikimenon, hoc est, eum qui se alijs opponit, 2. Thessa. 2. Adde q scriptura carnis pruritũ eum venereũ, nõ vocat mastigẽ, id est, flagellũ, neq; aculeum, neq; vallũ, qualẽ vides Ecci 38. neq; talem, qualẽ per dictionem Centron, exprimit 1. Cor. 15. & Lucas Acto. 9. Neq; hic de stimulo intelligendus Apostolus, qualẽ legis Ecci 27. vbi passulus habetur. Sed Sceplos hic legitur. q̊d proprie significat Germanice, einẽ aus gespitzten phal, Latine palũ siue ridicã acuminatam. Súma: magnã hic vult delineare, post extasin eã, de q̃ iam dictũ est, se passum instantiã æmuli alicuius. Nec istæc metaphora est rara. Quod si qs satanã eum, de vexatione tentationis alicuius satanę cuiusdam, in aliqua specie Apl'o apparẽtis, atq; eũ percutientis, intelligere velit, exempla eius vexationis multa habet in ecclesia, S. Antonij & alioꝶ anachoretarum sanctoꝶ. Huc facit ipsa dictio colaphizo, quod alias de corporali diuerberatione fere accipitur, 1. Corint. 4. 1. Petr. 2. Mat. 26. Sed quid? Nonne satanæ tali resistendum? Maxime. Audiat Apl'us: Propter quod ter dñm rogaui. Dicis Apostolũ repulsam passum? Minime. Repulsam non passum esse Apostolum, vides primo ex præsentia promissæ gratiæ. Repulsam siquidem non patitur, cui causa satanicæ percussionis redditur, & cui victoria de tanto hoste promittitur. Dicit, Sufficit tibi gratia mea, hoc est, gratia mea erit tibi omnium stigmaton præsens medela. Secundo, Satanæ potestas, quod vides in exemplo Iob, non est maior, quàm illi permittitur. Tertio, Potestas Dei nõ aliter q̃ in seruorum suorum infirmitate declaratur. Nisi eñ seruis Dei infirmitas adhęreret, potestas eius sese declarandi locum in illis nõ haberet. Sic cõparatum est, charissimi, nemo Deum inuocat nisi in rebus desperatis.

Munera diuoꝶ miseris portant ad aras, fertur cõmuni prouerbio. Neq; item Dei nobis subit memoria, nisi flagellatis. Vnde Apl'us nobis exemplo hæc est passus. Simile videmus in regio propheta,* quia dicit: Ego dixi in abundantia mea, non mouebor in æternum. Alibi: Auertisti faciẽ tuã à me, & factus sum conturbatus. Iterũ alibi, Bonũ mihi quia humiliasti me. Vtinam humiliati, nos humiliemus illi, qui solus est excelsus.

Libenter igitur in infirmitatibus meis gloriabor, vt inhabitet in me virtus Christi.

Hoc est, quum voce Dei certior sim factus, flagellationẽ eam mihi nõ obesse, prodesse magis, ea Dei gratia me sustinẽre ero contentus. Virtuti Christi libenter locũ cedam, quoniam hoc in clementia Dei mihi cõtingit. In Pharaone q̊q; declarata est potestas Dei, sed in ira Dei. Merito ergo clementiæ Dei manũ sustineo. Qui *cedit, pro perare nõ debet, monẽte Esaia. Audiam igitur, Quid loquat in me dñs Deus. Electis oĩa cooperant in bonũ. Qua & nos fratres cogitatiõe armemus. Sunt tot hodie Pharaones. Faxit Deus, etiam appareat fideliũ robur ad gloriã Dei, quæ illi soli per nos debetur omnes, per æterna secula. Amen.

DOMINICA IN QVINQVAGESIMA,
Epistola I. Corinth. XIII.

I linguis hominum loquar & angelorum, charitatem autem non habeam, factus sum velut æs sonans, aut cymbalum tinniens. Et si habuero prophetiam, & nouerim mysteria omnia & omnem scientiam, & si habuero omnem fidem, ita vt montes transferam, charitatem autem non habeam, nihil sum. Et si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, & si tradidero corpus meū, ita vt ardeam, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest. Charitas patiens est, benigna est: charitas non æmulatur, non agit perperam, nō inflatur, non est ambitiosa, non quærit quæ sua sunt, non iritatur, non cogitat malum, non gaudet super iniquitate, congaudet autem veritati. Omnia suffert, omnia credit, omnia sperat, omnia sustinet. Charitas nunquam excidit, siue prophetiæ euacuabuntur, siue linguæ cessabunt, siue scientia destruetur. Ex parte enim cognoscimus, & ex parte prophetamus. Cum autem venerit quod perfectum est, euacuabitur quod ex parte est. Cum essem paruulus, loquebar vt paruulus, sapiebam vt paruulus, cogitabam vt paruulus. Quando autem factus sum vir, euacuaui quæ erant paruuli. Videmus nunc per speculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem. Nunc cognosco ex parte, tunc autem cognoscam, sicut & cognitus sum. Nunc autem manent fides, spes, charitas, tria hæc, maior autem horum est charitas.

PRAEFATIO.

Icite fratres, quis vnquam maius encomion audiuit? Agape, proxime & secundū Deum extollitur: quæ maior eius laus prædicari potest? Nihil Deo maius, charitas non modo diuina, sed Deus ipse dicitur: nonne hoc omnē excellit cōmendationē? Audite Apostolī euangelici fratres: audite, & confundimini. Sola vobis vestra fides sufficit. Vestra vobis persuasione satis estis iusti. Expediret vobis, eam quā habetis fidem, non habere: grauius siquidē condemnabimini, nisi adsit vobis etiā charitas. Adeste pij catholici, adeste, & videte confusos hæreticos. Charitatem, quæ Deus ipse est, eximunt à iustificationis ratione. Quod minus est, maiori præferunt: qui hic homines illos vertiginosos non videt pudefactos, nihil videt. Sed vt ad tam sacrosanctā lectionem interpretandā satis temporis habeamus, præfari iam cessabimus, sectionē'q; lectionis paucis indicabimus. Charitatem contra hæresin, qua etiam tunc dicebatur, solam fidem iustificare, Apostolus maximi facturus, eam Dei donis omnibus præfert. Deniq; encomion charitatis claudens, dicit in præsenti vita manere quidē fidem, spem & charitatem, sed charitatē præstare, hoc est, per illā esse ingressum, p hāc progressum & egressum. Fidem esse ianuam & fundamentū omnis boni, charitatem vero progressum esse & complementum.

TEXTVS.

Si linguis hominum loquar & angelorum, charitatem autem non habeam, factus sum velut æs sonans, aut cymbalum tinniens.

POSTILLA.

Occasio huius lectionis, est donum linguarū: qua quantū excelluerunt Corinthij, tantū etiam de ea sese extulerunt: cōtra malum hoc extenuat hic Apostolus non modo scientiam & linguarū dona, sed & oīa alia cū corporalia tum spūalia. In cap. 12. incipit disputatio, & in 14. clauditur. Sensus est, fac experiētiam habeas tot linguarum, quot Mithridates: & loquaris oībus linguis ijs solus, quibus loquebantur apostoli omnes: fac rhetorica excellas Demosthenē & Ciceronem, dialectica quoq; exuperes Aristotelem, immo fac angelorū linguis & sapiētia loquaris: nil tibi proderit sine charitate. Hoc est quod etiam alibi dicit, scientiam inflare, charitatē solam esse quæ ædificat. Trilingues illi gloriosi, hodie omnes leges conturbātes, Apostolū, quem alioqui se solos deuorasse, atq; intelligere se solos arbitrantur, vel hic audiant. Lingua sine

igne, cadauerina est, omnia fœdans. Igne caret lingua, quæ sibi hoc tribuit, quod euangelicorum fratrum nemo sibi nõ promittit, nempe sensum purum, **lauter vnd rein**, qualem ne vniuersi quidem hactenus nouerunt sancti. O superbiam, etiam ipsa superbia superbiorem.

Et si habuero prophetiam, & nouerim mysteria omnia, & omnem scientiam, & si habuero omnem fidem, ita vt montes transferam, charitatem autem non habeam, nihil sum.

Fides sine charitate non iustificat.

Linguarum dono hic prophetiam, mysteriorum intelligentiam atq; scientiam, deniq; & fidem ipsam omnem, id est, totã atq; perfectam, subijcit, ostendens neq; ea omnia sine charitate aliquid esse, hoc est, nõ iustificare neque saluare. Prophetia est donum, quo futura prænunciantur, & *qua scripturæ sensus declaratur. Idem fere est, nosse sacramenta Dei omnia, siue ea in scriptura contineantur canonica, siue non. Obserua, Apostolum rotundo ore hic loqui, itidem & pleno ore eloqui scientiam & fidem omnem. Scientiam omnem non modo humanam, sed & angelicam. Angelorum, puta tam bonorum quàm malorũ. Audi Apostolum pie catholice: prophetiæ adijcit omniũ mysteriorum cognitionẽ & scientiam omnem, non solum Salomonis, Danielis, Aristotelis, Socratis, & aliorum cum ethnicorum tum fidelium, sed & angelorum, immo etiam Dei: negat ea tamen omnia alicuius esse momenti, hoc est, iustificandi virtutem non habere, nec seruare posse, sine fide. Audi & frater euangelice quod nunc subdit: audi, inquam, vt vel corrigaris, vel confundaris: ad vtrunq; efficax est verbum Apostoli, qui etiam omnẽ fidem dicit nihil esse citra charitatem. Omnem fidem, ait, Mosis, Heliæ, Helisei, Petri, Pauli, centurionis, mulieris Syrophœnissæ, Magdalenæ, & vniuersæ ecclesiæ, nihil tamen eam tibi commodare, si charitate vaces. Fidem, inquam, si talem habeas, vt etiam montes transferas, si charitate sit orba, nihil prodesse. Fidem miracula edere, vides Matth.17. Ioan.14. Acto.3. Nihil sum, hoc est, nullus sum, quippe cui recte dicatur: Nescio te, Non noui te, I maledicte in ignem æternum. Viderint noui euangelistæ, quo sophismate ex nihilo aliquid efficiant, & qua argutia dialecticorũ, ex omni fide, vel partem fidei, vel fidei aliquod genus vel speciem conficiant. Quod si ea, quæ iam sunt dicta, rite perspicias: videbis etiam errare nouos eos apostolos, q elabẽdi rimulã quæritant, dicentes fidẽ & charitatem penitus vnã esse rem, prorsum indiuiduam cũ verbaliter tum realiter. Fides, aiunt, tam non potest esse sine charitate, q̃ ignis sine calore. Quod si hoc docemus, non tamen efficient, solam fidẽ absq; charitate hominẽ iustificare. Primas merito tribuerent charitati, Apostolo deferendo, qui eam maximã esse dicit. Sed hic videmus fidem per se esse posse in homine citra charitatem. Hæretici fidem sibi pollicentur, mali catholici & sibi de fide plurimum placent: qui si omnes tantum haberent charitatis, quantum habent fidei, statum ecclesiæ videremus magis tranquillũ. Nunc quoniam fides etiam sine charitate habetur, Apostolus sedulo monet fideles, ne fidei fidant dono, sed & charitatẽ adipisci studeant. Idem facit Ioannes per totã epistolã canonicam. Et si charitas fidẽ præuenit in homine, quid est quod Apostolus noster dicit, Sectemini charitatem?

Fides & charitas, vna res penitus nõ sunt.

Et si distribuero in cibos pauperũ omnes facultates meas, & si tradidero corpus meum, ita vt ardeam, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest.

Rhetoricũ incrementũ perq̃ iucundũ, Incepit à spiritualibus donis, vnde ad corporalia venit. Non autem corporalia tantum rerum externarum, quæ etiam chara haberi solent, verũ etiam corporis proprij & animæ. Fac esse, homo calleat omnia linguarum omniũ idiomata, nouerit mysteria omnia, habeatq; fidem omnem: deniq; fac sua oĩa reliquerit & erogauerit pauperibus: postremo omniũ, etiam sese oĩbus martyrij generibus tradiderit: nunquid absolutæ illum iustitiæ prædicemus? Minime gentium. At quid tali deesse dicemus? Charitatẽ, sine qua oĩa sunt imperfecta, nihil rectũ, nihil syncerum. Charitas rectificat & absoluit oĩa. Charitatis ergo doctrina & præcepta, lex dicuntur libertatis perfectæ. Dicis: Nũquid homo sine charitate sua bona distribuere possit, & se quoq; propter fidem tradere in mortem? Audi Christum respondentem Matth.6. Nesciat sinistra tua quid faciat dextra. Audi item Christum reprobantem iustitiarium, dicentẽ: Dicimas do omniũ quæ possideo, &c. Itidem de martyrio seu corporali exercitio, audi Christum dicentem: Nolite ieiunare sicut hypocritæ. Iterũ corripientem sanctulum, dicentem: Ieiuno bis in sabbatho. Ex hisce Christi verbis disce, charitatẽ requiri ad bonoꝝ temporaliũ distributio-

lationem, & ad corporum vel castigationem vel martyrium. Ex motu misericordiæ æstimandum donũ. Misericordia si adsit, dicitur eleemosyna: si absit, donum est quale hypocritæ dant, buccina prius perfonante omia. Martyrium aliud non est, q̃ Reguli & aliorũ qui non dubitarunt mori pro patria, vt inde gloriam in hoc mundo sibi perpetuam pararent: nisi forte minus peccatũ sit, suam quærere gloriam in ecclesia Christi, q̃ extrà.

Charitas patiens est.

Hactenus quasi in genere charitatem extulit, nunc speciatim charitatis præconium peragere incipit. Quindecim ordine articulis charitatem nobis prædicat atque commendat, dignis quos etiam pueris memoriæ traderemus cõmendandos. Hinc siquidẽ argumentũ quisq; petere potest atq; periclitari, charitatem habeat nec ne. Charitas fructus spũs sancti, Gala. 5. Deus ipse, 1. Ioan. 4. Si vera est, facit bonum & vitat malum. Hoc Apostolus rudius & planius declaraturus, quindecim (quod dixi) eius ponit fructus, vnde eam disnoscamus.

Primus est, longanimitas seu patientia. Iracũdus charitatis est expers. Qui sese statim vlciscitur, charitate vacuus est. Verũ itaq; argumentũ charitatis, longanimitas, qua homo æquo animo fratris suffert errores & intemperiem, dicens sibi, hominẽ lædentem dignũ esse misericordia magis, q̃ pœna. Virtutẽ patientiæ vides relatam inter fructus spiritus sancti, vtiq; filiã esse charitatis, Gala. 5.

Benigna est.

2 Chresteuete, habet Græca veritas, Germanice potest verti, Bequem, hoc est, comis, facilis, bona, tractabilis. Contrà, charitatis expers, durus est, intractabilis, inconueniens; puta quo nemo frui ausit. Virtuti huic iugũ Christi confertur, Mat. 11. Virtus hæc etiam Christi maiestati adscribitur, Romañ. 2. Tit. 2. huius etiam catholici admonentur.

Charitas non æmulatur.

3 Sine omni dubio qui charitate flagrat, æmulatione caret. Tantum enim abest, vt fraternæ gratiæ inuideat, vt magis plurima fratri optet. Gaudet ergo se totũ perdere, nedũ fratri rudi inseruire, ipsum docendo & instituendo. Neq; item diuiti inuidet, aut alij cuipiam fratri, quem animaduertit dona habere sibi negata. Contrà contrarium huic virtuti vitium vide Roma. 13.

Non agit perperam.

4 Germanice, Sie richt nichts lichtfertigs an, quod est, nihil futile, nugale, & vanũ molitur. Perpereuete Græcũ, interpretibus ad vertendum difficile est visum. Sed si perperus a um, significat hominẽ leuem, futilẽ, nebulonẽ, nugacem, vanũ &c. videmus perpereuete hoc posse reddi Germanice, liebkoset, lobet einen heudt, schilt jhnen morgen wider. Latine parasitastrũ agere, placentia loqui, aliquẽ hodie in astra laudibus extollere, cras eundem diris deuouere. Item perperus qui non est, nõ est circunforaneus, non inconstans, neq; (vt cum poeta loquar) bonorũ extortor, & legũ contortor, Germanice. Kein windtfanck, nicht vnbestendig, bekommert noch betrubt niemandt wider recht vnd billich, non tumultates, nõ seditiones, neq; cædes excitat atq; mouet. Breuiter, grauis est, constans & iustus, quem aliàs bonũ vocamus virũ. Atq; hoc est quartum argumentum charitatis disnoscendæ. Sequitur quintum.

Non inflatur.

5 Qui charitatẽ in se habet habitantẽ atq; dominã, non ingreditur iunoniũ, non intumescit philautia, instar apologicæ ranæ, bouẽ æquare meditantis. Superciliosum pharisaismũ sese adeo efferentẽ Apostolus taxat 1. Cor. 4. Col. 2. Phisiosin crimen hoc vocat, Latine tumorẽ, 2. Cor. 12. Suprà cap. 8. ait scientiã inflare. Loquitur ibi Apl'us de illis qui sciunt omnia, quæ per os sumuntur edulia, animã non coinquinare. Hac scientia dicit sciolos charitate carẽtes insolescere, nec vlla fratrũ habita ratione, sua scientia quoscunq; offendere infirmos, sumendo cibos eos, qui alijs religio sunt, si eos sumpserint. Quid huiusce fastuosæ insolentiæ non videmus in nouis euangelistis, qui præterea nullũ, qua sese pios & religiosos ostentent, sanctimoniæ habent specimen, nisi scientiã eam, atq; adeo licentiam vescendi quibuslibet? Sic etiã omnia perperã agunt veri ardeliones, qui audent vel ipsis diuis nunc obloqui, nũc eosdẽ laudare. Exemplũ est epistola Iacobi, quæ nũc illis stramentitia rejicitur, nunc aurea suscipitur. Simili vesania etiam in sanctorũ professionem catholicam & sacrosancta eorũ monumenta, sibi censoriam virgã sumũt, hæc probando, illa carpendo.

Non est ambitiosa.

6 Sie (die liebe) helt sich nicht vngeburlich. Nihil indecenter agit, aut etiã loquitur. Ita se in omibus cum verbis tum factis gerit, ne quem offendat. Oportet vt Christianorũ cõuersatio professiõi respondeat, nõ solũ oĩa honeste & decẽter fieri debent in choro, sed & in foro. Alterũ habes 1. Cor. 14. alterũ vides Rom. 13. Quod hic pro-

prohibetꝰ negatiue, hoc Rom.13. pcipitꝰ pceptiue. Hæc vult, ne indecens quid cõmittamus: illic, vt scite, belle, atq; honeste omnia peragamus. Quod dictio, nihil, hic demit, id ipsum illic addit Græcum eu. Vtrunq;, sensum vnũ importat. Non agere indecenter siue incomposite, & agere decenter siue cõposite, æquipollet. Expediendum hoc dilucide sum ratus, submonens interpretes scripturarũ, vt om̃ia proprie reddere studeant: cauentes nouos Lutheranos interpretes, q̃ sæpenumero contorte in suorũ errorũ prærogatiuã, scripturã transferunt.

Interp̃tes insynceri, noui euãgelistæ.

Non quærit quæ sua sunt.

7 Magis vero quærit quæ sunt aliorũ. Meũ & Tuũ, sunt quæ conturbant totũ mundũ. Roma vrbs talibus nõ floruit auspicijs: nemo enim sua in eius flore quæsiuit. Sic neq; ecclesiæ exordia propriæ cõmoditatis constiterunt respectu. Charitas proximi quærit sua: philautia vero sua nõ quærere non potest. De talibus ait Phil.2. Oẽs sua quærunt, & nõ quæ sunt Christi. Contrà Ap̃lus ait: Non quæro quæ vestra sunt, sed vos, 2. Cor.12. Ad quid aũt? Nunquid quæsiuit Corinthios, vt in carne eorũ gloriaretꝰ? Minime, sed vt illi per eius doctrinã seruarentur. Nõ crumena seu vulga, neq; penu vestrũ me afficit, vos mihi cordi estis. Similia etiã fere dicit 1. Cor.10. Attende instar episcopalis functionis, q̃d primitiuæ ecclesiæ adeo expressere. In nouis euãgelistis fratribus nihil vides vsquã, nisi cõmoditatis propriæ curã. Apud ipsos vere locũ habet, Quisq; pro se. Talis sectæ auspicia talia, palã intelligẽti cuiuis adumbrãt, sectam eam diu stare nõ posse.

Non iritatur.

8 Qui charitatis est expers homo, q̃buslibet contumelijs vtut leuibus, iritatur atq; exacerbatꝰ, puta p Racha, Germanice, Gödel, lomp rang, dropff, laur, &c. Contrà, charitas Dei & proximi scintilla vel minima calescens, oĩa æquiori aĩo suffert. Tale est illud Terentianũ Demiphonis verbum:

Etsi mihi facta iniuria est, veruntamen
Potius q̃ lites secter, aut q̃ te audiam,
Itidẽ vt cognata si sit, id quod lex iubet
Dotẽ dare, abduce hãc, minas qnq; accipe.

Naturæ hoc exemplũ est: gratiæ exẽplorũ ecclesia abũdat. Et sine gratia nihil sunt exẽpla naturæ, nisi pharisaismus, aut hypocrisios argumẽta om̃ia. In fidelibus quoq; affectus vetustatis permanent, subinde gratiæ Dei expiandi sacrificio. Paroxysmus siquidẽ ille fortior est, q̃ vt vllis vel Galeni vꝉ Celsi cura tolli possit. Exẽplũ esto de diuo Paulo & Ioãne Marco, id q̃d legis Act.15.

Non cogitat malum.

9 Quomodo possit amans fratris, aliquid aduersi machinari in caput fratris, pro quo sit paratus etiã subire mortẽ? Vide quæ & quanta fuerit amicitia ethnicorũ. Turpe fuerit auditu, si nõ illi præualeat germana fraternitas Dei filiorũ. Roma. quoq; 13. ait, charitatem fratri nihil mali intentare. Hic ad interiora respicit, dicens ne fratri quidẽ male velle. Zach.7. cogitationes malæ prohibentꝰ, Matt.15. damnantur.

Non gaudet super iniquitate.

10 Et quõ de iniquitate gaudeat, cui nihil prius sit ipsa iustitia, quem nihil adeo concoquat atq; violentia? Exemplum eius habes Loth Gene.19. 2. Pet.2. Item ipsum Dauida psal.118. & 138. Iniquitatẽ peius angue odio habet, quisquis proximũ diligit, teste Christo Mat.7. De crudelibus quidvis audẽtibus, vide q̃d Ap̃lus scribat 2. Thes.2.

Congaudet autem veritati.

11 Cũ charitas Deus ipse sit, iuxtà atq; veritas, 1. Ioan.4. Ioan.14. nõ est q̃d hominem amantẽ Dei & proximi magis oblectet, q̃ veritas. Simile siquidẽ simili congaudet. Veritatẽ loqui iubemur cũ proximo, Zach.7. Ephe.4. Veritas itẽ p̃standa, Eph.4. 1. Ioã.1. Veritas & iustitia germanissimæ sunt virtutes. Vnde non citra venustatem hic eas connexuit Apostolus.

Omnia suffert.

12 Fortis vt mors dilectio. In eã quadrat, quod vulgo dicitur:

Ferre potest dorsum scõmata cũcta meũ.

Latũ mihi est dorsum, quippe quod morsus quoslibet gestare potest. Nihil amanti durũ. Gaudet amãs, etiã seipsum expẽdere in reipub. Christianæ cõmoditatem.

Omnia credit.

13 Simplex & rectus exemplo Iob, est igne amoris æstuans. Oẽs ex se æstimat, vt facile & credit & decipitur. Astutus contrà nulli fidẽ adhibet. Vulpẽ facile rete tensum non capit. Post fornacẽ nemo aliũ quærit, nisi ibidẽ qui aliquãdo delituit. Nimia simplicitas vergit in vitiũ, nisi etiã illi adsit serpentina prudentia. Illic creditur catholicæ veritati, hic euitatur hæreticorum impostura & mendaciũ. Sed credulitas ea, de qua hic agitur, de rebus intelligenda temporalibꝰ, quæ alioqui non curant fideles.

Omnia sperat.

14 Sperare hoc, tam non potest de spe ea, quæ vna est virtutũ theologicarum, intelligi, q̃ credulitas ea, de qua iam dictũ est, de earundẽ virtutum vna potest intelligi. Vtrunq; horũ Apostolus loquitur de ethicis virtutibus. Cæterũ fides & spes, charitatis sunt exordia. Per me quidẽ de theologica

cis virtutibus quispiam vtranq; virtutē intellexerit, nisi inde animaduerterem imprudentibus dari ansam errādi, nempe charitatem esse originē fidei & spei: Quod nouæ hæresios materia & fomes esset. Tutū ergo est, nihil noui effingere. Ioannes Chrysostomus & Theophylactus de moralibus virtutibus vtrunq; locum intelligunt. Sensus itaq; est: Homo proximi amore ardēs, si aliquid audierit quod proximi famam lædere possit, statim spem concipit, rumorem esse vanum, aut maiorem vero. Dein etiam si sciat crimen esse manifestū, statim de fratris pœnitentia se solatur. Deniq; item cū sciat om̄ia electis in bonū casura, sperat etiam insignes impietate viros, de numero esse electorum, atq; adeo ipsorum ipsis malū in bonū præcipuum Deum fore dispensaturum.

Omnia sustinet.

15 Sustinere hoc, fere idem est cum ipsa spe, de qua iā suprà est dictū. Sed membrū præsens hoc magis intelligendū de ea, qua homini patiēter sua fert incōmoda & aduersa. Hypomone siquidē passim in nouo testamento accipitur pro patientia in tribulationibus.

Charitas nunquam excidit, siue prophetiæ euacuabūtur, siue linguæ cessabunt, siue scientia destruetur.

Ampla & ter maxima prædicatio charitatis, prophetia certe nihili res non est, linguarū donū præcipuū est, nec mediocre est Dei munus sapientia, sed perfunctoria, transitoria, & euanida. Charitas vero permanet in æternū, etiā cessante fide & spe. Hic incipit charitas, & ne in seculo quidē futuro cessabit. Ambrosius dicit: Charitas est, quæ in præsenti vita cōmoda est, & in æternū cū Deo permansura. Ad charitatis veræ encomiū accedit, q etiā inuariabilis est: quod Græcū importat Ecpipto, hoc est, vario, muto, quo etiā vtitur Apostolus Roma. 9. Breuiter:

Omnia prætereunt, p̄ter amare Deum.

Ex parte enim cognoscimus, & ex parte prophetamus. Cum autem venerit quod perfectum est, euacuabitur quod ex parte est.

Epexegesis est superioris membri. Sensus est: quod imperfectū est, durabile non est. Prophetare, linguas callere, sapere pleriq; videnť plene: sed vbi futura vita apparuerit, tunc q̄q; fiet manifestū, nō modo parū nos hic intellexisse & scisse, sed propemodū nihil. Vmbra est & ænigma futurorū, quidq̄d hic vel intelligimus, vel sapim⁹: non possunt ergo p̄petuę p̄manere. Græcū telion, q̄d etiā finē p̄ę se fert, vult oīa ea desitura. Ambrosius dicit, Plenitudinē veritatis nos neq; mente cōcipere posse, neq; verbis exprimere: imperfectionē ergo eā nostrā cessaturā. Quod ex parte est, nihil est. Oīa hui⁹ vitę, sunt ex parte, ergo nihil sunt. Huius vitæ cultus est, credere, fidē docere, sacramenta administrare, psallere &c. hæc oīa collata futuræ vitæ cōditioni, ex parte, atq; adeo nihil sunt. Spes ea futurorū tanto rū gaudiorū, miseros nos alere atq; fouere debet exules. Ap̄lus Phil. 3. de imperfectione huius vitæ ait: Nō q assecutus sum, sed sector, ait, vt app̄hendā. Est tn̄ & sua viatoribus perfectio, de qua dicit Matt. 5. Lucæ 6. 1. Corint. 14. 2. Corint. 13. Coloss. 1.

Cum essem paruulus, loquebar vt paruulus, sapiebā vt paruulus, cogitabā vt paruulus. Qn̄ aūt factus sum vir, euacuaui quæ erant paruuli.

Pergit se declarare, idq; aliīs subinde & aliīs argumentis. Vult dicere: Charismata oīa quę ad p̄sentis ecclesiæ œconomiā atq; religionē pertinēt, vos malè charitati, quæ futuræ vitæ est vnica virtus & neruus, p̄fertis. Ego quoq; nihil horū, p̄sentis puta ecclesiæ charismaton, nō habeo: sed neq; me inde effero, videns ea oīa esse nihili, collata ad charitatē, quæ futuræ vitæ est præcipua energia. Exēpli gratia: pueri quoq; sapiūt, consultant, & cōsilia dant: verū vbi adoleuerint, incipiunt statim ea, quæ pueri maximi fecerunt, vngue notare oīa. Sic & firmitatis vitæ p̄sentis summa, collata ad virtutē eam quæ nos manet in alia vita, infirmitas apparebit. Huc facit locus cōsolationis plenus, quē ex Esaia sumptū, Apostolus ponit 1. Corint. 2.

Videmus nunc per speculum in ænigmate, tunc aūt facie ad faciem.

Simili superiori de puerorū debilitate, hic subdit aliud nō minus aptū, atq; superius illud. Duo vero hic vnà connexa nobis proponit: alterū speculi, alterū ænigmatis. Qui se in speculo contemplatur, videt quidē, sed nihil essentiale: speciem saltē videt inanimem atq; incorpoream, ex corporali & animali re prouenientem. Sic q ænigma discutit, speciem quidē rei mente concipit, alia atq; alia colligens. Fides est speculum, scriptura ænigma. Futura perfectiora ea nō possumus, nisi per speculum, æstimare in hac vita: posthac vero, vbi rei fruitio nobis concessa fuerit, fides nostra cessabit: neq; tunc opus habemus discussione scripturarū, quæ ad futuram agnitio-

nem si collata fuerit, ænigma videbitur. Sic huius vitæ scire atq; credere, speculũ saltem est & ænigma: hoc est, imperfectũ est quidquid huius vitæ est. Similia fere vides 2. Cor. 5. Per fidẽ ambulamus, nõ p speciẽ: hoc est, tantisper dũ hic viuimus, oportet fide nos esse cõtentos, ad expssam eñ speciẽ eius q̃d credit, nullus in hac vita pertinget. Iterũ diuus Ioannes 1. cap. 3. fere similia dicit: Charissimi, filij Dei sumus, & nondũ apparuit id, q̃d futuri sumus. Scimus aũt, ꝙ si apparuerit, similes ei erimus, qm̃ videbim⁹ cũ sicuti est. Fidẽ vides collatam speculo, & scripturam ænigmati, q̃d in hac semper vita permanebit: posthac vero, vbi facie ad faciẽ videbimus, hoc est, vbi Deũ & oĩa mysteria, q̃ hic plene capere nõ possumus, expresse cognouerimus, meritum fidei & studium accipiemus: nec porro locũ habebit ad vlterius meritum neq; fidei speculum, neq; studij ænigma.

Fides similis est contẽplatiõi q̃ fit ĩ speculo, hoc est, imperfecta est.

Nunc cognosco ex parte, tunc aũt cognoscam, sicut & cognitus sum.

Tria solida, hoc ẽ, iustificantia.

Acsi dicat: Video & intelligo nonnihil per fidẽ & scripturã, nẽpe quid Deus sit, & quod eius regnũ. Sed quidquid id intelligentiæ atq; fidei est, ex parte est, & ex parte manebit vsq; in futurã epiphaniam: tũc eñ primũ Deũ plene cognoscam: tũc item cognoscam, quo consilio Deus oĩa huius mundi condiderit & moderatus sit: quo me arcano amarit, atq; ab æterno elegerit, qua virtute diabolũ & omnes reprobos damnauerit. Tunc primũ quid æternitas, longitudo, latitudo, altitudo & profunditas sit, intelligã. Iam qui se de sua sapientia iactat, stultitiam suã omnibus manifestat.

Nunc autem manent, fides, spes, charitas, tria hæc: maior autem horum est charitas.

Illatio finalis. Tria hæc dicit solida permanentia: quæ vero tria? fidẽ, spem, & charitatẽ. Quibus hæc pręfert? Charismatibus præmissis oĩbus, puta prophetiæ, dono linguarũ, scientiæ, sapientiæ &c. Hæc oĩa dicit ad iustificationẽ nihil facere, posse hominẽ sine illis saluari: sine tribus vero his, fide, spe & charitate, neq; iustitiæ laudẽ, neq; p̃mium, esse sperandã. Tria ponit Apostolus. facessat qui saltem vnũ mentitur, duobus resectis, Lutheranus hæreticus. S. Hieronymus vocat hæc tria spartũ triplex, qui (teste Salomone) difficulter rumpitur: ad Theo. Idẽ lib. 1. contra Ioui. dicit: Scimus ecclesiam spe, fide & charitate inaccessibilem, inexpugnabilem. Hic oritur quæstio: Nũ horũ triũ aliquid maius efficaciusq; existat? Vtiq;. Quis eñ non ausit cũ Apostolo charitatem duobus præferre? Primo excellit charitas, quia cæteris cessantib⁹, ipsa manet, etiam in alia vita. Secundo, quia ipsa Deus ipse est, iuxtà atq; veritas, liberãs nos & seruans, iustificans & beans. Tertio, ꝙ cũ Deo potissimũ agit & cũ homine, Deut. 6. Matt. 22. Fide saltem agimus cum Deo, & spes spiritualis est. Charitas tametsi ignis sit, exerit tamen suum ardorem ad proximum. Quarto, Præter charitatem nemo neq; iustificari, neq; saluari potest, q̃d etiã ex secũdo satis liquescit. Nõ refert ꝙ post fidem & spem ponatur. Rhetoricus color est, maxima in posteriorem ponere locũ. Et rei ordo exigit, vt res secundum quod sibi succedunt, ponantur. Sic Abraham præponitur Dauidi, Dauid Christo. Dicimus siquidem apte: Abraham, Dauid, Christus: non ꝙ illi hoc fuerint potiores, sed secundum humanitatem priores siue antecessores. Summa: Bona fides, & spes melior, & optima charitas, siue de hac vita, siue de futura intelligas, vtcunq; hæreticus hic ringatur. Legat sacerdos, quid de beneuolentia (sic enim vocat charitatem) scribat Ambrosius Off. 1. cap. 32. 33. 34. Inter cætera dicit: Aufer beneuolentiam, & solem e mundo abstuleris. Dominus Deus, qui ipse charitas est, omnia iustificans & saluans, eam virtutẽ theologicã, quę sua efficacia & fidẽ & spem excellit, quæ manet & solida est, hoc est, ad iustificationẽ & beatificationẽ p̃sens adeo & efficax, nobis ab hæreticorũ adsperginibus purã custodiat, nobis eã largiat & subinde augeat, ad suã solius gloriã, q vnus in S. trinitate viuit & regnat. Amẽ.

DOMINICA QVADRAGESIMAE PRIma, II. Corinth. VI.



Ortamur vos, ne in vacuum gratiam Dei recipiatis. Ait eñ: Tempore accepto exaudiui te, & in die salutis adiuui te. Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis. Nemini dantes vllam offensionem, vt non vituperetur ministeriũ nostrũ: sed in oĩbus exhibeamus nosmetipsos sicut Dei ministros, in multa pati

entia,

entia, in tribulatiōibus, in necessitatibus, in angustijs, in plagis, in carceribus, in seditionibus, in laboribus, in vigilijs multis, in ieiunijs, in castitate, in scientia, in longanimitate, in suauitate, in spiritu sancto, in charitate non ficta, in verbo veritatis, in virtute Dei. Per arma iustitiæ à dextris & à sinistris, per gloriam & ignobilitatē, per infamiam & bonā famā. Vt seductores, & veraces: sicut qui ignoti, & cogniti: quasi morientes, & ecce viuimus: vt castigati, & non mortificati: quasi tristes, semper aūt gaudentes: sicut egentes, multos autem locupletantes: tanquam nihil habentes, & omnia possidentes.

PRAEFATIO.



Nemo qui sanctū Paulū vel ab extremo limite vnquā salutauerit, nesciat Apostolum bona opera pcipue cōmendare, fructus nimirū fidei & charitatis. Idē sedulo facit etiā hic & in principio capitis sequētis. Theophylactus dicit hic, Quę esset hęc nobis commoditas, peccata nobis esse remissa, si ad pristinā reuersi fuerimus ignauiam? Itē, Nō ergo pūtandū, satis esse, nos per fidē tantū ex abysso peccatorū emersisse: Necessaria enim & nobis sunt bona opera, ne rursus in peccata labamur. Nemo ergo dicat, Sub gratia sumus: qd ergo nobis cū præscripto bonorū operū? Item, Christus nos liberauit: nō ergo opibus bonis vel ad iustificationē, vel ad salutē indigemus. Vide qd Apostolus dicat Roma. 6. etiam mēbra nostra, arma esse vel iniqtatis, vel iustitiæ. Contra eos qui secus dicunt, intonat Ephe. 4. dicens, nos non sic didicisse Christū. Libere ergo dixero, nō Christi esse, sed Antichristi, qui charitatē & bona opera iustificationis virtute priuant. Ad Apostolum vero. Lectio psens tripartiri solet: Prima sectio est, hortatio ad sedulitatē, ne qua gratiā Dei ociose acceperimus. Secūda, Admonitio item est, ne quē offendamus. Tertia, itidē est admonitio ad gratiæ cōseruationē, puta per arma iustitiæ. Sequitur lectionis expositio.

TEXTVS.

Hortamur vos, ne in vacuū gratiā Dei recipiatis. Ait em: Tēpore accepto exaudiui te, & in die salutis adiuui te. Ecce nunc tēpus acceptabile, ecce nunc dies salutis.

POSTILLA.

Apparuit gratia Dei oībus in Chro Iesu, vnigenito Dei, primogenito Mariæ, vtiq̧ p fidē filij Dei, Tit. 2. Ergo nihil est charitas? Neutiquā, sed maior horū charitas. Per fidē charitas, propter charitatem fides. Ignoti nulla cupido. Ociosam facit gratiā fidei, q à iustificatione separat charitatē, qua ociose fiāt & fidei & charitatis fructus, opera bona. Audiamus Aplm monentē, vt bene operādo, apprehendamus vitā, 1. Cor. 9. 1. Timoth. 6. Dicit hic, Nō sufficere esse vocatū & credere. Non sufficere dico nō ego, sed Aplus noue euāgelista: ne mihi succēseas. Audi Apostolū: Hortamur, ait, ne in vanū gratiā Dei receperitis. Ociose, nequicquā, immo etiā in perniciē accipit, si saltem credas in filium Dei, & sis baptizatus. Qui habet aures audiēdi, audiat Aplm fidelē monitorē. Apagete noui euāgelistæ, bonorū morū cōtemeratores. Audiat Apls, habeat pōdus tāta admonitio. Nō est Aplus noster, vt euāgelici fratres, aulicus adulator, sed cooperarius Dei, 1. Corint. 3. Qui Paulū imitat, ad opera bona prouocādo, & ipse est Dei cooperarius, 1. Cor. 16. Philip. 2. Ioannis epist. 3. Tēpus acceptū est, cuius meminit Esa. 49. Est aūt tēpus incarnationis, passionis, & totius regni Christi. Tale tēpus prope est, Romañ. 13. Visitatio nostra adest, Luc. 19. Græce dicta keros episcopes, siue (vt Petrus 1. cap. 2. vocat) Hemera episcopes, hoc est, tēpus & dies in qua respexit nos Deus salutaris noster. Quid aūt factū nūc est operæpreciū, vt satisfiat admonitioni apostolicæ? Credere, & bene operari, Ioan. 12. Adhuc ad breue tempus lumen vobiscum est. Ambulate donec lucem habetis, ne vos tenebræ occupēt. Ibidem: Dum lucem habetis, credite in lucē, vt filij lucis sitis. Hoc de fide, audi etiā de operibus bonis, Galat. 6. Dū tēpus habemus, operemur bonū. Beatus in facto suo erit, qui Apostolo fuerit obsecundatus.

Cooperarij Dei cōcionatores ad opera bona iustificationē sedulo vocant.

Nemini dātes vllā offensionem, vt nō vituperet ministeriū nostrū.

Scandalū quantum peccatum sit, alibi diximus. superest nūc, vt tantū facinus caueamus, monitore Apostolo. Hactenus parum persuasit tantus suasor: vnde factum est, vt vel apud ethnicos & Iudæos audiamus male. Vñ itē tot hæreses in ecclia, nisi ex

ex tot & tantis scandalis? Incusamus deorum Momos eos, nouos euangelicos: sed quare non auferimus e medio lapsus occasionē? Dicis Christū dicere, Oportet vt fiant scandala? Respōdeo eundem quoq; dicere, Væ per quē scandala fiunt. Vide quid contra offensiones eas idem noster seruator dicat Matt. 18. Luc. 17.

Sed in omnibus exhibeamus nosmetipsos sicut Dei ministros.

Dixerat, Neminem offendentes, prohibendo malū. Nunc dicit, Exhibeamus nos Dei ministros, præcipiendo bonū. Inde siquidē absoluitur pietas, qua iustificantur fideles. Vide q̄ hallucinentur, & quantū absint ab apostolico atq; adeo Dei spū, noui euangelistæ, qui nihil crepāt nisi Sola fides, Sola fides. Declinare malum, hic primus gradus pietatis statuitur. simile vides Roman. 2. Locus est acceptus ex Ezechielis cap. 36. Tam Apostolus, q̄ propheta, ostendit ex deprauatis moribus etiam offendi infideles. Huius mali pœnam vides Matt. 16. Ioan. quinto. Alter gradus religionis, Facere bonū, ab eodem quoq; Apostolo alibi identidem docetur. Potissimum vero huc facit, quod scribitur ad Titum secūdo. Vbi monemur, vt nos sic geramus, vt prædicatio fidei inde cohonestetur. Meritum eius studij vides etiam Matt. decimosexto, Ioan. quinto. Verbum Synistemi etiam habetur Roma. 5. Item 2. Corint. 7. Exhibeamus, vel Germanice, vns sehen lassen, ostēdamus: idem est ac si dicat, præstemus. Cæterum apud ethnicos etiam accipitur pro eo quod Germanice est: Ladt vns zw hauff thun, vel ladt vns zw samen setzen, Conueniamus. Conuenit & hoc, vt sit sensus: Conemur enixe vnà omnibus modis omes. Quid vero præstandum? Hoc quod sequitur:

In multa patientia.

Patientia multa nobis ē opus

Hinc tyrannis, illinc infideles, hæretici, & Iudæi, istinc alij diaboli nuncij. Nunc cū tot hostibus vndiq; circunuallemur, opus est nobis multa patientia. Multa, non modo erga multos hostes, sed & multa propter perpetuas tribulationes. In patientia vestra (ait seruator) possidebitis animas vestras. Qui perseuerauerit in finem, is saluus erit. Dicit ergo Iacobus: Patientiam Iob audistis, finē dñi nostis, cap. 5. Impatiētes plane obstrepunt euangelio. dicūt, Nō possum hoc perferre. Nō possunt, qa nolunt.

In tribulationibus.

Quibus deputati sumus, tanquam oues occisionis, memores hoc esse iter ad gloriam. Murmuratores queruli, q Dei prouidentiam incusant, neq; sic effugiūt mūdi instantia mala. Satius esset illis, materiam condemnationis conuertere in ansam salutis. Tentatio schola est præsens. Qui non est tentatus, quid sciat? Gaudere nos vult Iacobus, si tentationes ingruant variæ.

In necessitatibus.

Non esse diffidendum, intellige. Quando vero spes est meritoria? Nonne in egestatibus? Paupertas Christianorum p̄cipua beatitudo. Christi non est, qui tantam beatitudinem tāquam vitium vitat. Præstat hic perferre huius vitæ rerum penuriam momentaneam, q̄ posthac æternam.

In angustijs.

Anxietates etiam variæ electis imminent: qua consideratione vt nos armemus oportet. Quod nisi fecerimus, in diaboli casses iam incidimus. Fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei. Qui eius ciuitatis ciuis non est, in croceis degat: breue ver eius felicitatis, quod sequitur hyems æterna.

In plagis.

Quid plagis cum iustis? Quid Herodiadi & Ioanni? Immo quid Pilato & Christo? Iustitia quidem laudem fert, etiam apud eos qui habent potestatem: sed eos, quos Deus vocauit ad suorum mysteriorum testimonium, manent plagæ: quas si, non vt adulteri & latrones, sed vt vere innocentes, sustinuerint, beati erunt. Hic etiam Pilatus & Pharao parantur ad Dei gloriam non gratiæ, sed iræ, quantum ad ipsos pertinet tyrannos.

In carceribus.

Hic, tanquam aurum in fornace, habemus probari. Quod si sapientia nobiscum in carceres, quemadmodum cum Ioseph, descenderit, carcer nobis erit omni aula gloriosior. Hinc manna nobis dabitur absconditum, Apoca. 2. Hinc stolæ candidæ nobis imponentur, Apoca. 5.

In seditionibus.

Non per nos excitatis, sed ab hæreticis & quibuscunq; infidelibus contra nos commotis: quales olim Iudæi & ethnici aduersus apostolos concitauerunt, qualem præcipue sustinuit Apostolus in Epheso, Acto. decimonono. Atque hæc fuit ethnicorum. Iudæi quoq; non absimilem excitauerunt, Acto. vigesimoprimo. Nostrorū temporum factiones contra ecclesiam, vides prædictum Luc. 21. Ecclesia patientia vincit viperas. Omnis consummationis vidi finem. Nullum violentum perpetuum.

In laboribus.

Hactē

Hactenus de rebus illis, quæ ad crucē, quam habemus quisq; suā post Sotera nostrum portandā, Apostolus egit: nunc ad ea, quæ pręstanda sunt, abit. Opus bonum fidelibus scriptura vndiq; cōmēdat. Ecclesia est vinea, quæ vtiq; laborem requirit. Gene.3. Adæ labor manuū præscribitur. Opus eleemosynæ, Ephe.4. Qui nō facit rem, non manducet, 2. Thess.3. Apostolici laboris exemplū vides Acto.20.

In vigilijs multis.

Noctu dormiendū est, ais? Recte hoc. Sed qd? Ecclesiæ statū, religionē catholicam, regnū Christi, ciuitatem nouā Hierusalem, ais esse nocte? Nonne Oriēs ille qui nunquam occidit, nōne Sol iustitiæ, occasum nesciēs, nobis illuxit? Surrexit synagoga in huius diei vmbra, media nocte ad cōfitendū nomini Dei: quāto iustius est, nos id præstare? In matutinis item meditata est synagoga: nos in lucē dormiemus? Ad vigilias scriptura nos vocat Luc.21, 1. Corinth.16. 1. Thess.5. 1. Pet.4.5.

In ieiunijs.

Ieiuniū præseruatiuū aduersus omnigena tentamēta diaboli, Matt.17. Mar.9. Apostolus 2. Cor.11. fere eo ordine nobis disciplinam commēdat ecclesiæ, sese eius exercitij corporalis sacri exemplum nobis exhibēs. Aequū est vt ipsum sedulo imitemur, quatenus & ipse secutus est Christū, Ephe.5. Philip.3. 2. Thess.3. Iouinianistæ nostrates, noui apostoli Antichristi, disciplinas ecclesiæ vanitati deputant, pręmio omni eas defraudādo: qđ mirū nō est, qm̄ & virginitatis merita negāt lenones, post solēne votū ducturiētes, & mundū stupris & adulterijs honestatis specie replentes.

In castitate.

Ecclesiasticus eunuchatus est, etiā se propter regnū cœlorū castrare. Eusebius testis est, præcipuā primitiuæ ecclesiæ virtutem fuisse castitatē. Nemo fere priscorum est sanctorū, qui nō huic sese virtuti addixerit. Huius obseruantiæ personā adhuc p̄ se ferunt monachi & sanctimoniales. Decens item est, sacerdotes, q̄rū est virtutem eam alijs persuadere, insignes castimonia esse viros: Domus eorū, Hagneuteria siue sacraria esse cōuenit. Qui non cōtinēt, ad casti coniugij remediū currētes, meminerint qd Apostolus pręscribat cōiugatis, 1. Corint.7. Tēpus breue est &c. Noui euangelistæ, quæ eorū est puersitas, sic se cū in hac re, tum in alijs religionis sacræ gerunt negocijs, vt ecclesiam vix possis delineare verā, nisi vbi illis contrariam religionē per omnia, mente conceperis. Penes illos est, scripturam quoquo torquere. Anachoreta quidam hisce diebus Lutheranus, instigante diabolo, vxorem duxit. is vt scelus tegeret, & conscientiæ vermem palparet, libellum de coniugio suo in lucē edidit. Præcipuus scripturæ locus, q̄ se tutarit, quis fuerit, scire iuuat? Episcopus vnius vxoris sit maritus. Hūc locū dialectice (solēt em̄ totam scripturam ad logices & rhetorices regulas applicare) expendens, etiam conuicit per eum, anachoretas, monachos & sanctimoniales, post volūtariū, maturum & solenne votum, statim vbi libeat nubere & ducere vxores, posse. Quis hoc genus hominū scriptura cōuicerit, in quorū manu scriptura est tota?

In scientia.

Ignorans ignorabitur. Ignorātia crassa, culpabilis est, nec vllum apud Deū excusationis locū inueniet. Audiēs sapiēs sapientiā, sapiētior erit. Qui se putāt aliqd scire, nondum didicerūt, vt hoc q̄d sciunt, sciant, 1. Cor.8. multū refert, plurima didicisse & scisse: plurimū vero refert, scire vt scias hoc quod didiceris. Didicerūt hoc S. patres. Noui euangelicastri an ne didicerint, viderint ipsi.

In longanimitate.

Christianis p̄cipue virtuti huic est studendum. Sic em̄ spes eorū & fiet præsentior, & maiora subinde charismata gratię, etiam glorię pręmia merebunt. Vnde virtutē eā Apostolicę nobis toties cōmendāt literæ. Verbum quippe in patientia fructum habet proferre, iuxta parabolam de semine bono, sic tandē fructū proferēte.

In suauitate.

Comes & benignos Christianos, tanquā Dei filios, esse cōuenit. Est aūt virtus hęc, affabilitas (vt fertur) etiā erga pueros, larga adeo, vt sese (vt itidē dicitur) edēdū alijs hac virtute prædit⁹ præberet. Sup. 1. Cor.13. itidē hæc virtus nobis cōmendat. Hæc virtus plane est diuina, charitatis nimirū filia. Estote (ait) misericordes, sicut & pater vester misericors est. Vide Ro.2. Tit.3. Præfractis & impœnitētibus & hæreticis resistendum duriter, vt cæteri timorem habeant. Seueritas ea commendatur in sancto Basilio.

In spiritu sancto.

Christianorū est, sic se in oībus gerere, vt appareat eos templum esse spūs sancti. Prophanos qs nō sciat spū sancto esse vacuos & orbos? Clerici olim insigniter cæteris virtutibus omnigenis prælucentes, spūales vocati sunt: hoc est, spectati spūs san- (Clerici olim q̄re sint dicti spūales.)

sancti esse recessus & paradisum. Sed hodie ita viuitur, vt quid sibi dictio hæc, spūalis, velit, nesciatur. Breuiter: nemo Christianismo respondet, nisi spiritualis esse enitatur, 1. Corint. 3. Gala. 6. Vniuersa itaq; multitudo in die pentecostes spiritum sanctum recepit.

In charitate non ficta.

Spiritus sanctus figmentū & personam odit disciplinę. Esto vir perfectus corā me, ait dn̄s ad Abraham. Iob homo simplex & rectus. Hæc est illa gloriosa simplicitas, quam nobis præscribit Christus. Opponitur huic duplicitas, quæ est insynceritas. Simonis magi fides etiam huiusmodi habet fucum. Contra insynceritatem eam ait psalm̄. 27. Pacem loquuntur cum proximo, mala autem meditantur in cordibus suis. Similia legis psalm̄. 77. Lutherani hodie identidem inuehuntur in duplices huiusmodi, quos nouo vocabulo (vt nouum euangelium etiam noua habeat vocabula) vocant Heuchler, non videntes se reuera omnium, quos mundus vnquam vidit, maximos esse & adulatores & ardeliones, hoc est, ertzheuchler.

In verbo veritatis.

Ecclesia est columna veritatis. huius limites qui excesserit, heu mihi in quibus mendaciorum syrtibus naufragatur. Quid noui euāgelistæ hodie aliter docent, quàm quod verbo veritatis sensus catholici, est contrarium? Nisi enim esset contrarium, sanctorum patrum monumentis non derogarent: illorum accederent in omnibus sententijs, sese illorum censuræ submitterent. Viderint sacerdotes qui catholicos sese venditant, vt omnia sua dogmata ad basin eam redigant. Deniq; vnusquisq; loquatur veritatem cū proximo suo, qui sumus inuicem membra.

In virtute Dei.

Chr̄ianorū cōuersatio q̄lis eē debeat

Sensus est: Christianorum is debet esse status, vt appareat in eo virtutem esse Dei, vt etiam ethnici dicant, Ecce digitus Dei. Talibus auspicijs cœpit ecclesia. Apostoli, dij sunt mundo visi. Quid apostolastri noui? Nonne hominum fæx esse omnibus videntur? Qua fronte ergo sese adeo cæteris præferunt, vt etiam sese Apollines & Mercurios, penes quos omnis veritas, omnium oraculorum intelligentia requirenda sit, quales prisca non nouerint secula, ostētent habendos? Et virtus ea Dei, plane oblitera ta est apud eos, qui se catholicos, saltem patrum catholicorum nomine, arbitrantur. Legunt patres: imitentur & eorum exempla. Vbi paupertatis amor? vbi largitas? vbi patientia? vbi mundi vanitatū & pomparum fuga? Hæc om̄ia virtutis Dei argumenta præclarissima, visa sunt in patribus. Quid hodie in vulgo fidelium, nisi miserabilis apparet debilitas? Non nego etiam vocabulum hoc virtutis, varie accipi ab eodē Apostolo, præcipue etiam pro potestate edendorum miraculorum, Matthæi 7. 15. Marc. 6. Lucæ 5. Acto. 2. De virtute Dei, iuxta priorem sensum, vide Luc. 22. Rom. 1. 1. Cor. 1. & 5. 1. Pet. 1.

Per arma iustitiæ à dextris & à sinistris.

Vtrinque nos armatos vult esse, idq; iustitia: quoniam vtrinq; hostis nos adoritur fortunæ & infelicitatis. Ille blanditur, hic minatur. Vtrunq; sola expugnat iustitia. Nihil speres (ait Boethius) & nihil extimescas, & sic exarmaueris impotentis tyranni iram. Roman. sexto, eadem metaphora dicit: Accommodate membra vestra arma iustitiæ. Roma. decimotertio docet quæ sint arma lucis. Metaphora ista frequens est Apostolo. Nihil enim nouit esse vitam hominis in hoc mundo, nisi militiā.

Per gloriam & ignobilitatem.

Qui Christi sunt, Christi exemplo suam gloriam non quærunt, cū sit qui quærat & iudicet. Vana gloria qd aliud facit, q̄ quòd nos remoratur ab æterna? Qui suam quærit, Dei gloriam minus respicit. Beati qui regnum mundi & omnem ornatum huius seculi contemnunt propter amorem domini nostri Iesu Christi. Qui hic bene latuit, bene vixit. Gloria nostra in apparitione magna ea manifestabitur, interim ingloriȷ iudicem eum maneamus, 1. Corinth. 2. 4. Quid vero, quod etiā dicitur hic, per gloriam? Intellige de gloria crucis, & de gloria conscientiæ bonæ.

Per infamiam & bonam famam.

Quòd si etiam nullius tibi criminis conscius sis, nunquid ergo rei bene gestæ meritum in hoc mundo recipies? Virtutis prēmium laus ethnicis conuenit, non Christianis. Ego ero merces tua, ait dominus Abrahamo. Sufficit, si Deo & quibuscunq; bonis placeamus, sic vt laudetur Deus, cuius gratia boni sumus. Atq; hæc est Paulina euphemia, hoc est, bona phama: ad bonū nomen hæc pertinet, vt idem exprimit gloriam hanc Ephe. quarto. Cæterum si nec sic probamur mūdo, succurrat nobis huius apostolicæ dysphemiæ, hoc est, malæ famæ. Simus item memores verbi Christi: Beati, si calumniati vos fuerint homines, mentientes in vos odio mei.

Vt seductores, & veraces.

Chri-

Christus quoq; ipse, planos (id est, seductor) est ab improbis planis dict⁹, Matthæi 27. Hoc malignorum est, vt suorum vitiorum alios insimulent, præcipue eos, quos vident contrarijs sibi florere virtutibus. Adde ꝙ & vulgi iudicium omnium est peruersissimum. Vnde etiam varie serunt de Christo. Alij dixerunt imponere illum hominibus, alij veridicū dixerūt, Ioan. 7. Itidem & Paulus alijs probabat, alijs reprobus dicebatur, Acto. 28. Qui verax esse cupit, columnæ veritatis ecclesiæ, quæ mentem Christi sui sponsi vnici possidet, nitatur. Paulinistæ noui putāt se ꝗcq; in præsenti loco habere patrociniū, contra sententiam ecclesiæ, qua plani dānantur. Quod ad ipsos pertinet, videāt Titū 1. vbi eos Apostol⁹ vocat phrenapatas, hoc est, mentium humanarum dementatores. Idem habes secunda Ioannis epistola. Plani, id est, mentium seductores sunt, quoniam & planomeni sunt, hoc est, incōstantes, bilingues atq; trilingues, duplices animi homines. Aestima, quæso, qua vesania nunc autores alios canonicos recipiant, alios reijciant: nunc receptos reijciant, & reiectos recipiant. Deniq; perpende, qua temeritate sua hodie dogmata asserant, cras eadem reprobantes: leges nūc figentes, easdem mox refigentes. Hæc omnia si rite perpendas, mirabere Germaniæ stupiditatē, planorum istorum imposturas non animaduertentem.

Sicut qui ignoti, & cogniti.

Quos non probamus, eos nos ignorare dicimus. Sic etiam ipse dominus abiectos se non nouisse dicit. Eo loquēdi modo, qui Dei est, huic mundo nō est notus: hoc est, contēptus est, non respicit, immo negligitur. Sed bene se habet ꝙ Deo sunt curæ, nimirum commissi libro vitæ, Luc. 10. Philip. 4. Apoca. 17. Exempli gratia: Lazarus mundo non notus, contrà diues purpuratus ille nepos, deus huius mundi, Deo ignotus. Nobilis in hoc mundo, est ignobilis apud Deum.

Quasi morientes, & ecce viuimus.

Pecus sumus mactationis, quotquot vere sumus Christi. Qui dicit veritatem, infensos sibi vanos & nugaces huius mundi facit deos. Dicit itaq; suprà cap. 15. epistolæ 1. Quotidie morior. Hoc est quod Roman. 8. ex Psal. 43. dicit: Propter te mortificor tota die. Deniq; 4. cap. Epistolæ hui⁹ ad Corinthios, aptum epitheton dat Christianis persecutioni expositis, vocās eos epithanatios, hoc est, subinde mortem expectantes, neque noctu, neque die securos vitæ. Attamen idem ait: Et ecce viuimus.

Vt castigati, & nō mortificati.

Virgis cæsi & varijs iniurijs expositi, pessime accepti apostoli & quicunq; pij, viuunt tantisper, donec ille, cui vnice viuunt, potius aliquid de ipsis statuat. Non possunt vnum capillum nostri capitis auferre sine eius consensu, cui omnes sunt numerati. Disce mortem & vitam in manu Dei esse positam: & vere viues, hoc est, secure viues. Apparet, Apostolum locum præsentem ex Psalmo. 117. sumpsisse: Castigauit me, sed morti non tradidit. Paulum huic vitæ aduersus omnium æmulorum eius irā, reseruatū vides Actorum decimoquarto.

Quasi tristes, semper autē gaudentes.

Beati qui lugent prolongatum exiliū, Matthæi quinto. Psal. 34. 37. 41. Inquilini sumus & peregrini in hoc mundo: semper ergo suspiremus, ad patriam supernam animos figentes. Satiabor, ait, cū apparuerit gloria tua. Cæterum etiam pax & gaudium nobis superest, etiam in hac vita: sed gaudium spiritus sancti, Roma. 14. Philip. 4.

Sicut egentes, multos autem locupletantes.

Argentum & aurum non est mihi, ait Petrus Actorum tertio. Qui contemptores sunt euangelij, emunt villas & iuga boum, Lucæ 14. Dij huius mundi, sunt purpurati & annulati, Iacobi secundo. Ibidē vides peruersum esse mundi iudiciū, quo probatur, qui multum æris clausum possidet in arca. Deniq; & qui vere Christi est, huius mundi diuitias contemnit: omīa simul relinquit, & Christo adhęrescit, pauper, egenus, inops &c. Sed centuplum sua relinquentes recipiunt, etiam in hoc mundo. Quod de spiritualibus magis accipe diuitijs, Roma. 15.

Tanquam nihil habentes, & oīa possidentes.

Hunc locum interpretor per illum, q est 1. Corinth. 3. Omnia vestra, vos autem Christi, Christus vero Dei. Cœlum, terra, mare & oīa quæ in illis sunt, nostra sunt, quatenus Christi sumus cohæredes, Romā. 8. Hic vero in præsenti seculo malo, nemo fidelis thesaurizat pulueri, vermib⁹ tineis & blattis. In cœlū vero ꝑmittit veras opes, orationes, ieiunia, eleemosynā, & hoc gen⁹ meritoꝝ, deo viuo nimiꝝ & sibi.

Cæte-

Cæterum habentes hic victũ & quo tega-
mur,contenti sumus.Nihil huc intulimus,
nihil efferemus.Ioannes Chrysostomus &
Ambrosius, intelligunt hunc locum siue
membrum,de maiestate apostolica,qui nõ
solum ecclesiæ bona,suis habuerunt pro-
strata pedibus,verũ etiam ipsos fideles sibi
ad omnia habuerunt obtemperantes.Apo
stolus itaq; dicit de Galatis:Obtestor,q si
voluissem,etiam oculos vestros erutos mi-
hi dedissetis, qui me,non vt Apostolum
Christi,sed vt ipsum Christum suscepistis.
Hodie apostolici successores tanta autorita
te non pollent,vnde status ecclesiæ misere
labat.Dominus Deus tanto malo propere
succurrat.Amen.

DOMINICA SECVNDA QVADRAgesimæ, I.Thess. IIII.



ROgamus & obsecramus vos in domino Iesu,vt quemadmodum accepistis à nobis,quomodo vos oporteat ambulare & placere Deo,sic & ambuletis,vt abundetis magis. Scitis em̃ quæ præcepta dederim vobis per dominum Iesum.Hæc est enim voluntas Dei,sanctificatio vestra,vt abstineatis vos à fornicatione, vt sciat vnusquisq; vestrum,vas suum possidere in sanctificatione & honore,non in passione desiderij,sicut & gentes quæ ignorant Deum.Et ne quis supergrediatur,neq; circunueniat in negocio fratrem suum:quoniam vindex est dominus de his omnibus,sicut prædiximus vobis,& testificati sumus.Non enim vocauit nos Deus in immunditiam,sed in sanctificationem,In Christo Iesu domino nostro.

PRAEFATIO.

Euãgeliũ exoticum nouũ huius tẽpestatis,ex diametro veteri pugnat.

QVod nisi quis oculis plane sit ca
ptus,hic liquido videt,longe ali
ter se habere rem,atq; noui con
tendunt euangelistæ, solam
suam fidem omnibus obtrudentes,iustifi-
cantem.Primo videmus hic,sola fide reli-
gionẽ nostram non perfici,sed & orthodo
xas virtutes atq; disciplinas hic requiri.Se-
cundo apparet,fideles non ergo bene ope
rari,q habeant fidem dñi Iesu.Nam si con
tinuo virtuti studerent omnes credentes,
ociose Apostolus hic & alibi tanta seduli-
tate eos ad opera bona inuitaret.Nec item
præscriberet episcopo,vt tempestiue atq;
intempestiue instet atq; vrgeat,& vt eos q
fidem Christi receperunt,admoneat,quo
minus gratiam Dei in vanũ receperint.No
ui apostolastri suis principibus,ducibus,co
mitibus,consulibusq; & omnes potentibus
adulando, dicunt:Quodcunq; venerit in
manus tuas,hoc fac,quia dñs tecum est.
Quid aliud hi docent plebem?Cum dicũt,
fidem opera bona sua sponte proferre,tan
tundem docent,ac si dicerent:Vos quicũq;
baptizati estis & creditis, absolute iusti
estis,adeo vt neq; charitas,neq; eius quicũ-
q; fructus,neq; obedientia,neq; vllæ disci-
plinæ,locũ iustificandi in vobis vllum ha-
beant. Non habetis opus nunc porro vlla
admonitione,doctrinave,quoniam opera
bona,quorũ non vobis,sed papistis & qui-
buscunq; alijs,vsus est,vltro fluent. Fides
vos mouebit & agitabit, &c.Nonne do-
ctrina ea nostro Apostolo est ex diametro
aduersa?Ecce tibi germane astutiam ser-
pẽtis antiqui,q tibi verba dedit atq; impla
nauit.Tertio liquescit fucum nobis esse fa-
ctum,cũ hæc dicunt,liberũ nobis arbitriũ
non esse,quo aut vitemus malum,aut præ-
stemus bonũ.Nam si hoc verum esset,ite-
rum hallucinaretur Apostolus,nos hic tan
topere rogando & obsecrãdo.Deniq; con
sidera meras esse offucias,quidquid de so-
lius fidei docent iustificatione.Hic Luthe-
rani sibi serio videntur triumphare,hic cũ
viuis tum mortuis insultant.Sed quis non
videat opera bona,iuxta atq; fidem, iustifi
care,cũ fides sola neq; ad absolutam iusti-
tiam sufficiat,neq; seruet,neq; beet?Domi
nus Deus doctrinam eam exoticam,quæ
pestilentior est,q̃ apparet,aut q̃ humana ra
tio assequitur,eradicare dignetur.Amen.
Thessalonicenses Græci erant,ciues ciuita-
tis Thessalonicæ regionis Macedoniæ,in
qua etiam siti erant Philippi,quorũ ciues
dicuntur Philippenses,ad quos etiam idẽ
scripsit Apostolus.Thessalonicẽses hi con
stantes permanserunt in fide accepta,adeo
vt pseudoapostolorũ illecebris nõ sint irre-
titi,

tij, quēadmodū Corinthij & Galatæ. Sed necꝗ hactenus absolute erāt boni, opus habuerūt qui admonerētur, vt synceram eam fidem bonis subinde ornarēt operibus, atꝗ adeo iustitiā fidei per charitatis fructus perficerent. Bifariā lectionem diuidere po teris. Prima sectio esto, Admonitio vt i bo no opere perstemus. Secunda est indiciū, quo nobis Apostolus indicat, in qua via iu stificationis iustificandi ambulemus. Atꝗ ea sectio incipiat ibi, vbi ait: Scitis quę pręcepta dederim vobis per dñm Iesum &c.

TEXTVS.

Rogamus & obsecramus vos in domino Iesu, vt quemadmodum accepistis à nobis, quomodo vos oporteat ambulare, & placere Deo, sic & ambuletis, vt abundetis magis.

POSTILLA.

Captat beneuolentiam per submissam precationē, & simul impellit per plenæ maiestatis obtestationē. Res ardua, res necessaria, res salutaris, sic nobis debuit cōmendari, aduersus pseudo prophetarum mendacia pestilentia & exitiosa. Simili vehemē tia nos itidem ad opera bona vocat Rom. 12. vbi nos cum orat tum obtestatur per misericordiam Dei. Videamus, fratres, ne ob testati aures claudam⁹, nam sic in iudicium vbi misericordiæ locus non est, perueniemus. Quid docuit Apostolus Thessalonicenses? Solam⁹ fidem? Haudquaquā, sed ambulare digne Deo, honeste ambulare, hoc est, religiosam vitam degere. Vide. Ro. 12. 13. 1. Co. 5. 6. 9. 10. 2. Co. 6. 7. Gal. 5. 6. Ephe. 3. 6. Phil. 2. 4. Col. 3. 4. 1. Thess. 2. 2. Thessa. 3. 1. Tim. 1. 2. 3. 4. 5. 6. & fere per omnes epistolas. Itidem & Iacobus, Petrus, Ioannes, & Iudas nihil aliud agūt. Sic Christus euāgelium suum ab ethica incepit Mat. 5. 6. 7. Sic & ipsum charitate clausit, Ioā. 13. 14. 15. &c. Quid itē Thessalonicenses acceperint, vides Act. 17. Hic obseruandum, q̄d Græca habet veritas, δεῖ περιπατεῖν, hoc est, oporte re ambulare siue vitā degere: intellige, ad eam quam nobis ostendit, normam. Oportet nos (vt ita dixero) Dei esse pipateticos, hoc est, exemplum Christi et apostolorum nos sequi oportet, ex fide in fidem, ex claritate in claritatē. Nūc simul atꝗ hic dicat oportere nos ambulare, vides solam fidem non sufficere: vides item, vehementer errare dogmatistas nouos, de iustificatione operum non solum frigide docentes, sed & eā penitus negantes. Sed cōtra Sirenas eos audi quid sequatur: Et placere Deo. Non dicit saltem, oportere nos ambulare, hoc est, nō solum credere, sed & operari: & statim subdit, sic placere Deo. Vides solam fidem non placere Deo: mortuā, atꝗ adeo cadauerosam putidamꝗ, ante Deum fœtere fidem solam, operibus bonis denudatā. Contrà fidem operosam esse viuidam: eam esse sacrificium, holocaustoma, odorem suauitatis, agrum plenum, acerram plenam sumi aromatici. Opera bona sic grata esse Deo, vide Rom. 12. 14. 1. Cor. 7. 2. Cor. 5. 2. Tim. 2. Heb. 13. Col. 1. Quod sordet mūdo, gratum est Deo: non ergo studeamus grati esse mundo. Cōtrà hoc quod mundus p̄cipue probat, vide Psal. 52. 1. Thess. 2. Gal. 1. &c. Quid, rogo, legis in nouis Euangelicastris, nisi quod Apostolo plane est contrarium? Quantum hic nobis opera commendat bona, tantum illi nobis faciunt vilia, q̄ppe quasi ociosa, non iustificantia, nec vllum in cœlo meritum habentia: quātum Apostolus nos à mundi vanitatibus abster ret, tantum suo illi exemplo & nouo commento ad omēs mundi vanitates alliciunt: quantum Apostolus ad virtutes nos admoneat, etiam alibi vides, 2. Co. 9. 1. Thess. 1. 5. 2. Thess. 3. Sequitur:

Apostoli & apostolastri dis dia pason sibi dissi dent.

Scitis enim, quę pręcepta dederim vobis per dominum Iesum.

Dicit se non solum fidem in Christum Iesum docuisse, sed & pręcepta tradidisse disciplinæ, puta religionis perfectæ: neque præcepta ea esse sua, sed Christo referenda accepta. Facessat nouus apostolaster, q̄ contendit nulla in nouo testamento esse pręcepta, hoc est, euangelion saltem redemptionem per Christum, citra vlla nostra opera bona, promittere. Sic rhetoricantur: Euangelion est bonum nuncium: Præcepta, bona nuncia non ferunt: Ergo ad euangelion non pertinent. Quomodo ostentarent sua ingenia adeo esse felicia & rara, nisi syllogismos tales cudant? O sapiētiam humanam, dignam quæ ab omnibus sola adoretur. O lumen sapientiæ humanæ, dignum quod solū micet, cæteris luminaribus oīm beatorum extinctis. Sed ecce tibi noue euangelistes, q̄d Christo & Belial? Belial est, qui disciplinas non fert: ergo contra Christum, contra omnes apostolos & euangelistas nostros, contra vniuersalem ecclesiam omnium sanctorum, deniꝗ contra rationem disputans, neꝗ Christi, neꝗ ecclesiæ es, sed Antichristi & hæreticorū sectæ: nec item Christianus es, sed Belialianus. Christiani per catholicam fidem norunt, euangelium etiam sua habere præcepta, esse legem perfectæ libertatis. Sic duo sunt præcipua in nouo testamento, euangelia nimirum & parangelia: hoc est, bona nuncia & præcepta. Sed pręcepta euangelica nō sunt

Euangeliū on habet etiā sua p̄cepta.

Scriptura noui testamenti cōtinet & euangelia & parāgelia.

uia. Quod autem est præceptū tale? Vt inter nos amem⁹, quemadmodū dilexit nos Christus, Ioan 13 14. 15. Leuia talia sunt: qa qui amant Deum, præcepta eius seruant, Ioan. 14. Sunt ne necessaria hæc ꝑcepta? V tique. Nam si vnum soluerimus eorum, peri mus, Matt. 5. Item, Si vis in vitam ingredi, serua mandata Dei, Mat. 19. Apostolus q̄q; ait: Nihil est præputium, nihil circuncisio, sed obseruatio mandatorum Dei, 1. Co. 7. Plura de præceptis, vide 1. Co. 11. 1. Tim. 1. Ioan. per omnes epistolas. Idem dicit, eū q dicit se nosse Deum, & præcepta eius non seruat, mendacem esse, 1. 2. 3. 4. 5. Eia ergo fratres, non solum euangelium probemus, sed & parangelion approbemus. Neq; em̄ ociose suum exemplum nobis iussit imitari Christus. Summa: Apparuit nobis gratia sine omni merito, quo tēdamus ad meritū, vt digne Deo ambulemus, Col. 1. Phil. 1. Titi 2. 5.

Hæc est enim voluntas Dei, sanctificatio vestra: vt abstineatis vos à fornicatione, vt sciat vnusquisq; vestrum, vas suum possidere in sanctificatione & honore, non in passione desiderij, sicut & gentes quæ ignorant Deum.

Primo Apostolus in genere loquitur de religiosa vita fidelium, postea in specie articulos quosdam eius vitæ ponit: nēpe cui⁹ summa est, declinādum à malo, & præstandum bonum. Primo ait, voluntatē Dei esse nostram sanctificationē: dein thema hoc diuidens, dicit abstinendum à scortatione, quod est fugere malum: postea vero dicit, cuiusq; vas possidendum esse in sanctificatione, quod est facere bonum. Primo dicit, Dei voluntatem esse nostram sanctificationem, tam corporis q̄ animæ. Noui euangelistę bonis operibus & disciplinarum ecclesiæ obseruantiæ iustificandi virtutem auferentes, sanctificationē saltem internam, fidei nimirū, intelligunt, Græcæ veritatis plane ignorātes. Hagiasmus (siue hagiosena) siquidem ad honestam æque conuersationem externam, atq; ad fidem internam refertur: quod non solum hoc loco vides, sed & alibi identidem, præcipue vero 2. Cor. VII. Sed noui euangelistæ pro sua maiestate, quam sibi maiorem, q̄ omnes qui retro temporibus fuerunt sancti, vsurpant, adeo vt etiam cum scripturæ sensu, linguarū q̄q; ipsarum idiomata pro sua torqueant libidine: quicquid delirāt, adorare nos volūt. Hoc sic eorum fert fatum, cui (iuxta suam professionem) resistere non possunt. Nugas itaq; suas fato adscribunt, atq; adeo veritati deputāt. O dulces & eas efficaces nugas nouorum euangelistarū, qui fatali necessitate errare nō possunt. Sed ad Apostolum. Hagiasmus ad fidem refertur Ioan. 5. Sed non est Dei voluntas, vt saltem credamus, sed & edamus opera bona, Matth. 12. Luc. 8. Psal. 33. Antithesis deniq; ipsum arguit. Scortatio desecrat corp⁹: sequitur ergo, castimonia etiam corpus sanctificari. Nonne qui scortatur, in proprium corpus peccat? 1. Cor. 6. Quare apostoli scortationem potissimum prohibuerunt, nisi q etiā corpus cum anima prophanari viderunt? Sanctificari interne animam per fidem, catholicon esse fatemur: verū oportet & corpus omni disciplina domino Deo dedicari, 1. Cor. 7. Huc pertinet quod hic sequitur: Vt sciat vnusquisq; vestrum vas suum possidere in sanctificatiōe & honore. Nisi forte fatalis quædā noua glossula, vas saltē referat ad animam. Ambrosius, Theophylactus, & alij catholici, vas de corpore accipientes, pro se habēt loca scripturæ non pauca, ꝑsertim Rom. 9. item 2. Tim. 2. Accedit q 1. Cor. 6. corpora nostra vocantur templum spiritus sancti. Ro. 6. vult ea arma iustitiæ fieri. 1. Co. 11. prohibet, ne corpus coinquinemus. Noui apostolastri, veri apostatæ, ducturientes, & contra dominum lenocinia prætextu nuptiarum meditantes, suū scelus vt tegerēt, sanctificationem hic fidei saltem intelligunt, non virtutem idiomatū, neq; sensum attendentes communem: sed suo cerebello fatali necessitate fidentes, carni suę & desiderijs omnibus carnalibus inseruientes, homines molles & effœminati. Nos hic vel literæ acquiescimus apostolicæ. Triumphamus vero serio de hęreticis, q à nobis vniuersos sanctos stare videam⁹. Apostolus vult, vt quisq; suū vas, hoc est, etiam ipsum corpus, iuxtà atq; animam, in sanctificatiōe possideat. Etiam in honore. Quid vero hoc? Viduitas honoranda, magis vero virginitas. Corpus suū nemo honore maiori affecerit, quàm si castū seruauerit. Baptizatus in Christo virginis filio, virgini Christo est incorporatus: heu mihi, quantum ergo facinus, tale corpus immunditia coinquinare? Christianus omnis, & sacerdos est & rex: chrismate ergo vngitur, ad tale mysteriū exprimendum. O magnum sacramentū Christi & ecclesię. Christo & corpore & mēte placere studerem⁹. Nequ sed pathici hoc præstare nequeunt. Nequitię carnis quo plus indulgeas, hoc nequior fit. Nō intellige hic pathos rhetorum, Coloss. 3. sed passiōes carnis, titillatiōes nequitiarum corporis, quas nō sentiunt ... Vetat verecundia plus hac de re eloq. ...

Sāctificatio nō ptinet saltē ad interiorē hominem.

ethnicorū valent poetæ, qui turpia ea absq; fronte & ore exprimunt. Nos huiusmodi exempla prohibemur imitari, Mat.6. Vita ethnicorum vides descripta Ro.1. Colloquia praua mores prauos faciunt. Ethnicos dicit Apostolus suis indulgere passionibus, nos contrà in camo & freno disciplinarum easdem cohibere admonemur. Illi non adeo culpabiles sunt, quia Deum nescierunt. nostrum omniū grauissimum est crimen, qui in tanta luce opera tenebrarū designamus.

Et ne quis supgrediatur, necꝙ circunueniat in negocio fratrem suū.

Ad rem familiarem iam redit: suprà de religione formādā egit. Potentes sunt crabrones, telas araneorum perrumpētes. Accipitres & miluij, quibus rete non tēditur, hoc est, nobilitati & potentes, ius omne quo iure quaque iniuria perrumpunt. Ciues ditiores chamæleontes, semper hianti sunt ore: immo infernus sunt, qui nunquā dicunt, Saturi sumus: hoc est, quo ditiores sunt, hoc ad opes congregandas sunt magis soliciti, vsqueadeo, vt neque æquitatis, neque iustitiæ, vt de clementia taceam, vllam rationem habeant. Hoc ipsum Apostolus hic vocat pleonectin. Sed quale hoc est crimen? quæ nos manet pœna, qui non modo superiorum seculorum ethnicos, verum etiam huius tempestatis Turcas & oēs barbaros crudelitate superamus? Quid ēm (per Deum oro) & chorum & forum meditari censeas, nisi aureos montes?

Propter habere petit repetitꝙ; altare sacerdos.

Aes cuprium, Missa cupria. Potentes calumniæ non solum decent, sed & vnice nobilitant. Diues auaritia quoq; sua spectabilior efficitur. Circunspecti & prudentes, fordes & rerum voragines habētur. Quàm hi mores ad Christum non faciant, vel inde fit clarum, ꝙ & satanæ ingenium referunt, & eius nomen sortiuntur. Dis et Pluto tam diabolus, quàm diuites vocantur: idꝙ; non vane. Vnum siquidem vtrorunq; est ingenium. Pleonecticus, hoc est, auarus, cupidus, calumniosus, insaturabilis est satanas: hoc suum est ingenium, vt quo plus rapit, plus sitiat atq; esuriat. Conuenit inter satanan & huius mundi deos. vtrique eodem vocantur nomine, vnum vtrisque paratum est regnum. Pleonexia etiam alibi in scriptura canonica significat auaritiam, nempe Lucę XII. Rom.1.2.Cor.IX. Chrysostomus & Theophylactus intelligunt etiā Pleonexian de adulterio, quod nihil est nisi (vt Sapiens ait) mentis egestas. Ambrosius duplicitatem animi intelligit, monēs vt candide cum proximo agamus in omī negocio. Sedulius tum de philargyria tum de mœchia atq; furtis intelligit. Lyranus de sordibus atq; de auri sacra fame saltem accipit. Ipsum hic imitati sumus. Suprà vbi Apostolus de vase ait, etiam pleriq; de adulterio Apostolum dicere arbitrantur.

Quoniam vindex est domin⁹ de his omnibus, sicut prædiximus vobis, & testificati sumus.

Suprà precabatur, nunc minatur. Attende, nihil esse solum credere. Vana spes eorum, qui soli nituntur fidei, nisi sit catholica. Quæ vero catholica est, ea primum pura est ab omni hæresi: secundo est sedula in bono opere, credens Deum retributorem omnium bonorum. Sic accedendū ad Deum, teste Apostolo. Qui bona egerūt, ibūt in vitam æternam: qui vero mala, in ignē æternum. Hæc est fides catholica: hæc sola, exclusis omnibus hæresibus & ignauia pseudochristianorum, iustificat & saluat. (Fides catholica sola saluat.) Cæterum tam hęretici noui euangelici fratres, quàm infideles & impij omnes, Tartarij ignis fomētum sunt, grauius subituri iudicium, quàm illi qui aliàs bene operari neglexerunt. Minus enim peccat, qui peccatum non excusat. Excusant, qui Deum saltem redemptorem, & non vltorem, docēt. Prophera Nahum, Deum quoq; Hebraice vocat Nokem, hoc est, vindicem peccatores districtissime condemnantem, non saluantem. Populū suum saluat quidem à peccatis: sed Dei non sunt populus, non absistentes à peccatis. Aliud est peccator, aliud peccati vltor pœnitens. Breuiter: ethnicis infideliores sunt, de iudicio Dei male sentientes Christiani. Act.28. vides ethnicos nō nihil de ira Dei, qua in peccata animaduertit, nouisse. Quid ergo attinet, nouo euangelio solius iustificantis fidei, iudicium hoc Christi, quo laudat bene operātes, & cōdemnat peccaminosos, obnubilare?

Non enim vocauit nos Deus in immūditiam, sed in sanctificationē.

Qui sanct⁹ est, sanctificetur adhuc. Qui lotus est, non habet opus nisi vt pedes lauet. Nemo dicat: Credo, & baptizat⁹ sum: peccatum mihi non imputabitur: hoc siquidem nihil aliud est dicere, quàm: Quanto peccata abundant, tanto etiam abundat gratia. Quorum damnatio iusta est. Nō sic impij, non sic. Neque enim gratiam in vanum recipi conuenit. Expurgandum subin vetus fermentum. Hæc nostra est vocatio. Estote sancti, ait, quoniam & ego sanctus sum, Leuitici decimonono, primæ Pe

Sanctificationis modus.

tr i primo. Foras canes, adulteri, venefici. Nihil iustitiæ & iniquitati. Nulla conuentio Belial & Christo. Modum sanctificationis ex præmissis facile conficies. Nota sunt præcepta, quæ nobis data sunt. Abstinendum à fornicatione, hoc est, absistendum male facere. Dein sciat quisq;, vt suum vas possideat in sanctificatione: Hoc est, bene operandum nobis est omnibus. Sic certiorem faciemus nostram vocationem, 2. Petri primo. De vocatione ea vide 1. Corin. 2. Timoth. 1. Hebræ. 13. 1. Pet. 3. Iterum verbis Pauli, ad claudendam præsentem homiliam goriam, obtestor vos fratres, cauete hæreticos. auscultate quid Ephe. quarto dicat Apostolus: Admoneo, vt ambuletis sicut oportet & conuenit vocationi, qua vocati estis. Adnuat nobis hoc, sine quo nihil possumus, dominus Deus, Amen.

DOMINICA III. QVADRAGESIMAE, Epistola Ephe. V.



ESTOTE imitatores Dei, sicut filij charissimi, & ambulate in dilectione, sicut & Christus dilexit nos, & tradidit semetipsum pro nobis oblationem & hostiam Deo, in odorem suauitatis. Fornicatio autem & omnis immunditia, aut auaritia, nec nominetur in vobis, sicut decet sanctos, aut turpitudo, aut stultiloquium, aut scurrilitas, quæ ad rem non pertinent, sed magis gratiarum actio. Hoc enim scitote intelligentes, quòd omnis fornicator, aut immundus, aut auarus, quod est idolorum seruitus, non habet hæreditatem in regno Christi & Dei. Nemo vos seducat inanibus verbis. Propter hoc enim venit ira Dei in filios diffidentiæ. Nolite ergo effici participes eorum. Eratis enim aliquando tenebræ, nunc autem lux in domino. Vt filij lucis ambulate. Fructus enim lucis in omni bonitate, & iustitia, & veritate.

PRAEFATIO.



TEmpore eo, quo Apl'us præsentem scripsit epistolã, Romæ in carcere detinebat: q̃d vides tertio cap. Tametsi tres annos antea in Epheso (q̃ Asiæ metropolis est, cui' ciues Ephesij vocantur) Christi fidẽ tradidisset, atq; magna virtute philosophorum argutias confutasset, restabat tamen hoc, vt fideles ad sectanda opera bona inuitaret, & quodammodo vrgeret. Vide boni pastoris ingeniũ, qui ne in neruo quidem ouium suæ curæ commissarum potuit obliuisci. Atque hoc est, quod dicit sibi incumbere curam omnium ecclesiarum, secundæ Corinthiorum vndecimo. Qua sedulitate Ephesios Christum docuerit, vides Actorum decimooctauo, decimonono, vicesimo, primæ Corinthiorum decimosexto. Lectio præsens, vnà cum superioribus, quibus ad bona opera tum promissionibus meritorum, tum ira iudicis, in ociosos & maleuolos seueriter animaduertentis compellimur, olim grata fuit & iucunda auditu. Nunc cum nouum euangeliũ vndiq;, solius fidei iustificãtis, grassetur, apparet lectio hæc esse superuacanea atq; papistica. Dicet Magistellus quispiam bilingnis, homo sophista:

Hanc quondam veteres pulchram dixere figuram.

Sic liquido quisque videt, Christi & æternæ ecclesia quantum discreper à noua nouorum euangelicorũ. Hęc nihil nisi solã, solam, solamq; fidem prodit: opera bona penitus caminosa, iustificandi virture carentia, atq; adeo ociosa, identidem tradit. Illa in nullare adeo fuit solicita, quàm vt spe mercedis & timore pœnæ nos ad bonos mores cogeret. Sectio esto: Primo hortatur Apostolus, vt induamus Christi conuersationem. Secundo admonet, vt potissimum scortationis vitium vitemus, ethnicis peculiarissimum. Tertio hortatur, ne hæreticorum nænijs, bonis operibus suam virtutem denegantibus, aures accommodemus.

TEXTVS.

Estote imitatores Dei, sicut filij charissimi.

PO-

POSTILLA.

Cohæret conclusioni capitis quarti, vbi ait: Sicut vobis dimisit pater cœlestis, & vos dimittite. Iam qui fratri errata remittit, Deum imitatur. Dei siquidem est proprium, parcere. Oratio dominica nos eius loci satis erudit. Insuper & præcepta Christi Matt. VI. & XVIII. locū hunc satis elucidant. Apud Lucam sic ait cap. decimoseptimo: Si peccauerit in te frater tu?, argue eum: si resipuerit, dimitte illi. Etiā si interdiu septies in te peccauerit, & toties veniam postulauerit, dimitte illi. Cæteræ & imitatores Dei esse debemus in alijs virtutibus diuinis, nempe misericordia, Luc. VI. sanctimōia, Leuit. XIX. primæ Petri primo. pace, Matth. V. vbi pacifici vocantur filij Dei. Nihil hic Apostolus indecens nobis præscribit: æquum postulat. Natura patrē sequitur sua proles. Quod si hoc facit natura, quid non faciat gratia, hoc est, natiuitas ea spiritualis? Sperma illic putidum suam virtutem habeat, & hic gratia fiet inefficax & vana? Quicunq; baptizamur, nonne per spiritum sanctum, iuxtà atque per aquam, baptizamur, Ioan. tertio, Tit. tertio? Nonne semini immarcescibili hoc ipsum Petrus acceptum refert, primæ capit. primo? Quod si filios Deo ecclesia per sacramenta & verbum genuit, quare non instamus Dei esse imitatores? quàm timeo, ne in nos quoque dictum sit Ioann. octauo, Vos filij estis diaboli, mendacis & liuidi, mendacij & æmulationis parentis? Dicis: Exemplum Dei altius est, quàm vt adsequi id possim. Da mihi exemplum humanum, humanis viribus par. Bona verba. Non iuberis Deum imitari in sapientia, in potentia, & hoc genus Dei maiestatis proprietatibus. Charitas, pax, & hoc genus alia, ad quæ etiam natura nos vocat, nobis præcipiuntur imitanda. Sed ecce tibi hominem, quē imiteris, do: nempe sanctum Paulum, qui & ipse ad suam imitationem te inuitat, primę Corint. quarto & vndecimo, Phil. tertio, secundæ Thessal. tertio. Sed & hæc imitandi via non arridet, quoniam ad opera bona, ad obedientiam & disciplinam istæc te vocat ęmulatio. Obijcis mihi hoc Christi: Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos. Recte. Iterum obijcis nobis loca, vbi se viam tibi regni cœlorum ostendit, Ioan. tertio, decimo, decimoquarto, &c. Bene. Sed iugum est & suum Christo. Dulce quoque hoc esse, inficias non imus. Suaue vero non est, nisi spiritu sancto plenis, quibus pax est omnis quod huic mundo est perniciosum. Via quoque Christus est, sed non solum ratione sacramenti incarnationis & passionis, quo te redemit, verum etiam nomine exempli, quod tibi sequendum commisit, & in quo iustificationis & salutis energiam tibi statuit. Matthæus itaque ait cap. decimonono: Si vis in vitā ingredi, serua mandata Dei. Et Marcus cap. decimo: Vade, et vende vniuersa quæ possides, da'q; ea pauperibus: veni, & sequere me, accepta in humeros cruce, & saluus eris. Similia etiam dicit apud Lucam cap. sexto: Quid vocatis me dominum, & non facitis quæ ego præscribo vobis? Iterum apud Ioānem cap. decimotertio: Beati eritis si hæc feceritis. Nec q; alia Apostolus docet Paul?. Audi ipsum Roma. octauo: Quod si liberi, & hæredes: hæredes quidem Dei, cohæredes autem Christi. modo compatiamur, vt etiam conglorificemur. Adstipulatur collegæ suo Paulo Petrus, secundæ cap. primo. Qui caret his, (puta opibus bonis) cęcus est & nihil videt. Item Ioannes: Qui dicit, noui eū, (intellige Christum) nec seruat eius mandata, mendax est, primę cap. secundo. Item Iacobus: Quid prodeit si quis dicat se habere fidem, opera vero bona non habeat? Nunquid fides eum saluare poterit, cap. secundo? Vide quid efficaciæ cum iustificationis tum salutis situ sit in exemplo Christi, quod nisi tibi vnice commendatum noris, atque sedulo sequaris, sacramentum incarnationis & passionis tibi nihil proderit: hoc est, in vanum gratiam Dei sumpseris. Sequeris Christū, Deum sequeris: quoniam Christus filius est Dei. Sequendo Deum, non erras, sed procul dubio ad beatitudinem pertinges. Non inficior, etiam fidē esse iter, iuxta hoc Hebr. *decimotertio: *Fidem sanctam sequimini. Atqui vide tu, an Apostolus ibi loquatur de sola fide, qualem noui euangelicastri tradunt, citra bona opera & ipsam charitatem iustificante & beante. Certum est, sine fide impossibile esse vt placeas Deo, Heb. vndecimo. Sed & idem dicit, Tria manere solida, certa, efficacia, puta ad iustificandum & ad beandum, Fidem, spem, & charitatē. Non vnū, non duo, sed tria hic vides. Denique & horum charitatem audis esse maiorē, primæ Corin. decimotertio. Adeo citra iustitiam ecclesiasticam eam, quæ in bonis versatur operibus, Matth. quinto, in regnum cœlorum perueniet nemo.

Exēplū q̄ q; suū habet iustificādi sacramentū, si imiteris.

Et ambulate in dilectione, sicut & Christus dilexit nos, & tradidit semetipsum pro nobis oblationem & hostiam Deo in odorem suauitatis.

Nō fides sola, sed & chari-

Quid, Deum sequi, sit, nūc porro Apostolus declarat. Non autem solam fidem eius

tas via ē pertingēdi ad Deū

eius sequelæ argumentum siue periculum nobis præbet, sed charitatem, præcipue vero indulgentiā, qua nos offendentibus errata & iniurias ex corde condonamus, nedum sufferimus. Charitatis siquidem gradus sunt: Primus, amare Deum ante omīa, Mat. vicesimosecundo. Secundus, fratrem amare tanquā seipsum, 1. Ioā. quarto. Tertius, etiam hostem, tanquam fratrem, propter Deum, Lucæ sexto. Religionis hic est cardo. Ethnici virtutes quatuor hic commenti sunt. Sapiētia diuina sermonem abbreuiatum in terra faciens, omnem disciplinam pietatis in sola dilectione finiuit. Hic sapientia, hic temperātia, hic fortitudo, hic iustitia, & quicquid vsquā est, quod vel ad cultum diuinum, vel ad honestam conuersationem facere possit, affatim cōprehenditur. Charitas siquidem præcepta seruat diuina, Ioan. XIIII. Rom. XIII. Galat. V. Apostolus, quo nobis cardinem eum Christianæ pietatis faciat cōmendatiorē, ipsum Sotera hic nobis exemplū proponit: simili consilio, quo & suprà ipsum patrem cœlestem nobis, quem imitemur, exemplum atq; instar ob oculos posuit. Sicut, inquit, & Christus tradidit semetipsum. Sensus est: Quid nos, qui puluis & vmbra, putredo & vermes sumus, dubitemus frater pro fratre mortem oppetere, cum summa maiestas se pro nobis adeo submiserit, vt naturam humanam assumere, nec eam impe riosam, sed officiosam atque seruilem, nostri gratia assumpserit, & mortem, eamq; crucis, pro nobis subire non dubitauerit? Eadem cogitatione armaremur. Eia fratres, qui fide Christi vel mediocri præditi estis, cogitate & perpendite, quæ humanæ conditionis sit vilitas, etiam ethnicis, quippe experientia, perspecta. Dein considerate, quanta ea sit maiestas, quæ se nobis submisit: & leue atque in procliui cuiuis erit hoc præstare, quod nos decet: nempe vicissim amare, alterutrum dimittere peccata &c. Certe qui hocce exemplo patris cœlestis & filij eius vnici non mouetur, sed fidei schemate insolescit, nec se ad imitationem exempli Christi adaptat, maiori supplicio gehennæ se dignum declarat. tantum abest vt sola fide, iustitiæ laude insignis, saluetur. Christi mors vt hostia & oblatio sit dicta, epistola ad Hebræos abunde exprimit, & officium Missæ hoc ipsum non obscure repræsentando declarat. Denique & nomina officij Missæ, tanta mysteria liquido explicant, Hagiasma, Sacrificium, Missa, Liturgia, Eucharistia, Synaxis, Agape, &c. Tanta est eius officij maiestas, vt ne repræsentationis quidem vox illi satisfaciat. Hoc dico, quatenus repræsentatio saltē importat significationem: quod Lutherani etiam huic sacro non denegāt. Sed profundius tanti sacri est mysteriū, & sanctius est munus, quo catholici vocabulum repræsentationis retulerūt, nempe significando realem relationem, præsentationem & (vt ita dicam) exhibitionē corporis Christi: quatenus Repræsento etiam significat, Jch stel zw entgegen. De hac exhibitione vide Dialogum Chrysostomi de dignitate sacerdotali, Damascenum, Ambrosium, & alios quoscunque patres, qui de Transsubstantiatione Eucharistias agūt. Adeo Missa non est solum contemplatiua exhibitio Christi, quod Lutherani somniāt: sed realis, qua fideles sacrum hoc rite celebrantes, passioni Christi, quantum ad effectum quisque pro se participat, hoc est, meritum Christi passi quisq; sibi vendicat atq; vsurpat. Oblatio istæc dicitur odor suauitatis, iuxta typum sacrificiorum Exod. xxix. Nume. xxviij. Ezech. xx. &c. Vides itaque Missam esse bonum opus, iuxta atque eleemosynam & alias disciplinas ecclesiæ. Apostolus Philip. IIII. vocat sacrificium acceptum atq; gratū, sed intelligit eleemosynā fidelium. Cæterum omīa opera bona, oratio, ieiunium, & quidquid id est virtutum & disciplinarum catholicarum ecclesię, vocantur item sacrificium passim in scriptura. Grata hæc Deo patri sunt omīa, sed in Christo. Neque nim ea quæ in lege offerebantur, per se dicebantur odor gratus Deo, sed respectu rei signatæ Christi mortis. Loco illorum nunc sunt succenturiata sacrificia nostræ latriæ, hyperduliæ, & duliæ, quę vnice nunc quoque in Christo Deo patri sunt odor suauitatis, loco sacrificiorum legis, quæ nunc sunt abominatio, Amos quinto, Esaiæ 66. Cessauit siquidem & euanuit vmbra corpore præsenti.

Charitatis grad'.

Charitatis præceptū omēs virtutes cōplectit

Charitatis exemplū Chrs ipse, item pater cœlestis.

Missæ grādia & infinita sunt mysteria.

Fornicatio autem & omnis immūditia aut auaritia, nec nominetur in vobis, sicut decet sanctos.

Fideles simul atq; ad prę standum bonū admonuit, etiā conatur eos à malo abstrahere atq; absterrere: vsq; adeo illis ethnicorum vetās malos mores, vt etiam nolit eo rum eloquio exprimi. Scitū est illud ex Menandro: Colloquia praua corrumpunt mores bonos, I. Cor. XV. Minus immunditiarū haberemus in ecclesia, si etiam minus esset turpium colloquiorū. Obserua, quàm spiritui Dei displiceant vitia auaritiæ & scortationis, vt etiam Apostolus voluerit eorum prohibere cōmemorationē. Sed eheu arx & frugalitatis & castimonię est plane expugnata. Regnat Dis seu Pluto in terrarū orbe, Cereris filia huic idolo seruit. capit cū

tributum de omī alimonia, humano generi, ad sumendū cum gratiarū actione, concessa. Tot vsurarij, tot propolæ, tot telonearij, tot portitores, tot sunt denique exactores, vt miseri agricolæ laborum suorum fructu vti non possint, nisi eos primū carissime decies propemodū emant. Sic & Cupido totum mundum sub iugum misit, vt crassissima vitia sacrilegij hodie & lenocinij, præcipue religionis sibi speciē emereātur. Nihil scortatio hodie ęstimatur, quāq̄ euangelici fratres sibi ex eius vitij condēnatióe placeant immodici. Nam q ferunt polygamiā, iā certe scortationē immunē peccati nō modo habent, sed & iustificāt. Obserua, sub noīe Omnis immunditiæ, Apostolū speciē fornicationis omnē hic cōplecti. Et qui minimā speciē adeo abominat, certe maiores omēs, sacrilegiū, & hoc genus vnà execratur. Immunditiæ vocabulū sic etiā accipitur Ro.1. Coloss.3. 1.Thessa.4. 2.Pet.2. Cōtrà scortatiōis vitiū vide qd scriptura canonica agat Deuterō.23. Oseæ 4. Matth.15. Roma.1. 1.Cor.5.6. 1.Thessa.4. Acto.15. Contra auaritiā vides plura itidē literis cōmissa, Exodi decimooctauo, Esaię quinquagesimosexto, 57. Hieremiæ 22. Ezechie.20. Lucæ 12. Sequitur: Quod decet sanctos. Sāctos domini decet sanctitudo in longitudine dierum. Huius seculi mācipia oēs nobilitię et philosophastri summopere student, vt suo ordine digna vsque faciant: quāto magis debēt ij, q Christi cēsentur nomine, se ita gerere, ne tantam religionem apud infideles faciāt male audire? Apostolus vult, præpon siue decorum hoc, verbis præsentibus nobis cōmendatum vsq; adeo, vt etiam nolit saltem in verbis aliquid turpe effutire. Qui custodit os, custodit animā, ait Sapiens. Apostolus etiam præcipue decentes vult esse mulieres, atq; id merito. Dicunt enim ethnici, mulierē garrulam monstri loco habendam. Turpiloquam vix credo in ethnicis inuentam, quippe qui loquaces adeo sint detestati. Vide primæ Timothæi secundo, Apostolum velle, nostrates se gerere vt decet sanctos. Item Tit. secundo monet, vt doceamus ea quę salutari cōueniunt doctrinæ. Christianus huic decoro studeat. de Fabij decoro viderint rhetoricastri.

Aut turpitudo, aut stultiloquium, aut scurrilitas, quæ ad rem non pertinent, sed magis gratiarum actio.

In præcedenti facta inhonesta, nunc colloquia obscœna, immo etiā vrbana prohibet. Sunt qui dicunt cum Ouidio & Martiali:

Lasciua est nobis pagina, vita proba.

Se satis arbitrātur religiosos, si vitam nullo crasso vitio contaminarint. Sed linguam quoq; refrenandam monet Iacobus, dicēs præcipue hic versari religionem. Sed heu vsq; adeo libido quiduis effutiendi in ecclesia popularis est facta, vt ne quidem cathedra & altaria à vaniloquio, immo etiam turpiloquio, sint immunia. Theologi qui esse debebant, veri sunt morologi, immo etiam mori, Romanorum primo. Ad morologiam (quoniā sic vocat apostolus Paulus, non curans, ethnici philosophiam vocarint nec ne) etiam pertinet mathesis genethliacorum, quam etiam vides condemnari Hieremiæ decimo. Denique etiam hic damnatur vrbanitas, cui plerique studentes, fiunt plane inurbani. Sunt autem qui Pogium illum Paulo pręferunt, nescio cuius Papæ sacellanū, collegæ Petri. O tempora, o mores, o Deum atque hominum fidem. Vrbanitas est, quam Gręci vocant gelotopœan, qua parasitastri student hominibus mouere risum, neque temporis, neq; loci, neque personarum rationem habentes, sine omī ore & Dei timore, cōtra & religionis & honestatis decentiam. Quid hi infacetissimi homines aliud Christon sibi ꝓmittunt, quàm, sibi similē, vaniloquum: quippe qui ociose dixerit, nos de omni verbo ocioso reddituros rationem, Matthæi duodecimo? Apostol⁹ audiatur, Magistro suo subscribens. Quæ non, ait, ad rem pertinent. Quasi dicat, Quod si omnino aliqd dicere iuuat, nec libet digito labellum comprimere, Harpocratē agendo, agedum loquere, sed ea quæ nō ad risum & vana gaudia faciunt, sed ad rem, puta fidei. Flebitis, qui nunc ridetis, ait Christus Lucæ sexto. Risus vester in luctum cōuertetur, dicit Iacobus capite quarto. Flebunt item & lamētabuntur æterne, quibus præcipuum est studium risus mouere. Cathecon (hoc est, decens & honestum) ergo loquamur: ea quæ ad ædificationē pertinent, meditemur. Romanor. primo, eadem vtitur dictiōe. Quale vero putemus hoc esse cathecon? audiatur Apostolus porro. Sed magis gratiarum actio. Semper laus eius in ore meo, Laudate dominum semper, ait Propheta. Ecce tibi hoc ipsum est decens. Vulgus, si Deus volet, Christianorum, statim vbi extra sacram ædem aliquod ædificatorium verbum audiuerit aliquem profari, ait: Qui concionari vult, in ædem sacram se recipiat. in compitis, in foro, in conuiuijs, in aula, talia locum nō habent. Hic aut bibatur, aut cedatur. Sic vides rarā esse ecclesiā veram. Qui ecclesiastici sunt, etiam extra sacram

Mathesis & philosophia superstitiosa dānatur.

vrbanitas quatenus ociosa fidelibus ē ꝓhibita, nedū turpitudo.

ædem identidẽ glorificant Deũ,teste Esaia 51.vbi vaticinatur de ecclesia, nempe in ea Dei laudem semper inueniendam. Nouis euangelicastris etiã graue est, ꝙ in templo preces canonicę cantantur,certo argumento,ꝙ ab ecclesia sunt alienissimi.Sua Christus incarnatiõe & passione *sua *laude infrenauit: superat em̃ redemptiõis istęc gr̃a oẽm nostrã laudẽ, Ephe.1.2.3. Itidẽ idem Ap̃lus vult, oĩa nostra colloquia condita sale, Col. 4. hoc est,qm̃ nos sapientiæ sale imbuti sumus, par est, vt in omi colloquio eius salis acrimonia renideat.

Hoc enim scitote intelligentes, ꝙ om̃is fornicator,aut immundus, aut auarus,quod est idolorum seruitus, non habet hæreditatẽ in regno Christi & Dei.

Vehemens hic sermo,qui quẽ non moueat,cor supra adamanta omnẽ durum habet.Simili vehementia à regno cœloꝝ arcet prophanos, nempe auaros & molles, 1.Cor.5.Gal.5.Vbi iam latitant noui Euangelicastri, qui clamitant nihil ecclesiasticũ hominẽ dãnare,nisi infidelitatẽ:nec beatificare aliqd, nisi fidẽ? Itẽ,vbi fides adsit, tũ ibi beatitudinẽ nunq̃ defore, sine respectu opeꝝ bonoꝝ,tum flagitioꝝ.Nisi forte auaritia & furta,peccata non sint: & nisi condemnatus non sit putandus, qui regnum Dei non hæreditat. Possumus etiam hinc colligere,concubinatum & simoniam clericorum grauissimi esse criminis,ꝙ puritate & pauptate inclarescere, & laicis exemplũ,q̃d imitarent,castimonię & frugalitatis esse debent. Væ nõ solum concubinarijs & simoniacis,sed & oĩbus scriptoribus & cõcionatoribus,episcopis & ecclesiæ quibuscunque rectoribus, tanta vitia vel dissimulantibus, vel tegentibus. Non sunt spirituales qui hæc committunt, sed carnales, 1.Corinth.3.Quoniam secundum carnem viuunt,peribũt,Romañ. octauo. Obserua hic Apostolum auaritiã & idololatriæ crimen conferre. Idololatriam vides summum esse peccatum,Exodi vicesimo, Deuteronomij quinto.Iam collige, quàm non conueniat ad Christi regnum ardor habendi.Deus Mammon,plane Deo Israel,Deo patri domini nostri Iesu Christi, est cõtrarius,Matthæi qnto,Lucæ sexto. Poetæ vocant reginam.

Infidelitas sola nõ dãnat, nec sola saluat fides ecclesiasticos.

Auaritia est idololatria.

Et genus & formã regina pecunia donat, ait quidam. Dicitur autẽ regina, ꝙ illi oĩa obsecundent,Ecclesiastici decimo.Vel iuxta hebraicum,quæ omnia vorat,oĩa occupat atque inuadit,Alles ein nympt.Contrã Deus Israel bonus oĩbus,Christus pauper, om̃es ditans.Sequitur:In regno Christi & Dei.Nemo auarus & nemo scortator, in regno Christi & Dei habet partem, vt suprà dictũ est. Sed quare dicit Christi & Dei?Et,interpretantis est adiectio,quasi dicat:Christi qui est Deus.Quod sic Apostolus adiecit cõtra futuras hæreses, quę Christi deitati ausæ sunt derogare. De hæreditate cœlesti istac, audistis suprà lectionem Galat. quarto.

Nemo vos seducat inanibus verbis. Propter hæc enim venit ira Dei in filios diffidentiæ.

Hæreses,quas futuras nouit,hic ferit.Et quis nõ videat Aetianum, bonoꝝ operum hostem, hic confutari?Docuit ille solam fidem saluare,credẽti nullum peccatũ imputari &c. Nostrates euangelicastri cum hodie eadem doceant,nõne & hoc loco cum suo Aetio & Eunomio damnantur?Iouinianistæ itẽ hic cõfutant.Iouinianus,extitius monachus siue apostata, vt infamiæ suæ fucum imponeret,meritum nuptiarũ virginitatis aureolæ æquauit: ieiunantes præ comedentibus aliquid præmij manere in regno cœlorum,negauit. Faciunt & hoc noui Iouinianistæ,bis perfidi homines,ecclesiæ hostes,Iouinianistis priscis peiores, ꝗppe qui ausi sint toties damnatã hæresin excitare. Habere sibi videntur pro se loca Roma.8.Diligentibus Deũ om̃ia cooperantur in bonũ, Tit.1.Mundis oĩa munda.Viderint an Deũ diligat, qui ecclesiã contẽnit. Viderint vt se de munditia iactet, q non solũ in carnalibus implicitus est vitijs,sed & ea q̃q; iustificat.Cenologia,est nõ theologia, peccata extenuare. Cenologi,non theologi,habẽdi,q cum Chr̃o & Ap̃lis virtuti sua p̃mia nõ semp maximi faciũt. Sunt & in ecclesia falsi catholici, cũ ex clero,tũ ex laicis. Prouerbia eoꝝ extant hæc iritã: Diabolus adeo teter nõ est,atq; pingit.Infernus nõ adeo, vt fert, feruet &c. Audiamus nos Ap̃lm:Propter hæc,inqt,ira Dei venit in filios diffidentiæ.Nemo sibi blandiat,nemo se decipiat:nõ impune peccatur.Filios diffidentiæ,vocat filios inobedientiæ. Baptizati sunt,Christũ didicerũt, hactenus se absolutos credunt Chr̃ianos, Matris ecclesiæ disciplinas rident, exempla Chr̃i & diuoꝝ ociosa & inefficacia esse arbitrantur, iræ Dei destinati,quẽadmodũ om̃e salij retro tẽpoꝝ impij, à Cain vsq; ad Iudã Scariothidẽ Chr̃i ꝓditorẽ, Simonẽ Magum, Ananiã cũ vxore Saphira,Nicolaum diaconum,& hoc genus omnes alios.

Nolite ergo effici participes eorum. Eratis enim aliquando tenebræ, nũc

autem lux in domino. Vt filij lucis ambulate. Fructus em̃ lucis in omni bonitate, & iustitia, & veritate.

Docet fideliter atque prǣmonet instanter, vt nobis rite prospiciamus, vt nobis bene consulamus. Similis præmonitio fine doctrina, quam auisationem vocant, legitur item 1. Corinth. 10. Sensus est: exempla perditionis nolite imitari: nam si ea secuti fueritis, similiter cum impijs peribitis. Olim fuistis tenebræ: si tunc in perditionis abyssum fuissetis prolapsi, minus damnaremini. Nunc cum in lucem tantam sitis vocati, culpa vestra ter maxima erit, si tenebrarum opera designare pſtiteritis. De tenebris suprà egit capite quarto. De operibus tenebrarum agit Romañ. 13. Christus quoq; ea retexuit Ioannis tertio. Christus qui vita nostra est, idē & lux est hominum non sacramento solum, verumetiam exemplo. Nihil itaq; proderit tibi sacramentū, nisi imiteris & exemplum. Vt tibi lux possit prodesse, si in tenebris perpetuo delitescas? Audiamus Apostolum 1. Thess. 5. Fratres, ne sitis tenebrarū, sed filij estote lucis & diei. Iterū: Nos q diei sum⁹, sobrij simus, induti thoracem fidei in charitate, galea armati spei ad salutem. Filiorum quoque lucis dominus ipse meminit Lucæ decimosexto. Christus qui vera lux est & vita, nobis, quos ad admirabile lumen vitæ (hoc est, ad suam gratiā) vocauit, det, ne in vanum gratiam eam receperimus. Amen.

DOMINICA IIII. QVADRAGESIMAE,

Epistola Ephe. quarto.



Criptum est enim, quoniam Abrahā duos filios habuit, vnum de ancilla, & vnum de libera. Sed qui de ancilla, secundum carnem natus est: qui autem de libera, per repromissionem. quæ sunt per allegoriam dicta. Hæc enim sunt duo testamenta, vnum quidem in monte Sina, in seruitutem generans, quæ est Agar. Sina enim mons est in Arabia, qui coniunctus est ei, quæ nunc est Hierusalem, & seruit cum filijs suis. Illa autem quæ sursum est Hierusalem, libera est, quæ est mater nostra, sicut scriptum est: Lætare sterilis quæ non paris, erumpe & clama quæ non parturis, quia multi filij desertæ magis, quàm eius quæ habet virum. Nos autem fratres, secundum Isaac promissionis filij sumus. Sed quomodo tunc is, qui secundum carnem natus fuerat, persequebatur eum, qui secundum spiritum, ita & nunc. Sed quid dicit scriptura? Eijce ancillam & filium eius: non enim hæres erit filius ancillæ, cum filio liberæ. Itaque fratres non sumus ancillæ filij, sed liberæ: qua libertate Christus nos liberauit.

PRAEFATIO.



Alatæ à pseudoapostolis seducti, eo erroris puenerunt, vt putarent totam legē Mosis etiam in ecclesia obseruandam, quasi citra obseruantiam eam saluari nemo possit. Hos pseudoapostolos doctori gentiū multū negocij fecisse, ex hac epistola apparet. Apostolus itidem & Galatas vehementer arguit, Galatas veros, hoc est, iuxta nominis proprietatem stultos eos vocans. Nos quoq; simili schemate eos q euāgelion legē impfectā, & Mosaicis obseruatiōibus ritibusq; op⁹ habere dicūt, nō Christianos vocamus, sed Iudæochrianos: q̄d nomē in stultos eos Galatas nō inepte dixero: qui alioqui non Græci, sed Gallogræci, compositæ figuræ vocabulo, vocabantur. Breuiter: lex propter imperfectionem est abrogata, subrogatum est illi euangelium, lex perfectæ libertatis, qua saluantur fideles omnes per fidem catholicam, citra opera legis: quod præsens epistolæ lectio liquido ostēdit. Rogas, quo consilio sancta mater ecclesia præsentē lectionē nobis hodie ꝑponat? Respōdeo, In ꝑcedentibus lectiōibus postquā nos ad bona opa sedulo est exhortata: præsertim postq̄ in sexta & septima præteritæ hebdomadæ, lectiones nobis legendas exhibuerit, quibus contemptores legis maximo supplicio digni declarātur: iam, ne quis credat etiam fideles ecclesiæ filios ad legales ritus omnes esse obstrictos, præsentem lectionem, de libertate ecclesiæ præmissis subdit, vt inde quisq;, quatenus

ri Iudæochriani.

nus legi deuincti, & quatenus eius oneribus liberi simus, discat. Sectio esto: Primo typum legalē ponit, dein ipsum exponit. Apostolum nunc audiamus.

TEXTVS.

Scriptum est enim, quoniā Abraham duos filios habuit, vnum de ancilla, & vnum de libera.

POSTILLA.

Dicite qui sub lege esse vultis stulti Galatæ, nunquid legem legistis? Nonne Bresith siue primus liber Mosis, cap. 15.16.17.18.21. Abrahamum bigamum describit, atque eundem duos filios habuisse testatur, alterū de dña atq; matrefamiliás, alterū de ancilla? Historiæ litera per se difficilis intellectu non est: simplicissimo siquidem charactere est conscripta. Sed sensum quotusquisq; vestrum allegoricum est assecutus? Hic allegoria requirenda, sine qua præsens litera præsentissime occidit. Hactenus Apostolum loquentem introduximus. Nunc literam videamus, mortem intentantē. Abraham duas vxores habuit, maximus omnium patriarcharum. Dauid plures habuit vxores & concubinas, prophetarum summus. Hic qui literā saltem respicit, polygamiæ exemplum addiscit. Satanas hic carnalibus reprobū sensum inspirat. Sic olim Porphyrius, Apelles, Iulianus, Demetrius, Symmachus, Celsus & alij, patriarcharum vitas atque adeo etiam totam legem perperam intellexerunt, & in suam perniciem infeliciter quoquo detorserūt. Hodie quoque Canes & Porci noui euangelij, errandi præsentem hic ansam arripiunt, ac potissimum Rex nouæ Sionis,

Allegorias scriptura nonnūquam requirit.

Van der Goeß krecht vnd mecht,

execrabilis memoriæ, q nihil regale designauit, nisi q sacrilego auro caput infaustū coronauit, purpura scelerata corp⁹ nefastū ornauit, & post omne genus tyrannidis, etiam quotquot libuit virgines vitiauit, viduasq; incestauit. Nouæ Sionis regis æmuli & patres noui euangelistæ, polygamiam asserunt, idq; non exemplis perniciosis solum, sed & libellis diris. Vide pie lector, num vnquam tanta diligentia de Abrahæ obedientia, & de eiusdem tot virtutibus, aliquid memoriæ tradiderunt, atque hoc exemplum polygamiæ sunt prosequuti. Obseruabis hic contra pestilentissimam nouorum apostolorum doctrinam, patriarchas plures vxores duxisse, vxoribus itidem liberis ancillas superduxisse, verū ante legem. Dein obserua, legem carnalem propter duritiam populi rudis, libellum repudij permisisse. Tertio attende, patriarchas

Polygamiam noui Apostolastri asserunt.

Polygamiæ q̄re p̄triarchæ indulserint.

sub legem necessario quodammodo & religiose vxoribus ducendis indulsisse. Videbant totum mundum idololatria plenum, Deum verum colentes filios Dei, esse rarissimos: ne ergo cultus verus deficeret, duxerunt plures vxores, non libidinis vitio, sed religioso plane animo. Probandi itaq; patriarchæ, sed non probandi præfracti illi Iudæi, quibus Moses repudij libellum coactus permisit. Denique in nuptijs patriarcharum necessarijs, atque ijsdem religiosis, typus nobis profuturus, erat immittendus atque inuoluendus. Figuræ eius significatio nobis hodie in luce euangelica requirenda: litera mortificans, relinquenda: neque item lex, vbi Moses crassos Iudęos lege soluit, atque gratiam fecit, noui legislatoris Christi, quem & Moses audiri vult, præscriptionibus præferenda est, Matthæi 5.19. Marc.10.12.&c.

Sed qui de ancilla, secundum carnem natus est: qui autem de libera, per repromissionem.

Allegoriæ hic præludit. Primogenitus Abrahæ secundum carnem est natus, hoc est, naturali ritu, non aliter atque etiam alij hominum filij in lucē eduntur. Abraham tum ætatis erat integræ vir, gignendis liberis aptus, robustus, efficax, &c. Verna itidē Agar, puella erat viripotens. Ismael itaque quantum ad naturæ siue (vt cum Apostolo loquar) carnis legem atque rationem pertinet, naturaliter siue carnaliter est ortus. Contrà Sara, etiā tum iuuentæ adhuc propior, sterilis erat: cui infœcundæ tandem & decrepitæ adeo, vt etiam muliebria illi deficerent siue cessarent, facta est promissio: tum, inquam, cum & ipse Abraham iam factus esset capularis siue silicernium, debilis omnino & ad gignendum plane inefficax, Genesis decimooctauo, Anus hæc inutilis annis, infœcunda item, & oībus modis ad concipiendum inaccommodata, maritum semimortuum & exoletum, promissa prole fecit parentem, idq; contra naturā: vnde Isaac proprie nō carnis, sed promissionis dicitur & reuera est filius. Nam vt ille naturæ ratione satus est, ita hic contra omnem naturæ legē ortus est, virtute promissionis Abrahamo & Saræ factæ. Miraculum hoc diuinæ potentię idem Apostolus graphice prosequitur Romanorum quarto. Nos quoque sic dicere possumus natos esse, Samsonem Iudic.13. Samuelem primi Regū primo, & secundo, Ioannem filiū Zachariæ, Lucæ primo, & hoc genus alios.

Quæ sunt per allegoriam dicta.

Q.D. Non ab re hæc ita diuina voluit per-

peragi potentia, neq; ociose aut perperam sunt scripta. Si solam literam spectes, aut ociose aut perniciose res gesta memoratæ prodita erit. Illic vanitas inest, quoniam Abraham, Agar, Sara & Isaac, olim fabula sunt facti. Hic polygamiæ occasio & ansa subest, latitatq;. Scripturam itaq;, quæ per spiritum sanctum est inuenta, quis vel vanam vel perniciosam dixerit? Quare spiritus sanctus aliqd absurdum literis cōmendari aut inspiret aut ferat? Dicit itaq; Apostolus, oīa hæc esse allegorumena. Allegorumenon est, q̃d aliud q̃ litera præ se fert, præfert. Tale est quod adumbrat æneus serpens Ioan.3. Ionam deuorās Cete, Mat.16. Arca Nohemi, 1. Pet.4. & hoc genus plurima. Inde natum est allegoriæ vocabulum, theologis omnium frequentissimum, quod aliud designat, q̃ prima literæ vel historiæ facies promittit. Vides hic, priscos theologos per spiritum sanctum vetus testamentum fuisse allegoricos esse interpretatos. Hac inte apud Græcos excelluit Origenes, apud Latinos Gregorius. Hieronymus, siue (vt alij diuinant) Ambrosius, fere totū Marcū allegorizat. Sed nunc aduertamus, quid documenti ex historia eliciat nobis Apl̃us.

Hæc enim sunt duo testamenta: vnum quidē in monte Sina, in seruitutem generans, quæ est Agar. Sina enim mons est in Arabia, qui coniunctus est ei, quæ nunc est Hierusalem, & seruit cum filijs suis.

Hæc sunt duo testamenta, hoc est, designantur duo testamenta in historia: alterum ad Iudæos, alterum ad Christianos ptinet. Primū Agar, dein Sara. Primū Sina, dein Sion. Ecce tibi, etiam vocabula sibi propemodum, quantum ad characteres, alludunt. Sensus est: O Galatæ, scrutamini scripturas. Primo Agar ancilla, typum præ se fert synagogæ, siue legis Mosaicæ. Sara vero adumbrat ecclesiam siue euangelion. Sed neq; vxoris & ancillæ conueniunt solū typi, sed & loca sibi consentiunt, vbi lex est data in spiritu timoris, & vbi euangelion est prædicatum, & sp̃us sanctus acceptus, spiritus puta amoris. Legem datam esse in spiritu timoris in monte Sina, vides Exodi 19. Accedit huc, q & Sinam iuxta desertum Arabiæ sitam, in regione Madianitarum, Arabes quoq; sua lingua Agar vocant. Et secundum idiomaton varietatem, Sina & Agar vnum sunt vocabulū: quod dixerim, vt credas allegoriæ hic esse locum, cum nō solum ipsa res, sed & vocabula ipsa ad mysticum respiciant sensum. Sed nomina missa faciamus, remq; ipsam consideremus. In Sina, data lex in timore, quod profecto legalem seruitutem exprimit. Charitas euangelij, legis timorem expellit. Ennius dicit: Quem timemus, odio habemus. Vilis seruilis conditio, nam & vernilis existit. Qui non pertingit ad gratiā filiorum Dei, sed in lege immoritur Mosis, superstitiosus est, metuens iudicem, quem amare debuit patrem. Agaris illi pignus est, non Saræ proles. Dissiti montes: sed vtut per multa locorum interualla alter ab altero distet, confines tamen quodammodo sibi putandi. Timor siquidem tanquam seta, charitatem ducit, quasi filum. Vnde etiam in Solymis tenuit legis seruitus. Seruiunt autem, quos filius necdum liberauit, qbus spiritus necdum datus. Quos filius liberauerit, ait, vere liberi sunt. Item: Vbi sp̃us domini, ibi libertas. Iterum ait: Si veritas domini vos liberauerit, veri liberi eritis. Euangelion, doctrina veritatis: Ecclesia, columna veritatis. Hic cui neq; seritur, neq; metitur, seruus est, vbivbi ætatem degat, etiam si intra templi septa claudatur. Iudæi itaque veri Agareni, etiam in Iudæa seruierunt, quanquam Iudæa (in qua Solymæ sitæ sunt) Syriæ regio sit, Sina vero (vbi lex data est) in Arabia existat, mons nobilis. Arabia siue Arab, regio est Asiæ, inter Aegyptum & Syriam media. Atq; hæc, de qua iam loquimur, Arabia, à plerisque dicitur montosa atq; lapidosa Arabia, iuxta mare rubrum. Eius regionis, inquam, Sina mons est adeo nobilis. hic filiorum Israel duodecima erat mansio. Mons hic, alio noīe dictus Oreb siue Horeb. Fertilitatis item gloria celebratur. Deniq; etiam sepultura sanctæ Catharinæ, in nouo testamento, est celebrior, q̃ antea fuit, factus.

Lex seruilis atque adeo vernilis.

Timor p̃uius charitati.

Sina mōs Arabię ē, multis nominibus nobilis.

Illa autem quæ sursum est Hierusalē, libera est, quæ est mater nostra.

Antithesin siue adaptationē similitudinis, hic pergit prosequi. Dixerat Sinam seruilem esse, iuxtà atque Agar, etiam confinē terrenæ Hierosolymæ. Nunc ostendit, vbi vera sit libertas, nempe nō in materiali Hierusalem atq; tēporali Sione, hoc est, non in litera atq; operibus legis, sed in Dei spiritus illustratione, in gratię abundantia, cuius administratio est in ecclesia, quę non ex terra siue ex carne, carnalis est siue terrena, sed ex Dei spiritu sp̃ualis & cœlestis intercedit. Facessat hæresis, quæ ecclesiā ergo dicit inuisibilē, quia de sursum est. Christus filius Dei, e cœlo venit: sed non ergo corpore phantastico apparuit inuisibilis atq; adeo vanus, sed verus Deus & homo, vere & visus & auditus. Sic & ecclesia, quāquam ex Dei spiritu nata sp̃ualis sit, inuisibilis

Ecclesia tametsi sit sp̃ualis, non tñ est inuisibilis.

bilis non est:sed quatenus ex veris homini bus conflatur, vere & visibilis est & audibi lis, spiritu in cœlis agens, corpore simul & spiritu in hoc mundo Deum colens. Hæc ciuitas in monte sita, nulli, nisi cæco, inuisibilis est: in cœlo tēplo materiali atq; adeo externis ceremonijs carens, neq; item vel so le vel luna indiga, triumphans, Apoca.21. Interim vero dum in hoc mundo militat, dum viatricē agit, exemplaria futurorum præ se fert, sacramentis suis & cæremonijs sancte vtitur. Hic vero, quatenus spiritum sanctum accepit, quatenus per Christi sacramenta est in libertatē vindicata, & quatenus veritate suffulta est, libera est, domina nimirum & regina super sabbathum & totam legem, etiam angelos iudicans, nedum cibum & potum. Viderint carnales Iudæochristiani, fermento pharisaico palatum habentes hebetatum, adeo vt manna nouū & verum non queant satis pro re degustare, ne dominā eam in legē dominorū huius mundi conficiant. Augustinus conqueritur suo tempore ecclesiā tot & tantis depressam constitutionibus, vt tolerabilior appareat conditio Iudæorū. Malū hoc si interim non esset auctū, tranquillum magis iamiam ecclesiæ statum haberemus. Liberi sumus, & ingenui filij tantæ dominæ, vnde & recepto vocabulo eam identidem matrem vocamus. Qui dicendi modus hic esse fundatus videtur. Alludit etiam huc, quod de sinu Abrahę dicitur Luc.16. Abraham pater omniū nostrum, sinum habet: nec quo suos foueat liberos, ecclesia sinu caret: qui alterum recte nouit, vtrunq; nouit. Audiamus nunc porro Apostolum, ecclesiam matrem nostram per Esaiæ oraculum ostendentem.

Ecclesiæ libertas ē asserenda.

Sinū habet Abraham suū, & suū ecclesia.

Sicut scriptum est: Lætare sterilis quæ nō paris, erumpe & clama quæ non parturis: quia multi filij desertæ magis, quàm eius quæ habet virum.

O scripturarum potentem interpretem. Locum hunc Iudæis carnalibus profer exponendum, & audies fabulas nunquā expe diendas. Apostolus typum rei gestæ certo oraculo explanat, & idem oraculum histo rica veritate elucidat. Locus est apud Esaiā 54. Consolatur spiritus sanctus paracletus Saram, cui sterili & grandæuæ insultabat Agar. promittit fœcunditatem & plures proles, quàm futuræ sint eius quæ habet virum. Dicis Saram tunc non in viuis fuisse, sed longe antea vitali aura defunctam? Figurabat persona Saræ ecclesiam: nihil ergo retulit, persona typica occiderit, dum res signata adhuc floruerit. Antitypon synagogæ, arguit Apostolum hic de ecclesia esse locutum. Tum ecclesia adhuc lugebris, quia sterilis. Virū non habuit, qua ra. fœcunda. Ex coniugij fructu, possessio æsti matur viri. Agar pulchra prole Abrahamū fecerat parentē. Proles præcipuū bonum est coniugij, quo superbiebat Agar: hoc destituta, afflictabatur Sara. Promittit spiritus rerum mutationem: primo, sterilem fore fœcundam Agar, hoc est, cessaturam synagogam, quod etiam tot figuræ adumbrant, & tot oracula explicāt. Dein & promit tit, Sarā, quæ sterilis atq; adeo infelix erat, lætam fore, & fertilitate feracitateq; liberorum, Agar æmulam suam longe superaturam. Huc facit quod Abrahæ dicitur, Semen tuum erit sicut stellæ cœli, Genesis 15. Item, In semine tuo benedicentur omnes gentes. Huc Esaias respiciens, dicit: Dilata loca tentoria tui &c. hoc est, explica & expende mansiones atq; tabernacula, vt capiant tot tua pignora. Infinita item oracula & figuræ hanc tam mirificam rerum mutationē elucidant. Nam teste diuo Augustino, tot Deus pater ecclesię certitudinē oraculis & typis cōfirmauit, quot ipsius Christi fidem. De ecclesiæ fœcunditate præclare dicitur Apocalypsios 7. Et post hæc vidi turbam magnā, quam nemo dinumerare poterat: quod diuus Ambrosius sic conuenientissime citans exponit, respiciens etiam ad fœcunditatem Annę vxoris Helchanæ, quam dn̄s exaudiuit, atque à conuiciis Phenēnę liberauit, 1. Re.2. Hęc ad vaticinia pphetę Esaię, nūc Apl̄m porro videamus.

Nos autē fratres, secundum Isaac promissionis filij sumus.

Ex membro atq; articulo istoc pręsenti, totū negociū concludit allegoriæ noui & veteris instrumenti, seruitutis & libertatis, naturæ & gratiæ. Pseudoapl̄i ad obseruantiam atq; adeo ad seruitutem legis, filios ecclesiæ quoscūq; cogere præsumpserunt: dicentes, vtrūq; testamentū per eundē Deum esse latum, vtrūq; oportere haberi ratum. Quibus Apl̄s respondet, dicens Abraham vxorē habuisse & concubinā. Vxorē prius quidē duxisse, sterilē tamen. Interim ancillę se cōmiscuisse, atq; ex ea prolē suscepisse. Ancillam maritali, inquam, cognouisse affectu, atq; in eā penitus exarsisse: nec minus filium suū ex ancilla susceptū, primogenitum ex se genitū agnouisse: non tamē, neq; seruā, neq; seruę filiū, Abrahæ substātiā asse heredasse. Dn̄am siquidē ipsam deniq; grauidatā, prolē enixā esse. Factū ergo, vt pater primogenitū eum suum, ancillæ filium abdicaret: idq; æquitate hoc ita postulante, cum iniquū sit, filium ancillæ eidem te-

regnare,atq; filium liberæ decet. Maiestas præsens inest typo,contra quã Iudæi nihil etiamnum,quod mutiant, habent. Confutati quoq; sunt Iudæochristiani veri Galatæ,id est,stulti,qui legem & gratiã,euangelion & ecclesiam,confundere conabantur. Horũ nisi apostolus Paulus cæteriq; restitissent præsumptioni,hodie neq; Iudæi essemus,neq; Christiani:quod in Saracenis siue Agarenis,& in tot hæreticorũ hodie videmus sectis. Nos liberæ filij sumus,quicunq; ecclesiæ orthodoxæ filij esse perstamus:nos,inquam,veri Abrahæ filij,non natura,sed gratia:non carnis semine,sed Dei promissione. Sumus vero Isaac,in Christo Iesu(qui ipsum semen Abrahæ refert Gene.3.)per quẽ omnes gentes benedicendæ, Gene.12.22.26. Vt videas,etiã nos p Christum ad promissionẽ pertinere. Sumus veri Abrahæ,hoc est,patris cœlestis filij,non ex sanguinibus,sed ex Deo nati,Christi pura merito,& per gratiam spũs sancti,Ioan.1.3.&c. Christus de cœlo descendit,verbũ caro factũ. Veritas de terra orta,iustitia de cœlo prospexit,maceriẽ simultatis in suo corpore demolitus est,faciens ex nouissimis primos. Cæterũ,quod dixi,etiam Sara Agare est antiquior. promissio siquidẽ & ante legẽ extitit. Sic vides etiam ecclesiam longe ante synagogam fuisse, quanquam sterilem.

Sed quomodo tunc is qui secundum carnem natus fuerat,persequebatur eum qui secundum spiritum, ita & nunc.

Eia q̃ consentit sibi allegoria,vndiq; sibi constans. Varias matres,varias proles, varias cũ matrum tum liberorũ conditiones,satis commode suo adaptauit de libertate mysterio. nunc quoq; explicare pergit sacramentũ simultatis inter proles natas. Historia sic habet Gene.21. Creuit puer & ablactatus est. Fecit Abraham grande conuiuium in die ablactationis eius. Cumq; vidisset Sara filiũ Agar Aegyptiæ ludentem cũ Isaac filio suo,dixit Abrahamo: Eijce ancillam hanc & filiũ eius. Apostolus ludũ eum hic iuxta domini mentem interpretatur persecutionem. Hebraicum Mezahek Septuaginta reddidere pezonta,id est,*accusat. Apostolus spũ Dei doctus,sensum & mentem Mosis altius respicit,nempe Ismaelem Isaaco æmulũ extitisse,atq; adeo illusisse,contumelijsq; affecisse, Zehok itaque illudere intelligit pro Redipha, hoc est, calumniari,molestare. Declarat Ismaelem dñi sui Isaaci & *Mezahek & *Rodeph, hoc est,& illusorem & persecutorem. Accedit huc Saræ verbũ,Eijce ancillam &c. quod durũ verbũ,vt liberali fuit ingenio, haudquaq̃ dixisset,nisi illiberali atq; adeo grauissima iniuriarũ causa,ad hoc adacta extitisset. Quid aũt? Quorsum hęc? Ad catholicos & ecclesiæ quoscunq; æmulos. Ludus ille æmulatorius tunc,cũ hæc scripsit Apostolus,incepit:sed necdũ eius adest finis. Eodẽ tenore ludus ille in caput verorũ catholicorũ procedit. Iudæos tenet adhuc liuor priscus. Simili modo laborãt & Agareni Turcæ,& adulterinũ semen hæretici. Rogas causam? Spiritus & caro sibi nõ cõsentiunt, Gala.5. Dicunt se quoq; spũales hæretici. Sed verbis vita reclamat. Nota sũt opera seu fructus carnis,vel ex hac epistola. Et Iacobus dicit,omnem æmulationem esse diabolicam & carnalem.

Sed quid dicit scriptura? Eijce ancillam & filium eius. Non enim hæres erit filius ancillæ cũ filio liberæ.

Sententia Dei hæc est, qua etiamnum impediti Iudæi,circumeunt ciuitatem Dei instar canum famelicorũ. Non sunt næniæ fœmineæ quod Sara dixit,Eijce ancillam. per spm̃ sanctum profert in omnes æmulos suos iudicium,Domina & regina maiestate plena. Hæretici non audiunt, immo dissimulant se audire tantam dominam. Inuisibilem sibi fingunt ecclesiam,sic potissimum significantes, extorres ecclesiæ se esse. Apostolus hic ratam faciens sententiã Saræ,ait: Quid dicit scriptura? Et dominus statim approbat verbũ Saræ, dicens: Non tibi videatur asperũ super puero & super ancilla tua. Omnia quæ dixerit tibi Sara,audi vocẽ eius,quia in Isaac vocabitur tibi semen. Si vacaret hic,iuuaret hæreticis ostendere,ecclesiam audiendam esse dogmatistæ omni,etiam si Salomonem sapientia excellat. sed ne prolixa digressione lectori tædium incutiam,me cohibebo,atq; ad Apostolũ reuertar,dicens,gerras muliebres non esse quod Sara dicit,sed præcipuum totius Christianismi esse mysteriũ, Obsecundare Abraham vxori,diuortij conditionem recipere,atq; ancillam abijcere, atq; vnà natum abdicare:sic iuxta psal.112. læta illa atq; felici repudiata,facit sterilem habitare in domo,matrẽ filiorũ vberatam. Domina materfamiliàs,filio hæreditatem obtinet. Domi itaq; imperat,serua cũ suo filio foras missa. Nobis hoc factum,nobis etiam literis commissum. Ecclesiæ maiestas sic designari oportuit. nisi enim illa sic esset adumbrata atque declarata, omnium hæreticorũ opinionũ caligine statim extingueretur. Nunc vero cũ tantæ maiestatis

Ecclesia nulli inuisibilis nisi infidelib' & hæreticis.

matrem habeamus, iterum atque iterum videndum nobis est, vt ne qua infelices existamus & segnes ad bona opera. Fœcundatæ matris caueamus steriles inueniamur proles, sed & nos studeamus vberari ad producendum fructus spiritus, Gala. 5. Breuiter: seruus non manet in domo in æternum, Ioan. 8. Si quem veritas liberauerit, filius censendus, Ibidem. Veritas eum haudquaquam liberauit, qui veritatem opere non facit, 1. Ioan. 1. liberauit eum, qui diligit in opere & veritate, ibidem cap. tertio. In hac nobis libertate manendum, Gala.

Itaque fratres non sumus ancillæ filij, sed liberæ: qua libertate Christus nos liberauit.

Epilogus, omnium rhetorum artificia superans, summam euangelicæ allegoriæ plane complectitur. Abrahæ filij sumus, sed non carne secundum Agar seruam, sed secundum promissionem gratiæ, hoc est, spiritu, secundum Saram matronam liberam. Habeat Agar vernarum vim, non inuidemus: quod nobis graues sunt, inuidiæ tabo depereuntes, æquo animo ferimus: sed fide constantes sumus, nos mansuros hæredes, seruis foras deturbatis. Dominæ liberi, sabbathi domini sumus, & non serui. Sara nos filios suos agnoscit, nos illam matrē excipimus atque deueneramur, patris fidem exprimentes *Romañ, obedientiam itidem paternam sectantes, Ioan. octauo, Luc. 19. Non hic solam fidē prætendimus in nequitiæ excusationem, cum videamus patrem Abrahamum toties ab obedientiæ virtute, qua etiam vxori est obsecutus, nedum Deo, commendari. Petrus quoque filias Saræ, tantæ matris exemplo, à mundi vanitatibus auocat, 1. Pet. 3. Quanquam & Sara ex fide prædicatur Hebræ. vndecimo. Heua quoque omnium nostrum mater est, etiam Iudæorum & Turcarum. Sara princeps atque regina secundum spiritum saltem mater est catholice fidelium. Nolumus tamen Saraceni dici, ne videamur gloriari in carne. Christo omnem salutem eam referimus acceptam. Vnde etiam in ea libertate, quæ nobis Christi gratia contigit, constantes manemus. Pseudoapostoli cuperent nos Saracenos, hoc est, in carne & legis obseruantia gloriari, quale vides in Turcis, qui Saracenos se vocant, cum tamē reuera sint Agareni. Pseudo, qui nos Saracenos cupiunt, & ipsi sunt re ipsa Agareni, hoc est, serui seu vernæ, nullā partem habētes in hæreditate patris cœlestis. De impiis Agrim, hoc est, Agarenis, legis Phil. 3 psal. 82. Iudæi, Turcæ & hæretici pharisaico supercilio superbientes, sunt & Agareni, & Ismaelitæ. nos professione & vitæ veritate contendimus esse Christi, qui semē ipsum est promissum, filius virginis, per spiritum sanctum conceptus, verbum æternum, creator noster & saluator. Cui laus & gloria. Amen.

DOMINICA QVADRAGESIMAE QVINta, quæ est passionis, Hebræ. IX.



Hristus assistens pontifex futurorum bonorum, per amplius & perfectius tabernaculum, non manufactum, id est, non huius creationis: neque per sanguinem hircorum aut vitulorum, sed per proprium sanguinem introiuit semel in sancta, æterna redemptione inuenta. Si enim sanguis hircorum aut taurorum, & cinis vitulæ adspersus, inquinatos sanctificat ad emundationem carnis: quanto magis sanguis Christi, qui per spiritum sanctum semetipsum obtulit immaculatum Deo, emundabit conscientiam nostram ab operibus mortuis, ad seruiendum Deo viuenti? Et ideo noui testamenti mediator est, vt morte ipsius intercedente in redemptionem earum præuaricationum, quæ erant sub priori testamento, repromissionē accipiant, qui vocati sunt æternæ hæreditatis, In Christo Iesu domino nostro.

PRAE-

PRAEFATIO.



Ectio præsens tum primum intellectu fiet facilima, vbi occasio scribendi & argumentum statusve totius epistolæ fuerit cognitus. Non scripta est ad fideles eos, qui genus à gentibus traxerunt, sed qui semen extiterunt Abrahæ, hoc est, ad eos qui ex Iudaismo ad Christum sunt conuersi. Iudæi itidem Hebræi vocantur Exodi 1.2.3. Nume. vicesimoquarto, 1. Regum 4.29. Ionas quoque ait: Hibri anochi, hoc est, Hebræus sum. Apostolus itidem ipse: Hebræi sunt, & ego, 2. Corinth. 11. Philip. 3. Dicti autem à quodam patriarcha, qui vocatus erat Heber, filius Salę, cuius mentio fit Genes. vndecimo, & Luc. tertio. Occasio scribendi, erat Hebræorũ eorum, qui Christo nomen dederunt, error, quo legem, iuxtà atque euangelion, arbitrabantur atque contendebant custodiendam. Simili propemodum errore à fidei synceritate declinauerũt Galatę. * Inter hos & illos hoc tantum intererat, ꝙ illi erant circuncisi, hi circuncisionem inducere conabantur, illi oblationũ legalium ritus*. Vtrinq; vna ratiocinatio: Lex, dixerunt, æque per Deũ est lata, atq; euangelion: non minus ergo obseruandum, q̃ euangelion. Contra errorẽ illum Apostolus sancte adeo per totã epistolam disputat, atq; ratiocinationem eam plane grauissimis argumentis confutat. Quod q̃ norit, præsentem lectionem sine negocio intellexerit. Ecclesia p̃senti mẽte & plena Deo, lectionem hanc illi, quæ in superiori dominica lecta est, nectit, vt altera alteram declaret atque fulciat. Dein & parasceuen facit ad instantis parasceues sacræ diem: quoniam ab hac die iam ecclesia dominicæ passionis memoriam potissimum, vsque ad diem parasceues, peragit. Sectio lectionis esto: Effectum passionis Chri duplicẽ cõtinet. Prim⁹, passionẽ esse totius generis humani redemptionem. Secundus, ꝙ efficit Christum noui testamenti mediatorem. Ipsam nunc audiamus.

TEXTVS.

Christus assistens pontifex futurorum bonorum, per amplius & perfectius tabernaculum, non manufactum, id est, non huius creationis: neq; per sanguinem hircorum aut vitulorum, sed per proprium sanguinẽ introiuit semel in sancta, æterna redemptione inuenta.

POSTILLA.

Suprà iam testamenti veteris cultũ delineauerat, nempe tabernaculũ, in quo cultus Dei potissimum fiebat, quippe in loco hisce munijs sanctificato. Hic erat candelabrum, mensa aurea, & panes propositiõis, velum, thymiaterion, quod vocant acerram siue thuribulum: arca itidem hic erat & situla aurea, cui commissæ erant mannæ reliquiæ, virga Aaronis cum tabulis legis. Hic etiam duo Cherubim & cætera templi vasa. In hoc tabernaculum sic adornatum, tantoq; apparatu ad sacrificia legalia præparatũ, pedem intulere sacerdotes quotidie gregarij. Summus vero pontifex, nisi semel in anno in tabernaculum descendit: sed non in atrium seu primũ aditum, sed in penetrale seu penitius sacrarium, dictum sanctũ sanctorũ. Munus vero, quod primo Aaron, dein Eleazar, vsq; ad Ioiadam & alios obtulere, pecudes erant, quarum sanguis credebatur habere virtutem expiandi populũ à peccatis. Hunc expiandorũ peccatorũ ritum potissimũ Apostolus prosequitur, vt ostẽdat legem tanquã imperfectam, perfectissimæ legi euangelicæ gratia merito cessisse, atq; plane euanuisse. Vult dicere: Vos Hebræi oblationes legales retinendas putatis. Atqui dicite mihi, quid Christianismo & Iudaismo? Nunquid corpus cedet vmbræ, an vmbra potius corpori? Mosen qui vel æquat, vel præfert Christo, quid illi dici potest æque impiũ? Ecclesia censuit fideles vocandos Christianos, non Iudæos, idq; Antiochiæ primo cœpit. vos etiam ecclesiam Christi contemnitis? Deniq; & legẽ ipsam non intelligitis, nempe vsq; ad tempus correctionis eã esse datam, vt in eo tẽpore carnale spirituali mutetur. Tempus hoc adest. Christus siquidẽ, in quo omnis plenitudo deitatis perfectissime habitat, in hoc mũdo iuxta Baruchum prophetã visus est. Quid ergo attinet, ecclesiæ splendorem legis vmbra obtenebrare? Aaron vetus ille occidit, quia mortalis, puluis & vmbra, nempe peccaminosus. Christus innocens, omĩs peccati purus, immortalis sacerdos, pontifex æternus, atq; adeo verus ille Gar cohen, hoc est, summus sacerdos: & Gadol cohen, hoc est, sacerdos magnus secundũ ordinẽ Malkizedek, psal. 109. suprà item cap. 7. Sacerdotiũ hoc Aaronis & Melchisedech, nunc porro cum Christi sacerdotio conferamus. Aaron nihil fuit nisi homo, Christus verus Deus & verus homo. Ille sacerdos, hic quoq; sui sacerdotij testẽ habet Dauida, psal. 109. Aaron rerũ caducarum victimarius, Christus æternorum & spũalium largitor & autor. Vide & considera tu pie, quicũq; es, Christiane: Vbinam, cedo, tabernaculũ, altare,

Sacerdotiũ Christi æternũ

velũ,thuribulũ,& alia legis vasa,immo vbi templũ & vrbs existat sancta:& videbis ne lapidẽ quidẽ super lapidem relictũ.Porro Aaron quotidie ingrediebatur in penetra le tabernaculi semel.Tabernaculi aũt, cuius Bezaleel phrygio erat artifex,Exod.25.26.27.28.29.30.Aaron puluis & vmbra,in tabernaculũ tale,qualis ipse erat,descẽdit. Christus verbũ æternũ(qui ea lege factus est homo,ne Deus esse desineret)in aliud, suæ maiestati conueniẽs,templũ est ingressus,ipsum cœlũ,non mortali manu factũ.

Sacrificiũ Christi pfectum.

Aaronis tanta fuit maiestas,vt nisi semel q̃tannis ingredi opus haberet:quis ergo tã stupidus esse possit, qui non videat Christi sacrificiũ tantũ ac tale esse,quod semel factũ,absolutissimũ merito credatur? Atque rationi consentaneũ est,Christi oblationẽ Aaronis sacrificijs pstare,q̄ hic bruta animantia obtulit peccaminosus homo,ille seipsum obtulit, carnẽ e virgine spũs sancti opere cõceptã & natã,carnẽ diuinitati inseparabili vnitate coniunctã,Animã item rationalẽ,tam numini q̃ carni consortem.

Sacerdotij Christi & Aaronis collatio.

Alia collatio:Sacerdos Aaronicus elementis atq; adeo puerilibus vtebat̃ rebus:Christus tametsi in terra degeret,in cœlo tamẽ regnauit:nihil itaq; caducũ meditabatur. Dein Aaronici initiabantur oliuo putido, Christus vnctione spũali vngebatur supra oẽs consortes,teste Dauide.Tertio,eodẽ teste,Christus cũ iureiurando sacerdos perpetuus confirmatus,Aaron non itẽ.Quarto,hic impurus,peccatis obnoxius:ille,integritatis fons.Quinto,Aaron mortalis, Christus vitæ autor.Deniq; sacerdotiũ Leuiticũ fuit tẽporale,successores alios atque alios requirẽs:Christus alpha & ω,sacerdotio potitus,q̃d successorẽ habere nequit. Hanc vtriusq; sacerdotis differentiã vides ca.7.Porro Aaronis sacerdotiũ habuit suã laudẽ:meruit siquidẽ libertatẽ tẽporalẽ.Se quit̃ ergo,Chr̃i pontificatũ mereri spũalẽ.

Sacerdotium Melchisedechi vmbra & typus erat Christi sacerdotij.

Nã cũ cætera oĩa sibi succedũt,& antithesi sibi apta cõsentiũt,quis nõ videat cõgruenter itidẽ externã libertatẽ sequi spũalẽ? Spirituale sacerdotiũ pollicebat̃ sacerdos Melchisedek:sed ecce tibi nihil nisi typus erat, quidqd de tanto sacerdote in libro Genesios & psalmis pdicat̃.Chr̃s veritas,ille ænigma.Atq; hæc de sacerdotio Chr̃i.Sunt q p tabernaculũ allegoricos Chr̃i corpus intelligũt:sed status huius lectiõis,ad cœleste templũ respicit.Tabernaculi priorẽ partẽ nos allegoricos p ecclesia acceperim⁹:penetrale vero nõ possum⁹, cõtra lr̃æ simplicitatẽ alio q̃ ad cœlestẽ referre patriam.

Si em̃ sanguis hircorꝶ aut taurorꝶ, & cinis vitulæ adspersus, inquinatos sanctificat ad emundationẽ carnis:quãto magis sanguis Chr̃i,q per spm̃ sanctũ semetipsum obtulit immaculatũ Deo,emũdabit cõscientiã nostrã ab operibus mortuis,ad seruiendum Deo viuenti?

A minori ad maius argumentatio.Iudæochristiani plurimũ tribuebãt sanguini pecuino,tanq̃ ad peccati faceret remissionẽ.Opinio istæc in veteri testamẽto aliqua ratiõe poterat defendi,sed saltẽ ad designationẽ futurorꝶ:q̃d Apl̃us hoc loco etiã ipse explicat,dicẽs sanguinẽ illũ profuisse saltẽ ad sanctificationẽ externã:cæterꝶ sanguinẽ taurorũ & vaccarũ,arietũ & ouiũ,vitulorũ & auiũ,cõscientiã à mortuarijs operib⁹ expiare neutiquã potuisse.Sũma esto:Legalẽ immunditiã abluit.Qui secundũ legẽ immundus erat,somnio puta nocturno atq; pollutione,itẽ cõtactu menstruatę & puerperæ,morticinio,& hoc genus rerũ per legẽ coinquinantiũ:is,inquã,q tali legali immunditia immũdus erat,nec ad tẽplũ,neq; ad alios publicos cœtus admittebat̃,sanguinis sacrificiorꝶ legaliũ adspersione expiabatur.Oblationes & variæ adspersiones legis,propter immũditiã saltẽ eã sunt Israeli pscriptæ,oĩa typus sanguinis vitalis Iesu Chr̃i,pro peccatis totius mundi effusi.De oblatiõe legali arietina habes Leui.4.9.16. De sanguĩe arietino ait apud Dauida dñs: Nunqd manducabo carnes taurorꝶ,& sanguinẽ hircorũ potabo? Psal.49.Sanguinẽ arietinũ & vitulinũ porro cessaturũ,vides Esa.1.De cinere vaccæ rufæ cõcrematæ,habes Nume.19.Ibidẽ vides,vt se aqua,cui cinis ille immissus erat,adspersere.Supererat adhuc alius adspergẽdi modus aquæ,q̃ Hebræis vocabatur Mehatath,hoc est,aqua peccatorꝶ,Germanice Sundt wasser,qua arbitrabant̃ se à pc̃tis ablui posse.Restabat & insup alia.q̃ dicebat̃ aqua separatoria, Germanice Scheidt wasser,q̃ ij q à synagoga erãt secreti,reconciliabant̃.Verisil̃e est, vtrãq; harꝶ vnã aquã extitisse,q̃tũ ad vsũ, dũ eã in cinerẽ vaccæ ruffæ ĩmolatæ effudere,& sese postea ea diluere.De professione sanguinis,passim agit̃ in veteri testamẽto. Hinc argumentat̃ Apl̃us atq; ait:Quãto p stat sanguis agnelli Dei toto mari,atq; oĩm creaturarꝶ sanguinibus? Sanguis diuinus (vt ratione inseparabilis vnitatis verbi & carnis ita dicã)agnelli illius Dei,nõ instillatur extrà corporibus,sed corda & spũs penetrat humanos,conscientias ab operibus mortuarijs expiando:q̃d nullius creaturæ vdæ profusio,nulla victima,nulliũq; peccaminosi sacerdotis cultus præstare poterat.

San-

Sanguis vero filij Mariæ & eiusdē filij Dei, Deo patri non potuit nō esse gratissimus, atq; adeo ad placādū ipsum efficacissim⁹. Quid huius vitalis sanguinis immolationi diffiditis, atq; insanitis circa immundū cruorem animantiū brutorum? Si preciū Christi Iesu sanguinis nescitis, nequidquā baptizati estis. Hoc siquidē si noueritis, facile ab istoc liberaremini errore, etiā ethnicis ridiculo. Dicūt ethnici: Cū sis ipse nocēs, moritur cur victima pro te? Tu q tot prophetarū oraculis, tot typorū sacramētis, de seruatore mundi certior es factus, brutę pecudis putido cruore cōscientiæ immunditiā eluendam censes? animæ vulneribus, morticinij cinere mederi niteris? De sanguinis Christi precio vide 1. Pet. 1. Itē in eadē epistola cap. 12. Matth. 26. dicit ipse soter: Hic est sanguis meus, qui pro vobis & multis effundetur in remissionē peccatorū. Rom. 3. dicit Apostolus, Christū positū in hilasterion, hoc est, in reconciliationē per fidē in sanguinē Christi, de peccatis cōmissis. Ephe. 1. In Christo Iesu habemus redemtionē per ipsius sanguinē, nēpe remissionē peccatorum, iuxta diuitias gratiæ eius. Eadē fere legis Col. 1. Act. 20. Iterum 1. Pet. 1. 1. Ioan. 1. Apoca. 1. & 5. vbi beatorū vox est: Tu nos redemisti in sanguine tuo. Sanguini sacrosancto, quē tantopere extollunt triumphantes, & per quē serio triūphare sese fatentur, nos aut pferimus, aut æquamus cruorē fœdū, vix vngendis axibus aptū? Obserua hic, qua breuitate Apostolus ipsam sanctā Trinitatem explicet. Per spiritū sanctum, ait, obtulit se Deo. Hic filius Dei, spiritus sanctus, & Deus pater. Sanctæ Trinitati tu vitulam brutā, Aaronē & Mosen, pferre audes? Attende Christi oblationis efficaciam. purgat conscientias nostras, ait Apostolus. Purgat aūt, qm̄ per spiritū sanctū, & per vnctionē eā quæ nos oīa docet. Sine fide nō prodest nobis istæc oblatio. Nemo potest dicere, dn̄s Iesus, nisi per spiritū sanctū. Opera mortua vocat peccata. Intellige de morte culpæ, de q̄ dicit: In quacunq; die comederitis de pomo scientiæ boni & mali, morte moriemini. Itē, Sinite mortuos suos sepelire mortuos. Mortua dicūtur opera mala, qm̄ æternæ morti hominē ob noxiū faciunt. Lutheranus, si hic compos rationis est, opponat operib⁹ mortuis, hoc est, peccatis, opera vitalia, hoc est, fidelium virtutes: & videbit tam hæc iustificare & beare, q̄ illa hominē inquinare & condēnare. Atq; huc alludunt ea, quæ dicuntur apud Matt. 19. & apud Ioan. 5. Nec abludit hoc, quod hic sequitur, Ad seruiendū Deo viuēti. Deus nō est mortuorū Deus. Mortuis dicit, Nescio vos. Vide quib⁹ Christi oblatio profit ad efficaciā, nempe seruientib⁹ Deo viuēti operibus vtiq; vitalib⁹, virtutib⁹ disciplinæ & obediētiæ ecclesiæ Dei. Redēpti sumus, nō vt aut lasciuiam⁹, aut desideam⁹, sed vt Deo succincti seruiamus. Latreuin, seruire, hic obserua contineri. Epilogus hic oīa pmissa complectit. Huc facit q̄d Zacharias ait Luc. 1. Vt sine timore de manu inimicorū nostrorū liberati, seruiamus illi. Eadē fere dicit ad Titū cap. 2. Itē 1. Thes. 1. Vos q quondā eratis abalienati & inimici mente in operib⁹ malis, nunc tn̄ reconciliauit in corpore suæ carnis per mortē, vt exhiberet vos sanctos & irrepræhensibiles. Qui vitali spū pditus est, intelliget q̄d ibidē dicit: Cōuersi estis ad Deū ab idolorum seruitute, ad seruiendū Deo viuēti & vero, & ad expectandū filiū eius de cœlo. Viderint Lutherani, quā solam fidē contra tam manifesta verba proferāt, & vnde.

Margin: S. Trinitatis cōpendiola professio.

Margin: Opera bona iustificant.

Et ideo noui testamēti mediator est, vt morte ipsius intercedente in redemptionē earū pǔaricationū, quæ erāt sub priori testamēto, repromissionē accipiant, q vocati sunt æternę hæreditatis, In Chr̄o Iesu dn̄o nr̄o.

Pontifex nr̄ ætern⁹, immortalis, vitæ autor, dn̄s est & autor noui test. mediatorē se Dei & hoim iuxta typū legis statuēs. Nihil omisit q̄d in lege psignatū fuit, & q̄d nr̄æ cōferret saluti. Testamentū itaq; hoc nouū, q̄ nobis nō terra Chanaan, sed regnū cœlorum promittit, etiā morte sua ratū fecit. Qualis promissio, tale testamētū: q̄le testamētū, talis victima. Terræ Chanaan pactus, sanguine ratificatus est brutæ pecudis, Exo. 24. nostrū fœdus throni cœlestis, sanguine cōfirmatū est Dei agnelli, Matt. 26. Similia ppemodū dicit Rom. 3. vbi agit de remissione peccatorum pteritorum. Quid, mihi respōde Iudęochristiane, ad vitā æternā adipiscēdam pderit tibi sanguis vitulinus? Nunqd Deū putas cœlestē vrsum vel leonē, q talē sitiat cruorē? Forte tu terrā Canaan, glorię regni pfers cœlorum, nō Chrian⁹ spiritalis, sed carnalis Iudęus. Aaron mortalis, vitę minister quō potuit eē? Verbū q̄d vita est & lux hominū, incarnatū, atq; adeo mortē nostrā in sese vltro recipiēs, æternū nobiscū testamētū fecit: nō in terra, sed in cœlo, 1. Pe. 1. Tantæ hæreditatis tātū & talē mediatorē q norit, nulli eū creaturarum posthabebit, immo ipsi Deo patri parē faciet & vnà exaltabit, in salutari hoc suo vnice exultās, in ipsum vnice credēs, ī eū sperās, ipm ex toto corde & mēte diligēs, & pximū in ipso. Immortali mediatori illi nr̄o, sit cū patre & spū sc̄tō par gloria & honor, p æterna secula. Amē.

Margin: Test. nouū Chri sanguine est ratificatum.

IN RAMIS PALMARVM, Philip. II.



HOc ẽm sentite in vobis, q̃d & in Christo Iesu. Qui cum in forma Dei esset, non rapinã arbitratus est, esse se æqualẽ Deo: sed semet ipsum exinaniuit, formã serui accipiẽs, in similitudinẽ hominũ factus: & habitu inuentus vt homo, humiliauit semetipsum, factus obediẽs vsq; ad mortẽ, mortẽ aũt crucis. Propter q̃d & Deus exaltauit illũ, & donauit illi nomen, quod est super omne nomen, vt in noĩe Iesu omne genu flectatur, cœlestiũ, terrestriũ, & infernorũ. Et omnis lingua confiteat̃, quia dñs Iesus Christus, in gloria est Dei patris.

PRAEFATIO.

ECclesia rursus ad opera bona nos excitat, idq́; potissimũ in hoc festo, in quo Chr̃i passio decantat̃, cõfidẽs fore, vt sacrosanctus sanguis duritiẽ cordiũ nr̃orũ emolliat, maceretq́;. Attẽde ecclesiam & Apl̃m vna mẽte sibi cõsentire. Nihil apud Apl̃m adeo est frequẽs, atq; ad opa bona ĩductio: qua itẽ re nihil est ecclesiæ celebrius. Præcipue hic obserua Apl̃i industriã, q exquisito adeo argumẽti gñe ĩ admonitiõe tali vti solet: nẽpe exẽplo, de q̃ sic ait Quintil. An fortitudinẽ, fidẽ, iustitiã, cõtinẽtiã, frugalitatẽ, cõtemptũ doloris ac mortis, melius alij docebũt, q̃ Fabricij, Curij, Reguli, Decij, Mutij, alijq́; innumerabiles? Quantũ etiã Græci pceptis valẽt, tm̃ Romani (q̃d est maius) exemplis, lib. 12. Si tm̃ possunt exẽpla ethnicorũ, nos nr̃orũ patrũ exẽpla inefficacia putemus? Nunqd ineptum dicemus Apl̃m, siue Clementẽ Petri discipulũ, in epl̃a ad Heb. ca. 11. tot exẽpla coaceruantẽ? Status siue cõtextus iã citati capitis, fluit quidẽ in gñe demõstratiuo: sed sic, vt in genus tandẽ cadat deliberatiuũ, atq; in eo claudat̃: id q̃d luce clarius apparet in principio capitis 12. Itidẽ exẽplis vtit̃, & ad ea nos imitãda cohortat̃ idẽ Apl̃us Ro. 15. 2. Cor. 8. Ephe. 5. & alibi frequẽter. In epl̃a ad Hebr. vbi fidelibus philoxeniam, hoc est, hospitalitatẽ, cõmendat, addit etiã meritũ tãtæ virtutis, q̃ hospitalitati deditos, etiã angelos hospitio ait recepisse, respiciẽs ad Abrahã & Loth, Gene. 18. & 19. Nec exhortãdi atq; docẽdi hoc genus apl̃o Paulo saltem fuit peculiare. nã & alijs fuit celeberrimum, Petro 1. cap. 2. vbi Chr̃i exẽplo nos ad patiẽtiã cohortat̃, dicẽs Christũ pro nobis passum, idq́; nobis in hypogrãmon, hoc est, monumẽtũ, ad vestigia ea imitãda. Similia itidẽ vides ca. 5. Iacob⁹ itẽ ait: Frẽs, accipite hypodigma, hoc ẽ, exẽplũ patiẽtiæ pphetas. Vbi potissimũ pfert exẽplũ Iob. Et paulo post exẽplo Heliæ nos ad sedulã hortat̃ precationẽ. Ioãnes q̃q; in epl̃a canoñ. Chr̃i exẽplũ nobis sedulo cõmẽdat, 1. ca. 3. Apud eũdẽ in euãgelio ca. 13. Chr̃s ipse suo exẽplo nos ad mutuũ amorẽ inducit. Faxit Deus, efficaciter. Lectionẽ sic partiri poteris. Primo ostẽdit Apl̃us, qs sit potissimũ imitãdus. Secũdo, maxime in virtute humilitatis imitãdũ monet. Tertio meritũ eius imitatiõis subijcit, dicens: propter hoc ẽm Deus exaltauit illum. Vide frigide virtutes pdicari, si meritũ illis iustificatiõis & exaltationis gloriæ denegetur. Nunc textum videamus.

ecclesia in xta atque apostolus nos sedulo ad opa bona inuitat exqsitissimo argumẽto, nẽpe exempli.

Exẽplis potissimũ nos apostoli oẽs exhortantur.

Hoc enim sentite in vobis, quod & in Christo Iesu.

Dixerat, Implete gaudiũ meũ, vt idẽ sapiatis, eandẽ charitatẽ habẽtes, nihil p contentionẽ agẽtes, neq; p inanẽ gloriã, sed in humilitate superiorẽ sibi quisq; aliũ existimet. ad exhortationẽ eã Chr̃i nr̃i seruatoris exẽplũ statim subijcit. Q. d. Si Chr̃i vere estis, si Christũ rite induistis, agedũ eundẽ q̃q; Chr̃i affectũ ostẽdite. Discite, ait seruator, à me, qa mitis sum & humilis corde, q si Chr̃i spũ polletis, nihil immane atq; fastidiosum designaueritis. Facite ergo, sitis, vt summis virib⁹ cõtendatis Chr̃i clemẽtiã & humilitatẽ imitari. Sic volo hoc, τὸ αὐτὸ φρονῆτε: & hoc, τὸ ἓν φρονοῦντες, intelligi, nẽpe de Chr̃i Iesu exẽplo. Rogas de affectu atq; de sensu mentis Chr̃i? audi Apostolum.

Qui cũ in forma Dei esset, nõ rapinã arbitratus est, esse se æqualẽ Deo.

Ecce tibi o homo frater vermiũ, sororẽ habẽs putredinẽ, q terræ matris oblitus, lunoniũ incedẽs, vertice sidera feris, q adeo intumescis, vt oẽs hoĩes ex hoc orbe deprimere psumas, tibi oĩa soli vendicãdo. Oĩm magistri esse, fastidiosi esse volũt, audire neminẽ, se iustos, alios iniustos cõdemnando oẽs. Attendãt elati illi tyrãni, quis Chr̃s extiterit, atq; etiamnũ existat, nempe verbum quod erat in principio apud Deũ, quodq́; Deus erat, vita & lux hominũ. Attendant quantũ se maiestas illa summa humiliauerit, nempe in formã serui, vsq; ad mortem crucis. Quis tam proteruus esse possit, cuius tumor non residat, tanta rite æstimata humiliatione? Formam Dei Apostolus hic vocat

vocat hoc, quod alibi appellat imaginem, Dei, Coloss. 1. 2. Cor. 4. hoc est, hoc ipsum quod Deū præsentē repræsentat. Sic Christus instar, imago siue forma est Dei. Nam Christum qui videt, Deū ipsum videt, Ioan. 14. In vtraq; persona eadē intercedit forma. Auidū gloriæ, insolentemve Christum nemo potuisset accusasse, etiam si se identidem in monte Thabor omni mūdo transfigurasset: si supra mare identidē iter fecisset: si deniq;, quod & satanas monuit, se assidue e pinnaculo templi misisset deorsum. Nā si hæc omnia quotidie vnà pstitisset, id quod suę potestatis fuerat pręstitisse, elationis vllius insimulandus erat nemini. Neq; eñ statim adscribendum fastui atq; iactantiæ, quod ait: Ego & pater vnū sumus, Ioan. 10. Sed Christus, qui fuit potens in verbis & factis, qui non docuit pharisæorū more, sed tanquā habēs potestatē, maluit se infra oēs infimos humiliare: Sic, ait, oportet nos implere oēm iustitiam. Christi, inquā, gloriæ declaratio, nō fuit ostētatio & arrogantia. Nemo eñ, si quod res ipsa est, aut facit aut loquit, affectatæ gloriæ poterit accusari: potissimū vero, si res hoc postulet. Profuit nobis declaratio gloriæ Christi, sed magis eius humilitatis tenor ppetuus. Hic nobis imitādus cōmittitur, illa ad sperandū in ipsum atq; ad credendū saltem, nobis ante oculos ponit. Antichristus, glorię Dei fur atq; prædo erit, q sibi ea quæ Dei sunt, falso tribuet. eius peccati cōsortes fuerūt hęretici atq; schismatici oēs, q veritatis sibi summa vendicāt, p se alios cōtemnentes oēs. Harpagmū illū, siue rapinā, siue furtū, Apl'us tāgit 2. Thess. 2. Fuerūt tales, Marcionitæ, Marcelliani, Photiniani, Samosatesani, Sabelliani, Arriani, Apollinaristę (qbus Theophylact⁹ ex Chrysostomo os egregie cauillatorium obstruit) cū huius tempestatis hæreticis, qui etiā omnium retro seculorū patres præ sua scientia & fide cōtemnunt, peiores & Iudæis & Turcis, qui antiquitati adeo non derogant.

Christi gloria spē [omnibus in]generat.

Humilitas exemplo nobis sit.

Sed semetipsum exinaniuit, formam serui accipiēs, in similitudinē hominū factus: & habitu inuentus vt homo, humiliauit semetipsum, factus obediens vsque ad mortem, mortem autem crucis.

Christus se exinaniuit nobis exēplū humilitatis.

Quid vnquā factū est æque mirandum & horrendum? Solus altissimus qui est, fit oīm infimus. Solus dn̄s, seruus fit omniū. Oīpotens, fit passibilis & imbellis agnus. O mutationē, O iniquā cōparationē formæ Dei & serui, immo etiā (vt cū Dauide loquar) vermis. Erubesce & cōfundere superbia humana, q̄ instar Aesopicæ testudinis, in cœlū euolare meditaris, terræ ptæsa. Sane quo altius sedē tuā tibi ponis, hoc profundius in infernū ppetuo punienda ibis. Quod ne tibi cōtingat, animaduerte qd de Christo Apl'us dicat: Semetipm exinaniuit, serui forma accepta. Exinaniuit, hoc est, maxime omniū humiliauit, sic se in omnibus gerēs, tanquā vnus e plebe & (q̄d aiunt) e fæce vulgi. Hic iterū subeat tibi Christi maiestatis in cœlo, quę immensa est: & sic videbis nullā omnino cōparationē in oñibus creaturis inueniri posse. Nam etiā si maximus aliquis Augustus se sic humiliauerit, nihil fecerit: quippe qui tali humili cōditione accepta vltro indign⁹ eē poterit. Si angel⁹ id fecerit, creatura creaturæ se humiliauerit. Hic altitudo, summitas, longitudo & latitudo, mēs vniuersitatis, rei nihili vbi se submittit, vbi se creator creaturæ subijcit, exēplū & cōparationem omnem excedit. Forma serui, hic conferatur formæ Dei, hoc est, Dei potētiæ. Forma seu conditio seruilis, oīm est vilissima, Dei omnium gloriosissima, omnium maxima. Sed fidelis Apostoli verba perpende. Habitu, ait, inuētus est vt homo, etiā seru⁹. Homo omnis mendax. Seruus itidem fere sunt verniles. Nihil horū Christus: neq; enim assimilatio atq; exinanitio istæc, se vsq; ad peccatum extendit, Roma. 5. Heb. 4. Ioan. 8. 1. Pet. 2. Habitum hic accipe de omnibus alijs proprietatibus, quæ ad veritatem humanā faciūt declarandam. Scientem infirmitatem, vt ait Dauid, non passiones affectuum, quæ ad peccatum trahunt, sed infirmitatis pœnalis, quæ ad peccatorum faciunt curam atq; medelam. Sacerdos obseruet rite, qd hic dicatur de forma, quā Græci vocāt morphen, hāc Apostolus tribuit seruo Chr̄o. Dein eidē tanquā homini tribuit homiōma, hoc est, assimilationem. deniq; eidem tribuit schema, hoc est, figuram. Catecheses hic multę apte fierent, sed ecbasin perampIam eam homiliæ ratio non patitur. Saltem vno atq; altero verbo hostes fidei catholicæ Iudæos & ethnicos Christi gloriam extenuantes, paucis perstringendo non confutare non possumus. Christi infirmitatem vltro pro nobis acceptam, illi contra gloriam ipsius regis gloriæ proferunt. Nos de Christi infirmitate ea vnice gloriamūr: tantū abest vt de ea erubescamus, Galat. 6. Neq; Apl'us Christi eā infirmitatē citra prophetarū oracula recēset. nam & Esa. ca. 53. prius de ea plurima est vaticinat⁹. Iudæi gēs oīm ambitiosissima,

Serui forma vilissima eē solet, quam Christus pro nobis assumere non dubitauit.

tyrannidem petit, Christũ humilitatis instar fastidiens. vnde merito captiua abducta, tyrannidi omni subiecta, oĩbus mortalibus facta est vilissima. Contrà, nos q̃ canes Iudæis habebamur, Christũ colendo, facti sumus domestici Dei, ciues angelici, angelorũ germani, iuxta Chr̃i verbũ: Qui me co honestat, glorificabit. Salutaris nob̃ sacrosancta Christi humilitas, quippe qua sublati sumus in cœlum, dum compatimur & vnà humiliamur, Roman. 8. Quod si Iudæi superbia antichristi possunt exaltari, & per eius pompam Gan Eden possunt consequi, non inuidebimus illis. Sed videntes eorum cæcitatem, non possumus eos non lugere. Atqui Iudæos quid saltem infelices commemoramus? Nonne & nos, q̃ Christi censemur noĩe, similis deprimit tumor, q̃ cum respectu personarum fidẽ habemus Iesu Chr̃i? Vndiq; regina pecunia regnat, pauper vbiq; iacet, aurũ admiramur oẽs. Huius criminis culpam vide Iaco. 2. Vsque adeo malum hoc exuberauit atq; exundauit, vt etiam clerũ & cathedram plane obruerit. Olim etiã Paulum ipsum hoc tentationis genere diabolus est adortus p̃ pseudoapostolos, q̃ dixerũt: Epistolæ quidẽ graues sunt, sed p̃sentia corporis infirma, 2. Corint. 10. Quid nunc faciũt nasuti hoĩes, ambitionis & pompæ huius seculi mancipia? Vides quo me digressio impulerit: vela retrahenda, atq; ad Apostoli verba mihi redeundũ. Sequitur: Humiliauit semetipsum, factus obediens vsq; ad mortẽ, mortẽ autẽ crucis. Recapitulatio summæ virtutis humiliationis Christi, Humiliationis Christi effectus atq; ratio. Heua mater, suadẽte diabolo, superbiens, voluit Deo fieri par. Adã protoplastes Deo inobediens, præuaricatus est. Sapientia summa, vt iustitiæ Dei satisfieret, & humanum genus saluaretur, semetipsum exinaniuit, forma serui & habitu humanitatis assumpto. Quorsum autẽ hoc? Propter nos, vt parentum eorum nostrorum transgressioni simul ratiõe occurreret. In ligno victi illi: in lignum itaq; figi non dedignatus est Christus. In ligno orta est maledictio, in ligno quoq; extincta est, & in ligno vicissim nata est benedictio. Hęc aduerte: hæc nisi didiceris, nihil didicisti. Iustus Deus. sapiẽtia nouit, qua ratiõe iustitiæ Dei satisfieret. Legẽ iustitię sapiẽtia moderari nouit. Voluit sibi satisfieri iustitia. Verbum itaq; incarnatum Christus, factus est patri obediẽs vsq; ad mortem, mortem autem crucis. Hic nostra sita est gloria, nusquam alibi gloriabimur. Neque enim dubitamus, e crucis contumelia nobis adscendendum in cœli gaudia. Atq; hoc est quod sequitur:

Supbũ genus Iudæi non solũ, verũ etiã mali christiani.

Christi exinanitionis rõ.

Propter quod & Deus exaltauit illum, & donauit illi nomẽ, quod est super omne nomen, vt in nomine Iesu omne genu flectatur, cœlestiũ, terrestrium, & infernorum.

Hic suũ sortitur effectũ verbũ Prou. 15. Gloriã præcedit humilitas. Et hoc Luc. 18. Qui se humiliat, exaltabitur. Iam pie catholice, contra Lutheranum virus antidotum tibi accipe præsens. Dicunt noui euangelicastri, virtutes meritum nullum habere. Sed ecce tibi Apostolus hic haud obscure humilitatis prędicat meritum. Christo sua humilitas in summã euexit gloriã. sua erat gloria: voluit aũt sic, puta per ignominiam, ad eã intrare, vt nos admoneret, humilitatem tale meritũ semper manere. Vides doctrinã crucis, plenã esse sacramentorum, quod neq; Iudęi, neq; Turcæ norunt. Nã si scirent, cruci Chr̃i se omnes submitterent. Non norunt crucis hæc mysteria deliculi Christiani, sola fide sese lactantes. Crucis mysteria nõ prædicant syncere, q̃ exemplis humilitatis merita sua negant. Chr̃s meruit gloriã, hoc est, Chr̃s fecit sua passiõe, vt omniũ fideliũ labores, ærumnę, contumeliæ, sint meritoriæ. Sedet dexter patri cœlesti, Luc. 24. Acto. 1. Quid autem hoc? Vt nos sub cruce oneratos iuuet, deinde coronet. Sic nobis, nõ sibi meruit, iuxta hoc quod sequitur: Donauit illi nomẽ, quod est super omne nomẽ, vt in noĩe Iesu omne genu flectatur &c. Sensus est: fecit illi clarũ nomen, olim filius hoĩs dictus, nũc filium suũ declarat eum Deus pater. Talis gloria rite succedit crucis contumeliæ. Morte turpissima condemnemus eũ, aiunt apud Sapientem. Contrà, patris iustitia donauit illi nomen tale, quod veram Dei præ se fert maiestatem. Iesus nihil aliud est, nisi proprium nomen Dei. Generale atq; appellatiuum, Deus: proprium, Iesus. O gloriam crucis, o sacramentum crucis, o thesaurũ absconditum. Sic, ait, oportuit Christum pati, & intrare in gloriã suã, Luc. 24. Per passionem crucis videmus coronatum gloria & honore, qui angelis paulo fuit minor habitus, Heb. 2. Nunc ergo nomen possidet gloriosum, quo Iesus dicitur, hoc est, saluator, populũ suũ à peccatis suis saluans, Matth. 1. 16. Lucæ primo. Facessant portentosa nomina deorum, Iouis, Palladis &c. Facessant philosophi prophani cũ maledicta sua apotheosi, hoc est, deificatione. Diabolus & oẽs isti dij ad hoc nomen Iesu tanquã cera liquescunt, tremiscunt & fremunt. Contrà, Iesum Christum q̃ coluerunt, in hoc noĩe ouant & triumphãt oẽs. Glo-

Gloria huius nominis, pleni sunt cœli & terra. Lemures quoq; Tænarios hoc nomen timere vides in tot miraculis ad sanctorum monumēta editis. Aetiani soli gloriam eam nominis Iesu dæmoniis referūt acceptam, ipsis Diris diriores. Cæterum etiā fideliū animæ, necdū in cœlestem receptæ exercitū, expiandæq; adhuc igne lustrali, nomen Iesu celebrāt, colunt, adorant.

Et omnis lingua confiteatur, q̄a dominus Iesus Christus in gloria est Dei patris.

Primo genua dicit se in tali noīe deflectere oīa, dein linguas ipsum oēs canere. Duo sunt. Alterum significat cōfessionem oris, alterum obedientiā oēm corporalem. Nō rite supplex nomini Iesu fueris, nisi & mandata eius impense custodieris. Tātus ac talis mediator amandus nobis, nō solū colēdus. Amādus aūt ex toto code, ex tota mēte, ex tota aīa, & ex oībus viribus. Illi laus & gloria per æterna secula. Amen.

IN DIE FESTO PASCHAE, I. Corinth. V.

EXpurgate vetus fermentum, vt sitis noua cōspersio, sicut estis azymi. Etenim pascha nostrum immolatus est Christus. Itaq; epulemur, non in fermento veteri, neq; in fermento malitiæ & nequitię, sed in azymis synceritatis & veritatis.

PRAEFATIO.

ASsuescite charissimi argui & subinde erudiri apostolorum verbis & ministerio ecclesiæ. Cauete cauete blandos Sirenes, q̄ vestræ insidiantur vitæ. Ecclesia laborē & disciplinā vobis præscribit, sed spe meritorum reficit. Noui euangelicastri celebrari tunc demū rite dicunt pascha, hoc est, sumi condigne & salubriter, simul ac homo se peccatorem fateatur: quasi hoc aliquis diffiteri possit. Contra talem eum errorē audiatur Apostolus sensu catholico, quē distinguunt in tres partes. Primo monemur, vt gustum mentis, hoc est, affectus rite paremus, ne qua nobis fastidium atque nausea obrepat. Secūdo, monet sic pręparatos, ne Eucharistian sacrā sumere supsedeamus, dicens Pascha nostrū immolatum esse Christū. Tertio monet, vt p cibū victimæ talis sacrosanctæ, identidē proficiamus, hoc est, proficere seu profectū facere studeamus.

[margin: Paschatis digna celebratio q.]

Expurgate vetus fermentū, vt sitis noua cōspersio, sicut estis azymi.

[margin: Paschatis [illegible]]

Sensus est: Vos fideles videte, ne aliq̄d priscæ impietatis designetis, professioni Christianæ aduersum. Schematicus vero & allegoricus hic plane est Apostolus, inferens similitudinem & allegoriam panis azymi. Rogas quomodo hic fornacariū se Apostolus faciat, & vnde illi furnaria? Respondeo: Magister allegorizandi, locū schematis eius nouit. Ecclesia item tēpus nouit, in quo potissimum hæc lectio proferatur. Apostolus Corinthios adhuc in priscæ infidelitatis mendis vidēs impeditos, nouæ eos vitæ aptissima allegoria admonēdos duxit. Ecclesia, ne qua indigne pascha sacrum celebremus, eam lectionē allegoricam hoc in festo legendam arbitrata. Exod. 12. 13. Deut. 16. de pane infermentato agitur, inde allegoriā traxit Apostolus. Iudæi phase suum celebraturi, lege cogebantur omne fermentū expiare. Vn de instante festiuitate tanta, adeo solicite oīa plane perscrutabant, penu euertentes omne, quidquid fermentati vsquam panis superfuit efferentes, idq; ad minimam vsque micam. Superstitionem eam etiamnum in nostris vides Iudæis. Olim religio quod erat, nunc in fœdam abiit superstitionem vitio carnalium Israelitarum: nobis vero incumbit, vt tale sacramentum rite exprimamus. Zyme vetus etiam nobis expurgāda, idq; accurate, vsq; ad micam minimam. Rogas, quale nobis inquirendum vndiq; fermentum, & quod excutiendum? Respondet Apostolus, Nequitiæ & malitiæ. Iudæi eiecta zyme veteri omni, statim conspersionem azymam nouā parabant, furnariam magna cura exercētes, prospiciendo accurate ne quid vsquā fermenti in vase aliquo hæreat pistorio veteris. Nobis itidem faciendum, aduigilandū ne quid malitiæ & nequitiæ vsquā in nobis relinquatur: Panem item infermentatum coquere debere. nam & Iudæi expiato omni fermēto, nouum panem dulcem, omni fermento carentem, pinsebāt. Quæ autem illa nouitas? Nouitas vitæ, de qua Romanorum sexto, de qua infrà, nouitas puta synceritatis & veritatis. Ad hūc sensum monet Apostolus, veterem vt Adamum exuamus, Ephesiorum 4. Coloss. 3.

[margin: Fermentū quale nobis expurgandum.]

Hoc

Hoc tunc fit, cũ nõ secundũ carnẽ viuitur, sed secundũ spiritũ. Sicut estis azymi, ait: hoc est, q̃d vobis incumbit, q̃d vos decet. Iudæi in farre & aqua panẽ infermẽtatum coxerunt, vos in anima & corpore vestro domino Deo oblationẽ sanctã pinsere studeatis. Vosipsi, videte, sitis noua consperfio. Chrysostomus ait, Iudæos ne in vlla q̃dem rimula micã reliquisse fermenti, oĩa summa cautione perlustrando. Monemur inde, vt & nos maiori cura conscientias excutiamus nostras. Non solũ adulteria, furta, & hoc gen⁹ crassa facinora expiãda nobis, sed & turpiloquij, vrbanitatis, verborũ ociosorum, Racha & Fatue, &c. Breuiter, minutiæ peccatorum nobis penitus sunt eluendæ. Dein itẽ non minori studio operibus insudandũ bonis, quod est, conspersionem nouã parare. Summa: Declinandum à malo, & præstandũ bonum.

Etenim pascha nostrum immolatus est Christus.

Pascha nr̃m Chr̃s parasceuẽ sanctã requirit.

Ac si dicat: per epitasin: Nonne confideratis & nos quoq; pesaḡ habere? Si pascha habemus, par est vt ipsum in summa peragamus religione, potissimum in expurgatione veteris fermenti, & in præparatione conspersionis nouæ iuxta typũ. Par est, vt nostra religio veterem præcellat, dicente Christo: Nisi abundauerit iustitia vestra pharisæorũ* iustitiam, non intrabitis in regnum cœlorũ, Matth. 5. Iudæorum pesah fuit tonsa, nostrum pascha est Christus. Esa. 53. Ioan. 1. 1. Pet. 1. Apoca. 5. 7. 21. Conferamus victimas paschales. Illa erat pecus occisum, irrationale, immundũ: nostrum pascha Christus occisus, rediuiu⁹ regnat & imperat, sapientia æterna, sanctitatis fons. Illud vmbra, hoc veritas: illud caro brutæ pecudis, hoc caro & verbũ, hoc est, verus Deus & verus homo. Nonne ergo maiori nostrũ pascha celebremus religione? Non sufficit in die paschæ, mutatorijs ornatos in concionem prodire, non sufficit artolaganos & pinguia mensæ præparare, & ociũ sectari, neq; item cantu clamoroso omnia personare. Rogas, quid vero pascha sit sanctẽ celebrare? Audi Apostolũ: Nostrũ, inquit, pesah immolatus est Christus. Quid Christus? Mitis & humilis maiestas, agnus humilimus, mansuetus, benignus. Discendum hoc à Christo, exemplo Christi hoc præstandũ. Quod nisi præstiterim⁹, pascha rite non celebramus. פסח, transiuit, reddi potest. Transitus pesah dicitur. Occasio huius vocabuli, nata ex verbo Dei, Exo. 12. ופסחתי עליכם, hoc est, ego transibo vos. Intellige, in percuissione & cæde primogenitorũ. Inde ortũ vocabulũ, ad designandã clementiã Dei, in oẽs pascha rite celebrantes. Iudæi carnales in elementis hærebãt: nos q̃ ab elemẽtis in libertatẽ Dei sumus vendicati, nisi spũales fieri studeamus, p̃uaricamur. Illorũ pesah respõdit bidentis fœtui, nostrũ respondit filio Dei. Aliud synagoga fuit, aliud est ecclesia: quia & alius Moses, alius Christus.

Transit. i. parcit Deus oĩbus pascha rite celebrãtibus.

Itaq; epulemur, non in fermento veteri, neq; in fermento malitiæ & nequitiæ.

Hic expedit allegoriam, clare, quo metaphoram dixerit, exponens. Sensus est: neq; fermentatum, neq; infermentatum panem, neque agnum, neque hœdum, sed malitiam & nequitiam humanam intelligi velle. Christum Iesum esse epulum paschale, hoc sine malitia & nequitia sumi æquum esse. Apostolus archisitopœus atq; archimagirus alius longe est, quàm fuit Moses. Moses pecus hirtum, immundum atq; brutum, far, aquam & ignem tractat. Apostolus filium Dei, iustitiam atq; pietatem tradit. Conueniunt tamen Apostolus atq; Moses: hic siquidem schematice designat, quod ille expressius eloquit. Typus facit ad rei ipsius illustriorem sensum: itaq; summopere profuit, Mosen euangelicæ doctrinæ sic prælusisse. Obserua hic etiam expurgandam hæresin & hypocrisin, iuxtà atque malitiam aliam: vtrunq; enim fermentum dicitur apud euangelistas, Mat thæi 16. Luc. duodecimo. Hæresis fidem, hypocrisis contaminat pietatem. Illa est vera proditio Christi, hæc gloriæ Christi deprædatio & furtũ. Christus pax est fidelium: hanc qui perturbat, similis (immo peior) est Iudæ proditori, Christum Iudæis atq; adeo gentibus crucifigendũ tradenti. Qui vos, ait, lædit, pupillã oculi mei lædit. Maximũ itaq; flagitiũ, Christũ in oĩbus fidelibus cruciari. Deniq; supplicium est grauius animæ, q̃ corporis. Vnde sancti patres, qui pro catholica veritate adeo cõtra hæreticos decertauerunt, tanquam martyres in omni ecclesia celebrant. Quantũ ad hypocrisin, facinus maximi item criminis est, Dei sibi gloriam vendicare. Gloriæ suæ zelotypus est Deus: grauissime itaq; offenditur, si quem viderit sibi esse æmulum. Sed vt demum hunc locum concludam, dico scortatores, libidinosos, luxuriosos, fures, prædones, pauperũ suppressores, auaros, superbos, nepotes, & oẽs vitijs quibuscunque contaminatos, eucharistiam sacrã sumentes, atq; adeo pascha sacrum celebrantes, ipsis pfidis Iudæis eẽ execrabiliores. Negãt Iudæi Christũ, impij Chr̃iani crucifigant

ab

ab integro, si non corporaliter, certe, quãtum in ipsis est spiritualiter. Obseruemus itaq; superstitionem Iudæorum, atq; eam pie ad gloriam Dei & nostram salutẽ imitemur, hoc est, attendamus qua cura fermentum omne vitent, simili studio nos ab omni malitia & nequitia caueamus.

Sed in azymis synceritatis & veritatis.

Quid metaphora fermenti sibi velit, audistis. nunc quid simile schema de azymo signet, aduertite. Synceritatem, ait, & veritatem significare. Cæterum quo pane eucharistias sacrum peragatur, primario siue secundario, fermentato siue infermẽtato, parum retulerit. Verũ pius ritus ecclesiæ citra schismaton & hęresion crimẽ non potest aut mutari, aut abrogari. Nec item ab re ecclesiam credendũ est, sacrum infermentato pane peragere, nõ propter synagogam (quam Græci superstitiose vitando, fermẽtato pane sacrum faciũt, atq; nos azymitas, qui rectius fermẽtarij à nobis vocarent, vocant) sed propter paschatis Christiani sacram repræsentationem. Pia significatio, quam vtinam rite recolẽdo, ipsa vita exprimamus. Similagine⁹ nobis panis & is azym⁹, in altari consecrat, non vt Iudaicũ errorem approbemus, sed vt nos ipsi synceritatis & veritatis admoneamur. Dicis: nunquid & nobis paschæ tempus certum est præstitutum? Respondeo, Ecclesiæ ritum, & approbatũ, quantum ad solennitatem, rite obseruandum. Cæterum quotidie nostrum nobis pascha instare. Christus, quantum ad religionis mysterium, est nobis hodie & heri. Assidue itaq; vetus fermentum excutere habemus. Nam si in sabbatho peccata abluere iubemur, Esa. 56. & 58. quanto magis hoc in paschatis immolatione atq; epulo q̃tidiano nobis est præstandum? Quotidie oramus, dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris: q̃tidie itidem nos renouamus, vetustatem omnem excutiendo, atq; nouitatem vitæ exprimendo. Ambrosius in hunc locum ait: Christus crucifixus est, vt ex eo noua prædicatio nouam faceret conuersationem. Chrysostomus ait: Christianis assidue instat epulationis tempus, festũ lætitiæ, ratione seu nomine abundantiæ gratiæ Dei. Vnde Apostolus ait: Gaudete in domino semper: iterum dico, gaudete. in festo hoc lætitiæ, sordidis vestibus nemo in ecclesiã veniat: sed non de vestibus corporis nobis sermo est, sed de ornatu animæ: hoc est, de operibus immundis deponendis, & de mundis sumendis. Vestẽ hic nuptialem, qua nisi q̃s ornatus, digne tanto sponso discumbat, in exteriores tenebras deturbabitur. Synceritatem & veritatem Theophylactus exponit vitam honestam, & Deo & hominibus approbatam. Cauenda simulatio, quæ duplex habet crimen. Esto vir perfectus coram me, dicit Deus Abrahamo. Coram me, ait, nihil simulate agas. cor tuum ego siquidem nunquam non perspicio. me ergo semper timeto, mihi vnice placere studens, & ego merces tua ero copiosa. Synceritatem & veritatem nos possumus interpretari beate viuere. Sed & hoc anceps est verbum. Beate viuere enim ethnici prisci dixerunt esse, viuere sine omni molestia, voluptate nimirũ honesta, iuxta hoc Horatij:

Quid Paris? vt salu⁹ regnet, viuatq; beat⁹.

Item hoc Martialis:

Viuere q̃ propero pauper, nec inutilis annis,
Da veniam: properat viuere nemo satis.

Philosophi beatitudinem aliter acceperunt, nempe de sola honestate. Vnde Cicero ait: Nihil aliud est bene & beate viuere, nisi honeste & recte viuere. Controuersia fuit ĩter Stoicos & Peripateticos. illi solã virtutem beatitudini adscripserunt, hi corporis salubritatem voluerunt adiectam. Vide Gellium libro decimooctauo. Stoici magis professioni nostræ accedũt. Nos enim beatitudinem etiam in ipsa paupertate & omnigenis ærumnis latitare didicim⁹, magistro & autore beatitudinis Christo Iesu, Matth. 5. Theologi dicunt beatã vitam esse Christianam vitam. Dicimur omnes Christiani. viderit quisq;, ne sese decipiat, ethnicum viuendo, & se Christianum vocãdo. Summa Christianismi sita est in synceritate & veritate, in vita religiosa, in operibus bonis, in disciplina & obedientia Dei. Infesto plane pede noui euangelicastri, nescio vnde obrepsere, docẽdo nullam aliã esse ad eucharistiæ dignã prę parationem rationem, nisi peccatorem se agnoscere, Bonorum nostrorum Deũ nõ indigere, Opera bona nullius esse meriti. Contra pestilentem eam doctrinam, homo qui saluus esse velit, prę sentis lectionis vel literam assumat scutum atq; antidotum, & securus erit. Dominus Iesus nostrum pascha, dignetur hæresin eam pessimam *Eumianam, Aetianã, Iouinianã & apostatarum erronũ, extirpare, & ecclesiam suã pacificare. Amen. Catholicis itidem syncere & vere in hoc pessimo seculo vitam degere præstet, quia sine eo nihil possumus, & per ipsum om̃ia. Ipsi sit perpetuo laus & gloria. Amen.

Panis infermẽtati significatio.

Viuere beate quid ethnicis sit.

Christianismi sũma vbi sit sita.

DO-

DOMINICA PRIMA POST PAscha, siue Quasi modo geniti, I. Ioan. V.



OMne quod natum est ex Deo, vincit mundum: & hæc est victoria quæ vincit mundum, fides nostra. Quis autem est qui vincit mundum, nisi qui credit, quoniam Iesus est filius Dei? Hic est enim qui venit per aquam & sanguinem Iesus Christus. Non in aqua solum, sed in aqua & sanguine. Et spiritus est qui testificatur, quoniam spiritus est veritas, quoniam tres sunt qui testimoniũ dant in cœlo: Pater, verbum, & spiritus sanctus: & hi tres vnum sunt. Et tres sunt qui testimonium dant in terra: spiritus, aqua & sanguis: & hi tres vnũ sunt. Si testimonium hominum accipimus, testimonium Dei maius est: q̃niam hoc est testimonium Dei quod maius est, quia testificatus est de filio suo: Qui credit in filium Dei, habet testimonium Dei in se.

PRAEFATIO.

Fidei catholicę cõmẽdatio.

SVmma lectionis præsentis, est præconium Christianæ fidei, qua nihil est p̃stantius. Potentia, gloria, opes, salubritas, robur corporis, venustas, victoria, voluptas, etiam bona animæ, sapientia, intellectus, deniq; item virtutes & probitas siue honestas humana siue philosophica, ipsissima Platonis ciuitas & vniuersa Aristotelica præcepta, sine hac nostra virtute theologica nihil sunt omnia. Fidei nostræ omnia prædicta si contuleris, scintillam arenaceam soli comparaueris, & myricam cedro. Fides vero si adsit vera & syncera, iam bona & cõmoda omia. Sic fides est fundamentũ totius ædificij Christiani. Obserua, qua mente præsentem lectionẽ nobis legendã ecclesia hodie statuerit. In superiori dominica de synceritate & veritate actũ est, eius rei nũc subijcit ratio. Si em̃ fides syncera & vera fuerit, iã nihil in omni vita erit impurũ. Sectio lectionis est: Primo dicit fidem esse gratiæ Dei donũ, datum homini per sacramentũ regenerationis. Secundo dicit eam quotidie succrescere salutari pœnitentiæ sacramento. Baptizamur siquidẽ ad pœnitentiæ dignos fructus edendos. Quod si præstiterimus, sancti sanctificamur adhuc.

Omne quod natum est ex Deo, vincit mundum. Et hæc est victoria quæ vincit mundum, fides nostra. Quis autem est qui vincit mundum, nisi qui credit, quoniam Iesus est filius Dei?

Fides vincit mũdũ.

Per syllogismũ ostendit fidem vincere mundũ, fideles vere mundo subiacere non posse. Maior est: Quod natum est ex Deo, vincit mũdũ. Minor: Fideles vos nati estis ex Deo. Conclusio: Ergo vincitis mundũ. Quid, per Deũ oro, simplicius possit dici? Nasci ex Deo, est innouari per aquã & spm̃ sanctũ, Ioan. 3. Tit. 3. Non tamẽ hic verbũ putes abesse. Verbũ caro factũ est, Christus Iesus filius Dei viui, autor baptismi. Verbũ itaq; accedat oportet elemento, sic enim fit sacramentũ. Verbũ, semen est ipsum & virtus regeneratiõis, 1. Pet. 1. Vincere mundũ, est omnia quæ vera & syncera nõ sunt, expurgare, mundi vanitatẽ, cui in sacramento baptismi abrenunciamus, bellumq; indicimus, expugnare. Diabolus bona creatura in perniciem infidelium abutitur. Vnde princeps huius mundi dicitur. Si procidẽs, ait, adoraueris me, hæc omia tibi dabo. Satanas vero filio Dei non præualuit, nec victoria de Christianis veris potiri poterit. Mundus est, fastus, libido, & voluptas, hunc satanas mundo creaturã bonã inseruire facit. Contra mundũ potissimũ scripserunt patrueles Ioannes & Iacobus. Vnde recte hic nr̃ apl'us cum germano suo S. Iacobo, dicti sunt apud Marcũ Bneraam, hoc est, filij tonitrui, siue Bnerees, hoc est, filij tẽpestatis. Boanerges, quod aliàs legim' nihil aliud significare potest. Cap. 3. Recte filij tonitrui dicũtur, non fabulose, vt * Zethen & Calain dicũt esse filios Boreæ venti. Prægnatur euangelista & apostolus cũ in suo euangelio, tũ in epistola tonitru vehemẽs, tempestas grandis, qua hic mundus Dei hostis penitus discutitur. Similis per omia est epistola diui Iacobi, huius nostri apostoli patruelis, quã Lutherani stramentitiã vocant atq; reijciunt. Nos qui catholicã simplicitatem sequimur, epistolã Iacobi æque atq;

atq; sui patruelis Ioanis, præsentē arietem ad expugnandū mundū, nobis superne creditum scimus. Mundus hic omnino nobis est expugnandus. Amicitia huius mūdi, est inimicitia Dei. Mūdus hic propediem per ignē iudicabitur. in illa die iræ flāma amici eius perpetuo torquebuntur. Tonitru ergo & tēpestate cœlesti instemus hostem illum Dei strenue impugnare. sic em̄ continget nobis de hoste eo victo in Christo, gloriose triūphare. Christus primo manus cū hoste illo conseruit, atq; ipsum deuicit, Ioan.16. Etiā principem huius mundi, Matt.4. Ioan.12. Leo de tribu Iuda itaq; dicitur Apoc.5. Exemplū eius nobis sequendum, Ioan.13. 1.Pet.2. Exemplū hoc secuti sunt om̄es electi, Hebr.11. Fide autem vicerunt, ibidē. Pseudosophiā & om̄em huius mundi vanitatē, etiamnū fides vincit, 1.Ioan.2. Matth.4. Armatura fidei extinguit iacula ignita inimici om̄ia, Ephe.6. Virtus vero fidei, qua ex tanto hoste palmā refert, est Iesus Christus dn̄s noster, vt infrà etiam dicetur. Effect⁹ nois Iesu quis sit, in victoria ea euidens fit. Contra tantam virtutem non subsistit mundus. veritas mendacio fortior. Spiritus Dei vehemēs, mundi spiritum vanū exuperat. Ecclesia, basis veritatis: Ecclesia, hæreditas filij Dei, Ecclesia regnum, Ecclesia thronus: vnde etiam victoria nusquam est, nisi in Ecclesia. Ecclesiæ ministerio regeneramur. Extrà etiā inefficacia sacramenta om̄ia, quia extra ecclesiam vanitas. Ecclesia & mūdus, duo certissima sunt contraria. Caro & mundus sibi consentiunt. vetus Adam, mundi est mancipiū. Ecclesia nos regenerat, atq; adeo victores facit. Qui Ecclesiæ profugus est, siue Ecclesię perduellio qui est, iam hosti manum palmamq; dedit. Rogas quænam fides victoriam de mundo obtineat? Respondet apostolus atq; Euangelista, dicens: Quæ credit quoniā Christus est filius Dei. Huic articulo om̄es alij adhærent. Qui Christū videt, videt & patrē cœlestem, Christi item spiritu pollet: vnde & Christi ecclesiæ se filium esse vnice gloriatur. Christū credere filium Dei viui, (Matt.16. Luc.1. Ioan.1. Rom.1.) fundamentū est fidei sanctæ Trinitatis, Ecclesia sacramentorum, & omnium nostræ religionis mysteriorum. Denique etiā ipsius Ecclesiæ basis est, credere Christum: q̄a super Christū fundata est ecclesia. Qui ecclesiam nescit, Christum nescit. Qui ecclesiam vere nouit, sanctam Trinitatem, verbi incarnati sacramenta, & oīa vitę æternę arcana nouit. Fides itaq; est, p̄sens adeo virtus Dei ad salutem omni credenti, Rom.1. Facessat Alcoran Mahometisticum. Facessat Thalmud Iudęorū Cabala, & om̄is humana persuasio & opinio, orthodoxę fidei contraria. Sola fides est professio Christiana, cui nunquā præualebunt vel portę inferorū. Iam porro audiamus, vt fides illa nugas opinionū exuperet vniuersas.

Hic est enim qui venit per aquam & sanguinem, Iesus Christus. Non in aqua solū, sed in aqua & sanguine. Et spiritus est qui testificatur, q̄niam spiritus est veritas.

Antipophora est. Diceret aliquis, quisnam ergo ille Iesus est, quē aduersus mundum, filiū Dei fateamur? Respondet, Verbum esse, quod erat in principio apud Deum Deus, tēpore præstituto incarnatū, natum denique & passum. Ex cuius latere sanguis profluxit & aqua: quod maius fuit miraculū, q̄ vel erat curatio infirmorū, vel resuscitatio mortuorum. Vnde Euangelista robustissimū inde accepit testimonium, & hoc ipsum tanta fide memorię tradidit Ioan.19. Non hic solū loquitur Apostolus & Euangelista de passione, sed & de Eucharistia, hoc est, de gratiarū actione. Mysteriū ecclesiæ sacrificij hic cōmendatur, quasi certissimū testimonium filij Dei Iesu Christi. Aqua baptismi & sanguis Eucharistiæ hic vnà connectuntur. alterū remittit peccata, alterū sufficit virtutē peccata cauēdi, & pœnitentia ea expiādi. O profunda mysteria, o salutaria sacramenta. O quanta est culpa magistratus, circa tanta sacramēta abusus subnatos non corrigentis. Chrysostomus, Cyrillus, Theophylactus, aquā tā de aqua passionis, q̄ de lympha baptismi accipiunt. Sequitur ergo, sanguinē quoq; intelligendum tam de passione, q̄ de mysterio gratiarū actionis. Sunt q̄ de baptismo Chr̄i accipiunt. Vnde ait Beda: Hic est q̄ venit maledictionem terræ suo delere baptismate in Iordane, & mundum suo sancto redimere sanguine. Mirū, Euangelistam & apostolū tanta diligentia subinde vti repetitiōe frequēti, qua eandē rem identidē repetit. Tautologia est: Non in aqua solum, sed in sanguine & aqua. Nō ornatus figura, sed necessitatis tropus. Quasi dicat: Baptism⁹ nō pficit religionē ipsam. ne Chr̄i quidem baptisma rem nr̄æ salutis absoluit. Nisi enim preciū mūdi, sanguis ille preciosus esset effusus, nusquā esset vel remissio peccatorū, vel gratia, vel salus. Sanguis Chr̄i, virt⁹ est baptismi, quoniā in sanguine habitatio est & sedes aīæ. Sāguis emūdat nos à peccatis, 1.Ioan.1. Apo.1. Vnde & in remissionē peccatorū est effusum, Matt.26. Mar.14. Luc.22. 1.Cor.11. Caue dicas effusionem sanguinis & aquæ fuisse naturalē. Physici pleriq; ho-

Maximū Chr̄i miraculorū, de Chr̄o dans testimoniū.

Missæ officiū ppetuādū, sed citra abusus.

Baptism⁹ nō absoluit Christianismū

hodie dum esse volunt, Christiani esse desinunt. Miraculũ est certũ, nẽpe quo nostræ fidei prouenit certum testimoniũ. Dein etiam subest salutare adeo mysteriũ. Augustinus ad duo sacramenta hunc locũ refert, nempe Baptismi & Eucharistias. Rogas, nõne & pneuma, de quo idem Euãgelista aliàs libenter loqtur, hic esse oporteat? Respondeo, maxime: quoniã sine spũs sancti opere neq; aquę ablutio, neq; sanguinis pfusio vsui esse potest. Christus vero quoniã cum patre & spũ sancto vnũ est, Spũs hic nõ exprimitur, quoniã in Christo intelligitur. Vnde & Christus p ipsum spiritum seipsum obtulit Deo patri. Et nos tam in nomen Iesu, q̃ in nomẽ S. Trinitatis baptizamur. Nemo dicit, dñe Iesu, nisi per spiritũ. Spũs dat nobis fidei arrhabonẽ, hoc est, rerum sperandarũ nos facit certiores, fidem in cordibus nostris creans atq; ingenerãs. Fidem meretur spũs ille veritatis, Ioan. 4. Ipsaq; veritas, Ibidẽ. Et hic dicit: Spũs est veritas, qa Dei est, qa Deus est. Et Deus veritas est. Nunc porro audiamus de testimonio nostræ fidei, Christũ esse filium Dei.

Baptismus spũs sancti est opus.

Quoniam tres sunt qui testimonium dant in cœlo, Pater, verbum, & spiritus sanctus: & hi tres vnũ sunt. Et tres sunt qui testimonium dant in terra, spiritus, aqua, & sanguis: & hi tres vnum sunt.

Audis testimoniũ fidei nostræ de Christi deitate, acceptũ referendũ spiritui sancto. Aqua habet grandia mysteria, qm̃ & præcipuũ fundamentũ, quo expiatũ semel est carnis crimẽ vniuersum. Sãguis itidẽ vt animę sedes, sua habet sacramẽta. Vnde rite factũ est preciũ huius seculi, q̃ aliorũ peccata siue debita soluta sunt, Esa. 53. Nõ mentitur sanguis ille, nec item horrendũ intonat more sanguinis Abel, sed excusat atque testat. Testat Christũ verũ esse filiũ Dei, atq; adeo Messiã. Miraculũ grande, hoĩem exanimẽ sanguinẽ posse fundere & aquã. Vnde voluit nobis relinquere sanguinẽ eũ preciosum, in eius nostrę fidei præcipuũ fulcrũ atq; sustẽtaculũ. Huc facit mysteriũ, q̃ aqua in Missæ officio vino miscetur. Pudeat Lutheranos schismatis, quo tm̃ sacr̃m audent antiquare. Baptismus vero hic præcipue significat. In Chri Iesu noĩe baptizari aqua, est à peccatis ablui. Dei est solius, peccatum abluere. Vides ergo baptismũ certũ esse testimoniũ deitatis Chri. Magnũ testimoniũ aquæ & sanguinis, maius tamẽ est testimoniũ spũs. Testis hic, alia duo rata facit testimonia. De teste hoc nulli aliqd persuadere

Sãguinis Chri mysteria sunt immensa.

Testimoniũ spũs sancti de Christo, ratum est.

possumus, nisi ipsum intus doctorẽ habea[mus]. De testimonio spũs habes Ioannis 15. Et [hi] tres vnũ sunt, dicit. hoc significãtius reddi poterit, idẽ sunt, puta scd̃m efficaciã. Nõ dicit, ἐπὶ τὸ αὐτὸ, vt est in psal. 2. Act. 4. Sed dicit, εἰς τὸ ἕν, q̃d tãtundẽ est, ac si dicat, eodem spectant, vna triũ est efficacia. Quo aũt spe[ctant]? quæ est eorũ virtus? Docere, Chri[stum] esse filium Dei. Tale testimoniũ, quod est nostræ salutis fundamentum, Apostolus in sequentibus excellentius prædicat.

Si testimoniũ hoĩm accipimus, testimoniũ Dei maius est: qm̃ hoc est testimoniũ Dei, quod maius est, qa testificatus est de filio suo: Qui credit in filiũ Dei, habet testimoniũ Dei ĩ se.

Testimoniũ spũs sancti hic magnifacit, atq; ĩde occasiõe accepta, etiã S. Trinitatis testimoniũ ĩfert. Plurimũ oĩno refert, quẽ quis sibi testẽ pferat. Et leges testes diligẽter examinãdos sanciũt. Vñ Chrs testẽ suũ Ioannẽ valde laudat. Sed tñ dicit se maius testimoniũ Ioãnis habere testimonio, Ioan. 5. Ioãnes quoq; euãgelista testimoniũ hoc maius, hic magni facere nõ supsedit. Sẽsus est: Hoĩm cõtrouersiæ p testes graues & fide dignos sopiunt oẽs. Hęc maxima fori cõsuetudo est litiũ sedandarũ. A minori: Si in oĩbus causis forẽsibus hoĩm testimoniũ tãtæ est maiestatis, quare nõ valeat in foro pneumatis sancti testimoniũ, q̃d Chrus habet oĩm maximũ? Deus ipse (q falsum testimoniũ phibet Exo. 20. Deut. 5. & q apseudes, hoc est, mẽdacij oĩs expers & verus dẽ & est, Tit. 1.) de nr̃o Messia suo filio dat testimoniũ. Homo oĩs mẽdax, teste psal. 115. Col ha Adam Co zeb. Credendũ ergo testimonio Dei, cui q nõ credit, pfidus est plane & infidelis. Testimoniũ filius dat de seipso, dicẽs ad discipulos Ioãnis Mat. 11. Ite, renunciate Ioanni quæ videtis & auditis, Luc. 7. Et Seruator ait: Opa quæ facio, ipsa de me testimoniũ dãt, Ioan. 10. Testimonium itẽ Pater dedit de filio supra Iordanẽ, & in mõte Thabor, Mat. 3. 17. Mar. 1. 9. Lucę 9. 2. Pet. 1. Hos testes qs impune reijciat? Moses de Chr̃o dedit testimoniũ. Deut. 18. Ioan. 8. Idẽ faciũt pphetę, Ioãnes Baptista, Ioãnes euãgelista, om̃es apl̃i. Qua frõte tales qs testes reijcere poterit? Baruch mũdo videndũ pmittit, Esaias Immanuelẽ vocat. Credit hoc. Credẽdũ ergo & Deo pr̃i, filio & spũi sancto. Immanuel, olim corporaliter in terra videbat, Ioã. 1. Nũc spũaliter nobiscũ est, Mat. 28. Quis nũc, rogo, nobis resistat veritatẽ dicẽtibus, cũ deus sit nobiscũ Ro. 8? Soli illi inuisibili, vero, ĩmortali, oĩpotẽti Deo, sit laus & gl̃ia p æterna secula. Amen.

DO-

siue Misericordia domini, I. Petri II.



CHristus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum, vt sequamini vestigia eius. Qui peccatum non fecit, nec inuent⁹ est dolus in ore eius. Qui cum malediceretur, nō maledicebat: cum pateretur, non cōminabatur. Tradebat autē iudicanti se iniuste, qui peccata nostra ipse pertulit in corpore suo super lignum, vt peccatis mortui, iustitiæ viuamus, cuius liuore sanati estis. Eratis enim sicut oues errantes, sed conuersi estis nunc ad pastorem & episcopum animarū vestrarum.

PROLOGVS.



FIdei prædicationem apte sequit̃ patientiæ & bonoꝝ opeꝝ commendatio. Atq; hac in re plus solliciti erant Apostoli omnes, nō q̃ per bonorum operū commendationem fidei gloriā obtenebrarent, sed verā fidem per bona opa declararēt. Heretici vtrunq; confundunt, neutrum recte docētes. Apostolus Petrus ostendit, solam fidem nō sufficere. Sequit̃ ergo, opera bona iustitiæ fidei opitulari, & iuxtà atq; fidē, iustificare. Quo bona opa magis nobis sunt necessaria, hoc studiosius ad ea identidē nos vrgēt apostoli omnes. Petrus hic in p̃dicationem patientię et opeꝝ bonoꝝ, exemplū nobis Chr̄i proponit, valido om̄ium ad persuadendū argumēto: quod si noui apostolastri recte considerarent, operibus bonis haud quaq̃ iustificandi & meritorū augendorū rationem negarēt. Sectio esto: Primo Patientia nobis cōmendatur. Secūdo Christi passio eius fructum recenset. Tertio Admonet, vt peccatis quotidie magis atq; magis moriamur, Chr̄o per omnigenas virtutes & disciplinas viuendo. Nam peccatis mori nemo recte potest, nisi virtuti, hoc est, iustitiæ viuat. Item par esse, vt honeste agamus sub tanto episcopo Chr̄o Iesu domino nostro.

Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum, vt sequamini vestigia eius.

Nullum efficacius exemplū extat, quod ad mouendū æque valeat, atq; Chr̄i. Quis fidelium veroꝝ, audito exemplo Seruatoris filij Dei, nō accendat̃ statim atq; animet̃ ad exemplū eiusmodi sequendū? Sunt etiā alij, qui patientiæ insignē laudem meren̄t, q̃les sunt Abel, Ioseph, Iob, Dauid, Zacharias, Ieremias, Daniel &c. Sed qd hi ad dominum Iesum? Est aliquid, seruum audire sibi sequendū dominū. Discipulus quē rectius, atq; suum imitetur magistrum? Energia ergo plenū est præceptum, quo nobis Iesu filij Dei exemplū commendat̃. Fideliū esse, Christi exemplum imitari, audis Luc. 9. ipsius præceptoris verbis: Qui meus esse vult discipul⁹, se ipsum abneget: tollat crucem suam, & sequatur me. Qui Christi vult esse discipulus, qui Chr̄m suum agnoscit Deum, qui Chr̄ūm credit Deum, sequatur ipsum. Quomodo & q̃rsum? Accepta cruce, abnegādo sese ipsum, in montē Caluarię. O dura vestigia. Crux acerba, mōs Golgata infamis, passio acerba, mortis genus turpissimū. Sed si filius Dei istam sustinuit cōtumeliā, si sic ipsum regē gloriæ in suam gloriam ire oportuit, nullū aliud nobis relictum est iter. Ego sum via, ait. Lutherani valde clamitāt, viam esse Christum: sed solam fidem interim dicunt seruare, fructum obedietiæ & patientiæ, meritū passionis & laboꝝ eleuantes, viā ipsam obsepiūt & tegunt. In monte Caluariæ auditū est primo verbum gloriosum: Hodie mecū eris in paradiso. Hic dixit cēturio: Vere hic erat fili⁹ Dei. Quæ si rite crediderimus, cōtumeliam & acerbitatē crucis præ tanta gloria nihili faciemus. Si Dauid nobis proponeretur exemplū, puderet nos eius exempli, etiam regis tanti. Iam rex gloriæ filius Dei, exemplum nobis datus est, quod nō gloriæ maximæ esse non potest. Vestigia Chr̄i cordib⁹ nostris impressa esse debent, præsens hoc hypogrāma & exemplar nobis p̃petuo ob oculos ponendum. Obserua hic, q̃ hallucinentur noui euangelicastri. Dicunt Christum p̃ nobis passum, ne nobis pati sit op⁹. Item Christum pro nobis opera bona edidisse, nihil ergo mereri qcquid nos fecerimus. Petrus ab illis apostolis immēsum dissidet: dicit eñ, nobis relicta vestigia Chr̄i, ad imitādum Christum. Lutherani dicūt, sequaris, siue non, nihil referre. Itē negāt, Sequi nostrum, vllum præmium manere: quasi qui Christum sequatur per patientiam, non pertingat ad eius gloriam: vt ociose dixerit, Volo vbi ego sum, ibi etiā meum esse discipulum. Item, Qui mihi ministrat, honorificabit eum pater meus cœlestis. Paulus subscribit collegæ suo Petro, 2. Timoth. secundo, Rom. octauo: Si compa

Iter ad gloriam Chr̄s obedīēs patri vsq; ad crucis mortem.

Gloriosū verbū primo in caluarię mōte auditū.

Meritum gloriæ se qi exēplū obedietię Christi.

patimur,& cõglorificabimur. Sympascho men, hoc est, patimur in ijsdem vestigijs. Patimur in eius gratiarum actiõem, ad eius gloriam. Synergi sumus, hoc est, cooperarij: sancti, quemadmodum ipse est sanctus, primę Petri primo. Non ꝙ eius sancti moniam speremus nos posse assequi, neque enim hoc nobis præscriptum est, ait enim: Sequamini vestigia eius. Similia item fere dicuntur Matt.5.25. Ioan.15.

Qui peccatũ non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius.

Passio Christi rite æstimata, omnẽ tribulatinem leuẽ facit.

Propheticum hoc lectionis sacræ, emphasin præsentem inducit. Nemo fidelis, in quacunque tribulatione fuerit, impatiens esse poterit, si illi horum succurrat verborum. Christus peccati om̃is purus, fons puritatis, tãta passus est. nos in peccatis cõcipimur, mendaces, peccatum nobis innatum est, Psalmo quinquagesimo. Omnes peccauimus, Rom. tertio, 1. Ioan. primo. Merito ergo nostro patimur. Dicis, nobis peccata in baptismo esse remissa, nos ablutos esse &c? Sed quid? Nõne etiam post baptismi gratiam identidem in peccata labimur? Nonne in nos quadrat, Sus in volutabrum cœni lota reuertitur, & ad vomitum canis? Remissa sunt nobis peccata, ne porro peccemus, Ephe. quinto, Titi tertio, Ioan. tertio. Bis itaq; rei & culpabiles sumus, in luce tãta gratiæ tenebrarum opera committentes. Vnde si aliquando tentatio ingruat, merito hoc nostro nobis contingit. Non hæc dico errore illo, quo pleriq; hodie dicunt, nos peccare oportere, contra hoc quod dicitur 1. Ioan. tertio: Qui natus est ex Deo, non peccat. Peccatum exuperant, qui legitime contra ipsum decertãt: quod quoniam pauci secundum gratiam illis datam faciunt, multi cum vexãtur, suo merito id illis euenit. Magna vero gloria Christi, qui conceptus est per spiritum sanctum, natus ex Maria virgine, plenus gratia & veritate, solus anamartetos, hoc est, impeccabilis. Quis, ait, arguit me de peccato? Ioã. VIII. Sine peccato est omni, Hebr. quarto. peccatũ nescit solus, 2. Cor 5. Verba Esaię prophetę de Christo sunt: Lo ḧat mas assa Velo mirmaß bepuff, hoc est, Nihil commisit iniquum, nec inuentus est dolus in ore eius. Iam cum innocẽs agnus tot & tanta sit passus, præparemus nos, & imperemus nobis, assuescamus pati. Beati erimus, si vel rei, patiẽtes crucis pœnam sustinuerimus. Nam & latroni dictum est, Hodie mecum eris in paradiso. Sed nostrum est summopere cauere, ne aut latrones, aut adulteri, alijsq; facinoribus rei patiamur.

Qui cum malediceretur, non maledicebat: cum pateretur, non comminabatur. Tradebat autẽ iudicanti se iniuste.

Quando tandem vetus noster Adam exemplo noui Adami discet patientiam, quã nobis præscribit Matthæi vndecimo? Nam qui euãgelistæ nihil vsquam præ se ferunt, nisi veteris Adæ fæcem, quorum summa religio est, bouinari: contendere conuicijs, & conuiciorum playstra in eos, à quibus vel verbulo læsi sunt aliquo, regetere, infimus eorum religionis est gradus. Illuminatorũ lux si adeo tenebricosa est, heu mihi, quantam credemus esse nubem atq; obscuritatẽ eorum, qui necdum sunt illustrati? Non sufficiunt librarij ad tot apologias excudendas, non sufficiunt iudices ad tot lites & calumnias discernẽdas atq; cõponendas. Sed & iudices ipsi calumnijs subdititiorũ plane obruuntur. Iudicium Cameræ quantis nostris temporibus cõuicijs sit affectum, quis nesciat? Quantũ ad personas nostras attinet, obmutescere debemus cõuicijs onusti. Psal. 37. Veritatem vbiq; catholicam, atq; adeo gloriam Dei asserere debemus. Christus cum criminaretur, os non aperuit, Esa. 53. Act. 8. Nobis quoq; dicit idem ꝓpheta cap. 51. Nolite timere opꝓbria hominũ, & blasphemiam eorũ ne metuatis. Sicut enĩ vestimentum, sic comedet eos vermis: & sicut lanã, sic deuorabit eos tinea. Dauid a vt Semei mordicus arripuerit, & q̃ patiẽtia hoc rex tulerit, historia Regũ testatur, 2. cap. 16. Nobis quoq; dictum est: Beati estis cũ maledixerint vobis hoĩes, mentiẽtes propter nomen meũ, Matth. 5. Luc. 6. Poterat Iudæos saluator vicissim reprehẽdendo mordere, norat vlcera: sed iuxta propheiam, vt ouis obticuit, nobis nõ solum in salutis sacramentũ, verũ etiam in virtutis & meritorum exẽplum. Cæterũ ne videamur Deo inuisi, atq; per hoc omniũ iniurijs expositi, & ne quisq̃ putet sibi integrũ esse, ꝓ sua libidine in nos sęuire, idq; impune, sibi vlciscẽdi potestatẽ reseruat dignã: ipse enĩ est qui satis ꝓ re vnicuiq; retribuere potest, mensuram bonã, confertã, & supabundantem. Omnipotens est, nemo illi resistere potest. Vnde potentes potenter tormẽtis excruciandos tradit. Exemplũ Iudæi hodie quoq; existunt, totius mundi ludibrium, qui olim erant populus vnice electus. Exẽpla patientiæ duo subijcienda puto. Alterũ Zachariæ ꝓphetæ, qui cũ innocens lapidaret, ait: Videat dñs & requirat, 2. Paral. 24. Alterũ catholici cuiusdam Episcopi, Alexãdri nomine, is cum multa ab Arrio pateret, nihil aliud dixit, quàm: Dominus iudicet inter nos. Vidit dominus vtriusq; tribulationes: vidit,

& iustam se vtriq; vltorem exhibuit. Vide Eusebium.

Qui peccata nostra ipse pertulit in corpore suo super lignum, vt peccatis mortui, iustitiæ viuamus: cuiꝰ liuore sanati estis.

De Christi passione simul ac dixisset, visum est vt etiã de eius vsu atq; fructibus diceret. atq; hoc ipsum hic, vt compendiose, ita etiam perfecte exequitur. Christum filiũ Dei, quis credat ociose esse passum? Pater cœlestis omnipotens, nisi maxima, per mortẽ eam, commoda sciret promanatura, nunquã filium suum dilectum talia pati permisisset. Acerbissima omniũ mors vt illa fuit, ita etiam turpissima extitit: vtriq; certas ob causas. Innocens Dei filius, mendax om̃is homo, in maligno positus totus mundus. Filio cœlum peruium fuit: qui descendit, adscẽdere potuit. Princeps huius mundi, nihil in ipso habuit, iter itaq; illi intersepire nõ potuit. Obex vero peccatorũ, genꝰ humanũ totũ vniuersumq; remorabatur, q̃ minus eo vnde puenimus, ptingeremus ad paradisum. Framea iræ Dei, aditũ horti lætitiæ nobis clausit. Princeps tenebrarum, Vectis ille, ius in nos habuit. Auerni eramꝰ mãcipia om̃es. Dei iustitia itẽ legibus infernalibus adstipulabat. Nihil itaq; vndiq; nisi psens nos circũuallabat perire. Hinc Dei iustitiæ atq; iræ, illinc diaboli crudelitas & ius, intra nos vermis cõscientiæ, intra & extra, infra & supra nos moles & abyssus peccatorũ. Misertus nr̃i filius Dei Sapiẽtia ęterna, viã nouit, qua Dei iustitiæ satisfaceret, atq; tyrannidẽ satanæ auferret, q obicẽ peccatorũ e medio tolleret, vermẽq; conscientiarũ nostrarũ enecaret. Nulla alia ratio, via atq; modus erat, nisi vt innocẽs nocentibꝰ succurreret, vita morsus mortis fieret, atq; adeo occideret, &c. Deo patri agnꝰ Dei se obtulit, sanguine suo nos lauãdo, vermem aĩas nr̃as corrodentẽ extinguendo, atq; adeo framea illa ignea atq; om̃i obice remoto, aditũ nobis faciẽdo. Peccata itaq; nr̃a ptulit in corpore suo. Agnus Dei, ait, q tollit peccata mũdi. Agnus, hoc est, victima. Agnus Dei, hoc est, põtifex, atq; talis, cui soli cœli sacrariũ erat peruiũ, q propter suã reuerentiã solus Deo pr̃i p nobis interpellans, erat exaudiendus. Altare erat lignum crucis. lignum huic sacrificio conueniens erat cum primis, quoniam & in ligno facta est transgressio. Cæterum & Agnus ipse, petra illa, quæ olim filijs Israel tanta effudit vitalia flumina. Petra, inquam, in qua continentur, nostris igniculis excutienda, ignis vitalis semina. Eia fratres, considerate mysteria. Quæ, per Deum oro, maiora esse possunt sacramenta, vel in cœlo, vel in terra? Regnauit à ligno Deus: & qui per lignum nobis imposuit, per lignum ipse q̃que percussus interijt. Maledictus omnis q pendet in ligno. Benedictio omnis carnis, semen Isaac, illuc adscẽdit, nostram eã execrationem in se recipiens atque delens. Incorporamur itaque in baptismo Vitæ, Luci, & Veritati. In sacramento Eucharistias eius sacrosanctum corpus & sanguinem sumimus. Deniq; & alijs charismatoũ diuinorum nos munimus sacramentis. Quorsum hæc omnia? Vt peccatis mortui, iustitiæ viuamus. Hic est passionis Christi verus & pprius vsus. Hic sacramẽtum, hic exemplũ. Alterum si recuses, alterius vsum & efficaciam nunquam percipies. Videte fratres, quali nos errore dementauerint nostrates euangelicastri noui, qui solam fidem iustificare & beare dicunt. Non dicit apostolus Petrus, vt saltem credamus. Fidelibus opera bona pscripsit ad iustitiam perficiendã. Innocens pro nocẽtibus oblatus est, vt eius postea innocentiã sedulo imitarent: nec hoc ociose, sed ad consequendam iustitiæ præmiũ vitam æternã. Nobis peccare porro non licet, q peccatis sumus mortificati, qui scimus terrorem domini, 2.Co.5. iram agni, Apo.6. Sũma: Amplius non est peccandũ, Ioan.5.8. Peccatis succedat iustitia: alterum autoramentum habet mortẽ, alterum vitam. Corpus peccati est instrumentum diaboli, corpus disciplinæ Dei. Vtrunq; arma iustitiæ vocat Apostolꝰ Ro.6. Apostolorum priscorũ maiestas, interimat apostolastros nouos, priscis contraria omnino docentes. Votum solenne baptismi, etiam nouorum apostolastrorũ opinionibus cõtrarium est. Apoginomeni, entwordẽ abekomen, mortui, alienati, liberati sumus à peccatis: omnis ergo nostra religio, sita est in disciplina & pugna contra peccata. Neq; hoc frustra. Fidelis est Deus, qui nõ obliuiscetur operũ nostrorum bonorum, quę p Christum Iesum sunt facta. Iustitiæ viuere, est opera bona sedulo edere, atq; ea maiora, quàm olim præstiterunt Iudæi, Matt.5. Iustitiæ viuere, est non sibi, sed Christo viuere, 2.Co.5. Se inculpabilem vsq; in diem domini seruare, 1.Co.1. Qui peccata nostra tulit, propheticũ est. Verba siquidem sunt Esaiæ: Vauonotham Hu Isbol. hoc est, Peccata eorũ ipse portabit. Verbum Sabal, hoc est, portare, significãter positum, onus peccatorum exprimit. Dauid quoq; graue onus peccata vocat, Psalmo trigesimoseptimo. Peccatorũ talis moles nos misere depressit, atq; infandum exulceratos, mortis violentiæ destinauit. Filius itaque

Passionis Christi pcipuus fructus, nostra sanctificatio

Christianismi neruus, disciplina iustificans.

Dei, quæ eius est sapientia, pari nos medela curaturus, corpus suum infinitis vulneribus discindendum obtulit, vt eius liuore sanaremur. Et hoc propheticum, est Esaiæ, nimirum capite quinquagesimotertio, vbi ait: Ba Heburatho Nirpa lanu, hoc est, ei⁹ plagis nobis medela & salus contigit. Iam qui sanati sumus, qui à tam crudis atque horrendis vulneribus æternæ mortis sumus saluati, videamus vt exemplum medici, diętam & normam viuendi, nobis præscriptū custodiamus, ne noua vulnera rursus, exitiosiora prioribus, nobis nostrapte temeritate conciamus.

Eratis enim sicut oues errantes, sed conuersi estis nunc ad pastorem & episcopum animarum vestrarum.

Nemo dicat, nescio quid mihi sit faciundum: conuersi siquidem sumus ad fidelem pastorem & episcopum animarum nostrarum. Pastoris est, oues ducere. Episcopi est, plebem soli commissam docere & regere. Medici est, curatis à se diætam, quę & λεπτὴ δίαιτα, hoc est, tenuis victus dicit, pręscribere: regimenq́ꝫ sanitatis, emperici est, valetudinarijs dictare atque committere. Idipsum animarum nostrarum curator fideliter præstitit, ieiunium, orationem, eleemosynam, paupertatem, obedientiam, humilitatem, patientiam, & hoc genus disciplinas & virtutes, denique decalogi obseruationem nobis committens, dicendo: Hoc fac, & viues. Faxit Deus, præstemus hoc. Amen.

DOMINICA TERTIA POST PAscha, siue Iubilate, I. Pet. II.



Obsecro vos tanquam aduenas & peregrinos: abstinete vos à carnalibus desiderijs, quæ militant aduersus animam, conuersationem vestram inter gentes habentes bonam, vt in eo quod detractant de vobis tanquam de malefactoribus, ex bonis operibus vos considerantes, glorificent Deum in die visitationis. Subiecti igitur estote omni humanæ creaturæ propter Deum: siue regi, quasi præcellenti: siue ducibus, tanquam ab eo missis ad vindictam malefactorum, laudem vero bonorum: quia sic est voluntas Dei, vt benefacientes, obmutescere faciatis imprudentium hominum ignorantiam. Quasi liberi, & non quasi velamen habentes malitiæ libertatem, sed sicut serui Dei. Omnes honorate, fraternitatem diligite, Deum timete, regem honorificate. Serui, subditi estote in omni timore Dei dominis, non tantum bonis & modestis, sed etiam dyscolis. Hæc est em̄ gratia Dei in Christo Iesu domino nostro.

PRAEFATIO.

Disciplinas iustificatiōis nobis sedulo tradit ecclesia.



Proposuit sancta mater Ecclesia in epistola pręcedenti nobis exemplar, Chri passionē amarissimam: Pastorem deniq́ꝫ, quē oues sequantur: Episcopum, quem audiat plebs, Christum ipsum esse dixit: Archiatrum deniq́ꝫ, qui nobis salutis documenta atque diætam sanitatis præscripsit, Christum Iesum esse ostendit. Nunc ex epistola Petri, eius regiminis quasdam species nobis declarandas statuit, atq́ꝫ hoc eodem tenore facere pergit, vsque ad adscensionis dominicæ festum. Adeo sola cura est piæ matris, vt recte viuamus, qui Christum fide profitemur catholica. Quid hæretici moliātur, viderint ipsi. Fructus quoq́ꝫ idipsum egregie profert. Nos qui catholici esse cōtendimus, videamus quoque, fermentum vetus an ne om̄e expurgauerimus, nouam ne vitam recte inceperimus. Pastoris vestigia an teneamus, nec ne, videamus. Episcopo animarum obsequamur, an non, consideremus, nosipsos æstimemus. Eius rei maiter Ecclesia speculum nobis & normā non abijciendā protulit, Eplæ diui Petri lectionem præsentē. Sectio eius esto: Primo instruit ad bene operandum generatim. Nec instruit modo, verum etiam submisse orat, vtinā etiam exoret. Secundo in specie erudit, primo liberos, dein seruos. Obedientiam eā fideliū, infert esse grām in Chr̄o Iesu dn̄o nostro, vtiq́ꝫ salutarē oībus, eā vere & syncere exprimētibus. Seqt̄ur ipsa lectio:

Obsecro vos tanquam aduenas & peregrinos: abstinete vos à carnalibus desiderijs, quæ militant aduersus animam.

Attende, qua diligentia nos exhortetur atq; oret. Paræcos & parepidemos orat aduenas & peregrinos. Hoc autem facit, vt persuadeat atq; exoret, huius fallacis mundi gaudia vitanda esse. Christiani peregrini, immo etiam exules sunt in hoc mundo, quid ergo nõ obaudiũt Aplo, &(1.Cor.7.) nihil habentes, oĩa possidentes? Audiatur Dauid psal.45. vbi ait: Audi filia & vide, & obliuiscere domus patris tui. Hoc est, Christo cõsecrata aĩa, substantiã huius seculi adspernare, patrem, matrem, amicos, affines amori Dei posthabe, Gene.12. Deutero.33. Mat.8. Luc.14. Hęreditas & patria nostra, nõ est huius mũdi, Mat.25. Gal.4. Ephe.4. 1.Pet.1. Nõ habemus hic locũ manentem, Hebr.13. Mundus nõ solum exiliũ est fideli, sed & ergastulũ, quod ita nouit Aplus. Dicit ergo: Quis me eripiet &c. Item cupio dissolui &c. Ciues simus regni cœlorũ & domestici Dei, sympolitæ oĩm diuorũ, hoc est, cõciues indigetũ, Ephe.2. Mundus nos hic aduenas probe nouit: vnde suis indigenis parcens, nobis aduersatur. Si de mundo essetis, ait, mundus vos diligeret. O vtinam tandem cognoscamus nos exulare in hoc mundo. Quod si nos peregrinos agnoscerem⁹, & si seduli ad patriã tenderemus, neutiquã huius nos mundi luto & stercore oneraremus. Diceremus, abiectis huius mundi nugis: Omnia mea mecum porto. Peregrinationem eam nostram Apostolus 2.Cor.5. graphice delineat, discriminando inter endymeo & ecdymeo, hoc est, tãetsi agamus in carne, tamen sumus aduenæ, respectu patriæ cœlestis. Hic fides, illic est species. Hic creditur, illic accipit. Hic spes, illic res. Beatus qui fruitur, immo etiam beatus qui eo sedulo pergit. Dauid nostræ peregrinationis etiam meminit, psalmo 39. dicens: Ger anochi Jmach, hoc est, peregrinus sum apud te. Peregrinos eos admonet & obtestatur sanctus Petrus, ne patriæ obliuiscantur, detẽti nugis fallacibus huius seculi, immo hunc mundum, tanquam certum hostem, expugnare studeamus, præcipue item carnem nostram hostem domesticũ agnoscamus, atque nobis ab eo caueamus. Si eñ secundum carnem vixerimus, moriemur, Romanorũ octauo. Apostolus Petrus nobis hic bellum instans atque perpetuum delineat, de quo etiã est ad Galatas quinto, Iacobi quarto. Bellũ hoc nullas nouit inducias. Cum dixerimus, pax & securitas, tunc repẽtinus nos deprimet interitus. Dicis, carnis tyrãnidem esse vehementem, periculosamq; esse cum ea decertationem &c? Respondeo, Agonothetam nostrum Christum Iesum, nobis suppetias hic ferentem, nobis semper adesse. Deniq; eundem auxiliatorẽ, etiã esse remuneratorẽ. Quod si labor lassat, præmij magnitudo & certitudo recreet. Quis tali spe munitus torpescat, præsertim cum audiat desideria carnis identidem aduersus animam pugnare?

Conuersationem vestram inter gentes habentes bonã, vt in eo quod detractant de vobis tanquã de malefactoribus, ex bonis operibus vos considerantes, glorificent Deum in die visitationis.

Supiora eo dicta sunt, vt mala vitem⁹ ꝑsentia hic eo dicunt, vt bona faciamus. Vtraq; faciunt ad scandali vitationẽ. Sed operum bonorum executio, maxime facit ad virtutis prædicationem. Vnde ait: Sic luceat lux vestra, vt videant homines vestra bona opera, & glorificent Deum. Infideles quicũq; & hęretici, veri sunt Coricei, nostrã vitam accurate obseruantes. O pij catholici, Christi timentes, audite quanto odio catholici huic mundo habeantur. Primitiua ecclesia, quæ virtutum omnigenum obryzum fuit aurum, calumnijs mundi plane fuit obnoxia, adeo vt fideles nõ modo vocaret cacopœos, hoc est, malos operarios, sed & pestes humani generis. Tertullianus hoc liquido ostendit, dicens Apolog. capit. 7. Dicimur sceleratissimi de sacramẽto infanticidij, & pabulo Iudæ, & post conuiuium incesto, q̃d euersores luminũ, canes, leones scilicet &c. Cornelius Tacitus quæ in nos conuicia congerat, audiamus, dicit: Conuictos esse Christianos non tam incendij crimine, quàm odio humani generis. Plinius religionem nostram vocat superstitionem prauam & immodicam. In Luciani pseudomante, innocentes Christi conferuntur quibuscunq; nocẽtissimis. Verbũ cõtra nos ibi horrendum literis commissum est: Foras pellantur Christiani. Oraculum apud Antiochiam Iouis Philij voluit, ne quis fidelũ vsquã ferat. Reũ capite, dixerunt, esse Chrianum. Vnde etiã nata acclamatio ea, Chriani ad leonẽ. Vide Tertull. de car. resur. Monet itaq; apls, vt æmulis illis os obturem⁹ cũ vitãdo malũ, tũ operãdo bonũ. Ad cõuersationẽ honestã ptinet custodia legis naturæ. Ad vitam Chrianam atq; adeo opa lucis pagẽda, reqritur obseruatio legis perfectiõis, Euãgelicarũ puta ꝑscriptionũ.

Opa bona potissimũ faciũt ad Dei gloriam.

Mũdus si delib⁹ nõ conuiciari non potest.

Sed ecce tibi, nihil hodie videas q̄ scādala, quibus etiā domestici fidei offendātur, nedum æmuli. Primitiua ecclesia maleuoloꝝ opprobria vicit. Voluerint noluerint, veritatis maiestate, ecclesiæ primitiuæ tanti hostes dixere: Vere hoīes isti, pij sunt: & Deus eoꝝ, Deus veritatis. Vltim⁹ finis noster fit similis eoꝝ fato, Sap. 5. Num. 23. Quid hodie (rogo) diceretur? Noui euangelistæ sua solus fidei blateratiōe, Chr̄o Iesu (si dij velint) multum adeo faciunt lucri. Forte hæc nunc sunt tēpora. Olim vero valuerūt opera bona. Diem visitatiōis hic intelligo, iuxta hoc q̄d dicitur Luc. 19. nēpe de die visitationis Iudæoꝝ, quæ ad pacē illis. Sic etiam visitauit dn̄s ethnicos per euangelij sacri prædicationem. Sed ab operibus mortuis veteris Adami absistet nemo, nisi per spiritū sanctū subin visitetur. Per me etiam de extremo iudicio visitationē eam q̄s acceperit. Nā & tūc ethnici Chr̄m gloriosum cōspicabunt. Interim vero visitant tam Iudæi q̄ ethnici, cū illuminant & fidei lumen contēplant. Obserua hic, opera bona facere ad gloriā Dei. Qui Deū sic glorificat, ab eo itidem re ipsa glorificabitur. Sunt itaq; meritoria maioris subinde gratiæ, itidē & gloriæ, sed hoc, q̄a per Chr̄i meritū nobis sunt concessa, per q̄ ipsum sanctū spiritum præstita. Tanta est eoꝝ potentia, vt etiā impij (cuius rei exemplū habemus in historia Ecclesi.) per ea citra verbi prædicationem ad fidē Chr̄i perducant, 1. Petr. 3. Pudeat hæresios nouos apostolastros.

Opera bona fideliū iustificatoria & vitę meritoria.

Subiecti igitur estote om̄i humanæ creaturæ propter Deū: siue regi, quasi præcellenti: siue ducibus, tanq̄ ab eo missis ad vindictā malefactorum, laudem vero bonoꝝ. Quia sic est voluntas Dei, vt bene facientes, obmutescere faciatis imprudentium hominum ignorantiam: quasi liberi, & non quasi velamen habentes malitiæ libertatem, sed sicut serui Dei.

Hactenus nos in genere exhortatus est, nunc speciatim nos instruit: principio, vt magistratui nos subijciamus: quod & ap̄ls Paulus nobis præscribit Romā. 13. Immo etiā ipse Seruator Mat. 17. In primitiua ecclesia fuerunt q̄ crederent, Chr̄ianos, rōne libertatis ecclesiasticę, nulli principatui q̄cquam debere: simili errore, quo & Iudæi, q̄ filij Dei essent, ethnicoꝝ imperia grauiter tulere: quasi statim, q̄ filij Dei sumus, nobis quiduis liceat: & quasi ergo panes, obsonia, & cætera quæ ad vitæ pertinent vsum, sine vlla cōmutatione & precio vbiq; sumere possimus. Quia nobis inseruiunt gladij administratione, quare honor & tributum illis negetur? Sed iterū atq; iterū videat humana potestas, ne aulicis adulatoribus aures accōmodet, dicentibus: Fac omnia quæ ad manus tuas tibi incidant, q̄a dn̄s est tecū. Audiant hic Petrū: Subiecti, ait, omni humanæ creaturæ. Humana creatio, humanum figmentū, puluis, vmbra, vermes sunt atq; putredo. Psalmographus ait: Nolite fidere in principibus, in filijs hoīm in quibus nō est salus. Colimus eos nō propter ipsos: nam quatenus aut ethnici sunt, aut impij, indigni sunt om̄i honore. Sunt tn̄ Dei ordinatiōe iustitiæ ministri: ergo suscipiendi. Ex animo iubemur illis subiacere, propter conscientiā: nō quatenus hoīes sunt, sed in quantū Dei ministri, Roma. 13. Dandū illis secundū & post Deū, quod illis lex dādum sancit. Ibidē & Matt. 22. Orandū pro illis, Baruch 2. Et pro ciuitatibus ipsoꝝ, Hieremiæ 29. Neq; em̄ sine Dei prouidentia ad eminentē eam dignitatē sunt euecti, Danielis 7. Siue regi, tanquā præcellenti. Per regem hic Cæsarem intelligit. Cui vtinam om̄es principes, duces, comites & cōsules ita deferāt, vt à subdititijs suis sibi volunt deferri: quod si fieret, in ecclesia minus bellorum & cædium videremus. Væ mundo à scandalis. Principes dicuntur omnes potestate Cæsaris constituti. Sine Cæsaris calculo qui sibi aliq̄d dominationis vendicat, Dei constitutioni resistit, nec subsistere vnquam poterit: Quia qui gladium sibi assumit, gladio occidet. Officium Magistratus paucis perstringit, dicens, missos esse ad vindictam maleuolorū, laudem vero bonorum. Sanctum officium, dignum cuius ministri cum primis cohonestentur in hoc mūdo. Paulus fere partes eas verbis iisdem exponit, Romañ. 13. Præuaricatur Magistratus, bonis grauis existens, & malis facilis. Hoc nisi frequenter in aula fieret, haudquaquam Apostolus in epistola ad Hebr. vndecimo capite, ipsam peccatum appellaret. Hic Ioannes in carcere capite plectitur, hic saltat pomposa filia adulteræ infignis. Zacharias filius Barachiæ inter templum & altare aulicorū suggestionibus interimitur. Heu mihi, in hac latronum spelunca quis tutus esse possit, etiam si Danielem ... da pietate, Salomonem sapientia, Ezechiam & Iosiam religione æquet? Non ergo Christiano personæ æstimandæ, sed officium: quod si male exequantur, potentius torquebuntur. Primitiuæ ecclesiæ patres etiam ethnicis honorem suum nō denegauerūt, teste Tertulliano in Apolog. cap. trigesimo, trigesimoprimo, trigesimosecūdo.

Cæsari q̄d suum est, euāgeliū dari iubet.

Quæ-

Quæstio est: Num vel infidelibus, vel hæreticis, aliqd contra Deũ aut ecclesiam mandantibus, sit famulandum? Respõdeo: Hic Deo plus parendũ q̃ hoĩbus. Cõminiscunt hodie reguli nouas ordinatiões, Canonem Missæ tãq̃ canẽ foras mittẽtes. Reguli canibus oĩbus magis obscœni, Ordinatiões eas suas etiã sine Cæsaris calculo, vt de pontifice taceam, cõpilatas, oĩbus sacerdotibus, quibus ipsi loco Dei succumbere debebant, etiam quorum corrigias calceamẽtorum soluerẽt (quatenus sacerdotalis ordo prophana oĩa excellit munia) indigni, obtrudunt, & eas nõ recipientes extrudunt, in leges tam naturæ & gentium, q̃ Cæsarum, q̃ pontificum peccantes. Hmõi vesanis humanis creaturis q in talibus obtemperat, Chrm abnegauit. Exẽpla fideliũ in talibus se Magistratui murũ opponẽtib⁹, vide in Eusebio, vbi Polycarpi martyriũ prosequtur. Itẽ apud Basilium de institutiõe monachorum cap. 14. Exemplũ, in tali casu ne parentibus qdem obsequendũ esse, vide apud Damascenũ, vbi Aueniri impij regis filius, patri sibi parentum cultũ obijcienti, respõdit: In tali casu parentes etiã odio prosequẽdos fideli cuiuis, Luc. 14. Matth. 10. Huc etiã faciunt nota exempla Teclæ, Barbaræ, & aliorum vtriusq; generis & cõditiõis martyrũ. Didym⁹ Alexandrinus in hunc locũ ait, non oportere Chrianum in talibus obedire cuiuis humanæ creaturæ, in hæc verba: Si aliquando voluerint extra Chrm nos facere aliquid, dicere, vel agere præter sensum aut sanctiones ecclesiasticas &c. resistendum fortiter. Quod q̃ hodie negligatur, citius qs ingemiscendo & illachrymando, q̃ scribendo prosequatur. Sequtur: Sic est volũtas Dei, vt benefaciendo, obmutescere faciatis imprudentiũ hoĩm ignorãtiã. Sacerdos hoc catholicus faciat. Ostendat hæresin esse, ecclesiæ constitutiões, aut variare temere, aut antiquare. Titulũ hunc merentur noui traditionarij: Euidens fiet amentia eorum, Nihil proficient amplius, Videbunt in quẽ confixerũt. Cæterũ catholici viderint, num qua hæreticis scandalo existant. Obseruẽt dupliciter hoĩes offendi: primo ocio, dein malo opere. vtrũq; est malum exemplũ. Tam ergo scandalon proximo ponunt, q bona opera facere negligũt, q̃ q mala cõmittũt. Benefaciendo viperas omnes rumpimus. Qui humano præditus est ingenio, non potest non affici virtutum exemplo. Quod si etiam sic aliqs pio cuiuis allatrare perrexerit homini, diabolus, hoc est, calumniator verus, habendus, Draco puta, nos calumnians hic. 1. Cor. 4. accusans illic, Apocal. 12.

Sequitur: Quasi liberi, & non quasi velamen habentes malitiæ libertatem. Sensus est: In ea libertate, qua Chrus vos liberauit, state, Galat. 4. Ioan. 8. Denique & ad Galatas 5. aplus Paulus propemodum eadem dicit: Vos in libertatem vocati estis: tantum, ne libertatem detis in occasionem carnis, sed per charitatem seruite vobis inuicem. Liberi sunt spũales, 2. Corinth. 3. sed non à Dei ministerio, neq; à lege Imperatorum ab ecclesia approbata, sed à Iudaicis obseruationibus scientiã deprimentibus, & ab oĩni lege & ritu verbo Dei luctãti. Fœde in traditiõe libertatis Chrianæ erratũ est: seditio agricolarum inde sine oĩni controuersia est nata. Potero ego hic nouis apostolastris palliũ atq; phaleram detrahere, atq; qd hoĩm existant, ostendere, sed hoc Deo & tẽpori relinquens, dico libertatem Chrianã esse, seruire Deo siue (vt Romañ. 6. dr) iustitiæ, nõ iniustitiæ, ibidem. Zacharias idem dicit: De manu inimicorum nostrorũ liberati, seruiamus illi. Obserua duo contraria hic apud sanctum Petrum, libertatem & seruitutem. Libertatem, non velamen malitiæ, seruitutem Dei. Similia vides Galat. quinto.

Liberi q̃tenus sunt Christiani.

Omnes honorate, fraternitatem diligite, Deum timete, regem honorificate.

Omnes honorate, ait, etiam atq; etiã hoc verbo in primis sacerdotes cõplectens. Debetur honor prophano magistratui, quod nemo bonus negat. Debetur itẽ duplex honor sacerdotibus, atq; ad hunc honorẽ, iuxtà atq; plebs optimates obstricti sunt: q̃d, nisi insigniter malus, inficiabit nemo. Qui clerum cohonestare rite norit, infimatem nunquam negliget: qui non nouit, etiam ipsum magistratum prophanũ nunquam ex animo venerabitur. Audiendus sacerdos, obaudiendũmq; illi docenti: Date Cæsari quæ Cæsaris sunt. Item, honore præuenientes inuicem. Doctrina hæc si cui sapit, certe doctorem ipsum maximi omnium faciet. Sacerdotum cultus nobis commendatur 1. Timoth. 5. magistratus, Romano. 12. Parentum, Deuter. 5. Senum, Leuit. 19. Viduarum, 1. Timoth. 5. Medicorũ, Ecclesiastici trigesimooctauo. Fraternitatem diligite, hospitales sine murmuratione. munus quod pauperi impenditur, nisi ex charitate proueniat, vanum est. Missæ sacrificium, eius rei præcipuum est mysterium. Dicitur ergo Agape. Altare vnum, cibus vnus ex multis granis confectus, ex pluribus acinis potus vnus expressus, vnitatis nos sacræ admonet, primæ Corinthio rum decimo, Actorum quarto. Charitas ne sit ficta, Romano. 12. Sit operosa, 1. Ioan. 1. 3. O grande mysterium, in quo neq; dñs, neq;

Sacerdotes præcipuo honore prosequendi laicis oĩbus.

Missæ grãde mysterium subest.

neq; seruus, neq; ancilla, neq; domina &c. sed omes vnũ declaramur corpus, Ephe.4. Deũ timete, hoc est, ante conspectũ Dei se quisq; oĩa facere meminerit. In omi reuerentia & eleemosyna timẽdus Deus testis. Ecci.15. Qui timet Deũ, facit bonũ. Timor domini initiũ sapientiæ, Pro.1. Qui Deũ timet, Cęsari quidẽ dat quod Cęsaris est, sed nõ quod Dei est. Vnde apte Cęsaris cõmendationi timorẽ præfert Dei. Cæsar vt pater & mater excipiendus est, Exo.20. nõ vt Deus, Esa.66. Attende ordinẽ & contextũ, & dices conuenire huc quod Poeta ait:

Sic adeo positæ, suauẽ miscetis odorem. Hic odor vnguentorum, agri pleni, vestium Amicæ & Sponsæ Dei, Cant.1. & 4. Gene. 8.27. Chri bonus odor, Ioan.12. 2.Cor.2. Ephe.5. Philippen.4.

Serui, subditi estote in omi timore dñis, non tantum bonis & modestis, sed etiam dyscolis. Hęc est enim gratia in Christo Iesu dño nostro.

Adhuc speciatim, immo specialius seruos admonet, vt dños suos ex animo colãt & amẽt. Nõ statim qa ad Chrm sumus conuersi, ab humanæ legis officijs liberamur. In quacũq; vocatiõe qs vocatus fuerit, in ea maneat, siue seru⁹ ille sit, siue dñs, 1.Cor.7. Obserua, Aplm etiã seruos Chri Iesu corporis cõsortes agnoscere. In ecclesia rex, in foro seruus: illic Dei filius, hic verna miserę

Serui etiã Christo sunt incorporati.

mulieris natus. Omniũ cura tangit Aplm, quia oĩbus debitor. Ioannes Baptista etiã sic oẽs exhortat. Idẽ facit & Paulus, q æque seruorum se debitorẽ fatet, atq; dñorum. Attende, praxin, summam esse religionis: qd nisi esset, nõ tantopere sudarent oẽs apli in eius cõmendatione. De seruorum cultu quẽ dñis debent, vide Eph.6. Col.3.1. Tim.6. Tit.2. Quod si Aplus hodie tantã infidelitatẽ famulatus videret, qd diceret? Quadrat in nostrates hodie:

Quid dñi facient, audent cum talia fures? Qui delicate nutrit seruũ, facit ipsum cõtumacẽ. Tanta est hodie seruulorum ptervitas, vt hoc minus fideliter seruiãt, quo clementius seruitium sortiunt. Aplus vult, vt etiã inclemẽtes, dyscolos & pphanos dños colãt. Nõ insolescant hic prophani. Chrus hic etiã dyscolos sustulit sacerdotes, põtifices & prætores, Annã, Caiphã, Pilatum & Herodẽ: nõ ergo statim probat eorum impietas. Impij per ethnicos tandẽ iudicabũtur, nõ intelligunt qd sit æquitas & æqualitas, doctore Paulo: quod Cicero olim didicit, magistra natura. Minori molestia seruiretur hodie vel Turcis quibusdam tyrannis. Dicat sibi fidelis seruus: Sustine & patere. Dñs respiciet. Immo etiam, si cõmode potest, fiat liber. Omnia fiãt in Dei timore ad decus ecclesiæ. Atque hic est sensus huius lectionis: quam vt re ipsa in Dei timore, & ad ædificationem ecclesiæ præstemus, faxit Deus. Amen.

DOMINICA QVARTA POST PAcha, siue Cantate, Iaco. I.



OMNE datum optimum, & omne donum perfectum, desursum est, descendens à patre luminum, apud quem non est trãsmutatio, nec vicissitudinis obumbratio. Voluntarie enim genuit nos verbo veritatis, vt simus initium aliquod creaturæ eius. * Scitis fratres mei dilectissimi. Sit autem omis homo velox ad audiendum, tardus autem ad loquendum, & tardus ad iram. Ira enim viri, iustitiam Dei non operatur. Propter quod abijcientes omnem immunditiam & abundantiam malitiæ, in mansuetudine suscipite insitum verbum, quod potest saluare animas vestras.

PRAEFATIO.



IN superiori dñica, Ecclesia mater lectionem epistolæ D. Petri proposuit nobis, bene operandi normam cõtinentẽ. Nunc profert lectionem ex Iacobo aplo, operum bonorum meritum cõplectentẽ, potissimũ autem meriti boni operis originem & caput, quod Iacobus epistolæ suæ ponit exordiũ, pręsentissimo Dei spiritu: quoniam postea grauissimis argumentis hæreticos eos, qui etiam tum epistolis Pauli perperã tortis, dogmatizare inceperunt, Solã fidẽ saluare & iustificare &c. confutaturus aplus Iacobus, vir sanctimonia oĩm spectatissimus, tribus, vir sanctimonia oĩm spectatissimus, te de religiosa vita scripsit. Tãti põderis fuit epla ea semper in ecclesia, vt sex epistolis cano

Meritorũ oĩm caput & origo dei gratia.

canonicis præmitti digna sit habita. Aper atq; singularis fera, ep̃lam hanc omnibus postponit, & tanquam stramentitiam, Apostolorũ scriptis quæ apponatur, indignam explodit. Herculi suo tãta bestia interimenda veniet. nos ep̃lam præsentem non modo ap̃licum spiritũ sapere dicimus, sed & Christi atque adeo diuinum. Beati, si eam ipsa quoq; vita expresserimus. Sectio esto: Primo gratiæ Dei erga nos amplitudo declaratur. Secundo admonet, ne tantã gratiam in vanum receperimus. Tertio commoditatem verbi Dei exprimit.

Omne datum optimum, & om̃e donum perfectum, desursum est, descendens à patre luminũ, apud quem non est transmutatio, nec vicissitudinis obumbratio.

Euangelicum paradoxum, cui omnia ethnicorũ collata, nihil esse videbunt. Putabãt se olim ethnicorũ philosophi aliqd scire, sed vnum nescierũt. Quid & quale nam hoc? Nẽpe ꝙ nescierunt se nihil scire. Qui hoc nescit, quod Iacobus noster hic recenset, nihil scit: etiam si sexcentos Aristoteles & tot Themistios scientia æquet, immo etiã supetet. Quale autem hoc? Scire om̃e datum optimũ, & om̃e donum perfectum, superne expectandũ esse, & nõ inferne, gratis dari oĩa, nullum locum esse merito nostro, ad Chr̃i gratiam præueniendam. Non ex carne & ex sanguine, sed gratia superna nobis optima dona & absoluta munera cõtingunt. Quod natũ est ex carne, caro est: quod natum est ex spũ, spũs est. Græcum anothen, Latine desursum, e supernis vel superne, fidelibus nobis sacrosanctũ est vocabulum: salutaris eius itidẽ nobis est cognitio. Fatemur cũ Ap̃lo, 1. Cori. 3. nihil in nobis esse boni, quod nõ acceperimus. Nam quæ nos præuenit gratia, nisi nos prosequendo tegat, nulli sumus. Iam hoc fatendo, damus gloriã Deo: atq; hæc est nostra salus. Desursum quæ nobis veniunt charismata, adimũt oĩa, quæ in nobis sunt deorsum, carnis vitia: hoc est, spũalia dona superna, extinguunt carnales affectus in nobis om̃es. Nihil in carne bonũ, nihil in charismatis Dei malum. Deus solus bonus est, fons bonitatis. dona itaq; eius, & optima & perfecta nõ esse nõ possunt. Duplex hæreticus est, q Deũ mali autorẽ esse dicit. Hic apparet, quare noui apostolastri, Diui Iacobi huic ep̃læ adeo sint iniqui. Homini arbitrij libertatẽ abesse, hoĩem ad mala fatali necessitate rapi, & hoc gen⁹ pessimas & olim damnatas hæreses excitare, certũ illis est: epistolã itaq; prẽsentẽ, sibi plane aduersam, nõ possunt nõ odisse. Libertatẽ arbitrij nos etiam Dei tribuim⁹ gratię. Anothen siqdem, hoc est, e supernis, oĩa bona expectamus, eo corda nostra saltẽ leuamus, oĩa inde postulantes. ἄνω, hoc est, sursum suspiramus. τὰ ἄνω, hoc est, quæ supna seu sursum sunt, ea quærite, ait Ap̃lus Col. 3. Beda hic dicit: Bonum datũ est lex Mosis, si qs ea legitime vtatur. Bona est, qa omne bonum nobis in Chr̃o futurũ demõstrauit. Donũ perfectũ, euangelion est, in quo salus summa oĩbus consistit credẽtibus. Datum optimũ nobis natiuitas Chr̃i, q venerat redimere & saluare genus humanũ. Sed donũ perfectum baptisma, quo iam initiata est salus nostra, quo oĩbus credentibus donum sacri baptismatis consecratur, & maledictio terræ diluitur. Datum optimũ mors Chr̃i, sed donum perfectum resurrectio Chr̃i, qua totum mundum liberauit à morte æterna. Datum optimũ, quòd post resurrectionem quadraginta diebus Chr̃us conuersatus in terra cum discipulis suis, & p er eam, nobis veram carnis resurrectionẽ, & æternæ beatitudinis prẽmia demonstrauit. Et post alia etiam sic ait: Donum optimũ baptisma, in quo oĩm percipitur remissio peccatorum. Sed donum perfectum infusio spũs sancti, quem in baptismo suscepimus. Datũ optimum cõuersatio sancta in bonis operibus, quib⁹ meret ęterna vita. Hæc ille. Viderint Lutherani, vt autoritatẽ Bedæ eleuent. Doremata, hoc est, dona Dei grã̃m importãt, quæ nobis citra meritũ nr̃m cõtingunt. Patrem luminũ vocat Deũ, quod intellige de signis cœlestibus, quæ dicuntur luminaria Gene. 1. Psal. 135. Sunt duo præcipua luminaria sol & luna, sed quę per vices variãtur & solstitia, τροπὴν θερινὴν καὶ χειμερινὴν, hoc est, Solstitium ęstiuale & hyemale. Pater vero luminum nihil horum patitur, neq; etiam deliquium vllum nouit. Idẽ semp manet, Psal. 101. Hebræ. 1. Vera lux est, quæ illuminat omnem hoĩem venientẽ in hunc mundum, Ioannis 1. Nulli obscuritati obnoxia, 1. Ioan. 1. 1. Timoth. 6. Nulla, inquit, vicissitudinis obumbratio. Vbi vmbra, ibi etiam auctus & defectio. Nihil huiusmodi in Deo, q est lux indeficiens, lux æterna. Apostolus hic astronomice loquẽns, amplitudinem diuitiarum Dei adumbrat. quasi dicat: Oĩbus dat, & dona ei⁹ nõ imminuunt, quia ipse est donum & dator. Cœlũ & terra transeunt. Verbũ dñi & veritas dñi semper manent. Nõ est difficilis, qa dat & non exprobrat. Bonus est, quia bonitas. Hoc ipsum quod est, nõ esse nõ potest. Seipsum negare nequit. Nullum cõtemnit, quia pater est totius paternitatis. Beatus qui confidit in eo.

Marginalia: Gratia sit ... nos, et ... nos ... (partly cut off) — Epistola Iacobi ... hæreti ... gra... (partly cut off) — Doremata, id est, dona Dei gratiã important.

Voluntarie enim nos genuit verbo veritatis, vt simus initiũ aliquod creaturæ eius.

Palingenesia, id est, regeneratio, Dei donum est.

Hic apostolus vnico exemplo summam donorum Dei complexus est. palingenesias, dicere vult, gratia nonne est omnium maxima, & nonne e supernis est? Palingenesia regenerationem siue renascentiam significat, eam nimirum, per quam filij Dei efficimur, Pater noster qui es in cœlis, quotidie dicendo. quidquid in nobis est cœlestis seminis, vt de virtutibus ethnicorum more loquar, Deo cœli referimus acceptũ, omnia charismata salutis illi adscribimus. Cæterum & ab eo corpus quoq; ipsum habemus. Ipse fecit nos, & nõ ipsi nos. Hic vero operatur natura. Fideles quicunq;, sunt filij Dei, renati per aquam & spiritũ in verbo, atq; hic sola dominatur gratia, nõ natura. Illic caro dicimur, hic spirituales. Illa in mortem nos effundit, & quodammodo eijcit siue exponit: hæc in lucẽ atq; adeo in vitã nos edit. Illic peccatores condẽnamur, hic iustificati saluamur. Ex illa vocamur Adã filij hominum, ex hac dicimur & sumus filij Dei. Pater misericordiarum ille, voluntarie nos genuit, nullo præuẽtus nostri meriti debito, nulla item tractus egestate & penuria. Est sibi sufficiens, & bonorũ nostrorum nõ indiget: bonitatem paternam egregie declaraturus, tanta nos gratia perfudit. O apocyesin, hoc est, puerperium. Hoc pepperisse fuit. Dicis, pater ille cœlestis quam nobis cõstituerit matrem, & quonam nos genuerit semine? Ecclesiam nos matrem vult agnoscere, quippe cuius ministerio & per quam nos vult regeneratos. In ea baptismus saltem est verus, tanquam beatus atq; felix vterus: sacramentorum & verbi administratio, sunt vbera. Semen verbum est, nempe veritatis. Hoc item nusquã verum & certum est, nisi in ecclesia, quæ est columna & basis veritatis. Regenerari nos verbo, Petrus quoq; testatur 1. cap. 1. vbi ait: Regenerati sumus nõ ex semine mortali, sed ex immortali, per sermonem viuentis Dei, & manentis in æternum. Sermone fidei datur fides, Roma. 10. Verbũ, quantum ad regenerationem, duo requirit, spiritum & aquam. Hæc tria vbi coeunt, renascentiam in homine faciunt. Verbum veritatis, inquam, vocatur euangelion etiam Col. 1. quod in eo omnis veritas cõtineatur, Ephe. 4. Ioan. 1. Nõ solum apl'us Iacobus palingenesian nobis ostendit, sed & eius fructũ declarat, dicens: Vt essemus initium aliquod creaturæ eius: quibus verbis maximã fidelium prærogatiuam, nempe eam, qua vltimi primi facti sumus, exprimit. Maximi semper habitæ sunt primitiæ, Exo. 22. 23. Hie. 2. Initiũ hic primitias reddere possumus. Cæterum angelicæ virtutes initium sunt creaturarum. Horum vero initium Christus, principiũ nimirũ & causa causarũ, qui propter semetipsum condidit vniuersa. Vocatur ergo initium creaturarũ, Col. 1. Hebr. 1. Maxima vero nr̃a est dignitas, quod in Christo primogeniti quoq; sumus, hæredes nimirum Dei, sed ex gratia. Christus hæres est vnigenitus, & hoc natura. Stemma nostrum regiũ est & sacerdotale, extincta carnis infamia, ecce noua omnia. Proxime quidem & secundum angelos excellenter nos creauit Deus tales, vt etiã immortales permansissemus, nisi præceptum eius de fatali malo essemus præuaricati. Iam qui nostra culpa in tantũ mortis, corporis puta & animæ, exitium incidimus, regenerationis sacramento ab ipso, quantumquantũ est, liberamur: nam & in resurrectione carnis similes erimus angelis Matth. 22. Marc. 12. Omnia, inquam, hæc nobis ex regeneratione per verbum, spiritum & aquam contingunt. Hoc siquidem dicitur regenerari, Ioannis tertio, 1. Ioan. 3. 4. 5.

Ecclesia mater, aluus baptismus, vbera doctrina & sacramenta, semẽ verbum Dei.

Verbũ regenerationum duo requirit.

Regenerationis fructus præcipuus est, quod facit nos initi

Scitis fratres mei dilectissimi. Sit autem omnis homo velox ad audiendum, tardus autẽ ad loquendum, & tardus ad iram. Ira enim viri, iustitiam Dei non operatur.

Optimus ordo: Primo de bonis Dei donis. Dein de regenerationis sacramento, omnium eorundem capite. Tertio, hoc puta loco, subdit ethicon catholicũ. Apostoli noui oĩa opera, tum bona tũ mala, paria habent: nec hoc mirum, quoniã solam fidem saluare dicunt. Contrà, veteres Apl'i etiam minima vitia humanæ prauitatis, præcipuo studio conati sunt corrigere. Parui momẽti res apparet esse, loqui & audire: sed veritas ait, nos de omni verbo ocioso rationem reddere oportere. Sapiẽs quoq; vult, vt aures obsepiamus aduersus pestilentes orationes. Quod apl's hic dicit, velox ad audiẽdũ: non vult vt delatoribus & hæreticis statim aures arrectas adhibeamus: sed apl'ica modestia eos, qui etiam tum vento superbiæ tumidi, hæresin solius fidei iustificationis proferebant, denotat atq; taxat, dicens fatius illis esse, audire siue discere, quàm audiri siue docere. Hic iterũ vides, quare epistola præsens ingrata adeo sit hæreticis, qui inconsiderate quiduis effundere, summã arbitrantur esse religionem. Tot clamosi Stẽtores, nisi tot scriptores insani hodie non essent, nisi præscriptum præsens, stramentitium putarent. Sed iuxta prouerbiũ, Nõ est eiusdem

Audientis et dicentis non occasio...

Epistola Iacobi ingrata hæreticis

&

& multa & oportuna loqui. Lingua facile vt est membrũ, ita & eius lapsus est in prouclui. Extat ergo prouerbium: Lingua, quo vadis? Ethnicus item ethices doctor ait:

Nam nulli tacuisse nocet, nocet esse locutum.

Probatur Pythagoræ disciplina. Et Aulus Gellius maximis euehit laudibus virũ paucorũ verborum. Garruli etiam si non noceant, sunt tamen vani, similes fellario stre pitui Epiri apud Dodonam, Dem becken gelenge. Vitium non garrulitatis solum, sed & sacrilegæ hæresios, schismaton incitabuli atq; fomenti, apostolus hic noster in frà etiam ca.3. latiori campo condemnat. Hic confutationi illi saltẽ præludit, dicens: Sit oĩs homo velox ad audiendũ, tardus vero ad loquendum. Idem vides etiam contendere ex nobis Sapientem Prouer.1. vbi ait: Audiens sapiens sapientiam, sapientior erit. Augustini quoq; præclarum extat dictũ: Tutius auditur q̃ prædicatur. Ambrosius item ait 1. offi.3. Quid attinet, hominẽ festinare periculis sese onerare loquendo, cum tutus esse possit tacendo? Ibidem itẽ dicit: Multos legi, plurimos animaduerti q loquendo præuaricati sunt: qui tacendo peccauerit, noui neminem. Ideoq; tacere nosse, q̃ loqui, difficilius est. Alludit poeticũ hoc: Loqui ignorabit, q tacere nescit. Hoc si sibi lingulaci apostolastri nostrates haberent persuasum, haudquaquã committerent, vt sibi resorbendũ aliquid temere euomerent: voces per iugulum redituras retinerent. Qui vulgo loquaces sunt, minus opum habent & plus inuidiæ, vt poeta ait. Idem etiã accidit hæreticis, q nihil omnino efficiunt, nisi quòd sibi & cœlestium & terrestrium odium conflant. Philautia, est omnis hæresis origo. Philautiæ germana est æmulatio. Semper eñ apud superbos sunt iurgia. Tanto itaq; & tali malo apostolus hic quoq; occurrit, dicens: Tardus ad iram. Hæresis vt per æmulationẽ agnoscitur, sic & catholicam professionem modestia deprehendas. Qui humilitatem Christi studet æmulari, magis iudicari q̃ iudicare gaudebit. Nolite, ait, iudicare. Citra peccatum, nemo sibi alios iudicandi censuram vsurpauerit. Aemulatio peccati, nunquam erit immunis. Hoc est quod ait: Ira viri, Dei iustitiam non operatur. Hactenus de garrulitate hæreticorũ scribacium & clamosorũ: nunc de iustitia Dei, quę etiam in operibus fidelium relucet, dicemus. Dauid non semel iustitiã hoc nobili epitheto decorat, nempe psal.39. & 70. Idẽ & Esa.5. Idẽ fere idiotismus est dicere, Iustitia Dei siue religio Christiana. Hac q præditus est, aut non irascitur, aut certe in cubili suo compungitur, neq; solem patitur occidi super suã iram, Ephe.5. Hæc est regula dignoscendæ iustitiæ in nobis Dei, Matth.5. Opponitur huic iustitia ethnicorũ, etiam Iudæorũ, q affectibus illis indulgent, Racha fratri dicentes atq; Fatue. Facere iustitiã, est Hebraica dialectos. Esu zedaka ait Esa.56. Hoc ẽ, facite iustitiam. Eodem loquendi modo vtitur Apostolus Heb.11.1. Ioan.2. & 3. Huc facit quod ait, Ira viri. q.d. Cuiusq; ira. Sic eñ sonat Hebræis dictio Isch.

Hæresis hæc ipsius amore vestrũ, vnde & æmula est.

Aemul⁹, vocẽ, iracũdus, iniquus est omnis.

Regula dignoscendæ iusti tiæ Dei in nobis.

Propter quod abijcientes omnẽ immunditiam & abundantiam malitiæ, in mansuetudine suscipite insitum verbum, quod potest saluare animas vestras.

In superioribus linguæ velocitatẽ prohibuit, iramq; cohibuit: nũc mali radicem taxat. Sic & Apostolus monet, vt veterem hoĩem siue Adamum supprimam⁹, Ephe. 4. Vetus fermẽtum expurgemus.1.Cor.5. Verbum per se efficax est, ancipitis gladij instar & mallei, petras diffindentis. Videamus ne nos aduersus Dei gratiam obduremur, videamus ne obicem spũs vnctioni ponamus. Bonum semen, si in malam terram ceciderit, fructum non faciet, Matth. 13: Lucæ octauo. Iterum pseudoapostolos taxat. Scientia inflat. Græce docti, litera epistolarum Pauli, etiam contra Paulum, vtebantur. Linguæ eius scientia freti, etiã ipsis insultabant apostolis. Sed quid scientia ad catholicam modestiam? Mites Christum referunt, non peritiam linguarum ostentantes, sed crucifixum Christum sedulo extollentes. Humiles & obediẽtes, Christum repræsentant, non docti & præfracti. Verbũ euangelicũ patientia, non scientia, efficax esse comprobatur. Regnũ cœlorũ nõ in verbis, sed in virtute consistit. Modestia veritas catholica triumphat, non calumnijs & mordacitate, 1. Pet.2. Aduerte, opponi hic modestiam iracundiæ siue æmulationi. Verbo insitionis, etiam metaphorice vtitur apostolus Paulus, 1. Corinth.3. Ego plantaui, Apollo rigauit &c. Sumpta metaphora ex Hieremiæ cap.1. Potest ficus etiam in vinea domini sterilis florere, sed maledicta illa est, Lucæ decimotertio. Verbum Dei potest saluare, sed non, nisi fructus edat in patientia. Per euangelium, ait, saluamur, 1. Corinth. decimoquinto. Quare? Quoniam ex auditu fides, Romañ. decimo. Semen hoc multum profert fructus, Matt. decimotertio. Si plantatio euangelica est salutaris, fide nõ solum, sed & bonis operibus, Marc.16. Ioan.5. Faxit Deus, fidei gratiam ita receperimus. Amen.

Scĩa seu peritia linguarum inflat.

Catholica veritas modestia triũphat.

DOMINICA QVINTA POST PASCHA, siue Vocem iucunditatis, Iaco. I.



Stote factores verbi, & non auditores tantum, fallentes vosmetipsos: quia si quis auditor est verbi, & non factor, hic comparabitur viro consideranti vultum natiuitatis suæ in speculo. Considerauit enim se, & abijt, & statim oblitus est qualis fuerit. Qui autem perspexerit in lege perfectæ libertatis, & permanserit in ea, non auditor obliuiosus factus, sed factor operis, hic beatus in facto suo erit. Si quis autem putat se religiosum esse, non refrenans linguam suam, sed seducens cor suum, huius vana est religio. Religio munda & immaculata apud Deum & patrem hæc est, Visitare pupillos & viduas in tribulatione eorum, & immaculatum se custodire ab hoc seculo.

PRAEFATIO.



Rotulit mater ecclesia ex epistola diui Iacobi sacrosancta locũ, in quo principiũ & originẽ meritorum ostendit, nempe Deũ. Nunc ex eadem epistola profert locũ, per quẽ admonemur operationis bonæ commoditatis. Hic est perpetuus tenor priscorum apostolorum doctrinæ: cui vt nostratiũ accedat, respondeatq; euangelium, nemo nõ videt. Qualis doctrina, tales magistri. Qualis doctrina & magistri, tales item sunt discipuli. Ex magistrorum & discipulorum moribus, doctrinæ discerni poterit virtus.

Dicunt, noui euangelij sensum, euangelij sui vulgus non adsequi. Traderẽt noui euãgelicastri sensum verum, non solum verbis, sed & factis. Plebs magis mouetur exemplo, q̃ documento. Exemplum & documentum nostratium censorum sibi consentiunt. Vulgus noui euãgelij spm̃ concepit, & identidem iniquitatem enititur. Videamus, contra maledictum eum spm̃ quid spiret epistola sancti Iacobi. Sectio esse potest: Primo, exhortatio ad bona opera. Secundo, operis boni præmium, quod noui omnino reprobãt. Tertio, bona opera recensentur, ne quis de sola fide atq; affectu negocium ecclesiæ æstimet.

Estote factores verbi, & non auditores tantum, fallentes vosmetipsos.

Epistolã Iacobi ne satanas q[u]idem carpere poterit. Quis Iudæus, quis Turca & barbarus, hæc apostoli verba nõ approbauerit? Nonne etiam ratio humana apostoli sententiæ subscribit, verbis facta præferendo in religione? Crediderim ne satanam quidẽ hęc verba, veritati adeo consentanea, posse carpere. Quæ, malum, ergo nouorum euangelistarum peruersitas, qui epistolam hanc stramentitiam esse blaterant? Eia proferatur lydius lapis legis & prophetarũ, euangelistarum & apostolorum. Coticulæ tali credatur. Non vult lex, vt saltem in lege Dei meditemur die ac nocte, sed & exequamur, Num. 15. Idem vult & psal. 102. Apud Ezechielem condemnantur auditores & non factores verbi, cap. 33. Chr̃s quoq; idẽ facit Matt. 23. Idem stultũ architectum vocat, auditorem verbi & non factorẽ. Item perditionem talibus interminatur Matth. 5. 6. 7. Contrà, beatos prædicat eos, q̃ verbum Dei audiunt & custodiunt, Lucæ 11. Apostolus quoq; non vult nos auditores verbi, sed executores, Roma. 2. Vides non sufficere ad absolutam iustificationem, Solam fidem. Si eñ sola fides sufficeret, scriptura haudquaquã auditui facta adnecteret. Habes lapidem heraclium, admoue aurum epistolæ præsentis, & depræhendes in Lutheranismo manifestum antichristum. Dein sententias cõsule orthodoxorũ. Deniq; vt omnium simplicissimũ argumentũ tibi ostendam, consule vitas omnium sanctorũ: vide nũ ex operibus bonis iustitię cõmendationem sint consecuti. Tertullianus virtutes Christianorũ non ita extenuat, vt hodie noui faciunt fratres euangelici boni sodales. Socratis, Diogenis, Democriti, Pythagoræ, Zenonis, Lycurgi, Aristotelis, Anaxagorę, & aliorum nobilissimorũ egregia facta, patrum sanctorum factis collata, dicit esse vitia, Apolog. ca. 45. Nos Christo acquiescentes, beatorum virtutes etiam synagogæ disciplinis collatas, dicimus in immensum excellere, Matt. 5. Placuere vero veteris testamenti patres: non possunt ergo non placere etiam noui seduli operatores. Sed eheu, quibus floribus austrum, cui fonti aprum immisit hostis? Tepuit

forte nõnihil feruor religionis. Noui vero reformatores quid aliud præstiterunt, nisi ꝙ stultos fecerunt insanos, acediosos reddiderunt flagitiosos? Dominus Deus alios operarios vineæ suæ præficiat. Sequitur: Fallentes vosmetipsos. Sibiipsi qui imponit, culpam suã alteri adscribere non potest. Facile inueniet testem mendacem, qui mendacio oblectatur. Qui pruriunt auribus, aurium inseruitorẽ sine negocio inuenient. Qui vult Christũ sequi, qui tangitur legis amore, de Iacobi sententia poterit iudicare. Foras canes & venefici. Saxonicos prædicantes, Die Prefers, ventres, porcos Sardanapalicos quis sperauerit abstinentiæ & castimoniæ fore assertores, luxus & libidinum extirpatores? Ne erretis fratres, 1. Corinth. 6. Galat. sexto. Nemo vos seducat, Ephe. quinto. Nihil potestis excusare, maxime hic inexcusabiles omnino eritis, vbi tam immundos canes, qui se sacrorum obtrudunt iudices: & tam fœdos porcellos, eos qui margaritarum euangelij iudicium sibi vendicant, audieritis. Serpentina hic sapientia præditi, dicamus ranę medicinam profitenti: Vah medica, cura teipsam. En quomodo tibi pallet os.

Quia si quis auditor est verbi, & non factor, hic comparabitur viro consideranti vultum natiuitatis suæ in speculo. Considerauit enim se, & abijt, & statim oblitus est qualis fuerit.

Fides sola, est cõsideratio vultus humani in speculo.

O diuinæ sapientiæ simile aptissimũ. O verba aurea, o ignitum Dei eloquium. O inferni frigoris glaciem, quæ non liquescit huius verbi maiestate. Quid simplicius, quid robustius dici potest? Non est in speculo, ait quidam, res, quæ speculatur in eo. Effigiem rei, rem ipsam speculum non repræsentat. Est quidam vsus speculis, Exodi 38. Est & vsus suus auditioni, verum si nihil accesserit auditui, hoc est, nisi verbũ auditum custodieris, req́ue ipsa expresseris, auditus euanidus erit, fidesq́ue sola nullius erit commoditatis. Aptissima huic doctrinæ catholicæ consideratio ea, qua homo effigiem suam in speculo contuetur. Tantisper se homo videt, donec in speculum inspexerit: amoto speculo, imago deperijt, atque statim in nihilum est redacta. Ad hoc vero proderit speculum intueri, vt corrigat errata, & vt virtutum addiscas pulchritudinem & præmia. Mulieres potissimum vtuntur speculis, vt ex illis discãt sese suis ornare maritis. Itidem & nos ex legis scriptura discamus, domino Deo spõso nostro placere per bona opera.

Qui autem perspexerit in lege perfectę libertatis, & permanserit in ea, non auditor obliuiosus factus, sed factor operis, hic beatus in facto suo erit.

Cohæret simili de speculo. Non in imagine, sed in re, Christianismi situs est neruus: hoc est, non in verbis & ꝑsuasione, sed in operis boni executione. Videte fratres, ne frustremini in imaginatiõe solius fidei: sed conemini vocationẽ vestram certiorẽ reddere, idq́ue per opera bona, monitore S. Petro. Incertam vocat S. Petrus fidem, cui desunt fructuũ opera bona. Consentiunt sibi apostoli, vt rumpantur ilia apostolastris nouis. Iacobus vocat euangelion legẽ perfectæ libertatis, quod facit collatione legis Mosaicæ imperfectæ, Heb. 7. perfectionem euangelion importat Matt. 5. Luc. 19. Vocat item legem perfectæ libertatis, quod itidem fit collatione legalis oneris atq́ue seruitutis. Libertatem Christianã prosequitur atq́ue paucis complectitur Apostolus Gala. 4. Huic libertati quod sit contrarium, vides 2. Pet. 2. In arbore boni & mali, seruitus est nata. Libertas ibi amissa, per spm̃ Iesu Christi nobis est recuperata: qa vbi spũs domini, ibi libertas. De seruitute ait ecclesia: Per lignum serui, per te lignũ liberi. Irenæus quoq́ue ait lib. 5. Haud secus atq́ue per lignum facti sumus debitores, ita per lignũ quoq́ue adepti sumus indulgentiam. Euangelica libertas non tam in operibus bonis sita est, q̃ in fide, Roma. 8. Vocatur itaq́ue etiã euangelium lex, quemadmodum & aliæ doctrinæ vocantur præcepta & disciplinæ, ꝙ nulla vsquã extet doctrina, cui nõ mista sit moralis disciplina. Vnde ait: Qui proficit in scientia, & deficit in moribus, plus deficit q̃ proficit. Sine rubore itaq́ue possumus euangeliũ vocare Thorah Ha Masiah Chadasah: Hoc est, nouã legem Christi. Aemule, caue corruges nasum. verba sunt euangelistæ Matthæi, qui etiam euangeliũ alibi vocat Besorath, hoc est, lætũ nuncium. Apostolus Galat. 6. vocat legem Christi. Facit autẽ hoc autoritate Christi, Matt. 5. 6. 7. Luc. 6. Item maiestate prophetica, quæ etiam nouũ testamẽtum vocat legem Esa. 2. Hiere. 31. Mich. 4. &c. De Sion exibit lex &c. S. Iacobus iterum vocat Nomon basilicon, hoc est, regiam legẽ. Regia res amor est. Item, Nihil timere præter Deũ, regiæ est libertatis. Et reuera lex Christi excellit omniũ nomotheta-

Euãgeliõ est lex perfectæ libertatis.

Seruitus pcti vbi nata. Libertas in stitiæ vbi recupata.

Euãgelij nomẽclatura.

 theta

thetarum decreta. Præcipue amorem nobis commendat Ioan.13.15. Complectitur & omnes virtutes regias, Roma.13. Gala.5. Quod vero apostolus ait, Hic beatus erit in facto suo: Mors est in olla, non verorũ prophetarum, sed pseudo. Hic pseudo syllogismis agunt, hic ad sophisticen confugiunt. Nos ad Christi Iesu sententiã hunc locum referimus, & ad basin veritatis ecclesiam. Beati eritis, si hæc feceritis, ait Ioan.13.& 5. Qui bona egerunt, ibunt in vitã æternam. Cantillando Lutherani hæc loca conantur eludere. Verba eorum sunt: **Die gſutten wercken geltten nicht mehr, sie kunnen nicht beſuetten.** Non est locus bonorũ operũ in ecclesia, neq; enĩ seruare possunt. Poetæ etiam sunt, vt audis, noui euãgelistæ: sed non tales, *quales Christus fuit & requirit. Christus cœpit facere & docere. idem requirit discipulos exemplo suo post ipsum crucem baiulãtes. Nec sunt tales poetæ, quales hic apostolus beatos esse dicit. Poetas & poesin, pro operatore & opere ponit apostolus.

Poeta qui factor est euangelicus, verus est poeta.

Si quis autem putat se religiosum esse, non refrenãs linguã suã, sed seducens cor suum, huius vana est religio.

Hæretici clamosi. Hypocritæ personati.

Hæretici logodædali, sapientia sua elati, itidẽ hypocritæ fuco sanctimoniæ personati, popularis auræ captatores vani & euanidi, hic vnà confutantur. Contra hoc ait: Si quis videt̃ sibi esse threscos, hoc est, religiosus, probus, bon⁹, nõ appropinquet Deo labijs prolixe orans, cæterum domus viduarum deuorans. Nec item iustificet se ipsum, Luc.18. Hæretici etiam veritatis doctoribus, veris apostolis, ausi fuerunt obloqui & adlatrare: mirum ergo non est, genimen viperinum hodie carpere & ridere sanctorum monumenta patrum. Atqui horũ vox Deo grata non est. Canũ siqui dẽ latratus, quas matutinas vocãt, cœlum non penetrat. Neutri religiosi. Tam hæresis non est threscia, hoc est, religio, quàm hypocrisis. Tam hæc est ethelothrescia, q̃ illa. Beati pacifici, beati audientes & facientes verbum. Cæterum quicunq; es, sanctule atq; dogmatistes noue, age fac conuertere, ne pereas in tua prauitate. Cohibe linguam tuam à malo, & labia tua ne loquant̃ dolũ, dicit psal. tricesimotertio. Dic cum eodem propheta: Pone domine costodiam ori meo, ne delinquam in lingua mea. Hunc psalmum verterent Germanice noui poetæ, & ipsum assidue psallerent,

Linguę vitio laborant hæretici.

si forte tandem maledicendi finem facere discant. Salomon quoque in linguæ vitij castigatione totus est. Sed breuissimis verbis hoc absolute egit in verbis præmissis hic noster apostolus. Ipsum porro audiamus.

Religio munda & immaculata apud Deum & patrem, hæc est, Visitare pupillos & viduas in tribulatione eorum, & immaculatum se custodire ab hoc seculo.

Non q; Anna prophetissa delirarit, diu noctuq; in templo orando, sed q; misericordia præcipuum sit religionis. Abeant in malam rem, qua digni sunt, noui apostolastri, qui neutrum ad beatificationem atq; absolutam religionem recipiunt, pietatis summã ex fide sola æstimando. Reprobatur hic hæresis illa, fidei solius euangelizatrix. Dein etiam taxatur hypocrisis, stans in templo atque orans: Domine, gratias ago tibi, quia non sum sicut cæteri hominum, ieiuno bis in sabbatho &c. Lucæ 18. Matth. vicesimotertio. Misericordiam, ait, volo, & non sacrificium, Hoseæ sexto, Matth. nono.

Hæresis solius f[...] & hypocrisis [...]

Obserua apostolum hic duos gradus ponere religionis, immaculatum se custodire ab huius seculi nugis, & de viduis atq; orphanis bene mereri. Hic omnia charitatis opera continentur, illic fuga seculi docetur. Charitatis opera sunt nota, Matth. vicesimoquinto catalogum eorum vides. De vanitate vero mundi hic noster apostolus, & consobrinus suus Ioannes, multis agunt. Sub baptismum conceptis verbis fugam huius seculi vanitatum promittimus, pompæ nimirum & gloriæ. Tunc itidem mundo huic & eius principi bellum indicimus. Hoc solenne votum qua custodiamus cura, apparet. Diceret quis, eos huius principi mundi aduinctos siue obæratos, contra Christum conspirauisse. Adeo quæ mundi huius sunt, cogitamus: & ea quæ Christi sunt, tanquam stultitiam & vanitatem, immo etiam tanquam pestilentiam, fugimus & impugnamus. Apostolus Paulus vult nos sine omni esse ruga & macula. Collega Pauli sanctus Iacobus, rugis & maculis omnigenis tollendis commodum stibium, dropacem, lomentum, speculum, & hoc genus mundi muliebris, profert. Faxit Deus, non ociose.

gradus [...]

DO-

DOMINICA SEXTA POST PASCHA, ſiue Exaudi, I.Petri IIII.



Stote prudentes, & vigilate in orationibus. Ante omnia autem mutuam in vobiſmetipſis charitatem continuam habentes, quia charitas operit multitudinem peccatorum. Hoſpitales inuicem, ſine murmuratione. Vnuſquiſque ſicut accepit gratiam, in alterutrum illam adminiſtrantes, ſicut boni diſpenſatores multiformis gratiæ Dei. Si quis loquitur, quaſi ſermones Dei: ſi quis miniſtrat, tanquam ex virtute quam adminiſtrat Deus, vt in omnibus honorificetur Deus per Ieſum Chriſtum.

PRAEFATIO.



Stote prudentes fratres, & attendite vobis à nouis apoſtolaſtris atq; euangelicaſtris. Videte ne quam aliam eccleſiam ſomnietis, q̃ eam, cuius præcipua religio ſita eſt in praxi: quam omnes cum euangeliſtæ tum apoſtoli, tam ſedulo docent, fidelibusq́; ad abſolutam iuſtitiam credunt. Eia q̃ conſentiunt ſibi euangeliſtæ & apoſtoli omnes, pari ſtudio opera bona fidelibus tradendo. Eia qua fide Romana eccleſia ſe euangelicam & eam apoſtolicam declarat. Quod, per Deum oro, mendacium manifeſtius eſſe poſſit, q̃ dicere, eccleſiam Romanam apoſtolicæ non eſſe fundationis? Hoc dicentes, vere diabolicæ ſunt ædificationis. Argumentum præclarum de ſe Romana eccleſia prębet, vnde Chriſti, euãgelicam atq; apoſtolicam ſeſe exprimat, ſtudium operum bonorum. Ieſus cœpit facere & docere. Opera bona, iuxtà atq; fidem, nobis ad iuſtificationẽ atq; beatificationem commendauit: idem quoq; factitarunt & apoſtoli omnes. Eccleſia quoque Chriſti vera apoſtolica, præcipuo ſtudio nos ad catholicam ethicam inducit. Ethices eius bonam partem præſens lectio continet. Lectionem eam eccleſia nobis hodie profert, vt admoneat atq; inſtruat, qua via nos ſpiritui ſancto hoſpitium præparemus. Sectio eius lectionis eſt: Primo exhortatur ad ſobriam atq; prudentem orationem. Secundo, charitatem & hoſpitalitatem nobis credit. Tertio, ſanctimoniæ conſummationem docet citra rectam intentionem fieri non poſſe. Dicit enim, Vt in omnibus honorificetur Deus. Ac ſi dicat: Nulla alia intentione bonum operemini, nulla alia vobis ſolicitudo atque cura ſit, niſi ſolius Dei gloriæ &c. Ipſam nunc porro videamus.

Rom. eccleſiã vere apoſtolicã eẽ argumẽtũ euidẽs eſt operũ bonorũ cõmẽdatio.

Spũi ſancto quõ hoſpitiũ nos paremus.

Eſtote prudentes, & vigilate in orationibus.

Duas apoſtolus ponit orationis conditiones, ſane perquàm ſalutares, ſobrietatem & vigilantiam. Attende ingeniũ apoſtolicum eſſe, non modo bona opera, diſciplinas & virtutes tradere, ſed circunſtantias quoq; & accidentia vnà docere. Qua in re etiam ethnici philoſophi non parum noſtræ religioni conſentiunt, virtutum extrema omnia tanta diligentia proſequendo. Orationẽ apoſtolus vult eſſe ſobriã, & ab omni veterno atq; ſomnolentia liberã. Quid Saxonicis apoſtolaſtris & Petro? Zythobibuli atq; ventres, inſtar vtriculi nunquam ad laudem Dei ſunt aptiores, quàm vbi cereuiſia tumeſcant. Crapulæ item edormitores, vigilijs eccleſiæ adeo ſunt iniqui. Epiſcoporum noſtratium ſocordia vigilię eccleſiæ ſunt abolitę. Paſchatis & Chriſti natiuitatis peruigiliarũ adhuc vmbra quædam ſupereſt in eccleſia: ſed nouorum euangelicaſtrorũ peruerſitas, etiam reliquias eas qualeſcunq;, bona parte antiquauit. Dormitur in paſchatis ſacri, itidem in Chriſti natalis ſacratis vigilijs, tanquam ſingulari & certa religione. Eſt enim nouis euangelicis vnica religio, om̃ia matricis eccleſiæ violare. Monachis item & ſanctimonialibus nocturnarũ precum ritũ non permittunt, nolunt æramentorum ſonitu quieti ſuæ remoram fieri. Digni qui in Cimerijs tenebris ferreo vrgeantur ſomno, qui bene operari nolunt, & alijs bono opere interdicunt. Apoſtolus noſter primo ſophronen oratiõi dicit eſſe commodũ. Alij vertunt prudentiam: ſignificat enim tam corporis q̃ mentis ſobrietatẽ. Veri adoratores ſic in ſpũ, hoc eſt, mente ſobria erãt, & veritate, hoc eſt, ſobrio corpore. Quantũ ad corpus attinet, temulenti ſunt inſtar Sileni:

Quẽ myſten pueri ſomno videre iacentẽ,
Inflatũ heſterno venas, vt ſemp, hiaccho.

Virtutes nõ ſolũ, ſed & circũſtantiæ & accidẽtia docenda.

Oratio debet eſſe ſobria.

orare ſpũ, eſt ſobrie orare, tã corpore q̃ mente.

 Secun-

Secundũ mentẽ rationabile obſequium habent, mediocre maiori non præferẽtes: q̃d, teſte Hieronymo, non mediocris eſt error. Vtrunq; horum ſophroſyna dicitur, hoc eſt, ſobrietas corporis & animi. Nephron vigilantiã ſignificat, corporis puta & animi. Hoc corpus labori aſſueuit, atq; ſtrenuũ ſeſe gerit, mens eſt vegeta: atq; hoc Nepſis vocatur Graijs. Hanc nepſin & illã ſophroſynam hic nobis ſpũs ſanctus commendat. Diſcite hic fratres, quid ſit ſpũ & veritate orare. Videte an ſola fide Chriſtianiſmo abſoluto ſatis fiat. Eia frẽs, aduertite Chriſtũ quoq; ad ſedulam nos orationẽ inuitare, & nobis eius præmia maxima polliceri, Ioan. 16. Lucæ 11. Videamus, ne qua Chriſti hæc promiſſa contemnamus.

Ante oĩa aũt, mutuã in vobiſmet ipſis charitatẽ cõtinuã habẽtes, quia charitas operit multitudinẽ pc̃tõrũ.

Fides ſola non iuſtificat.

Audiant apl'm apoſtolaſtri noui. Fides nõ ſola iuſtificat, quia maior horũ, puta fide & ſpe, eſt charitas. Ante oĩa, idẽ eſt ac ſi dicat: Maior eſt charitas. Præcipue charitatem, tanq̃ perfectionẽ religionis, nobis vult cõmendatã. Soricis noui apoſtolaſtri concentum, quis huic euãgelicæ buccinæ clangori p̃ferat? Scripturã, Scripturã, Verbũ dñi, Verbũ dñi, noui euãgelicaſtri identidẽ ſuccla mitãt: cũ nihil ſit quod æque illi vellicent, laniẽt, & fugitẽt demũ, atq; ſcripturã. Paulus ait: maior horũ charitas. Petrus ait: Ante oĩa videte, vt charitatẽ in vobis mutuã habeatis. Ecce tibi duos p̃cones euãgelicos p̃cipuos, Petrũ & Paulũ, charitatẽ iuſtificationis & beatificatiõis ſummã ſtatuentes. Charitatẽ noui p̃dicantes audẽt e iuſtificationis & ſalutis ratione reijcere. Pauliniſtæ Paulum nõ audiunt Gala. 5. vbi ait, Fidẽ per charitatẽ operantẽ iuſtificare, Item Roma. 13. dicit, Charitatẽ legẽ perficere. Quaſi dicat, Charitatẽ eſſe mortem vitiorũ, vitam virtutum. Audi euangeliſta noue. Ecce tibi ſcripturã. Scriptura nõ poteſt ſolui, vide ne tu hoc in tuũ caput mediteris. Deus charitas eſt. Charitas eſt fructus ſpũs ſancti, Gala. 5. Maior ergo charitas in iuſtificationis ſacramento. Et nõ poterit ſimpliciſſima ea ſolui ſcriptura. Audiatur ipſa ſapientia Matth. 22. dicens in præcepto charitatis pendere totam legem & omnes prophetas. Quid vltrà requiris? Non facit ad ſtomachum tuum eſca iſtæc cœleſtis veritatis? Mirũ non eſt. Nihil eñ Chriſto & Belial. Qui Chriſti eſt, ſponſi vocem ſtatim agnoſcit. Eccleſia Chriſti nihil vnquam charitate prius habuit. vnde nõ ſolum fideles ſe mutuo chariſſimos appellare ſunt ſoliti, verũ etiam Miſſæ ſacrũ, agapen vocare maluerunt. Agapeti, hoc eſt, chariſſimi. Ecce tibi, etiam Miſſæ ſacrum nomẽ fidelibus vere conuenire. Charitatis ſacramentis, quantum ad verã eius attinet prædicationem, puta merita, noui euangelicaſtri adeo ſunt infenſi, vt etiam oſculum pacis vnà cum toto charitatis officio aboleuerint. Catholicis concionatoribus ritus ille apoſtolicus, qui potiſſimum Petro fuit familiaris, adhuc ſupereſt, quo auditores vocant chariſſimos: quod vtinã eodem facerent ſpiritu, quo hoc Petrus apoſtolorum princeps fecit. Dicit illi: Petre, amas me? Iterum, Petre amas me? atq; id ipſum iterũ. Reſpondit Petrus, Etiã domine, Etiam dñe: deniq;, Tu ſcis quia amo te. Vere ergo fratres chariſſimos appellauit: quod ſi & noſtrates ſic eſſent affecti, iã reformatiſſimam haberemus eccleſiam.

Charitas ſummum eſt in iuſtificatiõe

Chariſſimos ſeſe fideles vocare ſolitos

Charitati apoſtolus Petrus hic aptiſſimũ omnium dat epitheton, Continuã. ἐκτενής dictio, quã nos aſſiduam, perpetuam, continuam &c. reddere poſſumus, aliàs etiam orationi iungitur, quo admonemur ſedulitatis atq; ſtrenuitatis. Non minus etiam amor debet feruere. niſi eñ ardeat, plane amor eſſe non poteſt. Ignis etiam metaphorice dicitur amor, ſumpta metaphora ex aſſiduitate, qua verus amor diſcernitur. Fictus eñ, cito perit, iuxta prouerbiũ:

Charitatis epitheton aptũ cõtinua.

Emptus amor, vultuſq; rubor, durare nequibunt.

Apoſtolus hic charitati pertinaci cõnectit ſcripturæ locum Prouer. 10. q̃d ſic eſt apud Hebræos: Al cal Peſaim thecaſſe Ahaba, hoc eſt, Charitas operiet multitudinẽ peccatorũ. Septuaginta etiã in futuro loquuntur. Hic vides quare apoſtolus dixerit, Ante omnia, ſiue præſertim. Maior charitas præcipue nobis commendatur, quia operit atq; tegit peccatorũ immẽſitatẽ. Tegit aũt peccata, quia facit (modo nõ ſit ficta) vt noſtri quoq; miſereatur Deus. Dimittit ille nobis noſtra debita, ſi etiam debitoribus noſtris ipſorum in nos commiſſa remittamus. Accedit huc verbum Chriſti Lucæ 7. Dimiſſum eſt huic mulieri multum, quia dilexit multum. Similia vide Dani. 4. Prouerb. 16. & alibi frequenter, vbi vel de eleemoſyna agitur, vel de pietate &c.

Charitas maior q tegit pctã

Peccata tegere, in ſcriptura accipitur pro, peccata remittere, condonare, indulgere, &c. Pſalm. 84. Omnia peccata eorum operuiſti. Pſal. triceſimoprimo, Beati quorum peccata ſunt operta. Nee. 4. Ne operueris peccata eorũ. Hic ſimplicior, atq; adeo genuinus, huius loci eſt ſenſus. Quod Beda hanc opertionem peccatorum, intelligit de doctrina & exhortatione ſacerdotum, qui chariſſimos ſuos ex ſumma dilectiõe arguunt

Peccata tegere q̃d

guunt identidem & increpant, animas ex inferno redimendo, præmisso sensui non derogat. Neq; em̃ Beda charitatis merito vnquam detraxit. Caue hic nouorũ Euangelicorum næniis dementatus, Charitatis prætextu etiã confessionẽ, quam Vuicleffistæ auricularẽ vocant, tollere præsumas, contra Dauida Psal. 31. 50. &c. & aduersus Salomonem Prouer. 28. contra Ioannem 1. cap. 1. Quod si quis etiam hic tegere peccata, accipiat pro excusare, in meliorem partẽ interpretari, &c. cuius contrariũ facit inuidia, quæ ex musca facit elephantũ, quiduis occulti continuo proferens palã: hic sensus per me etiam steterit, modo prior ille natiuus & catholicus non negetur. Nunquam em̃ apostolastri noui scripturæ locũ inueniẽt, quo certum facere possint, fidem solam, charitate exclusa, iustificare, & per charitatem fratri remittentem, peccata non condonari. Cæterũ etiã charitas non dissimulat conniuendo, sed arguit, increpat & corripit &c. 1. Thess. 5. 1. Timoth. 5. 2. Timoth. 4. Sed spũ lenitatis, Galat. 6. Quia secundũ Bedam, istæc castigatio, ipsissima est charitas.

Charitas etiã corripit & castigat.

Hospitales inuicem sine murmuratione.

Aduenæ etiã nobis commendantur.

Ne quis charitatẽ solã ex animo æstimare possit, addit opera, vnde eius argumenta vera atq; indubia sumi possint. Sic & Ioannes vult, nos non verbis, sed factis amare. Obserua, philoxeniam (quo vocabulo hic vtitur) proprie referendũ esse ad exteros, quos peregrinos vocamus. Aduenis etiam lex nos vult esse benignos, iuxtà atq; viduis nostris & orphanis. Nõ hospitalitas hic saltem intelligenda, qua huiusmodi exteros excipimus hospitio: sed & omnis hic eleemosynæ opus comprahensum, nobis cõmendatur. Mutuo dandum, ope & consilio iuuandum est, in omni necessitate exteris iuxtà atque indigenis, immo cũ primis talibus, est succurrendũ. Nec itẽ necessitas extrema est expectãda, sed cauẽda. cõmoditati em̃ exulũ est prospiciendũ, quia amicus verus est alter idẽ. Sine murmuratione, ait. Dicat agapetus agapeto: Non defecisçar vnquam experirier, donec tibi hoc q̃d cõmodum erit, effecero. Nõ de tabernis meritoriis hęc intellige. Aliud est hospitium, aliud diuersorium. Caupones, q̃s excipiunt lucri causa, humaniter tractant: fidelis, gratis fratri benefacere debet. Sed ecce tibi quo loco iã respub. Christiana cõstituta sit. Etiam ipsi caupones aduenas spoliãt, & inhumanissime deprimũt. Legimus quosdam tyrannos, etiam barbaras nationes, peregrinos mactasse, deuorasse, aut certe suis diis obtulisse. Parũ ab huiusmodi crudelitie hodie abest status ecclesiæ. Nusquam em̃ hodie tuta est fides, nõ hospes ab hospite tutus. Viderit hæc hospitalitatis præses, nõ Iupiter ethnicorũ, sed Iesus Christus, iudex viuorũ & mortuorũ. Hilarẽ ille diligit datorẽ. Nõ donũ, sed eleemosynã ille æstimat, 1. Cor. 13. 2. Cor. 9. Philip. 2. Hospitalitatem iterũ Apostol⁹ nobis commẽdat, Heb. 13. Nõ comessationes & conuiuia hic intellige, sed philoxeniam, hoc est, officiũ misericordiæ erga exules & vagos, vt ait propheta. Gregorius in epistola corripit Natalem Episcopũ eius hospitalitatis vitiosæ, qua contra Christi præscriptũ, non miseris, sed diuitibus cõuiuia opipara apparantur, qua carnes (vt propheta ait) cõferuntur ad luxum, non ad agapen. Apostolus hic respicit ĩ exẽpla Abrahæ, Loth, Iob, Tobiæ, &c.

Hospitalitas in ecclesia perfusus euanuit.

Philoxenia nobis cõmendatur, nõ cõuiuãdi insania.

Vnusquisq; sicut accepit gratiã, in alterutrum illam administrãtes, sicut boni dispensatores multiformis gratiæ Dei.

Varia dona vnitati donantur.

Charismata grãtiæ Dei, quæ accepim⁹ citra omne nostrũ meritũ, & quæ ita subinde accipimus, vere multiformia & varia sunt. Aliis dedit prophetiã, aliis scientiam, aliis spũs, aliis dona: dein etiã corporis bona largitur, robur & salubritatẽ: postremo etiã fortunæ (vt vocãt) bona largitur. Nihil em̃ habemus, q̃d nõ accepim⁹. Quorsum vero sunt nobis oĩa hæc data? Si nescis quare data sint, consule Mosen, quare alius abundet, alius egeat. Item Sapientem, quare etiã egestas sit à Deo. Nõne vt diuites bene mereantur de pauperibus, vt redimant sibi mansiones æternas, & faciant sibi amicos de mammona iniq̃? Vnũ oẽs in Christo sumus corpus. Nemo ergo sibi viuat. Quod si in minimo infideles fuerimus, quis nobis maiora credet? Alter alterius onera portate, ait Apostolus, & sic legẽ cõplebitis Christi, nedũ Mosis. Doceant alii in doctrina: præsint alii in solicitudine: cõmunicet, qui catechizatur sermone, ei qui se catechizat, in omnibus bonis. cui debetur tributũ, ei idipsum pendatur. omnes miserorũ tangat penuria. simus omnes cum infirmis infirmi, cum captiuis captiui. amemus inter nos non verbo, sed facto: & sic tãdẽ probabimur Deo tanquã boni administratores. Sic etiã angelis cœli grati erimus, nec erit vt accusemur. iuxta parabolã euangelicã. Apl̃s Paulus q̃que gratiæ Dei dona varia appellat, Eph. 3. polypœcilon*. Quis em̃ sapię Dei

inueniet profunditatẽ Roma.11. Diuitias bonitatis eius quis perscrutetur, Ephe.1.2.3. Quis eius dona numeret aut eloquatur omnia, 2.Corinth.9.

Si quis loquitur, quasi sermones Dei: si quis ministrat, tanquam ex virtute quã administrat Deus, vt in oĩbus honorificet̃ Deus p Iesum Christũ.

charisma ton diuinorũ duo potissimũ apostolus genera recenset.

Hic speciatim de Dei gratiæ loquit̃ donis varijs. Duo pcipue genera charismaton diuinorũ recenset. Alterũ, docẽdi partes & donũ: alterũ, sacramentorũ dispensationẽ, & hoc genus aliã diaconiã. Donũ docendi, q̃d & prophetia dicitur, sine omni controuersia maximũ est. Cætera oĩa sunt diaconorum. Hinc Paulus se negauit aliquẽ, nisi Stephanæ familiam, baptizasse. Et Petrus cũ Cornelio euangelion denunciasset, baptizãdi officiũ alijs permisit. O Iesu Christe põtifex verus, respice in ecclesiã tuã, vide oĩa funditus euersa. Nihil in ecclesia cõtemptius verbi dñici denunciatione. Sterilis cathedra, famelicũ suggestũ, cæterũ omnia altaria adipe & thure fumant. Prudentes & Dei timẽtes, quid dixerim, intelligant. Qui donũ habẽt docendi, audiant apostolũ: Sic, inquit, doceant, tanq̃ sermones Dei. Chrs nihil, nisi q̃d ex patre audiuit, docuit. Gabriel angelus in conspectu Dei se ait stetisse, hoc ẽ, nihil aliud nisi verbũ Dei denũciauisse. Thessalonicæ ecclesia nouit Paulũ q̃cq; nihil aliud, nisi merũ & verũ Dei docuisse verbũ. Vnde etiã ipsum nõ vt apostolũ modo, verum etiam vt ipsum excepit Christũ, 1.cap.2. Idẽ & Galatæ fecerunt. Viderit ecclesiastes, in Christi stans cathedra, vt & Christi proferat pura eloquia. Deuterosis, hoc est, lex secundaria, euangelicæ synceritati nõ adeo accedens, caueatur. Logia, oracula, certa verba Christi, nobis sufficiunt, quia salutaria ea sola. Nouerit catholicus doctor, quo loco habeat politicas traditiones & cæremoniales constitutiones: quæ si naturali & diuinæ legi consentiant, merito conseruantur: si vero in abusum abierint, quid vetarit quo minus corrigantur. Sed hęc res prudẽtem dñi seruũ postulat. Atq; hoc dictum est de primo. Alterum, œconomia ecclesiæ administrationis sacramentorũ & eleemosynæ, etiam fide bona candide debet peragi. Nemo se inde efferat, nemo inde sibi aliqd tribuat. Vnde hæreses & schismata tot in ecclesia subinde nascũtur. Nõne ex dominationis eminentia. Lites & contentiones pariũt hæ voces, Nos absoluimus, Nos ligamus. Christus est baptismus. Christus trãsmutat dona altaris. Christo remissio peccati accepta ferenda, quippe agno qui abstulit peccata mundi. Christus noster dominus, oĩa est in oĩbus: ille oĩa solus, ille vnicus omniũ charismaton autor: ille agonotheta, siue choregus, hoc est, donorũ dispẽsator, non solũ charismaton spiritualium, sed & fortunæ bonorum. Omnis choregia, eius est. ex eius est penu, quod datur egeno. Illi honor & gloria per secula oĩa. Amen.

verbũ dei syncere docendũ.

Diaconus esse syncere fiat.

IN DIE SANCTO PENTECOSTES, lectio Actuum II.

DVm complerentur dies Pentecostes, erant oẽs discipuli pariter in eodẽ loco. Et factus est repente de cœlo sonus, tanquã aduenientis spũs vehementis, & repleuit totã domũ vbi erant sedẽtes. Et apparuerunt illis dispertitæ linguę tanquã ignis, seditq; supra singulos eorũ. Et repleti sunt oẽs spiritu sancto, & cœperũt loqui varijs linguis, prout spũs dabat eloqui illis. Erant aũt in Hierusalẽ habitãtes Iudæi viri religiosi, ex omni natione quæ sub cœlo est. Facta aũt hac voce, conuenit multitudo, & mente confusa est, quoniã audiebat vnusquisq; lingua sua illos loquẽtes. Stupebant aũt oẽs & mirabant̃, ad inuicem dicentes: Nonne ecce oẽs isti qui loquunt̃, Galilæi sunt? Et quõ nos audiuimus vnusquisq; linguã nostrã, in qua nati sumus? Parthi & Medi & Elamitæ, & qui habitant Mesopotamiã, Iudæã & Cappadociam, Pontum & Asiam, Phrygiã & Pamphyliã, Aegyptum & partes Libyæ quæ est circa Cyrenẽ, & aduenæ Romani, Iudæi quoq; & proselyti, Cretes & Arabes, audiuimus eos loquentes nostris linguis magnalia Dei.

PRAEFATIO.



On semel (quod charitas vestra nouit) dñs Iesus promisit nobis paracletũ aliũ, vtiq; sui similem, vnũ cum ipso & patre, Ioan. 14. 15. 16. Veritas nõ mentitur, sapientia non hallucinatur, fidelis non implanat. Qui magnus est, nihil humile meditatur. Magnus dominus Deus noster, & laudabilis in secula. Promissus (vt diui Augustini verbis vtar) missus est spũs. O q̃ suauis est dñe ille tuus spũs. O q̃ potẽs est dñi spũs, qui omnia replet & continet. Gaudeamus omẽs in dño, iuxta hoc quod ait: Ego videbo vos, & gaudebit cor vestrũ. Spũs domini, dñs Deus, Deus est, paracletus missus est nobis, venit nobis. gaudeamus, & p ipsum proferamus Alleluia. Deus omnium pater, pro tẽpore non modo Iudæis, sed & ethnicis visus est. aliter tamen atq; aliter. Nouissimo tempore electo, visus est & filius instar patris, imago patris, gloria pr̃is. Qui me (ait) videt, videt & patrẽ. Nihil itaq; restabat, nisi vt & nos spũs visitet sanctus. Trinitatis confessione totum mũdũ saluari oportuit. Ait ergo: Expedit vobis vt ego vadam. Scitum est hoc quod Ambrosius dicit sermone 61. Pulcher flos Iesus, e sepulchro in horto exurrexit in die paschæ. flos ille fructũ suũ ptulit in hac luce, replens omẽs spũ sancto, omnia replente. Videte scalam e cœlo, & angelos adscendentes & descendẽtes. Adscẽdit filius, descẽdit spũs. Nolo anteloqo prolixiori vestras charitates diutius detinere, scio auidos audiẽdæ lectionis historiæ sacræ. Primo in lectione obseruabitis amplitudinẽ & largitatẽ datoris. Secũdo, preciositatẽ muneris. Tertio, argumentũ preciositatis muneris eius, quod euidens fit in prodigijs tãtis & signis, toti orbi terrarum obstupescẽdis. Sequit lectio:

Dum complerentur dies Pentecostes, erant omnes discipuli pariter in eodem loco.

Coniunctio Et, quam pleriq; addunt, importat, aliquid notatu dignũ præcedere. Est aũt id historia adscensionis Christi in cœlũ, sessionis ad dexterã Dei, angelicæ apocalypsios. deniq; item apostolorũ reditus in vrbem sanctam. Præceptũ fuit, ab Hierosolymis ne discederent, sed ibi expectarent virtutẽ diuinã: q̃ induti, efficaciter euangelizarent. Fuit item præceptum, vt tunc primũ pdicarent. Vnde e mõte Oliuarum Solymas reuertebantur, & forte p Bethaniã. Solymis vero q̃tidie descenderunt in templũ, de talibus & tantis mirabilibus Dei magnalijs Deo gratias agẽdo. Cæterũ e templo reuertentes, sese in ædes quasdam recipiebant, vbi tantæ coronæ (quam diuus Augustinus super Ioannem Tract. 92. dicit fuisse centum & viginti hominum) cõmodum capaxq; erat cœnaculum, Germanice *ein obergemach*, q̃d etiã reddi poterit, Solariũ. Hoc in loco Matthias in Apostolorũ numerũ est receptus. hic frequens oratio & gratiarũ actio, consolationesq; fiebãt. Deniq; & agape hic quotidiana peragebatur. Maria virgo, & cæteræ Galilææ Christo deuotæ fœminę, ab hoc sacro cœtu minime absfuit. Hic pstituto die Pentecostes, promissus ille paracletus veniens, Christianismũ ipsum iuxta Christi verbũ absoluit. Dies sacra, alboq; signanda lapillo: dies, quã etiã lex in summa peragebat solennitate, ecclesię maiestatis vmbra exultãs: vt videat quisq; fidelis, diẽ illã solennẽ q̃q; esse oportere ecclesiæ. Iudęis vocatus erat Hebraice *Hag Sabyoth*, Latine festũ hebdomadarum, Germanice *Wochen fest, oder der Siebender*, ex hebdomadib' septẽ, puta à paschatis solẽnitate. Gręci, nũeratis dieb' ab istoc festo, vocãt diẽ hũc festũ Pentecoste, hoc est, qnquagesima. Germani vocãt *Pfingsten*, Græcos imitãtes. Sic etiã vocant festum Paschæ ab Austro *Oestern*, de q̃ aliàs. Festũ pentecostes in lege pmaximum fuit, q̃d vides Deut. 16. De hoc itẽ festo vides Acto. 20. 1. Cor. 16. Non solum Iudæi obstinati, sed & ad Christũ cõuersi, diem hũc sacrosanctũ peragebãt. Vnde & Apostolus (vt in pmissis locis videre est) eo die se libẽter Hierosolymas recepit. Origo solennitatis fuit legis Mosaicæ traditio, quã traditionẽ dñs Deus populo Israeli solennitate istac duxit q̃tannis reprȩsentãdam, ne qua eius vnquam populum ipsum obliuio *obreperet. Simili etiam prouidẽtia festum Paschæ Israeli e memoria elabi noluit. Illic nomodidactes spiritus sanctus, hic Seruator mundi, quemadmodum etiã in festo natalis Christi, Deus pater, exprimitur. Quantum vero ad legis typum attinet, illa duo festa Paschatis & Pentecostes, sibi omnibus numeris consentiũt. Alterum redemptionem eam, qua Deus populum suum de graui Aegypti seruitute vindicauit, retulit: alterum, legis præscriptionem diuinæ repræsentauit. Assertio in libertatem, in Aegypto contigit: lex in eremo, in monte Sina est lata. Mansionum 42. populi Israelitici, quas sanctus Hieronymus diligenter prosequitur, omniũ erat clarissima ea, de qua iam agimus, montis Sinai. Erat autem duodecima numero, proculdubio mysterium duo-

Pentecostes dies solennis.

Pentecostes diei origo.

Mãsio q̃ i monte Sinai duodecima erat nũero, oĩm p clarissima

duodecim apostolorũ præ se ferens. S. Augustinus multa, & ea sacrosancta, de hoc festo scribit in lib. quæst. vet. & noui test. nẽpe non sine sacramento pentecosten, æque atq; * paschalem, in die peragi dominico. Vterq; dies bonam partem nostræ religionis complectitur. Dies item dominica, nostræ salutis plena est mysterijs. Lib. 32. contra Faustum, etiam præclare de hoc festo loquitur. In Sina deserti, Iudæi suam receperunt legem: Solymis, atq; adeo in Sion, data est intelligentia euangelij, quod tandem verũ est euangelion. Hic obserua errorũ hæresion omniũ originem, ecclesiæ, quæ euangelion Christi recepit, hoc est, cui sensus scripturarũ datus est, nõ credere, sed ex ratione siue autoritate (vt cũ sancto August. loquar) exponere velle: q̃d vtiq; omniũ periculosissimũ est. In deserto digitus Dei, hoc est, spũs sanct⁹, sed in typo. In ecclesia p̃sentissime, nõ in figuris & ænigmatis, sed in manifesta veritate. Illic tabulæ lapideæ, hic corda cereæ: illic tonitru & fulgetræ, clangor buccinæ & terror: hic spũs vehemẽtis sonus, inebriãs cõsolatiõis musto. Sic vides oraculũ adimpletũ: De Sion exibit lex, & verbũ dñi de Hierusalem, Esa. 2. Mich. 4. Illic intercesserũt septẽ hebdomadæ siue quinquaginta dies, puta ab eorũ paschatis festo, totidẽ & intercedunt à nostro. Quadragesimo siquidẽ die à sua resurrectione, adscendit in cœlũ: decimo postea die, e cœlo spm̃ promissum paracletũ misit. Hactenus de mysterio dierum quinquaginta & festo pentecostes: nunc porro audiamus, q̃d in ea acciderit.

Pẽtecoste & pascha in die dñi co celebrãtur.

Hæresion errorum caput.

Et factus est repente de cœlo sonus, tanquam aduenientis spiritus vehementis, & repleuit totam domum vbi erant sedentes.

Iam fratres, magnalia Dei nobis proferuntur, ad eorũ cognitionẽ Deus sensus nostros illuminet. Amen. Factus, ait, est repente de cœlo sonus, & repleuit totam domũ. Quam, rogo, domum? Nunquid omnes ædes, atque ipsum quoq; templum? Haudquaquam. nam euangelista vnius domus, vbi ecclesia erat, mentionem facit. Cæteras ædes magnificas, atria, porticus, deniq; ipsum templum, non nouit Dei spiritus omnia replens. Stella sic orientalium saltem præstrinxit oculos Dei claritatis. Herodes nequidquam de tempore stellæ Magos est perscrutatus. Et Christus rediuiuus non omnibus apparuit, quanquam in eadem vrbe suis visus extiterit. Flatus atque turbo, sed non nimbifer, neque vrens, neq; tempestuosus atq; adeo perniciosus, sed vehemens, nullis philosophicis rationibus inuestigabilis. Sunt enim talia Dei magnalia, supra naturam. Sic tenebrę in Christi passione, non erant naturalis eclipsis & solis deliquiũ, quod etiam veli ruptura & petrarum arguit scissio, Matt. 27. Hic etiã accessit terræ commotio, tenebras eas Dei maiestatis singulare esse opus indicans. Talem & vides in Christi resurrectione, ibidem 28. Obserua, creaturæ testimonia passim de Christi præcipuis mysterijs, literis commendata, sibi mire consentire. In natiuitate, in passione, in resurrectione atque in spũs sancti emissione. Neque hoc silentio prætereundum censeo, quod litera habet, factum de cœlo sonum: non elemẽtorum strepitus, stridor, crepitus aut fremitus collisorum, non murmur populi, neq; clamor, neque clangor, sed sonus, atque is de cœlo, vtiq; Dei maiestatis & præsentiæ, qualis ante nunquam auditus. Repleuit totam domum, hoc est, flabrum hocce supernum omnes, qui in domo erant, agitabat atque commotabat: non leniter stringebat, sed potenti quodam flamine concussit atque pertentauit. Vitalis spiritus est, qui ferebatur super aquas, Gene. primo. Aquæ in Aegypto, hoc destitutæ flamine, computruerunt. Spũs sancti gratia excitat omnem veternum, & facit hominẽ ad opera bona facilem. O agitationẽ sanctam & præsentem. O vanos atq; insanos hæreticos, solam fidem docentes, veritatis proditores, sancti flatus inficiatores. O felicem domũ, cui nullã aulã Augustorũ atq; regum huius terræ recte contuleris. Vere terribilis locus ille erat, & porta cœli & domus Dei, Gene. 28. Hanc vero domum, ipsam referre intellige ecclesiam: extrà nõ operatur spũs sancti gratia, etiam si sectę sibi mentiãtur nomen vel cœli. Operatio & efficacia spũs sancti, non ab re vehemẽs spiritus dicitur, verius quàm Ruah aza Exo. 14. quod Septuaginta, spiritum vehementem reddidere. Hic spiritus exiccauit mare, & transitum populo Israel præstitit. Neque item citra huius venti nutũ, spiritus vehemens ædes Iobi disturbauit. cessit eñ id ad Dei gloriam, cap. 1. Heliæ tempore factum quoq; flabrum memorabile, quod sequebatur commotio terræ & ignis. Mirabilia hæc omnia, sed nihil ad hæc Dei gloriæ spectacula. Neq; enim illic Dei fuit præsentia. Hic Deus manifeste insonuit, quemadmodum etiam Act. 4. Hic igniuomus ventus, sed ventus hic noster non est præster, sed virtus gloriæ & gr̃æ Dei. Ventus hic noster, est spũs ipse sanctus, & nõ aeris collisio, nõ maris cõmoti atq; turbati flamẽ. Spũs sanctus p̃ vẽti & ignis speciẽ & inge-

Domum vnicã repleuit spiritus sanctus.

Vẽtus diei pentecostes vehemens, sed non pestilens.

Sonit[us] diei pe[nte]coste[s] perm[...]

Vent[us] ... aqua[s] ...

Dom[us] Dei, ec[cle]sia.

Pentecostes die ...

ingeniũ, nobis sese insinuandũ dixit, nŕæ inseruiens infirmitatis captui. Vñ etiã spiritus sanctus à ventorum nomine spũs dicitur. Sed de spiritu sancto nũc plura audire est operæprecium.

Et apparuerunt illis dispertitæ linguæ tãquam ignis, seditq́ supra singulos eorum. Et repleti sunt omnes spiritu sancto, & cœperunt loqui varijs linguis, prout spiritus dabat eloqui illis.

Penteco ste dicti mirabilia

Mirabilia quot & quanta hodie & audita & visa? Primo venti vehementis miraculum Euangelista conscripsit. Alterum, quod apparuerũt illis diffissæ linguæ. Tertiũ, quod dispertitæ illis linguæ visæ sunt tãquam ignis. Quartũ, quod Apostoli discipuliq́ oẽs loquebantur varijs linguis, idq́ repẽte. In cuiusq́ ore lingua videbatur quasi diffissa atq́ ignita. Nota, Euangelistam nõ dixisse, discipulos diffissas habuisse linguas, sed visas tanquam dispertitas, & quasi inflammatas. Caute errores præuenit omnes. Suprà dixit, sonus tanquam vehemẽtis spũs, ne quis credere possit, Apostolum dicere, Deum esse ventũ, qualis est aquilo, auster, etesiæ &c. Simili modo, ne quis Deũ elementalem ignẽ credat, dicit, tanquã ignis. Non est creatura, qui est creaturæ ignis & ventorum autor, Gene. 1. Visæ sunt linguæ discipulorum Christi, tanquã ignis forẽt: nõ ergo ignis erãt. Esse, & videri siue apparere, plurimũ differũt. Voluit se Deus hisce speciebus insinuare, vt suam vel sic nobis declararet veritatẽ seu proprietatẽ. Exempli gratia, bonus est & bonitatis fons, maluit erga in specie apparere columbæ, Lucæ 3. Matth. 3. Simili item ratione dicitur agnus Dei, &c. Nõ ergo columba est vel agnellus. Quod ne qs rudis ex verbis Apostoli colligere possit, ibi satis est cautum. dicitur enim: vidit spiritũ sanctũ descendentem de cœlo tanquã columbã. Sic & hoc loco res se habet. Voluit Deus Opt. max. totũ mundũ ad fidẽ filij (q̃d est æternũ viuere, Ioan. 17.) venire. Nõ poterat hoc cõmodius fieri, q̃ per linguas, hoc est, per prædicationẽ euãgelij. Elegit itaq́ Deus apostolos & discipulos, tanquã Christi cooperarios & instrumentũ ædificij ecclesiastici. voluit ipsis spũs sancti virtutem sufficere. Optime itaq́ eã sancti spũs virtutẽ præsignat. Prius vna oĩm erat lingua, vernacula nimirum. Nonne ait (amicus Malchi ad Petrum) tua te lingua prodit esse Galilæum? Mũdus vero, varijs sibi diffidentibus linguis, dissidebat, diuersitas ea, per diuersas linguas erat cõcordanda. Variæ linguæ, vna lingua erant futuræ. Voluit sapientia æterna, ex monoglottis derepẽte fieri polyglottos. Huic itaq́ suæ potentiæ operi, etiã in diffissione linguarum, præludendum duxit. Neq́ item diuisio istæc sine igne fieri potuit potẽtiæ & gratiæ, clementiæ & bonitatis, &c. vnde ignitas apl'icas linguas apparere voluit. Igne diuersæ res, etiam metalla, ferruminant. Ignis penetrat & perrumpit potẽtius, atq́ elemẽta alia. Sic enim nulla pax cõciliatur, nisi prius oẽm duritiem emolliat spũs sancti potẽtia. Igne eo liquescere habebãt oĩa idola aurea & argentea. ignis hic cõsumere habuit omnem idololatriã & infidelitatẽ. oĩs rubigo peccatorum, igne istoc erat expianda. Denique istius ignis Numen, oĩm nostrũ erat futurum lumen, q̃d Dei amoris in nobis ignẽ accenderet, & cœlestibus charismatibus corda fidelium impleret, atq́ adeo ad seruiendum Deo faceret ardẽtes, hoc est, decliues. Hoc ipsum Apl'us vocat, feruere spũ, Roma. 12. S. Cyprianus ostẽdit, peculiare Deo esse, in igne apparere. vt hoc loco, itẽ Exo. 3. & 19. &c. libr. 3. ad Quirinũ. Satan q̃q́ mẽtiri solet speciẽ ignis, æmulus spũs sancti, vt circũeat & imponat. Syrus itaq́ ille magus q̃ties loquebat, apparuit in eius ore flãma, vt crederet vel sic missus esse deæ Siciliæ cuiusdã. Flammã, ait Florus, inter verba fundebat. Et Maro fingit tale q̃d de Iulo, dicens:

Deus est ventus & ignis, sed nõ elementalis.

Variæ linguæ cur in prælu dium extiterint.

Ignitę linguæ cuius rei prælu dium extiterint.

Ecce leuis summo de vertice visus Iuli
Fũdere lumẽ apex, tactuq́ innoxia mollĩ
Lambere flamma comas, & circum tempora pasci.

Spũs sanctus itaq́ ipse, verus ignis, ferebatur supra singulos eorum. Hæc quoq́ eius est proprietas. Ferebatur super aquas, ferebatur supra Christum in Iordane, Genesis 1. Ioan. 1. Sequitur de fructu spũs sancti. Repleti sunt oẽs spũ sancto, & cœperũt loqui varijs linguis, iuxta hoc q̃d illis dabatur eloqui. Idiotæ repente oĩm linguarum peritiã inuẽti sunt habere, quemadmodũ etiã vides factũ Act. 4. Oraculo mĩraculũ hoc ante q̃q́ est designatũ. Esaias ait: Belaschon Aheretz, hoc est, linguis alienis. Capit. 28. prophetæ verbis vtitur Euãgelista, qa vtrinq́ vnus spũs. Ille futura, hic pterita cõmemorat. Chr's q̃q́ tanquã rẽ magni põderis prædicit, Marc. 16. Apl'us q̃q́ pluribus de linguarum agit donis, 1. Cor. 14. Ibidẽ itẽ oraculũ adducit Esaiæ iam citatũ. Linguæ datæ sunt in signũ, ait, nõ fidelibus, sed infidelibus. Infideles per hoc signum ad cognitionẽ Dei erãt attrahendi, vnde non sine certo portento apl'is dabat repẽtina linguarum intelligẽtia & loquentia

Linguarũ oĩm peri tia apo stolis re pente con tigit.

quendi copia. Daniel olim in Babylone multa cura linguarũ didicit proprietates, Danie.1. Sed nihil ad apostolos, q nõ Chaldaicę solius, sed omnium sine omni studio suo consecuti sunt intelligentiam. Ethnicus quidã rex, omnium suorꝝ populorum linguas calluit. Ennius tres linguas callẽs, aiebat se habere tria corda. Sed quid hæc ad nostros Galilæos viros, qui omnium totius mundi linguarũ idiomata intellexerunt, & exprimere potuerunt, q diuersitatem (de qua dicitur Gen.11.) in pristinam vnitatẽ restituerunt? Rex ille ethnicus suorum populorũ linguis loquẽs, quid aliud loquebatur, q̃ vanitatẽ? Enni⁹ qd aliud, q̃ rancida pangebat carmina? Apostoli nostrates magnalia loquebantur Dei, q̃ multi reges & prophetæ, quantũuis hoc cuperent, non sunt consecuti. Hic Dauidis stylus psal.44. Hic lingua auro præstans & argento Salomonis, Prouer.10. Hic docta lingua Esa.50. Hic muti loquuntur recte, Mar.7. Habẽt ethnici sua apophthegmata, nos habem⁹ Dei magnalia. Hic ꝙ ethnicorum apophthegmaton facio mẽtionẽ, in causa est contextus Græcus, qui sequit:

Erant autem in Hierusalem habitantes Iudæi viri religiosi, ex omi natione quæ sub cœlo est. Facta autem hac voce, conuenit multitudo, & mente confusa est, quoniam audiebat vnusquisq; lingua sua illos loquentes.

Tanta Dei magnalia, tot & tantos testes postulabant. Regũ arcana tegẽda, magnalia Dei passim proferenda atq; prædicanda. Lucas testes vocat vim atq; manũ eam, quæ tum Solymas propter festũ diẽ venerat. Hoc ipsum lex voluit Exod.23. Deut.16. Certũ est, tunc etiam multos illuc venisse ethnicorũ: qualis fuit regina Sabæorũ, & eunuchus reginę Candaces, & hoc genus alij, religionis & sapientiæ studiosi. Tantæ æstimationis erant Sanhedrin, hoc est, Rabim & templi sacerdotes, vt totũ orbem proselytis implerent. Deniq; item fama Chři miraculoꝝ, resurrectionis itẽ & adscensionis, regiones confines commouit omnes. Quis ergo dubitet, etiã huius rei veritatis pernoscẽdæ optimos quoscunq; viros vndecunq; illuc conuolitasse? Nescias, an tunc cũ Titus vrbẽ plenam hospitibus peregrinis obsidione cinxit, copiosior fuerit hominum frequentia, q̃ ea de qua iam agitur. O festiuã & beatam celebritatem ciuitatis sanctæ. Non pœnituit aliquẽ illuc mouisse pedem. Nunquã talia ibi visa sunt antea & audita. Quid aũt? Viros Galilæos in hac sancta die vident partim adhuc sedere in triclinio, partim in populi conuẽtibus & cœtibus, dispertitis linguis, & ijs ignitis, audiunt eosdem repẽte oĩm linguis loqui nõ vanas philosophorũ opiniões, sed oracula exponere ꝓphetaꝝ, & oĩa oracula ꝓferre diuĩa. Vnde sequit:

Stupebant autem omnes & mirabantur, ad inuicem dicentes: Nonne ecce omnes isti qui loquuntur, Galilæi sunt? Et quomodo nos audiuimus vnusquisq; linguam nostram in qua nati sumus?

Excitare Hierusalẽ, & vigila tibi. Ecce tibi sonitus spũs vehementis insonuit, vide linguas diffissas, & eas igneas: audi & æstima, linguarũ omniũ dialectos loqui viros Galilæos: audi qd loquantur, an gerras Siculas, nec ne. Considera, quanta Dei sit misericordia, ad pœnitentiã te excitãs. Sacrilegiũ parricidale tu commisisti, repẽtinum interitũ merita es: sed ecce cõtra tuum meritũ, maximo omniũ miraculo, ad pœnitentiã te inuitat Deus. Verũ si nolueris, linguæ dispertitæ & flammantes illæ, grandia tibi minitantur. Te dominus, reiectis oĩbus nationibus, ad regnum Chři sui conuocauit. Cõuoca ergo cœtũ, coi, & super hoc grandi consulta miraculo. Consule tuos prophetas: caue, sis, in æternã mortem dormias. Attende & considera, quale commiseris piaculum. possunt hoc, modo velis, expiare linguæ Chři discipulorum igneæ. Verũ si pertinax persistiteris, ignis tibi excidium & grande minatur suppliciũ. Ignis est, diuinus est, resistere non poteris. Tota vrbs est stupefacta & mente confusa: coitur, consultatur. Nonne, aiunt, hi q loquuntur, Galilæi sunt, piscatores & rudes laici atq; idiotæ? Vnde illis tanta oĩm linguarũ experientia? vnde tanta rerũ diuinarũ scientia? Matth.13. Scimus eos literas nunquã didicisse, Ioan.8. Quã quisq; linguam, vbi natus est, didicit: eam Galilæi hic perfecte exprimunt, Dei magnalia proferendo. Quidnã hoc sibi vult? Portendit aliqd Dei potentiæ instans ter maximum. Talia sine dubio inter sese Iudæi colloquia miscuere, & nihil hac in re errauere. Euangelion regni cœlorum, in vniuerso mundo erat prædicandum: ad hoc datæ linguæ. Qui Dei est, Chřo adducet: reprobi cæteri oẽs, per Christũ condemnabuntur. Legis finis, tẽpli finis, sacrificiorũ instat finis: ecce noua iam fient omnia.

Parthi & Medi & Elamitæ, & q habi-

habitant Mesopotamiam, Iudæam & Cappadociam, Pontum & Asiā, Phrygiam & Pamphyliam, Aegyptum & partes Libyæ quæ est circa Cyrenen, & aduenæ Romani, Iudęi quoque & proselyti, Cretes & Arabes, audiuimus eos loquētes nostris linguis magnalia Dei.

Fac esse, ex singulis nationibus non admodum multos Solymis fuisse testes. Fieri enī non potest, quin ex alijs regionibus plures, ex alijs pauciores, ad diem festum confluxerint. Non tamen reticendū, ex tot regionibus ibi tunc homines religiosos plures fuisse, tanti miraculi testes & propagatores vocatos. Tanti miraculi fama, euangelicæ pdicationis pparatio fuit nō parua.

[Par]thi. Parthi, erant Iudæi ex Parthia, quæ est regio maioris Asiæ prope Persidē & Hyrcaniam. Forte Psophis rex Persarum, eam iam sibi habet subditam. Olim eius regionis reges, vocabantur Arsaces. Marcus Antonius huius gentis in bello virtutem est fatus expertus.

[Me]di. Medi dicuntur hic, Iudæi in Media natis etiam est regio Asiæ, haud procul à Parthia. Habuerunt olim suos reges,* quos Babylonicum regnum* extinxit, atq; regnum hoc sibi *incorporauit: vt videre est apud Hieremiam 51. Esther 1.

[E]lamitæ. Elamitæ, Iudæi qui ex Elamide erant, significātur. Elamis ad Mediam & Persiam recensebatur. Natio erat, trahēs nomen ab Elam filio Sem. De populo istoc legit Genes. 14. Esa. 11. Hier. 49.

[M]esopotamia. Mesopotamia, regio maxima est in Asia vltra Syriam. Poteris hāc nationem etiam vocare Assyriam siue Chaldæam. Sic dicta est inde, ꝙ media duobus fluuijs Euphrate & Tigri clauditur. Hebræi vocant Aram Naherim, ab amnibus hisce, non secus atq; Græcis dicitur Mesopotamia. Sunt q vertant Latine Interamna, Germanice zwischenwassern.

[Iu]dæa. Iudæa, nota est regio. Vult euangelista, ex omnibus Iudææ partibus aduenas tunc Solymis fuisse.

Cappadocia. Cappadocia est regio Asiæ iuxta Armeniam, dicta à nomine fluuij sui Cappadox. Aliàs vero dicitur Leucosyria, Germanice Weißsyrien. Olim habuit ciuitates Christi nominis insignes, & grauissimos Chri confessores. Eius regionis mentio fit 1. Pe. 1.

[P]ontus. Pōtus est ingēs pars Asiæ ad mare Ponticum siue Euxinum. complectitur Cappadociam, de qua iam dictum est. Mithridates rex præclarus ille, hac regione præpotens rex erat. Trapezuntum ciuitas nobilis, quam hodie Turca sibi subditam possidet, in hac sita est natione. Hinc Aquila, qui inde quoq; dictus est Ponticus, erat ortus.

Asia. Asia non regio solum est siue natio, sed tertia pars orbis: quā & aliæ vocant Aphrica & Europa. hodie quartā adijciunt, Americam insulam hisce temporibus inuentā. Asia diuiditur in magnā & minorē. Olim ibi floruit fides Christi, *quē fere suppressit diabolica secta Mahometica. Huiꝰ Asiæ frequens fit mentio in nouo testamento.

Phrygia. Phrygia est regio minoris Asię. et ea distincta erat in minorē & magnam. Mysia & Bithynia etiam in Phrygiæ nomine exprimebātur. Troia fabulosa sita erat in minori Phrygia. Vtranque apostolus Paulus euangelizando peragrauit, Act. 16.

Pāphylia. Pamphylia item regio Asiæ, primo à rege Mopso dicta Mopsopia, confinis Ciliciæ & Lyciæ. Apostoli nostri huic & alijs regionibus exteris satis erant cogniti, vt videre est Act. 13.

Aegyptꝰ. Aegyptus, regio est non minus fidelibꝰ nota, quàm Iudæa. Nilus nobilis amnis, nationem eam fœcundat. Eius reges olim vocabantur Pharaones & Ptolemæi, nō modo Israeli, sed & Romanis cogniti. Sultanꝰ iamdudum eam suæ tyrannidi coniunxit. Hebræi vocant Mizraim, à filio † Ham. Nulla natio tantis vrbibus & memorabilibus est nobilis, atq; Aegyptus. Christi quoq; nomen ibi prædicatum esse, religionēq; nostram ibi præcipue floruisse, vel inde liquet, ꝙ potissimum ibi anachoretæ & monachi vitam degisse leguntur.

Libya. Libya iuxta Cyrenen, Aegyptum habet ab occidente: aliàs etiam dicitur Aphrica, quanquam Aphrica plures complectatur nationes. Ferunt duas esse Libyas. Ad differentiā alterius, euangelista hic signanter loquitur, vocans eam, Libyam eam quę est circa Cyrenen. De Cyrenensi synagoga legis Act. VI. Altera Libya Aethiopiæ adscribitur.

Romani. Romani hic dicuntur, Iudęi qui ibi erāt orti, atq; inde ad solennitatē venere. Apostolus quoque Paulus, Romam appellando, vtiq; sese Romanū causabatur.

ꝓselyti. Proselyti dicebantur, qui iudaismum vltro suscipiebant: qualis fuit pius ille Achior, de quo legis in libro Iudith. item impius Herodes. Proselytus Germanice dicitur Ein zukomlinck, aduena Latine. Hebræi vocant Gerim, vt vides Ezech. 14.

Cretes. Cretes, Iudæi ex Creta insula Græciæ. Ea centum habuit ciuitates, vnde etiam dicebatur Hecatōpolis, ad quod alludit hoc Virgilij:

Centum vrbes habitāt magnas, vberrima re

regna, Aeneid. 3. Hodie dicitur Candia. Veneti eam suæ ditioni subiecere. Cretensiũ qualiscunq; mentio fit Tit. 1.

Arabes. Arabes, Iudæi in Arabia nati, hic dicuntur. Inter Iudęam & Aegyptũ hęc regio est sita. Trifaria est: Petrosa, Deserti, & Opulẽta. In ea est situs mons Sinai, in ea est mare rubrum, item populi Moabitæ, Ammonitæ, & Edomitæ. Hodie omnes vocantur Saraceni. Arabs fuit, venenata & infernalis radix Mahumetus. Mecha, eius regionis est metropolis, vbi pestis ea & draco infernalis sepultus est. Aduerte frater, aut Turcicam, aut aliàs Mahumetisticã tyrannidem, omnes has regiones occupare, procul dubio culpa nostratium, qui reformare abusus pompæ, superstitionumq́; varias supsedere. Viderit de nobis Deus. Nationes præmissæ oẽs, audierũt apostolos suis linguis loquẽtes, & obstupuerunt. Verisimile non est, nec item receptum, q̃d aliqui dicunt, Hebraice apostolos fuisse locutos, & eam linguam oẽs intellexisse. Quod contra textum est euangelistæ. Non contigit donum hoc Spiritus sancti nationibus hisce iam recensitis, sed apostolis: qui non vna, sed varijs linguis dicuntur esse locuti. Quid vero? Rabreban ha Elohim, hoc est, magnalia Dei. Deo pleni apostoli, magnalia Dei non potuerunt non eructare. Tanta, quæ eloquebãtur, Dei arcana, Iudæi vocant aut Gedoloth, hoc est, magnificã: aut Niphlaoth, id est, mirabilia: aut Noraoth, hoc est, terribilia. Sunt autẽ, Creatio, Diluuium, Abrahami progeniei exaltatio, Pharaonis submersio, Legis latio, Terræ Chanaan collatio, Danidi facta pmissio. Omnium vero maximum fuit hoc, quod omnia hæc designauerunt, quod prophetarũ oracula omnia præcinerunt, Emanuelis aduẽtus in carnem, qui erexit nobis salutis cornu, Lucæ primo. O cornu eius virtutem agnoscentes, ad eius instar nos reformem⁹. Virtus spiritus sancti hoc ipsum in nobis efficiat, hoc ipsum nobis inspiret, ad suam solius gloriam, qui cum patre & filio vn⁹ est Deus per æterna secula. Dicat omnis ecclesia, Jeamen, hoc est, Amen.

DOMINICA SANCTISSIMAE TRINITATIS, Epistola Rom. XI.



O Altitudo diuitiarum sapientiæ & sciẽtiæ Dei, quàm incompræhensibilia sunt iudicia eius, & ininuestigabiles viæ eius? Quis enim cognouit sensum domini? aut quis cõsiliarius eius fuit? aut quis prior dedit illi, & retribuetur ei? Quoniã ex ipso, & p ipsum, & in ipso sunt oĩa: ipsi honor & gloria in secula seculorũ. Amẽ.

PRAEFATIO.

PRæcedentibus tribus capitulis, IX. 10. & 11. Apostolus maximã & oĩm profundissimam quæstionẽ prędestinationis, & autoritate pphetica & rationibus expediuit. Tandem exclamatione perplexam istam claudit, dicens: O altitudo &c. Quæstiõis occasio nata est ex reiectione populi Israelitici, qui ex præcellentissima omniũ æstimatione, in omnium fœdissimam datus est contumeliam, vel humanæ creaturæ omni obstupescendã. Nihil sine causa. nulla in Deo iniquitas. iustus iudex. vincit, cũ iudicatus fuerit. Summa: Qui pdestinatus non est, faciat vt prædestinetur. Lex Dei fuit Iudæis data, vt prophetam illum recipiant Mosis loco. Hoc quia facere supersederũt, sua culpa sunt abiecti. Viderit quisq;, vt Iudæorũ exemplo cautior factus, conditionẽ legis, qua pdestinatio est ratificãda, fideliter cõseruet. Sectio hui⁹ lectiõis est duplex. Primo arduũ clauditur prædestinatiõis mysterium. Secundo, Trinitatis subijcitur adumbratio. Vtrunq; sacramenum profundum, saltem fide compræhendendum. Sequitur textus:

O altitudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ Dei.

Q. D. Quod supra te est, noli percontari, Eccl 3. Qui perscrutator est maiestatis, supprimetur ab ea, Prou. 25. quãuis tam Hebraica, q̃ Grecanica, veritas alia sit. Prouerbium nõ reijciendum est: Quæ supra nos, nihil ad nos. Quem cœli cœlorũ non continent, maior est quàm vt humanæ ratiõis concludatur angustijs. Citius coclearíolo mare totũ effusum exhaurias, q̃d sic per puerulum S. Augustin⁹ didicit, quàm diuinæ maiestatis amplitudinẽ perscrutando inuestigaueris. Meminerimus hic ethnicorũ fabulæ de Icaro, de Prometheo & alijs: q̃s ergo damnant potissimũ etiam ethnici, q̃ mysteriorũ diuinorum perscrutatores extiterint. Nihil ethnici miseri de veris nouerunt diuinis mysterijs, tamen ea supra humanũ captum esse non ignorauerunt, quæ ergo, malum, nostra superbia, qui ambulare conamur in mirabilib⁹ supra nos? Potentia Dei tanta est, vt supprimat nostram infirmitatem

tem: sapiētia eius tanta est, vt superet mentis nostræ exiguitatem. Potuit potens ille Adamum e paradiso eijcere, vniuersum orbem diluuio delere, gigantes extinguere, Pharaonem submergere, Enachim progeniē imbelli populo subdere, &c. Nouit sapiens ille, ex casu Adæ, ex tyrannide Esau, ex Enachim idololatria, aliquid boni conficere, ex malis moribus optimam legē inferre. Denique & tam bonus est, vt miseros tandē respiciat, & superbos despiciat. Oīa fecit, Ge. 1. Mar. 7. Nemini facit iniuriam. Beati omnes qui confidunt in eo.

Quàm incompræhēsibilia sunt iudicia ei⁹, & ininuestigabiles viæ ei⁹?

Metaphoris aptissimis Apostolus diuinam maiestatem nobis insinuat: profunditas, altitudo, sapiētia, scientia, expiscari, viæ &c. Sapientia Dei altior atque profundior est, quàm vt ad eam aliqs pertingere possit. Iudicia Dei ampliora & latiora sunt, q̄ vt ad nostram angustiam faciant. Non viæ nauis in mari, non alitis volantis in cœlo, non reptantis anguis in rupibus, non adolescentium viæ adeo sunt cæcæ, vt sunt viæ operū & consiliorum Dei. Creauit omnia ex nihilo, solem suū facit oriri tam bonis q̄ malis, immo etiam in hoc seculo malos quoscunque florere facit. Stultitia, immo impietas est, tāta mysteria velle indagare. Sic etiam piaculum est, velle inquirere vtriusque testamenti rationē, quare prius abrogatum, & subrogatum nouum. Nemo, inquam, hæc vel diligentissima inquisitione indagauerit, quòd viæ & cogitationes eius longe aliæ sint quàm nostræ, Esaiæ LV. Iudicia eius abyssus multa, Psal. 35. Sapientiam eius nemo deprehendet, Esaiæ XL. Eccl. 8. Scitum est hoc Gregorij: Immensa profundaque iudicia debem⁹ perhorrescere: nec ea ratione discutere, sed venerari nos conuenit admiratione, Moral. XXV. Diuus Irenæus carpit percōtationem rerum diuinarum, grauissimis sententijs, Lib. 2. cap. 47. Sāctus Cyprianus ait: Credēdus Deus est, non discutiendus.

Mysteria Dei immensa non debent à nobis discuti.

Quis enim cognouit sensum domini? aut quis consiliarius eius fuit? aut qs prior dedit illi, & retribuetur ei?

Si Apostolus vsquam Periclem fando æquat, (humano modo loquor) hoc loco ipsum hoc præstat. Quid vehementius & compēdiosius potuit vnquam dici? Ad interrogationē Apostoli quisque facile responderе poterit atque dicere: Neminem Dei vnquam consilia nouisse, nec illi aliquem vnquam à consilijs extitisse, credidisse Deo qc quam neminem, &c. Prophetæ & apostoli norunt aliquid de Dei mysterijs, sed nō ex se: superne siquidem norunt, denique & ex parte cognouerunt. Apostolus dicit se nihil scire, nisi crucifixū Christum. Christū nosse, est nosse Chrī merito nos esse & habere, quicquid scientiæ & religionis habemus. Accedit huc, quod Apostolus 1. Co. 2. spiritus sancti illustrationi omnia refert accepta. Item, spiritus sancti illustrationem, saltem ex sensu Christi argui posse. Apostolus hoc loco loquitur verbis Esai. 40. Quis adiuuit spiritum domini? aut quis consiliarius eius fuit, & ostendit illi? Cum quo init consilium, & quis instruxit eum? Enochus & Helias assumpti quidē sunt in cœlum: sed nō ad hoc, vt domino existāt consiliarij: neque enim ad dexteram Dei exaltati legūtur. Abraham & Moses in terra cū Deo colloquia miscuere: nō ergo Dei symbuli atque confessores, eiusve consiliorum consortes sunt constituti. Inops consilij nō est, qui ipsa est sapientia, Alpha & Ω, quæ omnia scit & gubernat. Nos eius sum⁹ nomina omnes, solus ille numen. Si quid nobis boni contigit, gratiæ eius adscribendū: si ad supplicia nos rapit, nostra hoc nobis culpa euenit. Hoc credere oportet. cæterū nos omnium rerum perscrutari causam, piaculum est. Sequitur:

Christū nosse qd.

Quoniam ex ipso, & per ipsum, et in ipso sunt oīa: ipsi honor & gloria in secula seculorum. Amen.

Secundum sensum literarum, continuatio est disputationis de prædestinatione. S. Hieronym⁹ sic locum præsentem exponit: Ex ipso omnis creaturæ est exordium, Per ipsum regitur, In ipso cōpræhenditur, ipse vero à nemine detinetur. Theophylact⁹ fere eadem scribit. Ambrosius & Sedulius de S. Trinitate intelligūt, neque id inepte, quanquā mystice. Ecclesia itaque hunc locū potissimū hodie legit, ad fidem S. Trinitatis declarandā. Tam Glosa ordinaria q̄ interlinealis, mysticū hic sensum eliciūt. Sensus itaque mysticus est: Ex patre filius, per filium oīa, in spiritu sancto oīa: quia sola dilectione creauit oīa, & sola dilectiōe oīa cōseruat. Vide hic, si literas sequeris, tutū nō esse, mysteria inuestigare prædestinationis & hoc genus alia. sequitur ergo, lōge esse periculosius, mysteria S. Trinitatis velle ratione cōplecti. Sequētia Ecclesiæ, Benedicta sancta semp sit Trinitas, symbolon Athanasij, & hoc genus, sufficiūt rudib⁹. Viderint docti, ne in mirabilib⁹ ambulēt supra se. Quātum attinet ad gubernationis & iudiciorū Dei arcana, benedicendus dominus atque iustus prædicandus est in operibus suis oībus, siue percutiat, siue sanet: siue damnet, si-

Mysteria Dei inuestigare, durū est.

Fidē S. trinitatis, ecclesiæ cantica simpliciter & affatī cōplectunt.

siue seruet: vndique aut iustus est, aut indulgens. Parcit vbi vult, punit vbi oportet. Omnes laudare habemus, carpere potest nemo. Quantum ad sanctæ Trinitatis confessionem attinet, Ecclesiæ accedendum catholicæ. Viderint noui Euangelistæ, q̃ agitentur spiritu, ecclesiam adeo suspectam errorum reddentes. Ecclesiæ autoritate eleuata, poterit quis sibi comminisci quaternitatem, poterit etiam vndeuis suo errori suffragia arripere. Ecclesia nobis fidem tradidit sanctæ Trinitatis, substantiæ vnitatẽ, personarum proprietatem. Huc scripturæ infinita loca docuit referenda. Si in cæteris omnibus ecclesię doctrinam in dubium vocauerimus, quomodo constabit hic articulus? Audiat catholicũ sensum cõmunẽ, videat quõ scriptura sensui illi inseruiat. Dictum est: Ex ipso, per ipsum, & in ipso. Ter audis ipsum. Non tamen tres ipsi, sed ter ipse, immo ipsum. Vnde subdit: Ipsi honor & gloria. Quis ipse ille, nisi vnus? Quis vero ter ipse? hoc est, quis ter idem? Trinus. Ille nos in sua fide conseruet, in suam solius gloriam. Amen.

Ecclesiæ autoritate in dubiũ vocata, hę resib⁹ oĩgenis est via facta.

DOMINICA PRIMA POST TRINItatis, I. Ioan. IIII.



DEus charitas est. In hoc apparuit charitas Dei in nobis, quoniam filium suum vnigenitum misit Deus in mundum, vt viuamus per eum. In hoc est charitas: non quasi nos dilexerimus Deum, sed quoniam ipse prior dilexit nos, & misit filium suum propiciationem pro peccatis nostris. Charissimi, si Deus dilexit nos, & nos debemus alterutrum diligere. Deum nemo vidit vnquã. Si diligimus inuicem, Deus in nobis manet, & charitas eius in nobis perfecta est. In hoc cognoscimus, quoniam in eo manemus, & ipse in nobis, quoniam de spiritu suo dedit nobis. Et nos vidimus & testificamur, quoniam pater misit filium suum saluatorem mundi. Quisquis confessus fuerit, quoniam Iesus est filius Dei, Deus in eo manet, & ipse in Deo. Et nos cognouimus & credidimus charitati, quam habet Deus in nobis. Deus charitas est: & qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo. In hoc perfecta est charitas Dei nobiscum, vt fiduciam habeamus in die iudicij: quia sicut ille est, & nos sumus in hoc mundo. Timor non est in charitate: sed perfecta charitas foras mittit timorem: quoniam timor pœnam habet. Qui autem timet, non est perfectus in charitate. Nos ergo diligimus Deum, quoniam Deus prior dilexit nos. Si quis dixerit, quoniam diligo Deum, & fratrem suum oderit, mendax est. Qui enim non diligit fratrem suum quem videt, Deum quem non videt, quomodo potest diligere? Et hoc mandatum habemus à Deo, vt qui diligit Deum, diligat & fratrem suum.

PRAEFATIO.

Charitatẽ accurate tradit apostolus.



ACcurate charitatem tradit apostolus & idem Euangelista Ioannes, per totam epl̃am: neque eandẽ rem toties repetere grauatur. Qui spũ Dei pollent, hic dicunt: Bis atq; ter quod pulchrum est. cæterum vulgus etiam ipsam sapientiam fastidit, sermonẽ suum protrahentẽ. Abit itaq;, submurmurans atq; dicens: Durus est sermo hic &c. Charissimi, vnicum hoc, quod Ioannes toties repetendo tractat, admodũ est necessarium, q̃a iustitiæ est perfectiuum, sine qua nemo hoĩm saluabitur in perpetuum. Prædicanda est & fides, tanquã radix & fundamentum: sed rami & fructus, ædificij itẽ ipsius varietas, radice & fundamento longe præstat. Deus charitas est. qui Dei est, prædicationem charitatis gaudens audiet. Prædicatio autem est, charitatẽ æque ad iustificationem & salutem requiri, atq; fidem. Sic nisi charitatem docueris, quidquid docueris, friuolum commentum erit. Hæresios sese egregie infamant, q̃ doctrina

Charitatis pdicatio côsta in rône iustificationis.

na fidei folius, charitatis prædicationi detrahunt. Seipfum dat præcipitem, qui Prædicantibus huiufmodi aurem accommodat. Ventofi prædicantes, dicunt charitatẽ non requiri ad falutem: hi dum fidem volunt extollere, neq; fidẽ Christi ipfam dolent, immo produnt cum charitate & pacẽ fidem Chrifti & ipfum Chriftum, nõ pdicatores apoftolici, Petri & Pauli, Ioannis & Iacobi, &c. difcipuli, fed proditores, Iudæ Scariothidis æmuli. Effrontes, fibi ecclefiam mentiuntur. fed audiant ecclefiam, præcipue Auguftinum, de cuius doctrina fibi etiam non modice placent. Auguftin⁹ ait: Dilige, & quod vis, fac. Dicũt noftrates euangelicaftri: Crede, & quod vis, fac. Legatur prim⁹ liber de doctrina Chriftiana, & videbuntur hæretici Lutherani vel acu tacti. Ambrofi⁹ nihil adeo conatur, nifi vt charitatem digne extollat, quod præfertim vides De vocatione gen. lib. 2. cap. 5. vbi inter cætera, Charitatem dicit effe fummam omnium donorum Dei, & vitam virtutum omnium. Capite item 5. ait: Charitas Neronis crudelitatem, Domitiani furorem, multorumq; poft eos principum, gloriofo innumerabilium martyrum fine cõfudit, donante Chrifto imitatoribus fuis de perfecutiõibus regum, æternarum ftemmata coronarum. Habes, pie Chriftiane, duas tibi aures diuinitus datas: alteram, qua fidem: alteram, qua audias charitatem. Noui euangelicaftri animas fuas ftatim tibi pignori dant, te fore faluum, vbi fola fide fueris fuffultus. Ego fimili exemplo animam quoq; meam identidem aufim pacifci, te fola fide nihil efficit: tum vero fecurum effe, vbi credens, etiam charitati ftudeas. Sũt hodie noui euangelicaftri & fratres euangelici, Bœoti, hoc eft, aures habentes taurinas. Valeant illi, afininas quoque cum Mida illo habeant ipfi, & qui feductoribus illis applaudunt. Doctores interim nos auribus humanis & cordibus carneis audiemus ecclefiæ, fenfum genuinum huius epiftolæ nobis exponentes, atque trifariam eam diuidentes. Primo defcribit diuinæ charitatis nexum. Dicit enim: Deus eft charitas. Secũdo, charitatis diuinæ argumentum addit, dicens: In hoc apparuit charitas diuina. Tertio, charitatis diuinæ defcribit fructum, vbi dicit: Deum nemo vidit vnquam.

Ecclefiæ argumentum eft in charitatis fincera pdicatiõe.

Aures duæ hõi funt ad audiendũ doctrinã fidei & charitatis.

TEXTVS.

Deus charitas eft. In hoc apparuit charitas Dei in nobis, quoniam filium fuum vnigenitum mifit Deus in mundum, vt viuamus per eum. In hoc eft charitas: non quafi nos dilexerimus Deum, fed quoniam ipfe prior dilexit nos, & mifit filium fuum propiciationem pro peccatis noftris.

POSTILLA.

Apoftolus Deum ingenue charitatem effe fatetur: quod fane maioris ponderis dictum eft, quàm fi dixiffet, charitatem, diuinam effe rem, cœlefte effe donũ, aut aliqd huiufmodi. Quod fi Apoftolo credendum eft, quis non videt ex Deo eos non effe, qui charitatis præmio detrahunt? Sed nos Sirenibus illis aures claudentes, Auguftinũ audiamus. Dicit ille hoc loco: Quid potuit pftantius de charitate dici, etiam fi per totã epiftolam nihil præter hoc quod hic dicitur, de charitate diceretur? Ibidem canonicam hanc epiftolam maximi facit: quod dico, ne quis Lutherani euangelij euangelifta, Epiftolam hanc etiã ftramentitiam reijciat. Didymus Alexãdrinus hic pie dicit, Deum effe & amorem & amatorem, quem admodũ itẽ iuftificator eft & iuftitia ipfa. Beda hic quoq; fatis fcite ait: Charitatẽ qfquis habet, oĩa bona poffidet: Deum fiqdem habet, qui charitas eft ipfa. Summi facramẽti verbum eft, Deus eft charitas. Hac voce fi quis ad amandam charitatem non moueatur, charitatis perpetuo expers manebit. Deus charitas, fui argumentum præclaræ expreffit in hoc, ꝙ filium fuum vnigenitum nobis dedit redẽptorem. Quid poterat nobis dare præftantius? Sic, ait Seruator, dilexit Deus mundũ, vt filiũ fuum vnigenitum daret: vt oẽs qui credunt in eũ, non pereant, fed habeant vitam æternam, Ioã. 3. Rom. quoq; 5. dicitur: Declarauit fuam erga nos charitatẽ Deus, ꝙ etiam tum cum adhuc peccatores eramus, pro nobis eft mortuus. Item Gala. 2. Chriftus dilexit me, & femetipfum tradidit pro me. Iterum Rom. 8. Cum ipfo tradidit nobis oĩa. Age iam frater, dic quid vltrà petis? Dicis regnũ cœlorũ? Sed ecce tibi, dominũ cœli habẽs, etiam ipfum cœlũ poffides. A peccatis non ne purgato tibi & fanctificato cœlum patefcit? Maxime. Crede hoc ipfum, & nõ erras. Ipfe eft hilafm⁹, hoc eft, gratia & indulgentia, ne tua te peccata damnare poffint. Auguftinus vertit litatorem, refpiciens ad facrificiũ, de quo ait: Hoc eft corpus meũ, qđ pro vobis daf. Cæterũ fi credas, Deũ tibi ex mera charitate fuũ vnicũ dediffe filiũ, ipfe vides æquũ effe vt redames, atq; in charitate ambules, quẽadmodum ipfe ambulauit, 1. Ioan. 2. Ioan. 13. Quod fi Chrifton habes, eius etiã fpiritu ducaris oportet, Rom. 8. Spiritus ille te renouat, cor tuũ purificat, bonam mentem tibi ingenerat, te fœcundat,

Charitas eft Deus, nõ folum diuinum donũ aut res.

Charitatis diuinæ argumentũ pclarũ.

Hilafmus eft De⁹ & litator.

dat, bonisq; operibus omnibus locupletat, Gal.5. Fructus hi patescent Mat.5. Sic verbum Ioãnis suum sortietur effectum: Qui bona egerunt, prodibunt in resurrectionẽ vitę. cap.5. Item, Beati eritis si hęc feceritis, cap.13. Oẽa sic accipe, q ipse prior dilexit nos, ne quis glorietur, quasi illi aliquid dederimus, vt nobis retribuatur, Ro.11. Quomodo vero ipsum priores amauerim⁹, qui eius inimici eram⁹, Ro.6? Gratis cõtra meritum nostrũ nos dilexit, vt porro per eius gratiam ad meritum ipsum redamemus. Vnde sequitur:

Dilexit nos Deus prior, nihil est ergo q̃d glorniemur in nobis.

Charissimi, si Deus dilexit nos, & nos debemus alterutrum diligere.

Hic iam, modo aures audiendi habeas, audis, quorsum Ioannes nobis charitatem tantopere commendarit. Amabilem se fecit, vt ametur. Amorem suum, in redemptione animę & corporis tui declarauit: ęquũ itaq; est, vt & tu sic erga fratrẽ, Christi corporis membrũ, sis affectus. Argumentũ dilectionis, exhibitio est operis. Qui me diligit, ait, sermonem meũ seruat, Ioan.14. Ibidem: Si diligitis me, pręcepta mea seruate. Quod si credis quemlibet minimũ Christi de corpore, ipsum ꝑfecto tanquã teipsum, immo etiam supra teipsum diliges, Deut.6. Matt.22. Sic deniq; iustificantur absolute credentes. Quid vero credunt? Verbum veritatis. Quales? Quicquid vni ex minimis meis feceritis, mihi feceritis. Lex hæc est ꝑfectæ libertatis, iustitiam absoluẽtis, quam post fidem fidelibus teleten & legem perfectiõis tradidit. Hoc præceptum est (ait) meum, Ioan.13. & 15.

Amauit nos prior Deus, vt redamaretur ipse, & nos saluaremur.

Deum nemo vidit vnquam.

Sic etiam loquitur euangelista in euangelij libro cap.1. Deum nemo vidit vnquã. vnigenitus qui est in sinu patris, ipse enarrauit. Sed quorsum hoc iam cõmemorat? Postea hoc audies elucidari, vbi ait: Qui fratrem suum quẽ videt, non amat: Deum quem non videt, quomodo amare possit? Hoc ipsum etiam hic sentit, licet minus luculenter exprimat. Respondet tacitæ quæstioni. Diceret aliquis: Deum non possum non amare, hominem non item. Ille amabilis, hic acharis. Dicit: & tu homo es, vtiq; non eucharius, sed inamabilis. Dilexit vero te, vt & tu fratrem diligas, quem identidem vides, quo nunquam non opus habes. Cedo, vbi Deum corporeis oculis tuis vnquam vidisti? Abraham, Iacob, Moses, Esaias, Daniel, Amos, Micheas, & alij plerique Deum vidisse commemorãtur. sed hoc intellige intelligibiliter, nõ sensibiliter, vt ait Didymus. Neq; enim Deũ, sicuti est, in hac vita homo videre poterit. Sic dicit Mosi: Faciẽ meam non videbis. Neq; enim me videbit homo, & viuet, Ex.33. Claritatem solis intueri non possumus, & in Dei maiestatem nos infigere oculos confidamus? Habitat Deus lucẽ inaccessam. Prophetę & patriarchæ viderunt Deum eatenus, quaten⁹ oracula eorum hoc ipsum declarant, nempe in vmbra & ænigmatis. Propter Deum vero & in Deo, fratrem oẽm hominẽ tanquam seipsos amauerũt, non gratia Dei solum hoc monẽte, sed & natura hoc exigente. Ethnici q̃q; Dei nescij, naturæ ductu, ꝓximũ omnẽ amauerunt, vidẽtes hoĩem hoĩ natũ. Mentit̃ ergo, q̃ dicit se Deũ diligere posse inuisibilẽ, immẽsum, &c. & fratrẽ naturæ consortẽ, cuius opa identidẽ vtit̃, cui se ꝑ oĩa similem cernit, & cui se natũ videt, se negat posse amare. Vulg⁹ hodie ex hoc loco, Deum nemo vidit vnquam, varios errores elicit. Negant eucharistias veritatẽ, irrident catholicos, dicẽtes se in sacro Missæ Deũ vidisse &c. Cõtra errorẽ eum sacerdos strenue nitat̃. Nouissime eñ & Deũ in terra propheta Baruch⁹ videndũ est vaticinatus. Et qui Christũ probe videt, is & patrem videt. Consule super hac re Augustinum de vidẽdo Deo. Fidei visus hic nobis sufficit. post hac videbimus sicuti est, & cognoscemus sicut cognit⁹ sumus, Ca.3. Sed tunc alij erimus, puta infirmitate carnis abiecta, angelis similes, Matt.18.22. 1.Cor.15. 2.Cor.5.

Deus dilexit nos, vt nos q̃ q; ꝓximũ diligamus.

Deus olĩ visus intelligibiliter.

Si diligimus inuicem, Deus in nobis manet, & charitas eius in nobis perfecta est.

Magnopere instat & vrget, vt mutuam nobis charitatem persuadeat. Deus suum amorem præcipue vult euidentem fieri in amore proximi, Dicit omnia frustra fieri, si fratrem non diligas: neque enim sine amore istoc fratrem diligi vnquam rite posse. Autor amoris ipsa charitas Deus, inuisibilis est. De eius amore ꝑpetuo incertus manseris, si fratrem non dilexeris. Et nisi dilexeris, Dei templum haud quaquam esse poteris. Charitatis vacuus, Dei vacuus. Habitabit in te, si dilexeris ipsum, & eius præcepta obseruaueris, Ioã. decimoquarto. Charitate erga proximum, charitas in Deum declaratur: sine illo amore, quem pręcepta eius summopere requirũt, ille perpetuo in ambiguo erit. Vbi liuor, ibi diabolus (qui & ipse deus dicitur, sed huius mundi deus) habitat. Omnis æmulatio est carnalis & diabolica, vt ait sanctus Iacobus. Signanter & expresse hic dicit: Si *diligam⁹ inuicem, De⁹ in nobis manet: & hoc, Et charitas eius in nobis perfecta est. Quasi diceret: Argumentum vnicum, quo Dei amoris summas

mas periculum, amor est proximi. Simile fere argumentum sequitur:

In hoc cognoscimus, quoniam in eo manemus, & ipse in nobis, quoniam de spiritu suo dedit nobis.

Sine vnctiõe nulla est charitas. Deus eñ est charitas. Non humana natura, sed gr̃a superna nobis infunditur, Ro. 5. Dixerat, mutuo amore Deum in nobis manere. Ne hic aliqs charitatẽ nobis innasci credat, & nos sine Dei gr̃a fratrẽ amare posse arbitretur, subdit, nos mutuo amare nõ posse fine amoris autore, cuius gr̃a etiã ipsum amas amorẽ, hoc est, Deũ. 1. dist. 10. cap. 4. Ibidẽ cap. 5. hic loc⁹ satis p̃ re tractat̃. Sũma: Per sp̃m sanctum amamus fratrẽ, & per hoc in ipso Deo manemus. De spũ suo dedit nobis, nẽpe amorẽ amoris, sensum & dulcedinem charitatis, Deũ, dulcẽ hospitẽ animæ. Dei spũs est, quidqd in nobis est boni.

Charitas Deo infunditur nobis, nõ innascitur.

Et nos vidimus & testificamur, quoniam pater misit filium suũ seruatorem mundi.

Electus ap̃lus hæc grauissimo spũ loqtur. Suprà dixit, Nemo Deũ vidit vnq̃. Ap̃li viderunt verbũ incarnatũ, ergo de Emanuele certũ dederũt testimoniũ, Ioan. 15. Act. 1. Quæ vidimus, testamur, ait Ioan. 3. Possumus etiã nos Iesu Chr̃i ferre testimonium, hoc est, Chr̃m cõfiteri filiũ Dei viui, saluatorẽ mũdi, &c. sed testimoniũ hoc, est spũs Dei loquẽtis in nobis. Nõ datur à nobis testimonium eoꝝ, quæ vel vidimus, vel ex Chr̃o, in hac vita adhuc degẽte, audiuim⁹: sed eoꝝ quæ ex euãgelica didicimus prędicatiõe, & eoꝝ quę in nobis obsignauit spũs veritatis. Obserua, summã professionis fidei paucis hic cõpræhẽsam, Pater misit filiũ seruatorẽ. Venit eñ mũdũ saluare, Ioan. 3. Nulla natio, nulla gẽs specialiter & priuatim saluti designata ẽ, sed beatitudo p̃ Christũ vniuerso orbi gratis oblata, vocat vniuersos, arcet neminẽ. In noĩe Iesu oportet saluari oẽm hoĩem, Act. 4. Ap̃ls dicit, Deũ velle oẽm hoĩem saluũ, 1. Timo. 2. Hoc verbũ Ap̃li vt intelligas, luculẽter exponit Ambrosius in lib. de vocatione gentium.

Quisquis confessus fuerit, quoniã Iesus est filius Dei, Deus in eo manet, & ipse in Deo. Et nos cognouimus, & credidimus charitati, quam habet Deus in nobis.

Non possumus nõ confiteri hoc, q̃d res est, quod scimus: nẽpe Iesum Mariæ filiũ, esse verbũ incarnatũ, Puerũ nobis natum, filium nobis datũ, cuius imperiũ sup̃ humerꝝ ei⁹. Hoc est, q̃ sua natiuitate nos liberauit à diabolica potestate. Hoc credidimus, ergo locuti sumus, Psal. 115. 2. Cor. 4. Nõ negabim⁹ fotera illũ, etiã si vrgeat fames, cõtumelia, mors. Altius cordibus nostris arra fidei imp̃ssa est, q̃ vt vlla possit euelli violẽtia. Nihil Arrianistaꝝ efficiet facundia, nihil Mahumetistaꝝ iracundia. De cõfessione virtutis noĩs Iesu, habes Mat. 10. Mar. 8. Luc. 12. Emanuel, Messias, Benedictio oĩm gentiũ, Expectatio gentiũ, Propheta ille, Angelus magni cõsilij, Iesus nihil aliud nisi De⁹ ipse esse potest, cui Moses & oẽs p̃phetæ dãt testimonia. In quẽ oẽs visiones typicæ respiciunt. Filiũ hũc Dei vnigenitũ, Mariæ primogenitũ colẽtes, Deo patri gratificamur. Sp̃m suum nobis ad hoc largit̃, ille in nobis tanq̃ in electissimo tẽplo habitat, nos amãs & alijs subinde & alijs charismatis replens. Vnde & nos de dño in bonitate sentientes, dñi dulcedine degustata, in eo acqescimus. Nõ meritis gloriamur n̄ris, sed ipse est omnis nostra gloria. Adoptiui filij, in naturali Dei & cõsubstãtiali lætamur & ouamus. In primogenito Mariæ, nos q̃q; primitias creaturæ Dei, quas pater nõ seruare nõ posit, credim⁹. Spũs nõ timeris seruilis, sed adoptionis filioꝝ Dei corda n̄ra ignire facit, hoc est, charitatis flãma accẽdit, & erga fratres misericordes facit, quemadmodũ erga nos misericordẽ Deũ patrẽ esse credimus. Germanica dialectus cordis eũ calorẽ graphice exprimit. Misericordia siqdem vulgariter dicitur Warmhertzikeit, hoc est, cordis caliditas. Misericors lingua vernacula exprimitur: Warmhertzicẽ, hoc est, corde feruens. Cõtrà frigere dicũtur oẽs, qbus hic ignis deest, in quoꝝ pręcordijs ignis ille tepuit, & mortuus est, Matth. 24.

Iesus filius Dei.

Adoptiui filij Dei in naturali gloriamur.

Misericordia warmhertzikeit Germanice p̃prie exprimitur.

Deus charitas est, & qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo.

Quod pulchrũ, semel atq; iteꝝ audisse iuuat. Qui amat, ab ore pendet amantis. Apostolũ nõ piguit, eandẽ rem dictã iterũ repetere. Grande mysteriũ repetendũ duxit, ne temere effutijsse, quod dixit, videretur. Deus charitas est, dixit. Hoc ipsum iterum dicit. q. d. Non excidit linguæ vitio, sed dictũ est professiõis certę articulo, & spũs sancti gr̃a. Charitate seruãdi, iustificãdi, beãdi sumus. opæpreciũ itaq; ẽ, vt ea nobis satis cui denter tradat̃. Clare itaq; & affatim charitatẽ p̃dicat. Augustinus dicit, Charitatẽ nõ posse suprà extolli, q̃ q̃ Deus p̃dicet̃. Donũ Dei forte aliqs contẽpserit. Deũ ipsum qs spreuerit insanus? Amor est amandus. non amat vere, quẽ nõ dilectio afficiat ip̃a, adeo

Deũ esse charitatẽ Apostol⁹ animo p̃senti repetit.

qui in charitate manet, in Deo manet. Itidem qui in charitate manet, Deum in se manentem habet. Est em̃ charitas, hoc est, charitatis fons & origo, sine cuius igne, nobis igniculus nullus est. Sine eius adesse, nihil est nostrum esse. Si ille nobiscum est, q̄s contra nos esse poterit?

In hoc perfecta est charitas Dei nobiscum, vt fiduciam habeamus in die iudicij.

Charitas in die iudicij seruat.

Eat nunc Lutheranista, & aduersus hūc locum cantillet, *Die gͤtte werckē gelten nichts, sie moegen nicht behütten.* Abeat in malam crucem, q̄ suum obdurat cor. Audiat, cui audiendi aures sunt concessæ: Charitas protegit, q̄a in die iudicij sola nos cõfidẽtes facit. Rogas, q̄nam charitas? Rñdeo, quæ nõ est ficta, q̄ nõ sita est in verbis, sed in factis. Audiatur hic iudex ipse: Non oĩs qui dicit mihi, domine dñe, intrabit in regnum cœlorum. Tunc illi dicetur: Domine, nonne in nomine tuo prophetauim⁹, & dęmonia eiecimus? Quibus ille respondebit: Nescio vos. Immo, ite in ignẽ æternum. Quare? Quia stulti ędificauerunt super arenam, & non in solidam petram sacramenti & exempli Christi. Contrà operarijs iustitiæ dicet: Suscepistis me, benemeriti estis de me, &c. Venite benedicti patris mei &c.

Quia sicut ille est, ita & nos sumus in hoc mundo.

Charitas Dei in nobis, Dei erga nos bonitatis p̄sens est argumentũ.

Qui capit, capiat: qui ignorat, ignoret. Stult⁹ sup arenā ędificās, sibi multũ placet: sed damnum patietur graue. Date gloriam Deo catholici, credite veritati. De⁹ charitas est, vnde & solem suum super inimicos suos facit identidem oriri. Blasphemis bene facit. Interim, dum tempus est & locus parcendi, parcit. Post hanc vitam, vbi iudex venerit, iuste iudicabit: interim clemens est in omnes. Exemplum hoc imitemur, dicamusq́, dimitte nobis debita nr̃a: & exoratus, hoc ipsum faciet. Ecce tibi, charitatem in nobis præsens argumentum esse erga nos Dei bonitatis. Qua mensura mensi fuerimus, eadem remetietur nobis. Sicut ille, ita & nos si fuerimus, hoc est, si imitatores eius fuerimus, erit & ipse sicut nos: hoc est, omnia quæ voluerimus, nobis præstabit, Ioãnis decimoquarto. Obserua q̄ hic, secundum Augustinum, non æqualitas, sed similitudo oportet intelligi.

Timor non est in charitate, sed p̄fecta charitas foras mittit timorem, q̄m̃ timor pœnam habet. Qui aũt timet, non est perfectus in charitate.

Exegesis loci supioris, Hoc perficit charitas in nobis, vt fiduciam habeamus in die iudicij. Fiduciam eam hic denuo charitati adscribit. Augustinum hic audiamus: Perfecta charitas facit perfectam iustitiam, vt is qui perfectam charitatem habet, non habeat quare timeat, sed habeat vnde desideret, vt intereat malitia, & regnum adueniat Dei. Qui habet aures audiendi, iterum obtestatus audiat. Videat ne stultus in arenam ædificet, solius fidei opinione charitatem & eius fructus à iustificandi ratione secludens. Stultos audiens stultus, fit insanus. Stultus vere est, charitatis prædicationem (in qua omnes Apostoli toti adeo fuerunt) extenuans. Cessabit aliquando fides: tunc sola charitas homini non adhærere nõ poterit, q̄a Deus est charitas. Quid charitate iucundius? quid dilectione dulcius? Simultate, crudelitate, & iracundiæ cæteris filiabus quid acerbius?

Chari[tas] sper[a]ns.

Charitatis prædicationem stultus[…] uat.

Inuidus alterius, rebus marcescit opimis. Accedit huc, quòd omnis malefactor etiam gladium timet magistratus, Romano. decimotertio. Contrà iustus laudem principis meretur, Ibidem. Sic etiam Deum clementem videbit iudicem, Dei mãdata qui diligenter custodiuit, Matthæi vigesimoquinto. Præmium in die iudicij suum expectant operarij boni, Matthæi *quinto. Redemptionem expectant patientes, Lucę vigesimoprimo. Messem agricola expectat, Iacobi quarto. Sic vides charitatem solam timorem eijcere. Vis amor est, vt ait Dionysius, transformans amantem in amatum. Amicus alter idem. Exempli gratia: Charitas Dei in homine dimittit debitori. Scilicet certum argumentum, sibi quoque sua debita dimissa omnia. Dedit homo, charitate hoc Dei ita sibi præscribẽte: certus itaque, & sese accepturum. Timor pœnalis, iucundus amor: pulchra amicitia, mutuo officiorum conciliata fœnore.

Ca[…] time[…] ra[…]

Nos ergo diligamus Deum, quoniam Deus prior dilexit nos. Si quis dixerit, quoniam diligo Deum, & fratrem suũ oderit, mendax est. Qui enim nõ diligit fratrem suum quem videt, Deum quem non videt, quomodo potest diligere? Et hoc mandatum habemus à Deo, vt qui diligit Deum, diligat & fratrem suum.

Dilexit nos Deus prior, vt & nos bificijs fratrem p[…] niamus.

Post charitatis prædicationem, eam nobis apte commendat, nos ad eius effectum exhortando. Amabilem se nobis Deus exhibuit, summa illa & ineffabilis maiestas, vt ipsa vicissim amet. Infinitis nos cohonestauit bñficijs, officiorũ vsurā ex nobis regrés.

Crea

Creauit nos, conseruat nos, redemit nos, spm̄ sanctum suum paracletum nobis largitur, mercedes varias sui in nobis operis pollicetur. Quid pro hisce & talibus infinitis eius clementiæ beneficijs, illi retribuamus? Omnisufficiens est, bonorum nostrorum non indiget: vult ergo, vt quod illi impendere non possumus, fratri præstemus: quod deniq; etiam in duplex nostrum cedet commodū. Adeo charitatis præceptis vnice nobis consulit. Frigidior ergo glacie est, nihil amoris habens diuini, immo aperto Dei æstuat odio, qui fratrem, quem Dei imaginem præ se ferre praeclaram videt, non diligit. Contrà, tum demum de amore Dei certi sumus, si fratri ex corde bene volumus. Vnde ait nobis nostra dimissum iri peccata, si nos proximo sua in nos errata dimittamus, &c. Vides charitatem vim peccatorū tegere. Vides, ex charitate, & non ex fide sola, nos iustificari oportere. Secta noua docet, credētem, amare etiam. Atqui noua ea, exotica, friuola atque sycophātica doctrina, ne syllabam quidem vnicam, qua fulciatur, habet. Sana vero & stabilis doctrina est: Qui diligit Deum, diligit & fratrem. Christum diligis? Christianos non odis. Diligis Christianos? Christum non diligere non potes. Amoris vero certū argumentū, est officiū. Vnde si fratrē humaniter tractas, Dei in te amorē declaras. E regione, si proximum fastidis, Dei osorem teipsum manifestas. Credendo transfer montes: clamitando, etiam Deum vnà cum mundo, obtunde: si non amaueris, nullus eris. Deum timere, & mandata eius obseruare, hoc est omnis homo. Mandatum Christi, est solius dilectionis, Ioannis decimotertio, decimoquinto. Præuaricatio est charitatis violatio, Deuteronomij sexto, Matthæi vigesimosecundo. Breuibus his hunc locum ad fastigium ducendum putaui. Pluribus egit circa hunc locum Augustinus, & tamen minus se exegisse conqueritur. Tu quicunque es pie catholice, fac religio tua non maneat in verbis ventosa, sed transeat in actus operosæ charitatis, quæ nobis benedicat, & ad vitam æternam perducat. Amen.

Hæretici frigide docent charitatem.

DOMINICA SECVNDA POST Trinitatis, I. Ioan. III.


Nolite mirari fratres, si odit vos mundus. Nos scimus quoniam trāslati sumus de morte ad vitā, qm̄ diligimus fratres. Qui non diligit, manet in morte. Omnis qui odit fratrem suum, homicida est. Et scitis, quoniam omnis homicida non habet vitam æternam in se manentem. In hoc cognouimus charitatem Dei, quoniam ille animam suam pro nobis posuit, & nos debemus pro fratribus animas ponere. Qui habuerit substantiam huius mūdi, & viderit fratrem suum necesse habere, & clauserit viscera sua ab eo, quomodo charitas Dei manet in eo? Filioli mei, non diligamus verbo neq; lingua, sed opere & veritate.

PRAEFATIO.


Nunquam poterit nos Apostolus Ioannes sua tautologia, charitatis prædicatione saturare. Nā q̄ plus charitatē nobis p̄dicat, hoc magis nos accendit ad eius prædicationem copiosiorem audiendam. Ioānes est Christo multum dilectus, merito ergo charitatem prædicat. Et quid charitate p̄stātius est? Deus seipsum charitatem dici vult. Certum ergo est, charitate nihil esse preciosius. Habenti charitatē commodat, & ei charitas peccata tegit: tegit enim peccatorum multitudinem. Focus luculentus charitas est, familiæ omni commodus. Fidem habeas tuā tibi & Deo: tua mihi frater charitas proderit. Neq; itē tua tibi fides sine charitate profuerit. Fides siquidem charitatis expers, carbo est, non pruna. fac ignias carbonem. Recte ergo non piguit apostolum identidem de charitate affirmare, nec item erubescit charitatē nobis identidem inculcare ecclesia. Nam & ecclesia ęque atq; Ioannes in charitate Deo appropinq̄t. Qui seruat, ait, mādata mea, ille mihi est proximus. Vestis nuptialis nihil aliud est, quàm charitas. Hanc vestem ecclesia vult vt nobis sub sponsi aduentum comparemus. Sectio lectionis est. Primo hortatur ecclesia nos ad fraternam dilectionem, continuans lectionem præcedentis dominicæ diei. Secundo subdit signa & argumenta, quibus charitatem in nobis esse ostendamus.

Charitatē macrologia apostolus nobis prædicat.

Nolite

Nolite mirari fratres, si odit vos mundus. Nos scimus quoniam trãslati sumus de morte ad vitam, quoniam diligimus fratres.

Mundus crudelis furiosos refert.

Quid mundo crudelius, qui prosequtur eos, q̃bus præcipuum debet amorẽ? Plurimum amant filij Dei hominũ salutẽ, sed minus à mũdo amantur. Immo q̃ plus amici Dei huic mundo cupiunt consultum, hoc mundum grauius offendunt. Insanorum ingenium mundus penitus refert. Furiosi enĩ nemini magis sunt offensi, quàm illis q adiuuandi gratia ipsis appropinquant. Mirum non est, mundum charitatis expertem talia facere: mirum vero esset, vt Didymus Alexandrinus ait, si charitate flagrans, talia patraret. Idem itidem Augustinus ait. Augustinus mundũ accipit pro malignorum colluuie. Ioannes vocat Christum agnum Dei, tollentem peccata mundi, cap. 1. Cæterum etiam mundus significat orbem terrarum, atq; ipsum cœlum stelliferũ. Mundus ille prior nihil amat aliud, q̃ quod sibi est simile. Gaudium itaq; veris Dei filijs est, cum vident sibi mundũ esse infensum, Matth. 5. Iaco. 1. Pij in mundo pacem nõ habent, Ioan. 16. 2. Tim. 3. Hac animati recordatiõe, pacem habent etiã in medio persecutionũ malo. Cũ in mũdo mala audiunt, cõfidunt se Deo multũ esse gratos: p̃secutionẽ patientes, putant se bibere ex poculo dñi. Vident se p̃destinatos, oues mactationis, Psal. 43. Roma. 8. Hæc est illa metabasis, de qua hic Aplus dicit, translatos nos esse à morte ad vitam. Metabasis, durchgang vom tod ins leben, transitus à morte ad vitã. Metabole, verruckung, transmigratio, qua ex hoc seculo malo, in aliud nos recipimus. In Euãgelio cap. 5. idem aplus & Euangelista ijsdem verbis vtitur, dicens: Qui audit verbũ meũ, atq; credit ei q me misit, habet vitã æternã. Nec venit in iudiciũ, sed iam à morte transiuit ad vitã. Tanq̃ iam peractum esset, loqtur. Dictũ factũ, sunt oracula Dei oĩa. Augustinus scite hic dicit, vitam æternã esse intra nos: atq; hoc per simile aptissimũ ostẽdit, nempe per simile arboris radicis, quæ non minus virtutes suas habet in hyeme, quàm in ęstate, tametsi surculi marcidi existant. Interius succus, folia & fructus: sed expectant tẽpus suũ, ver & autumnum, tẽpus floris & fructuũ. Euangelistæ nouitij illi, q ita distenti sunt scriptura, attenderẽt sibi cõsentire: Qui credit, transiuit à morte ad vitã: atq; hoc q̃d hic legit, Trãslati sumus de morte ad vitã, qm̃ diligimus fres. Alterũ horũ, alterũ declarat: q alterũ reijcit, neutrũ retinebit. Obserua fratrum euangelicorum fraudes. Trãslatores noui, hic ponunt loco commatis colon. Periodum volunt partiri, quã apostolus vnicam vult. Atqui scribant siue scriptitent, nihil refert. Nullum contra veritatem est obstaculũ. Fides per dilectionem operans, saluat. Fides sine operibus mortua est. Pietas ad omnia est vtilis.

Mundus quid?

Pax ĩ mũdo nõ est, sed ĩ Christo.

Vita æterna est intra nos.

Qui non diligit, manet in morte.

Confer huc quod est apud Marcũ decimosexto: Qui crediderit, saluus erit: & vide bis æquipollere cum pręsenti loco: Qui nõ diligit, manet in morte. Quod est apud Marcum, Condemnabitur: nihil aliud est, quàm, in morte manere. Væ concisoribus & mutilatoribus scripturæ: excidentur & e libro vitæ eradicabuntur hæretici, qui inter Chr̃m & aplos discordiã facere conantur: q alia stramentitia, alia perperam torta, aurea omnibus commendant. Mortui mortuos sepeliunt.

Omnis qui odit fratrem suum, homicida est. Et scitis, quoniam omnis homicida non habet vitam æternam in se manentem.

Non solum diligens, sed & vehemẽs doctor charitatis est Ioannes. Vehementer satis dictum est, Qui odit fratrem suum, homicida est. Non delirat amicus Christi charus. nam & discipuli doctrinam perpetuat veritas Matthæi sexto. Dicis, non odio habeo fratrẽ: mentiris, nisi amaueris. Odisse, & non amare, idem sunt. Non habet hic locum illud Poetæ:

Odero, si potero: si non, inuitus amabo.

Caue, ne aut Racha aut fatue dicas. alterum enim pertinet ad cõsilium, alterum ad supplicium. Si alterum protuleris, homicida es, licet incruentus, Matthæi quinto. Si homicida es, nullam partem habes in regno cœlorum, Gala. 5. 1. Corinth. 5. Si fidelis es, credes apostolo, etiam calumniatores homicidij insimulanti. Pseudofideles, duplici animo viri, non credunt, sed opinantur, si tñ non contemnant. Si non rident, sed faltem opinanẽ, etiam sic pręuaricantur. Cicero enĩ probat absolutos sapientiæ hoĩes, q non ducunẽ opinionibus, sed certo tenent. Opinaris & hæres, si fateris verbo, & non profiteris facto. Exemplum eius loci audi in sequentibus tibi subijci Chr̃i dñi nostri.

In hoc cognouimus charitatem Dei, quoniam ille animã suam pro nobis posuit, & nos debemus pro fratribus animas ponere.

Hæc est altera pars huius lectiõis, in qua argu-

Amor noster Christus, non Cupido. argumentũ nobis præscribit dignoscẽdi veri amoris. Diabolici hoĩes de amore disputantes, Cupidinẽ & Venerem intelligunt. Noster amor est Chr̃us pro nobis crucifixus, cuius amore etiã nos pro fratribus mori non dubitamus. Quod si non præstiterimus, dicet nobis posthac Christus: Nescio vos: etiã si fide nr̃a mõtes trãsferre queam⁹. Argumẽtũ charitatis, exhibitio opis. Mori pro fratre, verũ opus charitatis: quo & pro nobis, cũ adhuc peccatores atq; adeo eius hostes eramus, mortuus est Chr̃us, Rom. 5. Ioan. 3. Pati & operari, est signum catholici amoris. Nemo maiorẽ charitatẽ habuit, q̃ vt animã suã daret pro amicis suis, Ioan. 15. Hoc prę stitit nobis pastor bonus, Ioan. 10. Amabilẽ se nobis præstitit, vt & à nobis vicissim ametur. Tenemur ergo charitatis lege, animas q̃q; ꝑ fratribus ponere, Ioan. 15. 1. Pet. 2. Boni pastoris vicarij, bonitatẽ hãc præcipue debent Chr̃i ouilibus. Apl̃s itaq; ne recusauit qdem anathema fieri pro fratribus, 2. Corint. 12. Atq; hæc Pyladis charitatẽ superat, q solũ amauit Orestem.

Qui habuerit substantiam huius mundi, & viderit fratrem suum necesse habere, & clauserit viscera sua ab eo, quomodo charitas Dei manet in eo?

Charitatis grad⁹. Quod magis arduũ est, præmisit: nunc gradũ subdit humiliorẽ. Qui ꝑ fratre mori cunctatur, sese ad perfectiõis gradũ non peruenisse, sibi plane ꝑsuasum habeat. Qui adscendere supersedet, charitatis plane expers est, & Chr̃i nihil habet. Probet se homo in supremo gradu: quẽ si se non videt assecutũ, in mediocri hoc feruentius laboret. Augustinus ait: Ne desperes, si ad ꝑfectionis gradũ necdũ peruenisti. Forte charitas in te adoleuit, sed necdũ maturuit. Foue crescentẽ, ne arescat. Habenti dabitur. Sed si neq; in infimo charitatis gradu sedulus fueris, maiora qs infideli tibi in minimo, credet? Charitate vacuus, impius est oĩs. Credẽdo mõtes trãsferre poteris, sed te cœlo credẽdo nunq̃ intuleris. Inhumanus quõ possit esse pius? Nonne humanos nos vult natura? Quid tam contra naturã est, atq; homini non adesse? Dicis, si Crœsi diuitiæ mihi soli essent, omnes locupletare siue satiare non possim. Quis ex te hoc requirit? Lazarus contentus erit micis domi tuæ pereuntibus: & Apostolus non vult, vt alijs des ad luxuriam: sed vult, vt pro tua copia, aliorum succurras inopiæ. Qui duas tunicas habet, det alteram non habenti, ait Ioannes. Et Seruator, quod superest, vult vt non habentibus largiamur. Sic erunt oĩa munda. Fides purificat, purificat & charitas. Sed frigidi statim aliquid inueniunt, vt nihil dent: hoc est, excusationem semper habent in promptu: obmutescent tandem, de veste nuptiali requisiti. Audiant ergo, dum tempus est, Ioannem:

Filioli mei, non diligamus verbo neq; lingua, sed opere & veritate.

Fidem in charitatis fraudẽ ꝑdicant hæretici. Cantilles, dicas, ostentes, glorieris de fide tua, quantũ libeat: ne tanti qdem est tua fides, talitrũ nõ valet, si charitatẽ negligas. Bone Deus, q̃ peruersa est illa doctrina, q̃ fidem in fraudẽ charitatis extollit, cũ potissimũ in charitatis & bonoꝝ operũ locupletationẽ debebat prædicari? Qui credit Deo, attendit mandatis eius, Eccl 32. Fides sine operibus mortua est. Apl̃us vtiq; de charitatis intelligendus est operibus: qa etiã donũ seu stips q̃ egenis datur, sine charitate nihil est. Nõ est sitũ regnũ Dei in verbis, 1. Cor. 4. Praxis absoluit religionẽ. Qđ ait, & veritate: tantundẽ ẽst, iuxta Augustinũ, ex intimo adipe misericordiæ. Veritas hypocrisi opponit. Viderint hypocritæ, quãti apud Deũ sint meriti, Mat. 6. Qui dãt eleemosynã de rapina & exactiõibus, tantum Deo gratificanť, quantũ bene mereť de parente, si qs corã eo ipsius mactet filiũ. Panẽ tuum, ait, frange esurienti. Sũma huius loci est: Deũ non velle ebuccinatores Stentores fidei, sed charitatis factores: non **Gungler**, sed **wercker**. Ethnicis sumus magis impij, si in verbis confidamus esse perfectionẽ religionis. Scitũ est illud Theognis: Nemo, ait, sit mihi amicus lingua, nisi & facto amicũ se exhibeat. Libẽter salutare, Cato probat: sed nihil dare amicis egentibus, est nõ amare: qa amicoꝝ cõmunia oĩa. Faxit Deus, intelligamus & præstemus. Amen.

DOMINICA POST TRINITATIS tertia, I. Pet. V.



Vmiliamini sub potenti manu Dei, vt vos exaltet in tempore visitationis: omnem solicitudinem vestram projicientes in eum, quoniam ipsi cura est de vobis. Sobrij estote, & vigilate: quia aduersarius vester diabolus, tanquam leo rugiens circu

circuit, quęrens quem deuoret. Cui resistite fortes in fide: scientes, eandem passionem ei, quæ in mundo est, vestræ fraternitati fieri. Deus autem om̄is gratiæ, qui vocauit nos in æternam suam gloriam in Christo Iesu, modicum passos ipse perficiet, confirmabit, solidabitq́3. Ipsi gloria & imperium in secula seculorum. Amen.

PRAEFATIO.

Petri apostoli epistolæ maxima commoditas.

Ecclesia hoc, q̄d in superioris dominicæ diei lectione contra hypocrisin dictum est, hac lectione sancti Petri solidat. Quantum ad ipsam epistolā S. Petri attinet, norit pius homo, nihil se posse facere cōducibilius, quàm vt epistolam eam legat atq3 relegat. Lectio (quod aiunt) lecta, placet: sed repetita, placebit. Ep̄la hęc quo diligētius perlegetur, hoc præsentius iuuabit. Quot in ea sunt periodi, tot cōciones ex ea possunt elici. Gratia nostri erga nos seruatoris hic docetur, hic regeneratio, hic fides, hic beatitudo. Beatitudo autem solida, atq3 adeo vera illa, quæ consistit in virtutibus & disciplinis, in sanctimonia, in cordis puritate, in charitate, in patiētia, in opibus bonis &c. Qui beatus esse velit, hanc sibi beatitudinis epistolam commendatam accipiat. Sectio eius est: Primo ad humilitatē hortatur. Secundo, ad fidutiam in Deum conijciendā. Tertio, Ad resistentiā diaboli. Tribus hisce exhortationibus adnectit deprecationem, & concludit gratiarum actione. Audite, & intelligite: & audita atque intellecta, re ipsa exprimere satagite, Psal. 103.

Humiliamini sub potenti manu Dei, vt vos exaltet in tempore visitationis.

Tapeinophrosyne condimētū est oīm virtutū.

Proxime & secundum charitatem, pręcipuam in ecclesia laudem meretur humilitas. Tapeinophrosyne inclyta istæc, est omnium condimentum Dei donorū. Hęc vbi deest, perire præsens est, etiam si omnia alia spiritus sancti adsint charismata. Vnde & apostolus Paulus eam nobis toties inculcat, Ephe. 4. Coloss. 3. Philip. 2. Insuper & suo ipsius exemplo eam nobis profert. Acto. 20. Superbia angeli deturbati in infernum sunt apostatici. Superbia e paradiso genus humanum pulsum, in hoc exulat mundo. Humilitate nobis in cœlum aditus est. Humilitatem nobis e cœlo attulit verbum æternum, patris sapientia, & veritas diuina. Superbia, omnia humana & diuina confundit: humilitas, omnia confusa in pristinum decus restituit. Superbia sectas struit, & noua dogmata comminiscitur. Humilitas cunctando restituit rem. In pręcedentibus idem apostolus nobis humilitatē non solū cōmendat, sed & vult vt nobis colligetur, & firmiter alligata adhærescat, vt aduersus diaboli suggestiones nos conseruet. Dei manus sola est potens: non ergo infima saltem plebs, illi se habet humiliare: heroes præcipue apostolus hic admonet humilitatis. Viderint ne ferociāt, Deute. 17. Quanto maior es, ait Ecclesiasticus, tāto in oībus te humilia. Cui plus est creditū, plus ab eo exiget. Videte ne stulte cogitetis, Deo etiā vestrā maiestatē esse aut reuerendā, aut timēdam, cū potētes potēter soleat torquere, & maximis delicijs maximos quoque subdere cruciatus. Agitis sub potēti manu etiā vos sapiētes, & doctrina cæteris præstantes. Qui se exaltat, humiliabitur, Luc. 18. Maiori confusione estis digni, si de gratia Dei vobis placendo superbieritis. Doctis item opus est humanitate. Scientia inflat. Sapientia quæ ex Deo non est, animalis & diabolica, tractabilis nō est, & schismata concitat. Vtinam noui euangelicastri tali sapientia non intumescant. Quod si tam noui Euangelicastri, quàm ecclesię prælati magnates, suam gloriam Dei gloriæ non præferrent, iam ecclesiæ pax esset reconciliata: quæ nunc misere laborat, nulla alia causa, nisi ꝙ vtrinq3 fastus regnat. Perniciosum schisma deciduæ ecclesiæ nullus componet, nisi pauper vir spiritu, qualis erat Menenius Agrippa, q seditionem vrbis Romanæ abstulit hac potissimum causa, ꝙ insignis amator esset paupertatis. Tales spiritu pauperes, tales humiles dominus exaltabit. Ipse nouit Kęron, hoc est, tempus aptum. In tempore isto plus honoris illis accedet, quàm iam amittunt. Faciat ergo, qui exaltari cupit, sese humiliet, Luc. 14. 18. Contumelia gloriæ est præuia.

Heroës præcipue humilitatis opus.

Doctis opus est humanitate.

Pauper ... idem ... demum ... pax ...

Oēm solicitudinē vestrā proijcientes in eū, q̄m ipsi cura est de vobis.

Humilibus curam habet Deus.

Hæc est altera pars huius lectionis: quāquam veritas siue (vt vocant) origines Grææ literæ, distinctionem non habeat. Sed nihil hac diuisione periculi subest: nullam hæresin ego distinguendo meditor. Sensus est: Fratres, ꝙ si vos ita vt Christianos decet, humiliare volueritis, carnalis sapientia varia vobis obijciet argumēta, multa causabitur. Dicet vobis: Si te nimiū plebi sa

bi familiarem feceris,contemneris. Imperij maiestas perierit.Toti mundo risus & ludibrium eris. Huiuscemodi sibila anguis antiquus solet carni suggerere. Contra huiusmodi tentationis iacula, valet scutũ Petrinũ pſens,q̃d sumpsit ex psal.54.Nunquam iustus derelictus. Mites terrã possidebunt.Nisi dominus custodierit ciuitatẽ, in vanũ vigilant qui custodiũt eam. Quantum ad honorẽ pertinet, etiam gloriæ suorum studet Deus,psal.III.Cæterũ & nostra gloria est inter bonam famam & cõtumelias,2.Cor.6.Præstemus nos oues,& curæ erimus pastori: præstemus nos filios,& fouebit nos pater cœlestis. Charissimi,non est mediocris consolatio,qua certiores reddimur,Deũ omnipotentem nostri habere rationem. Solum hoc restat,vt filij eius esse studeamus,oues eius pascuæ nos exhibeamus. Contra solicitudinem victus & amictus, quæ Christus dixerit Matt.6. neminon est notum. Similia item videmus apud apostolũ Paulum,1.Cor.7. Phil.4. Et regius propheta ait: Curam tuam iacta super ipsum,& ipse te enutriet. Grauissimo onere quare ab re deprimamur miseri, cum tam fortem Atlantem habeam⁹, q suã nobis afferat opem?

Sobrij estote,& vigilate: qa aduersarius vester diabolus, tanquam leo rugiens circuit, quærens quem deuoret. Cui resistite fortes in fide: scientes,eandem passionem ei,quæ in mundo est, vestræ fraternitati fieri.

Tertia pars huius lectionis est,qua nos S.Petrus monet, vt nos in periculis huius mundi habeamus. Cohæret superiori in hunc modũ.Q.d.Quod si digne Christo vitam viuere constitueritis,saltem de ſpũalibus soliciti, curam humanam in ipsum conijcientes omnem,tunc primũ sentietis satanã vobis infestũ, qui alioqui vobis est infensus & contrarius. Videns hostis & victis, vos etiam fide Christi digne viuere velle, omni armatura vobis resistere conabitur.Neruum spei bona opera, disciplinas & obedientiam vobis auferre instabit: superest ergo,vt sobrij sitis & vigiletis: si em̃ vos aut somno,aut crapula depressos deprahenderit, occidistis. Memineritis nullum vnquã leonem tantopere ad prædam exarsisse animaliũ, quantũ belua illa infernalis flagret feruore perdendarũ animarũ.Tentati si consentiant, perierunt. De profundo inferni emergere non poteris, sine maxima & ea speciali Dei gratia:

Pie Deo viuere ꝑsementẽ, diabolus potissimũ tentat.

sed facilimus descensus est Auerni.Origenes in Leuit.dicit,Hominẽ se statim vulnerare,mẽbrũ aliquod repente aut frangi, aut luxari: sed vulnus cito factum, magno postea molimine,curaq́; diutina vix posse curari.Sic se habet res peccatorũ. Recidiuatio omniũ est periculosissima. Attendat sibi quisq;,vulnera animæ suæ caueat.Non de re temporis & vitæ huius seculi agitur. Beatitudinis æternæ nobis negociũ est cũ diabolo: ab æterna nos salute remorari aduigilat: cui nisi restiterimus,penitus insani fuerimus.Viriliter ergo agamus.Ecce buccina insonat apostolica,bellicũ cantatur: nemo desideat socors.Vigilem⁹ vero oẽs. Resistamus in fide,sed non Aetiana,sola, mortua & cadauerosa,sed apostolica,viua & operosa. Armaturã perfectã sumamus, thoracem spiritualẽ,galeamq́; fidei,Ephe. 6.Resistamus, & fugiet,Iaco.4.Cedentibus leo est,resistẽtibus formica.Vnde etiã myrmecoleo dicit̃. Non possumus tristari de hostis tyrannide,cum tot nobis vndiq; sint arma & suppetiæ.Obserua quid consolatiõis nobis hoc loco apostolus Petrus subijciat. Scientes,ait,eandem passionem ei, q̃ in mundo est, vestræ fraternitati fieri.

Spes ẽ nobis,scire tentari nos oportere.

Spes aliq̃ est victis,nullã sperare salutẽ. Sic est spes,si nos hac cogitatione armauerimus,dicentes nobis:Hic non fiet aliter. Nemo coronabitur, nisi legitime certauerit.Qui pie volunt in Christo viuere,persecutionẽ patientur,2.Timo.2. Christianorum supplicium,in filio Mariæ sumpsit initium. Poculum passiõis primo obtulit suæ dilectissimæ matri.Hoc ipsum promittit charissimo cuiq; suo.Hæc necessitas patiẽdi, sit nobis præcipua cõsolatio. Obseruandum quod apostolus ait,Leonẽ quærere quem deuoret,in singulari: nõ dicit de pluribus,multo minus de omnibus,quia portæ inferorũ non præualebunt vnquam ecclesiæ. Sed væ qui ecclesiam deserunt,væ & iterũ væ,qui ecclesiam produnt: quia vt in ecclesia parũ proficit diaboli ira,ita extra ecclesiam eius furor & vehemens est & efficax adeo, vt nemo resistere queat.De rugitu leonino atq; de leonis ira,habes in psal.21.Fuit etiam colaphizans talis hostis ipsi Apostolo, 2.Corint.12.Sed breui dñs beluam eam tradet sub pedes fidelium.

Ecclesiæ diabolus nõ ꝑualet

Deus autem omnis gratiæ, qui vocauit nos in æternam suam gloriam in Christo Iesu,modicum passos ipse perficiet, confirmabit, solidabitq́;.

Hæc est apostolica illa intercessio siue interprecatio, qua ecclesiæ eam victoriam domi-

Ecclesia apostolica inter-

cessione Deo com mendata.

domino Deo cõmittit perpetuandã. Orat, vt status ecclesiæ perficiatur, & oĩbus perfectionis numeris absoluat: quale etiã orat Paulus 2. Tim. 3. Dein orat, vt dñs Deus ecclesiæ suæ firmitatem concedat, & in omnibus victoriam. Tertio, vt eius laboribus omnibus adesse dignetur. Quarto, vt eam ita fulcire dignetur, vt cõtra oẽs tempestates non modo humanæ violentiæ, sed & infernalis inuidentiæ consistat, & gloriose triumphet. Ecce tibi schismatice, ecce tibi hæretice, pigeat vani laboris. Actũ agis, q niteris ecclesiam demoliri primitiuam, & aliam pro tua fundare libidine. Primitiuã ecclesiam apostoli Christi summo nisu ad bona inducere conati sunt opera. Sectę antichristicæ antichristi apostoli, simili industria bonis detrahent operibus. Obserua hic verorũ apostolorũ ingeniũ & euangelij veritatem. Monent apostoli Christi sedulo ad opera bona, bonorũ operũ identidem docẽdo præmia. Nec hactenus sunt contenti. Nam & bonorũ operũ profectũ summis desiderijs & votis præcipuis à dño Deo fidelibus postulant. Attende religionis pręcipuũ esse opera bona. Obserua nos non appræhendisse, vitã fidelium esse cursum. Agonotheta noster, qui nos in stadiũ hoc siue curriculũ vocauit, quiꝙ ingentia præmia nobis pro omni labore pollicitus est, ipse item in vobis laborat, suũ spiritũ, quo omia exantlare valeamus, suppeditando, & deniq; suũ in nobis opus coronãdo.

Euãgelij & aposto lorũ vero rum argu mentum.

Ipsi gloria & imperium in secula seculorum. Amen.

Sine ipso nihil possumus. Quid habemus quod non recepérimus? Si recepimus, quid gloriamur quasi non sit datum? Omnia per Christum possumus. Par itaq; est, vt in ipso saltem gloriemur, & ipsi oĩa referamus accepta. Faxit Deus, hoc vere faciamus. Amen.

DOMINICA IIII. POST TRINItatis, Roma. VIII.



Xistimo enim ꝙ non sunt condignæ passiones huius temporis, ad futuram gloriam quæ reuelabitur in nobis. Nam expectatio creaturæ, reuelationem filiorum Dei expectat. Vanitati enim creatura subiecta est, non volens, sed propter eum qui subiecit eam in spe: quia & ipsa creatura liberabitur à seruitute corruptionis, in libertatem gloriæ filiorum Dei. Scimus enim quòd omnis creatura ingemiscit & parturit vsq; adhuc. Non solum autem illa, sed & nosipsi primitias spiritus habentes, & ipsi intra nos gemimus adoptionem filiorum Dei, expectantes redemptionem corporis nostri, In Christo Iesu domino nostro.

PRAEFATIO.



Consolationem ingẽtem & præsentem. Quis nõ ardeat desiderio martyrij, audita tali con solatione? Vide sanctæ matris ecclesiæ sedulitatem. In superiori die dominica nõnihil de tribulatione fideles manente, nobis in lectione epistolæ sancti Petri adumbrauit: nunc quidquid id est, expressius nobis declarat, idq; per testimonium sancti Pauli. Sectio lectionis est: Primo monemur, vt tribulationem vitæ præsentis sustineamus patienter. Dein appetere beatitudinem hortatur. Tertio declarat, tribulationẽ pręsentis vitę, respectu promissæ gloriæ nullã esse. Quarto, tribulationis magnitudinem, præmij gloriæ extenuat amplitudine.

Existimo eñ ꝙ non sunt condignæ passiones huius temporis, ad futurã gloriã quæ reuelabit̃ in nobis.

In præcedentibus paulo ante dixerat, fideles hic Christi passionis participantes, post etiam Christi gloriæ fore consortes. Ne itaq; nobis vana subrepat cogitatio, quasi tribulatio tanta sit, cui merito tanta debeatur gloria, præsenti lectione ostendit, passionẽ huius vitæ omnẽ nihil esse, si cõferatur ad gloriã nobis promissam. Apostolus Paulus similia fere dicit 2. Corin. 4. Momentanea leuitas afflictionis nostræ, mire supra modũ æternę nobis gloriæ pondus parit, dum non spectamus ea quæ videntur, sed ea quæ non videntur. Nam quæ videntur, temporaria sunt: at quæ non videntur, æterna. Instar plumæ, leuis

glori... [illegible]

nis est omnis huius mundi tribulatio & anxietas:sed beatitudo promissa, omnem omniũ metallorũ antecedit grauitatẽ. Nulla siquidẽ comparatio est caducæ & momentaneæ rei,ad perpetuam atq; stabilem. Gaudia felicitatis eius, Petrus vocat ineffabilia:vbi etiam apostoli Pauli sui collegæ sententiã approbat,1.cap.1. dicens: Salus parata est,vt patefiat in tẽpore supremo, in quo exultabitis,nũc ad breue tẽpus afflicti in varijs experimentis,si opus sit,quo exploratio fidei vestrę multo preciosior auro,quod perit,& tamen per ignẽ probatur, reperiatur in laudẽ & gloriã & honorem, tum cũ reuelabitur Iesus Chrs:quẽ,cũ non videritis,diligitis:in quẽ in p̃sentia,cũ non videatis, credentes,tamẽ exultatis gaudio ineffabili & glorificato, reportantes finẽ fidei vestræ,salutẽ animarũ vestrarum. Apostolus Paulus gaudia hęc tanta adhuc apertius describit,1.Cor.2.dicens:Quã (gloriã in nobis reuelandã)nemo principũ huius mũdi cognouit.Nã si cognouissent,haudquaquã dominũ gloriæ crucifixissent.Sed quemadmodũ scriptũ est,Quæ oculus nõ vidit,& auris non audiuit,& in cor hominis non adscenderũt,quæ p̃parauit Deus diligentibus se. Locus hic acceptus est ex Esa.ca.64. Obserua apostolorum concordãtiam.Petrus fidẽ extollit,tanq̃ finẽ beatitudinis:apostolus Paulus dicit gloriã paratã diligentibus Deũ.Quanquã Petrus quoq;, priusquàm fidẽ finẽ diceret beatitudinis, primo charitatẽ extulerit.Soli fidei summam felicitatis adscribi non posse, vides Matth.25.Sed ad apostolũ Petrũ redeuntes,æternã salutem dicimus esse ineffabilẽ: eius figuram vides delineatam Apoca.21. Ipsa ciuitas est aurum mundũ,simile vitro mundo:& fundamẽta muri ciuitatis,omni lapide precioso ornata.Fundamentũ primũ,iaspis:secundũ,saphirus:tertium,calcedonius:quartũ,smaragdus:quintũ,sardonyx:sextũ,sardius:septimum,chrysolithus:octauũ,beryllus:nonũ,topazius:decimũ, chrysoprasus:vndecimũ,hyacinthus: duodecimũ,amethystus.Et duodecim portæ,duodecim margaritæ sunt per singulas &c.Sensus est:beatitudinis futuræ gaudia, laboribus & patientiæ nostræ promissa,esse supra captũ rationis humanæ.Hic, vt apostolũ Paulũ hic intelligas, considera,quænam sint nostra(vt hic vocat)pathemata, passiones, contumelia,exiliũ,carcer,tortura,mors &c.Hæc cum omnibus diabolicis tentationibus, quibus sanctũ Iob,Antonium,& alios exercuit, si in summam vnã coegeris,in infima linea vt maneas necessum est.Si vero minimũ gaudiorũ rite æstimaueris,supremã lineã nulli vnquã hominũ satis perpendendã, inuenies. Paruus labor,immẽsa quies:breuis contumelia,æterna gloria: momẽtanea tribulatio,solida & perpetua cõsolatio.Sed in patris regno hæc parata sunt,nõ in hoc mundo,Matt.25. In tẽpore extremo, qñ filius hominis in sua quoq; maiestate oĩbus apparebit,1.Thess.4.Tunc quãdo dicet,Venite benedicti patris mei,qui de me tot pietatis officijs estis bene meriti,Matt.25.Certã vero horã & tẽporis punctũ ne angeli quidẽ norunt,Matt.24.Futurũ est,sed spe expectandũ,Esa.64.Heb.2.

Apostoli p̃dica tione fidei & charitatis sibi cõsentiunt.

Gaudia cœli ineffabilia.

Nam expectatio creaturæ,reuelationẽ filiorũ Dei expectat.

Creatura omnis expectat reuelationẽ filiorum Dei.

Q.d. Quid?tu homo nõ expectabis gloriã instantẽ,q ratione es p̃ditus,& cui tanta & talia sunt promissa,cũ etiã reuelationem eã filiorum Dei,oĩs expectet creatura? Ratio vero,quare etiã bruta creatura gloriam filiorum Dei p̃stoletur,est,q tũc quoq; ipsa liberabitur à seruitute,cui nũc est deuincta. Intellige schematice, creaturam ægre malignis ad Dei offensionẽ seruire: hoc est,inuitã latronibus & homicidis administrare ferrũ & chalybẽ:superbis,aurum, gẽmas,purpurã:auaris,fruges & opes:gulæ vitio deditis,vinũ & obsoniorum tot genera. Augustinus dicit,hunc locũ,quantũ ad creaturæ expectationẽ,esse obscurũ:cũ nõ expresserit Apl̃us,de qua creatura dixerit, de rationabili ne,an de irrationabili.Ipse vero de rationabili intelligit Apl̃m locutũ, q̃st.83.cap.67.Beda adstipulatur Augustino,nec itẽ refragatur Hieronymus super epistolã ad Rom.Sedulius quoq; in hanc sententiã pedibus it bona parte.Gregorius itẽ de rationali creatura hũc locũ accipit,Moral.4.ca.8.Origenes primo de rationali creatura interpretatur, sed tãdẽ colligendo,etiã irrationalẽ infert, nẽpe solẽ,lunam,sidera,arbores,gramina,segetes.Ambrosius hic Origenem sequitur,tametsi sit Latinus.Chrysostomus de bruta saltẽ accipit creatura,dicens Apl̃m imitari prophetas,q & ipsi nõ infrequẽter tribuunt brutę creaturæ affectus & sensus rationales.Non subscribũt prophetæ philosophis,q mundũ & oẽs alias brutas creaturas vsq; ad spõgiam,sensibiles esse dogmatizãt.sed schematice loquẽdo,rei,de qua loquuntur,excellentiã nobis exprimere satagunt.Chrysostomo suffragatur Theophylactus. Quatuor hos ego quinq; illis p̃ferre ausim.Sed certius & simplici⁹ esse puto,vt vterq; sensus pari gloria approbetur. Operitur creatura,sustinet & patitur tot blasphemias & ingratitudinem:ingemiscens itaq;,dissolui cupit. Q.d.Mirum non esset,mundum

dum cōtra tot mala clamitare: nam & peccata in cœlum vociferare dicuntur. Cæterum etiam elementa omnia dissoluentur, & innouabuntur, 2. Pet. 3. Rationem expectationis atq; desiderij nunc porro prosequitur Apostolus, dicens:

Vanitati enim creatura subiecta est, non volens, sed propter eum qui subiecit eam in spe,

Vana sunt oīa huius mūdi.

Audis causam, quare creatura finem suum expectet. Vani eam laboris piget. Vanitas primo significat inanitatem & leuitatem, hoc est, rem nihili, corruptibilem & periturā. Hieremias vidit oīa huius mūdi, & ecce nihili oīa. Tali vanitati seruit creatura, non volens, malens seruire perpetuis & stabilibus. Exempli gratia: Verni flores pereunt, nec aurum (quanquam hoc appareat) perpetuum esse potest. nam & elementa suum habent senium. Hanc caducam mundi instabilitatem, Apostolus hic vocat vanitatē. Ambrosius huc adfert Ecclesiast. 1. psal. 38. Cæterum etiam vanitas accipitur pro fallacia & mendacio, atque adeo pro improbitate. Dicit ergo ille apud Maronem:

Nec si miserum natura Sinonem
Finxit, vanum etiam mendacemq; improba finget.

Et alius quidam ait:

Van⁹ hō vanas de vano pectore voces
Profert.

Hic quoq; mundus seruit inuitus. Sed quoniam pater cœlestis, misericors est & longanimis, eius iussu sol etiam super inimicos Dei splendet. Creatori creatura obsequitur & paret: vnde etiam Dei hostibus, iuxtà atq; cultoribus, opū omne genus parit. Sol fouet & illuminat, & oīa suis partibus funguntur: perfungi tamen malint. Propediem plasma compos voti liberabitur: tunc mare pisciū copiam non edet, syluæ feras non proferent neq; educabunt, arbores & gramina fruges & fructus nō dabunt, nempe in die illa horribili maiestatis Christi. Rogas, quid machinam seu fabricam ex ea apparitione filiorum Dei lucri maneat? Audi quid sequatur:

Quia & ipsa creatura liberabitur à seruitute corruptionis, in libertatem gloriæ filiorum Dei.

Creaturæ lucrū imminet ex mūdi resolutione.

Lucrum hocce creaturam manet. Affertur in libertatem, ne porro corruptioni inseruiat: adde q etiam innouabitur, 2. Petri 3. Non solum vindicabitur immunitati operum, verum etiam longe meliorem statum induet, nulli iam mortalium notum. Chrysostomus dicit hic, creaturam futuram incorruptibilem æque atque corpus humanum, simulac cum corpore humano sit facta corruptibilis. Idē affert simile nutricum regij infantis, quas alumni demum in regium fastigium euecti, sui honoris solent participare. Sic dicit, creaturam propter alimoniam & omne seruitutis genus, quo filijs Dei iam inseruit, in illa die quoque talis operæ præmium suum accepturam. Iam si creatura tali spe est suffulta, quare nos, quorum ministra est creatura, diffidamus? Nobis gloria Christi merito est parta: nostrum ergo est, redemptionē instantem in multa patientia expectare: quod nisi fecerimus, creaturam nos accusatricem faciemus.

Scimus enim q omnis creatura ingemiscit & parturit vsq; adhuc.

Schema sensuum atq; affectuum creaturæ Apostolus prosequitur, in consolationem omnium piorum, qui in hoc mundo affliguntur. Mundus ingemiscit & parturit. Mulier, cum parit, item ingemiscit: sed sustinet spem partus. Nos quoq; tam vanitatis, quàm peccati & mortis, immunes propediem constituemur. Parere, periculosum esse nemo nescit. Creaturę hinc collige anxietatē, quæ vanitati seruit. Tu quoque homo fidelis, considera & te hic manere afflictionum varia genera. Taceo hic, q tam cœlestis quàm terrestris creatura, etiam innumeris, maiori puta parti hominum, ministrat ad eorum perniciem. Sentit quodammodo hoc creatura, atq; adeo seruit inuita: seruit tamen, quia est æmula bonitatis Dei, qui longanimitate sua etiā bene facit indignis. Hæc omnia eo dicta sunt, vt filij Dei, qui iam parturiunt, hoc est, qui in afflictione ipsa vndiq; sunt circunuallati, exemplo tali consolationem sumant. Dicit creatura illis: Bono animo estote: ego non minus, q̃ vos, expecto immunitatem & vacationem seruitutis tristis eius, quam iam inuita suffero. Sed sufferendo vincenda oīs anxietas. Ego patior propter vos: facite, sitis, & vos propter Deum quid sufferatis. Tibi merces parata magna, Matth. quinto. Sensum hic atque affectū tribuit Apostolus creaturæ brutæ, nempe desiderandi, ingemiscendi, parturiendi, &c. Possumus dicendi illum tropū vocare pathopœiam, iuxta grāmaticorū illā prosopopœiam. Angelicæ creaturæ hic non excluduntur, de quibus alibi.

Creatu[ra] non c[um] dolore parat.

Creatura brutæ se[n]sus tribu[it] apostolus per pa thopœiā.

Non solum autem illa, sed & nos ipsi primitias spiritus habentes, & ipsi intra nos gemimus adoptionem filio-

filiorum Dei, expectantes redemptionem corporis nostri, In Christo Iesu domino nostro.

Revelatio- nem fi[illegible] anxie expectat.

Oĩs creatura ingemiscit & parturit, resolutionem vniuersitatis expectando, vsqueadeo, vt etiam apostoli & apostolici viri, ad ingemiscendum & parturiendum prouocentur. Cupio, ait, dissolui, & esse cũ Christo, Philip. 1. Quis in ergastulo corporis peccati non ingemiscat, cũ Apostolo dicens: Infelix ego homo, quis liberabit me ex hoc corpore morti obnoxio? Apostolus dicit 2. Corin. 5. In hoc (corpore) gemimus, domicilio nostro quod e cœlo est, superindui desiderãtes. Et paulo suprà in eo dẽ cap. Scimus q͞ si terrenũ nostrũ domiciliũ huius tabernaculi destructum fuerit, ædificationẽ ex Deo habemus, domiciliũ non manufactũ, æternũ in cœlis. Vtinam veniens e cœlo dñs Iesus, transfiguret corpus nostrum humile, vt conforme reddat corpori suo glorioso, Philip. 3. vt appareamus, quales futuri sumus, 1. Ioan. 3. Apocalypsin eã Apostolus vocat manifestationẽ filiorũ Dei. Quatuor hic, quæ desiderem⁹, potissimũ subscribuntur. Primũ, vt futura gloria magnificetur in nobis: secundũ, vt veniat libertas: tertiũ, vt hæreditas nobis contingat: quartũ, vt ex hoc corpore mortis liberemur. De adoptione vides in epistola ad Galatas. De liberatione corporis, vide dñica secunda Aduentus. Atque hæc oratio, est finis omniũ dogmaton de Christo. Propter illum, qui currit, currit: qui seminat, seminat: qui precatur, precatur: qui patitur, patitur. Primitias spũs Apostolus hic vocat præcipua charismata spũs sancti, quæ in primitiua ecclesia apostoli præcipue acceperunt. Apostolici ordinis maiestas, primitijs istiusmodi est declarata. Apostolos siquidem dñs primos posuit, 1. Cor. 12. Merito ergo prima laus ipsis refertur accepta. Vide Origenẽ & Hieronymũ. Discipuli domini plerunq; potiora Dei dona receperunt, quia missi erant in vniuersum orbem prædicare euangelion Christi. De hac legatione gratias agimus domino Deo æternas, per dominũ nostrũ Iesum Christum. Amen.

DOMINICA V. POST TRINItatis, I. Petr. III.



OMnes vnanimes *in* oratione estote, compatientes, fraternitatis amatores, misericordes, modesti, humiles, non reddentes malum pro malo, nec maledictum pro maledicto, sed ecõtrario benedicentes: quia in hoc vocati estis, vt benedictionem hæreditate possideatis. Qui enim vult vitam diligere, & dies videre bonos, coerceat linguam suam à malo, & labia eius ne loquãtur dolum: declinet à malo, & faciat bonum: inquirat pacem, & sequatur eam: Quia oculi domini super iustos, & aures eius in preces eorum: vultus autem domini super facientes mala. Et quis est qui vobis noceat, si boni æmulatores fueritis? Sed & si quid patimini propter iustitiam, beati. Timorem autem eorum ne timueritis, vt non conturbemini. Dominum autem Christũ sanctificate in cordibus vestris.

PRAEFATIO.



VT compendiose, ita etiã affatim & sancte summã Christianismi complectitur & explanat apostolus. Nec est vt præsens laconismus vlli tædiũ fastidiumve inferre possit. Qui hęc perlegit & relegit, ad legendũ inflammatur. Sectio esto: Primo mores fidelium format. Secundo patientiam nobis & perseuerantiam in bono opere commẽdat. Persancte suadet: vtinam persuadeat. Ipsum apostolũ audiamus.

Omnes vnanimes *in* oratione estote, compatientes, fraternitatis amatores, misericordes, modesti, humiles.

Ethicam quinq; articulis cõ-

Ethicam pręsentem quinque nobis tradit articulis, dignis qui quotidie quinq; digitis, qui & ipsi articuli sunt, dinumeran-

p̄hensam, digitis cō numeratā, memoriæ mandemus.

do, memoriæ commendentur.

Pollici tribuatur homophrones, hoc est, concordia & vnanimitas doctrinarū & disciplinarū sanctarū. Hac virtute cauētur schismata. Aurea vnitas, diuina vnitas. Infamis numerus vnitatem auferens. Vnus Deus, vna fides, vna ecclesia, vnus baptismus, Eph.4. Vnus ergo debet esse cultus, vnū altare, vna doctrina, vt cum psalmista dicere possimus: Ecce q̄ bonū & q̄ iucundum, habitare fratres in vnum. Apostolus identidem charitatē & vnitatē nobis commendat, 1. Corin.1. ait: Obsecro vos fratres per nomen domini nostri Iesu Christi, vt idem loquamini omnes, & non sint inter vos dissidia, hoc est, hæreses & schismata, sed sitis integrum corpus, eadem mente & eadem sententia. Primitiuæ ecclesiæ vnum erat cor & anima, Act.4. In cōmendationē concordiæ beatæ, vsi sunt aptis vocabulis Petrus & Paulus apostoli. Volunt nos esse homothymos, hoc est, vnius animi, Rom.15. Itē sympsychos, hoc est, vnius animæ. Q. d. Fideles ita se debēt gerere, tanq̄ omnium vna existat anima. Phil.1. Isopsychos, Phil.2. q̄d itē parē vel similē animā significat. Ad p̄missa Paulina vocabula, pertinet p̄sens vocabulū S. Petri, homophrones: quod vult, vt omniū vnū sit velle. Homophrosyna est, nulliū aliū scripturæ sensum velle seu requirere, q̄ eū, qui hactenus fuit in ecclesia, per tot seculorū chiliades receptus, atq; adeo approbatus. Vbi talis est homophrosyna, ibi procul dubio etiā inuenietur euphonia & harmonia vitæ, professionis, & disciplinarum.

Cōcordiā varijs vocabulis apostoli nobis cōmendāt.

Index notandus est p̄ sympathen. Sympathes cōpassionē significat, qua alter alterius sentit afflictiones. Vnū corpus sumus, vnde oportet vt & alij aliorū onera portemus, & cū gaudētibus gaudeamus, Rom.12. 1. Cor.12. Gala.5. Ephe.4. Breuiter proximum suū quisq; tanquā seipsum diligere iubemur, Matth.22. Roma.13.

Sympathes .i. cōpassio, indici tribuenda.

Medius, nos philadelphiæ admoneat. Est virtus hæc media, q̄m in cæteris alijs oībus continetur, & oēs alias ipsa in vnū cogit, oēs complectens. Philadelphia significat dilectionē fraternitatis, de qua agit Apostolus Rom.12. Et seruator ait: Hoc est præceptū meū, vt diligatis vos mutuo, queadmodum ego dilexi vos, Ioan.15. Hac charitate Chrs animā suā pro nobis tradidit. Maxīa est huius vis: quippe q̄ non micas & stipes largitur, sed seipsam quātaquāta est, Ioan.15. 1. Ioan.3. Quotusquisq; est nostrū hodie, q pro fratre mori sustineat? immo quis non fratrē pro se mori malit? Eo p̄uersitatis ventū est, vt nulla vspiam fraternitas in mundo præsentius videatur, q̄ vbi accipiendū sit. Fratrem qui iuuet, & sua propter fratrē qui perdere gaudeat, vix e mille vnus inuenietur, Luc.17.

Philadelphiæ medius nos admonet.

Annularis, eusplāchnos nos vult, hoc est, benignos. Benignitatis habet figuram. in eo est vena, quam cardiacam vocant. In eo itaq; debemus huius quintæ virtutis nos admonere, der ghudtherzikeit, Misericordiæ, clementiæ, bonitatis. Hæc virtus sese exerit, vt in visceribus appareat, quid in cordis penetralibus latuerit. Sic euangelista etiam dicit, Deū nostri esse misertum per viscera eius misericordię. Scriptura internos affectus & motus misericordiæ, Hebraice solet vocare Rehem, hoc est, miserationem. Affectus is parentum est erga filios, qualem vides 3. Reg.3. Item Iosephus talis affectus potest esse exemplum. Beniamin siquidem fraterculum suum (quem Septuaginta vocant homometrion, hoc est, vterinū) vidēs, cōmota sunt eius p̄cordia. Hebraicus habet: Nichmeru Rahemaf, hoc est, Viscera eius inflammata sunt, Gene.43. Mater quoque illa apud Salomonem, sic dicitur inflammata fuisse. Viscerum misericordiæ commendationem vides Lucæ 1. Philippen.2. Coloss.3. In cantico Zachariæ plura de hac re vides.

Eusplā- nos ... esse ... re ... annula- ris ... ne.

In auriculari seu minimo digitulo, philophrosynen nobis subijciamus. Philophrosyne, Germanice freundselig, non ausim dicere freundsinnich, quoniam tale vocabulum non est in vsu. Hilaritatis istæc commendatio, vult vt fratri frontem semper explicemus, non præferendo pacem oliua, & corde bellum meditando, sed cordis synceritatem vultu placido ostendendo. Vult Apostolus pacificos nos & mites. Huius virtutis sensum qui habet, Aphron, hoc est, insipientem nemo recte appellauerit. Philophron verius dixeris, hoc est, charitatis scientiam habētem, quem nos Liebuerstendig vocare Germanice possumus. Hanc virtutem Apostolus nobis tradit, cum iubet vt epij simus, 1. Thessal.2. 2. Timoth.2. Comem & placidum in omnibus gestibus, vocat chreston Eph. quarto. Sequitur textus:

Philo- phro- ... ...

Non reddētes malum pro malo, nec maledictum pro maledicto, sed econtrario benedicentes: quia in hoc vocati estis, vt benedictionem hæreditate possideatis.

Poteris hic sextum articulum ethices cōficere, quinq; suprà iam positis adnumerando. Patientiam nobis Apostolus cōmittit. Nesciunt calūniatores, quidnā faciāt, siue sint peruersi catholici, siue hæretici, siue

Patientia ecclesiæ opus est.

Agareni,Luc.23.1.Cor.2.1.Tim.1. Act.3. Vides etiam parricidas sacrilegos Christo manus intulisse, ignorantia crassa excæcatos. Iniuriam sufferto, 1.Cor.6. Cõmitte omnia iusto iudici Deo,1.Pet.2.Verbum non est bipennis, casside opus nõ habes,sed focali.Aspidis ingeniũ imitare,aures tuas obstruendo,vt audita non audiueris.Exemplum tibi propone omnes prophetas,Matth.5.23.Lucæ 11.13. Christum ipsum tibi ob oculos pone,Matth.26.27. Omnes apostolos,Ioan.16.Qui vult meus (ait)esse discipulus,tollat suam crucem,& sequatur me. Luc.9.14. Si quis tecum de tua tunica in iudicio velit contendere,dimitte illi tunicam eam tuã,Matth.5.Luc. 6.Litera est plana,non habet opus glossemate. Apostolus explanat verba Christi Roma.12. vbi Apostolus ĳsdẽ verbis vtit. Neq; obscu est q̃d ait Seruator: Diligite eos qui vos odio habent, benedicite maledicẽtibus vobis. Legislator ipsam suam legẽ,nõ tam verbis q̃ factis tradidit,ostẽdens factu adeo graue nõ esse, vt de ea vulgus leue sentit & somniat.Credenti oĩa sunt possibilia.fortis vt mors dilectio.Magni nobis noster est honor.maioris nobis esse debet,Dei.Honor vero Dei est,legẽ ei⁹ re ipsa approbare:hoc est, inimicum esurientem satiare,& malum in bono vincere,Romañ. 12. Hoc si negligimus facere, Christum dehonestamus,tanquam nobis impossibilia,aut vana siue futilia præscripserit. Quid ꝙ nostra patientia etiã inimicorum superamus inuidentiam? Adde ꝙ etiam opus habemus, qui execrationum omne genus abominemur,si conuicĳs cõtendamus.Crux omnibus qui Chri sunt, incumbit.oportuit eñ ipsum Christũ pati,Luc.24.Exemplũ eius nos sequi oportet,1.Pet.2.Act.13.2.Cor.2 .Si calicẽ eum, quẽ ipse bibit,recusamus,partẽ cum ipso nõ habebim⁹. In hoc ait nos vocatos esse, vt benedictionẽ hæreditate possideamus. Hæredes sum⁹,si Christo incorporati mãserimus.Exemplum arguit incorporationem.Benedictio hic significat ipsam beatitudinem siue salutem, Matt.25.Hãc adsequimur incorporati semini Abrahæ,Genesis 22.Galat.3.Pulchrum & iucundum est,ꝙ apostolus Petrus æternũ hoc bonũ, quod nobis in cœlo certum est, eulogiã, hoc est,benedictionẽ vocat,hebraico tropo: quoniã Beracha ,hoc est, benedictio apud Iudæos in summo habetur semper precio. Beracha hoc,est salus corporis & animæ,visio & fruitio.eam apostolus hic patientiæ virtuti promittit.Huc facit hoc Christi Luc.21. In patiẽtia vestra posside bitis animas vestras,Beatus qui hæreditatem eam accipit. Sequitur:

Præcepta Chri gratia factu non sunt credĩti & amanti.

Bñdictio aliqñ beatitudinem significat, ea ꝓmittitur pati entiæ.

Qui enim vult vitã diligere,& dies videre bonos, coerceat linguã suam à malo,& labia eius ne loquãtur dolum: declinet à malo,& faciat bonum:inquirat pacem, & sequatur eam:Quia oculi domini super iustos,& aures eius in preces eórum:vultus autem domini,super facientes mala.

Apostolus hic citat prophetam Dauida,ad tantæ disciplinæ persuasionẽ. Locus est in Psal.34. Rogas, apte ne citatus sit locus Psalmographi,nec ne? Respõdeo aptissime:proprie nempe.Rogas qui? Audi:Prohibuit contentionem & regestionem conuiciorum, promittens nobis benedictionem patris cœlestis, vbi conuicĳs affecti,conuicia regerere ꝓpter Deũ omittamus.Durum est mordicus arripi,& criminationes dissimulare,aureq; surda suscipere.Sed æstimata benedictionis supernę copia, leue erit, immo etiam iucundum, quiduis maledictionis perpeti. Citat ergo diuus Petrus regium prophetam, vitiligationis crimen damnantem: & patientiã, qua sycophantias obtrectatorum, æquiori animo sufferimus, maximi meriti ostendentem.Locum hic à Petro adductum,sic orditur Dauid:Venite filĳ,audite me:timorẽ domini docebo vos.Magno præcepto beneuolentiæ captionem præmittendam,visum fuit spiritui sancto. Accedant ergo non porci & canes,sed veritatis studiosi filĳ. Probatur sapientia & iustitia à filĳs suis.Quis est homo,qui vitam diligit?Q.d.Si aliquid humani in pectore geris,si humano prædit⁹ es ingenio, si beatitudinis quisquam est auidus,q dies bonos videre cupiat: primo coerceat linguam suam à malo,tã non ingerat, quàm regerat conuicia.contra verbosos,vt ille ait,verbis non contendat. A malo: quoniam & contentionem eam,ethnici malam esse non ignorant. Coerceat item labia sua,ne loquantur dolum. Hoc est,caue,præter animi sententiam aliquid loquaris,vide vt veritatem loquaris in omnibus. Hic propheta hortatur,ne in negocĳs circunueniamus fratrem. Potissimum vero contendit,ne in rebus fidei proximo fraudi simus. Hæretici noui apostolastri nostrates,si iuxta ꝓsens eulogiũ linguas suas coercuissent, haudq̃quã cõmunẽ sensum catholicũ in dubium vocassent.Hactenus

Patiẽtia fideli sine negocio potest ꝑsuaderi.

Lingua & labia coercenda.

fructus fidei, fructus & opus spiritus sancti, charitas, bona opera fideliū, ecclesiæ disciplinæ, sacramentorū pius vsus, ad iustificationem facere creditū est. Noui euangelicastri doctrinam eam, quasi papisticā, antichristicamq́ reijciunt: & solam fidē, exclusa charitate & bonis operibus, vnà cū sacramentorum legitimo vsu, iustificare contendunt, &c. Sed propheta regius, vt nusquam non, ita etiam hoc loco hæresi illi obstat: neque em̄ contentus est beatitudinem ex patientia saltem æstimare, vnde etiam alterū iustificationis & salutis gradum hic adijcit, dicens: Declinet à malo, & faciat bonum. O eulogium, atque adeo etiā euangelion, dignum quod Dei timens quisq; semper ob oculos sibi ponat, etiam parieti & superliminaribus ædium oībus inscribat: Sur me Ra, va Ase Tob, hoc est, Declina à malo, & fac bonum. Hoc etiam pertinet ad dies bonos, vel vitam, vtriq; etiam ad benedictionem, ad beatitudinē, ad salutem, atque adeo ad iustificationem. Nemo enim iniustus beatus. Ringere hæresis, facesse schisma. Si frons tibi & os, senties te pudefactum apostolaster vane. Sed qui sordet, sordescat adhuc. Tu pie catholice, in hunc clypeum fac viriliter assurgas contra beluam hæresin eam, quæ bona opera sua laude defraudare excubat.

Hæresis solius fidei doctrinæ confutatur.

Simile præmisso eulogio, est & illud psalm̄. tricesimisexti: Betah ba Adonai, va Ase Tob, hoc est, Confide Deo, & fac bonum. Pugio iste Aegles, confodiat ventris sesquipedalis hominem hæreticū tumidum. Non sufficit solum credere, sed & oportet bene agere.

Sequitur in iam citata autoritate: Inquirat pacem, & sequatur eam. Et hoc non solum ethicen siue politicen ædificauerit, sed & ecclesiæ proderit. Calumniosi & æmuli hæretici omnes: inde sectæ, factiones, conuicia & cædes. Scientia inflat, charitas ædificat. Oīs æmulatio diabolica, Iacobi quarto. Pacifici, filij Dei vocabuntur, Matth. quinto. Vbi hic sola Lutheranorū fides? Sequitur: Oculi domini super iustos. Hæreticus Eunomianus hic dicet: Super credentem solum, quia sola fides iustificat. Inueniet aurem prurientem, quæ tale glossema probet. Sed præcedentia cogunt, vt etiam de bonis intelligamus operibus. Vides itaque hic psalmographi manifestò testimonio, etiam opera bona iustificare. Si p̄missa nō sufficiunt, audi quod sequitur: Vultus autē domini super facientes mala. Dixerat, Oculos Dei esse super iustos, & aures eius ad eorū preces, iustos accipiens pro fidelibus bono operi instantibus. Peccatores siquidē Deus nō audit. Opponi solent peccatores & iusti, benefactores & operarij mali. Vnde & regius propheta hoc loco manifestissime seipsum declaraturus, contrariū subdit, dicens vultū dñi esse super nocentes, malignos, operarios malos. A facie Dei nemo se poterit abscondere præuaricator. Vultus itē austeritatē atq; iram significat. Vnde proprie pro tristi vultuosum accipimus. Sic vides apostolum regium prophetam proprie & apte adduxisse. Et hoc obserua, Benedictionem, & vitam, diesq́ bonos, idē esse. Illo vocabulo vtitur Petrus, hoc Dauid. Vtrunq; beatitudinē, salutem, atq; adeo iustificationē denotat. Hæreditas itaq; benedictionis, quæ operibus bonis hic adsignatur, est ipsa vita æterna, quæ Marc. 10. fidei promittitur.

Opera bona iustificant fideles.

Bñdictio, vita, & dies bon, idē significant.

Et quis est qui vobis noceat, si boni æmulatores fueritis?

Hic omniū crassissime, vt ita dicam, loquitur. Bonū opus pinguiori Minerua exprimit, facere puta hoc ipsum bonū opus ad dies bonos & vitā. Exempli gratia: Si boni operis æmulator sis, etiam tyrannis huius seculi te non poterit non probare, Ro. 13. Cauete ergo, adulteri, homicidæ & peccatores sitis. facite, in oībus bonis operibus & disciplinis vosipsos exerceatis, & bene vobis erit. Exēpla Abrahæ, Isaac, Iacob & Ioseph patriarcharū, sunt in promptu, qui inter ethnicos degentes, pietate omniū tyrannidem vicerūt. Excursus hic præcipue respicit ad caput secundū & quartum. Et quare Deus iustitiam non remuneret, cū ethnici eam suo præmio norint cohonestandā? Et si mundus probat iustitiam piæ vitæ, quare Deus non faciat idē? Obijcis etiā pios in hoc mūdo vexari? Audi apostolū tibi respondentem:

Sed & si quid patimini propter iustitiam, beati.

Q. d. Oportet etiā in mūdo fieri scandala, oportet etiā vt iustitiæ testes mundus habeat aduersus scandala ea, quorū mūdus est plenus. Beati itaq; p̄dicant testes & p̄dicatores æquitatis, si propter veritatē, huius mūdi odia sustinuerint, Matt. 5. Luc. 6. Signanter etiā aplūs hic dicit, propter iustitiā. Si beati sunt, q oīa mala ferūt propter testimoniū iustitiæ: sequitur, eos q cū contentiosis velitant & cōtendūt, iniustos fieri & infelices. Quid iniquū æque poterit esse, q̄ Dei sibi iudiciū vsurpare? Mihi vltio, ait. Omnia electis cooperantur in bonū. Materia meriti est illis, in mundo vexari.

Pios quos Deus in mūdo tribulationibus obnoxios faciat.

Timorem aūt eorū ne timueritis, vt non conturbemini. Dominum

autē

autem Christum sanctificate in cordibus vestris.

Impiorū timorem Scriptura nobis prohibet.

Vincēti, bona gloriæ cœlestis aulæ ꝑmittuntur varia, Apoc. 2. Cæterum moriendo, non occidendo, vincimus Christiani. Apostolus hunc locum adfert ex Esa. cap. 8. Propter maiorem efficaciam, scripturæ verbis vtitur. Propheta admonuit olim ciues, ne blasphemas minas tyranni Rasin & Phacee filij Romeliæ metuant. Verba prophetæ sunt: Morao lo thireu, velo Thaaritzu, hoc est, timorem eius ne timueritis, & ne paueatis, Germanice vnd erschrecket nicht. Q. d. Quo magis timeri volunt, hoc magis vos eos tēnite. Allatrare poterūt vos, non deuorare. Allatrare illis permittitur, vorare non item. Hæc ad impium regē Achaz dicta sunt. faxit Deus, ad nos pios Petr⁹ verba ea adduxerit. Noster Rasin & Phacee filius Romeliæ, est diabolus & eius ministri, quicunq; impij tyranni. Monet apostolus per verba Esaiæ, ne eorum minas impotētes metuamus. Corpori saltem, si illis hoc permittatur, nocere possunt, Matth. 10. Sic nobis etiam non possunt incommodare: q̃a dū nos hominum numero subtrahere volūt, diuorum cōcilio adijciunt. Quid ergo sæuos tyrānos metuimus? Metuimus, si cor impurū nobis est, si mali nobis sumus cōscij. Pium, si cœlum ruat, impauidum (vt Poetæ verbis vtar) ferient ruinæ. Idē ait:

Integer vitæ scelerisq; purus,
Non eget Mauri iaculis, nec arcu,
Nec venenatis grauida sagittis
Fusce pharetra.

Videamus igitur, vt dominum Deū bona vita glorificemus. Sic luceat lux nostra, vt videat mundus opera nostra bona: sic em̄ fiet, vt omnes huius mundi tyrannos, atq; ipsum etiam diabolum, facile vincamus. Hoc ipsum nobis concedat, sine quo nihil possumus, dominus Deus. Amen.

DOMINICA VI. POST TRINITATIS, Romanorum sexto.



Vicunq; baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus. Consepulti enim sumus cum illo per baptismū in mortem, vt quomodo surrexit Christus à mortuis per gloriam patris, ita & nos in nouitate vitæ ambulemus. Si em̄ cōplantati facti sumus similitudini mortis eius, simul & resurrectiōis erimus: hoc scientes, quia vetus homo noster simul crucifixus est, vt destruat̃ corpus peccati, vt vltrà non seruiamus peccato. Qui enim mortuus est, iustificatus est à peccato. Si autem mortui sumus cum Christo, credimus quia simul etiā viuemus cū illo: scientes ꝙ Christus resurgens à mortuis, iam non moritur: mors illi vltrà non dominabitur. ꝙ em̄ mortuus est peccato, mortuus est semel: ꝙ autem viuit, viuit Deo. Ita & vos existimate, vos mortuos quidem esse peccato, viuentes autem Deo, in Christo Iesu domino nostro.

PRAEFATIO.



N superiori dominica exhortabatur nos sanctus Petrus ad sanctificationem vitæ, hoc est, ad bona opera: præsenti lectione admonemur itidem ad sanctificantia opera bona, autoritate diui Pauli. Qui solam fidē sanctificare & iustificare contendūt, tertium caput huius Epistolæ, vbi habetur, Iustitia Dei per fidē Iesu Christi in omnes & super oēs eos qui credūt, accipiunt ad iustificationem bonoꝝ operum eleuandam: sed toto aberrāt cœlo. quod cum alibi identidē apud eundē Apostolū est videre, tū & præcipue hoc loco, cap. 6. hortat̃ Apostolus fideles, ꝑ baptismum peccato mortuos, vt deinceps peccato resistendo, bene beateq; viuāt, idq; propter duo. Primo, propter vitæ p̄teritæ mortificationē siue expiationē. Secūdo, propter vitæ nouæ exornationē. Interim itē pietatis præmia tāgit vtrinq;. Nā si cōplantati sumus Christo ꝑ passionē in hoc exilio, sequitur etiā, nos esse cōplātatos ꝑ gloriā in patria. Cōplantati sumus ad om̄e gen⁹ obediētię, vtiq; opeꝝ bonoꝝ. laboriosum hoc, sed nō infructiferum. Apostolū nunc audiamus.

Fidē solā iustificare docētium error.

Quicūq; baptizati sum⁹ in Chr̄o Iesu, in morte ipsi⁹ baptizati sum⁹.

Vehe

Solā fidē docētes iustificare, suapte errāt malitia.

Vehementis huius obtestationis causa fuit Apostolo, quod etiam tum animaduertit, multos commendationem gratiæ perperam accepisse, Solius fidei iustificationem inde inferendo. Apostolus errorem talem animaduertens, illi statuit occurrere. Non ergo Apostoli negligentia, sed maleuolorum peruersitate, hæresis illa, quæ bonis operibus iustificatiōis virtutem detrahit, est nata. Audiatur Apostolus: Quicunque baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius sumus baptizati: non ergo licet nobis porro mūdo per vanitates viuere. Peccata non licet iterare, immo per imitationem vitæ expiare ea necessum habemus. Quod semel baptizati sumus in Christum Iesum, hoc est, in Christi fidem, sufficit, nec vlla ratione est iterandum. Sed docendi & monendi baptizati seruare euangelica præcepta, Matth. 28. Neque em̄ solum super, siue in, neque ad Christum baptizatus es, sed etiam super, in, & ad eius mortē es baptizatus: sic em̄ ad vitam Christi pertinges.

Crux Chrī baptismum nostrum designat.

Oportet nos per lauacri sacri mysterium mortificari, simili ratione, qua Christus ipse in cruce est mortuus: vt sit nobis baptism⁹ hoc ipsum, quod illi erat sua crux. Hoc discrimen saltem hic est, quod ille corporaliter in cruce mortuus est, nos in baptismo spiritualiter occidimus, hoc est, peccato morimur per virtutem passionis Christi. Datur nobis sacramentum, hoc est, virtus qua pie viuamus: datur & nobis exemplum, hoc est, monumentum & symbolū, quo ad piam vitam subinde prouocemur. Ante baptismum conuenit principi huius mundi & infidelibus. Sed fidei sacramento accepto, hostes cōstituuntur fideles diabolo: cui renunciando baptizandus bellū indicit, accipiens gratiam hosti tanto resistendi non vanā & inefficacem, modo baptizatus strenuum se gerat. Socordi nulli contingit victoria: potissimum vero bellū hoc contra diabolum, & resistentia siue lucta ea, maxima opus habet industria, cuius nos etiam baptismi submonet mysterium. Christus mortuus est pro totius mūdi peccatis. Effectū vero mortis Christi sortiuntur baptizati, peccata subinde expiantes. Sequitur:

Consepulti enim sumus cum illo per baptismum in mortem.

Baptismus chrī mortis & sepulturę est sacrām.

Mortuis hoc saltem superest, vt terræ commendentur. Seruator noster itaque non voluit saltem vita defungi secundū scripturas, verum etiam scripturæ testimonio sepeliri, 1. Corinth. 15. Oportet ergo, vt & nos, quatenus mortui sumus, sepulturæ committamur. Christo sumus commortui: merito ergo etiam Christo consepelimur. Nam baptismus, tam Christi mortis, quàm eius sepulturæ, est sacramentum. Baptismus itaque noster, tam mors nostra esse debet, quàm tumulatio, puta veteris Adami, carnis putidulæ, vt spiritus ipse solus viuat, non mundo, sed Deo. Agite ergo charissimi, tanti sacramenti memores semper simus. Si princeps huius mundi, nos ad vanitates seculi huius allicere præsumpserit, memores baptismi, memores abrenunciationis, dicamus illi: Non illius ergo sumus baptizati, vt carni & mundo viuamus, non vt peccemus, Ioan. 5. 8. sed vt porro non peccemus, 2. Corinth. 13. 1. Ioan. 2. Quantum ad mundum, carnem & peccatū, mortui sumus: quod vero reliquum in nobis est vitæ, id solius est Dei. Facesse ergo satana, & da locum Deo omnipotenti.

Vt quomodo surrexit Christus à mortuis per gloriam patris, ita & nos in nouitate vitæ ambulemus.

In præmissis egit Apostolus de sacramento mortificationis & tumulationis: nunc pulchro ordine subdit mysterium resuscitationis siue resurrectionis, cuius baptismus non minus est sacramētum, quàm mortis & sepulturæ. Sensus est: Christus non solum secundum scripturas est mortuus & sepulturæ datus, sed & iuxta prophetarum oracula resurrexit. Nostrum quoque est resurgere. Neque enim sufficit mundo esse mortuos, busto siue terræ commendatos, à peccatis absistendo atque declinando, mundum fugiendo &c. superest ad perfectam iustificationem, vt etiam resurgamus, Deo patri cum Christo viuendo, hoc est, nouam vitam auspicando, peccata non solum intermittendo, verū etiam bonorum operum exercitio superando, expiandoque. Hoc cogita frater, tunc potissimum, quum acediæ tentaris malo. Tūc excitare, atque e morte ignauiæ excitatus, dic tibi: Primo baptizatus es in fugam vanitatis, dein in exercitationē pietatis. Illic in interitū veteris Adami, hic in noui ortum. Ambrosius vocat vitam nouam, disciplinam Christianā. Viderint noui euangelicastri, quid Christianæ illi disciplinæ tribuant.

Si enim complantati facti sumus similitudini mortis eius, simul & resurrectionis erimus.

Tantū est ac si dixisset: Si mortui sumus cum Christo, iuxta præfatū loquēdi modū, merito

...erge ...ad bo ...opa ha ...bemus Christi ...exemplo.

merito etiam cum ipso resurreximus aut resurgimus. Vtrunq; in Christo factum: oportet vt etiã vtrunq; in nobis fiat. Christo siquidem complantati sumus, hoc est, incorporati. Virgultum dicitur Christus, vtiq; ad fructificãdum Deo. Christi ergo non erimus, nisi & eius exemplo fructificauerimus. Eia ergo fratres, per mortificationem nostri veteris Adami, peccatorum nimirum, exurgat nouus homo iustitiæ, sanctitatis, honestatis, & perfectæ religionis. Hic ne quis putet Apostolũ agere de mortificatiõe corporis, Apostolus signãter dicit, similitudini mortis ei⁹. Q. d. Nõ volo vos, exemplo Christi, corporaliter crucifigi oẽs & sepeliri: sed loq̃r de similitudine, qua corporali Christi morti & sepulturę, vestrã spũalis se debet conformare, peccatorum nimirum occasus, & iustitię ortus. vtrũq; aũt fiat p baptismũ. In lauacro sacro interit peccatũ, & p ipm iustitia excitatur. Quod si hoc modo Chr̃o cõplantati, & occidamus peccatis, & reuiuiscamus iustitiæ: tũc etiã non dabimur corruptioni, sed cũ triumphatore mortis, triũphabimus in æternum.

Hoc scientes, quía vetus homo noster simul crucifix⁹ est, vt destruatur corpus peccatí, vt vltrã nõ seruiamus peccato. Quí eñ mortuus est, iustificatus est à peccato.

Corpus peccati, & nõ naturæ, occidere iubemur,

Declarat sese Apostolus subinde vehementius. Sensus est: Nihil in nobis oportere interire, nisi corpus peccati: hoc est, concupiscẽtias & affectus carnis, nos impellentes ad iniustitiã oẽm. Cõsuetudinẽ etiã mali nobis adhærescentẽ, hic mortificare iubemur. Theophylactus intelligit, p veterem Adamũ, malitiã: ego addere etiã nequitiam. Ambrosius priscæ vitæ mores intelligit. Vetus ille noster homo, bruta caro, omnium causa malorum, crucifigi debet cum Christo, hoc est, occidi debet. Apostolus nunc Adamum veterẽ, veterẽ vocat hominem, nunc eundem corpus appellat peccati: ꝙ corpus hoc, quod à traduce seu procreatione putidę naturæ suscepimus, ad malum pronũ est natura. Carnis eius prauitas, quocũq; tãdem vocetur noĩe, mori & crucifigi debet. Quod cum fit, iustitiæ viuimus, & non nequitiæ. Hoc est, Adamo veteri nostro e medio sublato, peccatum interit. Nemo enim mortu⁹, peccat porro. Lignum in quamcunq; partem ceciderit, siue ad Austrũ, siue ad Aquilonem, &c. ibi manebit. Obserua, Apostolum hic peccati cessationem, siue peccato non seruire, iustitiæ tribuere. Qui mortu⁹

Iustitia ẽ, pc̃ãt non seruire, sed iustitiæ.

est, ait, iustificatus est à peccato. Hoc est, q̃ peccato est mortuus, qui peccare desinit, iustificatus est. Facessant ergo Lutherani euangelicastri, qui negãt bona opa iustificare posse. Verba Apostoli sunt præclara. Si iustificat, non peccare: bonum opus facere, longe magis iustificat. Sed euãgelion est quidquid illi somniant: cui q non subscribit, papisticus exploditur. Sed ad mortificationem, atq; adeo etiã iustificationẽ, reuertamur. Apostolus dicit se esse crucifixum mundo, & mundũ sibi, Galat. 6. De baptismate vide Acto. 1. 2. 8. Marc. 16. Galat. 3. Ephe. 4. 1. Pet. 3. Luc. 3. Coloss. 2. Loci hi, quid de baptismo catholice credas, iuxtã atq; hic locus Roma. 6. satis luculenter admonebunt.

Si autem mortui sumus cũ Christo, credimus quía simul etiam viuemus cum illo, sciẽtes ꝙ Christus resurgens à mortuis, iam nõ moritur: mors illi vltrà non dominabitur. Quòd enim mortuus est peccato, mortuus est semel: ꝙ autem viuit, viuit Deo.

Alia atq; alia idẽtidem inferẽdo, se explanare pergit Apostolus. Cũ Christo vere fideles mortui sunt: quid ergo vetet, q̃ minus etiã cum Christo æterna potiamur aula? 1. Thess. 4. fere eadẽ habentur. ait ibi Apl'us: Quod si credimus ꝙ Iesus mortuus est & resurrexit, sic & Deus eos qui obdormierunt p Iesum, adducet cũ illo. Deniq; infert, Et sic semper cum domino erimus. Atqui ad gloriam Christi nunquam pertingemus, nisi per sacramentum & exemplũ Christi. Nõ hic de temporali martyrio dixero, sed de spirituali, sine quo aditus regni cœlorum nobis non patefiet. Spiritualem eam mortificationem, de qua Apostolus hic agit, non solum spiritualis sequitur viuificatio, sed & corporalis. Illa vero fit in hac vita, hæc non nisi in die extremo. Tunc in similitudinem Christi immutabimur glorificati. nec id mirum, q̃niam & ipse Christus corporaliter resurrexit. Christus nostrum caput, vtique etiam secundum humanitatem: corpus itaq; capiti tali suo tempore consociabitur. Similitudo, de qua iam dixi, est: Christus non moritur porro, & mors non tanget nos tunc: adeo, vt & primæ & secundæ morti insultare possimus. Obserua, Christũ non esse mortuũ peccato, quemadmodũ nos. Mortuus ille peccatis, sed nostris: nostris nos pc̃tis mori habemus. Peccatis nostris Chri-

Christo cõmortui eidẽ conresurgẽt.

Mortificationẽ spiritualem corporalis & spũalis sequitur mortificatio.

Mortuus est Chr̃s pc̃tõ, sed aliter atq; nos pc̃tõ mori iubemur.

Christus mortuus est,hoc est,propter peccata nostra,vt tam nos ipsa,q̃ ipsa nos,relinquamus. Nos morimur peccatis, tanq̃ serui peccati,vt porro peccatũ nobis non dominetur. Ad hoc sequitur:

Ita & vos existimate, vos mortuos quidem esse peccato, viuentes autem Deo,in Christo Iesu domino nostro.

Non parui momenti res est, mortuum esse vel mori peccato,& viuere Deo. Stipẽdium peccati est mors. Quid si peccato viuamus,mors merces nostra erit,nempe secunda,atq; adeo ea quæ mortem quæret, nec inuenire potest. Deo vero viuere,est eius præcepta seruare:quod e regione beat. Hoc fac,& viues. Lutherani om̃ia hæc inuertere conantur. Illis mori peccato,nihil est nisi incredulitatem abĳcere. Viuere Deo,nihil aliud nisi credere. Quidquid ergo de bonorum operum passim in scriptura merito dicitur,papisticum est:& sic spiritus sanctus,cum om̃ibus hagiographis, est papisticus. Quis nunc porro Lutheranorum metuat calumnias? Dominus Iesus veritatem orthodoxam ab hæreticorum istiusmodi adspergine puram conseruare dignetur. Amen.

DOMINICA VII. POST TRINItatis, Roma. VI.



Vmanum dico,propter infirmitatem carnis vestræ. Sicut eñ exhibuistis membra vestra seruire immunditiæ & iniquitati ad iniquitatem,ita nunc exhibete membra vestra seruire iustitiæ in sanctificationem. Cum enim serui essetis peccati,liberi fuistis iustitiæ. Quem ergo fructum habuistis tunc in illis,in quibus nunc erubescitis? Nam finis illorum mors est. Nunc vero liberati à peccato,serui autem facti Deo,habetis fructum vestrum in sanctificationem,finem vero vitam æternam. Stipendia enim peccati,mors. Gratia autem Dei,vita æterna,In Christo Iesu domino nostro.

PRAEFATIO.



Vod si superioris dñicæ diei lectionem tenetis,& præsentem sine negocio intelligetis. Ne quis mortificationem carnis, saltem sitam esse in peccati fuga,somniet: hoc loco consequenter expressius docet, etiam ad veram mortificationẽ carnis,atq; adeo ad veram iustificationem,post mali declinationẽ, statim sequi oportere boni executionem. Sectio lectionis est: Primo seruitutis iustitiæ,puta operũ bonorũ,facilitatem ponit. Secundo ponit contrarium, nempe seruitutis culpæ grauitatem,maxime incommoditatem & exitium.

Humanum dico,propter infirmitatem carnis vestræ.

Humana, hoc ẽ, sensu nostro nõ maiora apostolus docuit

Attende diligentiam Apostoli. Quod, per Deũ,non persuadẽdi quærit argumentum? Sensus est: Vos q tincti estis,q Christo nomen dedistis,vestræ causa infirmitatis humanũ verbũ dicam. Humanum,hoc est, captu humano non maius. Excusatio nulla in posterũ vobis erit reliqui,si disciplinæ euangelicæ doctrinam non intellexeritis. Qui Dei mandata seruare volunt, intelligent. Cætera turba vale. Humanum hoc audiamus.

Sicut enim exhibuistis membra vestra seruire immunditiæ & iniquitati ad iniquitatem,ita nunc exhibete membra vestra seruire iustitiæ in sanctificationem.

Eiusdem est facilitatis,corpus aut vitĳs aut virtutibus assuefacere. Promisit se humanũ aliquid dicturũ. Humanum satis est, quod ait, membra nostra aut iustitiæ, aut iniustitiæ eadem facilitate nos attribuere posse. Sicut præstitistis membra vestra seruire immunditiæ & iniquitati,nec hoc vobis graue & molestum fuit:ita nũc porro, hoc est,post baptismum, eadem corporis mẽbra seruire iustitiæ faciatis. Vetus Adã, fateor,ab officĳs pietatis abhorret:sed spiritus Dei,quẽ accepistis,fortior est illo. Facite ergo,qui hactenus fuistis satellitiũ satanę,nunc Christo militetis. Origenes ait: Pedes vestri olim cucurrerunt ad diaboli musci-

Serũ: d[...] te a[...] [...] aut [...]

muscipulas: nūc porro ad sacras basilicas, vbi redēptio & libertas est, properetis. Prius trepidarūt ad sanguinis effusionem: nūc properent ad sanguinis liberationem. Manus vestræ antea erant extentæ ad sordes, quæstus, vsurā & rapinā: nunc easdem egeno & pauperi extendere mementote. Oculi vestri olim pleni adulterio: nūc Lazaron hulcerosum attendant. Aures vestrę detractoribus & lenonibus patuere: nunc Lazari voci patescant. Lingua vestra olim gladius acutus, nunc benedictiōis fiat vnguentum. Hoc renatos decet. Sed ecce tibi proh pudor, à baptismi sacramēto bis euadim⁹, q̄ antea fueramus, nocentiores. Datum est nobis corpus ad instrumentū iustitiæ Dei: nos vero ipsum in instrumentū vertim⁹ iniquitatū omnium. Par absumus, immo re ipsa exprimimus hæresin illam, quæ dicit, diabolū corporaliū omniū esse conditorē. Horrendū hoc dictu, sed horribilius longe est factu: hoc est, factis ipsis corpus ad diaboli seruitia mancipare, atq; ipsum corporis creatorē fateri, si nō verbo, certe facto. Quod ait hic, corpora nr̄a debere esse arma iustitię, alibi dicit ea esse templum Spiritus sancti, 1. Thess. 4. 2. Timo. 2. 1. Cor. 3. Vult ne templū hoc, meretricū fornicē faciamus, sed in omi castimonia purū custodiamus. Col. 3. in hunc sensum dicit: Mortificate mēbra vr̄a q̄ sunt terrestria, stuprū, immunditiā, mollitiē, concupiscentiā malam, & auaritiā, quæ est idolorum seruitus, propter quā venit ira Dei sup filios inobediētes. Membra ea exitiabilia oportet nos resecare, Matt. 5.

Diaboli creaturā q se fateātur ipsa re.

Cum enim serui essetis peccati, liberi fuistis iustitiæ.

Supra iam audiuimus, Apostolū opposuisse iniustitiā & iustitiā: hic opponit peccatū & iustitiā, vt clarum faciat, quid iustitiam esse velit, & vbi eam velit cōstitutam, in sola ne fide, an etiā bonis operibus. Mirū, nouos euangelicastros & apostolastros, q se tantopere de Pauli doctrina iactitant, tam nihil Pauli sapere. Sed valeant hæretici. Seruos & ancillas peccati atq; adeo iniustitiæ nos fuisse, Apostol⁹ ait, sub baptismū & agnitionē Christi. Dominus ille & domina peccatū, coegit nos ad faciēdum oīa quę voluit, hoc est, peccatum et scelera oīa, Ro. 1. 1. Cor. 5. 2. Co. 13. 2. Tim. 3. ad flagitia ea, quæ recenset dominus Mat. 15. Marc. 7. Iustitia nobis sorduit, liberi (vt ita dicā) illi eramus, nihil nobis & illi, qui duis illi p̄tulimus. Domina nostra fuit iniustitia, qua suadēte, importunum cum iustitia bellum gessimus. Vbi serui esse debebamus, liberi eram⁹: vbi liberos nos esse oportuit, ibi ser

Iustitia q̄ q̄ est operum.

uiuimus fœdissima omnium mancipia. Funesta illa seruitus, qua iustitiæ eramus liberi, nos merito stimulis agitet amaris. Et re uera execrabilis libertas, q̄ à seruitute Dei soluebamur, & diabolo addicebamur. Autoramentū talis dn̄i quod sit, nūc audiam⁹.

Quem ergo fructū habuistis tunc in illis, in quibus nunc erubescitis? Nam finis illorum, mors est.

Fructus & emolumentum laboris sui q̄sque quærit. Primum, nemo aera verberare sustinet. Piget quenq; vanitatis, etiam si aliqua spes lucri affulserit operis vani. Poeta ait:

Fructus peccati est erubescentia.

Pingue solum lassat, sed iuuat ipse labor.

In ipso labore, fructus operis lassatos operarios sapientes oblectat. Parmeno Terentianus indigne tulit, q̄ ab hero in arcem ablegaretur, nulla alia causa, nisi vt seruulo arcana sua celaret. Dicit ergo ille:

Aedepol næ meam herus operam deputat parui precij,
Qui ob rem nullam misit frustra, vbi totā desedi diem.

Vanitas mundi, seruitus vanitatum, & oīa vanitas. Fruct⁹ talis est seruitutis diaboli, q̄ putidulos, hoc est, se ipsos contemnentes, sibiq; graues faciat homines. Hoc habet infelix seruitus peccati in se, vt autorem pudefaciat. Pudor & pœnitentia, fructus peccati. Dixit ergo ille: Nō tanti emam pœnitere. Stipendium peccati, est æternū supplicium, mors, puta, secunda. Illic pudor, hic vermis conscientiæ & ignis gehennæ. Infelix, qui talem perfert dominum.

Nunc vero liberati à peccato, serui autem facti Deo, habetis fructū vestrum in sanctificationem, finem vero vitam æternam.

Audistis, quale ius in suos habeat iniquitas seruos. Nūc audite, quale ius in suos habeat iustitia. Nihil nobis nunc cum iniustitia, qui iustitiæ manum dedimus, manumissi ab illa. Non iam poterit nobis dominari, qa in baptismo nobis remissa: ibi mutilata, omne, in nos quod habuit, ius amisit. Gratia nobis ibi collata peccato resistendi & superandi. Noui euangelicastri attendāt hic, arbitrium fidelium non esse captiuum, sed iuxta communem sensum, liberū. Subtus te sit appetitus tuus, ait dominus Caino, & tu dominaberis illi, Genes. quarto. Nonne & nobis hoc dictum? Spiritus domini vbi est, ibi libertas. Vere liberi sunt, quos libertati vindicat filius. Verbum domini, verbū libertatis. Ecclesia Christi regina & regnum libertatis. Sumus ergo oēs fi-

Liberi sumus à peccato.

fideles & baptizati liberi, nec peccatũ cõtra nos prævalebit, nisi funesta deditiõe illi nos submiserimus. Fructus iniqtatis, est pudor & pœnitere: fructus iustitiæ, est sanctificatio, gaudiũ conscientiæ, spes. Denique item virtutis præmiũ est gloria: neq; em̃ tam vmbra corpus, q̃ gloria sectatur virtutẽ. Gloriam intellige non apud hoĩes solum, sed & gloriã bonæ conscientiæ, apud Deũ. Finis iustitiæ, est vita æterna, de qua Psalmista ait: Hęc porta dñi, iusti intrabunt in eam. Quis hunc dñm non præferat priori, cuius fructus infamia, & cuius finis mors?

Iustitiæ finis, vita æterna.

Stipendium enim peccati, mors: Gratia autem Dei, vita æterna, in Christo Iesu domino nostro.

Iterum præmissa declarat. Ethnici qua mercede seruiebamus olim diabolo? Quid laudis, qd præmij ex seruitio nobis cacodæmonis prouenit? Ministeriũ erat peccatũ, fructus erat infamia, finis erat mors & perditio æterna. Vnũ fermentũ, vnũ genimẽ: catenata hęc sibi semper cohęrent, aliud sine alijs non est. Perditio tua ex te o Israel. Nemo hic, quod excuset, habet. Aut enim peccatũ est voluntariũ, aut peccatũ nõ est. Taceãt ergo ranæ inquietę Lutherani euãgelistæ, q liberũ renatis negant esse arbitrium. Merces & autoramentũ datur illis, qui sponte sua strenue laborauerũt. Sed gloria regni cœlorũ maior est, q̃ vt nostro studio vel industriæ debeatur. Neq; item nostrum studium aut industria, sed Dei certa gratia laborat. Vnde teste Augustino, Deus suum opus in nobis coronat. Dicit ergo Apostolus hic, Charisma, & non opsonion. Donum Dei, ait, vita æterna. Donum item est, bonum opus quo iustificamur: donũ Dei est charitas, in qua manemus. Quid habes o homo, quod non acceperis? Si hic nihil habemus nisi acceptum, sequitur & futuram beatitudinem nos Dei gratia accepturos, ad eius gloriam. Quam illi adscribimus veraces & grati, per æterna secula. Amen.

DOMINICA POST TRINITATIS octaua, Romano. VIII.



Ebitores sumus, non carni, vt secundum carnem viuamus. Si enim secundum carnem vixeritis, moriemini: Si autem spiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis. Quicunque enim spiritu Dei aguntur, hi sunt filij Dei. Non enim accepistis spiritum seruitutis iterum in timore, sed accepistis spiritum adoptiõis filiorum Dei, in quo clamamus, Abba pater. Ipse enim spiritus testimonium reddit spiritui nostro, quòd sumus filij Dei. Si autem filij, & hæredes: hæredes quidem Dei, cohæredes autem Christi.

PRAEFATIO.



Niustitiæ nõ obæratos nos esse, sed iustitiæ, Apostoli verbis ecclesia mater nos monuit. Exhortatur nũc porro ad sedulã seruitutem iustitiæ eius, cui sumus mancipati. Duo pręcipue vtrinq; cõsideranda. Duo cõtraria sibi plana, spũs nimirum & caro. Duo hęc (mirũ) etiã in hoĩe vno luctantur. Vtriusq; æstimatio pẽdet ex vtraq; natiuitate. Quarũ quę in vnoquoq; hoĩe est p̃sentior, ea p̃dominat. Carnalis imperiosa, carni proxima, mundo affinis. Spũs vero Dei, spũ carnis & hui⁹ mũdi est fortior. Debitores ait Ap̃ls nos eẽ, vtiq; ad fugiendũ malũ & faciẽdũ bonũ. Spũs Dei opus est vtrũq;: sine spũs sancti gr̃a atq; adeo regenerationis sacramento, neutrũ possumus. Vide (vt hoc obiter admoneã) pessimã hæresin esse Retinctorũ, q ex charismatibus Dei mercedem, & baptismũ tanq̃ stipẽ nostri meriti faciũt. Nõ se accipere, sed aliqd sacro cõferre putãt. Fundamentũ salutis ponunt suas vires, non gr̃am baptismi. Nullo alio lauacro digni, nisi eo q̃d est extra ecclesiã. Videant qua traduce sint nati, Lutherana ne, an catholica. Sectio huius loci est: Primo ponit thesis, nos debitores esse Dei, atq; adeo sanctitatis, q̃m Deus sanctus est. Scdo p̃bat hoc ipsum ex cõminatiõe gehẽnæ. Tertio, idẽ probat ex promissione gloriæ. Quarto idipsum probat ex adoptione filiorũ Dei. Ipsum Apostolum nunc audiamus.

Anabaptistarũ pessimus error.

Debitores sumus nõ carni, vt secũdum carnẽ viuamus. Si em̃ secundũ carnem vixeritis, moriemini.

In hoc p̃senti capite Ap̃lus suprà pluribus vitã carnalẽ taxauit. Qui carnales sunt, ait, carnaliter sentiunt: q vero sp̃uales sunt, ea q̃ spũs sunt, curant &c. Carnaliter esse affectũ & carnaliter sentire, est peccare ad mor-

mortem.Spiritualiter & sentire & esse affectũ,est pie viuere ad pacem & salutẽ. Affectus(ait)carnis,mors est: affectus vero spiritus,vita & pax.Item,Affectus carnis,inimicitia est aduersus Deũ: nam legi Dei nõ subditur.Hæc oĩa hac præsenti lectiõe explicat,dicens, eos q spũ Dei ducuntur, esse filios Dei.Sensus est:Si spirit⁹ Dei in nobis est,seqtur nos esse spũales:profert eñ fructus spũs,Gala.5. Contrà,Spũs ille si nobis desit,carnales sumus.caro eñ carnales fructus edit,Gal.5.Monet Apostolus,vt videamus cuius debitores simus, Dei ne, an diaboli:spũs ne, an carnis. Caro nullũ in nos, q Christi spũm accepimus,habet imperiũ. Emancipati à carnis imperio, maiori dño sumus deuincti. Seruiant suæ dominæ Carni, q Chri spũ sunt vacui:nos satagam⁹,vt creditori & dño nr̃o respondeamus. Carni nihil debemus,1.Timo.6.Debemus oĩa illi,sine quo nihil est. Tanta eius erga nos sunt beneficia,vt etiam inutiles simus serui, vbi oĩa quæ nobis sunt p̃scripta, rite executi fuerimus.Dei siqdem (vt ait in hunc locum Theophylactus) in nos beneficia per gratiã conferũtur. Nostra vero benefacta, ex debito exigũtur.Ante baptismum, Adami veteris filij,peccato eram⁹ obnoxij: nũc Dei nomina sumus,Deo nos iam totos debemus.Quid sit,esse debitorem carnis,ipse Apostolus exponit,nẽpe secundum carnẽ viuere. Iudicis Dei sententiã aduersus eam vitam affert,nẽpe mortẽ,puta ęternam.Neq; enim hic Apostolus de carnis atq; adeo temporali morte loqtur. Qui peccauimus in Adamo veteri, carnaliter & tẽporaliter semel morimur,Gene.3. Ro.5. Qui vero p nos peccamus, æternæ mortis rei constituimur. Vide Apocalypsin Ioannis.Galat.5. Obserua & hic(q̃d suprà q̃q; semel atq; iterum adnotauim⁹)qd sit, esse vel carnalem, vel spiritualẽ.Opa argumentũ p̃bent. Verba Apostoli sunt:Manifesta sunt opera carnis, quæ sunt hæc: adulteriũ,scortatio,immunditia,lasciuia,simulacrorũ cultus,veneficiũ,inimicitiæ,lis,æmulationes,iræ, cõcertatiões,seditiões,sectæ, inuidiæ,cædes,ebrietates,comessationes,& hæc similia: de quibus p̃dico vobis,quẽadmodũ & prædixi,q̃ q talia agunt,regni Dei hæredes non erũt. Cõtrà,fructus spũs est, charitas,gaudium, pax,lenitas,benignitas,bonitas,fides,mansuetudo,tẽperãtia &c. Ex verbis hisce Apostoli qsq; sumat periculum, cuias sit,carnis ne,an spũs:diaboli ne,an Dei. Quod Apostolus hoc loco dicit,Moriemini:ad Galatas dicit,Regni Dei hæredes non erũt. Liquet ergo, Apostolũ hic loqui de morte secunda.Dei regnum enim non capessere,est ęternaliter mori.

Debitores sumus Dei.

Peccati venialis & æterna- lis pœna non eadẽ est.

Si enim spiritu facta carnis mortificaueritis,viuetis.

Facta siue opa carnis,vocat peccata, neq̃tiã & vitia. Suprà q̃q; ostẽdim⁹, opa carnis & facta corporis,eadẽ esse. Mortificãda ea oĩa. Mortificare vero, hic nihil aliud est,q̃ premere,suffocare,eradicare,atq; adeo plane delere,hoc est,omittere,ampli⁹ nõ peccare.Spũs, hic significat virtutẽ spũalẽ Dei opantis in nobis, hoc est, vitã carni aduersam. Viuere, nos intelligimus de vita æterna,quẽadmodũ etiã mortẽ de morte accipimus ęterna. Pulchra cõtrarietas. Si viuimus secũdũ carnẽ,moriemur: sin, viuem⁹. Obserua,Apl̃m nõ p̃cipe,vt nobis man⁹ inferam⁹, sed vt facta siue opa carnis, de qb⁹ Gal.5. interimamus. Sẽsus hic est: Morigeramini mihi,salubria iussa dabo:Ne vixeritis secũdũ carnẽ ad pudorẽ vr̃i,& ad æternã dãnationẽ.Excitate in vobis gratiã spũs sancti, & resistite carnis cõcupiscẽtijs, veteris,inquã,Adami, & bene erit vobis. Resistite diabolo, & fugiet à vobis. Dñet Spũs vr̃æ carni:cedat caro spũi: corporis imbecillitas,neq̃tia & malitia, det locũ gr̃æ. Absurdũ eñ esset,maiestatẽ tantã,tã putidæ et tã vili rei,carni nimirũ, cedere. Carnis neq̃tia emergi nõ potest,si bonis opibus & disciplinis assueuerimus.Pietatis officijs carnis facta mortificant. mortificationẽ eam Apl̃s Gal.5. vocat crucifixionem.Col.3.appellat deponere irã, indignationẽ,malitiã, maledicentiam, turpiloquentiam &c.

Spũs significatio ea q̃ carni ẽ aduersa.

Quicũq; enim spiritu Dei aguntur,hi sunt filij Dei.

Declarat hic, qd suprà dixerit de mortificatiõe corporis peccati,siue corporaliũ carnaliũve vitiorũ.Eam spũsanct⁹ in & p nos opari habet. illũ nos ferre oportet. ille eñ nisi nos agat,nihil agim⁹, & van⁹ est oĩs nr̃ conat⁹.p illũ primo peccati corpus supprimimus,vt à malo declinemus:p illũ itẽ spũ reuiuiscim⁹,vt bonũ p̃stem⁹.q̃d si fiat,iã spirituales sum⁹, & Dei filij appellamur. Sine tali Dei spũs ope, nemo se Dei esse dixerit. Vno spũ vt pr̃ & fili⁹ polleãt,necessum est. Filiũ seqtur sua p̃les. Qui pr̃is ingeniũ non refert,nothus est,nõ gnesius.Sic eñ ex diabolo esse conuincunt oẽs maleuoli. Vos, ait Seruator, ex pr̃e estis diabolo, q̃a Abrahę opa non facitis.Itẽ, Ego e cœlis veni,& vos loquelã meã non intelligitis. Obserua, Apl̃m hic nõ dicere,Qui spũm Dei habet: sed,q spũ Dei fert. Vides ergo, nõ sufficere fidelibus in baptismo spũm Dei accepisse. oportet eñ, vt etiã ducant ad declinãdum malũ,& faciendũ bonũ, ex fide in fidem, e claritate in claritatẽ, ita vt tractũ eũ spirit⁹

Spũs sanct⁹ si nos agat,spirituales sumus.

Spũm in baptismo accepisse nõ sufficit.

quisque sentiat, & mundus videat, & glorificet Deũ, Mat.5. Nõ ergo sufficit, spũm sanctum sibi in nobis habitationem pparasse, oportet vt in nobis sit efficax & præsens, opere nimirum, & non verbis. Regnũ Dei est sitũ in virtute. Cęterum etiã fides facit nos Dei vnigenitos, Ioan.1. Ro.3. Pacifici itẽ filij Dei vocant Matt.5. Sed si facultas nobis suppetat ad opera bona, & nos ea negligamus: iam videmus, nostrapte culpa gratiã Dei in nobis euanuisse. Fructus spũs & carnis, sunt in promptu Gal.5.

Non enim accepistis spiritum seruitutis iterum in timore, sed accepistis spiritũ adoptionis filiorũ Dei, in quo clamamus, Abba pater.

Apl's hoc loco spũs sancti in nobis op', crassiori (q̃d aiũt) Minerua explanat. Cohęret psens locus supiori. Per spm sanctũ sumus filij Dei. ducit em̃ nos ad pstandũ ea, q̃ Deus ex nobis reqrit: dein & hoc in nobis agit, ne q̃ de filiatiõe Dei dubitem'. Arrhabonẽ se nobis exhibet salutis ęternę. Spirit' ille Dei, non est vernilis siue seruilis, sed gñosus vere & liberalis. Fictionẽ itaque odit disciplinæ oẽm: officiũ itẽ q̃d rationabile nõ est, auersat, nec amat coactũ cultũ: vnde volũtarios, operosos, atque adeo veros facit Chrianos. Iudęos, p tẽporis ratione, formidine pœnę egit. nũc vero alia est ratio temporis: iã saltẽ locũ habet, Virtutis amore. Multũ differunt inter se seruus & filius: q̃d vel natura sic poscit. Quare ergo nos nõ referamus & exprimamus spũm adoptionis virtute grę Dei? natura clamitat q̃que proles ad genitorẽ suum, Pr: & gra nos clamam' ad patrẽ cœlestem, Abba pr. Natura q̃que filios parẽtũ mores facile facit imitari, q̃re ergo hoc nõ pstet in nobis gra? Si natura monet nos, spõte parẽtũ ferre iussa: merito, etiam vltro & gaudẽtes, pcepta Dei pris pstamus. De hac re idẽ Apl's pulchre itidẽ tractat Gal.4. Vide postillã nostrã in dñicam post natiuitatis Christi festum.

Spũs Dei est ipsũs libertatis.

Ipse em̃ spũs testimoniũ reddit spiritui nostro, q' sumus filij Dei.

Sine hoc interno teste spũ sancto paracleto, desperatio est qcqd in nobis est. Caro em̃ à tãta maiestate nõ abhorrescere nõ potest. Spũs Dei in nobis habitãs, dat nobis sensũ bonitatis Dei, dat se tãtæ adoptiõis grę pignus & arrã, dat testimoniũ nro spũi: vnde liquet, geminũ nrm de Deo esse testimonium. Interior nr homo (vt cũ scriptura ita loqr) de sacro adoptiõis, & de sacro incarnationis verbi, certior est factus. Vnde homo ille interior, exteriorẽ sæpenũero omni gñi suppliciorum exponit, fidei eius gra. Quicunque item in Christo pie viuunt, hoc faciunt, interiori hoĩe sese tali obedientia Dei filium ostendente. Sed homo ille interior, non per carnem & sanguinem, sed per spiritũ sanctum, certitudinem eam adoptiõis est consecutus. De varijs testimonijs Spiritus sancti, vide Dominica sexta post festũ Paschæ. Summa: Neque litera mortua scripturę, nos sine viuẽte illo certiores satis redderet doctore. Fragilior enim est, q̃ vt nos in tentationibus fulciat. Nec item vox doctorũ, sine suggestiõe spiritus veritatis, nobis satisfaceret: quia sine eius spiritus numine, nihil est in lumine. De testimonio cõscientiæ, vides Ro.2.9.

Spũs sanctus testatur nos esse Dei filios.

Si autem filij, & hęredes: hęredes quidẽ Dei, cohæredes aũt Christi.

Aliud ex alio sequitur. Hęres legitimus, paternorum bonorũ est possessor, idque ex asse. Patres enim filijs congregant. Si plures sunt hæredes legitimi, bona parentum concordes inter sese partiuntur. Nunc simulac in primogenito Mariæ, atque eodem vnigenito Dei, oẽs simus Dei filij: qd obstat, quo minus etiam hęredes Dei simus, et cohęredes Christi? Deus cœli, noster omnium per Christum est pater. Ad ipsum clamamus, Abba pater. Deus cœli, domin' est cœli: cœlũ, sedes & regia eius, aula eius, hæreditas eius. Nostrum ergo cœlum est hęreditario iure per Christũ Iesum, verum Deum & hominẽ. Primogenitus Dei & Mariæ, habet ius naturæ: nos, grã. Patris cœlestis tantum hic erga nos clementia abundat, filij Dei tantũ erga nos suos fratres pietas hic locum habet. nihil nostri hic meriti intercedit. Hic locuples & immensa Dei prædicanda est misericordia, hic extollenda maxima Dei in nos gratia. Hic sine negocio finem veteris testamenti cognoscimus, nempe vitã æternã. Fratres nos Christi esse vides Psal.21. Mat.28. Rom.8. Heb.2. De hæreditate æterna scriptum est Eph.1.5. Col.3. 1.Pe.1. Heb.9. Eia pie catholice, vide quantum Deo debeas patri cœlesti. Si Cæsar aliquis vel rex, vniuersi mundi dominus, te in filium adoptasset, teque hæredẽ ex asse reliquisset: quid, per Deum rogo, pstitisset? Quid est mundus? Nonne vanitas vanitatum? Sed si iam vanitatis hæredem quis rex aut Cæsar te cõstituat egenum & mẽdicum, tute non ibis inficias, nulla te vnquam ratione, Regis eius aut Cæsaris patris tui adoptiui clementiæ erga te, respondere posse: quæ, malum, ergo nostra socordia, qui clementię tantæ erga nos Dei optimi maximi, ne in minimo quidem respondere studemus? Silentio hic inuoluendum nõ est, quod hic sequitur: Si modo compa-

Hæredes sum' Dei & cohæredes Chr.

timur, vt & vnà glorificemur. Necessaria appendix illa, e suggesto fidelium ecclesiæ pronunciatur. Hic hæresi nouorum euangelicastrorum obsistitur. Præcedentia oĩa nos ad pietatem exhortantur. Maxime vero hic locus vrget. Nisi enim cõpatiamur, nihil est quod de baptismi nobis lauacro & de fide Christi placeamus. Compati, hic non solum accipiendum de supplicio martyrij, sed etiã de virginitate, quæ & ipsa supplicij genus est, de fuga huius seculi gloriæ, de ieiunio & omnibus disciplinis, est intelligendum. Prisci theologi, potissimum de pietate vitæ sunt interpretati. Si filij Dei sumus, quare sanctitatem non sequamur? Inique agimus, ait Ambrosius, si Deum, Abba pater, vocamus, & eius præcepta negligimus, vitam ab eius verbo discrepãtem ducimus. Sũma: Omnia bona exemplo Christi præstare, quiduis suppliciorum pro veritate & regno cœlorum æquiori animo ferre, operatur in nobis Spiritus sanctus, testificans ita nos Dei filios: cui sit laus & gloria per æterna secula. Amen.

Passionis omnium semper & coelorum consolatio.

DOMINICA IX. POST TRINITATIS, I. Corin. X.



Non simus concupiscentes malorũ, sicut & illi cõcupierunt. Neq; idololatræ efficiamini, sicut quidam ex ipsis, quemadmodũ scriptũ est: Sedit populus manducare & bibere, & surrexerunt ludere. Neq; fornicemur, sicut quidam ex ipsis fornicati sunt, & ceciderunt vna die vigintitria millia. Neque tentemus Christum, sicut quidam eorũ tentauerunt, & à serpentibus perierunt. Neq; murmuraueritis, sicut quidã eorũ murmurauerunt, & perierũt ab exterminatore. Hæc autẽ omia in figura cõtingebant illis. Scripta aũt sunt ad correptionẽ nostram, in q̃s fines seculorũ deuenerunt. Itaq; q se existimat stare, videat ne cadat. Tentatio vos non appræhendat nisi humana. Fidelis autem Deus est, qui nõ patietur vos tentari supra id quod potestis: sed faciet etiam cum tentatione prouentum, vt possitis sustinere.

PRAEFATIO.



Ex præmissa lectione liquet, fideles vehemẽti & assidua exhortatione opus habere. Neq; enim statim oĩa q̃ debemus, q̃ve credimus, p̃stamus. Noui hic euangelicastri si offendũtur, culpent Apl'm, non nos. Si statim fide eorũ in cœlũ euolãt, debito carnis soluto, nõ hoc illis inuidemus. Sed si in hæreticorũ Eunomij, Aetiani, Iouiniani, & aliorũ q solam fidẽ iustificare credentes, contra ecclesiæ professionẽ contenderũt, nullum castimoniæ esse meritũ, neq; abstinentiæ vllũ esse præmiũ, pares esse secundũ meritũ nuptias & castrationẽ pro regno cœlorũ, saturitatẽ et ieiunia, etc. in taliũ, inquã, hæreticorũ si fasciculos colligentur, atq; in ignẽ æternũ mittant, Apl'o suæ perditionis culpam adscribere non possunt. Nihil enim æque studiose facit Apl'us, q̃ q ad virtutes nos hortatur, & à vitijs absterret. In præsenti lectione alterũ agẽs, quoq; potissimũ vitia nobis prohibet. Primũ est malæ concupiscentiæ, secundũ est idololatriæ, tertium est scortationis: quartũ, tentationis eius q̃ Deus tentat: quintum, murmurationis cõtra Deum. Corinthij, frater, euãgelici, vere syncerum euãgelion audierũt, neq; enim apostolastrũ leuẽ, sed Apl'm grauissimũ doctorẽ habuerunt Paulũ: tamen p̃missorũ vitiorum eos hic vides notari. Vide tu, an tui apostolastri syncerius euãgelion habeãt: q̃d auditum, statim p̃fectionẽ iustitiæ ingeneret.

Fides nõ omnis ex charitate operatur.

Non simus cõcupiscentes malorum, sicut & illi concupierunt.

Gratiam Dei nequicquã etiã recipi, argumento sunt patres in deserto. Sed q gratiã Dei in vanũ recipiũt, impune hoc nõ fecerint. Qui longanimitatẽ Dei exasperant, merito eius rei suppliciũ Deo luent. Dicis nos esse in regno gratiæ? Ergo maiori supplicio sumus digni, nisi gratia ea rite vtamur. Hebr. 10. ait Apostolus: Si quis legem Mosis præuaricatur, eum oportet mori sine omni misericordia, sub testimonio duorum aut trium testium. Quãto grauiorem, putatis, pœnam ille meretur, q filium conculcat Dei, & sanguinẽ testamenti vanũ facit, quo sanctificatus est, & spiritum gratiæ flocci pẽdit? Quod p̃ribus fuit pœna temporalis, nobis typus est supplicij æterni. Nos mentem Dei & omnia mysteria regni cœlorum clarius nouimus, q̃ Iudæi: grauius ergo vapulabimus, si voluntatẽ Dei non facimus, Luc. XII. Maior nobis gr̃a conti-

Gr̃a Dei etiã neq̃quã recipitur.

Gr̃a abutẽtes, maiori supplicio sũt digni.

git, qua nisi rite vtamur, væ nobis, Hebr.6. Oleastri, & non oleæ, rami sumus. Insiti sine negocio, possumus rursus abijci, Ro.11. O nos felices, si illorum periculo cautiores reddamur: nam tametsi nõ simus sub lege, non tamen impune nobis pmittitur peccare. Mat.5. Chrianis mare rubrũ est baptismus. Pharao obrutis vndis, significat diabolum oppressum. Hieronymus dicit Pharaonem illũ nos celeriter insequi, sed in baptismo interire. Manna postea fouemur, Ioan. 6. potamur lympha, quã petra Chrs percussa fundit. Claritas agnitionis, instar columnæ igneæ, nobis apparet, in caliginosis tenebris huius mundi. Quod si post hæc oĩa delinqmus, pcepta Dei puaricãdo, grauioribus supplicijs dignos nos declaramus. Vide Hieronymũ super epl'am ad Corinthios. Annus pro die. Pœna Dei nõ dormitat. Videamus populi Israelitici præuaricationẽ. Antequã terra Chanaan potirentur, inter cætera multa etiã Deũ iritauerunt concupiscentia carniũ Aegyptiacarũ, & fastidio mannæ. Locus ille dictus est Kibroth ha Thaenah, hoc est, sepulchra cõcupiscentiarũ. Sic dictus, q culpa concupiscentię ibi à dño Deo percussi, sepulti sunt, Numer.11. Huius rei meminit Psalmographus psal.105. Itẽ psal.77. Manna spũale, nobis est Verbũ dñi. Exotica dogmata humanę sapiæ nobis sunt auersanda, Ephe.4. Hebræ.13. Hoc ipsum figura nos submonet spũaliter. Cæterũ secundũ literam, etiã admonemur tẽperantiæ & sobrietatis. Adã & Heua, gustato pomo fatali, e paradiso sunt deturbati. videamus, ne similia nos cõmittamus. De concupiscentiæ malæ crimine vide Gala.5. Col.3. 2. Timoth.2. In decalogo itẽ vitiũ hoc dãnatur, Exo.20. Primũ itaq; quod hic Apl'us memorat, est epithymia, quod malã significat concupiscentiã: alterũ de quo iam dicet, est idololatria.

Mare rubrum nobis est baptismus.

Concupiscẽtię crimen fidelibus fugiendum.

Neq; idololatrę efficiamini, sicut quidam ex ipsis, quemadmodũ scriptum est: Sedit populus manducare & bibere, & surrexerunt ludere.

Idololatrię crimẽ fugiendũ.

Quantum ad transgressionis culpã attinet, peccatũ idololatriæ pmitti meruit: sed concupiscentia & voluptas, huius criminis parens est certa. vnde etiam in ipsa idololatria præcipue ferbuit. Corinthij sedere in idolio, & vesci idolothytis, non sine periculo conscientiarũ. A specie mala sibi nõ cauerunt, putãtes (vt Ambrosius ait) parum referre, si Christiani nõ abstinerent manus atq; animum à rebus illis, quæ peccati speciem saltem præ se ferunt, aliàs licitis. Pietas vera, etiam aliquando licita omittit, ne aut scandalon alijs dent, aut sibi peccati occasionem pariant. Idola varia sunt in scriptura canonica prohibita: nempe creaturã colere, & loco Dei inuocare, Exo.20. Mat.4. In hoĩem fiduciam suam conijcere, Hie.17. Mammoni inseruire, 1. Cor.5. Ephe.5. Cœlio, hoc est, ventri indulgere, Phil.3. Verbo Dei non obtemperare, 1. Reg.15. Apl's hoc loco respicit in historiam Exod.32. vbi legis, Mose absente, vitulũ aureũ esse conflatum, atq; cultu prosecutũ, neq; hoc sine crapula, voluptate & leuitate. Sic ait Moses: Vaieseb ha Am leechol vesatho, Veiakymu letzahek, hoc est, Sedit populus ad manducandum & bibendum, & surrexerunt ludere. Hæc tria cacodæmonia sese identidẽ comitãtur. Crimina siqdem catenata sunt, & peccatũ peccatũ trudit. Hodie nõ attendimus, qd crapulæ adhæreat mali: non hic de vrbanitate, nõ de multiloquio, non deniq; de turpiloquẽtia dixero. Mũmãdi, saltandi, supbiendi, osculãdi, tangẽdi, bona si de potos mares & potas fœmellas in eodẽ gabato promiscue condormiendi, & hoc genus peccata, nostrates nobilitatis specimen esse ducunt. Si talia à plebe designarẽtur, ignẽ præ iracũdia euomerẽt. Væ mundo à scandalis. Omne malum ab optimatibus in Babylone nascitur. Ludere, hic compręhẽdit non modo iritamenta istęc & voluptates superbas, sed & omnẽ leuitatem & vanitatẽ comessationũ & pankettarum nobilistarum atq; plebeiarum. Seqtur tertium vitium pornia.

Idololatria.

Crapula, voluptas & leuitas, gemina vitia.

Ludere Mose ... vanitas.

Neq; fornicemur, sicut quidam ex ipsis fornicati sunt, & ceciderunt vna die vigintitria millia.

Apl'us vitia populi Israelitici in Pẽtateucho nõ indagat, neq; hic psequtur oĩa. crassiora saltẽ & potissimũ ea, quæ plaga maxima aliqua est secuta, profert. Peccatũ cõcupiscentiæ vt sit animaduersum, diximus autoritate Nume.11. Psal.105. Idololatriæ pœnam vides Exod.32. Tam Hebræi q̃ Græci dicunt, quatuor & viginti millia hoĩm, scortationis culpa cecidisse in deserto die vna. Apl'us minori numero maiorẽ cõpræhendit. Consilio Balaam scortatio ea est nata. Cuius, p Deũ oro, cõsilio effrenis illa scortatio, adeo hodie regnat in ecclesia? Non Zambri hodie sibi timet, Cosbi secura sese prostituit, cũ Phinees ipse Zambri decẽ sit libidinosior. Iustitia nostra, Iudæorũ iustitiam debet superare: sed ecce tibi, ethnicis omnibus sumus nequiores. Fornicatio simplex, hodie peccatũ non est. Non solũ ecclesiastico vinculo scortatores satanæ tradi debebant, sed & Cæsaris gladio plecti eos oportebat: nõ solũ cõcubinarius Missam legens,

Scortationis vitium vitandũ.

gens, sed & eius Missam audiēs, anathematizandus erat, sed ecce tibi, e fornice hodie ad sacra acceditur, vndiq; lupanaria ex ecclesiæ p̄diis facta esse cōspicamur: neq; hoc mirū est, qm̄ voluptas & cōcupiscētiarū crimen, pene virtutis noīe venditatur. Filij Heli Ophni & Phinees, ad barathra Epicurica nostratia collati, modici plane & rustici videbuntur: mirum ergo non est, idololatriæ varia genera, & scortationē, & cætera libidinis vitia, laxis adeo habenis oīa corrīpere. Vsq; adeo fornicatiōis crimen inualuit, vt etiā cætera libidinis vitia, stuprum, adulteriū, incestus, laudē hodie quodāmodo mereantur. Deniq; item ad vxores hodie ventū est. Si qs hodie libere contra ista vitia oīa dicere fuerit ausus, Rhenū illū accendisse, incendiariū execrabilē oībus inuisum videremus. Vnusq̄sq; propter scortationē vitandā, suā propriā vxorem habeat, & vnaquæq; suū maritū: Honorabile apud Deum & apud hoīes est coniugium & thalamus pudicus: Adulteros & scortatores iudicabit dn̄s, & hoc genus loca scripturę, somniū & fabula poetica habentur: vnde cōiicio, ecclesiā tandē reformandā per Enochum & Heliā. Contra scortatiōis vitium vides, qd memoriæ cōmendauerit S. Ignatius in ep̄la ad Trallianos. Dauid quoque Psal. 105. huius loci scortationē grauissime taxat, dicens: Initiati sunt Beelphegor, & comederunt sacrificia mortuoꝝ. Et iritauerunt eum in adinuentionibus suis, & multiplicata est in eis ruina. Et stetit Phinees & placauit, & cessauit quassatio. De idololatriæ crimine ibidē idē ait: Et immolauerūt filios suos & filias suas dæmoniis. Seqtur: Et iratus est furore dn̄s in populum suum, & abominatus est hæreditatem suam. Atq; hæc de vitio istoc. Sequitur quartū flagitium, nempe perasmus.

Libertas [illegible]

Neq; tentemus Christum, sicut quidam eorum tentauerunt, & à serpentibus perierunt.

Tentare Deum p̄hibemur.

Deuteron̄. 6. Matth. 4. prohibemur Deum tentare. Hic vides Chr̄um esse verum filium Dei, qm̄ & ipsum tentare prohibemur. Idem & Hieronymus colligit Nume. 14. vbi dicitur: Iam decies me tentauerunt. Moses quoq; dicit: Quare tentatis dn̄m? Tentarūt aūt dn̄m, dicendo: Est ne dn̄s inter nos, an non? Exo. 17. Ex hac tentatione locus ille, vbi hęc dixerūt, vocatꝰ est Massa, hoc est, tentatio. Dauid crimen hoc tentationis deplorat, Psal. 105. dicens: Tentauerunt dn̄m in deserto, Psal. 77. Tentauerūt altissimū, & in irā prouocauerunt eū. Psal. 94. inducit ipsum Deum, dicentē: Quadraginta annis offensus fui generationi huic, vbi tentauerunt me patres vestri. Nunquid parare poterit mensam in deserto? dicunt Numer. 21. Psal. 77. Hoc tantum ac tale crimen, per presteres est vindicatum, de qua re dictum est in dn̄icæ Trinitatis postilla, super Ioan. 3. De alio genere tentationis itē dictum est dn̄ica prima quadragesimalis obseruantiæ, Matth. 4. Exemplo Iudæoꝝ cautiores facti, tantum malum debuimus plane expunxisse, hoc est, fide stabiles facti esse debuimus. Tentare Christum, est fidei experimentum & miraculum aliquod petere, si non verbis, saltem cogitatibus. Sic Iudæi olim quærebāt signum de cœlo, &c. Hæc hactenus: sequitur vitium quartum, nempe gongysmus.

Tentatur Deus fidei defectu.

Neq; murmuraueritis, sicut quidam eorum murmurauerūt, & perierunt ab exterminatore.

Tentat fidei defectus. Murmurat impatientia.

Tentare & murmurare, idem non sunt, quanquam Ap̄lus, certa causa, supplicium serpentium ignitorum, ad tentationem referat, & Nume. 21. idipsum de murmuratoribus proferatur. Tentare, fidei venit defectu, spei nimirū paruitate. Murmur vero ex impatientia nascitur. Apostolus non ab re discrimen murmuris & tentationis fecit, quippe cum alterum quoq; suam pœnam expressam habeat, Numer. decimosexto. Querulus & impatiens semper fuit Israeliticus populus, vt vides Exodi decimoquinto, decimosexto, decimoseptimo, Numeri decimoquarto, Deuteronomij primo. Dauid quoque ait Psalmo centesimoquinto: Murmurauerūt in tabernaculis suis, & Dei vocē non audierunt. Christiani longissime ab istoc vitio debent abesse. Quod si & nos querulum populum eum imitemur, heu mihi, quæ nos manere credam supplicia? Sed nimium nimiumq; sumus imitati, atque etiamnum execrabiliter imitamur. Quid hodie noua est euangelizatio, nisi abominabile murmur & sacrilegium? Chore, Dathan & Abiron, illud excitauerunt murmur. Hoc, quod hodie totam inquietat & exercet Germaniam, doctorculi & magistelli, ne dicam apostatas & flagitiossimos, excitauerunt homines. Illi aduersus Mosen & Aaronem linguas soluerunt sacrilegas: nostrates hodie viuentibus cum defunctis insultāt. Bilingues & trilingues nostrates hodie sunt, vitiligatores sūnt, & inficiatores insignes, nō ferunt se beatoꝝ calumniatores dici: sed si beatoꝝ professionem nō culpant, qd sua non dānant exotica dogmata? Mētiat iniqtas sibi. valeāt hæretici.

Historiæ biblicę nō solū ad fidei, sed etiam morū iustificationem faciunt.

Tu qui beatis non derogas, lector catholice, hic vide, quo modo theologi ecclesiastici bibliorum historijs vti soleant, exēplo sancti Pauli & aliorum apostolorum ad institutionē bonorum morum. Vide an noui euangelici fratres historias eas, exemplo Pauli, ad cultum & disciplinas accurate satis citent. Apparent historiæ, quantū ad bonos mores, antiquatæ & obsoletæ, quas Moses conscripsit: sed recentes adhuc sunt per spm̄ sanctum, & tam mysteriorum, q̄ moraliū refertissimæ. Iustitia Abelis, Nohemi innocentia, probitas Loth, Abrahæ obedientia, Iosephi cōtinentia & erga frēs pietas, Mosis fidelitas & benignitas, Iosuę cor religiosum, Samuelis timor, quo Deū suū semper metuit, Dauidis fortitudo in tribulatione ferenda, Salomonis sapiētia in litibus cōponendis. S. Hieronymus ad Amandū, commendat Salomonē sapīæ, Dauida clementiæ, Iobē patiētiæ, Danielē mentis præsagę, Petrū fidei, Paulū æmulatiōis, Ioannē continentiæ siue virginitatis. Obseruatu dignū contra nouos apostolastros, q̄d Aplus hic modestissime dicit, Quidā eorum. Nostrates hodie, omnis sanctimoniæ, om̄is potentiæ miraculorum insignes sanctos patres, ad vnū om̄es præ suæ doctrinæ adeo synceræ & illibatæ amplitudine & claritate, nihil plane faciunt. Vsu aliqñ venit, vt Vallā atq; adeo Manichæum p̄dicent, nēpe vbi de libero arbitrio disputāt. Vbi cōtra diuorum gloriam, qua pro nobis intercedere credūtur, agūt, Vigilantiū magnifaciūt. Vbi transsubstantiationis eucharistias veritatē confutāt, Berengariū non errasse adfirmant. Cæterum oīs ecclesia illis perpetuo errauit. Nō ignoramus (vt ad Apostolum reuertamur) affirmatiuam dictionem, Omnis, non semper ad totum, sed ad partem etiā referri, secundum regulam theologorum, quam Hieronymus ponit in libello ad Damasum papam. Dominus Iesus blasphemos hæreticos cum beatis in gratiam redire, aut si hoc in fatis non est, pudefieri faciat: ad veritatis orthodoxæ, quæ ipsius est, gloriam, & ad ecclesiæ pacem, Amen.

Modestia apostoli Pauli.

DOMINICA POST TRINITATIS decima, I. Corin XII.



Citis quoniā cū gentes essetis, ad simulacra muta, prout ducebamini, euntes. Ideo notum vobis facio, quòd nemo in spiritu Dei loquens, dicit anathema Iesu. Et nemo potest dicere, dominus Iesus, nisi in spiritu sancto. Diuisiones vero gratiarum sunt, idem autem spiritus. Et diuisiones ministrationum sunt, idem autem dominus. Et diuisiones operationum sunt, idem vero Deus, qui operatur omnia in omnibus. Vnicuiq; autem datur manifestatio spiritus ad vtilitatem. Alij quidem per spiritum datur sermo sapientiæ, alij autem sermo scientiæ, secundum eundem spiritum, alteri fides in eodem spiritu, alij gratia sanitatum in vno spiritu, alij operatio virtutum, alij prophetia, alij discretio spirituum, alij genera linguarum, alij interpretatio sermonum. Hæc autem omnia operatur vnus atq; idem spiritus, diuidens singulis prout vult.

PRAEFATIO.

Christianos in scientia rerū spūalium excelliētes esse decet.



Ectio istæc diui Pauli excellentiam nobis commendat, intelligentiam excellentiā sciētię rerum spiritualium, in qbus etiam nos excellentes esse cōuenit. Chriani sunt sacerdotium sanctum & genus regium: nihil ergo illis arridet humile, mundū & omnem huius seculi gloriā fastidiunt. Sed hoc non habēt natura. Sunt em̄ excellentia ea, quæ Chrianos oblectant, omnia dona sancti spiritus. Talibus donis Deus suam ecclesiam semper exornat, varietate nimirum circūamictā reginā, & in colore auri à tergo renidentē columbam. Cui hic neq; seminatur neq; metitur, ecclesiæ non est, etiam si se & euāgelicum, & apostolicum, & angelicum, deniq; & ter Chrianum, appellitet. Dissuasit Apostolus in supioris dñicæ diei lectiōe carnalem vitam: nunc ostendit spūalis vitæ opulentias, spūs sancti nimirū virtutem, nusquam nisi in ecclesia efficacem. Sectiq est: Primo ostendit, diabolum esse vastatorē oīs boni. Secundo ostendit, Spm̄ sanctū autorē om̄is boni, cōtra hereticos, dicētes Deum

Deum facere malum. Tertio multiplicem bonorum spiritus sancti diuisionem recen set. Quarto diuisionem eam multiplicem spiritus sancti bonorum explicat.

De spiritualibus autem nolo vos ignorare.

Pneumatica, hoc est, spūalia, nos Apostolus vult scire. Sarcica, hoc est, carnalia, vana, nemo nescit. Ea quæ sciſſe nos refert, nescire volumus: & ea quę tuto nesciuntur, nescire nolumus. Ignorantia culpabilis est, salubria nescire, 1. Cor. 10. 1. Thessa. 4. Culpatur dānaturq; talis ignauia, 1. Cor. 14. Io annis tertio, 1. Corinth. 15.

Scitis, quoniam cum gentes esse tis, ad simulacra muta, prout duce bamini, euntes.

Apostolus, priusquam pneumatica inci piat recensere, Corinthijs idololatriæ crimen obijcit, atq; plenus spiritu, cum illis expostulat, nō vt pudefaciat, nisi ad pœniten tiam. Talis dolor ipsi Apostolo quoq; pro batur, quippe cum pertingat ad satisfactio nem, atq; adeo tanti mali expurgationem. Quàm bene apostolica ea obiurgatio ceci dit? nūc erubescimus de fœda ea maiorum nostrorum idololatria. Ephesijs itidē idem scelus improperat, cap. 2. Romanis item exprobrat, Deum agnitū non coluisse, capite primo. Vtinam hoc tantum flagitium etiam nobis quoq; hodie nemo possit obijcere. Idola aphona, hoc est, idola muta, at q adeo vana adorare, magni est criminis: sed Deum verum agnitum non glorificare, nō minoris est culpę. Tradidit Deus Romanos in reprobam mentem, vt etiam ea quæ naturæ contraria sunt, patrarent. Sed quota fuit eorum agnitio, collata claritati euangelicę? quid ergo nos manet supplicij, qui in Dei glorificatiōe adeo tepemus? Immo etiam, si dissimulare non volumus, vide mus & nos in reprobam mentem abijsse, & non minus naturæ factos esse execrabiles, quàm Romanos illos priscos. Sed ad idola. Oculos habuerunt, & non viderunt: aures habuerunt, & non audierunt: pedes habuerunt, & ingredi non potuerūt, Psal. 115. 134. Horrendum hoc. Sed & hoc magis est hor rendū, quod ibidem est: Similes fiant omes qui confidunt in eis. Idola idem propheta vocat diabolos, Psalmo 95. Heu bone Deus, si dij gentium sunt dæmonia, quanta est eorum noxa, q deos eos adorant? Esaias à ca. 40. vsq; ad 46. totus est in huius cri minis atrocitate iudicanda. Idolum nihil est, sic & dololatræ in nihilum rediguntur, hoc est, Dei spūs extorres fiunt, adeo vt pręstaret illis, in nihilū cū alijs brutis & irrationabilibus creaturis redigi posse. Nonne in nihilum redactus esse putandus est, q diabolo est mancipatus? Quis non etiamnum abhorrescat, audiēs miseros homines olim adeo diaboli illusionibus fuisse vexatos? Et quis est qui eam miseriam satis possit deflere? Ioannes Chrysostomus, non nihil eius rei attigit, in exemplo Pythiæ mulieris in Apollinis tripode. Apostolus hoc verbum Græcum, ago, duplicat: nec id sine causa. Nunc q̄ e tanto errore simus vindicati, debebamus dn̄m Deum hoc studiosi⁹ glorificare, memores parabolę, in qua nobis com minatur Chrus, dicens, diabolum, vbi pristinam domum rursus occupare incipiat, postremum malum priori longe facere no cētius. Idololatria est, qdqd verbo pugnat dn̄ico, Exo. 20. Viderint oculi ecclesiæ, viderint capita ecclesiæ, cacoethes ne vulgare idololatriæ aliqd sapiat. Qua in re si negligentes sunt, Deo idololatriæ fautores iu dicandi venient. Viderint quę Dei syncera gloria esse possit, si verbum eius scripturæ canonicæ qbuslibet constitutionibus posthabeatur, & cedere cogatur.

Idola mu ta vocan tur.

Idolū vt nihil est, sic & idololatræ in nihilū rediguntur.

Idololatria est qcqd verbo Dei pugnat.

Ideo notum vobis facio, q̄ nemo in spiritu Dei loquens, dicit anathe ma Iesu. Et nemo potest dicere, dominus Iesus, nisi in spiritu sancto.

Fortassis Corinthij, cui deferrent, igno rauerunt. Dubium illud Apostolus hoc loco tollit, certam spirituum discernendorum ponens regulam, nempe eam: Neminem in spiritu Dei loquentem, anathema Iesu dicere. Anathema Iesu dicere, est Christum filium Dei negare. Ex hac regula pro pendet etiam, pacem Christi perturbare, hæreses inducere, &c. Fac Plato eloquens, & Aristoteles disputans, hæreticus aliquis existat: si Christi pacem conturbare instet, diabolus tibi habeat. Quid q̄ Antichristus etiā miracula faciet? Nunqd ergo recipien dus? Haud quaquam, quoniam caput ille futurus est omnium hæreticorum, quemad modum catholicorum Christus. Correpti etiam maligno spiritu, futura prænunciāt. Non ergo statim veritatis laude sunt coho nestandi, quia neque ad Christi gloriam, neque ad ecclesiæ, quæ Christi corpus est, pacem hoc faciunt. Contrà qui syncere Christum filium Dei confitentur ad pacem catholicā, hoc est, cætera q̄ catholica sunt, non in dubium vocantes, spiritu Iesu locutos esse manifestissimum est, Romanorum decimo, Matthæi decimosexto. Qui spū Dei pollet, spiritus sancti instinctu loquitur: eius instinctu q loquit, neq; Chrm ana thematizat, neq; ecclesiā cōturbat. Horrendum

Regula discernen dorū doctorum.

Hoīem Ie sum anathematizare, hor rendū est dictu.

dum dictu est, Iesum filium Dei benedicti, hominē posse anathematizare: sed mundus qui in maligno positus est, talia facit. Nonne hoc Iudæi identidē faciunt & Turcæ? Sed & multi Chriani filij Belial, nonne & illi Christum, quantum in ipsis est, subinde rursus crucifigũt? Vide vtrum sit grauius, Chrm anathematizare, an rursum crucifigere. Non crucifigunt solum, sed & instar Iudæ Schariotidis produnt, qcunq; veritatem aut obscurant, aut hæresion inuolucris implicant, & errores exoticorum dogmaton aut cōminiscũtur, aut defendunt. Breuiter, spũs malign⁹ dicit Chrm Herem siue anathema. Spũs vero sanctus Chrm dicit esse Adonai. Anathema qd sit, alibi dicetur, Malac.4. Roma.9.1. Corint.6. Gala.1.

Diabolus q̃ virtute Iesum vocaucrit filium Dei.

Ioannes Chrysostomus soluit hic quęstionem, vnde etiam malignus spũs Christum quoq; filium Dei sit confessus, Mar.1. Apocaly.16. dicens nō hoc fecisse cacodæmonas voluntate propria & spũs sancti gratia, sed eius potentia, non ductos, sed coactos. Theophylactus addit etiam eos, q per nomen Iesu miracula ediderunt, Christũ vero imitari supersederunt aut dedignati sunt, neq; eos sine spũs sancti potentia miracula in nomine Iesu edidisse, quanquam præcipue Christi gloriam non quærerent, Marci nono.

Diuisiones vero gratiarum sunt, idem autem spiritus. Et diuisiones ministrationum sunt, idem autē dominus. Et diuisiones operationum sunt, idem vero Deus, qui operatur omnia in omnibus.

Regulæ discernendæ ecclesiæ vnicæ & veræ.

Docuit, neminem in spũ sancto anathema dño Iesu dicere posse, puta puro corde, synceréq; ad ædificandā pacē catholicam & fidem. Occasione ex relatione ea accepta, vnitatem veritatemq; ecclesiæ ex vnico Dei spũ æstimari posse & oportere, addit. Vnica est ecclesia, qm̃ & vnus est Deus. In ecclesia saltem doctrinæ & administrationis sacramentorum veritas est, qa vnitati promissus spũs veritatis. Sensus huius loci est: Nemo miretur, quod dixi, spũ sancto fieri, si quis dñm Iesum dixerit & confiteatur &c. cum pluria eius spũs dona, in ecclesia eius quotidie videatis. Nihil enim in ecclesia fit boni, quod ille non perficiat. Tam doctrina, quàm pia vita, spiritui sancto referenda accepta. Vtrũq; em̃ veritas est, ad spiritũ veritatis pertinens. Alterum de doctrina, vides Matth.10. 2. Reg.23. Alterum de operibus, vides in ep̃la præsenti. Obserua, tria hic spiritui sancto, vnde etiā S. Tria

Spũi sancto Apostol⁹ tria, vnde san

dis accipi potest agnitio, tribui. Primũ charismata, hoc est, dona gratuita, Dei sola nobis gratia collata. Non te offendat numerus pluralitatis donorum cœlestium. Neque enim statim seqtur, Spm̃ sanctum esse varium, quòd eius varia sunt charismata. Non plures spiritus sancti, sed vnus: neque item plures dij, sed vnus est Deus. Per donorum varietatem, eiusdem vnius Dei declaratur potentia. Per personarum distinctionem & proprietatem, potentia, sapientia, & bonitas eiusdem vnius numinis explicatur. Fructus spũs sancti varij sunt, vt vides Gala.5. Dona quoq; varia esse vides Ephesiorum 4. Secundum donum spiritus sancti, est Diaconiæ, hoc est, munera & partes dispensandi mysteria Dei, de quibus etiam vides Ephe.4. Hic obserua, spm̃ sanctum operari in officio sacerdotali, idq; in ecclesia saltem. Vnus spiritus est: nō est simul in sectis hæreticorum, siue inter schismaticos & catholicos. Vnus est: diuersitate fidei sibi pugnantes, vnitatem prodentes, nō nouit, immo auersatur. Spiritus veritatis est: doctrinam, quam semel certam docuit, & miraculorũ claritate, vitæq; sanctitate approbauit, reuocare non potest. Nihil ergo in sectarum conuenticulis esse poterit, nisi spũs erroris, spũs malignus. Hic etiam obseruabis, certum periculum dinoscendi spũs sancti, nimirum sensus vnitatē. Tot ecclesias, tantis locorum & temporum interuallis sibi distātes, docuit vnus spũs sanctus, paracletus, spũs veritatis. Consentiũt ergo sibi ecclesię vniuersæ. Hæresis vero iam nata, instar hominum ex dentibus serpentinis natorum, sese ipsam conficit, belua tricorpor Chimæra, Scylla latrantium iguine monstrorum. Tertium donum spiritus sancti, de quo hic agitur, dicitur energema, sed hic in plurali positum energemata: hoc est, efficacia omnigenum operationum, tam miraculorum & prophetiarũ, quàm doctrinæ & sacramentorum administrationis: deniq; etiam veræ religionis & meritorum, iustificationis pura & præmij regni cœlorum. Nisi enim paracletus ille spũs, vnctio diuina, verus Deus, merito sangninis Christi nostra opa bona liniat, atq; adipata reddat: sterilis & vana, fallax & perniciosa non esse non poterit religio ea omnis, quam sibi mentitur virtus humana. Christianorum variæ sunt operationes & vocationes. etiam aliorum religio plus habet meriti & virtutum. gratia apud alios efficacior est. nam & alij alijs firmius credunt, alij alijs vehemētius amore flagrant. Sed vnus est & idē spũs sanctus, q in alijs minus, in alijs plus opatur. Nemo ergo, q vere catholicus est, spũq; Dei pollet, frēm suũ, sibi donis spũalibus imparem, sper-

spernit, sed in minimo dono præsentiam spũs sancti agnoscit & veretur. Hæreticos ergo insolescentes suis linguis & scientijs, vides gratiæ spũs sancti plane esse immunes & vacuos, extorres ecclesiæ & hostes pietatis veræ, q etiam diuis derogant, nedum mortalibus qbuscunq;. Sanctæ Trinitatis mysterium, quod dixi, in hisce tribus spũs sancti donis perspicit. Proprietati personali tribuitur aliqd speciatim. Spũi sancto paracleto tribuit charismata, filio diaconias, patri energemata. Primo charismatis opus habemus, dein dispensatiõe, si hæc adsunt, non aberit energia. Chrysostomus, Theophylactus, Hieronymus, Ambrosius, Sedulius, hic S. Trinitatis argumentũ inuenerunt. S. Hieronymus etiã hoc contra Arrianos admodũ vrget, q hic spũs sancti adumbratio præponitur. Ne qs putet, aliqd in sancta Trinitate esse posterius aut prius, maius aut minus.

S. Trinitas expressio.

Vnicuiq; autem datur manifestatio spiritus ad vtilitatem.

Dona spiritus sancti nõ sũt supprimenda.

Sic se habet res de donis spũs sancti iam enumeratis. Non vult sua dona supprimi spũs sanctus. Adeo sunt sacrosancta, vt supprimi non debeant. Si qs aliqd Dei donorum habeat, quidqd id est, haudquaquam celauerit, immo fructificare conabitur. Nemo eñ accensam candelam sub chœnicem abscondit. Roma. 12. Multa sunt corporis membra, quorũ nullum sibipsi viuit: sic etiam q Chri corporis est membrum, opere spũs sancti tali corpori immissus, nõ sibi, sed vniuersitati vixerit membrorum Chri. Erumpit, & se prodit spũs sancti veritas. delitescere neqt virtus. sterilis esse non potest fœcũditas. Vnde præsentia spũs sancti nusquam, nisi in operibus, periclitari poterit. Manifestationem eam Apostolus hic vocat phaneresin, hoc est, elucidationem, quia in ecclesia illucescere vult, & non celare sua dona. Frustrant̃ sua spe, q sibi spm̃ sanctum pollicẽtur, nisi totum mundũ habeant teste. Arbor ex fructibus iudicatur. Spũs sanctus inuisibilis est. fallitur, q eius sibi præsentiam pollicetur, nisi energia eius in bonis operibus sese elucidet. Non hic dicitur, Vnicuiq; dari spm̃, sed manifestationem spũs. q. d. Spũs non adest, vbi cessatur & vbi acedia regnat. Apparitionem hanc Chrysostomus vocat sensibile quoddam indicium, quo spũs sanctus in hoïe sese manifestat atque declarat.

Spũs sancti manifestatio datur vnicuiq;.

Alij quidem per spiritum datur sermo sapientiæ.

Dona spiritus sancti.

Catalogũ donorũ spũs sancti Apl's iam prosequtur. Dona ea Dei spũs, Hieronymus Stridonẽsis rite & sancte vocat manubias Chri. Alia sunt, q̃ ea q̃ recẽset Esaias ca. 11. Itẽ alia, q̃ ea quæ idẽ Apl's vocat fruct⁹ spũs. Gala. 5. Vides dona spũs sancti, esse immẽsa atq; infinita: qm̃ spũi sancto adscribendum est, qdqd donorũ ecclesia habet. Primũ donũ, hic vocat sermonẽ sapiẽ: nõ solũ sapiam, vt ẽ apud Esaiã, sed sapiẽ donũ. Maximũ oĩm donũ, quod nõ ab re in caput donorũ spũs sancti ponit̃, est prophetia, hoc est, interp̃tatio scripturarũ, doctrina sana, donũ concionãdi, 1. Cor. 3. & 14. Sapientiã Dei nemo nescit maximũ esse donũ: sed eã posse aliorũ aĩabus ingerere & ingenerare, longe p̃stantius est. Nõ est opus hic charitatem eximere, cũ nemo sit q nesciat charitatem Deũ esse, & nõ simpliciter donũ. Quantum ad prophetiæ donũ attinet, Apl's vult nos quærere, vt in eo excellamus. De interpretatiõis excellẽtia habes 1. Cor. 14. De sapientia ipsa habes Colo. 1. Sapia ea de qua hic agitur, Salomonis donũ longe superat. S. Ioãnes fulminis fili⁹, & Apl's vas electionis, cum alijs aplis & euangelistis, sapientiã eã habuerũt. Potissimũ illi duo hac claruerunt, teste Chrysostomo. Euãgelicastri noui postillatores, extorres grẽ spũs sancti sese ipsos declarãt: postillatorũ siqdem postillarij sunt. Magnũ opus postillæ Lutheranæ, Flori Lutherani in tot postillulas redigunt, cõmendant eas memoriæ postillarij Prædicantes, & sic cõcionando postillant, non prophetãt. Neq; itẽ sermonẽ sapiẽ administrant alij, q operis maioris lectores sese faciunt. Satis doctus & oĩbus perfectionis numeris absolutus est, q maius opus postillæ, vel Germanice scriptũ, legere potest. O tempora, o mores.

Sũt manubiæ Christi.

Prophetia maximũ omnium donorum spũs sancti.

Sapientia Dei Ioannes euan. & Paulus claruerũt.

Alij autem sermo scientiæ, secundum eundem spiritum.

Doctũ esse, & pluriũ artium linguarumq; experientiam habere, non mediocre donum est spũs sancti. Maius vero donũ est, grã docendi. Scientia ea de qua hic agitur, est sacræ theologiæ nosse schemata & interpretandi regulas. Theologiæ pedissequæ sunt item omnes aliæ artes liberales, literæq; seculares. Vnde etiam donum sunt spũs sancti. Eas vero ad ædificationem ecclesiæ rite collocare, sermo hic vocatur scientiæ. Neq; eñ omnes docendi habent gratiam, q ipsam tenẽt sapientiam.

Sermo scientiæ.

Alteri fides in eodem spiritu.

Chrysostomus, Theophylactus & Hieronymus, hunc locũ nõ accipiũt de fide p̃fessionis siue doctrinæ, quæ theologica dicitur virtus, sed de dono edendorũ miraculorum, quo per fidem etiam montes eradicati, in mare mittuntur, Matth. 17. Lucæ 17.

Fides est miraculorum edendorum & professionis.

Chry

Chrysostomus fidem hanc vocat matrem miraculoꝝ. Fides itē quæ professionis est, oīm est baptizatoꝝ. Apostolū ergo liquet de ea hic non loqui. Mar.16. illa fides miraculorum, diu post ipsoꝝ apostoloꝝ tempora viguit in ecclesia. Vnde miracula ea, quę apud sanctoꝝ martyrum monumēta sunt facta, diabolo adscribere, Arrianum est, nō Christianū. Vide Ambrosium sermone de S. Geruasio & Prothasio &c. Fides etiam ea, de qua hic dicitur, potest esse eius in quo miracula fiunt. Exemplum vides Acto.14.

Aliꝭ gratia sanitatum in eodem spiritu.

Gr̄a sanitatum corporalium cessante, tenet adhuc cura animarū.

Hæc proprie intellige de curatiōis morborum gratia, de qua ait: Super ægros manus imponent, & bene habebūt. Marc.16. Apud eundem euangelistam legis de oleo sacramentali, cap.6. Item de eodem dicitur Iacobi vlt. Non sunt iamata ecclesię, Iudęorum & ethnicoꝝ, eadem. Ecclesia vtitur apostolicis, immo Christi iatricis, ad curā animarū. Satis eñ miraculis fides professionis est confirmata. Portentum est, q̄ nunc post tot miracula miraculum quærit, vt ait sanctus Augustinus. De hac cura qua hodie vtitur ecclesia, ait. Psal.6. Sana me. Item, Sana animā meam. Item, Misit verbū suum, & sanauit eos. Item, Sanat eos qui contrito sunt corde.

Aliꝭ operatio virtutum.

Vtrunq; donū hic complectitur, portentorum nimirum, qua montes transferuntur, & sanatiōis miraculoꝝ. Necessaria adiectio, vt scias vnde talia fiant. Virtus vtriusq;, est Dei, Matth.7. Marc.6. Luc.10.19. Acto.2.19. Virtus ea est digitus Dei, spūs sanctus, Luc.1.14. Exēpla vtriusq; pete ex lib. Act. apostoloꝝ. Eijcere spūs malignos, tam ad portentorū, quàm ad miraculoꝝ, referre poteris virtutem.

Aliꝭ prophetia.

Fuerunt olim in ecclesia prophetę, Agabus, filiæ Philippi diaconi. Fuerunt etiam ab apostoloꝝ tempore vsq; in hunc diem prophetæ. Paucis retro seculis floruit Hildegardis, & pleriq; aliꝭ, qui tristem horum tempoꝝ ecclesiæ statum præsago spū præsignauerunt. Faxit Deus, nos sic geramus, vt in pristinū decus oīa redigamus. Poteris etiā hic intelligere donū interp̄tatiōis. Obserua, Apostolum subinde repetere, per eundē spm̄: ne quis glorietur in donis, tanquam à seipso hæc habeat.

Aliꝭ discretio spirituum.

Spiritus probandi.

Si nullus esset malignus spiritus, mille artifex, imponendis & dementandis hominibus aptus, nequidquā apostolus moneret, vt spiritus probemus num ex Deo sint, 1. Ioan.4. Seruator quoq; ait: Attendite vobis à falsis prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ouium, Mat.7. Artifex nouit vera falsis remiscere, fel melle oblinere, litera scripturæ varias hæreses venditare. Antichristus quoque ipse, satanæ arte pollens, magna ī ecclesia erit calamitas. Satanæ tali imposturæ nemo resistere poterit, citra singularem Dei gr̄am. Tēpore eo quō sues & porci potissimū regnat, quo paterfamiliàs dormitat, illusio istęc efficax est, 1. Timo.2. 2. Timo.3. Spūalis omnia iudicat, 1. Cor.2. Sed spiritualis non ex verbis, sed ex tota vita est æstimandus.

Aliꝭ genera linguarum.

Exemplum huius vides Actorū 2.10. Marc.16. Donū hoc in ecclesia primitiua non fuit infrequens: ea nimirū ratione, qua & miracula frequenrer fiebant, puta, propter infideles. Fuerunt etiam in ecclesia, qui studio, sed non citra gratiam Dei, linguaꝝ peritia nobilitati sunt. Hodie q̄q; egregie in ecclesia græcizat & hebraizat, q̄d vtinā in pacē ecclesiæ fiat. Scientia inflat. Vnde etiā ingrati Deo, tanto dono contra ipsum spiritū sanctū hodie videmus abuti linguarum peritiam habentes. Aduersus spm̄ sanctum dono tali vtuntur, qui se tantopere extollunt, & priscos, quoꝝ vix vmbram assecuti sunt, præ se contemnunt omnes. Iniustitiæ nostræ crimine hoc nobis accidit, Esa.59. Non ab re in ecclesiæ plenitudine, vbi sensus cōmunis ab oīibus erat satis receptus, donum hoc cessauit, quod etiam sequentia declarant.

Aliꝭ interpretatio sermonum.

Eadem fere est cum superiori Dei donatio. Posterior ab Apostolo ponitur, contra sciolos eos, linguarū experientiæ summam veritatis tribuentes. Sensui communi adhærere tutius est, quàm oēs linguas callere. Prisci hæretici oēs, aut Hebræi fuerunt, aut Græci: nec tamen linguarū maiestate veritatis consecuti sunt scientiam. Linguis loqui & linguis scribere, est linguarū idiomata siue dialectos intelligere. Sed prę ter hoc requiritur etiā donum linguarum interpretandarū, doctrinę puta. Huic dono seruiunt scholæ liberalium artium, quæ vtinam à nostris rite instituantur. Docendi donum hoc, paruulum quidem est respectu aliorum, non tamen spernendum, sed oīi studio huic inuigilandum: quō eñ ad sensus ipsius profunditatē peruenias, nisi prius proprietatem linguarum intelligas.

Hæc aūt oīa operat̄ vnus atq; idē spūs, diuidēs singulis prout vult.

Con

Confirmat hic atq; declarat hoc, quod suprà in capite huius lectionis de diuisione charismaton dixit. Spiritus vnus, ait, operatur omia. Suprà quoq; dixit, Deū omia facere solū. Vnitatem deitatis atq; adeo ecclesiæ, nobis hisce verbis commendat. Sanctæ Trinitatis opera eadem sunt, quia Deus natura est vnus: quia neq; plures sunt spūs sancti, quanuis varia eius sint charismata. Regnum itidem vnius Dei, vnicum vt sit, necessum est. Ex Deo est ecclesia, à Deo est ita dotata, ecclesiam sibi ornauit tanquā sponsam, psal. 44. Apoca. 21. Quare autē hoc? Ad vnitatis ecclesiæ ædificationem, non in destructionem. neq; eñ dissidij autor est Deus. Vide Ambrosiū. Ethnici ecclesiam olim riserunt, tanquā ignauam: synagoga quoq;, secundum typum Isaac & Ismaelis, ecclesiæ insultauit, se bonorum operum fœcundam iactitans. sed ecce tibi quantus sit thesaurus ecclesiæ, ecce quanta sit fœcunditas. Fateor spūalium bonorum thesaurū hodie in ecclesia adeo pręclarum non esse. Sed vnitas ecclesiam triumphantem & militantē non patitur vlla ratione distrahi. sic quoq; militans hodierna, opulenta est vel bonis diuorū, qui sunt triumphans ecclesia. Faxit Deus, rursus in se q̃q;, vt olim, locuples fiat, ad ædificationē sui, & ad gloriā omnipotentis Dei. Amen.

DOMINICA XI. POST TRINItatis, I. Corinth. XV.



Otum vobis facio euangelium, quod prædicaui vobis, quod & accepistis, in quo & statis, per quod & saluamini: qua ratione prædicauerim vobis, si tenetis, nisi frustra credidistis. Tradidi enim vobis in primis, quod & accepi, quoniam Christus mortuus est pro peccatis nostris secundum scripturas, & quia sepultus est, & quia resurrexit tertia die secundum scripturas: & quia visus est Cephæ, & post hoc vndecim: deinde visus est plusquam quingentis fratribus simul, ex quibus multi manent vsq; adhuc, quidam autem dormierunt. Deinde visus est Iacobo, deinde apostolis omnibus: nouissime autem omniū, tanquam abortiuo, visus est & mihi. Ego enim sum minimus apostolorū, qui non sum dignus vocari apostolus, quoniam persecutus sum ecclesiam Dei. Gratia aūt Dei sum id quod sum. Et gratia eius in me vacua nō fuit.

PRAEFATIO.



Bsente Apostolo, fœdus error in Corintho est exortus, adeo vt etiam pleriq; resurrectionē negare auderent mortuorum. Apostolus itaq; suo officio non defuturus, errorē eum vix enatum extirpauit: hoc vero potissimū hac lectione, quā qua ratione ecclesia hodie legi, & populo e suggestis sacris statuerit exponi, paucis quoq; indicabo. Ecclesia per lectiones apostolicas & euangelicas, sedulo nos ad perfectionem vitę induxerat: nunc nos in bona vita & disciplinis ecclesiæ constantes conseruatura, spem resurrectiōis & meritorū nobis vult indicatam. Atq; hoc est, quare potissimū istæc lectio hodie, post præmissas præcedētium dierū dominicorū, denuncietur. Primo, certa autoritate Apostolus mortuorū resurrectionē adfirmat. Secundo, seipsum humiliat. Tertio, totū ædificium virtutum in bona vita statuit.

Notum vobis facio euangeliū, quod prædicaui vobis, quod & accepistis, in quo & statis, per q̃d & saluamini: qua ratione prædicauerim vobis, si tenetis, nisi frustra credidistis.

Inductio scita. Reuocat Corinthijs in memoriam, qua virtute ipsis euangelion p̄dicauerit, quãq; illi ipsum gloria acceperint, corde nimirum credendo, & ore confitendo. Hoc est euangelion audire & custodire, ipsum accipere, & in eo stare, credere & operari. Hac ratione prædicatur, & nisi ita quoq; custodiatur, frustra fuerit auditū. Sine prauo affectu euangeliū & tradi & accipi debet. Vę verbi ministris, nisi ita prædicent, 1. Corinth. 9. Væ item oībus

Euāgeliū vt p̄dicandū & accipiendū.

omnibus qui non obediunt euangelio, 2.Thessal.1. Vtrunq; Apostolus hac præfatiuncula est complexus. Rogas qua ratione per euangelion salueris? Respondeo: Primo euãgelion audiendo, quia fides ex auditu, fide purificatur cor, opere spiritus sancti, Romañ.5.10. Acto.15. Ioan.6.7. Secundo, per euangelij verbũ oportet vt baptizeris, Act.4.8.10. Tertio, ea quæ præcepta sunt, obseruando, Matth.28. Roma.6. Coloss.2. Deniq; in bono perseuerando, Matth.24. Vides euangelion vndiq; requiri tanquam causam efficientem. Absq; euãgelio Christus non poterit haberi, absque Christo salutem non poteris adipisci. Absque salute esse, est æternaliter perire. Compræhendit euangelion non solum promissiones, sed & præcepta disciplinarum, baptismum, eucharistiam, & sacramenta ecclesiæ alia. Per euangelion itaq; saluari nemo poterit, nisi hæc sedulo custodierit omnia. Sola fide velle saluari, & nolle baptizari, eucharistiam nolle sumere, bona opera nihil ad rem dicere facere, atque ea media &(vt cum nouis loquar euangelicastris) inter adiaphora ponere, est hæresin alere.

Euãgeliõ quæ requirat.

Tradidi enim vobis in primis, quod & accepi, quoniam Christus mortuus est pro peccatis nostris secundum scripturas, & quia sepultus est, & quia resurrexit tertia die secundum scripturas.

Generalibus præmissis, nunc articulos præcipuos fidei Christi, qui salutis omnis caput & autor est, subdit, vt inde occasionem accipiat perueniendi eo quo voluit. Apte siquidem à Christi morte, sepultura, resurrectione & adscensione, ad nostram graditur mortem & resurrectionem, quæ Christi nobis virtute continget. Sensus est, ac si dicat: Hoc erat euangelion, quod vobis prædicaui Corinthi, Thessalonicæ, Philippis, & in Græcia vndiq; nempe Iesum Christum secundum scripturas pro nobis mortem vltro oppetijsse, vt nos ad vitam adspiraremus. Sine peccato ille fuit conceptus per spiritum sanctum, ex Maria intacta virgine natus: nos vero infelices, fœtido & putri peccaminosoq; spermate Adæ & Heuæ, æternæ morti mancipatorum, nati, gratiæ excidimus, ad gratiam assurgere nequiuimus. Diaboli accusationem effugere, & Dei iustitiæ satisfacere non potuimus. Tradidit itaq; se agnus Dei Iesus Mariæ filius, vt eius liuore sanaremur. Secundo, ait, prædicaui vobis Christon eum crucifixum secundum scripturas, itidem iuxta easdem esse mandatum sepulturæ, sed gloriosæ. Apostolus Roma. 6. significationem mysticam sepulturæ Christi declarat.

Tertio, ait, euangelizaui crucifixum, mortuum, & sepultum secundum scripturas, itidem iuxta easdem tertia die e mortuis rediuiuum suapte virtute, morte deuicta, resurrexisse. Hæc omnia non atramento, sed digito Dei (quatenus literæ non sum minister, sed spiritus) in corda vestra retuli. Vos testor: vos siquidem estis epistola mea, non mortua, sed viua. Euangelion virtus Dei, Esaiæ 54. Ioannis sexto, 1. Corinth.1. Secundum scripturas ait identidem, quia prædicta sunt oĩa. Mors psal. *vicesimo, Esaiæ 53. Danie. nono. Sepultura Esa. vndecimo, 53. Resurrectio psal. decimoqnto, Sophoniæ tertio, Oseæ sexto, Ionæ tertio.

Et quia visus est Cephæ, & post hoc vndecim. Deinde visus est plusquam quingentis fratribus simul, ex quibus multi manent vsque adhuc, quidam autem obdormierunt. Deinde visus est Iacobo, deinde apostolis omnibus. Nouissime autem omnium, tanquam abortiuo, visus est & mihi.

Ardua res est, credere carnis resurrectionem. Vnde Apostolus articulum resurrectionis Christi adeo diligenter prosequitur. Adduxit testimonium scripturæ contra philosophastros, ethnicorum errorem adhuc spirantes, & contra Saducæorum fermentum adhuc sapientes pseudo Christianos. Nunc contra eosdem profert testimonium testium oculatorum, hoc est, eorum qui Christum rediuiuum & viderunt, & audierunt, & contrectauerunt, &c. Ioan.20.1. Ioan.1. Nonne ea quæ vidimus & audiuimus, testabimur? Ioan.3. In ore duorum aut trium fide dignorum testium, stat omne testimonium, Deute.17. Matth. 18.2. Corinth.13. Magis ergo firmum est testimonium quingentorum aut plurium virorum sanctissimorum. Mulieres quoque Christum viderunt, etiam ipsum contrectauerunt, sanctissimæ: sed harum testimonium, quanquam certum, Apostolus non adducit, sequens forum huius seculi, quod mulierum testimonium nõ adeo acceptat. Testes plures Apostolus hic adducit, sed non vnã: sex siquidem sectionibus hũc locum

Re… ctio… morm… Chri… apost… dilige… psequ…

cum discernit. Primo apostolorũ principem sanctũ Petrum, qui & Cephas (Ioan. 1. Gala. 2.) Chaldaice, quod Petrũ siue Petreum sonat, appellatus est, adducit testẽ: quoniam is primus omniũ virorũ, Christũ vidit rediuiuum, Luc. 24. Hoc intellige de viris (quos hic, vt dixi, Apostolus pręcipue adducit) huic rei designatis. Aliàs mulieres, Mariæ tres, & Ioanna, Christum priores sunt speculatæ, Marc. 16. Ioan. 20. Attende pie catholice, quantũ scriptura canonica deferat principi ecclesiæ, ne te hæretici antipapæ, pontificis summi hostẽ constituant. Dein seruatorem conspicati sunt mortis triumphatorem, & inferni vastatorem, apostoli vndecim, Ioan. 20. Ambrosius numeri huius causam adsignat esse, ꝙ Matthias numerũ necdum auxerit. Chrysostomus duodecim legit, Matthiam in Iudæ proditoris locum statuendo. Tertio, soter noster in æternum benedictus, videndum sese exhibuit quingentis fratribus, Christo dignis huic visioni habitis. Visionem hanc nullus euangelistarum memoriæ tradidit. Vides itaq; plurima, & ea maximi ponderis, Christi dicta & facta, literis commendata non esse. Viderint hæretici, num soli apostolo Paulo hic sit adhibenda fides, de tanto numero testium resurrectionis Christi. Ambrosius dicit Apostolum hic sibi fidem postulare. Quare ergo non credatur sancto Iacobo, de sacramento vnctionis infirmorum, nempe eam institutionis Christi & apostolicæ praxios esse? Et quare non credamus in simili re vniuersis sanctis patribus, pręcipue Dionysio, & aliis de apostolicis traditionibus testimonium reddentibus? Chrysostomus & Theophylactus hanc apparitionem ἐπάνω factam volunt, hoc est, suprà in aere & cœli nubibus, in modum transfigurationis Christi in monte Thabor. Quod dicit, pluribus superstitibus adhuc, quosdã obdormiuisse: animo præsenti resurrectionem mortuorum asserit, quemadmodum etiã in epistola ad Thessalonicenses, vbi ait: Nolo vos ignorare de dormientibus. Hieronymus dicit, sanctum Ignatium Antiochię, etiam dominum Christũ viuentem in seculo vidisse. Dicant hæretici, num Hieronymus, quoniam homo est, fidem mereatur? Quarto ait Apostolus, soter a visum Iacobo, & hic Apostolus sibi vult credi, quoniam de istác apparitiõe nihil vsquã apud euangelistas inuenias. Apostolo Paulo suffragatur liber Actuum apostolorũ, cap. 10. vbi dicitur, ꝙ dominus non quibuslibet, sed deputatis huic sacramento testibus certis, se videndũ obtulerit. Succurrit & apostolo Paulo autoritas sancti Hieronymi, q adfirmat ex Græco Sophronio, Christum Iacobo priuato apparuisse. Hoc etiam Hebræorum siue Nazaræorum (quo etiam Origenes plerisq; in locis vtitur) euangelion habet: nempe Iacobum voto sese obstrinxisse, tantisper se ab omni cibo abstinere velle, donec Christum crucifixum & sepultum, rediuiuum vidisset. Mirum, cur eius plane diuinam epistolam tanquam stramentitiam ausit reiicere hæresis huius tempestatis: cum eius opinio tãta sit apud apostolos omnes, adeo vt eius etiam solius testimonium, tanquam Petri, apud omnẽ creaturam vniuersi orbis terrarum, sibi fidem mereatur. Filius Alphæi hic fuit, & ex sanctimoniæ singularis prærogatiua, primus episcopus ecclesiæ Hierosolymitanæ est omnium apostolorum suffragio constitutus. Frater domini fere dicitur, Gala. 1. Matth. 13. Acto. 12. Quinto visus est apostolis omnibus. Apostolos hic etiam intellige discipulos, secundum rationem vocabuli, quod significat legatos nuncios. Secundũ alios numero sunt septuaginta, secundum alios septuagintaduo. Chrysostomus, Theophylactus, Beda & Hieronymus, intelligunt de discipulis, de quibus vides Mar. 6. Luc. 10. Ambrosius hic neq; duodecim illos excludit. Postremo item dominus apparuit apostolo Paulo, Acto. 9. Apostolus hic noster magna fidutia ait, sibi æque dominum Iesum esse visum, atq; sancto Petro Cephæ. 1. Corinth. 9. se quoq; eius mysterii testem offert oculatum, ad resurrectionis fidem adfirmandam. Quod se vero postremũ facit, modestiæ præclarũ exemplum nobis relinquit. Abortiuum se vocat, significans se serius ad apostolatum venisse, nempe ex persecutore factum apostolum, iuxta hoc quod sequitur:

[Marginal notes: Euãgelistę pauca Christi factorũ & doctrinæ cõscripsẽ runt. — apostolis & apostolicis viris credendũ est. — Iacobi apostoli magna autoritas in ecclesia.]

Ego enim sum minimus apostolorum, qui non sum dignus vocari apostolus, quoniam persecutus sum ecclesiam Dei.

Virtutis est, infimum locũ sibi vsurpare & occupare. Iustus prior est accusator sui. Non qui seipsum commendat, probandus est, sed quem dominus laudat. Apostolum dominus extollit, vocans eum vas electionis: vnde humiliatio Apostoli hoc fit illustrior. Benedictus dominus Deus, qui ex tanto & tali Saulo, tantum & talem fecit Paulum, Acto. 9.

[Marginal note: Modestia apostoli Pauli.]

Gratia autem Dei sum id quod sum. Et gratia eius in me vacua non fuit.

Spiritus sanctus vbi vult spirat. Dominus

nus quem vult, eligit. Saulus factus est Paulus. Vir fugiens, denuo pugnabit. Sunt etiã ex catholicorũ patrum numero, qui hæreticos catholicis zelo non satis probato ꝓtulere: sed resipuere tandem, & acerrimi omniũ hæreticorũ expugnatores euasere. Cui multum remittitur, plus diligit. Apostolus omnia gratiæ Dei adscribit cũ hic, tum alibi Ephe.3.1. Timoth.1. Apostoli labores, miracula, conuersationem & oĩa hoc genus Christianę religionis, Lucas studiose prosequitur in libro Actorum. Ipse quoq; Apostolus id ipsum nõ tacet 1. Corinth.4.2. Corin.1.11.12.1. Thessa.2. Pia & necessaria ea commendatio, facit ad gloriam Dei omnipotentis, & ad propugnaculũ catholicæ veritatis. Eam ipsam dominus Iesus asserat & tueatur, ad suam solius gloriam. Amen.

DOMINICA XII. POST TRINItatis, II. Corinth. III.



Idutiam talem habemus per Christum ad Deum, non ꝙ sufficientes simus cogitare aliquid à nobis quasi ex nobis: sed sufficientia nostra ex Deo est: qui & idoneos nos fecit ministros noui testamenti, non litera, sed spiritu. Litera enim occidit, spiritus autem viuificat. Quod si ministratio mortis, literis deformata in lapidibus, fuit in gloria, ita vt filij Israel non possent intẽdere in faciem Mosis, propter gloriam vultus eius quæ euacuatur, quomodo non magis ministratio spiritus erit in gloria? Nam si ministratio damnationis in gloria est, multo magis abundat ministerium iustitiæ in gloria.

PRAEFATIO.



N lectione superioris diei dominicæ, hæresios Saducæorum errores cõfutati sunt: nũc pharisæis Iudæochristianis os obstrui audiamus ex epistola 2. Corint.3. Dixerat Corinthios esse epistolam suam, nõ membranę aut papyro atramento siue sæpia, sed cordi suo commissam, idq; per spiritum sanctum. Vicissim & Corinthiorum ait esse epistolam se. O sanctum laborem perpetuo duraturum. Stulti, qui fumum vendũt euanidum, messuri fumum supplicij æterni. Perijt mendacium Saducæorũ & pharisæorum, tanquam nebulæ fugatæ maiestate lucis apostolicæ. Prædicatur in vniuerso mundo euangelium Christi, legis vmbra euanuit, tenet corpus. Apta occasione tabellarum lapidearum legis, Apostolus & pseudo taxat, & nouum testamentum extollit. Pseudoapostolos fures & latrones animarum suggillat, & legis literã mortificantem, euangelio viuificanti posthabendã significat. Primo in genere dicit, Deũ nostrã esse sufficientiã. Deinde, Dei potẽtiã dicit operari in apostolico officio. Deniq; etiam officiũ ipsum magni facit.

Fidutiã talem habemus per Christum ad Deum.

Sensus est: libere loquor, quia non dubito, ea quæ loquor, se sic habere. Credidi, propter quod locutus sum. Pseudo negocium euangelicum humano consilio peragi putant, audaces ergo sunt pro sua libidine quiduis statuere: quibus sic Apostolus occurrit, dicens hominis conatũ facile frustrari, mansurũ perpetuo Dei opus. Huic protestationi præmissis verbis præludit.

Non ꝙ sufficientes simus cogitare aliquid à nobis, quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est.

Quotquot sumus, nihil sumus. Nisi dominus ædificauerit suam ciuitatem, frustra laborabitur. Deus ipse autor omnis boni: sine ipso nihil possumus, rursus per ipsum omnia. Ne quidẽ aliquid conari siue cogitare possumus. Velle nostrum, bonum Dei est. Cogitare (vt habet Glos. ord.) credere præcedit. Nullus quippe credit aliquid, nisi sibi prius hoc ita esse persuaserit. Si ergo cogitatio istæc bona, non est nostrarũ virium, nec credere. Sufficientia nostra, Dei est. Commendat iterũ gratiam nobis gratuitam, hoc est, quæ non datur secundum aliqua merita, sed (vt est in Glos. ord.) efficit omnia bona merita. Nos, quantiquanti sumus, vasa sumus testacea, 1. Corinth.3. 2. Corinth.4.

Cogit[illegible] boni [illegible] est ex [illegible] bis, n[illegible] non c[illegible] dere.

Qui

Qui & idoneos nos fecit ministros noui testamenti, non litera, sed spiritu. Litera em̃ occidit, spiritus autem viuificat.

Declarat hic se de apostolatu dixisse. Nos, ait, apostoli nihil sumus nisi ministri, non autores: instrumenta sumus, non artifices. Cooperarij quidem, sed per eius spiritum, non ex nobis. Adeo ipse omnis nostra est sufficientia, 1. Corinth. 4. vocat & alios apostolos diaconos siue ministros. De vocatione apostolica vide Rom̃. 10. & in omnibus epigraphis omniũ huius apostoli epistolarũ, idẽ est videre. Hic simulac Apostolus noui testamẽti facit mentionẽ, statim etiam aptas antitheses infert tam noui q̃ veteris testamenti. Sed hoc loco nõ inseruit Manichæis & alijs hæreticis, veteris testamenti contemptoribus. Duo sunt testamẽta, nouũ & vetus. Hoc vocat gramma, illud pneuma. Vetus gramma dicitur, ꝙ in monte Sina tabulis lapideis inscriptum, datũ sit, Exo. 19. 32. 34. Deut. 9. 5. Regum 8. Nouũ sine omni litera datũ est, quẽadmodũ etiam prædictũ est per prophetã Hieremiam cap. 31. Heb. 8. Eius rei historiã prosequitur Lucas in libro Actuum apostolorum, vbi nihil de tabellis siue lapideis siue cereis, sed de linguis igneis dispertitis legitur. Moses vnà cũ omnibus suis Aaronicis sacerdotibus & Rabinis, grammatici sunt, hoc est, literales omnes (sunt em̃ noui testamenti cultores, soli pneumatici, hoc est, spirituales) literis semper incumbentes, sine litera nihil intelligentes, semper ex litera pendentes, & (vt de pueris elementarijs dicitur) semper in sacco sedentes. Paulus & alij apostoli librorũ copia non eguerunt. Spiritus sanctus dabat illis os & scientiam. Spũs sanctus apostolorũ corda libros fecit & epistolas, inde om̃ia præcepta vitæ, om̃ia mysteria regni cœlorũ, tanquã e thesauro immenso, cornuq́ꝫ copiæ pleno protulerunt, idq́ꝫ omnibus creaturis, Marci 16. Postea etiam scripserunt, sed nõ primaria vocatione, quæ sita erat in verbo viuo, viua voce. Quod vero scripserunt, hoc non fecerũt temere, sed certa ratione. Scriptura vero ea euangelica, citra spũs sancti gratiam æque non potest intelligi, atque ipsius legis litera: adeo omnia ecclesiæ charismata, nihil sunt nisi Dei dona. Aplus vtriusq; testamenti discrimen adumbraturus, alterũ (quod dixi) vocat literam, alterũ spiritum: dein eius differentiæ diuersitatẽ explicaturus crassius rudiusq́ꝫ, dicit alterũ mortificare, alterum viuificare. Vetus lex mortificat, hoc est, identidem sanguinem & mortem minitatur. Ipse Deus quoque, minabundus in lege erat. Gene. 17. dicit: Masculus qui circuncisus non fuerit, de libro vitæ delebitur. Qui sabbathũ violauerat, saltẽ ligna legẽdo, occidebat, Num̃. 15. Accedit huc crebra maledictio Deute. 27. Nihil horum fuisset, si non legis litera talia præscripsisset. Contrà, gratia euangelij plane fuit vitalis, non solum quantum ad animas, sed etiam quantum ad corpora. Quis te condemnat, mulier, dicit dominus adulteræ lapidandæ? Respondet illa, cũ omnes se subducerent, æque rei: Nemo, domine. Cui ille: Neq; ego te condemno. Vade, & posthac noli peccare. Idem ait: Sine vtraq; crescere. Item, Filius hominis venit quærere & saluare quod perierat. Lex tortura & carcer, ecclesia asylum. Illic timor, hic amor: illic litera, hic spiritus sancti gratia. Illic rejciuntur peccatores, hic recipiuntur. Illic minæ, hic consolatio. Hic em̃ spiritus ille, de quo dicitur: O quàm suauis est domine spiritus tuus. Illic Moses, trepidus ipse & solicitus. Hunc locũ Ioannes Chrysostomus, Theophylactus & Ambrosius sic interpretantur.

Vet⁹ test. dicitur grãma.

Grãmati ci patres legis sũt, ecclesię patres pneumatici.

Test. vet. & noui differẽtia est litera & spũs.

Quod si ministratio mortis, literis deformata in lapidibus, fuit in gloria, ita vt filij Israel non possent intendere in faciem Mosis, propter gloriam vultus eius quæ euacuatur, quomodo non magis administratio spiritus erit in gloria?

Pergit gloriam nouæ legis declarare: nec id solum, verum etiam tantæ legis administrationem maximi facere incipit, vt pudefaciat semiIudæos Christianos leues Corinthiorum. Suprà legem veterem vocauit literam mortificantem: nouam vero, spiritum viuificantem. Hic illud vocat ministerium mortis, illud diaconian vitę. Statim in facie huius lectionis, illud vocat ministerium damnationis: hoc vero, ministerium iustificationis. Deniq; vetus vocat fluxum, caducum, transiens: hoc, stabile, firmum & permanens. Meræ & graues enantioses, alterum contra alterũ, vt mors & vita, condemnatio & iustitia, transiens & permanens. In hac longa periodo præsenti, vbi spiritum morti opponit, idq́ꝫ ea causa, ꝙ spiritus maior est & potior vita, & vita ex spiritu prouenit tanquam ex autore, & non contrà, argumentatur à minori. Postquam vetus testamentum (quatenus vere erat administratio mortis, sententiam mortis in reos ferendo) literis in tabulas

Euãgelij gloria, legis longe est maior

bulas lapideas commissum, tantæ fuit gloriæ, quanto magis maioris gloriæ æstimanda est lex euangelica nouum testamentũ? Moses diaconus mortis, apostoli diaconi vitæ per Christi spiritum, per quem creditur & bene viuitur. Sic ministerium mortis & vitæ, hoc ipsum est, quod dixit de litera & spiritu. Illa occidit, hic viuificat: illa ministerio Mosis, hæc Pauli & aliorum apostolorum apostolicorumq; virorum. Iam vides quanta veteris testamẽti sit gloria. Sed de hac re ipsum audiamus Apostolum. Non poterant intendere in faciem Mosis filij Israel, propter claritatem vultus eius. Moses postquam à monte Sinai (vbi quadraginta dies & totidem noctes cum domino fuit) rediisset, facta est eius facies resplendens quasi radijs solis, adeo vt filij Israel in eius faciem inspicere non valerent. Exodi 34. vbi dicitur, **Ki karan or panaf**, hoc est, cutem faciei eius resplenduisse, atque Israelem exterruisse. Et quoniam Israel vultus eius claritatem intueri nõ poterat, quoties cum populo sibi agendum fuerat, velamento faciem suam contexit. Vbi vero se à populo ad dominum conuertit, velamentum hocce deposuit. Hoc ipsum Apostolus hic de gloria legis accipit, sequens Septuaginta, qui præmissum locum interpretati sunt, Dedoxasmenon, hoc est, glorificatum. Ceterum **karan** significat splendere, lucere, micare, &c. Quod pleriq; Mosi cornua tribuunt, in causa est, q & **keren** cornu significat. Sed tutius est, cum probatissimis quibusq; interpretibus legere, gloriam, ne videamur fabulas poetarum de Satyriscis & Baccho imitari: nisi cornua scripturæ modo de gloria accipienda contendamus. Apud prophetam Abacuc cap. tertio canitur: **karnaijm miiado**, vbi etiam pleriq; legũt, cornua ex eius prodibant manu. Quæ vero cornua manui tribuas, nisi gloriæ seu potentiæ? Sic & gloriam faciei Mosis hic intelligamus oportet. Confer nunc gloriam eam gloriæ euangelicæ, & videbis te ænigma veritati contulisse manifestæ, & vmbram corpori. Longe enim vita mortem superat. Et splendor faciei Mosis, nullus est, collatus lucis autori Iesu Christo. Lux est Christus hominum, dies est, sol est iustitię, oriens est. Matth. decimoseptimo, Marci nono, Lucæ nono, 2. Pet. 1. de gloria transfiguratiõis Christi in monte Thabor itidem egregia legis: sed elementalia ea sunt. Nam vt Chrysostomus ait, minimus eorum qui à morte gloriose resurget, maiori gloria fulgebit, quàm ipse autor lucis tunc, quando se suis gloriosum videndum exhibuit discipulis. Pro discipulorum captu se gloriosum ostendit: sed & Moses & Helias Christo tunc deferentes, suam gloriam Christo retulerunt acceptam.

Mosis faciei gloria

Mosi cornua vnde tribuant.

Nam si ministratio damnationis in gloria est, multo magis abundat ministerium iustitiæ in gloria.

Præcedentia, hunc locum illustrem faciunt. idem enim est quod ibi dicitur, & quod hic. Ministerium condemnationis, vocat hic legem eodem sensu, quo suprà vocat ministerium ad mortem. Non immerito ministerium dicitur condemnationis, quia saluare non poterat neq; iustificare. Nouum testamentum est ministerium tam iustitiæ, quàm salutis. Hic de vtraq; iustitia hunc locum intellige: de interna, puta cordis, quæ sanctificatio dicitur à Tertulliano, & de externa, quæ iustitia est. Illa est fidei, hæc operum: vtranq; hic Apostolus nomine iustitiæ complectitur. De vtraq; vides Matth. 5. De externa ea consule Lucam cap. primo, Apostolum ad Romanos capite sexto. De interna vide Act. 15. Mente plena Deo Apostolus hic non solum spiritum posuit, sed & iustitiam, quoniam spiritus ex fructibus suis depræhenditur. Vide quàm longe absint à veritate catholica, qui operibus bonis iustificationis virtutem detrahunt. Apostolus iustitiam hic ponit loco eius, quod suprà spiritum vocauit & vitam &c. vtiq; q per spiritum sanctum facta, præsentia sunt & vitalia. Quod qui negat, spiritus Dei nihil habet. Nemo hic Manichæo suffragia petat. Apostolus euangelion legem perfectionis extollens, legem imperfectionis non damnat, sed euangelicæ seruire facit. Omnia autem hæc facit, vt Iudæochristianos confutet. Mosen illi Christo æquare conabantur, quasi sine Mose Christus nullus esset. Christus satis est nobis, quia sine ipso nihil est. Ipsi soli laus & gloria per æterna secula. Amen.

Lex ministerii condemnationis

DOMINICA XIII. POST TRINITATIS, Galat. III.

Abra-


Brahæ dictæ sunt promissiones, & semini eius. Non dicit, & seminibus, quasi in multis, sed quasi in vno, & semini tuo q est Christus. Hoc autem dico, testamentũ confirmatum à Deo, quæ post quadringentos & triginta annos facta est lex, nõ irritum facit ad euacuãdam promissionem. Nam si ex lege hæreditas, iam non ex promissione. Abrahæ autem per repromissionem donauit Deus. Quid igitur lex? Propter transgressiones posita est, donec veniret semen cui promiserat, ordinata per angelos in manu mediatoris. Mediator autem vnius nõ est, Deus autem vnus est. Lex ergo aduersus promissa Dei? Absit. Si enim data esset lex quæ posset viuificare, vere ex lege esset iustitia. Sed conclusit scriptura omnia sub peccato, vt promissio ex fide Iesu Christi daretur credentibus.

PRAEFATIO.


Cclesia lectionem præcedentis dominicæ diei, hac præsenti lectione confirmare præsumit. Nã idem Apostolus Paulus etiam hoc loco aduersus pseudo apostolos fermento pharisaico fœtentes, acriter pugnat. Pseudoapostoli vtrunq; testamentum cõfundere conabãtur, vt vtrunq; tolleret. Sic & Iulianus ille apostata, vetus nouo miscendum sanciuit, quãuis vtrunq; pẽderet pili. Mahometh itidẽ pestiferam vtriusq; fecit cõmistionem, neutrum custodiens. Nec fieri potest, vt veteris testamẽti experiens, Christo deroget, cum Moses & omnes ꝓphetæ hoc saltem agant, vt Christo testimoniũ ferant. Benedictus Deus, q libertatis euangelicæ tantum assertorem apostolum Paulum excitauit. Libertas vero Christiana nihil aliud est, quàm Mosaicæ legis immunitas. Summam huius rei vides Actorum decimoquinto in Concilio apostolico. Epistolæ apostoli Pauli ad Romanos & Galatas, per concilium hoc ipsum plane expediuntur. Euangelicastri nostrates, in vtranq; multa congerendo, vtranq; magis atq; magis obscurãt. Nos catholicis accedentes acquiescimus, scribacibus de suis inanibus & perniciosis curis compatiendo. Tertullianus libro quinto contra Marcio. epistolã hanc ad Galatas, vocat expugnatricem Iudaismi. Vtinam Antipaulinistæ caput hoc apud Tertullianum legere dignentur. Sectio huius lectionis esto: Primo Apostolus ostendit fidem Christi lege Mosaica esse antiquiorem. Secundo ostendit, legem eam lege Mosaica esse præstantiorem. Deniq; fidẽ Christi, legis perfectionem esse declarat. Lectionem ipsam nunc videamus.

Libertas Christiana.

Abrahæ dictæ sunt promissiones, & semini eius. Non dicit, & seminibus, quasi in multis, sed quasi in vno, & semini tuo q est Chrs.

EXPOSITIO.

Status totius lectionis eo tendit, vt ꝓmissionẽ legi præferat. Colligit inde Apostolus, neq; iustitiam neq; salutem ex legis esse operibus, sed esse ex promissione, atq; adeo ex gratia. In gratiæ propugnatione totus est Apostolus, idoneus minister vitæ & spiritus, non mortis neq; literæ. Epistola hæc ad Galatas, est polemica, hoc ẽ, pugnax, puta contra Iudaicos errores atque fastum. Abrahamũ clementem adeo Deum habuisse, nulli dubiũ esse potest. Prole carentem fecit patrem, hoc est, qui semi erat mortuus, carens filio, per promissionem Dei ex sterili & eadem ad concipiendum minus apta vxore Sara, filium suscepit. Filium eum sibi longe charissimũ iussus immolare, paruit, & quantum in se fuit, obtulit: sic Deo probatior etiam charior habitus. Hic enim dixit: Hithbarchu beza recha col Goie, hoc est, Benedicentur in semine tuo omnes gentes, Genesis vigesimosecundo. Benedici, à maledictione Adæ expiari, iustificari, sanctificari, saluari, beatificari. Huic promissioni Abrahę factæ, Apostolus hic summam tribuit religionis. Statim in disputationis capite, thema ponit locum eum Genesios de promissione benedictionis. Disputandi is est ritus: Thesis primo ponẽda, quo totus status redigatur. Quod nisi fiat, verba incassum proferũtur. Themati vero diuini eloquij nihil aut addendum esse, aut demendum, vides Deut. 4. 12. Apoc. 22. Vñ etiam Apl's hoc summopere vrget, ꝙ nõ de seminibus,

Epistola ad Galatas, est polemica.

Benedici in semine Abrahæ.

Verbo Dei neq; addendũ, neq; demendum.

nibus,sed de vno semine textus lib.Genesis agat.Tu Verpe,Christi glorię inique,consule tuũ Bresith, & inuenies Zera ,& non zeraim : hoc est,semen,& nõ semina.Hieronymus hoc loco ait,se in scriptura nusquam legisse semina.Non ergo de Ismaelis,sed de sanguine Isaaci hic locus accipiendus est.Ismael seruus,Isaac liber.Si de Ismaelis item semine dixisset dominus,& vos Iudæos,serui literæ,benedictionis participes designasset.Nunc vero,cum in vno saltem semine promissionis dixit:consectaneum est,eos saltem benedici,qui promissioni innituntur. Cæterũ semen promissum,longius respicit,q̃ literæ superficies præ se fert.Apostolus mysterium explicat,dominũ Christũ esse vnicum hocce semen.Hoc semen,est etiam Heuæ semen,de quo dicitur Gene.3.Semen Dauidicum,2. Regũ 7.Esa.65.Maledictioni æternæ subiacebit,quẽ hoc semen nõ liberauerit Chr̃s.

Hoc autem dico,testamentũ confirmatum à Deo,quæ post quadringentos & triginta annos facta est lex,non irritum facit ad euacuandam promissionem.

Lex promissionẽ nõ soluit.

Poterat dici,promissionem Abrahæ factam,rem quidẽ arduam fuisse,sed euacuatam esse lege Mosis:nunc vero legi iustificandi virtutem,& non promissioni adscribendam.Huic quæstioni occurrit Apostolus,dicens promissionẽ temere non esse factam.Fœdus est,iureiurando & sanguine hostiarum fuso confirmata promissio,Gene.17.& 22.Accedit huc, ꝙ promissio ea, æternitatis est.Sequitur ergo,nunquã cassari posse. Nam si ad certũ aliquod tempus esset data,aut sub aliqua conditione lata,euacuatam nemo non videret.Nunc vero cũ ad Christum respiciat,& in Christo omnem suã virtutem habeat,quis non videat eam iam maxime florere?Et si per legem promissionis vis est debilitata atque mortificata,quorsum Abrahæ & Isaaci historiam conscripsit Moses?Quid attineret,promissionẽ expunctam memoriæ & posteritati tradere?Obserua verba promissionis Gene.17.Statuam pactũ meum inter me & te & inter semen tuum post te,in generationibus suis fœdere sempiterno. Vanum ne putas aut Mosen hæc scribentem,aut Deum hæc dicentem,Apella perfide,qui lege promissionẽ dicis esse e medio sublatam?Capiti caue talia demens insano.Homo mediocriter mẽtis compos, neq; delirũ Mosen,neq; Deũ futilem atque leuẽ credet.Accedit huc, ꝙ Moses longe post tẽpora Abrahę est natus.Quod si Mo-

Gratia ꝓmissionis merito legis accepta referri nõ põt.

ses aut ante Abrahamũ,aut in Abrahæ diebus floruisset,atq; legẽ à Deo suscepisset,diceret quis,Abrahamũ beneficio legis benedictionis promissionẽ sibi demeruisse:atq; per hoc,merito promissionẽ legi cedere oportere.Nunc vero constat,legẽ post promissionẽ latam esse annis quadringentis & triginta.Supputatio etiamnũ ex Gene.17.& Exod.12.sumi potest. Haudquaq̃ ergo legi promissionis gratia accepta poterit referri.Abrahã ante legẽ amicus Dei appellatus & habitus, Deo, & non Mosi gratias aget. Sedulius calculũ hic faciens exactiorem , plures annos quadringentis & triginta illis adijcit.

Nã si ex lege esset hæreditas,iam nõ ex promissione. Abrahæ aũt per promissionẽ donauit Deus.

Hæreditatem hic intellige eam,de qua statim subditur,filiationem puta spiritualem Abrahæ.Carnalis filius Dei,neq; Abraham,neq; Isaac fuit,immo etiam Isaac magis spiritualis fuit proles patris sui carnalis Abrahæ,quàm carnalis.Sic & nos verum semen sumus, non carnale, sed spirituale per fidem promissionis.Hæredes nõ Abrahæ,sed Dei:per fidem vero Abrahæ, & non per legis Mosaicæ obseruationem. Contendis hæreditatem gratiæ,benedictionis, iustificationis & salutis, adscribendam legi,& non promissioni:offendis Deum,& impingis in legem.Deum vanum facis,& legem cum promissione confundens,vtrunq; cassas,hoc quod prius est,posteriori præferendo.Velis nolis,cogeris vt fatearis promissionem longe ante legem esse factam, & Abrahamum virtute fidei per gratiam,& non per legis Mosaicæ obseruationẽ,amicũ esse Dei appellatũ.Semẽ vero oĩm gentiũ benedictio,Isaac esse non potest carnalis ille,qui paucorũ dierũ homuncio fuit:sed pater futuri seculi,antiquus dierum , alpha & ω, Christus Iesus æterni patris filius: Semen,quod serpentinum contriturum erat caput:primogenitus,per quem seruabantur primogeniti in Aegypto populi Dei,mediator ille Dei & hominum,sacerdos ille secundum ordinem Melchisedek,qui propter suam reuerentiam Deum præsentissime adeo exorauit.Per verbum hoc Deus pater Abrahæ benedictionẽ promisit.Huic verbo Abraham fidem adhibuit, & sic fide ipsam hæreditatem salutis obtinuit, non merito legis operum , sed fidei : quia donum fuit, non merces . Moses ibi nihil egit, quia necdum natus erat.Adde quòd promissio ad legem Mosis nõ respicit,sed in Christũ

Grã . . . dita . . . nõ à . . . bene . . .

Semẽ . . . dicitur . . . nõ est . . . ac, se . . . lus.

Iesum

Lex promissionē nō potest tollere.

Iesum. Si legis vlla facta esset mentio futuræ, poterat quis lege promissionem euacuare. Nunc vero cum promissio conditione legis data non sit, cum nihil legalis præscripti interpositū existat: cognobile sit, promissionem in Christo, qui hoc vnicum & verum semen est, tenere.

Quid igitur lex? Propter transgressiones posita est, donec veniret semen cui promiserat.

Lex ab re ... non ...

Mouet & soluit quæstionem. Antipophora necessaria. Nā si gratia benedictionis cōtingit ijs qui credūt promissiōi, qd opus fuit post promissionē lege? Est legis ratio in promptu. Primo, nequitia populi Israelitici lege fuerat cōpescenda. Dein legis cōmoditas fuit, populū eum per legem ad cognitionē sui ipsius peruenire. Speculum erat lex, in quo populus ille duræ ceruicis, nequitiā suā & tot tātasq; transgressiones addisceret, atq; adeo humiliatus, gratiæ euāgelicæ ꝑpararet, Ro.3.5. Nemo hic dicat, legem esse datā ad promissiōis confirmationem: neq; fieri posse, vt citra legis custodiam ad benedictiōis gratiam ptingat. Nihil ēm pfectioni iustitiæ Abrahæ & aliorum sanctissimoꝝ patriarchaꝝ lex contulit. Et quemadmodū lex patriarchis illis Dei amicitia claris nihil profuit, sic etiam hodie eius nullus est vsus ad rōnem iustificationis, qa per semen ipsum benedictionis (quantū ad legalia & cæremonialia, q̄ Iudæi in prima parte religionis ponunt) antiquata est & abrogata. Officio suo lex perfuncta satis est. quiescit itaq; nūc. Hac siquidē data fuit cōditione, vt aliquando, nato puta Seruatore Messia, cessaret. Propheta alius promissus, lex conditionalis. Propheta ille venit, filius Dei in mundo est visus, audiendus ergo ille vel Mosis ꝑscripto. Par est vt seruus deferat dño. De semine nasciturо vide Gene.22. De legis abrogatione vide Roma.13. Apostolū hic de infima legis parte loqui, hoc est, de circuncisione, de sabbathismo & hoc genus, quibus Iudæi summā salutis tribuunt, apparet ex ipsa tragœdia, quā pseudoapostoli in Christi ecclesia excitauerūt. Disputatio nō fuit de charitate & de fructibus spiritꝰ sancti, sed de nugis & fabulis Iudaicis.

Lex non est data in promissionis confirmationē.

Legis infirmitas abrogata.

Ordinata per angelos in manu mediatoris. Mediator aūt vnius nō est, Deus autem vnus est.

Dixit suprà, quo tempore & lex sit data, & facta promissio. Nunc quoq; dicit, ꝑ quem lex sit lata. Locus Sinai montis, ex lib. Exo. cap.19. omnibus est notus. Cui data sit, etiā ex statu historiæ euidens fit, nēpe Israeli. Gene.17. Exo.20. Et psalmographus ait: Non fecit taliter omi nationi, & iudicia sua non manifestauit eis. Sanctus Stephanus in concione ea, quam sub martyrium suum habuit, fere eadē dicit. Credas apostolum Saulum tum ea aurībꝰ hausisse, Acto.7.8. Quantum vterq; cum Stephanus tum Apostolus monent, videmus angelos fuisse eos, de quibus toties in Pentateucho dicitur, Deum cum Mose sermonem miscuisse, atq; illum subinde responsum dedisse cū Mosi tum patriarchis. Administratorij spiritus sunt, Hebræ.1. Per eos ordinauit atq; tradidit vetus testamētū. hoc vult sibi diataga Stephani & Pauli. Diataga, hoc ē, ordinatio atq; traditio. tamen ea non minus firma habita, quàm si per Deum ipsum esset facta. Maiór noster legislator, quem omnis mundus filiū Dei prædicauit: ergo legis eius maior est autoritas. Mediator verus Christus, qa verus Deus & homo. Quid angelis, qui spiritus sunt, cum carne & sanguine? Quid Mosi, qui homo saltem fuit, cum Deo qui spiritus est? Chrysostomꝰ, Ambrosiꝰ, Hieronymus, Theophylactus, Sedulius, Lyranus, Smaragdus, mediatorem eum de quo hic agitur, omnes Christum intelligunt. Apostolus quoq; expressius aliquāto hoc explicat 1. Timot.2. Genus humanū Deo reconciliauit verus Deus & homo. Idem pacis autor & legis Mosaicæ lator, simultatis interstitium maceriamve demolitus est, faciendo ex vtrisq; vnum. Moses nusquam expresse in scriptura mediator vocatur. Deute.5. dicitur, **Anochi omed ben Adonai ubenechem**, hoc est, Steti in medio vestri & Dei. Sed typus hoc fuit, Christus veritas. Vide 1. Timoth.2. Hebr.8.9.12. Sedulius & Smaragdus etiam mediatorem Mosen intelligunt, sed typicum, non verum. Vide Hilarium de Trinitate libro quinto. Mediator ille legem in manu habuit, quia per verbum æternū est lata. Verbum erat in principio, licet necdum incarnatum. Vides licitum esse verbo, etiā abrogare legem, & subrogare meliorē, quā neq; per angelum, neq; per Mosen, neque per prophetas, verum ꝑ semetipsum, sed necdum incarnatum, tulit. Mediator vnius non est. Hoc est, mediator nihil potest mediare, non potest reconciliare, gratiā, nisi inter certas partes, qualis est Deus & genus humanū. Hic dissensio & lis: quam mediator ablaturus, prius legem præmittendam duxit, tanquam accusatricē, quæ genus humanū reum ageret. Idoneus hic saltē ille mediator, q verus Deus sit & hō.

Angelorum ministerio lata est lex.

Mediator per quem data ē lex, Christum significat.

Lex reum agit genꝰ humanū.

Nō

Non q plures sint dij: verbum em̃ Deus est in proprietate personali, per quam vnitatis non separatur substantia.

Lex ergo aduersus ꝓmissa Dei? Absit. Si em̃ data esset lex quæ posset viuificare, vere ex lege esset iustitia.

Lex & ꝓmissio nõ pugnant.

Ea quæ iam dicta sunt, possent alicui videri, q̃si inter se lex & promissio pugnent, nõ vnius Dei traditio. Gryphũ eum tollit, dicens vtrunq; sibi consentire, quasi vnius Dei opus vtrunq;. Atqui constanter adfirmat, nõ legẽ iustificare, sed gratiã: nõ Mosen, sed Christum. Lex mortis ministra, peccatorum accusatrix, quomodo poterit aut viuificare, aut iustificare? Euangelion, vitæ organon & iustitiæ ministerium, quomodo nõ beet & sanctificet? Sol, nisi obicem ponas, vt omnia perlustrat, sic & gloria euangelij oĩa, nisi obex ponatur, sanctificat: non aũt per opera legis, sed per fidẽ & ductũ spũs charitatis. Iudæi dicunt: Si vis vitam ingredi, circũcidere, à cibo communi abstine, neomenias & sabbatha secũdum ritũ Iudaicum celebra, &c. & sic legi euangelion coniunge, & eris saluus. Quod nihil aliud est, q̃ varia genera seminũ vnà seminare, ex lino & lana vnum contexere pannũ. Talem Iudaicam iustitiam nõ fert synceritas euangelica. Cætera quæ facta sunt aut necessaria, aut cõmoda, euangelion abunde tradit.

Sed conclusit scriptura oĩa sub peccato, vt promissio ex fide Iesu Christi daretur credentibus.

Lex vt ꝓmissioni non pugnet.

Sensus est: Testamentũ legis non est sanctũ, vt homines iustificet per cæremonias qualescũq;, etiã non per opera decalogi, ea ratione, qua pseudoapostoli Galatas legis oneri voluerũt subijcere, ꝑsertim cũ lex (vt in supradictis abunde auditũ est) nõ sit data ad promissionẽ gratiæ (cuius summus, nẽpe semen benedictionis, est Chrs) abolendam. Lata vero est, vt reos nos agat & peragat. Peccatũ em̃ nobis ita declarat, vt oẽs concludat sub peccato, & gratię faciat cupidos. Vide Theophylactũ. Sic demum lex nõ aduersat̃ promissioni, sed eã ipsam fulcit & stabilit: facit em̃ nos seminis promissi auidos, hoc est, fidẽ excitat Chri Iesu saluificã, q nobis pluris est q̃ Moses: & cuius gr̃a nobis est potior, q̃ legis opera. Christus solus nobis est iustitia, sanctificatio & redẽptio. Hic locũ habet Sola fides. Ethnici siquidẽ (quales Galatæ fuerũt) lege nihil opus habebãt Mosaica, sufficiebat eis lex euãgelica, abrogata circuncisione: sufficiebat baptismus, & facere ea quæ ꝓcepit dñs Iesus. Hic Hilarius, hic Ambrosius, hic Sedulius & alij catholici dicũt & clamitant, solã sufficere fidem, in eo sensu ac si dicãt, Mosen nihil ꝓstare Christo siue perfectioni euangelicæ. Testimoniũ fert vetus testamentũ nouo. Saluat nouũ tanquã lex perfectionis. Qui hodie sola fide adeo insolescunt contra ecclesiam, & patres ecclesiæ adducunt contra ecclesiam, quare nõ submittunt se ecclesiæ iudicio? Quid attinet, Ambrosium & alios patres ecclesiæ, aduersus ecclesiã citare? Immo quæ illa est vesania, patres ecclesiæ sic citare, vt sibi ipsis diuersi & pugnãtes videantur? Artificiũ hoc nouũ non est. Satanæ vetus hoc commentum: tantisper ille artifex scripturæ autoritatem citat, dũ eã sibi inseruire putat: vbi ad ea quæ contra se esse animaduertit, venerit, stupet, loca ea cautius viperino sanguine vitans. Sic etiam hæretici catholicorum autoritate aliquando vtuntur, flatum & filum orationis nihil curantes. Videãt itaq; Lutherani dogmatistæ, Ambrosij autoritate suas hæreses statuere conantes, quid diuinus ille scriptor in eodem loco dicat. De cæremonijs legalibus Ambrosius se dicere, ingenue ipse fatetur. Fures & latrones sunt, patrũ autoritates contra sensum communẽ citantes. Hac de re aliàs. De promissione facta Abrahæ, vide Roma. 4. De hæreditate benedictionis, vide 1. Pet. 3. Vides ibi, facere & sufferre, æque atq; fidẽ, sanctificare. Vertiginosi spũs hæretici, Petrum & Paulum contrarios sibi faciunt, operibus & disciplinis euangelicis rationẽ iustificandi adimentes, & solam fidẽ, citra charitatem & fructus spũs sancti iustificare affirmantes. Dicerent cũ ecclesia pacifici, Solam fidem sufficere, respectu legis Mosaicæ abrogatæ, Matth. 19. 25. Breuiter, non secus atq; omnia Deus conclusit sub peccato, sic & omnia, hoc est, vulgus Iudæorum conclusit sub infidelitate. Romañ. 11. Hoc est, euangelij synceritas arguit, legem nos peccati oẽs insimulare, & peccatum esse quidquid ex fide non est, Christum vero esse sotera totius seculi. Ipsi honor & gloria per æterna secula. Amen.

Sola fides vbi locũ habeat.

Hæretici perperam patres autoritatem non citant.

DOMINICA XIIII. POST TRINItatis, Galat. V.

Spiri-


Piritu ambulate,& desideria carnis non perficietis Caro enim concupiscit aduersus spiritum,spiritus aūt aduersus carnē.Hęc enim sibi inuicem aduersantur,vt non quæcunq; vultis,illa faciatis.Quod si spiritu ducimini,non estis sub lege. Manifesta autem sunt opera carnis,quæ sunt,fornicatio,immunditia,impudicitia,luxuria,idolorum seruitus, veneficia, inimicitiæ, contentiones, æmulationes,iræ,rixæ,dissensiones,sectæ,inuidiæ,homicidia,ebrietates, comessationes,& his similia:Quæ prædico vobis,sicut prædixi, quoniam qui talia agunt,regnum Dei non consequentur.Fructus aūt spiritus est, charitas, gaudiū,pax,patiētia,longanimitas,bonitas, benignitas,mansuetudo, fides,modestia,continentia,castitas.Aduersus huiusmodi non est lex. Qui aūt sunt Christi,carnē suā crucifixerūt cū vitijs & cōcupiscentijs.

PRAEFATIO.

Errorē ne q̄s ex apostolo imbiberet, cautū est.


AEC lectio non tam Apostoli nobis vigilantiā,quàm ecclesiæ industriam, exhibet. Cauit Apostolus,ne quis ex suis scriptis errorem aliquem hauriat.Ecclesia q̄que considerate apostolicas lectiones nobis legendas & proponendas populo credit. Confutauit Apostolus hostes gratiæ Christi digne pro re.Poterat ex argumētationis eius vehementia,deprauatæ mentis homo colligere, opera bona fructum spūs sancti,nihil facere ad iustitiā & perfectionem Christianismi.Huic malo occurrit Apl'us,oreq; rotundo spūs opa, tāquā iustificatoria,extollit. Ecclesia q̄q; p̄sentē lectionē statim à supiori statuit legendā. Sectio esto: Primo in gñe monet,vt fideles in sola fide nō insolescamus, sed bene operari satagamus.Secundo,opera carnis damnātia explicat.Tertio,spūs fructū salutarem adsignat.

Opa bona iustificatoria.

Spiritu ambulate, & desideria carnis non perficietis.

Quid spūs sit,&quid caro,fidelib⁹ obscurū nō est:nēpe spiritū esse hoc ipsum, q̄d superne spūs sancti nobis datū est gratia:carnē esse, q̄d ex parentū propagatiōe nobis est innatū. Alteꝝ grę est,alteꝝ naturæ:alteꝝ in cœlū nos euehit, alteꝝ in infernum submergit.Nemo est baptizatoꝝ siue fideliū,qui nō aliquid spūs sancti in se habeat,quanquam alij alijs plus minusve. Rursus qui non sapiat carnē,existit quoq; nemo:quanquā alij itidē alijs plus, minus ve.Nūc vero cum vtraq; in nobis habeamus sibi cōtrariantia,sibiq; luctātia,potiori nos obsequamur necessum est, nempe spiritui,q nobis à Deo datus est.Hoc ipm vult Apostolus,dicēs:Spū ambulate. Sensus est: Spiritualiter viuite,Christianæ p-

Baptizati parti sunt spūs,par tim caro.

fessioni respōdere instate.Spūs sancti ductum qui sequitur,ea quę filios Dei decet, præstabit:patrem cœlestem imitabit,sanctificari porro inuigilabit.Qui spiritui,tāquam sessori equus, & fabro serra paret, non perficiet opera carnis. Caro nihil boni concupiscit,spiritus sanctus nihil mali. Beat⁹ q spūi sancto opa carnis supprimit.

Caro enim concupiscit aduersus spiritum,& spiritus aduersus carnē. Hæc enim sibi inuicem aduersantur, vt non quæcunque vultis, illa faciatis,

Apostolus ipse fatetur,spiritū & carnē sibi pugnare.Alterum vult horsum,istorsum altero petente.Tam sibi non consentiunt caro & spūs,q̄ diabolus & Deus.Arguit hoc ipsum vtriusq; affectus & concupiscentiæ,cū neutrum hoꝝ hoc concupiscat,quod alterum. Spūs Deo placere studet,caro ventri indulget.Ille supna q̄rit,hæc terrestria.Hic si secundum spiritū ambulamus,concupiscentijs spūs obsequimur:si ambulamus secundū carnē,in carnali volutabro nos mergimus. Illic spūales nos esse declaramus, hic carnales:illic Dei amicos & filios nos exhibem⁹,hic hostes & perduelliones.Attendat ergo & p̄spiciat quisq; sibi.Videat, Dei ne filiū esse expediat,an magis hostē.Obserua,in nostra manu vtrunq; esse. Noui euangelicastri Manichæam hæresin nobis loco euāgelij,nescio cuius, obtrudūt.Fatali necessitati oīa adscribunt:sic eñ vident opinionē hæreticā,bonoꝝ opeꝝ merito detrahentē, se posse stabilire.Sed hic,vt etiā alibi,immo in scriptura catholica vndiq;, videt sibi veritatē aduersari.Nō dicit Apostolus hic,Fideles bonū opari nō posse,bonū agnitū necessario omittere &c,sed dicit

Spūs & caro sibi dissident.

Prædestinatio nō cogit fatali necessitate.

cit hæc duo, spm̃ puta & carnẽ, aduersari, ne faciamus q̃d probamus. Aliud est, bonũ non facere hominem, & facere non posse. Illud habet culpam, hoc non. Inobedientia & prauitas bonũ negligit, etiã si ipsum non reprobet. Dicit ignauus: Qui fit, vt bonum quod volo, non faciam? Respondet Apostolus Roma. 7. Caro quę luctatur spiritui, dominatur in te, tu totũ illi te dedis. Spiritui obtemperares, per eius ductũ carni resisteres: q̃ si hic te strenuum Dei militem gereres, iam quod bonũ probas, faceres. Tuapte culpa, socordia nimirũ, peccas. carni manum das, tanto studio carni militas, ac si Deus hoc tibi præscripserit. Possunt fideles per spiritũ carni resistere, ne faciant quod illa vult. Sed blandula hominis affectum suffuratur, & in spũs inimicitiam inducit. Tentamur per carnis concupiscentias varias: voluptates dulce malum carni adsunt, mundus præsto est. Spũs solus hæc omnia habet expugnare. Sed non statim, quia tentamur, ergo etiã ad ea quæ caro vult, cogimur. Nemo coronatur nisi legitime certauerit. Illius ergo, fomes & vetustas nobis reliqui est: quæ si spũs sancti ductu expurgauerimus, bene nobis erit. Philosophi prisci non adeo procul ab hac parænesi aberant, docendo: Ratione viuẽdum, non affectu. Ambrosius lib. 2. off. ca. 24. hoc ipsum approbat, dicens primũ esse fundamentũ, vt appetitus rationi pareat.

Quod si spũ ducimini, non estis sub lege

Lex iusto nõ est posita.

Paruũ & potens verbum. Qui se spiritui Dei agendum prębet, nihil mali patrat, immo nihil boni non perpetrat. Qui declinat illud, & hoc perficit, iustitiæ laudẽ meretur. Nihil illi & Mosi. Neq; enĩ lex iusto tali posita est, vt ad Timotheum idem dicit Apostolus. Vos itaq; Galatæ, si spũs ductum sequamini, ergodiocte, hoc est, impulsore ad opera, opus non habebitis vllo. Quid legi perfectæ & imperfectæ? Quid pædagogo & grandæuo? Quid iusto & legi? Quid calcaria equo volenti admoueat Moses? Fideli vero & syncero lex cordi est insculpta, & crasso Iudęo lex tabulę lapideę est insculpta. Hæc imperat, sed virtutẽ qua præscripta perficiat, non sufficit: illa voluntarios facit, virtutem item ad perficienda euangelica præcepta suppeditat. Obseruet sacerdos quod Augustinus dicit ad Anastasium: Lex, ait, adducit ad fidẽ, fides impetrat spm̃ largiorem. Spũs diffundit charitatem, charitas implet legem. Epist. 144. Stultus qui literã spiritui, insanus q̃ infirmitatem firmitati præfert. Mentis inops, libertatis rude accepta, virgis seruilibus se pungendum rursus offert. Non vbi lex, sed vbi spũs domini, ibi libertas.

Manifesta autem sunt opera carnis, quæ sunt, fornicatio, immunditia, impudicitia, luxuria, idolorum seruitus, veneficia, inimicitiæ, contentiones, æmulationes, iræ, rixæ, dissensiones, sectæ, inuidiæ, homicidia, ebrietates, comessationes, & his similia.

Opera spũs [...] carnis [...] n.festa

Apostolus seipsum declaraturus, indicia, quibus & caro & spiritus depræhendatur, subijcit. Septemdecim vitia enumerat fructus carnis: vitia ea vocat opera carnis, quia caro (& non spũs) ea in nobis operatur. Simili loquendi modo ea ipsa Roma. 13. appellat opera tenebrarũ, quia lux gratiæ Dei in ipsis non lucet, & quia ædificant ad gehennã. Matt. 22. Contrà, virtutes vocat fructus spũs, q̃ eorũ origo est spũs sanctus. Hæc opera spũs sancti, vocantur etiã opera lucis, Ioan. 3. cum q̃ in ipsis elucescit atq; resplendet Dei gloria, & q̃ huiusmodi opera ædificant ad vitam æternam, Matth. 22. Facessat ergo hæresis Aetiana & Iouiniana, quarũ illa dicit solam fidẽ saluare, hæc vero asserit bona opera citra vllum meritũ fieri. Opera carnis, eia fratres, rite æstimemus, & inde carnis gloriã colligamus. Vah glorię carnis. Malũ ouũ, mala auis. In peccatis concipimur. Quis poterit facere mundũ, de immundo conceptũ semine hominem? Viderint nobilistæ de stemmatũ splendore. Non substantia carnis, neq; creatura Dei condemnatur, vt dicit Chrysostomus & Theophylactus contra Manichæos. fructus saltem & peccatũ in carne habitans taxatur, non ex manu factoris in carnem missum, sed voluntate Adæ peccatoris admissum, Roma. 5. 7. Prima natiuitas nobis peccatũ ingenerat carnalis. Altera natiuitas spiritualis, peccatũ ingeneratum expiat. Adeo nihil boni est in carne, vt adhuc catalogum decem & septem vitiorũ, tot, immo pluribus, locupletare possimus. Et quid æque horrendũ est auditu, atq; nihil boni esse in carne? Longe magis horrendũ est dictu, q̃ hodie tyrannidem illam carnis, in spũs iniuriam dissimulamus non modo, sed & fouemus. Talis tam chori q̃ fori, est facies, vt Sodomitas iustiores nobis diceres. Neq; item tot inuenies Samariæ vitia, quot hodie exuberant atq; exundãt in nostra repub. Ezech. 16. Seres, qui olim à Dei cognitione erãt plane alieni, idolis non deferebant, scortationem execrabantur, neminẽ occidebant, manus

Peccatis mũdus [...] undat, [...] guis sa[n]guinem tangit.

manus ab aliorũ opibus abstinebant, vt de populo istoc scribit Eusebius de præparatione euang. lib. 6. cap. 8. Laertius quoq; testis est, philosophis vitiorum etiam nomina plane execrabilia extitisse. Idem philosophũ quendã, orationẽ contra vitia habiturũ, habitum plane abominabilem, funeralem non solum & lugubrem, sed talem, qualem cadaueribus in bustis, immo etiam illis qui in inferno torquentur, tribueres, si bi assumpsisse, memoriȩ commendauit. Dicitq; philosophũ illum conuenienti habitu mouendis affectibus hominum, vsum. Quis hodie satis grauiter vitia taxat? Non dicam hic eos, quorum interest huic malo obsistere, totum mundum scandalis opple re. Cum diuo Hieronymo ad Tryphonium non immerito pius quisq; dixerit: O si & mihi liberet dicere, quæ multi clamitãt. Canonica censura est abrogata, matris virga atque ferula est comminuta, clauis ligationis est confracta, viuitur ex raptu, peccatur libere. Omnis mortalium conuersatio, in ternione versatur: Mensæ, thori, arcæ: Crapulæ, libidinis, & auaritiæ. Tribus Germanicis monosyllabis hæc exprimuntur cacodæmonia, Tisch, Bett, Cast. Loco sanctæ Trinitatis, Tænarij hi tres in mundo dij regnant. Et si quid cultus in mundo superest, fæx & amurca est eius, qui in primitiua viguit ecclesia. Ne mihi succenseatis principes Sodomorũ, sed vos reformate, & Christi gloriæ præparate. Quod nisi feceritis, sal infatuatum conculcabimini. Ecce tibi quot & quantas vestrum cacoethes excitauerit hæreses. Turcica quoq; hodie inualescit magis atque magis rabies: quod si tali tumultu non excitamini, appa ret vos letheo rore soporatos, in mortem æternam dormire. Ad Romanos Apostolus carnis quoq; fructus enumerat vigintitres. Nullum horũ hodie capite plectitur. nam & gladius fori prophani hebet. Homicidiũ, fateor, capitale est crimen, sed nõ omibus. Sunt em̃ nobilistæ liberi licentiatiq; ad rapinas, homicidia, parricidia & sacrilegia omnia. 1. Corinth. 5. 6. Ephe. 4. Coloss. 3. 1. Timoth. 1. 2. Timoth. 3. catalogũ præmissum Apostolus auget. Sed quid hoc proderit aut ad virtutes promouendas, aut ad vitia supprimẽda, si totus Christianismus in sola fide est situs, etiam charitate exempta?

Ebrieti auori vehementia in vitia invexerũt.

Monosyllabis trib' Germanicis status hominis æta is versat, Disch, Beth, Cast.

Quæ prædico vobis, sicut prædixi, quoniam qui talia agũt, regnũ Dei non consequentur.

Quid hic Apostolo obijcient, qui dicũt peccatũ credenti non obesse? Vbi hic sunt pseudoapostoli, dicẽtes gemitu saltẽ opus esse ad peccati dilutionẽ? Et indulgentiarũ nundinatores bullarij, veri bullarij Diplomaton curialiũ prædicatores, hic iugulantur. Verba Apostoli sunt clara contra errores quoslibet. Qui mala agunt, regnũ Dei non consequentur. Nisi forte codicillus aliquis dispensatorius (bullas puto, vt vocãt, canonum siue legum gratiarũ) hic sententiam eã eleuare possit apostolicam. Huius contrariũ vides Matt. 19. Marc. 10. Luc. 10. Si vis vitam ingredi, serua mandata Dei. Hoc fac, & viues, dicit dominus. Beati serui, quos, cũ venerit, dominus inuenerit vigilantes. E regione vides sententiã Apostoli fulciri, nempe scelestos homines à regno cœlorum extorres fieri. Non hoc effutiuit Apostolus absente mente. Nã & hoc ipm dicit 1. Corinth. 6. Roma. 8. Ecclesia quoq; ingenue idẽ fatetur, dicens: Qui mala egerunt, ibunt in ignem æternum. Qui itaq; saluus esse vult, surda aure sirenas hæreticos transeat, declinando à malo, ne amplius peccet, 1. Ioan. 2. Ioan. 5. Faciendo item bonũ, seruando præcepta, Matt. 19. 25.

Peccatum credenti obest, et fides peccãti nõ prodest.

Fructus autem spiritus est, charitas, gaudium, pax, patientia, longanimitas, bonitas, benignitas, mansuetudo, fides, modestia, cõtinẽtia, castitas. Aduersus huiusmodi nõ est lex.

Fructuũ carnis non obscura est cognitio, sensus carnis hic cuiuis magister esse poterit. Spiritus, quoniã vita est ipsa, ociosus esse non poterit. Videmus ergo ppaucos vere esse spũales, q spũs fructũ adeo à nobis videamus esse alienum. De fructibus spũs etiã alias disseruimus, in epistolam ad Corinth. Hic Apostolus saltem duodecim fructus enumerat: carnis vero opera longe plura enumerat, adumbrãs plura esse virtutibus vitia: quod & poeta nõ supprimit. Dicit em̃: Pluraq; sunt semper deteriora bonis. Huc facit verbũ Christi Matth. 7. Pauci ingrediuntur per viam arctã quæ ducit ad vitã. Matth. 20. Sunt plura spũs sancti dona & fructus, Esa. 10. Ephe. 4. 1. Timoth. 6. 1. Pet. 3. 4. Beatus in quo huiusmodi inueniuntur. Charitas, tanq̃ regina, primatũ obtinet. Hieronymus dicit, alias virtutes esse vitia sine ea. Ioannes Chrysostomus charitatẽ in mirũ modum extollit, vocans eam perfectã philosophiæ magistrã. Theophylactus appellat eam radicẽ omniũ bonorũ, Bernardus vitã fidei. Iterũ Hieronymus, cunctarũ virtutũ matrẽ. Gregorius Nazianzenus dicit, charitate nos amicos Dei fieri. Ambrosius lib. de paradiso,

Plura vir tutib' sũt vitia.

Charitas regina virtutum.

Gaudiũ charitatis dulcedini nõ deeſt.

ſo,dicit charitate cũ fidem tum ſpem auge ri.Gaudiũ non deeſt amantibus Deũ.Gau dium,ſpũs intellige,non carnis,Rom̃.14. Gaudiũ in dño,Phil.4.Iterũ,ait ſeruator, videbo vos,& gaudebit cor veſtrũ. Pax hoĩbus bonæ voluntatis,hoc eſt, charitate flagrantibus.Qui em̃ diligit, nemini malũ vult. Longanimitas charitatis filia,paci &gaudio non poteſt non adeſſe.Huic co mes eſt patientia.Non perturbat vlla iniu ria charitate præditũ, gaudio ſpũs ſancti re pletũ & pacem internã habentẽ.Longani mo & patienti bonitas non abeſt. Hæc vir tus e Dei natura proprie cõmendatur,Ro ma.2.Tit.3.Bonitas ſoror eſt benignitatis, vtraq; filia charitatis. Agathoſynan etiam vocant bonitatẽ,q̃ eadẽ fere eſt cũ probita te,cui germana eſt fides.Fides,ciuilis iuſti tiæ eſt aut genitrix,aut ſoror.Quod ſi de ea fide hunc locũ intelligis,vides eã fidem magnã eſſe virtutẽ,fructũ nimirũ ſpũs ſan cti,atq; adeo hominem iuſtificantẽ. Si ve ro de virtute theologica accipis, vides no ſtrates theologaſtros recentioris euange lij,in mirũ modũ delirare,qui charitatem fructũ fidei dicunt eſſe.Fidẽ nihil niſi arbo rem perpetuo docent,cũ apoſtolus Paulus fructũ fidem eſſe non obſcure fateatur.Di cerent ergo,fidẽ eſſe fructũ ſpũs:profert ſi quidẽ ſpũs fidẽ,& nõ econtrà.Modeſtia fi dei vtriuſq; eſt germana.Quo homini mi nus eſt fidei,hoc ſe de fide plus iactat.Sic videmus hodie adeo inſoleſcere ſolius fi de apoſtolaſtros.Virtus ea beatitudini ad ſcribitur Matt.5.Diſputent Lutherani,nũ beatitudinis vocabulũ iuſtitiæ laudẽ mere atur.Continentia, quæ Græce dicitur en cratia,vere catholica virtus eſt.Continen tes ſunt quaſi Chriſto conſepulti,id eſt,ſe ab omĩ vanitate abſtinẽtes. Caſtitas huius virtutis aut eſt filia,aut germana, & hæc ca tholica eſt virtus,1.Cor.7.Iaco.4. Libido propria eſt hæreticorũ,meritũ virtutibus auferentiũ.Contra præmiſſas virtutes nõ eſt lex.Hic diſce quid ſit legis antiquatio. Iuſtis non eſt lex poſita,1.Timot.1.Fideles (vt ait Hieronymus) regnante charitate, quæ debent,præſtant:non habent opus le gis admonitore & impulſore.

Longanimitas charitatis filia.

Cõtinentia vere eſt catholica virt⁹.

Legis a[...] rogat[...] vnde a[...] noſcẽ[...]

Qui autem ſunt Chriſti, carnem ſuam crucifixerũt cum vitijs & con cupiſcentijs.

Reſpondet ſuperioribus de vtriuſq; fru ctibus,ſpũs nimirũ & carnis. Opera carnis ſunt manifeſta. Qui Chriſti ſunt,vel inde poſſunt æſtimari,q̃ contra carnis vitia ꝑci puo ſtudio luctantur,1.Corint.9.De mor tificatione veteris Adæ dicitur Rom̃.8.12. Colo.3.Corpus Chriſti Ieſu,cruci eſt affi xum,oblatũ in ara crucis.Sic etiam debet crucifigi & offerri corpus noſtrũ,ſed ſpiri tualiter,vt etiã corpus quodãmodo fiat ſpi rituale, Deo,nõ mundo, viuens.Doctrina mortificationis non eſt in tali vſu, atq; fuit in primitiua eccleſia,vnde etiam non eſt adeo illuſtris,atq; tunc erat.Tunc etiam ca techumenis nota fuit,vtiq; vſu:nunc bapti zatis obſcura eſt,quia in praxi eſſe ceſſa uit.Horrendum dictu,quod hic colligere eſt,eos Chriſti nõ eſſe,qui carnem ſuã cum concupiſcentijs ſuis nõ crucifixerũt.Oran dus crucifixus,vt ſuã nobis largiatur gra tiam,per quã demũ diſcamus manus, pe des, oculos,& oĩa membra nos ſcandalo afficientia,amputare,eruere atq; abijcere. Benedictus,qui nobis crucem eã & morti ficationẽ benedictam,atq; adeo ad vitam æternam perducentem , demonſtrauit & ſanctificauit. Amen.

Mortifi[...] tionis [...] ctrina [...] ſcurati [...] facta,q[...] in viſu [...] eſt.

DOMINICA XV. POST TRINItatis, Gala.V.& VI.



I ſpiritu viuimus,ſpiritu & ambulemus.Non efficiamur inanis gloriæ cupidi,inuicem prouocantes,inuicẽ inuidentes. Fra tres,& ſi præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto,vos qui ſpirituales eſtis,huiuſmodi inſtruite in ſpiritu lenitatis:conſide rans teipſum,ne & tu tenteris. Alter alterius onera portate,& ſic adimplebitis legẽ Chriſti. Nam ſi quis exiſtimat ſe aliquid eſſe,cũ nihil ſit,ipſe ſe ſeducit.Opus autẽ ſuum probet vnuſquiſq;,& ſic in ſemetipſo tantũ gloriam habebit,& non in altero. Vnuſquiſq; em̃ onus ſuũ portabit.Commu nicet aũt is qui catechizatur verbo,ei qui ſe catechizat,in omnibus bonis. Nolite errare,Deus non irridetur. Quæ em̃ ſeminauerit homo,hæc & me tet.

tet. Quoniam qui seminat in carne sua, de carne & metet corruptionẽ: qui autẽ seminat in spiritu, de spiritu metet vitam æternam. Bonum autẽ faciẽtes, non deficiamus: tẽpore eñ suo metemus, non deficientes. Ergo dũ tempus habemus, operemur bonũ ad oẽs, maxime aũt ad domesticos fidei.

PRAEFATIO.



IN præcedenti die dominica audistis ex lectione epistolæ ad Galatas, Apostolũ fidelibus pcipere vt Christiane viuant, malum puta fugiẽdo, & bonũ faciendo, psal. 33. Cæterũ vt vtrunq; tam bonũ q̃ malum, possimus discernere, vtriusq; nobis catalogum recenset, nomenclaturã & vitiorũ & virtutum. De illis bene dixit S. Bernardus: Hæc qui pauet, cauet: q negligit, incidit. Graue quidẽ est, vtrunq; facere. Sed fortis vt mors dilectio: fortior est spũs Dei spiritu huius mundi. Dicit ergo idem Bernardus, hoc quod naturæ graue est factu, spiritui gratiæ nõ modo nõ esse graue & molestũ, sed leue magis & iucundũ. Sectio obseruet. Primo Aplus oẽs in genere admonet, vt spũ viuentes, spũ q̃q; ambulemus. Secundo instruit eos q ecclesiæ sunt plati, vt infirmos, in spũ lenitatis instruendos meminerint. Tertio plebẽ instruit, vt studeãt reddere vicẽ se catechizantibus, & vt ad oẽs, maxime ad domesticos fidei, operari bonum instent.

Si spũ viuimus, spũ & ambulem⁹.

Aplm nõ pudet eadẽ de spũ toties repetere, nec itẽ nos piget eadẽ ab Aplo toties audire. Scimus nos vnctione in oĩbus opus habere. Nihil ergo nobis (si modo Christi simus) prius est doctrina ea, quæ spũs nobis explanat gratiã, fructũ atq; operationem. Vult Aplus, vt per fructus spũs sancti, ostendamus nos esse spũales: vult vt fructus spũs edamus, & de nobis argumẽtum cuiuis homini pbeamus. Nihil est, si dixeris te spũalem, & carnaliter vixeris. Spũs, vita est: qui si in nobis habitet, ociosus non erit: quemadmodũ etiam caro, maligni spiritus instinctu, non agit ferias. Nõ abscondit se spũs, vt ait Hieronymus, nisi per negligentiam possidentis. Neq; itẽ subtrahit se ab illis, quibus contigit, nisi secundum se viuere negligant. Atqui spũ viuere nõ possumus, nisi carnem cũ omnibus concupiscentijs suis crucifixerimus, Gala. 5.

Fructus spũs, de spũ dei in nobis dãt testimonium.

Non efficiamur inanis gloriæ cupidi, inuicem prouocantes, inuicem inuidentes.

Quemadmodũ podagra diuites magis vexat, ita etiam spiritualibus vitium inanis gloriæ magis insidiatur. Furtum, latrocinium, adulteriũ &c. eos qui carnẽ crucifixerunt, minus solicitant, sed cenodoxia in optima vita potissimũ est cauenda. Vnde Hieronymus dicit de anachoreta S. Hilarione: Alij possunt mirari virtutem miraculorũ, qua pollebat S. pater: alij celebrabunt incredibilẽ abstinentiam & sapiẽtiã: ego nihil ita stupeo, q̃ gloriam illam & honorem calcare illũ potuisse oblatam. Monet itaq; Aplus, ne vitio tali locũ concedamus, ipsumq; in nobis regnare patiamur. Interim etiã tangit pseudoapostolos eos, q Galatis legẽ Mosi obseruandã commendauerunt: nulla alia causa, nisi vt sibi aliquod in Galatis nomen pararent. Singulares feræ hæretici, fere hoc vitio laborãt. Testis est canon 7. q̃st. 1. ca. factus. vbi dicitur, q Nouatus presbyter solius ambitionis vitio sit factus hæreticus & ecclesiæ hostis. Cõtra vitiũ hoc vide Ioan. 5. 7. Phil. 2. 1. Thess. 2. Hieronymus loquitur hic contra dogmatistas ambitiosulos. Eius verba sunt: Et verbum Dei athleticum scomma faciunt.

Gloria inanis magis infestat religiosos.

Fratres, & si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui spirituales estis, huiusmodi instruite in spiritu lenitatis.

Vnicuiq; data est gratia secundũ mensurã donationis, Roma. 12. 1. Cor. 12. Vasa varia domuũ singularũ, nec corporis membra eadẽ omnia. Sic ecclesia habet suos infirmos, puta eos qui carnẽ suam necdũ crucifixerunt, sed lubricæ carnis adhuc vexantur stimulis, digni quibus cõpatiantur pfectiores. Donũ & fructus spũs, est longanimitas, benignitas, patientia &c. Viderint ergo spirituales, vt fructus tales exprimãt. Meminerint se dño suo debere decẽ millia talenta, quoniã etiam iustus interdiu septies labitur. Et qui stat, videat ne cadat. Caueant ergo, ne conseruũ debentẽ centum denarios, suffocẽt & male accipiant. Studeant dominũ Iesum imitari, qui linũ fumigans nõ extinguit, nec culmũ quassatũ conterit, sed magis illud excitat, hunc consolidat. Nõ venit soter noster perdere, sed saluare quod perierat. Exemplo tali *spũales peccator domus ruinosa vt catartizomenus euadat, hoc est, ad se reuersus, cor-

Spũales decet esse præ cæteris mites.

rectus, atq; ab errore liberatus, in ecclesia seruetur. Obserua hic Apostolũ præsenti animo malignis & obstinatis occurrere. Diceret aliquis pfractorũ peccatorũ, impune sibi peccare licere, Christũ esse misericordẽ, agnellũ Dei peccata mũdi abstulisse &c. Talibus Aplus hic obstat, modestissime scribẽs. Primo ait, poccupatus, hoc est, puentus, interceptus, pter spem lapsus. In quo verbo excludit eos, q ex industria & ex consuetudine longa peccãt. Ignorantia & fragilitas hic vult vt attendant. Secũdo dicit, homo, nõ frater. Humanũ esse peccare, nõ Christianũ insinuat. Tertio dicit in singulari, in aliquo delicto. Septuagies septies nos quidẽ iubemur remittere in nos peccantibus: sed nusquã vides, vbi scriptura semel peccatori idulgeat, anniueat, atq; permittat semel fratri incõmodare. Peccasti? quiesce. sic pcepit dñs peccãti. Quarto, delicto ait. Paraptoma significat lapsum, declinationẽ, titubationẽ. In lubrico solo facilis & in procliui est lapsus. Manus aut linguæ lapsus siue error, meretur veniã, si cõmissus est: nõ probatur, vt cõmittat. Indulgentia ecclesiæ, est de cõmissis, non de cõmittendis. Quod dictũ volo aduersus ptinaces, nõ in fraudẽ infirmis. Sed hodie nihil hoꝝ curatur. Partim eñ liberius quiduis committitur, partim omne cõmissum, sine vlla Christiana clementia, priuata ira & vlciscendi libidine in pœnã rapitur. Vndiq; totis turbatur agris. Dominus Iesus nostri misereatur.

Peccatoribus obstinatis non blanditur apostolus

Considerans temetipsum, ne & tu tenteris.

Qui stat, videat ne cadat, 1. Cor. 10. Seruum dñi nõ oportet esse pugnacẽ, sed comem, errantes vt in viam benigne inducere possit. Pontificẽ ergo ex hoĩbus Aaronẽ Deus etiã peccatis oneratũ elegit, vt errantibus condolere possit. Vt se pius superintendens cũ erga præfractos, tum erga infimos gerat, Gregorius in Pastorali suo accurate satis tradit.

Spũalis ẽ, seipm cõsiderare.

Alter alterius onera portate, & sic adimplebitis legem Christi.

Spirituales tanquã fortiores monet, vt infirmis parcant, atq; eos suscipiant, eorũ onera portãdo. Equus Aesopicus oneratũ asinũ præ se contemnens, nec eius onera iuuare dignatus, tandẽ oneribus asini suppressi, & ipse supprimebat. Apologi eius memores optimates, infimatibꝰ parcerẽt. Sic adimplet lex Christi, hoc est, Christi pceptũ, vt amemus nos mutuo, Ioan. 15. 15. Charitas est, infirmũ in fide assumere, oneribus suppressoꝝ succedere. Onus peccatũ dicit psal. 37. Tale onus nostrũ Chrs abstulit Esa. 53. Nobis hic reliquit exemplũ, vt & nos qq; idẽ faciamus, vt Hieronymus pie satis submonet. De hac re vide 2. dñica aduetus in epistola ad Ro. 15. Dicis, an semper peccanti anniuendũ sit nec ne? Rñdeo, Suprà audisse te, quorsum hæc Aplus dixerit. Sunt pctã, propter q̃ proximus est corripiendus, Mat. 18. Luc. 17. Sunt pctã iudiciũ pcedentia, 1. Tim. 5. Sunt pctã, ad ius cluiũ pertinẽtia, Ioan. 20. 1. Cor. 5. Quorũ pcipue interest peccata corrigere, 1. Tim. 5. norint pctã esse castigãda, Ephe. 5. Contra hæc oĩa Aplus hic nõ loquit. Vult vt infirmorũ rationẽ habeamus. Aliud est pertinacia, aliud infirmitas. Nõ implet lex Christi pfractis anniuendo, sed infirmis condolendo. Sed hodie datur venia coruis, vexat cẽsura columbas.

Spũaliũ est, onere grauatos iuuare.

Pertinaciæ n… trociniũ … apostol…

Nã si quis existimat se aliqd esse, cũ nihil sit, ipse se seducit.

Hac remora impetus philautoꝝ interiungitur. Philauti sunt pharisæi & hypocritę, sese admirãtes atq; adorãtes: qđ (teste Iob) est iniquitas maxima. Iustus eñ prior est accusator suipsius. Publicanũ seruator sanctulo pfert, Luc. 18. Qui seipsum cõmẽdat, probatus nõ est, sed quẽ dñs laudat.

Opus aũt suũ probet vnusquisq;, & sic in semetipso tantum gloriam habebit, & non in altero.

Eo hoc dictũ est, ne quis se efferat. Suprà monuit fortiores seu spũales, vt infirmorũ rationẽ semper habeãt. Membrũ luxatũ, nõ statim amputandũ: immo etiã cõfracta consolidanda & curãda, nõ statim abijcienda: quare ergo lapsus fratrũ infirmorũ, nõ interpretemur candide? Sed inter superbos semper vigẽt iurgia. charitas peccatoꝝ multitudinẽ obtegit. Humilitas hic locũ habet, quæ scala cœli dicit à patribus antiquis. Huc pertinet aureũ dictũ Ambrosij: De humilitate crescitur. Dicit Apostolus: Age q tibi firmus videris, & operũ bonorũ locuples, tuo te pede metire: quo affectu oĩa peregeris, considera. Si syncerũ te in oĩbus inueneris, in dño Deo excitetur spũs tuus, inq; tuo sinu gaude, noli erũpere ad aucupiũ auræ popularis. Aurum in ædificio Dei ignẽ probatoriũ sustinere potest. Saluus erit, quẽ ignis ille purgatorius probauerit. Quid? Nunquid ille semetipm conferet sibi? Nunquid cõparatione malorum sese æstimabit? Neutrũ horũ committet. fidẽ, spem & charitatẽ suã librando, faciet hoc, qđ Hieremias dicit cap. 9. gloriabitur dñm sese nosse. Idẽ monet & Apostolus 1. Corin. 1. Est & gloriatio in cruce dñi nostri

gloria … se pius … q̃ hoc … modo.

nostri Iesu Christi,qua Apl'us exultat,Gala.6.Noui euangelicastri nõ student gloriæ cõscientiæ propriæ,sed in papistarum mẽdis gloriationis sumũt materiã. Tantũ abest vt hic aliquid laudis sibi cõparent,ꝙ magis sese peccatis onerent alienis.

Vnusquisq; em̃ on⁹ suũ portabit.

Quare tibi iudiciũ sumis in alterius seruum? Si cadit,dño suo cadit. Non alterius tibi peccatũ, nisi certis casibus,imputabitur. Norũt scholastici quæ sint peccata aliena:q̃ maxime infestant optimates. Vnusquisq;, dicens Apl'us,p̃cipue etiã primores ecclesiæ intelligit. Cæterũ quisq; etiã minimus, de suis factis rationẽ reddet, Roma. 14.2.Cor.5.Nolite,ait,iudicare,& nõ iudicabimini. Qui ecclesiæ reformationẽ causantur,quare professionẽ catholicã vocãt in dubiũ? quare exotica præcepta proferunt? quare à conuicijs sibi non temperãt? quare eadem committunt,quæ in alijs repræhendunt?

Communicet autem is,qui catechizatur verbo,ei qui se catechizat, in omnibus bonis.

Catechesis & catechumen⁹, honorifica sũt vocabula.

Simile dicit Ro.15.vbi ait de bonis sp̃ualibus,quorũ p̃cipua est pars,doctrina & prophetia,hoc est,scripturæ interpretatio. Catechesis est institutio. Catechumenus,discens fidẽ catholicã,interpretatur. Vocabulo hoc Apl'us hic vtitur,tanq̃ honestissimo. Quãta eius officij in ecclesia sit,immo esse debeat,ęstimatio:vel inde patet,ꝙ Apostolus nõ ad baptizandũ dicat se missum, sed ad docendũ. Idẽ ait: Si nõ adsit interpres,taceat q̃ loquitur linguis. Catechumenos catechistis Apl'us hic debitores facit suorũ bonorũ omniũ. Parum est,si etiam in oĩbus bonis,catechistis suis communicauerint. Maxima em̃ sunt sp̃ualia,quibus temporalia nõ possunt apte conferri,1.Timo. 6. Canones volunt,vt ij quibus patrimonia sufficiunt, victũ & amictũ ecclesię gratis ministrent. Canones hi q̃ sint his nostris tẽporibus contempti,horrendũ est dictu. Quis,per Deũ oro, bona ecclesiæ oĩa sibi vsurpat,nisi cui patrimonium est amplũ? Tanta est nobiliũ canonicorũ insaturabilis auaritia,vt etiã sacerdotia,quæ altaria seu vicarias vocãt,non respuant. Egregij tituli, Diaconus hic, illic præpositus, istic canonicus,& altarista ibidem. Spiritus hodie iuxta Germanicam dialecton,in sordes,similib⁹ fere syllabis abijt, Geist Geitz. Quem huic nodo cuneum tandẽ aptũ credamus? Catechistis hodie nihil est & miserius & contemptius,aulica pompa ecclesia penitus contaminata. Ite,ait,in vniuersum

Catechumeni catechistarũ debitores sunt.

Sp̃us & fordiũ vocabulis Germanicis similiũ fere sylla

mundũ,& prædicate euangelium omni creaturæ. Itẽ,edentes quæ apud illos sunt. Itẽ, Omnis mercenarius dignus est mercede sua. Sic etiã ius altaris interpretatur Apostolus 1.Cor.9. Viderint deuoratores domuũ viduarũ,heroes chori,an Christi verbũ & Apostoli interpretationẽ,nobilitatis & stemmatũ æstimatione possint eleuare.

Barũ cle i auaritia notatur.

Apostolus hic bona fortunæ,vocat bona humano more. Mammon iniquitatis verũ est,Luc,16.tot malorũ causam præbens. Auaritia est idololatria,quis non videat eam regnare in ecclesiæ magnatibus oĩbus? Philosophi,potissimũ vero Stoici, diuitias bonitatis nomine non dignantur. Cicero eorũ sententiæ subscribit,dicens: Nihil bonũ nisi honestũ. Noster itẽ Cyprianus in epistola ad Donatũ,dicit,Bonũ vocari non posse,q̃ diuites huius seculi adeo abutuntur. Substantia rei bona est,Gene. 1.& 2. Hesiodus ethnicus sacerdos & poeta,huc respicit, dicens: θεόσδοτα χρήματα, hoc est,pecunia Dei donum. Beatus,cuius eleemosynã prædicat omnis ecclesia. Satius est dare q̃ accipere. Cõmunio vt in ecclesia fit,necessum est. Ecclesię neruus,est charitas. Amicorũ communia omnia. Nõ hic loquor de cõmunione Platonica, sed de ea quæ est sp̃us liberi,sua vẽdentis, & eleemosynam faciẽtis. Apostolus vult diuites koinonicos. Vtinã nostri canonici,suæ saluti consulendo,koinonicos sese tandẽ miseris præstent verbi præconibus,Gala.6.& omnibus ecclesiæ membris,Roma.12.

Diuitiæ impropríe dicũtur bona.

cōionem requit ecclesia, sed non Platonicam.

Nolite errare,Deus nõ irridetur.

Dicis,quis tam impius esse possit, q̃ ausit irridere Deum? Respõdeo: Quis est impius qui Deum non risui habeat? Dicit impius,Deum nõ esse:nonne hoc Deo est insultando illudere? quod si non fit verbis, certe animo fit & factis. Irrisores sunt,quibus ociose scriptum est,catechistis cõmunicãdũ. Dicũt em̃ facto ipso,ecclesiæ bona nobilitati esse donata,nõ ministerio verbi. Venationi & lenocinio,pompæ & voluptati,non pauperibus. Catechuntes miseri(vt canones aiunt)mendicant in plateis:interim nitent canes & caballi. Ananias & Saphira,sua integre non dederũt, & horrendam pœnam penderunt. Oĩa hæc nostrates audiunt,& se quotidie magis atq; magis contra verbum Dei obsirmant. Nonne hoc Deo est illudere? Deus iam dormire videtur. sed excitabitur aliquando districtus omnium iudex.

Irrisores Dei sunt clerici sacerdotiorũ pluralitate.

Quæ enim seminauerit homo, hæc & metet.

Ad communionis præceptũ hoc pertinet,

 net,

net,& aliam eleemosynã omnẽ,2.Cor.8. 9.Tangit etiã Apostolus hic irrisores eos potentes Iaco.4.Est etiã in genere dictũ, tam in eleemosynã,q̃ in opera bona oĩa. Sementem em̃ facere,in scriptura accipitur pro bene operari,2.Cor.9.Non obscurũ est verbũ Christi:Mensura qua men si fueritis,remetietur & vobis,Luc.6.

Quoniam qui seminat in carne sua,de carne & metet corruptionẽ. Qui autem seminat in spiritu, de spiritu metet vitam æternam.

Merces opa bona manet certa.

Eia q̃ pulchre distribuit hoc,quod de satione & messiõe dixerat. Apta metaphora vtitur.Libenter vtitur Apostolus metaphoris & similitudinibus à re rustica,imitando sotera nostrũ Iesum.Per carnem,siue in carne seminare, intellige dotibus suis abuti,superbire,lasciuire,genio indulgere &c.Qui ita pomposi & vani carni inseruiunt,carnaliter serendo,propediem itidẽ metent corruptionem, putredinem, vermes & fœtorem.Semini messis congruat oportet:rite ergo caducam sationem, messis sequitur perditiõis.Additamentũ huius messis, erit supplicium ignis æterni.E regione in spiritu seminare,habet finẽ corruptionis:auctarium vero, gloriam æternam.Est vero per spiritum seminare,dotes sibi superne concessas, rite collocare, mundi vana fugere oĩa, pie & religiose viuere,ecclesiæ disciplinas vltro ferre, Deo quæ Dei sunt dando:reipublicæ item prophanæ onus non excutere,Cæsari q̃d Cæsaris est dando:& se in omnibus immaculatum custodire ab hoc seculo.Sic itur ad cœlum,sic iustitiæ laudem etiam apud Deum merebere: vt ringantur Iouinianistæ hæretici, monachi apostatici, qui merito bonorum operum exciderũt. Beatus qui se ab eorum sibilis custodierit, atq; hoc q̃d apud Apostolum hic sequitur,p̃stiterit.

Bonum autem facientes,non deficiamus: tempore enim suo metemus,non deficientes.

Merces opa bona manet certa.

Declarat seipsum Apostolus, quorsum parabolam seminandi & metendi dixerit. Opera bona Apostolus cũ ipse sementem interpretetur,quis nouam expositionem petat?Idem cum de præmio messem exponat, quis bonis operibus suam mercedem ausit negare?Quibus aut rhetorices tropis,aut dialectices regulis,noui euangelici fratres illi operibus bonis iustificandi rationem,contra tam manifesta verba,auferent, & iisdem meritum gloriæ cœlestis detrahent?Detrahent quidem,si in auditorem aurium prurientium inciderint. Qui sibi persuasit pietati studere,cyniphes & cynomyias blandicellas Apostolo aspero non præferet.Est quidem durum quod ait,Bonum facientes, nõ deficiamus.quod 2.Thess.3.idem fere dicit.Et seruator respicientem missis manibus ad aratrum,cœlorum regno indignũ protestatur. Quod carni non durũ non poterit esse.Sed molle & leue fit,si hoc quod sequitur, etiam attendamus,nempe hoc:Tempore suo metemus, non defatigati. Tempore suo,ait, ad æternam respiciens beatitudinem, quæ operanti bonum,est promissa. Quid ergo attinet,contra meritũ operum bonorum, disputatione homines ab operibus bonis remorari?Scriptura non est obscura,ecclesiæ item confessiõ est in propatulo:Qui bona egerunt,ibunt in vitam æternã:qui vero mala,in ignem æternum. Quàm timeo euangelicastros nouos,se contra tam manifestam veritatem obfirmauisse, Esaiæ 6. Matth.28.

Ergo dum tempus habemus,operemur bonum ad om̃es,maxime autem ad domesticos fidei.

Opera bona atq; etiam iustificant.

Si obscurũ est,quod superiori periodo dictum est,certe verba pręsentia omnium sunt p̃clarissima.Nihil est q̃d apostolastri noui de bonis operibus garriunt, nẽpe ea saltẽ esse bona,q̃ ad proximi faciũt vsum, quasi disciplinæ ecclesiæ nequidquam fiant.Sed & opera charitatis,frigide & perniciose tradunt,iustificandi & beandi illis virtutem negando. Apostolus meritũ bonorum operum charitatis,in superioribus abunde donauit.Ecclesia Ap̃lo subscribit: quod si etiam noui facerent dogmatistæ, pacatã iam haberemus ecclesiã.Bonũ vult nos facere,Opera bona vocãs opus bonũ. Quid ergo idẽ nouus euangelicaster opera fideliũ bona,peccaminosa esse blaterat? Apostoli eulogiũ seruator cõfirmat Matt. 5.monens vt exemplo patris cœlestis, solẽ suum æque super malos atq; bonos mittẽtis,etiã de inimicis nostris bene mereri instemus.Maxime vero fidei domesticis officium pietatis exhibendum.Hæretici obstinati,& ethnicis & Iudæis sunt nocẽtiores:quos etsi ferat ecclesia,tñ consultũ est, ne priuatis illis Aue dicat:eosdẽ siquidem Ap̃lus satanæ tradit ad interitũ carnis,vt pudefacti,si qua fieri poterit,feruent.Qui dñi est,norit quõ se erga hæreticos gerat. Dñs Deus schismaticum sp̃m,q bene currentes interiungit,extirpare,& nos ad pristinum cursum pietatis excitare dignetur, ad suam solius gloriam.Amen.

DO-



Ropter quod peto, ne deficiatis in tribulationibus meis pro vobis, quę est gloria vestra. Hui⁹ rei gratia flecto genua mea ad patrem domini nostri Iesu Christi, ex quo omnis paternitas in cœlis & in terra nominatur, vt det vobis secundũ diuitias gloriæ suæ virtutem, corroborari per spiritum eius in interiori homine, Christum habitare per fidem in cordibus vestris, in charitate radicati & fundati: vt possitis compræhendere cum omnibus sanctis, quæ sit latitudo, longitudo, sublimitas, & profundum. Scire etiam supereminentẽ scientiæ charitatem Christi, vt impleamini in omnem plenitudinem Dei. Ei autem qui potens est omnia facere superabundanter, q̃ petimus aut intelligimus, secundũ virtutem quæ operatur in nobis, ipsi gloria in ecclesia & in Christo Iesu, in omnes generationes seculi seculorum. Amen.

PRAEFATIO.



Rib⁹ annis Apostolus in Epheso Christũ docuit, idololatriã penitus eliminãdo eius ciuitatis oẽm. Romã dein veniens, in carcerẽ missus, data tamẽ ei libertate scribendi Epistolas ad ecclesias quas vellet. Ex vinculis illis Neronianis, etiã scripsit epistolã præsentẽ ad Ephesios, plenã salutarium præceptorꝝ. In principio dominicæ præcedentis, Apostoli verbis ecclesia fideles oẽs instruxit, magis vero primores ad vitã spiritualẽ &c. Eadẽ fidelis & officiosa mater, obsecrat in hac p̃senti lectione, ne à fide & operibus bonis deficiam⁹. Lectionis eius sectio esto. Primo Apostolus suum erga Ephesios affectũ indicat, & sic orat, vt constantes vsq; in finẽ permaneant. Secundo ad affectũ suum redit, vota sua ad Deum ecclesiæ p̃missæ exponẽs. Ipsum nunc porro audiamus.

Propter quod peto, ne deficiatis in tribulationibus meis pro vobis, quæ est gloria vestra.

Pij in hoc mũdo nõ tribulari non possunt.

Q.d. Fieri nõ potest, quin vexentur in hoc seculo oẽs, qui pie in Christo volunt viuere. Facite ergo sitis constãtes & fortes Christi milites, spe bellum præsumentes. Spem vel inde sumentes, ꝙ nulla spes vobis sit relicta huius mũdi gaudiorꝝ fruendorꝝ. Crucifixus dñs & magister: q̃d ergo fiet de discipulis? Ego ex eodem calice dominico bibẽs, à Nerone tyrãno in vincula sum coniectus: & quantum ad me attinet, gaudeo in meis vinculis: non possum tamen non vestri causa esse solicitus. Noui ego diaboli artes, nec minus carnis noui infirmitates. Apostolorꝝ infirmitatẽ crucis scandalo esse prostratã, vides Matt.13. Luc.8. Apl'os fuga sibi cõsuluisse, & Chr̃m deseruisse,, immo etiã negasse, vides Mat. 26. &c. Vides ergo Apl'm cura non vana de Ephesiis fuisse solicitũ. Dicit se passum pro Ephesiis, q̃ in verbo suũ erga illos declarat affectũ, nẽpe se eorꝝ saluti velle consultũ. Cæterꝝ solius Chr̃i passio, nostra est salus oĩm. Obserua ergo, qua prouidentia sermonẽ suũ ipse declaret. Quæ est gloria vestra? Quatenus pro Ephesiis pateret, declarauit, nempe ad fidei catholicæ decus. Chr̃i passio non est ecclesiæ saltem ornamentũ, sed salus, redẽptio, decus, gaudiũ & oĩa. Ignatius dicit itẽ ad Hieronẽ: Pro aĩa tua ego in vincula sum coniectus. Pro aĩa tua, hoc est, rõne fidei aĩæ tuæ. In professionẽ & testimoniũ fidei Chr̃i, animam tuã saluãtis &c. Sic & hoc loco intelligendũ verbũ Apl'i, Pro vobis, q.d. Propterea ꝙ vobis & alijs mortalibus Christũ Soteram mũdi p̃dicaui, in vincula sum cõiectus. Christi crux est nostra gloria. Sanctorum martyrꝝ etiã supplicia, magno eccl'iæ sunt decoro. Viderint hęretici, glorię sanctorꝝ detrahẽtes, an etiã Dei gloria in sanctorꝝ martyrꝝ illucescat supplicio. Viderint, an idẽ meritum maneat succinctos & discinctos. Viderint an pares manipulos in cœlo recipiãt gloriæ desides & officiosi. quare miseri ecclesiæ inuidẽt gloriã sanctorꝝ, hoc est, gloriã Christi crucis? Nonne ꝙ in infelici eorꝝ nihil tale habeãt cõciliabulo? Nos q̃ veræ sumus sanctorꝝ traducis, nitimur Apostoli verbo, & credimus carceres & supplicia sanctorꝝ ad Chr̃i facere gloriam, atq; adeo etiam ad ecclesiæ decus & ornamentum.

Passi quõ sunt, ꝓ nobis sancti martyres.

Huius rei gratia flecto genua mea ad patrẽ domini nostri Iesu Christi, ex quo omnis paternitas in cœlis & in terra nominatur.

Orandũ genubus flexis.

Hæc est altera pars lectionis præsentis, nempe apostolicæ preces & vota. Ad verã orationẽ pertinet primo genuũ inflexio. Supplices nos Deo orare oportet: pni, cernui, pstratiq; nos orare debem⁹, qa miseri & rei. Et tanta est Dei maiestas, vt merito omne genu se illi flectat. Vnde Daniel propheta ca. 11. immo etiã ipsi diui vigintiquatuor seniores, sic in cœlo se agno prostrauerũt. Deniq; etiã ipse Chrs supplex Deũ patrẽ precabat, q̃d vides Luc. 22. Quare ergo nos poteti manui nõ submittamur? Secũdo, certa forma opus est orãti. Dicũt ergo discipuli: Dñe, doce nos orare. Aplus itaq; hic Deo, quẽ adorat, titulũ suũ rite p̃mittit, vocãs eũ patrẽ dñi nostri Iesu Chri, ex quo oĩs paternitas cœli, terræ & omniũ creaturarũ est vocitata. Nisi eñ ipse pater esset, nulla esset paternitas, pr̃ esset nemo. Ex patre oĩm proprie est, q̃ parẽtum sunt prosapiæ, quas Hebræi vocãt Mispechoth, psal. 22. Nõ solũ stirpes & tribus Iudæorũ, sed & gentiũ ex hoc patre suã originẽ trahunt progenerationes & stẽmata, Act. 17. Oĩm alioꝝ parẽtũ gloria, obscuritatis multũ habet, etiã regũ illustriũ. Huius patris vere esse filium, gloriosum est vnice. Archipater hic omnipotẽs, huic se submisit gentiũ doctor: q quare & quid sit precatus, nunc deinceps audiamus.

Orandũ certa forma verborum.

Vt det vobis secundũ diuitias gloriæ suæ virtutẽ, corroborari per spm̃ eius in interiori hoĩe, Christũ habitare per fidẽ in cordibus vestris.

Cuius gr̃a Deo supplex fuerit, explicauit. Rex gloriæ, pr̃ oĩs paternitatis, det vobis secũdũ abundantiã bonitatis suæ, secundũ diuitias gloriæ suæ, ad laudem gr̃æ suæ, virtutẽ, hoc est, mẽtis robur & fortitudinẽ ad perferẽdas oẽs tentatiões, Corroborari nimirũ per spm̃ eius. Spũs dñi potẽs vehemensq;, excitet in vobis, qa sine eius efficacia eritis infirmi oẽs. Vehementis eius spũs specimen vides Act. 6. Stephanus plenus fide & fortitudine, edebat signa & prodigia magna in populo, s. qa plenus fide & spũ sancto. Hac saltẽ virtute, teste Petro, resistitur antiq̃ hosti. Nõ est hæc virtus carnis & sanguinis, sed hoĩs interioris. Datur vero petẽtibus. Dñs eñ se rogãtibus spm̃ eũ bonũ largit. Hic vero opus habem⁹ intercessoribus sanctis: nisi forte hęretici, vehementẽ eũ spm̃ quoq̃ se cõpellere arbitrãtes, putẽt Aplm ociose pro Ephesiis hic dño supplicẽ extitisse. Sed Apostoli ĩtercessio nõ fuit supuacanea. Lux siquidẽ gr̃æ, nisi subinde talib⁹ orationib⁹ sanctoꝝ foueat, emorit. Orat itaq; Aplus, vt Chrs in cordibus fideliũ habitare pergat, per fidẽ, vtiq; etiã per charitatem, qa Deus est charitas. Somnus sanctoꝝ, hæreticis est mors. Negãt ergo diuos in Christo mortuos, pro nobis adhuc orare. Quod si Chri spũs in tẽplo cordiũ nostrorũ habitauerit, haudquaq̃ sub onere crucis defecerim⁹, immo cõtrà audẽtiores ibimus. Per spm̃ Chri clamamus, abba pr̃, spũs ducit nos & perducit ad gratiã & ad gloriã. Vide Postillã diei pẽtecostes. Lege hac de re 1. Cor. 3. 2. Cor. 6. 12. Ro. 8. Spũs itaq; virtutẽ, & Chri p fidẽ in nobis habitationẽ, Aplus nobis precat: q ad hæc nobis postulet Deũ patrẽ, nũc deiceps audiam⁹.

Spũs robore op⁹ habemus.

Intercessione diuorum opus habemus.

In charitate radicati & fundati.

Charitatis opus habemus radicibus & fundamento.

Tertia oratiõis pars: duas in p̃missa periodo audistis, virtutẽ spũs, & Christũ per fidẽ in nobis habitãtẽ. Fidei hic subdit charitatẽ. Per spm̃ roborat internus hõ ad bonorũ opeꝝ & oĩm ærumnaꝝ tolerantiã. Spũs bonus in timẽtiũ Deũ cordib⁹, vincit spm̃ malignũ in supboꝝ tyrannoꝝ pectoribus. Per fidẽ Chri, Chrs q̃q; vere in nobis habitat: itidẽ ad vtriusq; efficaciã, piæ vitæ nimirũ & patiẽtiæ. Per charitatẽ erga Deũ & pximũ, succrescim⁹ ad maiora q̃cũq; merita. Vbi hęc tria, virtus spũs, habitator nr̃i Chrs, & charitatis radicatio, fuerint: ibi nõ nocebit siue dæmoniũ meridianũ, siue tenebraꝝ, siue nos à dextris iuadat, siue à sinistris. Obserua, charitati hic multũ tribui. Per charitatẽ, ait, radicati. Pulchra metaphora, pulcherrima nobis cõmendat dilectio. Sine charitate neq; fidei, neq; spei vllæ sunt radices. Excidet fidei, nec itẽ perseuerabit in bono opere, nec cõsistet in tribulatione, si quis vacuus fuerit Dei & proximi dilectione. Sic vides neq; iustitiã, neq; beatitudinẽ vllã sine charitate posse doceri, quantũuis irrequieti hæretici, nos pp̄ter charitatis p̃dicationem papistas damnent. Volunt illi nos eradicare: sed vtinã in charitate simus radicati, & de abdicatiõe atq; exhæreditatiõe patrũ eorũ, bis exhæreditatorũ, abiectoꝝ, & gehẽnę igni adiudicatorũ, satis erimus securi. In charitate eñ firmati, fructũ proferẽt etiã in tribulatione, psal. 1. Hiere. 17. Domus sic fundata, neque fluctus neq; vẽtoꝝ intẽperiẽ timebit.

Vt possitis cõpræhẽdere cũ omnibus sanctis, quę sit latitudo, longitudo, sublimitas, & profundum. Scire etiã supereminentẽ scientiæ charitatem Christi, vt impleamini in omnẽ plenitudinem Dei.

Charitatis dei augmentum.

Dixero hanc oratiõis Apostoli esse partẽ quartã, & superioris oratiõis additamentum.

plenitudinē ... opē pretiū est.

tū. Sensus est: Precat Apl'us fidelibus, vt nō solū corroborent p spm̄ sanctū in interiorē hoīem, nec solum p dilectionē radicentur in Christū, in ipsum firmiter fundati, fide operosa & charitate flagranti: verum etiā optat & Deū obsecrat, vt possint adsequi atq; intelligere Dei erga genus humanum amoris amplitudinē. Charitatem Dei erga nos, hic infinitā atq; immensam esse ostēdit, per vocabula, latitudo, longitudo, sublimitas & profundū. Summa ei⁹ amoris est, vnigenitū suū, Deū patrē nobis misisse cōtra nostrū meritū. Commendat suā charitatē erga nos Deus, q cū adhuc peccatores essemus, Chrs pro nobis mori est dignatus, Ro. 5. Cuius, rogo, cor huius mysterij capax eē possit? quis fando amorem eū explicauerit? Si altitudinē cōsiderauerimus, charitas Dei altior est: si profunditatē, profundior est: si longitudinem & latitudinē cū ratione ineamus, longiorē & latiorem eam esse inueniemus. Dilexit em̄ nos ante cōstitutionē mūdi, & diliget nos in æternū. Hic opus est, etiam peccati fœditatē æstimare, carnis humanæ vilitatē complicata mētis ratione recesere, deniq; & mortis tyrannidem animo pertractare est opęprecīū. tūc em̄ dicem⁹ Dei charitatis mysteria esse oīa καθ' ὑπερβολὴν, ὡς ὑπερβολὴν, & adhuc ὑπὲρ ἐκ περισσοῦ. Assimilatio siue cōparatio sphæræ apud Ambrosium, minor est, quàm vt huic loco satisfaciat. Theophylactus citat Gregoriū Nyssenum, hūc locū longitudinis, latitudinis, profunditatis & celsitudinis, ad mysteriū sanctæ crucis referentē. Hieronymus q̄q; sic accipit. Chrysostomus dicit Apostolū hic Dei charitatē secundū speciem humanam delineasse. Huius tanti mysterij Apostolus fidelibus precatur agnitionē, atque addit, votis suis ijsdem fidelibus se optare, etiā postulare à Deo supereminentē charitatem Christi. non q diuersitas sit amoris patris & filij, hoc dicit: sed vt Sabellianam hæresin præueniat, proprietatē psonalem adumbrat: vnde etiā Christi amorem, iuxtà atq; patris, immēsum dicit esse, vocans eum eminentē. De charitate Dei vide Ioan. 3. Rom. 5. Galat. 1. 1. Ioan. 4. Fieri non potest, vt homo charitatem eā vel mente vel verbis adsequatur. Etiā epitheta & similitudines nobis desunt. Immensitas ea nos ad amoris vicissitudinē prouocare debet. Sed neq; hactenus Apostolus nobis bona precari est contentus. Ampla eius in nos charitas, secundū quam porro nobis precatur, vt impleamur in omnem plenitudinē Dei. Hebraica est conduplicatio. Impleri plenitudine interiorem hominem, est oratio omniū amplissima, Hebraismus itē videtur esse difficilis intellectu. Apostolus hoc verbo in summū venit, altius adscendere nō potest. Quid em̄ nobis deesse poterit, vbi plenitudine Dei repleti fuerimus omnis? Plenum esse Deo, est Dei charismaton omniū esse plenū. Dei eē plenum, etiā est esse perfectū, Matt. 5. Apostolus ampla est precatus, sciens Deū ditiorē esse & benigniorem, q̄ vt tāta precatione possit offendi, sed q plura adhuc possit & gaudeat dare. Sequitur ergo:

Charitatis Dei erga nos amplitudo, mutui amoris nos admonet.

Ei autem qui potens est omnia facere superabundanter q̄ petimus aut intelligimus, secundum virtutē quæ operatur in nobis, ipsi gloria in ecclesia & in Christo Iesu, in oẽs generationes seculi seculorū. Amē.

Doxologia sane profundi sensus. Talē gratiarū actionē Apostolus etiā Ro. 11. exclamationi profunditatis sapiētiæ Dei subdit. Et 1. Tim. 1. talē pdicationi misericordiæ Dei adijcit. Sic & nos Dei magnalia recensendo, gratiarū actionē adnectam⁹. Nunc doxologiam ipsam videamus plenam esse sententiarū salubriū. Potentē dicit Deum præstare supra nostra & vota & intelligentiā, vnà & oīpotentiā & clementiam Dei cōplectēs, atq; vtrāq; ineffabilem adumbrās. Nemo plura & maiora, q̄ Apostolus precatus est, rogare poterit. Vota maiora aīo cōcipere poterit nemo: posse tamen Deū plura lōge & maiora largiri, Apl'us hic submonet. Virtus Dei q̄ Gręcis Dynamis & Energia dicit, tāta est, vt oīa quæcunq; velit in cœlo & in terra, possit. De virtute hac in psenti epistola ad Ephesios, frequens fit mētio. Hęc virtus est fons viuus, & thesaurus omnisufficiens. Hoc loco videmus verū esse, q̄d trito prouerbio vulgo dicitur, Deū locupletari dādo: qppe quanto plus donat, tanto ipsum plus abundare. Nec abludit hoc, quod Apostolus suprà de diuitijs diuinæ disserit maiestatis. Hic verus est splendor augustissimarum diuitiarū, & hæ veræ opes sunt splendidæ & amplæ. Inde patriarchis, sacerdotibus, prophetis, regibus, & omnibus prioris instrumenti fidelibus abundanter est datum. Datur inde quotidie ecclesiæ filijs omnibus: manetq; perpetuo thesaurus ille plen⁹, energia vero eius nusquā est nisi in ecclesia. Qui ergo tantarum diuitiarum consors esse velit, in ecclesiæ limitibus se contineat. hos qui excedunt, ciuitatē sanctam velut famelici canes circumibunt. Autori bonorum omnium gloria & ecclesiæ pax in secula, Amen.

Grā Dei amplitudo vota nostra oīa exuperat.

DO-

DOMINICA XVII. POST TRINItatis, Ephe. IIII.



OBſecro itaq; vos ego vinctus in domino,vt digne ambuletis vocatione,qua vocati eſtis,cum omni humilitate & manſuetudine,cum patientia ſupportantes inuicē in charitate,ſoliciti ſeruare vnitatem ſpūs in vinculo pacis.Vnū corpus & vnus ſpūs,ſicut vocati eſtis in vna ſpe vocationis veſtræ.Vnus dominus, vna fides,vnum baptiſma:vnus Deus & pater omniū,qui eſt ſuper omēs, & per oīa,& in oībus nobis.Qui eſt benedictus in ſecula ſeculoꝶ.Amē.

PRAEFATIO.



APoſtolus in huius epiſtolæ priori ſtatu, fidem Chriſti ſyncerā tradidit,hoc quod ore docuit, literis etiā poſteritati commendando.Statim(ſuo more)poſt fidei doctrinam,immo etiā vnà cū fide,formā vitæ fidelibus pſcripſit,obſtruens ora hæreticis,q ſoli fidei,excluſa charitate & bonis operibus,omnem iuſtificationē tribuerunt.Nos quoq; fratres,caueamus ne ſpiritui Dei reſiſtamus,ne ex religiōe ſancta,licētiæ & lenocinijs feneſtrā aperiamus,ne ex eccleſia ſanctorū, κακοδαιμόνων conſtituamus.Praxin ad Chriſtianos pertinere cū primis, vides Luc.12.Matth.7.12.Ioan.13.pſal.102.Veritas fidei,factis eſt comprobanda. Mendacij doctores ſunt,qui meram, etiā charitatis expertē,fidē contendunt iuſtificare.Veritas eſt,fidē per charitatē operantē ſaluare.Fides & profeſſio talis,eccleſiæ eſt veritas,pro qua pulchrum eſt mori. Auguſtinus ad Hieronymum ait,Veritatem venuſtiorem eſſe Helena.Clemens monet,ne fideles illi aliquid præferant.Sectio eſt.Orat primo Apoſtolus,ne qua in vacuū fidem receperimus,ſed vt digne ambulemus vocatione noſtra.Secundo precatur,vt ſolliciti ſimus ſeruare vnitatem ſpūs:ſchiſmaticosq; condemnans,oſtendit nihil adeo atq; ſchiſma,noſtræ religioni pugnare,quippe cū vna ſaltem fides ſit,iuxtà atq; vnū baptiſma & vnus Deus.Fidem non ſolum de Deo,ſed & de ratione iuſtificationis,& de alijs ſimilibus intellige articulis.

Fides ſola non iuſtificat.

Obſecro itaq; vos ego vinctus in domino,vt digne ambuletis vocatione,qua vocati eſtis.

vocatiōe gratiæ digne viuēdum vocatis.

Q.d.Fides Chriſti eſt vobis denunciata,& à vobis recepta in magna gloria.Supereſt vt vitā veſtrā euangelio conformetis,in decus euāgelij & gloriā gratiæ Dei. Vinctus ego ſum non flagitioſus,ſed Chriſti confeſſor glorioſus, propter vos:agite ergo,vt vos mihi exorabiles exhibeatis.Nihil ego,niſi quod vobis ſalutare eſt,à vobis contendo.Sanctus(ait)ego ſum,eſtote ſancti.Nomen eius,qui vos vocauit,in vobis volo ſanctificari.Gratia vocati eſtis,vt grati ſitis.Ingrati eritis & ſcādalo illi,qui vos vocauit,niſi vocatione tali digne vixeritis. Quod hic vocat digne viuere vocatione, hoc alibi vocat, digne viuere euangelio, nempe Philip.1.Coloſſ.1. Libertas euangelium eſt,non licentia.Liberati vt ſeruiamus ſine timore inimicorum noſtrorum. Euangelion eſt lex perfectæ libertatis:cui niſi digne vitam noſtram inſtituamus, ipſum,legem profuſæ & prophanæ licentiæ,& Chriſtum leonem,non redemptorem,conſtituemus. Idem Apoſtolus monet 1.Theſſ.2.Vt ambulemus digne Deo, qui vocat nos in ſuum regnum.Omnia eo tendunt,vt fidem moribus bonis exornemus.Ignatius quoque ait in hunc ſenſum ad Magneſianos: Efficiamur ergo digni cognomēto,quod accepimus, Chriſti. vocamur ſacerdotium ſanctum & regale genus: quare vero hoc? Vt ſancte viuamus, & ſpiritus ſancti nos liberatos gratia,toti mundo in Dei gloriā oſtendamus.

Cum omni humilitate & manſuetudine,cum patientia.

Euāgelica profeſſio nō fit [illegible] tem ore.

Euangelica profeſſio non ore ſaltem fiat,ſed & ipſa vita.Gratia Dei vtrunq; facile fit factu. Humilitas cedit, manſuetudo remittit,longanimitas iram reprimit, neque item prouocari poterit.Si humilis fueris, nulli te prætuleris.Inter ſuperbos ſemper ſunt iurgia.Submiſſi pulchra pace gaudent.Manſuetus ſi ſis,lites non mouebis,vltionem non petes.Longanimis ſiue patiens,iræ frenum inijcies,atque affectibus dominaberis.Viderint ſchiſmatici & hæretici,an de præceptis Pauli ſibi placere poſſint.Viderint tyranni pſeudocatholici,ſpiritum domini habeant,nec ne.

Charitate supportare inuicē iubemur.

Supportātes inuicē in charitate.

Exegesis periodi præmissæ. Si charitas adest indelibata, nihil est periculi. Charitas siquidem vbi adsit, ibi humilitas, mansuetudo & patiētia non deerūt: qua absente, regnat fastus, indignatio & ira. Charitas est, quæ nobile verbū Epicteti Anechu liberum custodit. Est item quæ oīa suffert, 1. Cor. 13. Vitijs ianuam claudit, virtutib⁹ aperit. Qui eñ fratrē amat, lædere ipsum non poterit. Scientia inflat, charitas ædificat. Nihil ergo trilinguibus & eruditissimis schismaticis abest, nisi charitas.

Solicitì seruare vnitatem spiritus in vinculo pacis.

Vnitas spūs vinculū pacis nobis accurate seruanda.

Ad hunc scopum præmissa omnia direxit Apostolus, huc tetendit. Charitas est circulus ligneus, quo doliū noui vini retinetur. Tolle circulos, & dolium concidet, vinūq; peribit. Præcipue ergo nobis Apostolus pacē vbiq; commēdat. Vnitatē q̄q; ex nobis, q̄s charitatis circuli tanquam dolium conglutinā̄t, præcipue exigit. 1. Cor. 1. summopere orat, vt vnitatē retineam⁹. Sanctus Ignatius ad Philadelphos dicit, vocem diuinitus se audisse: Vnitatē amate, schisma auersamini. Preciosus Christi sanguis nos vnū fecit, Ephe. 2. Cor & anima nostra vnū esse debent, Act. 4. Species omniū pessima, quippe religionis virtuti præcipuæ charitati, diuersa est lis & controuersiarū semē. Quare ergo à specie mala non temperamus? Quare tandē finem non imponimus disceptationibus virulentis? Et quid Apostolū legimus, si eius præscriptis parere recusamus? Vnicam Christi milites duri reliquerunt intactā: eā hodie discindi patimur. Prodidit Iudas corpus Christi, prodit hodie eius spūs. Vnitas spiritui sancto refertur accepta. Pacis vinculū, eiusdem spūs est certum indiciū. Sequitur ergo, pacis conturbatores, spūs sancti esse traditores. Videamus, an noui Euāgelicastri in suis opinionibus sibi consentiant: videamus, an tragœdiæ horū tēporū autor, sui vndiq; sit similis. Si se subinde corrigit, opinionibus friuolis inflatū videmus. Epistola Iacobi, quam stramentitiā vocās reiecit, & postea eā, quasi antea sibi non intellectā, aplicam appellauit, vt ex multis vnicum exemplū adducam: arguit, sibi esse dissimilem hæresiarcham nostræ huius ætatis. Quæ, malum, ergo nostra ignauia, qui tam leuis hominis opinionibus asserendis adeo tumultuamur? Sed quid ego hæc surdis commemoro? Dominus Deus pacis sermoni pacifico, aures obturatas aperire dignetur.

Pacis ecclesiæ conturbatores sunt spūs Christi proditores.

Vnum corpus, & vnus spūs, sicut vocati estis in vna spe vocatiōis vestræ. Vnus dominus, vna fides, vnū baptisma.

Vnitatē nobis sedulo commendat Apostolus.

Quàm vrget vnitatis commēdationē, nihil omittens q̄d ad eius possit facere declarationem? Tria hic cōplex⁹ est omniū robustissima argumenta. Primo, vnū corpus sum⁹ oēs, Ro. 12. 1. Cor. 12. Quare ergo alij alios dilaceramus? Furiosi vix tale aliq̄d designā̄t. Hæresis ergo & schisma oēm furiam corporalē sua superat immanitate. Vnus itē oīm nostrū est spūs, 1. Cor. 12. 2. Cor. 12. Ephe. 2. Vnde ergo discordia? Si duos, tres, quatuorve spūs haberemus: mirū nō esset, si animis dissideremus: nunc cum vnus omnium sit spūs, culpa maxima nostra nō esse non potest, qui nos mutuo proscindimus. Deniq; vna omniū est vocatio. Ad bona opa sum⁹ vocati. spes est, mercedē nos accepturos laborū & patientiæ. fides aliqñ cessabit, 1. Cor. 13. Comes defunctorū est eleemosyna. Opera sequūtur vita defunctos. Hęc est traducis doctrinæ vnica & ppetua spes. Accedētes ad Deum, nō solū opus habēt credere, Deū esse, hoc est, esse sanctā trinitatē, Verbū carnē factū, & hoc genus mysteria oīa: oportet etiā credere, Deū esse retributorē oīm bonorū, & vindicē mali. Quis ergo Iouinianista hæreticus spem eā nobis auferat? Auferre aūt à nobis spem eā hæretici conantur, q̄a vidēt eā vnitatis catholicæ neruum præsentē. Væ nobis, nisi huic spiritui maligno vsq; ad mortē resistamus. Hac eñ spe nobis adēmpta, miserabiliores certe sumus creaturis omnibus. De spe vide eadē epistola cap. 1. Roma. 8. 2. Cor. 1. 3. Col. 1. 1. Thess. 4. Tit. 1. 2. 3. 1. Petr. 1. 1. Ioan. 3. De vocatiōe vide Gala. 1. 2. Thess. 1. 2. Col. 3. 1. Tim. 6. 1. Pet. 3. 2. Pet. 1. Apoc. 19.

Spes præmiorum, vnitatis ecclesiæ ē fetrumē.

Vnus Deus & pater omniū, qui est super oēs, & per oīa, & in omnibus nobis. Qui est benedictus in secula seculorum. Amen.

Vnitatem spūs Apostolus pci pue vrget

Ecce tibi Paulinista, qui solus mentem Apostoli tenes, qui tibi soli adscribis oīa: Monas siue Henas, pcipuū est q̄d Apostolus vrget: q̄d nisi teneas, nihil te apostolicum sapere noris, etsi epistolā Iacobi stramentitiā, & nihil apostolicū spirare garrias. Pertinaces valeā̄t. Spiritū eñ diabolicū & carnalem imbibitum ægre euomēt, sed illuc vnde venit, ad ima tartara secū deferent. Audiant ergo, qui spm̄ eū q e supnis est, acceperūt: nēpe casti, pacifici, modesti,

tractabiles,pleni misericordia & operibus bonis:hi audiant,inquã,& sibi summopere attendant,vt schismaton autores vitent, & Aue illis non dicant.Crepant Christũ, ingeminant euangelion,& ad quodq; fere verbũ sonant Paulũ:cũ nihil minus habeant,q̃ vel hunc,vel illum.Schismata cõmiscuntur.Christus vnũ nos fecit,Apostolus nos vnũ esse vult.Obserua,qua diligentia vnitatẽ nobis commẽdet.Vnitatis mysterium hic ter maximũ abunde explicat, numero nimirũ septenario,quem perfectũ esse catholicis constat.Vnũ primo Deum patrẽ oĩm esse dicit.Dein Christũ oĩm dominũ esse docet,& eundem vnicũ.Postea itidẽ vnũ tradit spm̃ sanctum,rectorẽ vniuersitatis,verũ Deũ.Quarto vnam fidem, quinto vnũ baptisma,sexto vnã charitatẽ, tanquã Christianismi præcipuũ aliquid. Deniq; spem vnã omniũ nostrũ hæreditatis per Christum nobis partæ,quę pia vita custoditur,tradit. Quid de vnitatis sacramento succinctius & perfectius dici poterat?Hic liquescit,quantæ nostra religio sit antiquitatis,quanti ponderis,quantæ maiestatis.Quis nõ hic gaudio lachrymetur, tanta religionis nostræ gloria æstimata? Quorũ regum stemma,quę natio,quis sanguis,tantũ poterit ostendere splendorem? Filij Dei sumus excelsi,hæredes cœlorum gaudiorũ,quicunq; in vnitatis fidei catholicæ vinculo constringimur.Beatissimum vinculum,felix commissura,dia conglutinatio:quæ nihil aliud est, nisi virtus spũs sancti.Dominus Deus(qui est super om̃ia, & in oĩbus,Ephe.1.Coloss.1.quemadmodum etiã oĩa per ipsum,cũ ipso,& in ipso, Roma.11.)conscissionem eam funestã resarcire,& ecclesiam suam pacificare dignetur.Amen.

Vnitatis mysteriũ apostolus explicat.

DOMINICA XVIII. POST TRINItatis, I. Corinth. I.



GRatias ago Deo meo semper pro vobis,in gratia Dei,quæ data est vobis in Christo Iesu,quia in omnibus diuites facti estis in illo,in omni verbo & in omni scientia,sicut testimoniũ Christi confirmatum est in vobis,ita vt nihil vobis desit in vlla gratia,expectantibus reuelationem domini nostri Iesu Christi:qui & confirmabit vos vsque in finem sine crimine,in die aduentus domini nostri Iesu Christi.

PROOEMIVM.



VErbis Apostoli ecclesia exhortata est nos,vt digne euangelio ambulemus:primo vero oĩm, pacem mutuam custodiamus. Hoc ipsum in præsenti eiusdẽ Apostoli lectione,eadẽ mater ecclesia prosequitur.Sectio est:Primo Apostolus assurgit in gratiarũ actionẽ,&c.Sic & nos debemus gratiã Dei in nobis gratiarũ actione & precibus fouere.Secundo debemus beneficia Dei semper recolere,nempe hoc, q̃ diuites sumus facti in illo in omni verbo & scientia &c.Tertio datur spes glorię expectantibus reuelationẽ domini nostri Iesu Christi.Malleus pręsens contra sciolos, qui dicunt iam nouissimis temporibus renatũ euangelion & sensum genuinũ,quasi mentiatur Apostolus,dicens ecclesiã olim ditatã in verbo & scientia. Dein conuincuntur etiã hæresios Iouinianistæ,bonæ vitæ meritũ negantes:neq; eñ delirat Apostolus, spem nobis certã superesse,si manserimus sine criminibus in diem dñi Iesu.

Euãgeliõ iã recens natũ non est.

Gratias ago Deo meo semper pro vobis,in gratia Dei,quę data est vobis in Christo Iesu.

Epistola respondet euangelio, in quo de magno mandato dilectionis agitur Dei & proximi.In lege dabatur spũs timoris, in ecclesia datur spũs dilectionis,spũs adoptionis filiorũ Dei, per quem clamitamus, Abba pater.Hoc summũ omniũ donũ,ecclesia Deo refert acceptum cũ gratiarum actiõe:verbis vero apostolicis inducit nos ad gratiarũ actionem cordis non solum & oris,sed & operis.Ingratitudo est ventus exiccans fontem gratiæ: contrà,gratiarũ actio est ad plus dandũ inuitatio.Omnes debemus Deo summã laudẽ,pro se quisq;: qa nihil habemus quod non accepimus. Panem quotidianũ quotidie poscimus,significantes etiam donũ huius vitæ,esse ex Dei clementia.Nostrũ ergo est,Deũ semper

Grã i[...] per ag[...] dz De[...]

per laudare,& nō deficere,Luc.18.2.Thes. 2.Ephe.5. Apoſtolo ſubijt, quales fuerimus ante cognitionem Chriſti, ethnici, non populus Dei:itidem illi ſubijt,quales iam ſimus,nempe filij excelſi omnes,quod etiam in ſuperiori epiſtola dictum eſt.Nō potuit itaq; non in magnam gratiarum actionem prorumpere, nos ad ſimiles laudes inuitans.Summus pontifex & alij eccleſiæ optimates, habent materiam gratias agendi,conſiderando Dei erga omnes clementiam.Rurſus habent cauſam flendi,videntes eccleſiam adeo defeciſſe,Turcā primitiuas fere om̄es eccleſias extinxiſſe:magis vero flerent, conſiderando noſtra dormitātia tot abuſus ſubnatos in cauſam tantarum diſcordiarum. Admonerentur reformationis eccleſiæ.Sed vereor in noſtrates quadrare:O paſtor,o idolum. Manus habent,& non palpabunt:pedes habent, & non ambulabunt:oculos habent,& non videbunt.Cantatur illis,& non ſaltatur:fletu ad lugendum prouocātur,& lugere nolunt.Miſereatur eccleſiæ ſuæ Deus.De gr̄a Dei q̄ nobis eſt argumentū exultādi,habes Roma.1.4.5.6.7.11.1.Corint.3.2.Cor.8.9. Gala.1. Ephe.1.2.3.Coloſ.1.Tit.2.Act.per totum.

Optima[tes] eccle[siæ] exultā[re] & lugē[re] h[a]būt oc[ca]ſiones.

Quia in omnibus diuites facti eſtis in illo,in omni verbo,& in om̄i ſcientia.

Loca de gratia Dei iam adducta,multifariam Dei gratiam nobis declarāt.Apoſtolus ſummā hic paucis perſtringens,bonam earū partem exprimit.Primo in genere dicit,nos in omnibus eſſe ditatos. Nihil poſſumus ſine Chriſto,quia nihil habemus quin acceperimus.Accepiſſe vero nos cū Chriſto omnia,vel ex hoc verbo Apoſtoli patet ꝙ dicit,Quō non cū eo oīa tradidit nobis?Itē ꝙ dicit,Oīa poſſum per ipſum. Obſerua ꝙ dicit,in illo:quia in illo nos dilexit ante conſtitutionē mundi.Secundo dicit in ſpecie,nos ditatos in omni verbo. Verbum nullum poteſt nos latere,ſi Chriſtū recte cognouerim⁹.Clauis Dauid aperit,& nihil illi obſeratū eſſe poterit.Olim Deus iudicia ſua non manifeſtauit om̄i populo.Hodie non habemus opus,vt dicamus fratri noſtro Iudæo,oſtende nobis dominum.Tertio dicit,in omni ſcientia,intellige de ſciētia ſalutis,Luc.1.Cæterū alia ſcientia philoſophica inflat. Philoſophaſtros eſſe,nonChriſtianos,vides hic nouos euāgeliſtas eos,q tātopere de ſua rariſſima inſoleſcūt ſcientia.Sciunt plurima,vnum vero nō habent,nempe charitatem:& vnū neſciunt,nempe vnitatis eccleſiæ maieſtatem & poteſtatē.huius ſi plenam haberent cognitionem,forte modeſtius ſe gererent, & tractabiles euaderent.Vnum hoc annuat illis Deus.

Verbi opulētiā Chriſtus nobis cōtulit.

Sciæ diui[n]æ per Chriſtū nobis cō[tin]gere.

Sicut teſtimonium Chriſti confirmatum eſt in vobis,ita vt nihil vobis deſit in vlla gratia.

Euangelion prædicatū eſt gentibus,q̄d nemo mentis ſanæ,inficias ire poterit.Receptū item ipſum eſſe in gloria,totus mundus arguit.Immo etiā diabolus huius mundi princeps,hoc ipſum fatetur.Peiores itaq; ſunt vel ipſo diabolo,q ita hodie de nouo ſuo geſtiunt & ferociunt euāgelio,qua ſi mundus Chriſtum necdum cognorit. Irenæus eſt teſtis,Germaniā euangeliū ſtatim in ipſorum apoſtolorum temporibus recepiſſe.Qui ergo dixerit,Germaniā ſyncerum euangelion non habuiſſe ante huius temporis nouum quendam euāgelicaſtrū, fatetur apoſtolaſtrū eum euangelion hoc, quod per apoſtolos in mundo eſt prædicatum,& quod à gentibus in gloria eſt receptum,non habere.Colligi inde eſt etiam, nouos euangelicaſtros Chriſtum Ieſum,filium Dei & virginis Mariæ,remuneratorem oīm bonorum operum,eum martyrū & confeſſorum,coronā virginum,& oīm beate viuentium pręmium,non habere,ſed antichriſtum moliri, Chriſtum proferendo.Si Chriſti Germania non habuit euangelion,nō habuit hoc totus mundus:quia Germaniæ euangelium nullum eſt aliud,q̄ quod à gētibus oībus in gloria eſt receptū. Huic tot ſancti martyres ſuo ſanguine reddiderunt teſtimonium.Huic tot ſancti pōtifices & virgines,omni genere meritorū teſtimonium perhibuerunt.Leuis & perfidus aliquis apoſtata,vt ſacrilegas ſuas nuptias,legitimum lenocinium afferat,ſuūq; vitium tegat,toti vniuerſitati oīm beatorū nunc demum præferatur?Proferant noui euangelici ſua dona.Non petemus miracula,ſanctimoniam ſaltem ſuam ſingularē oſtendant.Vbi ſunt,q ſe caſtrant propter regnū cœlorū?Vbi ſunt,q relinquunt vxores ſuas?Qui dant eleemoſynam ſua oīa, & ſequuntur Chriſtum pauperes voluntarij?Nicolaitarum opera,quæ odit Deus,timenda nobis,niſi teſtimonio Chriſti confirmati ſemel in eccleſijs oībus,ſua rurſus gloria reddatur.De chariſmatib⁹ ſpūs ſancti habes 1.Corin.12.Fructus ſpūs q ſint,vides Gala.5.Fructus veri euāgelij,quod eſt e ſupernis,recenſet Iacobus cap.3 Vide an eccleſia recens nata, veteri conſentiat.

Euāgeliō non eſt recens inuētum.

Expectantibus reuelationem domini noſtri Ieſu Chriſti:qui & confirma

firmabit vos vsq; in finē sine crimine, in die aduentus domini nostri Iesu Christi.

Spes ē expectatio glorię, ex bonis ꝓuenienś operibus.

Testimoniū dñi nostri Iesu Christi, sanctorum martyrum, confessorū, omniumq; bene viuentiū, certam habet promissam sibi remunerationē. Eam Apl'us nos hic iubet expectare. Vides itaq; spem etiam ex bona vita prouenire. Dicit Apostolus charismata spūs sancti & tot sanctorum testimonia, sequi reuelationem dñi nostri Iesu Christi. Nihil itaq; iam nobis superest, nisi vt per accepta charismata, corde, ore & opere proferamus Iesu Christo dño nostro testimonia: hoc si præstiterimus, habemus cyclopædiā euangelicā absolutissimā. Diximus, testimoniū hoc Chri, nō ore tantum constare, sed & opere: q̄d Chri verbis dixisse nos credas. Stultū ille super arenam dicit ædificare eū, qui credit, & nō operatur. Dicet talibus architectis stultis, Nescio vos. Immo dicet, Ite mali operarij in ignē æternū. Cōtrà dicit fidelibus sedulis: Cibastis, potastis, cōtexistis & excepistis me &c. Venite benedicti patris mei cœlestis, accipite regnū q̄d vobis promissum est. Apl'us Petrus monet ergo, vt per bona opera nos diei illi p̄paremus, nosq; rite ad eam cōponamus, 2. ca. 3. Errat ergo fœde nouus apostolaster, dicens parū referre vt viuas, modo corde credas. Ecclesiæ fides catholica aliter habet: nempe, Qui bona egerūt, ibūt in vitā æternā. Cōfirmabit Deus hoc euangelion semel in gloria receptū: nec pudefiet, qui huic se totum dedicat. Habenti dabitur. Iustitiam sitiens, criminis purus manebit. Succinctus, dño Christo accēsa lampade occurrens, saluatorem videbit. Huic omniū donorum retributori, nostro seruatori Iesu Chro, sit laus & gloria per æterna secula. Amen.

DOMINICA XIX. POST TRINItatis, Ephe. IIII.



Renouamini spiritu mentis vestræ, & induite nouum hominē, qui secundum Deum creatus est, in iustitia & sanctitate veritatis. Propter quod deponentes mendacium, loquimini veritatem vnusquisq; cum proximo suo: quoniā sumus inuicē membra. Irascimini, & nolite peccare. Sol non occidat super iracundiam vestrā. Nolite locum dare diabolo. Qui furabatur, iam non furetur: magis autem laboret, operando manibus suis quod bonum est, vt habeat vnde tribuat necessitatem patienti.

PROOEMIVM.



Iam neq; ecclesia nos ad bona opera cessat cohortari, q̄ euāgelistæ & Apostoli. Præsentis diei euangelica lectio Mat. 22. de viuendi modo, nempe de diligendo Deo & proximo, nos instruit salubriter. Pulchre lectiōi illi sociatur præsens lectio Ephe. 4. Lectiōe siquidē istac, Apl'us maximopere religiosam à nobis vitam cōtendit. Primo monet, vt spū mentis nostræ renouemur, hoc est, vt vere nouā religiosam vitam auspicemur. Secūdo, vt etiā linguæ vitia corrigamus. Tertio, vt ocium vitemus parentem omnium vitiorum.

Renouamini spū mentis vestræ, & induite nouum hominem, qui secundū Deum creatus est, in iustitia & sanctitate veritatis.

Nouitatē nobis cōmendat, vult vt sese quisq; probet, num veterē hominem satis pro vita religiosa deposuerit. Similia vides eundē Aplm nobis præscribere Rom. 6. Col. 3. Vetus homo est, in quē quadrat Germanicū prouerbiū, cutem antiquā adhuc retinet. Carnis fructus & opera, sunt manifesta: itidē spūs fructus nos nō fallūt. Illa exuenda, hæc exhibenda. Sic se gerat fidelis, vt publico testimonio de eo dicat: Alius homo est atq; fuit. Neoterismus siue innouatio vult, nō solū vt ethnicismū relinquamus, verū etiam vt corrigamus, si quid in Christianismo cōmisimus, professioni & voto solenni, q̄d sub salutare lauacrū fecimus, nō adeo respondēs. Ad Corinthios ergo ait, Expurgate vetus fermentū &c. Virus serpentinū, carni Adæ immistū, expiandum. Cōcupiscentiæ oculoꝝ & carnis, fastuiq; vnà resistendum. Tyrannis in carne

vetera ... nouitate ... apostolo sedulo monet.

carne habitans, deturbāda. Dandus locus spiritui sancto paracleto, spūs sanctus non est contristandus. Voluntas Dei est sanctificatio nostra. Contristamus Dei spūm, illius voluntati nos nō offerentes. In iustitia, ait, certe tam fidei q̄ facti, cordis, oris & operis. Qui facit iustitiam, ait Ioannes, iustus est. Depone iniquitatem, quæ certe factorū est, & sume contrarium eius: & iustitiæ laudem es consecutus, nouus homo factus. Sanctitas itidem veritatis sic æstimetur. Qui dicit se amare Deum, & fratrem odit, mendax est. Qui dicit se amare fratrem, & claudit fratri miserationis viscera, itidem mendax est. Diligamus ergo in opere & veritate. Fides sola, hic est fides cadauerosa, effigies in speculo euanida.

Nouus homo q̄s

Propter quod deponentes mendacium, loquimini veritatem vnusquisq; cum proximo suo, quoniam sumus inuicem membra.

Speciatim hic quædam veteris Adæ crimina explicat Apostolus. 1. Corin. 5. vocat nequitiam & malitiam, hic vocat mendacium. Mendax homo & nugas, est infamis: hoc sic mundus ratum habet, quare ergo Deus mendaces ferat? De mēdacio operantiū iniquitatē, in superioribus dictum est Iacobi & Ioānis apostolorum verbis. Nunc item de mendacio docentium vanitatem, dicendū. Hæresis mendaciū est, hypocrisis mendacium est, superstitio mendacium est. Mendacia hæc, periculosa magis sunt q̄ scandala vitæ, Ioan. 8. Romañ. 1. 2. Thess. 2. 1. Timo. 4. Huc facit quod Iacobus agit de volubilitate linguæ. Prohibet idem, ne statim nos aliorum magistros obtrudamus. Tutius discitur, quàm docetur. Nouarum opinionum doctores, discerēt cum Pambo anachoreta, quid sibi Psalmi ista velit, dicens: Pone custodiam ori meo, vt nō delinquā in lingua mea. Veteri Adæ pturiunt aures. Veritas itaq; odium parit apud veterem illum hominē. Tertullianus ait: Cum odio sui cœpit veritas. Tot hostes eius, quot extranei. Iustificatur tandē à filijs suis. Alludit huc illud de veritate:

Mendax infamis.

Mendaciū est hæresis.

Si tñ audita est, iusto sub iudice vincit.

Apelles tabula, post calumniam tandem etiam veritatem facit prodire & consistere. Vehementer erratur, si Christian⁹ Christiano mentitur. Hoc nihil aliud est, q̄ mēbrum vnius corporis, alijs velle imponere. Et hoc obseruandū, Christū, cuius iudiciū non dormitat, esse veritatem: diabolū vero, esse mendacij patrem. Chri ergo non sunt, qui vel opere, vel ore, vel vita, vel doctrina mentiuntur, sed diaboli.

Irascimini, & nolite peccare. Sol non occidat super iracundiā vestrā.

Ira viri bonum non operatur, & nō est ira super iram mulieris. Iræ ergo passionibus præcipua cura est resistendū. Restiterunt olim iræ philosophi, Plato, Archytas Tarentinus, & alij. Quare ergo non obstemus infernali illi furiæ nos, qui primitias spūs sancti habemus? In cubilibus, ait regius propheta, quæ dicitis, compungemini. Et Apl'us ait, Sol super iracundiā vestrā nō occidat. Quo ore homo reseruat fratri iram, quotidie orās, Dimitte nobis debita nr̄a? Nōne mendacē & irrisorē vultui Dei sese offert, quisquis, odio retento, Deo supplicat? De ira nō peccante, lege Ambrosiū lib. 1. off. cap. 21. Ira per noctem retenta, fit odiū & liuor. Inuidia certissima omniū est mortis ministra. Inuidia diaboli mors irrepsit in mundū. Dicis, & hic & psal. 4. irā permissam, cū dicatur vtrobiq;, Irascimini. Sed noueris Dauida de ira proprie non dicere, neq; item Apostolū, Dauidis sentētia vtentem. Vnde etiam multi Latinorū, Ῥαγαζ pauere siue contremiscere vertūt. Ioseph quoq; Gene. 45. hoc vtitur verbo, prohibens fratribus suis, ne quā inter se rixam excitent. Poterit tamen iuxta Apostolum & Septuaginta, pro ira accipi, quam, quatenus passio est, neq; lex, neq; euangelium tollit, sed nobis supprimendā tradit. Scite itaq; dicit Hieronymus: Hominis est irasci, Christiani vero est, iræ finem imponere.

Iræ resistendum.

Ira nō permittitur.

Nolite locum dare diabolo.

Diabolus, calumniator interpretatur. Calumnia nihil aliud est, nisi diaboli instigatio. Quo nequit ire, solet legatos mittere vectis. Calūniatores, sunt os & instrumēta diaboli, vel ipso diabolo peiores. Vitiligatores eos fidelis quisq; tanquā coriceos sibi semper præsto esse arbitretur, vt cauere sibi possit, ne quā illis ansam præbeat calumniādi, atq; ex musca elephantū faciendi. Hoc vero cautius tale scandalon debēt cauere, q̄ inde etiam religionis ipsius repræhensio nascatur. Exempli gratia, si viderint fideles leuiter irasci, iam ex musca facient elephantū, dicentes fideles insanos, furiosos, crudeles, deniq; & ipsam religionem dicent esse tyrannidem. Vide similē locū 1. Tim. 5. Poterit etiam diabolus pro ipso satana hic accipi æmulationis autore: cui si rimula iræ in nobis fuerit patefacta, heu mihi, quantam ille inde efficiet portam? Huc facit quod domin⁹ ait ad Cain: Subtus te sit appetitus tuus: quia nisi collidamus petræ paruulos eos nostros, fratricidæ

Diabolus calūniatorem significat.

cidæ & parricidæ abierimus.

Qui furabatur, iam non furetur.

Furtũ per euãgeliõ grauius dãnat,q̃ p legem.

Lex quoq; ipsa furtũ tanq̃ crassum & capitale piaculũ plectit, infamia nimirũ, & restitutione rei subtractæ, sed aucta, duplicata nimirũ & quadruplicata &c. Lex perfectionis euãgeliũ, furtũ omnino damnat, leges imperatorias approbãdo. Sed raptores torquati, latrones nobilistæ, piratæ paludati, vsurarij annulati, simoniaci purpurati, legẽ Cæsareã in triobolares famelicos probant: inopem rusticũ & ciuẽ paupertate coactũ quidquã surripientẽ, gabalo statim adiudicant, trabem suorũ oculorũ dissimulantes. Summe Deus, si peccata pro criminũ grauitate in inferno districti⁹ punis, & si potentes potenter pœna plectuntur: heu mihi, quæ patibula, quæ furcæ trifures eos potentes manent in tartaro? Sed qui Christi est pauper, nouerit furtũ damnabile & exitiabile esse crimen, etiam in lege, Exo. 20. Deut. 5. Quorsum furti crimen se extendat, alibi expediuimus. Quare si quis ante professionẽ Christi quidquã subtrahere cõsueuit, age nunc virtutẽ spũs sancti in se operari sinat. Noli amplius peccare, dicit soter. Peccasti, quiesce, cantat sancta mater ecclesia.

Magis aũt laboret, operãdo manibus suis q̃d bonũ est, vt habeat vnde tribuat necessitatem patienti.

Trilitere, audi, nõ aũt miser tantũ, sed p̃cipue potẽs trifur, & latronum latro. Satius est homini Christiano, dare q̃ accipere. Qui nõ dat, Christianus nõ est: nihil adeo diuersum Christianismo, q̃ prædari, rapere, auferre, &c. Ecce merces operariorũ, q messuerunt regiones vestras, quæ fraude nõ est reddita à vobis, clamat: & clamores eorũ qui messuerunt, in aures dñi Sabaoth introiuit, Iaco. 4. Cui vero hoc dictum? Non triobolari, lacero & penulato, sed trifuri paludato & purpurato, latroniq; trabeato & torquato. Laborem scriptura nobis præscribit. Ocia dant vitia. Nobilistæ vero adeo perrumpunt legẽ euangelicam, vt gratis sibi oĩa fieri, nedũ non laborare, ipsi velint. Sit æqualitas & æquabilitas, iuuetur pauperes, quod etiam ethnici æquũ esse censent, teste Cicerone Offi. 2. Sunt q dicant: Quod ego mea industria & sudore, item mea deniq; parsimonia conquisiui, hoc alteri dem? Audiant Apostolũ: Laborent, ait, vt habeant quod dent. Cuius est industria ea, per quam diuitias congesserunt? Cuius robur, vigor & efficacia est, qua opes sunt congestæ? Et si syncera virtute parsimoniæ abstinuisti, quare nõ eadem ipsa, *q̃d superest, das pauperi? Forte putas Apostolum nõ verbo Chr̃i, sed lenonis alicuius, vsum. Sed iudex viuorũ & mortuorũ, in illa die pro sentẽtia Apostoli sentẽtiã suã feret, æternis cruciatib⁹ adiudicaturus eos, q sua nõ dederũt: bis vero dãnaturus eos, q alios spoliauerũt. Iudicem eũ vt metuamus, faxit Deus. Amen.

DOMINICA XX. POST TRINItatis, Ephesiorum quinto.



Idete itaq; quomodo caute ambuletis, non quasi insipientes, sed vt sapientes, redimentes tempus, quoniam dies mali sunt. Propterea nolite fieri imprudentes, sed intelligẽtes quæ sit voluntas Dei. Et nolite inebriari vino, in quo est luxuria: sed implemini spũ sancto, loquentes vobismetipsis in psalmis & hymnis & canticis spiritualibus, cantantes & psallentes in cordibus vestris domino. Gratias agentes semper pro omnibus, in nomine domini nostri Iesu Christi, Deo & patri, subiecti inuicem in timore Christi.

PRAEFATIO.



Postolus ea quæ nobis sunt cõmoda, tradit: vtinam nos ea receperimus. Bene vult nos operari, vult ne Dei gratiam in vanum receperimus. Huc omnis Apostoli labor tendit. Quod si operari bonum & idem negligi, adiaphoron (hoc est, indifferens) esset, sane tanta pertinacia ad opus bonum nos non exhortaretur. Præuidit hæc nostra, in quæ incidimus, tempora: in quibus euangelicum est dogma, opera bona adiaphora esse, nihil ad iustitiam saluificantem facere. O Paulinistas, Paulum apostolum Iesu Christi penitus conculcantes. Sectio est: Primo pseudoapostolos p̃uidit

Bona opera adiaphora nõ sunt.

uidit Paulus in diebus nouissimis orituros, potissimum eos, qui fidelium vitam religiosam, quasi ociosam fieri hallucinabuntur: eos hic primo notat. Secũdo vitia crapulæ & filiarum eius taxat. Tertio vult nos obaudientes ecclesiæ rectoribus, vbi dicit, Subiecti inuicem in timore domini. Sequitur textus.

Videte itaque quomodo caute ambuletis, non quasi insipientes, sed vt sapientes.

Dies illuxit, o lychnobij, resipiscite, pudeat noctis operum. Dies, inquam, illuxit fidei per charitatem operosæ, dies religionis sanæ, dies legis perfectæ. Facessant ergo opera pompæ & vanitatis huius seculi mali, concupiscentiarum & fastus. Expergiscimini, qui somno depressi, & quodammodo mortui eratis: expergiscimini pœnitendo, & illucescet vobis Christus, verbum, lux & vita hominum, Ioan. primo. Qui ignorat, ignorabitur: estote prudentes vt serpentes. Hodie sapientia floret diuina, mendicat in plateis, pulsat cuiusq; fores, aditus sibi ad quenq; patefieri cupit. Docent euangelistæ, docent apostoli, interpretantur doctores & interpretes ecclesiastici. Quis, tot magistris sibi præsto, non sapiat, nisi qui sapientiæ obicem ponit stultitiam? Videte ergo, vt sapiatis quisq; sibi. Cautius ambulet quisq;, ne cuiquã dicatur:

Dies luxe[?] [illegible] illuxit

Quo diuersus abis? quo moriture ruis? Est via lata quæ ducit in perditionẽ, sunt vtrinq; viæ in exitium mittentes, Deut. 28. Scrobes item sunt & anfractus, Esaiæ 24. Cautos itaq; nos vult Apostolus esse. Recta tenenda, nempe exempla Christi. Dicit enĩ: Exemplum reliqui vobis, vt quemadmodum ego feci, ita & vos faciatis. Verba sunt plana. Sequi Christũ, sine laude iustitiæ & merito fieri non potest. Cauete ergo & attendite vobis à pseudoprophetis, qui dicunt: Crede crede, fides sola, fides sola, &c. Asophi, hoc est, insipiẽtes, hisce verbis facile capiuntur. Hæresis scortillũ est, imprudentem statim captans, haud secus atq; iumentum. Tales stultos subinde Salomon carpit in suo Misle, hoc est, prouerbijs. Vult nos esse sophos. Christus quoq; prudentes nos iubet esse. Sophiæ euangelicæ parabolam habes non obscuri sensus Matth. 25. nempe quinq; virginum, oleũ in lampadibus suis habentium. Oleũ sunt bona opera. Matth. quinto: Sic luceat lux vestra, &c. Lampas fides est. Fouenda fides bonis operibus: quod ni fiat, emorietur. Nemo sibi plaudat de sua fide exclusiue. Nemo se ergo absolutum Christianum venditet, q̃ sit baptizatus. Non oĩs qui dicit Christo, domine domine, intrabit in regnum cœlorum, Matth. 7. Luc. 6. Hæc est arena supra quam ędificat stultus. Prudentes serui sunt, quos dominus veniens inuenit vigilãtes, succinctos, lampadas ardentes in manibus habentes, & in summa, sic facientes, Luc. 12. Fides sine operibus mortua est, Iaco. 2. Vide Tertullianũ lib. 4. contra Marcionem. Summa hæc est philosophiæ, nõ Platonicæ, sed Christi: nõ Peripateticæ, sed catholicæ.

Prudẽtes [illegible] euan[gelicos] re[quirit].

Redimentes tempus, quoniam dies mali sunt.

Tempus redimere, est occasione tẽporis rite vti. Gratiam datam, vanã abire non permittere. Iactura temporis, aiunt ethnici, nihil est perniciosius. Recte & proprie hoc de gratia dixeris. Oblata est: negabitur contempta. Hodie si vocem eius audieritis, ait Psalmographus, nolite obdurare corda vestra, sicut in iritatione secundum tempus tentationis in deserto: ne domin⁹ in ira sua iuret, nunquã nos pedem in eius requiem laturos. Ad redimendã occasionem eam, admonemur etiam 2. Cor. 6. Roma. 12. Huc facit illud poetæ:

Tẽpus redimere q̃d sit.

Fronte capillata, post est occasio calua.

Nunquid in hac vita gratiæ occasio capillatam se nobis exhibet frustra? Prædicatur verbum, nemo audit. Christi & sanctorũ exemplũ præ oculis omnibus est, nemo sequitur. Vtrinq; lux, sed dilexerunt homines magis tenebras q̃ lucẽ, Ioã. 3. Christus ad arripiendam occasionem nos exhortatur, Ioan. 12. dicens: Dum lucem habetis, credite in eam. Hoc de occasione fidei discendæ intelligis? Recte hoc. Sed & de occasione operum bonorum laudatur Apostolus Gala. 6. Dum tempus habemus, operemur bonum. Quoniam dies mali sunt, ait, eo sensu, quo & mundus dicitur positus in malo, & quo hoc seculum dicitur malum: non quantum ad creationem, sed quantum ad hominum malignorum abusum, vel bruto elemento deplorandum. Monet Apostolus, vt bene vtamur temporis malitia. Vtinam Paulinistæ noui, hoc verbum Apostoli rite perpenderent: sed malitiam seculi duplicant ipsi. Exclamatio tragica si vnquam, certe hodie locum habet: O tempora, o mores. A plãta pedis vsq; ad verticem, in corpore toto hodie nihil sanum videas, nec est qui talia curet: quia & caput languidum est. Principes aut pueri, aut socij furum. O sanguinem super sanguinem, malum super malum. Væ terræ, quoniam principes pueri sunt. Væ

Tẽpus nõ fidei, sed & bonorũ operũ redimendũ.

Dies hui⁹ tẽpestatis vere sunt mali.

qQ 5 prin

principibus ventribus, qui carnes congerunt, & mane surgunt ad voluptatem explendam, opus domini nō curantes. Olim imperatores pessimi, Domitianus, Otho, & alij, reformationes suorum temporum meditari: hodie nostratium animus est in patinis. Qui publici mores sint, & quantū à prisca synceritate defecerint, vel pueris est notum. Quotusquisque vero est qui hoc curet? Diaboli sagina hodie est publica vita. Saturatus, propediem surget ludere. Quis saturati peccatis mortalium sit lusus, arguit Asia & Aphrica, & bona pars Europæ. Manus domini extenta. redimamus tempus. habet dies instans suum malum. qui tenet, teneat.

Nolite fieri imprudentes, sed intelligentes quæ sit voluntas Dei.

Voluntas dñi quæ.

Voluntas domini non potest non esse recta. Rectæ viæ domini, & recta eius iudicia semper. Qui voluntatem domini facit, vtique bene facit: iustitiæ ergo laudem meretur, & meritum sibi in regno cœlorum parat. Bona volūtas Dei, vocatur etiam beneplacitum Dei Roma. 12. euareston. Beneplacito huic domini iubemur respondere Matth. 7. Lucæ 12. Ioan. 9. Colossen. 4. 1. Thess. 4. Heb. 10. 1. Petr. 2. 1. Ioan. 2. Prudens seruus nouit voluntatem domini. Filius consilia parentis sui non ignorat. Serui sumus, scientes volūtatem domini: quā nisi exequamur, vapulabimus multis. Filij, sed nisi quod iussit pater, & quod nos præstituros sumus polliciti, præstiterimus, faciet hoc alius, qui iam filius non habetur. Insiti sumus oleastri surculi veræ oleæ, ne efferamur.

Et nolite inebriari vino, in quo est luxuria.

Tpa nr̄a oim pessima eē crapulæ frequens arguit vitiū

Diximus in nostra tempora quadrare exclamationem, O tēpora, o mores. Diximus, tempora hæc, in quæ incidimus, esse tempora omnium pessima. Verum me dixisse, vel hic locus arguit. Nonne hodie apud Germanos honestas est, ebrietati studere? Quid vsquam est hoc vitio celebrius? Quæ natio non contaminatur Germanorum exemplo? Quis hodie principum Germanorum, sanguinem & animas pauperum non prodigit, tanquam aristas & acus? Quare ad omnem expeditionem noua exactio miseris imponitur? Vbi est thesaurus, q ex sanguine & ex animabus Christorum, per tot secula est contra tantam pestem corrasus? Quis vnquam miseræ plebi vnicum denarium vectigalis annui remisit? Quis fasces deprimentes comminuit? Immo quis non infinitis nouis adinuentionib⁹ miseros oneratos plane obruit? Quæ omnium tantorum malorū causa, nisi maledicta crapula? Primo comessatur pompa Neroniana. Secundo, pergræcatio ea est assidua. Tertio, nemo nobilistarū aliū visitat, quin singulari & insigni sese mutuo excipiant comessandi genere. Quarto, maiores non tam splendide nuptias celebrarunt, atque hodie assiduæ celebrantur comessationes, conuiuia baptismalia, & hoc genus libentiæ. Quinto, pocula hic vitrea & fenestræ confringuntur, fornaculæ loco dimouentur atque perrumpuntur, vestes dilacerantur, vina item profunduntur. Antequam bibas, parum profunditur: & quod ebibere natura non sufficit, itidem effunditur. Sedentes in equis, etiam certādo poculis, caput equi vino perfundunt: equis etiam plerunque vinum infunditur, etiam alijs bestijs. Denique in vino capita nōnunquam lauatur. Non hęc dixero de plebe: forte & plebs talia aliquando patrat, sed non tanta assiduitate. Insanit aliquādo & vulgus, sed certe maiorum exemplo corruptum. Tanta est profusio apud magnates, vt solum non sit satis fœcundū, tantæ vt sufficiat dilapidationi. Et si plebeij aliquando hoc tanto exemplo *furiant, honestum esse putant, quippe quod quotidie videant fieri ab honoratis nobilistis. Adde quod & paucissimi adeo insigniter luxurientur. Verum est, à magnatibus omne malū esse ortum. Luxuria item hic accipi potest pro carnalibus vitijs verborum vrbanorum obscœnorum, cantilenarum turpium & amatoriarum, chorearum, motuum Ionicorū, poppysmaton, mommationum, hoc est, vestium commutationum, qua uiri muliebrem, & mulieres virilem assumūt habitum, mommandi gratia. Denique, ne quid luxuriæ desit, poti & potæ fide Venerea & Bacchica concumbunt, tactibus, osculis, & hoc genus iritamentis malorū, honestatis speciem sibi vendicantibus. Neque hic ritus est plebis. Apud plebē ignis est in igne, magnates nobilistæ, huiusmodi carnis vetustate & affectibus carent, sole splendidiores. Non possum hic verbis poetæ non dicere:

Omnia naturæ præpostera legibus ibunt,
　Parsque suū mundi nulla tenebit iter.
Omnia iā fient, fieri quæ posse negantur:
　Et nihil est, de quo nō sit habēda fides,

Asoti enim & animalia bruta, hodie nobilitantur, idque in crucifixi ecclesia. Proh Deum atque hominem. Vbi hic euāgelion? vbi scriptura? vbi baptismus? vbi eucharistias species vtraque? Nunqd oīa mysteria ecclesiæ, talia iustificant carnis vitia? Sic

Sic libere peccatur hodie,tanquã fidei nostræ sacramenta,ad carnis vitia afferenda sint data.Contra voluptiæ vitium catholicus videat,quid dicatur Esa.5.Hos.4.Lucæ 21.Roma.12.Galat.5.Contra vitiũ hoc (quod vere Sodomiticum est,Ezech.16.) propediem insurgere videbimus Dei irã. Adeo cõpotandi concertatio crassum est vitium,vt etiam ethnici hoc ipsum damnent.In Satur.Luciani sic legitur:Neque quisquã bibere compellitor.& in Catunculo monentur pueri,ne plus bibant q̃ sitiant.Sic habet Cato:

Compotatio ab ethnicis damnata.

Hoc bibe q̃d possis,si tu vis viuere sanus:
Morbi causa mali est, homini quæcunq; voluptas.

Sed quis pluribus? Omnis ebriosus expers est regni cœlorum,1.Cor.5.Hoc est excommunicari de facto.Mordet vt coluber vinum,Prouer.23.Idem ait Prouer.20. Homeß Sechar,hoc est,Tumultuosum sicera facit.

Sed impleamini spiritu sancto, loquentes vobismetipsis in psalmis & hymnis & canticis spiritualibus, cantantes & psallentes in cordibus vestris domino, gratias agẽtes semper pro omnibus,in nomine domini nostri Iesu Christi, Deo & patri. Subiecti inuicẽ in timore Chri.

Ebrietas duplex ẽ, carnalis & spiritualis.

Ecce tibi,si cupias inebriari atq; impleri,hic sacra tibi proponit comessatio, qua temulenti sunt redditi Apostoli cũ vniuersis fidelibus,Acto.2. Sic prius etiã repleti leguntur Zacharias,Elisabeth, Maria,Simeon.Cecinerũt & hi ebrij omes. Carnis ebrietas,immũda est.turpia & cogitat & dicit. Spũalis, plenitudo sancta est.nihil igitur meditat,nisi q̃d est pium & religiosum.Illã nisi auerseris,hãc nunquam adsequeris. Quæq; harum suũ habet dñm. Illa Cererem & Bacchũ,Priapũ,Venerem & Cupidinẽ,Bellonã & Martẽ item.Hęc Iesum crucifixũ,Verbũ æternũ,agnellũ sine macula, leonẽ de tribu Iuda. Eligẽdus est nobis alter horum duorum,diabolus aut Deus.Duobus seruire nõ possumus. Qui mũdo merent,aut suæ bene poti psallũt Veneri,aut Martẽ laudibus extollunt,&c. Qui Christi sunt,spũ sancto pleni,Patrem laudãt & filiũ cũ spũ sancto,exultãtes in Deo. Diabolus vocatus, etiã nõ vocat⁹,adest suis.Nec itẽ suis deest vocatus Chrs. Loquẽtes sibiipsis audit. Anna Helchanæ non clamauit,& exorauit.Non clamor,sed amor sonat in aure Dei. Loquũtur item sibi, q se exhortantur:& illis adest Christus.Loquitur audiẽtibus & legentibus. alloquuntur ipsum orãtes.Psalmi sunt multi in Biblijs,maxime spiritus pleni Dauidici.Hymnos habet ecclesia catholicorũ,Ambrosii,Augustini, & aliorum,non Samosateni & hæreticorum.Cãtica spũalia sunt,etiã ecclesiæ Prosæ & Sequentiæ.Et hic spũs est plenitudo,quale vides in Prosæ sententia, quæ sic habet:

Iam in lecto cum dilecto
Quiescamus, & psallamus:
Adsunt enim nuptię,
Quarum tonat initium
In tubis epulantium,
Et finis per psalterium.
Sponsum millena millia
Vna laudant melodia,
Sine fine dicentia, Alleluia.

Psallentes in cordibus,ait. Nequicquã em̃ colũt,qui ore saltem Deo appropinquãt, corde lõge ab eo existẽtes,Esa.29.Matth.15.Marc.7.Latria vero ex corde æstimat. Hic nostra tẽpora bifariã culpãda.Primo q vulgo nihil canticorum spiritualiũ traditur ad spũalem ædificationẽ. Taceo,Tertullianum & alios dare testimonium,Primitiuæ ecclesiæ auspiciũ talibus cãticis increuisse,sed ethnicos adferam. Plinius Secundus dicit libro Dec.Epistolarum: Carmenq; Christo quasi Deo dicere secũ inuicem &c.Dein erratur partim,q noua cãtica, veteribus ecclesiæ hymnis & Prosis explosis,exotici sensus excogitant:partim q prophana & ea oĩm turpissima,nusquã non cantãtur. Audias hodie puellas cãtillare,quod nullam vnquam lupam crediderim ausam fuisse. O mores, O tẽpora, O pastores,O idola.Væ mundo à scãdalis, Væ prophano magistratui. Væ ijs qui ecclesiæ sunt Prælati. Væ laicis,væ clericis,aut talia cõmittẽtibus,aut cõmittentibus nõ resistẽtibus. Sequit, Gratias agentes:qui gratias agunt,plura recipient. Sed quadrat in nos:Qui edebãt mecũ panem, in me supplantationem magnificauerũt. Item,in me psallebãt qui bibebãt vinum. Nihil passim nisi blasphemias audias.Diceres inimicos crucis Christi. Collige singula,Loqui,cãtare,psallere,& gratias agere.Omnia debemus Deo.quid horũ præstamus? Immo cõtra q̃d horũ nõ insigniter peccamus? Et q̃d sequitur, non minus impugnamus.Subiecti inuicem in timore dñi.Timor dñi euanuit.Pastorale pedum clero ademptum est. Bidẽtes palantes,diaboli sunt præda:pessumq; eunt oĩa. Pastor animarum nostrarum Iesus fili⁹ Dei, restituet ea, quæ nostrapte culpa iam sunt corruptissima. Amen.

Plebs in ecclesia etiam habet psallere.

DOMINICA XXI. POST TRINItatis, Ephe. VI.



Onfortamini in domino, & in potentia virtutis eius. Induite vos armaturam Dei, vt possitis stare aduersus insidias diaboli. Quoniam nõ est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus principes & potestates, aduersus mundi rectores tenebrarum harum, contra spiritualia nequitiæ in cœlestibus. Propterea accipite armaturam Dei, vt possitis resistere in die malo, & in omnibus perfecti stare. State ergo succincti lumbos vestros in veritate, & induite loricam iustitiæ, & calceati pedes in præparationem euangelij pacis: in omnibus sumentes scutũ fidei, in quo possitis omnia tela nequissimi ignea extinguere. Et galeam salutis assumite, & gladium spiritus, quod est verbum Dei.

PRAEFATIO.



Ilitia est vita hominis in terra. Agimus in medio nationis prauæ. Inuidia diaboli mors intrauit in orbẽ terrarũ. Gaudiũ habet infelix (vt de Nabuchodonosor dicit Esa. 14.) suæ infelicitati alios quoq; implicare. Resistendũ ergo nobis. Resistendo fugatur, 1. Pet. 5. Iaco. 4. Opus ergo habem⁹ classicis hisce apostolicis. Nisi eñ tuba apostolica psonuerit nr̃os aĩos, qs apparabit ad bellũ? Sectionis prima parte, admonemur belli. Secunda, assignat causa pugnæ. Tertia, repetit exhortationẽ propter vehemẽtiã. Quarta, describit spũalẽ armaturã.

Confortamini in domino, & in potentia virtutis eius.

Classicũ canit etiã tuba euãgelica.

Audite classicũ hoc, q baptizati diabolo & huic mũdo bellũ indixistis: ꝗ si vobis belli obliuio irrepsit, nouit hostis sibi vobiscũ esse negociũ. Audite ergo Apl'm. Simile dixit dñs olim ad Iosue: Rak Hezak Veemaz. Esto saltẽ firmus & robustus, siue cõstans & fortis. Oportet militẽ disciplinę militari esse deditũ, & ab oĩbus esse temperantẽ. Fortes fortuna iuuat. Nihil linquendũ inausum. Nunc animis opus est, nũc vagina eripiendũ ferrũ. In dño, ait, cuius est potentia, cuius regnum, cuius virtus, victoria, & oĩa. Behemoth & Leuiathan nostris virib⁹ est maior. Per dñm vero Iesum possumus omnia. Saltẽ velimus, & vincemus. Velle nobis dedit, spm̃ siquidẽ agentem & admonentem: restat, ne nostrapte malitia ipsum rursum velle amittamus. Amittemus, nisi nos ab oĩbus temperauerimus. Si fragilitas vetustatis nos detinet, pulsemus, petamus, quæramus. Agonothetes noster nobis præsto est: sufficiet omnia quæ nobis deesse cognouerimus, ipsum submisse implorantes.

Induite vos armaturã Dei, vt possitis stare aduersus insidias diaboli.

Expeditionẽ bellicam Apl'm hic vides meditari. Totã nobis armaturã induendã commendat. eam Apostolus hic vocat panopliam. Panoplia ea quænam sit, infrà dicetur, vbi nos in armamentarium suum ducet, nobisq; arma sua omnia proponet. Vult nos cataphractos, quoniam vndique hostis nobis timendæ insidiæ. Ex insidijs oẽs fere agunt. Quo leonina pellis nequit peruenire, ibi de vulpina cogitatur. Virtus, an fraus, quis in hoste requirat? Si hoc fas hostes sibi vendicant homines, etiam ij, quibus curæ est virtus: quid faciet artifex ille, pietatis & omnis virtutis hostis? Adoriri hoc ex insidijs diaboli, Apostolus methodeian vocat. Contra eas fraudes Christus quoq; ipse nos vult prudentes, Matt. 10. Lubricus mille mæandris nos circuit. Serpens est: spiræ, gyri & volumina eius, sunt infinita. Nusquam adeo est periculosus, atq; in hæresion tentamine. Opiniones hæreticorum, sua varietate colubri flexus & reflexus arguunt. Qua de re vide Apostolum eadem epistola, cap. 4.

Cataphractos nos apostolus vult, qñ vndiq; pericula.

Quoniam non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus principes & potestates, aduersus mundi rectores tenebrarum harum, contra spiritualia nequitiæ in cœlestibus.

Ho-

Hostem suum nemo temnat.
A cane nõ magno sæpe tenetur aper.

[illegible]

Satanan aiunt adeo horribilem non esse, atq; pingitur. Dicunt sacerdotes finxisse satanæ iram & potentiam. Sed audiãt miseri, qualem & quantum Apostolus hostẽ nostrum describat. Negat esse carnem & sanguinem. Carnem & sanguinem hic accipe pro infirmitate omnigena. Si corpus attendas, repit caro, multo molimine nihil efficiens, instar limacis. Si sensus, si animæ potentias, æque hominem fragilem depræhendes. Prouerbium est, non succedere omnia quæ homo præsumit. Tanta non est ratio humana, vt minimæ creaturæ, muscæ nimirum aut graminis vnius, constitutiones, puto formæ & cæterarum rerum rationem, inuestigando adseq possit: adeo infirma res est caro. Diabolus, spiritus est, nec eam potentiam quam habet natura, amisit culpa, quanquam nõ habeat copiã ea vtendi. Male ergo agitur cum homine, qui & custodẽ hominũ Deum & satorẽ, sibi inimicũ facit, atq; ad iram prouocat. Deus vbi satanæ habenã in genus mortaliũ sæuiendi remiserit, quid possit, historiæ ethnicorũ arguunt: Turcæ itẽ, Iudæi & hæretici, eius rei nõ obscuro sunt argumento. Spũs est, quare potissimũ animam hominis tentat erroribus & cæcitate. Parũ est carnẽ vexari, quæ alioqui p se, instar floris vix nati intereuntis, perit, qppe puluis & vmbra. Principes siue principatus dein vocat zabulũ, propter amplitudinem, qui mare, terrã, aerem, & quicquid vndiq; est, occupat. Potestates appellat, ne quis principatum eum vanum & fragilem esse somniet. Mundi rectores nuncupat, q eos qui mũdi mancipia sunt, ad quiduis compellat. addit ergo, tenebrarũ harum. Tantæ sunt mentium nostrarũ tenebræ, vt tantum ac talem hostem nequeamus dignoscere. Tenebræ sunt carnis vitia, Ioan. 3. Mundo corde, Deum vident. De potestate tenebrarum, vide Lucæ 22. Postremo Apostolus vocat Vectem Spirituales nequitias, autorem puta omnium vitiorum, mentem humanam excæcantium, patrem mendacij, homicidam ab initio, atq; adeo autorem mortis.

Diabolo principatus, potestates, seculi huius imperium tribuitur.

Propterea accipite armaturam Dei, vt possitis resistere in die malo, & in omnibus perfecti stare.

Pugna [illegible] cum diabolo.

Milites spirituales nunc, descripto hoste, prouocat ad legitimam pugnam, non ferri & armorum humanorum, sed armaturæ Dei. Spiritualis pugna est de vitijs, de nequitia & mendacio, quæ veritate & syn ceritate saltem sunt expugnanda. Omnis homo mẽdax. Deus veritas. armatura itaque, qua hostis est exuperandus, Dei est. Offert nobis eã Deus, nec hoc solum: nam & vires nobis contra hostem eum sufficit. Deniq; & hostem debilitat, & cuiq; volenti & prompto vincẽdum prosternit. Hortatur itaq; Apostolus, vt armaturæ Dei fidentes, hostem alacres inuadamus. Armatura Dei possumus in omnibus pfecti stare, neq; prosperitate neq; aduersitate moueri. Vel peractis omnibus stare, hoc est, peracto bello, victores triumphare coronatos. Tales auratos equites atq; torquatos, huius mũdi principũ nemo insignit. Viderint noui euangelicastri, quos ipsi milites comparent cogantq;, qui præmia victori sua negant.

State ergo, succincti lumbos vestros in veritate.

Armaturam ipsam iam Apostolus expedit omnem. Primo zonam militarem, quem baltheum vocant, ponit: neque hoc inepte. Zona quippe cætera omnia complectitur & constringit. Veritas zona ea est, virtus fidei & religionis. Hac subnixa ecclesia, dicitur basis veritatis. Sensus communis, Euangelium verum, non in membranis, sed in cordibus & animabus oĩm beatorum commissum. Hæc est gloria, in qua receptũ est verbũ. Fides ea dicitur orthodoxa, rectæ gloriæ. Hæresis etiam veritatem simulat, sed mentitur iniquitas sibi: manifestatur tandem, & euidens fit hæreticorũ amentia. Veritas domini manet in æternum. Veritatem eam credit nobis spũs veritatis, Ioan. 14. Per scripturæ adminiculum, Ioan. 5.

Armatura Dei aduersus diabolũ quę.

Veritas baltheus est contra hostem.

Et induti loricam iustitiæ.

Quid veritas sine iustitia? Veritas ĩ corde, iustitia in opere: hæc rerũ, illa verborũ. Qui docet sic & facit sic, magnus vocabitur: iustitiæ laudem commeritus, de hoste triumphabit. Fortis veritas, iuxta Nehemiæ symbolum. veritas vero est Christus Soter mundi, Ioan. 14. Is si nobiscũ, quis contra nos? Est vero nobiscum, in via exemplorum eius si concordes ambulauerimus. Mendaces sumus, nisi in via mandatorum eius permanserimus: quia omnia mandata eius veritas & æquitas. Iustus vt palma florebit, iustus coronabitur, triumphabit & regnabit. Tanta est iustitiæ laus, vt etiã ethnici nonnihil de ea viderint. Testis est liber Platonis de Iusto. Poeta q̃q; beatitudinẽ perditiõi pferentibus, ait:

Iustitia factorũ ptinet præcipue ad armaturam cõtra diabolum.

Discite iustitiã moniti, nõ tẽnere diuos.
Apostolus de iustitia fidei agit aliàs. Hic plane

plane de iustitia loquitur operũ bonorũ, ꝑ baltheum siquidem fidem hic voluit designare, & postea iustitiam bonorum operũ per loricam exprimere. Huc facit verbum hoc Ioannis: Qui facit iustitiam, iustus est, 1. cap. 2. Vide Ezech. 18. Matt. 5. Heb. 11.

Et calceati pedes in præparationem euangelij pacis.

Pedes nō nisi euangelio pacis armāt.

Pedes etiam opus habent sua armatura contra silices & sentes, aspides & serpentes, & omnia hoc genus in terra iacentia & repentia. Huc pertinet euangelion pacis, quod Dei gratiam hominibus conciliauit. Sed neq; hactenus putes euangelion dici pacis: est alia adhuc ratio, quam tangit Iacobus, cap. 4. dicens sapientiam animalem & diabolicam, quæ hæresis est, esse æmulatoriam: contrà, diuinam esse pacificam, tractabilem, castam, &c. Christus Deus pacis, simultatem gentium abstulit. Antichristi ergo sunt, qui schismata & sectas faciunt. Euangelion pacis non supprimendum. Væ, ait Apostolus, mihi, si nō ꝑdicauero. Pedes euangelion pacis pronunciantium, pulchri sunt: vtinam officium docendi hodie in ecclesia non habeatur postremum. Veritatem, iustitiam & pacem Dauid itidem connexuit psal. 84.

In omnibus sumentes scutum fidei, in quo possitis omnia tela nequissimi ignea extinguere.

Fidei scuto cominus & eminus hosti pugnāti resistitur.

Fides fundamentum sic est nostræ religionis, vt etiam locum habeat per totum ædificium. Quidquid enim sine fide fit, peccatum est. Socors poterat dicere: Audiui sermonem diuinum semel atq; iterum, credo iam. quid mihi nunc porro cum prædicatione verbi? Audiens sapiēs sapientiam, sapientior fiet. Quantū credis, tantum speras & amas. Habes baltheum? fac & scutum habeas. Fides est homini fideli baltheus, est & scutum. Fides est ecclesiæ & fundamentum & murus: est item in ecclesia instrumentum, quo repelluntur iacula hostis ignea, ab hoste immissa, & quo abigitur hostis irrumpens.

Christus hocce scuto vsus est contra tentatorem in deserto. Fidei apud omnes fideles laus semper fuit maxima. Est enim maximum hoc, quod Ioannes dicit, eam esse nostram victoriam. Fac ergo, fide tanquam scuto identidem bolides tormenti diabolici igneas excutias. Hinc Venus & Cupido ignea iacula torquēt, illinc intentans animo faces Erynnis. Quidquid id est telorum, facile repuleris, si verbum Dei frequenter audieris, & fidei virtute munitus fueris. Clemens libro quinto dicit, fidem iudicij extremi, nos præsentissime à peccatis absterrere. Fides item retributionis omnium bonorum, eandem virtutem habet. Spe siquidem messis arat arator. Dilexi, ait, mandata tua propter retributionem. Acceditur nequidquam ad Deum, nisi retributor bonorum credatur. Vides tibi opus esse scuto fidei, institutione & catechizatione.

Fides extremi iudicij, atque adeo retributionis æternæ sciētū ꝑiens est aduersus hostē.

Ingruit hæreticus somnianista, negat iustificare bona opera, negat præmium vllum manere vitam religiosam: dicit eiusdem esse meriti, nubere & continere, bigamiam & vnas nuptias, ieiunium & saturitatem &c. Scutum professionis catholicæ si hic in promptu tibi fuerit, culmum & paleam videbis esse hæresin Iouinianam. Scuto vero sensus communis vbi viduatus fueris, mole ingenti obrutus, in auerni barathrum incides.

Et galeam salutis assumite.

Galea salutis, est cura salutis.

Pedes non solum, sed & caput munit apostolica solicitudo. Caput vbi languet, cætera membra dolent: contrà, vbi bene habet, totum corpus valet. Vnde Apostolus galeam vocat salutarem, hoc est, ipsam salutem. Sensus est: Sic prælium committatis, vt saluemini. Habeat quisque suæ salutis rationem. Hæc est belli causa. Diabolus saluti nostræ inuidet, cupit vt eam amittamus. Amittemus, nisi strenue contra vitia pugnemus, nisi sedulo virtutibus indulgeamus. Sic ergo curramus, vt brauium comprahendamus. In capite, sensuum est sedes: vult nos sapere & scire, neminem saluari nisi per militiæ spiritualis strenuitatem. Stulti, in suapte pereunt stultitia. Videte ergo vt sapiatis, quare ad militiam simus vocati, & quod strenuitatis præmium. Imitemur serpentes, quorum præcipua est cura custodiendi capitis, hoc est, vitæ. Salutem diabolus nobis e capite diripiet, nisi galea ea sensus & prudentiæ, curaq; nostræ salutis, gloriæ regni cœlorum fuerimus probe muniti. Consentit fere cum præcedenti & sequenti, iuxta hunc sensum.

Et gladium spiritus, quod est verbum Dei.

Gladio verbi nobis dimicandum.

Sine gladio in prælium descendere, amentiæ est. Ferro agitur in pugna humana. Ferro Polyphemus exoculatus. sed nec hic, in tam seria re, fabulis agamus, Holofernem & Goliath ferro dicamus occisos. Iudith Holoferni caput ferro abstulit. Dauid Goliath caput sine framea nō āputauit.

Phi-

Phinees sacerdos pugione vsus.*Egle pugione transfixus, viscera egessit. Sic & nobis gladio est agendum, non sudibus obustis, non colo muliebri, non furor hic arma ministret, sed religio. Ancipiti ferro decernendum. Machæra dictomus, gladius anceps est, de q̃ vides Hebræ.4. Hoc ter ictus satanas, Matth.4. Verbum est virtus Dei ad salutem omni credenti. præualebit itaq; hoc armatus vniuersis infernalibus spectris fidelis. Eminus & cominus hostis pugnat, iaculis & colaphis. opus ergo & nobis omnigena armatura. Corpus vndique thorace munitum sit oportet, thorax baltheo constringi habet, pedes & caput suis quoq; armis muniantur operæpreciũ est, contra hostem cominus pugnantem: sed contra hostem eminus nos infestantẽ, necessum est gladio armati simus & scuto. Sex arma nobis Apostolus profert, Veritatem, iustitiam, pacem, fidem, salutẽ, & verbum Dei. Quis cacodæmoniorũ & diaboli nunciorum, satellitumve, nobis incõmodarit hisce armis munitis? Si vero nos discincti & inermes esse malumus, nostra culpa hosti prǽda & ludibriũ erimus. Cõtrà, si viros agere anim⁹ est, neq; arma, neque suppetiæ vllæ nobis deerunt. De⁹ bellator fortis, nostra virtus & auxiliator. ipsi honor & gloria per æterna secula. Amen.

DOMINICA XXII. POST TRINItatis, Philip. primo.



Onfidimus in domino Iesu, quia qui cœpit in vobis opus bonũ, perficiet vsq; in diem Christi Iesu. Sicut est mihi iustum hoc sentire pro omnibus vobis, eo q̃ habeam vos in corde, & in vinculis meis, & in defensione & confirmatione euangelij, socios gaudij mei omnes vos esse. Testis enim est mihi Deus, quomodo cupiam vos oẽs in visceribus Iesu Christi: & hoc oro, vt charitas vestra magis ac magis abundet in omni scientia & in omni sensu, vt probetis potiora: vt sitis synceri & sine offensa in diem Christi, repleti fructu iustitiæ per Iesum Christum, in laudem & gloriam Dei.

PRAEFATIO.

TAmetsi Apostolus à Nerone (cuius portenti nemo bonus citra abominationem meminerit) in vincula sit coniectus, tamen officio suo non defuit. Verbum siquidem domini ligari non potest. Armatura Dei munito Apl'o, diabolus incõmodare non potuit. Victus satan, victus nũcius atque satelles satanæ Nero. In posterioribus hisce dñicis diebus, ecclesia nobis exhibet lectiones, affectũ Apostoli erga fideles declarãtes. Euãgelicus nemo declamator eẽ poterit, nisi & ipse ita sit affectus. In p̃senti lectione duo præcipue videmus, cuius ecclesiastæ imitãda, præstãdaq; ad cõsolationem auditorij. Primo promittit diuinę bonitatis præsidiũ. Diuinæ, inquã, clemẽtiæ, in hoc q̃d dicit, Confidimus in dño Iesu: eius Iesu, qui ait: Confidite, ego vici mundum, Ioan.7. Secũdo suæ volũtatis exprimit desideriũ. Optat vero quintuplicẽ Philippensibus profectũ, nempe sanctæ dilectionis purã cognitionẽ, sanctã cõuersationem, bonã opinionẽ, dignã gratiarũ actionem. Ipsum contextum nũc videamus.

Cõfidimus in dño Iesu, quia qui cœpit in vobis opus bonũ, perficiet vsq; in diem Christi Iesu.

In præcedẽtibus exultare cor suum in dño testat, dicẽs in epistolę exordio: Gratias ago Deo meo in omi memoria vestri semp in cũctis orationibus meis pro oĩbus vobis cũ gaudio &c. Captatio beneuolentiæ vehemẽs. Vt ameris, amabilis esto. Pro ecclesia Christi in vĩculis torquebat, aporiabat non destitutus. Gratiarũ actionẽ iunxit oratiõi. oratio em̃ non est syncera, quæ nõ exultat in dño. Oratio nõ est priuata, qa oẽs vnũ sumus corpus. Publica vero oratio potissimũ incũbit Episcopo. Gratias itaq; egit Apl'us dño Deo, q̃ dignatus sit Philippẽses suo euangelio. Audierunt euangelion, & crediderũt in Christũ, q̃d secundũ Ambrosium hic Apl'us vult, dño Deo gratias agẽdo. Fructũ suũ euãgelion in Philippẽsi p̱tulit ecclesia, qppe q̃ Romã suã miserũt gratificationẽ, vt recrearet Apl'us in vinculis, q̃d hic Chrysostomus, Theophylactus, Hieroñ. & Sedulius intelligũt Apl'm significasse. Vtrũq; sanũ: qa audit⁹ salutaris tũ demũ est, si p̱ferat fruct⁹.

Ca-

Captata beneuolentia, sic tandem ait: Confidimus in dño Iesu, qa qui cœpit in vobis opus bonum, perficiet vsq; in diem Christi Iesu. Audis Apostolum tam de opere, q̃ de fide Philippensium dño gratias agere. Aduerte item, nõ Deum Apostolum solũ laudare de opere inchoato, sed & ipsum rogitare pro gratia perseuerantiæ. Nihil enim est incepisse, & desinere. Qui perseuerauerit in finẽ, saluus erit. Bonum agite, ait, non deficientes. Nihil horũ nostrum est. Deus est q bonum in nobis incipit. Certũ ergo est, sine ipso eius exorsum bonũ absolui nõ posse. Obserua item, Apostolum bonũ vocare opus in genere, non modo eleemosynam, sed & omnem ecclesiæ disciplinam. Traditiões apostolicas nõ seruantes, alibi vocat inimicos crucis Chr̃i. Bonum itaq; opus est, & pertinet ad amicitiam crucis Chr̃i, ecclesiæ seruare disciplinas, siue sint ieiunia, siue vigiliæ, siue orationes, siue stationes, & hoc genus alia. Dicunt apostolastri noui: Quod intrat per os, nõ coinquinat animã: quasi crapulæ vitium, nõ sit sitũ in ijs quæ per os sumimus, & quasi inobedientia, qua ecclesiæ disciplinas contemeramus, nõ ex corde proueniant malo. Nõne & sectæ & hæreses pessimi cordis sunt cõmentum? Sed valeant hæretici, catholicus audiat hic Apostolũ. Tam nõ sunt ecclesiæ disciplinæ cõtaminandæ, q̃ charitatis opera, qa omnia ex spũ Dei proueniũt, & ad gloriam Dei oĩa tendunt.

Opus & q̃ atq; fidem Philippẽsiũ ꝓbat apostolus.

Opus bonũ est, seruare ecclesiæ disciplinas.

Sicut est mihi iustum hoc sentire pro omnibus vobis.

Sensus est: Quare nõ optimũ finem mihi de vobis pollicear, quũ optima in vobis videam auspicia? Fieri potest, vt mala exordia melior fortuna sequatur: sed regula cõmuni, bonũ principium bonũ spondet terminũ. Vrit vrtica mature.

Cũ bene vernarit, reddit & annus opẽ.
Et in pueris indoles raro fallit.

Eo ꝙ habeam vos in corde meo, & in vinculis meis, & in defensione & confirmatione euangelij, socios gaudij mei omnes vos esse.

Charitas oĩa sperat, non possum ergo nõ de vobis sperare optime. Dilectio bonũ facit opinari de dilecto. Odium optima quæq; male interpretatur. Charitas nõ est suspiciosa: oculus nequã, nihil bonũ cernere potest, etiã in eo q est optimus. Qui sentem habet in pede, quocunq; pedẽ fixerit, sentem calcat. Pulchrũ & iucundũ est, fratres se mutuo diligere: pulcherrimũ est, pastorem & subditos sibi cõsentire. Philippẽses absentem Apostolũ, tãquã præsentem, coluerunt. Apostolus in vinculis Philippẽsium cura tangebatur. Religionis sacra auspicia cordi fuerunt Ap̃lo. Successum ergo & cõtinuationem Philippensium ecclesiæ dñm Deum precabatur. Nõ modo, ait, in vinculis memoria vestri me oblectat, verũ etiam cũ vocor ad reddendam rationem, apologiam & defensionẽ euangelij, vestri mihi subit recordatio. Deniq; cũ cõfirmandum mihi euangelion est, hoc est, cum vel ad carcerem mihi est rursus intrandũ, vel aliud supplicium nouũ suscipiendũ, vos mihi estis pręsto, qa vestri causa hoc mihi euenit. Socios vos habeo gaudij, qa vos estis gaudiũ meum & corona mea corã Deo & hoĩbus. Missus, fructum dño attuli: gaudeo fructum eum tenere.

Charitas omnia sperat.

Testis enim est mihi Deus, quomodo cupiam omnes vos in visceribus Iesu Christi.

Den Gott ist mein zeug, wie mich nach euch allen verlanget von hertzen grundt in Jesu Christo: Hoc est, Deus siquidẽ mihi testis est, vt vestri tenear desiderio ex intimo pectusculo, in Christo Iesu. Tametsi translatio ea verbis Apostoli nõ adeo respondeat, sed magis ad metaphrasin tendat: oportet tamen aliquid necessitati tribui. Debet versio clara esse, adeo vt originalis linguæ obscuritatem expediat: huius gratia nõnihil hic à verbis Apostoli recessi. Ad parergon hæc. Deum testem adducit Ap̃lus suæ erga Philippenses fidei. Certius ergo certo est q̃d loquitur. Vtinam & episcopi nostri, talẽ testẽ suæ in plebẽ Chr̃i fidei adducere possint. Ap̃lus suo candore corda oĩm ecclesiaꝝ sibi deuinxit: idẽ facerent & nostrates, similis si candoris Deũ testem haberent. Quod Ap̃lus hic dicit, se cupere omnes in visceribus Iesu Chr̃i, declarat amorẽ suũ esse spũalẽ. Hic amor vt est sanctus, ita etiam firmus est.

Affectus q; fit apostolicus.

Amor Apostoli diuinus.

Omnia prætereũt, p̃ter amare Deũ.

Et hoc oro, vt charitas vestra magis & magis abundet in omni scientia, & in omni sensu, vt probetis potiora.

Chr̃i merito pater cœlestis ecclesiã Philippẽsem multis decorauit donis: neq; illis satiatus Ap̃lus, q augustiora adhuc illis postulauit. Voluit eos perficere identidem, & nõ, quasi perfectos, cunctatiores esse. Nam & ipse ait se nõdum assecutum, sed tendere & niti ad palmam gloriæ. Nos vero misselli, quid Suffeni nos efferimus? Dicis nostros episcopos nõ esse iam similes Paulo, Barna-

Augusta apostolus ecclesiis ꝑcatur.

Barnabæ, Silæ, Timotheo, Tito, Archippo, Dionysio, Hierotheo, Hieroni &c. qua si comparatione malorum, quis bonum se possit exhibere: & q̃si semet sibi quis possit cõponere. Malis episcopis nõ est q͛ te conferas, nec item est quod tuo te iustifices testimonio. Philippensis ecclesiæ plebi te cõpara, & videbis stercus te collatum auro. Quadrat in nos hodie: Qualis sacerdos, talis popellus. Principio vult nos Apl'us magis atq; magis adolescere in charitate. Dicit idem 1. Cor. 14. Sectemini charitatem, æmulamini spũalia. Proxime & secundum charitatẽ, ad Corinthios prophetiã dicit esse excellentẽ. Vnde etiam hic statim post charitatis donũ, scientiam nobis precatur. Vult Philippenses non solũ, sed & oẽs fideles in sapientia indies proficere, hoc est, auditioni verbi indulgere, & in omnẽ sapientiam progredi, adeo vt profectũ sentiant͛ ipsi. Beatus qui tantũ didicit, vt ex animo dicere possit, scire se, nihil se scire: vel potius, nihil scire q̃ Christũ, & eum crucifixũ. Probanda item potiora, 1. Cor. 12. 14. Non mediocris est error, mediocria potioribus anteferre: quod cũ hodie passim fiat, apparet scientiam & sensum nobis abesse sanũ. Apl'us per nostrũ crimen Deũ non potest exorare. Vtinam quisq; sic se reformet, vt Apostolum Deus pater pro nobis intercedentem exaudiat.

...tiam apo ...tolus no ...is pri ...us Deũ ...rat.

Vt sitis synceri & sine offensa in diem Christi, repleti fructu iustitiæ per Iesum Christum, in laudem & gloriam Dei.

Orãõ exempli & exemplar apostolus nobis intercedat.

Nihil exactius atq; absolutius hac oratione. non ergo saltẽ exemplũ, sed & exemplar orandi Apl'us nobis esse debet. Sunt q̃ orant Deũ opes, gloriam, & hoc genus, q̃ sine rubore hominẽ nõ ausint petere. Synceritatem, vt sine offensa in illa die prodire possit, qui præcipue petat, quotusquisq; est? Raros esse huiusmodi oratores, obscurum nõ est. Quidquid in nomine Iesu postulatur, accipitur. Synceritatem eã si quis rogauerit, eũ in Iesu nomine rogitare nemo negauerit. Iam cũ omniũ fere vita sit insyncera, videmus spiritum sanctum in nobis gemitibus inenarrabilibus non orare. Synceritatẽ intellige, simulatione & hypocrisi omni vacuũ esse, quod & est offensionis esse vacuũ, scandalo nemini esse, nemini esse graue &c. hoc est, esse sine querela. Impleri item habemus fructibus iustitiæ: hoc an sola fide fiat, dubitent noui euãgelicastri. Hactenus sane catholicis certum fuit oĩbus, impleri fructibus iustitiæ, etiam opera requirere. Fructus siquidẽ iustitiæ, proprie sunt opera bona, quæ (Matth. 5.) in gloriam fiunt Dei. Coloss. 1. etiam pulchram orandi habemus formã. De fructibus item iustitiæ habemus fere similia Lucæ 6. Ioan. 15. Roma. 6. Ephe. 5. &c. Epilogus atq; collectio præmissoꝝ omniũ, esto: Primo, Christianoꝝ est, semper precari & gratias agere. Secundo, euangelion amare, & eius informatione hilariter necessitatẽ patientibus, & quibus debemus, dare. Tertio, bona opera Deo accepta referẽda oĩa. Quarto, fideles bene affecti debent esse erga se. Quinto, innocentiã suã fideles asserere decet, & euangelion defendere. Sexto, in charitate succrescere fidelium est. Septimo, quotidie magis atq; magis discere, & sapientiorẽ fieri, quo ora Iudæis, ethnicis, & hæreticis obstruere possit, interest hoĩs Christiani. Octauo, potiora probãda subinde & arripienda. Nono, scandala cauenda. Decimo, fructib͛ iustitię sic incũbendũ, vt repleamur. Hæc & hoc genus alia, in p̃senti cõtinent lectione p̃cepta salutaria & sacrosancta. Beatus q̃ talia rite poterit elicere, & secundũ ea vitã suam instituere. Hoc ipsum annuat nobis, sine quo frustrat oĩs noster conatus, & qui nostra est sufficientia solus, Iesus Christus dñs noster, qui cũ patre & spũ sancto vnus est Deus, benedictus per æterna seculoꝝ secula. Amen.

Synceritas quæ.

Impleri fructibus iustitiæ citra opera bona nõ possum͛.

DOMINICA XXIII. POST TRINItatis, Philip. III.



IMitatores mei estote fratres, & obseruate eos qui ita ambulant, sicut habetis formam nostram. Multi enim ambulant, quos sæpe dicebam vobis, nunc autem & flens dico, inimicos crucis Christi, quorum finis interitus, quorum deus venter est, & gloria in confusione ipsorum, qui terrena sapiunt. Nostra autem conuersatio in cœlis est. Vnde etiam saluatorem expectamus dominum nostrum

Iesum Christum, qui reformabit corpus humilitatis nostræ, configuratum corpori claritatis suæ secundum operationem virtutis suæ, qua possit etiam subijcere sibi omnia Iesus Christus dominus noster.

PRAEFATIO.

Euāg. vetus bono rū operū iustificationis, in oībus euāgelistis & apost. celebratur.



Arcat nobis euangelista & apostolus nouus superciliosus, qꝫ toties contra nouū euangelion solius fidei iustificantis, etiā charitatem & omnē disciplinā ecclesiasticā secludentis, vetus euangelion repetimus: nēpe hoc euangelion, quod iuxtà atqꝫ fidei, charitati quoqꝫ & eusebiæ perfectæ iustificandi rationē refert acceptam, & q̄d bona opera in cœlo sua præmia manere adfirmat. Ad tale euangelion, quod toties repetimus & docemus, status totius scripturę sacræ nos compellit. Ecclesia item matrix ad hoc nos violentia quadam fatali cogit. Diceret aliquis animo præsenti, papisticum aliquē (sic em̄ vocant eos, q catholici esse student) lectiones eas, quas sancta Romana ecclesia certis diebus legere consueuit, contra euangelicos fratres huius tempestatis, selegisse. Matrix vero ecclesia, hęresion futurarum præscia, lectiones huiusmodi potissimum fidelibus commendauit, tanquam præsens antidotum, contra lœthalia noui euangelij dogmata. Et quid aliud ecclesia poterat ex scriptura corradere? Quid aliud in vniuersum scriptura agit, q̄ vt domino plebem paret perfectam, sectatorem operū bonorū? Quæ, malum, ergo vertiginosi spūs vitiligatio, q exotico euangelio sibi adeo placet, quasi charitas & bona opera neqꝫ iustificent, neqꝫ in cœlo merita coaceruent? Audiant euangelicastros eos, quibus aures pruriunt, peccati mancipia, pietatis pertæsi. Nos apostolum Paulum audiamus, perfectæ religionis doctorem. Præsenti hac lectione, vt sectionē quoqꝫ ipsam obiter designem: Primo, ad sui imitationē nos vocat. Secundo, ab imitatione reproborum nos absterret, dicens: Multi enim ambulant, &c. Tertio, imitationis formam explanat, dicens: Nostra conuersatio est in cœlis. Quarto monet, vt in ea imitatione maneamus, atqꝫ hæreses oēs, nos ab ea auocantes, surda aure prætereamus. Atque hæc est sectio. Nunc Apostolum audiamus.

Ecclesia hæresis euāgelij soli⁹ fidei p̄scia, statuit identidē lectiones de opibus bonis legēdas.

Imitatores mei estote fratres, & obseruate eos qui ita ambulant, sicut habetis formam nostram.

In præcedentibus Apostolus in prima persona identidem loquitur, se euangelicæ vitæ exemplar ecclesiæ exhibens. Subpastor & vicarius Christi aptus. Voluit lucem suam in gloriam Dei resplendere. In præsenti itaqꝫ loco Philippenses inducit ad sui imitationem. Neqꝫ enim candela accenditur, vt sub modium abscondatur. Fratres vocat quibus præfuit, vt beneuolos eos discipulos habere possit. Qua in re attendenda apostolica mansuetudo, à qua hodie noui apostolastri quàm sint alieni, quis nō videat? Desiderandum item esse arbitror exemplar tale in ecclesiæ magnatibus, qui om̄ia pro imperio agunt, & satis fastidiosi. Rogas, quod vero præscribit imitationis exemplum? Respondeo Apostoli verbis, vt ad brauiū supernæ vocationis pergere contendamus, quicunqꝫ perfecti sumus. Regulam perfectionis nemini catholico puto esse ignotā, cum Christi verba lateant neminem. Dicit ille: Diliges dominum Deum tuum ex toto corde tuo &c. & proximum tuum sicut teipsum. Item, Si vis perfectus esse, vade, & vende om̄ia quæ habes, &c. Matth. 19. Dicis perfectionem eam neminem habere posse in hac vita, cū Hieronymus in epistola ad Theophontem dicat: Esse in omnibus solam perfectionem, suæ imperfectionis cognitionem. Recte hoc. Sanctus Thomas quæstionem soluit in hoc loco, dicens Apostolum hic loqui de perfectione viæ, nō de perfectione compræhensionis, quam alij vocāt perfectionē patriæ. Præcipitur perfectio ista, quia nō recte curritur, vt verbis sancti Augustini Glo. habet ordinaria, si quo currēdum est, nesciatur. Eia ergo fratres, nemo vobis palmam interuertat, veniens tanquā nouus Apostolus, solam crepās fidem. Fac esse, aliud sapiatis, vel magis humile, vel magis sublime. Sensu suo quisqꝫ abundet. hoc saltem satagite, ne quid nimis. regula & mensura cuiqꝫ est rei, supra quam rectū cōsistere nō potest. Regnum Dei nō est situm in verbis & disputatione, sed in opere & veritate. Vos ergo, ait, fratres, mei imitatores sitis, & obseruate eos qui sic ambulant, sicut habetis formam nostram. Dixerat suprà, cauete canes schismaticos & hæreticos, qui discordias seminant. nunc dicit, Obseruate eos qui simpliciter ambulant. Q. d. Schismaticos vitiligatores auersamini, etiam si angelorum linguis loquātur, nolite regnum Dei æstimare ex persuasione humana. Vita non fallit. Qui secundum

Mansue-tudo apo-stolica d... fiderat... dic in omnib...

Regul... perfectionis nulli ignota.

Perfectio militiis ecclesiæ est & triumphantis.

dum regulam incedunt euangelicam, eos suscipite, eos in summo precio habete. Clamosum vero vulgus fugite. Videte quos doctores receperitis, verbosos ne, an operosos & officiosos. De forma ea, quã Apostolus hic apostolicam esse dicit, atq; per hoc omnibus imitãdam nobis commendat, vides 1. Timoth. 4. Esto forma fidelium in verbo, in conuersatione, in charitate, in fide, in castitate &c. Item 1. Pet. 5. Forma facti gregis ex animo. Sed quoniam de forma ea in tertia parte huius Postillæ dicemus, nunc breuitatis gratia ad sequẽtia abeamus.

Multi enim ambulant, quos sæpe dicebam vobis, nunc autem & flens dico, inimicos crucis Christi: quorum finis interitus, quorũ Deus venter est, & gloria in confusione ipsorum, qui terrena sapiunt.

Exemplũ sui quare apostolus adesse cõmendarit.

Hic reddit rationem, quare ad sui exemplum nos vocet. Seductores diabolus in ecclesiam Christi mittere non cessat. Contagiosum est exemplum malum: & vox hæretica serpit velut carcinoma. Contra malum tantum operæprecium est, vt semper habemus in promptu salubria documenta & exempla. Messis magna, operarij rari. Multi ambulant, multi veniunt. omnes quæ sua sunt, quærunt, pauci de gloria Dei sunt soliciti. Pseudoapostoli varij sunt & multi. Dæmonium est meridianũ, est & spectrum nocturnũ. Tentat nos tentator à dextris, tentat etiam à sinistris. Primo inimici crucifixi, sunt simulatores Christianismi, qui nihil dignũ crucifixo cogitant, quorũ animus est in patinis, quorũ crebra ingurgitatio erumpit in libidinem. Inobedientes filij Belial, pomposi & imperiosi, venatores robusti, fratrum suppressores & homicidæ, Caini, Nemroithæ, Ismaelitæ & Esauitæ. Dein sunt inimici crucis Christi, qui stant à Chaldæis, eorum prædas iustitiæ adscribentes, Iobẽ vero reum agentes. Sunt qui solam fidem iustificare docent, neq; esse aliam pœnitentiam, quàm fidei: restitutionem rei ablatæ, pœnitenti non debere prescribi. Satisfactionẽ dicunt esse papisticum inuentũ, pœnitentiam in luctu non esse auspicandam & peragendã: confessionem auricularem, esse inuentum nescio cuius, humanorũ consiliorum perscrutationis gratia. Inimicitiæ Christi crucis eiusmodi genera hodie multa, quasi verum & syncerũ prædicantur euangelion. Huc pertinent, qui omẽs apostolicas constitutiones abolent & ex industria soluũt.

Inimici crucis Chri qui

Hi eñ sunt concisio, de qua suprà dixit: Videte canes, videte malos operarios, videte concisionem &c. Notat hisce verbis concisiones dissensiõis schismaton & hæresion, Christi vnicam lacerantes, euangelion sic prædicando, quasi Deus nõ attendat, quomodo quisq; viuat, modo credat: & quasi Deus nõ sit remunerator tam boni, quàm mali. Sunt itidem inimici crucis Christi, qui prædicant circuncisionem per gratiã non excludi, Sine legis operibus neminẽ posse saluari. contra quos ait Gala. 5. Si circuncidamini, Christus vobis nihil proderit. Sic Christi regnum vndiq; suos habet proditores & hostes. Porcelli Sardanapalici, delicatulæ sorores Gomorræ & Sodomæ, ventri suo saltem seruiunt. Horũ euangelion est: Edamus & bibamus, cras enim moriemur.

Concisio sunt hæretici & schismatici.

Concisio sũt hypocritæ pharisaici.

Cum te mortalẽ noris, p̃sentibus exple
Delicijs animum: post mortem nulla voluptas.

Hi non manna, sed mammona quærunt. Quæruntur illis diuitiæ primum. Virtus post nummos. Salinũ multis indiget, aiũt. Sed & verbo Dei sua defendunt facinora. Ab eo qui nihil habet, hoc quod habere videtur, auferatur. Concisio dissensionis Iouinianisticæ & Aetianæ, causam talium voluptuosorum & cupidinum ministrorum iustificat, subinde sola fide, mera & nuda fide, eorum nequitiam fouens. Cõcisio alia pharisaica & hypocritica, quæ ad legẽ seruandam omẽs agit, & quæ gratiam haudquaquã gratis dati contendit, ea quoque ventrem deum suũ facit. Christus illis frustra mortuus est, Gala. secundo. Dicunt noui euangelicastri, qui solam, nudam, meramq; fidem iustificare contendunt, se gratiam Christi recte docere: ab apostolorũ tempore de gratia Dei in ecclesia adeo syncere, So lauter vnd rein (hæc enim creberrima eorũ vox est) non esse prædicatũ. Thomam Aquinatem, tanquam recentiorem, plane delirũ habẽt. Sed audiant Thomam catholici, pie adeo docentem. Ait in hunc locum: Quorum deus venter est: Disseminant legalia esse obseruanda propter lucrum & gloriam propriam. Dein citat Glossam, quæ sic habet: Dei proprium est iustificare: qui in cibis ergo iustificationem ponebãt, dicebãt quodammodo Deũ ventrẽ. Glossa quoq; ord. habet: Qui carnis obseruantias inducũt, crucem superfluam asserũt. Vides pie catholice, de gratia Christi semper in ecclesia doctrinam fuisse sanam. Dabimus, quosdam fuisse qui superstitiosius de cappis senserint, & qui votis monastices etiam illegitimis, plus æquo tribuerint. Quid hoc ad communem sen-

Cucullis monachorũ plus à plerisq; eẽ tributũ, in propatulo est.

sum? Vbi legas apud vllum sanctorum patrum, plenariam remissionẽ omniũ peccatorũ animæ dari, nec ad purgatorĳ ignem peruenturam, si cadauer hominis mortui in cappa monachali cõmendetur sepulturæ? Gerras hasce oẽs, & nos cupimus correctas, atq; ad viuũ resectas. Cæterũ salutarem doctrinã sensus communis, vsq; ad minimũ iota volumus semper saluam & intactam. Sed noui euangelicastri si in catholica doctina acquiescerent, non haberentur admirandi. Pulchrum est digito monstrari, & dicier, hic est. Exotica ergo proferenda. Vulgus leue noua admiratur, & statim probat. Qui ergo aliquid esse vult, aliquid nouum proferat necessum est. Noua ergo proferunt, vt in carne vulgi glorientur. Dicunt: illud municipiũ, ille comes, ille dux recepit euangelium. Numerus noster quotidie succrescit, adeo vt ne vi quidem vlla queamus coerceri. Sed quorũ is deus est, venter puta, horũ finis erit interitus. Vis videre, hosce esse etiam Christi crucis hostes? attẽde Christi cruce pacificata om̃ia, ex vtrisq; gentibus, Iudæis & ethnicis, vnã esse factam. Ipsi contrà vnitatem produnt ecclesiæ, veri proditores Christi, qui pax est ecclesiæ. Gloriantur iam admodũ, Suffeni sibi videntur, se solos sapere ostentantes. Sed euidens fiet amentia eorũ. Gloriæ suæ eos propediem pigebit. Est eñ terrena, animalis & diabolica, Iaco. 4. Qui se exaltat, humiliabitur. Odit Deus omne superbum. Cæterũ & pseudo catholici, qui lætantur cũ malefecerint, quiq; gloriantur in rebus pessimis, pudefient, cũ dicetur illis: Ite mali operarĳ in ignem æternum. Neque enim qui dicit, dñe domine, & qui fide sua dæmonia eĳcit, gloriæ Christi erit consors: sed qui crucis pericula, & disciplinas ecclesiæ omnes animo hilari obiuit. Carnales item sunt pharisæi, Christi manna fermento legis acerbare conantes: vnde etiam pars eorum erit cum hypocritis. Terrena sapiunt φρονοῦντες, hoc est, curant siue sentiunt. Sunt qui terrestres habent affectus, refertur tam ad pseudo Christianos, quàm ad venditores fumi schismaticos & hæreticos.

Venter deus hæreticorũ pudefiet.

vẽter deus pseudo catholicorũ pudefiet.

vẽter deus hypocritarũ pudefiet.

Nostra autem conuersatio in cœlis est.

Mammonistis manna desipit. In Priapistas quadrat:

Ah virgo infelix, tu nũc in montib⁹ erras,
Ille latus niueũ molli fultus hyacintho,
Ilice sub nigra pallentes ruminat herbas.

Cõuersatio mũdi in rebus pessimis.

Cupidinis mancipia, Dei amorem mundi gaudĳs mutantes, Pasiphaen referũt penitus: semper hiantes sunt ore: omnia propter mundi gloriam faciunt, omnia sustinent. Prouerbum est: Ein Bueler muß sich leiden vill, Amatori ferenda multa. Vnde ait poeta:

Non amor, vt perhibent, amor est, sed amaror & error.

Breuiter: sic totus mundus tanquã iumentum perit in stercore suo. Dicit impius in corde suo, Non est Deus. Sic vitam degũt, quasi aut Deus eorũ facta nesciat, aut quasi animo præsenti Deum ad iracundiam prouocare velint. Irrisores hi vocantur & contemptores. Vbi thesaurus eorum, ibi & cor. Duobus dominis vnà non possunt seruire: alterum enim amant, alterũ odio habent. Hæretici item & schismatici, vtcunq; se nihil nisi ipsum spiritum sanctum arbitrentur, nihil aliud sunt quàm caminus fuliginosus, fumi auræ popularis, & gloriolæ vanæ captatores. Contrà, qui vere Christo sunt incorporati, cum Christo cruci affixi & sepulti, mundo mortui sunt ipsi, & mundus illis. Facile hic dissidium fit. Mundus insanos eos & nihili homines, ficulneos & Abydenos, auersatur: illi vicissim purpuratum Christum nesciunt, sed ad crucem Christi solum adspirant, terrestria negligunt omnia, imaginem cœlestis illius semper portantes, 1 Corint. 15. Facit ad illos hoc psalm̃. Leuaui oculos meos in montes. Item, Satiabor, cum apparuerit gloria tua. Similes sunt hominibus, expectantibus dominum suum reuertentem à nuptĳs, Luc. duodecimo. Quadrat in eos hoc Esaiæ 30. Beati om̃es qui expectant eum. Ab Adam carnaliter procreati, carnales sumus: per Christum regenerati, spirituales. Imaginem Adæ referunt, qui in similitudinẽ animæ præuaricantur. Christum quodammodo repræsentant, qui vitĳs nuncium remittunt, virtuti sese dedũt. Sic electi etiam in hoc mundo degentes, in cœlo conuersantur. In carne viuere præter carnem, non est hominem viuere, sed angelon. Breuiter, per spem charitate formatam, vt Lyranus ait, nostra conuersatio est cœlestis. Citat ille Augustinum, qui ait: Anima, quæ est principalis pars hominis, verius est vbi amat, quàm vbi animat. Dionysi⁹ quoq; ait, Amorem esse virtutẽ, mutantẽ amantem in amatum. Sic vides pios multis nominibus degere in cœlo, etiã in carnis ergastulo adhuc detentos. Atque hæc est forma imitationis suæ, ad quã nos Apostolus hic vocat. Sequitur:

Hæretici & schismatici sunt caminus fuliginosus.

Vnde etiam saluatorem expectamus, dominũ nostrum Iesum Christum, qui reformabit corpus humilitatis

litatis nostræ, configuratum corpori claritatis suæ, secundum operationem virtutis suæ, qua possit etiam subijcere sibi omnia.

Qui crediderit, non festinet. Vult Apostolus vt sustineamus. A custodia matutina vsq; ad noctem sperat Israel. Si moram fecerit, expecta eum. Qui perseuerauerit vsq; in finem, hic saluus erit. Hæc est principalis sentẽtia huius loci. Addit item, spem eam magnam habere apud Deum retributionem, & per quam proximamus ad Deum, Heb. 7. Quæ etiam gratia dicitur spes beata, Tit. 2. Expectamus, ait, saluatorem, qui etiam reformabit corpus humilitatis nostræ. De animabus non dubitat, qui animarum credit immortalitatem. De corporibus vero hoc scisse retulerit. Corpus hoc ipsum quod hic nobis contigit, quod obedientia & ecclesiæ disciplinis arctamus, q̃d affligimus atq; animæ subdimus, hoc ip̃m resurrecturum, & hoc clarius, quo hic acceptum est peius. Vocat corpus humilitatis, ταπεινώσεως, hoc est, corpus humile & abiectum. Omnis caro fœnum. Homo est bulla, puluis & vmbra. Sed quæ Dei est & misericordia & æquitas, non vult corpus, vt Tertullian⁹ docet, merito suo fraudari, sed iuxta modum laborum, etiam sua posthac recipere præmia. Exemplum eius rei videmus in corpore ipsius Christi rediuiui. Dicit corpus nostrum humile configurandũ, hoc est, conformandũ corpori Christi glorificato. Corpus claritatis idem est, quod corpus gloriosum, corpus clarũ. De glorificatione ea vide 1. Corinth. 15. Immutabimur vero secũdũ virtutem verbi, quod adunatũ est carni, quod subijciet sibi om̃ia, 1. Corinth. 15. psalm̃. 109. Qui suscitauit Iesum à mortuis, is & excitauerit mortalia corpora nostra. Huic laus & gloria per æterna secula, Amen.

Corporũ rediuiuano & nõ noua corporũ creatio credi.

DOMINICA XXIIII. POST TRINITATIS, Coloss. primo.



On cessamus pro vobis orantes & postulantes, vt impleamini agnitione voluntatis eius, in omni sapientia & in intellectu spiritali, vt ambuletis digne Deo, per omnia placẽtes, in om̃i opere bono fructificantes, & crescentes in scientia Dei, in omni virtute confortati secundum potentiam claritatis eius, in omni patientia & longanimitate, cum gaudio gratias agentes Deo & patri, qui dignos nos fecit in parte sortis sanctorum in lumine, qui eripuit nos de potestate tenebrarum, & transtulit in regnum filij dilectionis suæ, in quo habemus redemptionem & remissionem peccatorum, per Iesum Christum dominum nostrum.

PRAEFATIO.



Postolus in epistola ad Philippenses admonuit, vt speremus in bono opere saluatorẽ e cœlo: subindicans, spem ex gratia & merito operũ bonorũ prouenire. Vides itaq;, hæresios non iniuria traduci eos, qui hodie sibi censoriam virgam in Magistrũ sententiarũ, & in scholasticos theologos sumunt, aurem'q; vellunt, & vngue notant eos, simulac audiunt hanc definitionem spei. Ecclesia experta, spem eam quæ differtur, affligere: pulchre præsentem lectionem illi, de qua iam dixi, Philippeñ. 3. subdit, vt hac lectione nos exhortetur ad sedulam orationem in spe dilationis diutinæ, vt desperabundi conualescamus, & infirmi potentiores simus. Nam, vt ait Esa. 40. Qui sperant in domino, mutabunt fortitudinem, & assument pennas sicut aquilæ. Pius item rex Iosaphat ait, reliquũ nobis esse vt oremus, cum ignoremus quidnam faciamus. Orat Apostolus tanquam caput ecclesiæ, orationis partes præcipue commissas insinuando episcopis. Concordat epistola & euangelion. Illic orat Apostolus, hic archisynagogus. Ille de ecclesia solicitus, hic de filia. Multum valet oratio sanctorum pro nobis, modo digne Deo ambulemus, & nisi simus de numero eorũ, de q̃bus dicit: Si steterit Moses & Samuel,

Spes prouenit ex grã & bono opere.

Oratio p̃cipue incumbit episcopo.

&c. Sectionem lectionis iam attigi atq; expressi. Primo Apostolus pro ecclesia Colossensi orans, orationem nobis commendat. Secundo subdit bona petenda. Interim item ad ea ipsa bona petenda inuitat fideles. Sic iterum collige perfectionem religionis, non in sola fide, sed & in alijs charismatibus spiritus sancti consistere, theoriamq; & praxin facere ad eusebiam. Tertio, ad orandum nobis liberum contigisse arbitriũ Apl'us docet. Contigisse grã Dei, nec sine gratia Dei aliquid perficere posse. Atq; hęc sectio est. Lectionẽ nũc videam⁹.

Non cessamus pro vobis orantes & postulantes.

Noui euangelici vt sibi vel improbitate, velut ille Herostratus, nomen comparent, momos sese deorũ exhibent, omnia suggillantes, quæ primitiuæ sacrosancta fuerunt ecclesiæ, quasi nõ possit malus interpres optima quæq; deprauare, & quasi liuidus oculus aliquid rectũ possit videre, & cor malignũ boni quidquã intelligere possit. Prouerbium est vetus:

sacerdotũ ꝑcipue est sedulo orare.

Tu supplex ora, tu protege, tuq; labora. Mirum q̃ rideat noua secta dictũ hoc. Sacerdotium secta ea extremum nullum credit, vnde orationem cleri tanquam sibilũ vanum contemnit. Sacramentum precũ canonicarum, papisticum dicit esse commentum, quasi sanctus Augustinus papisticus fuerit adulator, precũ canonicarũ rationem reddens in prologo super psalterium. Curiæ Romanæ censor seuerus fuit Hugo cardinalis. vitia cleri, potissimũ vero ecclesiæ optimatũ, sedulo castigat: sed ritũ legendarũ precum canonicarum minime notat. Hieronymus quoq;, Gregorius, cæteriq; vsq; ad Bernardũ & vsq; ad alios posterioris seculi sanctorũ, pleni spiritus sancti charismatis, si aliquid aut friuolum aut superstitiosum in horis canonicis animaduertissent, haudquaquã psalmos quosdam & oracula certa, quæ certis diebus atq; tẽporib⁹ ecclesia legere & e suggestis populo denunciare solet, in eum vsum homilijs & demegorijs suis declarassent. Et si omnino Romanã ecclesiam calumniari, nouis fratribus euangelicis animus tulit, alijs ecclesijs pepercissent. Basilius Magnus inter Græcos vt antiquus est, ita etiam celebris habetur. Preces ille celebrat canonicas: ergo nouæ sectæ est papisticus. Chrysostomo apud Asianos quid clarius? Nonne & Chrysostom⁹ preces canonicas præcipuo encomio ecclesiæ cõmendat? Ergo etiã papisticus Chrysostomus. Sic nouæ sectæ nõ solũ ecclesia Romana delirij insimulatur, verũ etiam omnes ecclesiæ nationũ & linguarum omnium, vanæ atq; (vt aiunt) papisticæ traducuntur. Psallianorũ errorem ecclesia æque damnauit, atq; Vuicleffi furorem, horarum canonicarum preces vanas proclamantem. Nouit ecclesia vt intelligat hoc Christi, Oportet semper orare. Itẽ hoc Apostoli, Sine intermissiõe orate. Itẽ hoc psalmographi, Septies in die laudẽ dixi tibi. Et hoc, Media nocte surgebam ad cõfitendũ nomini tuo. Attende pie catholice, preces canonicas suum robur habere vnà cũ ecclesia catholica scripturam canonicam. Sacerdotis potissimũ & pontificis esse orare pro populo, analogia legis declarat. Si stramentitius autor est Iacobus, dicens: Infirmatur aliquis in vobis? inducat presbyteros &c. audiatur Apostolus Heb. 5. Omnis pontifex ex hoĩbus assumptus, pro hoĩbus constituitur, in his q̃ apud Deum aguntur. Vide Canonem dist. 36. ca. Si quid vult. Et sunt verba S. Hieronymi in Leuiticũ, exemplo Mosis declarantis, Sacerdotale munus esse proprie, orare & oratione hostes prosternere. Vnde etiã Ambrosius dicit, ecclesiã arma nõ habere, nisi orationẽ & lachrymas. Deniq; Christi, Petri, Pauli, & omniũ apostolorꝫ exemplum declarat, potissimũ pontificum & sacerdotum esse, orare pro ignorantijs populi. Non cessamus, ait, pro vobis orantes & postulantes. Sic ait etiam ad Roma. 1. Sine intermissione memoriam vestri facio semper in orationibus meis. Obserua hic orationis cõditionẽ. Prima orationis cõditio est, vt homo cũ corde tũ ore Deũ precetur. Corde primo, dein ore: quia oratio præcipue est mentis adscensio in Deũ, teste Thoma in præsenti loco, & secũda secũdæ q̃st. 83. ar. 1. Dein oratio ẽ oris. Theologi itaq; super sententiarũ 4. dist. 15. definiũt orationem, Oris rationẽ, per quã nostri cordis intima manifestamus Deo. Altera orationis ratio siue conditio, est postulatio, hoc est, charismaton cœlestiũ petitio. Prouerbiũ est Germanicũ, **Beten ist bitten, Wher nit bitt, der bedt nit**. Orare est postulare: qui non postulat, nõ orat. Petite, ait, & dabitur vobis. Quærite, & inuenietis: pulsate, & aperietur vobis. Omnis eñ qui petit, accipit &c. Matt. 7. Item, Si quid petitis patrem in nomine meo, dabit vobis.

Preces canonicæ sunt sacro sanctæ.

Psallianos ecclesia hæreticos damnauit.

sacerdotis ꝑcipue est sedulo orare.

Orationis cõditiones duæ.

Oratio quid.

Vt impleamini agnitione voluntatis eius, in omni sapientia & intellectu spirituali.

Hæc est altera pars præsentis lectionis, in qua recensentur petenda. Tria præcipue submonet postulanda, quorum præsens locus est primum. Præcipue agnitio veri-

Orationes primo postulãda agnitio.

Agnitio Dei quæ.

veritatis saluãdis est necessaria, atq; adeo à Deo optimo maximo, qui veritas & lux hominum est, petẽda. Agnitio Dei voluntatis, est duplex: prima, agnoscere Deum patrem nos diligere in dilecto suo vnigenito. Hic est, ait, filius meus dilectus: ipsum audite. Psal. secũdo: Appræhẽdite *filiũ, ne quando irascatur dominus. Sap. 1. Sentite de domino in bonitate. Hæc est fidei, cor purificantis. Altera est spei & charitatis, proueniens ex priori, & ex bonis operibus, charitatis nimirum fructib⁹. De hac ait Apostolus 1. Thessal. 4. Hæc est voluntas Dei, sanctificatio vestra, vt abstineatis à scortatione, & sciat vnusquisq; vestrum, suum vas possidere cum sanctificatione & honore. Roma. 12. Obsecro vos fratres p misericordiam Dei, vt præbeatis corpora vestra hostiam viuentem, sanctam, acceptã Deo, &c. sequit, vt probetis q̃ sit volũtas Dei, q̃d bonũ est, acceptũq; & pfectũ. Sũma: Si qs voluerit facere volũtatẽ Dei, is cognoscet veritatẽ. Obserua, apostatas, q obediẽtię & disciplinę monastices excidere, veritatẽ & volũtatẽ Dei cognoscere nõ posse. Solã ergo fidẽ vsq; ad nauseã, ne dicã saturitatẽ, docẽt. In omni sapiẽtia & intelligẽtia. Apl'us coniungit sapientiã & intelligentiam: quia vt Gregorius ait, Inutilis est intelligentia sine sapientia. Sapientia iudicat, intelligentia capit. Alterum pertinet ad theoriã, alterũ ad praxin. Apostolus seipsum exponit. Explanat nimirum, quid sit, Agnitio voluntatis Dei, fidei puta, spei & charitatis. Glosa interli. alterum intelligit de vita contemplatiua, alterum de actiua. Eodem omnia veniunt, quæ à catholicis adferunt. Noui euãgelicastri alio nos abducũt, nẽpe in extremas tenebras. Fidem em̃ sine charitate iustificante velle tradere, est fidei lumẽ & vitã auferre.

Apostatã Dei cogni tioné habere non posse.

Vt ambuletis digne Deo, per oĩa placẽtes, in omni opere bono fructificantes, & crescentes in sciẽtia Dei, in omni virtute cõfortati, secundum potentiam claritatis eius.

Oratio secũdo postulanda, opis boni exercitatio.

Hoc est quod secundo petendum submonet, Operatio nimirum virtutis. Sine illo nihil possumus. Neq; enim caro & sanguis cuiquam reuelauerit Christũ esse filium Dei viui, Matth. 16. Non possumus dicere, dominus Iesus, nisi per spiritũ sanctum. Neq; item opera bona edere possumus, sine duce & operatore spiritu bono. Ethnici & Iudæi simulant opera bona, non faciunt. Digne ambulare Deo, nõ est solũ credere. Ambulare, currere & hoc genus vocabula motus, in scriptura fere pro, operibus bonis indulgere accipiuntur. Iter sanctorum sanctam significat cõuersationem. Stadium & brauium itẽ sedulitatem adumbrat cursus religionis pfectæ. Tropum eum canes & concisio non vident cæci. Per omnia placere, nõ est saltem credere, sed sapienter super firmã petram Christum operibus bonis ædificare: hoc est, exemplum Christi & eius documentum exequi perficereq;. Non placent domino stulti, super arenã solius fidei ædificantes, Matth. septimo. Apostolus iterũ sese exponit, dicens: In omni opere bono fructificantes. Vides, opera bona Deo esse grata: animaduertis, per bona opera fideles digne ambulare Deo. Collige nunc solam fidem absolutam iustitiam non facere. Si faceret, superuacaneũ esset, hæc oĩa tanquam necessaria, orare. Et delirus esset Apostolus, opera bona ita commendans, quasi per ea digne ambuletur, & tanquam sic incedendo, Deo per omnia placeatur. Fructificare vult nos in opere bono. Fructum vult nos adferre semper mansurum. Pecuniam vult ad fœnus expendi nobis creditã. Arbori maledicit sterili. Contrà, seruos quæstuosos laudat & maximis meritis honestat. Euge, inquit, serue bone, qa in paucis fuisti fidelis, esto potestatem habẽs &c. Obserua, fructum sanctificatiõis, vt cum Apostolo loquar, Romanorum sexto, in maximum surgere pręmium Ecclesiastici 24. flores mei fructus honoris & honestatis. Crescere dicit eum fructũ operum bonorum in scientia Dei. Quod dupliciter est intelligendum. Primo, de profectu gratiæ: secundo, de accessione gloriæ. Respiciunt enim se semp gratia & gloria. Fructificationem operum bonorum sequitur maior gratia, hoc est, augmẽtum scientiæ. Habenti dabitur. Qui fidelis est in minori, maius illi credetur. Obseruatio mandatorum, disponit (vt theologi aiunt) ad cognitionem. Psal. Super senes intellexi, quia mandata tua quæsiui. Sequitur & maior gloria. Vnde alij præficiũtur super quinq; ciuitates, alij super decem. Sunt in domo cœlesti mãsiones multæ. Glo. ord. habet: In scientia Dei, Vt non ignoret fidei suæ spem, id est, rem speratam. Vide an Norimbergensis & Brandenbergensis ordinantia sic exponat, de claritate in claritatem. εἰς πᾶσαν ἀρέσκειαν in omnem placentiam siue gratiam, quod Ambrosius placitum legit. Intellige tum de contemplabilibus, tum de operatorijs. Sola fides non est adeo grata: operosa, per omnia est Deo accepta. Locus hic, sit catholico tibi stupa & cera contra Sirenas solius fidei doctores. Sequitur:

Opibus bonis digne Deo ambulat, & nõ sola fide.

Operũ bonorũ fructus crescit in sciẽtia.

Stupa & cera cõtra Sirenũ hęresion blãditias exitiales.

In omni virtute confortati, secundum potentiam claritatis eius. Spiritus Dei potentior est spiritu huius mundi. Datum, non innatum, est nobis velle & posse. Quid habes quod nō accepisti? Si accepisti, quid in eo gloriaris quasi non acceperis? Omīa accepimus in gloriam datoris. Qui in domini gloriam gloriatur, bene gloriatur. Claritatis, Græce δόξης, hoc est, gloriæ. Christus rex gloriæ, quia autor gratiæ. Vnde Christo nato, cecinerunt angeli Gloriā in excelsis Deo. Bona opera gloriæ sunt Christo, sola fides minime.

In omni patientia & longanimitate, cum gaudio, gratias agentes Deo & patri, qui dignos nos fecit in partem sortis sanctorū in lumine.

Oratione tertio postulanda est operis boni continuatio.

Tertia pars est petitionis, nempe tolerantiæ. Patientia est, qua animas nostras possidere nos oportet, Luc. 21. Itē qua bonum semen in terra bona, fructū vel tricesimū, vel sexagesimū, vel centesimū profert. εἰς πᾶσαν ὑπομονὴν καὶ μακροθυμίαν μετὰ χαρᾶς, Hoc est, In omnem patientiam & longanimitatē cum gaudio. Hypomone & hypomonicos, id est, patientia & patiens, ab ὑπομένω, id est, sustineo. Hic significat constantiam, fortitudinem & perseuerantiam in bono opere. Sic accipitur patientia à Cicerone in Rheto. vbi ait: Patiētia est honestatis & vtilitatis causa, rerum arduarum ac difficilium voluntaria ac diutina perpessio. Longanimitas μακροθυμία, hic accipitur pro virtute animi ea, qua spei promissæ dilationem fortes expectamus, secundum Thomam & Lyranum. Facit huc illud Hebr. 6. Abrahæ promisit Deus: Nisi benedicēs benedicā te, & multiplicās multiplicabo te: & sic longanimiter ferēs, adeptus est repromissionē. Cum gaudio. Ego, ait, iterum videbo vos, & gaudebit cor vestrum. Iaco. 1. Omne gaudium, fratres, existimate, cum in varias tentationes incideritis. Consule cōcordātias, & videbis in ecclesia omnia cum gaudio fieri, non modo bonorum temporalium administrationem, sed & suijpsius in omnia supplicia traditionem. Ibant apostoli à conspectu concilij gaudentes, q̄ digni habiti essent pro nomine Iesu contumeliam pati. Gaudete, ait, & exultate, quoniam merces vestra magna est in cœlis. Idem etiam Apostolus hic subdit, dicens. Gratias agentes Deo patri, qui dignos nos fecit in partem sortis sanctorum in lumine. Sors hic accipitur pro electione. Glo. ord. Sors est hæreditas, quæ nō meritis, sed diuina electione datur sanctis patriarchis. Hæreditas hæc non obuenit alicui per electionē propriam. Ioan. 15. Non vos me elegistis &c. Abraham hac sorte vidit diem Christi, & gauisus est. Habet quod glorietur, sed non apud dominum. Dilexit eum Deus pater in dilecto suo ante constitutionem mundi. Subdit ergo, in lumine, hoc est, in Deo qui lumen est de lumine, habitans lucem inaccessam. Deus pater, dicitur luminū Deus, cuius lux illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Sors sanctorum, est vocatio ad gratiam, ad regnū cœlorum. In lumine, significat sortem eā esse gratuitam. Non hoc intellige, quasi sola fides absoluat iustitiam, & quasi opera bona fidelium meritoria vitæ æternæ nō sint. Sunt enim opera bona lux in domino. Sic luceat, ait, lux vestra, vt videant homines opera vestra bona. De claritate in claritatem hic nobis est pergendum. Quo hic plus bonis institerimus operibus, fructificando in fide fructus spiritus sancti, tandem hoc clariores erimus. Quia vt stella differt à stella in claritate, sic erit etiam resurrectio mortuorum.

Patientia quid.

Longanimitas qd.

Gaudium verum est intra ecclesiam.

Sors qd.

hæreditas eligimur, eā nō eligimus.

Opera bona etiam sunt lux.

Omnia præmissa eo tendunt, vt homo ex hisce orationis conditionibus videat, quis potissimū Deum exoret, & quis non. Orandum in spiritu & veritate. Qui sic orat, exorat. Multum enim valet deprecatio iusti assidua, Iaco. quinto. Longe est dominus ab impijs, & orationes iustorum exaudiet. Hic sunt, pro quibus dominꝰ Deus recipit preces Iobis, Samuelis, & aliorum beatorum. Sacerdos, cuius est semper adstare ante Deum, semper debet caste viuere, & omnem coinquinationem corporis & animæ fugere, ne abominabilis ante Deum appareat. Et quid episcopo cum armamentario, q̄ vocatus est non ad armariū, sed ad sacrarium? Vide quam vrbem hodie deprendant, quove res summa sit loco. Proijciunt nostrates armaturam Dei, & humanam induunt. merito ergo quibuslibet musis hæresion ludibrio sunt. Cæterū etiam indignorū officium est in ecclesia efficax. Nam tametsi sibi suppliciorum mereantur grauitatem, tamen in eorū officio spiritus sanctus alijs operatur salutem. Vnde etiam benedictiones sacerdotum quorūlibet magni æstimandæ, non ratione personæ ministri, sed eius quem repræsentant, Christi domini Dei. Hæc sanctorū est sors in lumine.

Exorabilis cui potissimum sit Deus.

Orationis armamenta cōtra hæreses veteri epi.

Qui eripuit nos de potestate tenebrarum, & transtulit in regnum filij dilectionis suæ, in quo habemus redēptionē & remissionē peccatorū.

Liben

Libenter Christi mentionē facit Apostolus, vbi locus & occasio hoc ferat. Præconem enim se Christi gloriæ nouit, & Euāgelion nihil aliud, q̄ Christi crucis nouit præconium. Sibi ergo non potuit temperare, quo minus in Christi prædicationē digrederetur, simul ac in sermonem sortis sanctorum incidit. Sors sanctoꝝ, ecclesia est & regnum cœlorum. Apoca.5. fecisti nos Deo regnū. Appropinquauit regnū cœlorum, est Christi euangelij exordium, Matth.3.4.10.&c. Cæterum regnū Christi non est de hoc mundo. Qui in Christi regno atq; in sorte sanctorum sunt, liberi sunt: peccati mancipia nō sunt. Manichæus & noui euangelicastri mente excæcati, in tenebris palpitant, & de potestate tenebrarum necdū erepti sunt, qui libertatem arbitrij fidelibus negant. Miseri putāt, per arbitrij libertatem tolli gratiæ p̄dicationem, cum gratia Christi nusquā adeo clare, atque in libertate arbitrij, peruideatur. Parum nobis Christus contulit, si arbitrium ad gloriæ merita non asseruit. Et si in Adamo ipso est corruptū, quare p Christum non credatur recuperatū? Liberum arbitrium est facultas voluntatis & rationis. Secundū Thomā prima parte, quæst. 83, art.3. & 4. Si itaq; nobis per Christum non cōtingit lux animæ, quid est quod dicitur venisse illuminare omnem hominē, venientem in hunc mundum? an nulla in ecclesia impletio agnitionis volūtatis, oīs sapiæ & intellectus spūalis? An næniæ itē sunt, q Apostolus suprà dixit de potentia claritatis Dei, & de sorte sanctorum in lumine? Vides qui identidem Paulū inuocant, quàm à Paulo sint alieni. Obserua quanta vehementia Apostolus hic libertatem asserat arbitrij. Dicit nos ereptos de potestate tenebrarum, & in regnum cōstitutos filij dilecti sui, siue dilectiōis suæ, puta, in quo nos omnes diligit. Inde statim subdit, In eo nos habere redemptionem, iuxtà atq; peccatorum remissionē. Quid de libertate arbitrij clarius dici poterat? Glo. ord. habet: Destructa potestate diaboli, facultas nobis data est libertatis. Sed, quod & Thomas ait, Libertas ea non potest nos saluare absq; Dei gratia. Est ergo in ecclesia, hoc est, in regno perfectæ (vt cum Iacobo loquar) libertatis, sacramentum pœnitentiæ, remissio peccatorum in omnibus sacramentis, ne humana fragilitate lapsis & resurgere volentibus, gratiæ auxilium desit. Regi gloriæ, per quem in sorte sanctorum, in regno filij dilectionis suæ liberi, & non serui, sumus, sit laus & gratiarum actio per æterna secula. Amen.

Sors sanctorum quę. | Libertas arbitrij prædicatio gratiam Dei elucidat. | Libertas arbitrij nō saluat nos sine grā Dei.

DOMINICA XXV. POST TRINItatis, Hieremiæ XXIII.



Cce dies veniunt, dicit dominus: & suscitabo Dauid germē iustum, & regnabit rex, & sapiens erit, & faciet iudiciū & iustitiam in terra. In diebus illis saluabitur Iuda, & Israel habitabit confidenter. Et hoc est nomen quod vocabūt eum, dominus iustus noster. Propter hoc ecce dies veniunt, dicit dominus: & non dicent vltrà, Viuit dominus qui eduxit filios Israel de terra Aegypti: sed, Viuit dn̄s qui eduxit & adduxit semen domus Israel de terra Aquilonis, & de cunctis terris, ad quas eieceram eos illuc, & habitabunt in terra sua: dicit dominus omnipotens.

PRAEFATIO.



Acile est demoliri, quod alius construxit: sed non est in procliui, alioꝝ exemplo statim aliquid ædificare. Et in Prouerbio dicitur:

Mille docetur homo, prope callem limina ponens.

Ecclesiæ ordinem quis nō calo hodie carpit? Hodie in præcipua admiratione habetur, qui omnia quæ ecclesiæ Romanę sunt sacrosancta, carpit: vnde theologastri nō solū, sed barbari milites & vrbicæ sordes, quisq; pro se, alias & alias ordinātias comminiscūtur. Haud sec⁹ atq; seditiosi agricolæ, quisq; pro se, articulos cōdiderunt: sic schismatici duces, principes, comites, consules, & quicunq; (vt de barbaris barbare loquar) domicelli, etiā domicellæ, nouas reꝝ diuinarum ordinātias suis prædicantibus præscribunt Veri Papistæ.

Ordinationū nouarū cōditores vanissimi.

Quo-

Quotusquisq; vero est domicellorum paparum eorundem, qui ecclesiæ Romanæ ordinis rationem norit? Disputarēt inepti aut vbi Furta parent belli connexo in tramite syluæ, Vt biuias armato obsideāt milite fauces, Aut vbi retia tendant aucupes alitibus, aut ceruis & apris in montibus & vallibus. Disputarent etiam aptius multo de regula Detri, de versura, de vectigaliū item noua expiscatione, qua plebem exugant. Videat æquus lector, matrem sanctam ecclesiam oīa profundissima sapiētia statuisse, adeo vt bonus homo merito habeatur, qui saltem rituum ecclesiæ rationem norit. Exempli gratia. Primæ & vltimæ dominicæ lectiones voluit ecclesia legi, sacramentum aduentus Christi exprimentes, significando Christum esse alpha & ω, aleph & thau, principiū & finem, velle nostrum & posse, Principium in dignitate, nouissimum in seruitute. Admonitos nos vult, vt oīa per ipsum ordiamur, & oīa in ipsum tanquam in certam periodum dirigamus. Qua admonitione nihil euangelio Christi magis consentaneum. Quod dico, vt videatis, ante nostros euangelicastros semper in ecclesia veros fuisse euangelistas.

Ordinationū matricis ecclesiæ obseruatores sani & sapiētes.

Lectio bifariā diuidi potest: Primo verbi incarnationis sacramentum adumbratur. Secundo, euangelicæ prædicationis gratia pronunciatur. Lectionem ipsam videamus.

Ecce dies venient, dicit dominus: & suscitabo Dauid germen iustum, & regnabit rex, & sapiēs erit, & faciet iudicium & iustitiam in terra.

Propheta pastores synagogæ, non pastores, sed depopulatores & pestem, condemnat, statim in præsenti capite dicens: Væ pastoribus, qui dispergunt & dilacerant gregem pascuæ meæ, dicit dominus. Ideo hęc dicit dominus Deus Israel ad pastores qui pascunt populum: Vos dispersistis gregem meum, & eiecistis eos, & non visitastis eos. Ecce ego visitabo super vos malitiam studiorum vestrorum &c. Comminatur synagogæ finem, in quem etiam populi depopulatores respexerunt, dicentes: Si dimittimus eū sic, venient Romani, & tollent nostrum locum & gentem. Reiectione pseudopastorū indicata, statim bonum, & eum vnicum, pastorē promittit: nempe eum, qui animam suam sit daturus pro ouibus suis. Ecce, ait, dies venient, dicit dominus: & suscitabo Dauid germen iustum, & regnabit rex, & sapiens erit, &c. Pauloante dixit: Suscitabo super eos pastores, & pascent eos. Nō formidabunt vltrà, & non pauebunt: & nullus quæretur ex numero, dicit dominus. Locus ille commendat officium apostolorū & apostolicorum virorum, qui non mercenarios se gerunt, sed vere pastores boni, boni pastoris ministri & cooperarij, pascent eos. Dicit ergo Petro, atq; ꝑ hoc fratribus: Pasce oues meas. Nō hæc ita intelligas, quasi ꝑferat discipulos magistro: sed ꝙ conferendo ecclesiam synagogæ, ipsius gloriam declaret. Nam perstat adhuc in synagogæ antiquatione, & pontificum legalium reiectione. Dein etiā in corpore caput intelligit. Statim itaq; ad ipsum caput se conuertit, dicens: Ecce dies venient, dicit dominus. Nō est opus hic dicere, quid multi hic hallucinatores & deliri sentiant. Non delirat Lyra, qui dicit plerosq; elucidatores hic magis Iudaizare, q̄ ipsos Iudæos, qui hunc locum de Messia accipiunt. Accedit huc, ꝙ ipso teste, translatio Chaldaica quæ apud Iudæos quoq; authentica est, & Thargum vocatur, vbi nos legimus, Suscitabo Dauid germen iustum: habet Thargum, Statuam Dauid Messiam iustum. Germen dicitur Dauid, quia ex semine Dauid, Rom. 1. Germen item, q̄a verus homo. Regnabit rex, Christus nimirum: erit enim vnctus præ consortibus suis. Rabanus ait, Germen iustum, siue Oriens iustus, de quo legimus psal. septuagesimoprimo: Orietur in diebus eius iustitia. Zachar. sexto: Ecce vir Oriens nomen eius, & subter eum orietur, & ædificabit templum domino. Dominus iustus, Symmachus vertit: Domine, iustifica nos. Apostolus interpretatur 1. Corin. 1. Qui factus est nobis sapientia à Deo, & iustitia, & sanctificatio, & redemptio.

Pastores sæpenumero gregib⁹ sunt pestis.

Apostolici officij commendatio.

Messias nr̄ di germē iustū & germē Dauid.

Vides Christi officium efficax esse ad salutem. Mosis tale non fuit munus. Obserua, legem nihil ad perfectionem adduxisse. antiquanda itaque, & ecclesia subroganda. Regnabit rex, quia regni eius non erit finis. Reget eos in virga ferrea, & tanquam vas figuli comminuet eos. Regnat, quia sub eius apostolorum pedibus vides omnes tyrannos totius mundi prostratos. Sapiens erit. Aut rex, aiunt, aut asinus: significantes regalem præcipue virtutem esse sapientiam. Sapere vere potissimum est, Deum timere. Qui timet Dum, faciet bona. Christus itaq; domin⁹ noster, suā huic mundo sapientiā declaraturus, incepit facere primo, & dein docere. Stulti, antichri horum alterum negligunt. Stulti, antichristi prodromi, alterum iustificationis vacuum & vanū docent. Cæteꝝ Christus sapiētia

Messias rex & idē sapiens.

[Sa]pientia sa[pi]entia est [in]creata. pientia ipsa est increata, verbum nimirum consiliarius. Quatenus in sapientia &*sapientia profecit hic in terra, Sapientia dici tur creata. Secundū vtranq; intelligēdum hoc quod sequitur, Et faciet iudiciū & iustitiam in terra. Omne iudicium dedit patri filio. Sedet itaq; conflator, purgans argentū à scoria. Iustæ omnes viæ eius, etiā si alium relinquat, alium assumat. Synagogam deseruit, vastandamq́; gentibus tradidit, lumen veritatis illis subducēdo: iniuriam vero nullam illis fecit. Iudiciū, intellige reiectionis synagogæ: iustitiam vero, gratiam legis perfectæ libertatis, quæ continet veram iustitiam. Iustitiā nos neq; legi, neq; viribus humanis, sed eius gratiæ referimus acceptam, non solum fidei, sed & charitatis & bonorum operum. Ipse siquidem iustitię est germen & iustificator. Hic quoniam de iudicio iusti Iudicis agitur, ne quid in nostrum iudicium dissimulemus, putamus adijciendum & hoc, quod Hieronymus dicit: Hic, per reprobos atq; adeo reijciendos pastores, etiam iuxta tropologiam, principes ecclesiæ intelligi posse. Vaticinatur sanctus Hieronymus, & cōminatur, nescio quod, durum iudiciū Idolis, Ventribusq́; & tyrānis, in ecclesia Christi Iesu vicarios agētibus. Omnia quæ scripta sunt, propter nos, in quos seculum potetius incidit, scripta sunt. Par culpa, par pœna. Non est personarū admirator Deus. Immo quo altior status, hoc profundior est ruina. Væ ergo duplex manet Magnates ecclesiæ peruersos, qui, vt Ezechiel 34. ca. ait, pascunt seipsos. Prophetam audiamus. Lac, ait, comedunt, lanis operiuntur, & quod crassum est occidunt: gregem autem meum non pascsit. Quod infirmū est, non curant: & quod ægrotum est, nō sanant. Quod confractum est, non consolidant: quod abiectum est, non reducunt: quod perierat, non quærunt. Hactenus ꝓpheta. Videte domini mei, videte, num & vos verbis propheticis rei agamini. Forte negatis vos esse pastores, quasi nomen pastoris heroibus minime conueniat. Recte hoc, nihil enim vobis & ecclesiæ. Rite ergo & proprie vocamini principes, domicelli (vt digne & apto vocabulo loquar) nobilistæ Herr Junckhern, Canonici ꝓbendarij, Decimas & diuitias ecclesiæ tanquam peculium occupatis. Ecclesiæ parochiales steriles sunt omnes. Contempti & infelices, saltem partibus illis designātur. Suggesta & parochię vacant non paucæ: canonicatus nullus vidu⁹ & orbus est. Pueri siquidem satrapum & negociatoꝝ nobilium huius seculi, Præbendis illis gaudent. Olim pubis moderatores, doctores,

Iudiciū & iustitiā se[...] cōtinens in terra.

Pastores gregis pestes sunt mali pontifices & principes

magistri etiam grauissimi, deq́; ecclesia Christi optime meriti presbyteri, beneficijs (sic enim loquitur ecclesia) talibus afficiebantur. Nunc delicatuli pueri in ecclesiæ pestem optimos quoscunq; sacerdotes merito suo priuant. Verum est, plerosque etiam talium artes liberales, leges, canones, etiam theologiam sacram non segniter discere. Inueniūtur in numero talium etiam eruditi, sed sibi & gulæ suæ. Non loquor hic de magistratu ecclesiastico, quāquam & status eorum reformationē desiderat. Ociosum vulgus Præbendarum venatores carpo, qui nulla alia causa studuerunt bonis artibus & sacris literis, nisi ventris causa, quod studium vocant, de pane lucrando. Sentio mihi hic facundiam deesse, ad tantum malum detestandum. Vereor, quæ mea est infirmitas, quod spiritu præsagio, eloqui. Video finem filiorum Heli, sacerdotum delicatorum & effœminatorum. Video domicellos nostros illis longe detestabiliores: quid ergo nunc diuinem, cordatus & Dei timens quicunq; facile æstimauerit. Contritum est cor meum in medio mei, commota sunt omnia ossa mea, vox frustrat hiātem. Prophetam ergo inducam dicentem Ezech. 34. Propterea pastores audite verbum domini. Satis hoc, o Videns, nostratibus sit. Cætera abiectæ synagogæ sint dicta, & in eius reiectione adimpleta. Vos ecclesiæ magnates, Audite verbum domini, Reuertimini, Reformamini, ne excidamini. Dominus Iesus iudex est, ipse iudicabit inter pecus pingue & macilentum, inter pecus & pecus, inter arietem & hircum. Auferet aliquando, nescio quo modo (suspicor, timeoq́; horrendo) scandala ab ecclesia sua vniuersa, iuxta verbum nostri prophetæ, faciet iudicium & iustitiam in terra. Hieronymus hanc comminationem, væ pastoribus, intelligit etiam de hæreticis & schismaticis. Sunt enim & ipsi pastores, itidē maligni, lupi nimirum sub vellere latentes ouillo. Vides vtrinq; esse periculum. Perinde est, in Scylla an in Charybdi pereas. Quisque ergo ad cor redeat. Si nos ipsos dijudicauerimus, non dijudicabimur. Sequitur:

Pastores pestilētes sunt item hæretici.

In diebus illis saluabitur Iuda, & Israel habitabit confidenter. Et hoc est nomen quod vocabūt eum, dominus iustus noster.

Hic statum vniuersalis ecclesiæ adumbrat. Ex duab⁹ virgis, vt ait propheta, fiet vna. Et vt Christus ait, fiet vnū ouile & vn⁹ pa-

Ecclesia vniuersalis designat fore ppetua.

pastor. Fiduciam tangit ecclesiæ, eam nimirum, quã exponit saluator, dicens, Portas infernales ecclesiæ nunquã prævalituras. Vexabitur ecclesia per malos prælatos, infestabitur per hæreticos, per schismaticos, per Turcas & Iudæos: deniq; per caput omnium hypocritarũ & hæreticorum antichristum impugnabitur, sed non excindetur. Manebit in æternũ, qa regnũ Christi perpetuum. Regni eius non erit finis, qa (quod ex lege audiuimus) Christus manet in æternũ. Manet autem in æternũ, qa alpha est & ω, pater futuri seculi. Dicit ergo: Et hoc est nomen quod vocabunt eũ, domin⁹ iustus noster. In Hebræo, teste Lyrano, habetur nomen tetragrammaton, quod non potest dici nisi de vero Deo. Nomen hoc diuinã significat essentiam, secundum se, absq; aliquo respectu ad creaturã. Cętera fere nomina sunt communicabilia. Deus etiam iudicem significat, Exo. 22. Sacerdotes quoq;, & omnes quibus cũ locutus est Deus, dij vocantur Ioan. 10. Et Apostolus ait 1. Cor. 8. Sunt dij multi & domini multi. Apud ethnicos hoc receptissimũ est. Ait itaq; ille:

Dei noĩa plurima sunt coĩa.

Viuere me dicis, saluũ tamen esse negabis,
Id quoq; q̊d viuam, munus habere Dei.
Item:
Nos quoq;, quisquis erit, ne sit miser ipse, precamur,
Placatos miseris qui volet esse deos.

Dei substantiã Iudæi p nomẽ tetragrãmatõ exprimere cõsueuerunt.

Iudæi itaq; vbi in locis præcipuis de Deo loquuntur, nomine vtuntur tetragrammaton. Locus itaq; hic Messiam verũ Deum fore ostendit. Cauillus est Iudæorũ, qui dicunt hic ex Hebræo posse legi, Qui vocabit: vt sit sensus, Deus vocabit Messiam, ad iustitiam faciendam. Sic miseri toquent, & nouis distinctionibus & glossematibus vellicant scripturam sacram. Sed Deus bene consuluit veritati, q; biblia fecit per Septuaginta & alios fidos interpretes in Græcã & Chaldæã linguas verti. Nos quoq; scriptura agimus, non nænijs opinionum humanarũ. Emanuel nomen est Messiæ. Vocatur item admirabilis, consiliarius, Deus fortis, pater futuri seculi, princeps pacis. Nomina hæc soli congruentia Deo, Messiam Deum fore declarant. Iesus vero Mariæ filius simul deitatem suã re ipsa declarauit. verus Messias sit oportet. Vocamus ergo eum, dominus iustus noster, hoc est, iustitia nostra. Spũs quoq; Christi venit iudicare mundũ de iudicio, de peccato, & de iustitia. Pastor ipse iudicat identidem inter arietes & hircos. Rex venit videre inuitatos, vt de vestibus discernat nuptialibus. Ministri patrisfamiliàs aiunt: Domine, nõne bonũ semen seminasti? Vnde zizania?

Fidei catholicæ certitudo mira.

Dicet aliquando seruis suis: Ite, colligite zizania. Periculosus locus est differendi de zizania. Tacta lædunt. Dicunt hæretici at q; hypocritici ecclesiæ prælati: Aduena tu nunquid nos iudicabis? In peccatis natus es totus, & doces nos &c? Iudicet nos dominus Iesus. Iudicet nos veritas. Iudicet verbum. Gloriæ magnatũ ecclesiæ, nõ inuidemus. Immo gloriam eam auctã cupim⁹, sed syncere ad præscriptũ verbi. Nota est nomenclatura dignitatũ. Apostolos, prophetas, euangelistas, rectores, pastores & doctores nouit ecclesia. Stat iterũ scriptura: Qui bene ministrant in verbo & doctrina, duplici honore digni sunt. Domin⁹ iustus est, boui trituranti os obligari nõ vult. Qui non laborat, non manducet. Habeat ecclesia diaconos, habeat & alios ordines, ordine omnia fiant. Pluto infernus diceret nefas esse, mercatorꝫ infantulos presbyteris & doctoribus præferre: Sacerdotes in plateis mendicare, & Thrasones ecclesiæ bonis contra Christũ, in ecclesiæ pestẽ luxuriari. Non in perpetuũ dormiet paterfamiliàs. Putabitur vinea, ventilabitur frumẽtum in area. Mystica adest falx & vannus. Fient hæc oĩa ante diem extremũ. tempus & modum nouit dominus. Qui seipsum reformat, opus alio non habebit reformatore. Prępotentes de sedibus detrudere potest, qui est omnipotens. Ambitiosulos sese impune non feret ingerere: quia ipse cũ dominus esset omnium, se non rapinã est arbitratus, vt esset summus pontifex. Memineritis ergo, quare vocetur domin⁹ iustus noster.

Ordine ecclesia ci nõ su ppharan di, sed ia ćuficiẽ hoc est formã.

Propter hoc ecce dies veniunt, dicit dominus: & non dicent vltrà, viuit dominus qui eduxit filios Israel de terra Aegypti: sed, Viuit dominus qui eduxit & adduxit semen domus Israel de terra aquilonis, & de cunctis terris ad quas eieceram eos illuc, & habitabunt in terra sua.

Hieronymus, quẽ Glo. ord. & Rabanus & Lyranus citant, dicit Septuaginta hunc locũ ꝑterijsse. Sensus ex præcedentibus & sequentibus est manifestus. Apud Esaiam nomina pleraq; Dei ad Messiam pertinentia, Septuaginta prætereundo, vnico multa complexi sunt: nempe nomine angeli magni consilij, quod posuerũt pro nominibus admirabilis, consiliarius, Deus fortis, &c. veriti Ptolemæo tanta arcana aperire, ethnico de Deo male sentiẽti. Sic forte & veriti sunt synagogæ abiectionẽ toties repetere, & clarius in lucẽ proferre.

Septuaginta interpretes cauti fuerunt.

Præ-

Præsens locus, synagogæ finem planius & rudius explicat. Sensus siquidem est: Non prædicabitur vltrà in synagogis Moses. Habuit in synagogis suū prædicatorē Moses Act. 15. Sed loco Mosis statim post Christi adscensionem in synagogis prædicauerunt apostoli Christum Iesum, Act. per totum. Hoc ipsum propheta hic prædicit, dicens: Non dicent vltrà, Viuit dn̄s qui eduxit populum de Aegypto. Moses quoque dictus est Deus Pharaonis, sed filij Dei seruus: non em̄ suopte arbitrio & manu, sed Dei nutu & spiritu populum ex Aegyptiorum vindicauit tyrannide. In peregrinatione ea legem accepit: lex ea vsq; ad Christi tenuit aduentū. Dicere ergo, dominum viuere, eum qui eduxit populū &c. est Mosen, hoc est, legem prædicare. Prædicationem eam Mosis cessaturam dicit, & aliam prædicationem secuturam, nempe Dei viuentis, & redemptoris mundi totius. Dicit em̄: Sed, (s. dicetur) Viuit dn̄s qui eduxit & adduxit semen domus Israel de terra aquilonis, & de cunctis terris ad quas eieceram eos illuc, & habitabunt in terra sua. De captiuitate Babylonis locū eum intelligunt Iudæi, sed ridicule. Spes Iudæorū, quā habent de terra Chanaan, si (quod nemo catholicus negauerit) vana est, quis non videat, præcipue Israelem penitus excidisse, tot peccatis obnoxium? Notum est illud Oseæ 7. Ephraim factus est subcineritius panis, & nō reuersatur. Patet ergo, locum præsentem intelligendum de Israele spirituali, hoc est, de fideli populo, de ecclesia catholica orthodoxa. Eduxit Israelem eū dominus de infidelitate, de Hur Chaldæorum, adeo vt relinquerent patrē, matrem, vxorem, liberos, & omnia. Adduxit ipsum ad Christum, cuius amore contempserunt regnum mundi & ornatum seculi omnē. Aquilo ventus est frigidus, significat gentes spū nō feruentes. In omnē terrā semen Cainum dispersum. In omnē terrā semen Nemroithicū dispersum. Totū orbē gentes occupauerunt, collecturū se omnes promittit dominus de cunctis terris. Et habitabunt in terra sua. Non in terris & sortibus varijs, sed in terra vna. In terra vna, hoc est, in ecclesia, quę est terra viuentium vna, non in natione neq; in climate siue in ora vna. Sed quæ est tam ampla, quæ om̄es capiat? Ea, de qua ait: Benedicam dominum in ecclesia magna, in populo graui benedicam domino. Sepeliant suos mortuos mortui. Israel spiritualis habitabit in terra viuētium, de qua dicitur: Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram. Est & terra viuentium patriæ, ecclesię nempe triumphantis. Rex sapiens veniat ad nos benignus. Faciet iudicium & iustitiam. Et palantes in terrā viuentium, ex vmbræ mortis regionibus, nos reducat. Idem etiam nos educat e terra viuentium in spe, ad terram viuentium in re. In suam solius gloriam, quæ illi cum patre & spiritu sancto par est per æterna secula. Amen.

Iudæorū spes. (margin)

Aquilo quid significat. (margin)

Terra fideliū vna. (margin)

Finis, laus Deo.

Præsens locus, synagogæ finem planius & rudius explicat. Sensus siquidem est: Non prædicabitur vltrà in synagogis Moses. Habuit in synagogis suū prædicatorē Moses Act. 15. Sed loco Mosis statim post Christi adscensionem in synagogis prædicauerunt apostoli Christum Iesum, Act. per totum. Hoc ipsum propheta hic prædicit, dicens: Non dicent vltrà, Viuit dñs qui eduxit populum de Aegypto. Moses quoque dictus est Deus Pharaonis, sed filij Dei seruus: non eñ suopte arbitrio & manu, sed Dei nutu & spiritu populum ex Aegyptiorum vindicauit tyrannide. In peregrinatione ea legem accepit: lex ea vsq; ad Christi tenuit aduentū. Dicere ergo, dominum viuere, eum qui eduxit populū &c. est Mosen, hoc est, legem prædicare. Prædicationem eam Mosis cessaturam dicit, & aliam prædicationem secuturam, nempe Dei viuentis, & redemptoris mundi totius. Dicit eñ: Sed, (s. dicetur) Viuit dñs qui eduxit & adduxit semen domus Israel de terra aquilonis, & de cunctis terris ad quas eiecera m eos illuc, & habitabunt in terra sua. De captiuitate Babylonis locū eum intelligunt Iudæi, sed ridicule. Spes Iudæorū, quā habent de terra Chanaan, si (quod nemo catholicus negauerit) vana est, quis non videat, præcipue Israelem penitus excidisse, tot peccatis obnoxium? Notum est illud Oseæ 7. Ephraim factus est subcineritius panis, & nō reuersatur. Patet ergo, locum præsentem intelligendum de Israele spirituali, hoc est, de fideli populo, de ecclesia catholica orthodoxa. Eduxit Israelem eū dominus de infidelitate, de Hur Chaldæorum, adeo vt relinquerent patrē, matrem, vxorem, liberos, & omnia. Adduxit ipsum ad Christum, cuius amore contempserunt regnum mundi & ornatum seculi omnē.

Aquilo quid significat.

Aquilo ventus est frigidus, significat gentes spū nō feruentes. In omnē terrā semen Cainum dispersum. In omnē terrā semen Nemroithicū dispersum. Totū orbē gentes occupauerunt, collecturū se omnes promittit dominus de cunctis terris. Et habitabunt in terra sua. Non in terris & sortibus varijs, sed in terra vna. In terra vna, hoc est, in ecclesia, quę est terra viuentium vna, non in natione neq; in climate siue in ora vna. Sed quæ est tam ampla, quæ om̃es capiat? Ea, de qua ait: Benedicam dominum in ecclesia magna, in populo graui benedicam domino. Sepeliant suos mortuos mortui. Israel spiritualis habitabit in terra viuētium, de qua dicitur: Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram. Est & terra viuentium patriæ, ecclesię nempe triumphantis.

Terra fideliū vna.

Rex sapiens veniat ad nos benignus. Faciet iudicium & iustitiam. Et palantes in terrā viuentium, ex vmbræ mortis regionibus, nos reducat. Idem etiam nos educat e terra viuentium in spe, ad terram viuentium in re. In suam solius gloriam, quæ illi cum patre & spiritu sancto par est per æterna secula. Amen.

Finis, laus Deo.

POSTILLA, HOC EST, ENARRATIO DN. GEORGII WICELII EPISTOLARVM De Sanctis.

IN NATALIBVS S. ANDREAE APOstoli, Epistola Roma. X.



Orde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem. Dicit enim scriptura: Omnis qui credit in illum, non confundetur. Non enim est distinctio Iudæi & Græci. Nam idem dominus omnium, diues in omnes qui inuocant illũ: omnis em̃ quicũq; inuocaue rit nomen domini, saluus erit. Quomodo ergo inuocabunt, in quem non crediderunt? aut quomodo credent ei, quem non audierunt? Quomodo autem audient sine prædicante? Quomodo vero prædicabunt, nisi mittantur? Sicut scriptum est: Quàm speciosi pedes euangelizantium pacem, euangelizantium bona. Sed non omnes obediunt euangelio. Esaias enim dicit: Domine, quis credidit auditui nostro? Ergo fides ex auditu, auditus autem per verbum Christi. Sed dico, nunquid non audierunt? Et quidẽ in omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum.

ANTELOQVIVM.



Vid non nostri causa fecit Apostolus? qua non cura pro animabus nostris sudauit & alsit? Quis dubitet viã veritatis eum nobis syncere tradidisse? O vtinam nos tanta sedulitate salutis iter teneamus, quanta ipsum Apostolus nobis indicauit. Iter hoc si tenderemus, dubium non est, quin ad vitam perueniremus æternam. Hoc ipsum in præsenti lectione fit clarum. Erudit nos in ea lectione, Christianos non solum credere, verum etiam hoc quod credunt, ore, atque adeo ipso quoq; opere fateri oportere. Cęterum ne quis querulus dicat, se nescire vt fidei & professionis, oris operisq; donum consequatur, Apostolus prædicationis euãgelij auditu ad vtrunq; pertingi adfirmat. Sectio esto: Primo, de cordis atq; oris confessione differit. Dein euangelicæ prædicationis vsum & gloriam explicat. Postremo apostolicæ functionis adumbrat maiestatem. Atq; hæc lectionis pręsentis est partitio. Ipsam nunc porro videamus.

TEXTVS.

Corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem.

POSTILLA.

Institutionẽ hanc an magis probes succinctæ perfectionis, an candidæ grauitatis, nescias. Credere & fateri, duo hæc fidelibus omnibus ad iustitiam absolutam, hoc est, salutarem, necessaria sunt, nedum commoda. Credatur autem quomodo, rogitas? Audi Apostolum: Corde, inquit. Dein, si scisciteris quo tibi modo sit confitendum, iterum respondet Apostolus, dicens: Ore. Rursus, si perconteris, quid tibi fiet potissimum credendum: Respõdeo, Symbolon apostolicum, & hoc quod in sacro officio Missæ quotidie sancta decantat ecclesia, & hoc quod assidue orationi dominicæ & salutationi angelicæ orãtes addũt. Canticum itidem Athanasij, Regula fidei, quæ est apud Tertullianum, Itidem catholica confessio aliorum sanctorum patrum, hoc ipsum satis compendiose tradunt. Summa esto, Iesum vnum Deum esse cum patre & spiritu sancto, natũ ex Maria virgine: Fidei regula.

gine, spiritus sancti solius operatione. Virginem Mariam electam esse & prælectã, ac per hoc omni laude dignissimã, & cætera quæ per rectorem ecclesiæ spiritum sanctum, de sacramentis ecclesiæ confitetur ecclesia Romana. Alij vocant regulam, alij confessionẽ, alij alijs nominibus, adeo compendium hoc fidei semper fuit in ecclesia in promptu, etiam ingenioꝝ crassissimorum captũ nõ exuperans. Nemo se vnquã excusare potuit, nec etiamnũ poterit, tanquam per ingenij sterilitatem tanti felicitatis seminis capax non fuerit. Saltem ignaui vel obicem ponentes, suapte aut negligẽtia aut malitia credere non possunt. Creditur corde syncere, non simulanter. Spiritus eñ sanctus figmentum odit omne. Dein ore fit confessio fidei, quia spũs sanctus verbum vult glorificatũ. Cor credit tibi in tuũ commodum, os fatetur in vsum publicũ. Corde credẽs acquiescis, inq; tuo (vt aiũt) gaudes sinu. ore confitendo, erudis, doces, increpas, arguis, & omnibus modis asseris veritatem. Per cordis fidẽ sanctificatur (vt Petrus ait Act. 15.) cor: sanctificatur autem fons ille omniũ operum. Facta ergo fidelium omnium omnia, ex corde purificato promanantia, bona sunt, & Deo grata. Dicit eñ seruator: Si lumen quod in te est, lucet, totum corpus tuum lucidum erit. Obserua Apostolum duo connexisse, fidem & confessionem. Vide ne patiaris hæreticos duo ea confundere. Non sufficit fides cordis, nisi erumpat in confessionẽ oris: vtiq; & operis. Sic autoritate præsentis loci asseritur confessio catholica. Qui bona egerũt, ibunt in vitam æternam: qui vero mala, in ignem æternum. Hic collige qui sint veri apostoli & pseudo. Apostoli domini veri, instant & vrgent ad perfectã religionem eam, qua fideles linguas suas custodiunt, & visitant viduas & orphanos. Pseudo dicũt: Facite mala, vt veniant bona. Dicitur hoc, quãdo sola fides, etiam charitate seclusa, ad absolutam fidem prædicatur, quando operibus bonis merita negantur. Apostolus hic non docet solã fidem, sed & confessionem. Idẽ nõ sunt, credere & fateri. neq; eñ idem sunt, cor & os. Nemo accendit candelam, & abscondit lumen subter modiũ: sed super candelabrum ponit eam, vt tota domus illustretur. Sic & fides non immittitur cordi, vt vbi occultata lateat. Qui me confitetur coram hominibus, ait Matt. 10. confitebor & eum ego coram patre meo. Grauius hoc aliquanto Marc. 8. memoriæ commendauit: Quemcunq; puduerit mei, meorumq; sermonũ in generatiõe hac adultera & peccatrice, pudebit illius & filiũ hõis, vbi venerit in gloria patris sui cũ angelis sanctis. Prohibeat pater cœlestis, vt regis nos gloriæ vnquam pudeat. Ringat mundus. pij confitentur Christum Iesum Dei filium. Os Apostoli, os est omniũ fidelium. Roma. 1. ait: Non erubesco euangelion. Philip. 2. confitetur Iesum Christũ filium Dei & seruatorem mundi. Quod si & nos ita non erubescimus euangelion, si libere fatemur Christon esse Dei filiũ & mũdi sotera, confitetur vicissim ille nos cohæredes gloriæ suæ, Roma. 8. Atqui non sufficit vox & verbum. Neq; enim sufficit dicere, domine domine, Luc. 6. Accedat bonũ opus, pia vita, perfecta religio, & absoluta erit suis numeris ipsa confessio. Cæterum quadrat in oris confessionem: Hic populus labijs suis me honorat, cor eorum longe est à me. Item Tit. 1. Ore cõfiteris Deũ, factis vero negas. Itẽ 1. Ioan. 2. Qui dicit, cognoui dominum, nec seruat eius præceptum, mendax est. Frater frater, vide ne teipsum seducas, atq; in Acherontæas tenebras præcipites. Qui Paulum ad quodq; verbũ crepas, vide ne apostolicæ luci nubẽ & caliginem erroris inducas. Non pugnat sibi gentium doctor, non luctatur euangelio Christi, non dissidet ab alijs hagiographis. Legatur Apostolus integer, nõ mutiletur: sic disces fidem per charitatem operantem, saluare. Sed ad Apostolũ: Credendum corde, iuxta hoc psal. 115. & 2. Cor. 4. Credidi, propter quod locutus sum. Professio addatur fidei. Sitis parati (dicit 1. Petri 3.) semper ad respondendũ cuilibet petenti, vt loquamini de ea quæ in vobis est spe, cũ mansuetudine & reuerentia, conscientiam bonã habentes. Ecce tibi scripturã vbiq; confessionẽ commendare hominis religiosi. Sic cõfessa est primitiua ecclesia, vt vides in libro Act. Non contemnendus testis Christi sanctus Andreas, cuius prædicatio passim celebratur in euangelio. Discipulus Ioannis, iustitiã quæ siuit. esuriens iustitiæ, à Christo est saturatus. Sic & nos bonam confessionẽ confiteamur, 1. Timot. 6. De verbis apologeticis nihil simus soliciti. Matth. 10.

Fides cordis non sufficit.

Hæresis dicere, faciamus mala

Cõfessio oris q̃d.

Dicit enim scriptura: Omnis qui credit in illum, non confundetur.

Fides christi nobilitat.

Apostolus prophetico hoc verbo, ea q̃ de fide dixit, fulcit, opponens pudefieri & saluari. Qui nõ pudefit, saluatur. Damnati dedecorati. Magnã hic fidei obserua commendationẽ catholicæ, quæ gloriosos vere facit. Canes sunt, oẽs infideles. Nõ glorieẽ sapiens in sapiẽtia sua, nec placeat sibi in sua potentia potens, &c. sed qui nouit Deũ, in ipso Deo glorietur & exultet. Videre videor Aplm hic citauisse Esaiã, potissimum

mum propter vniuersale, omnis vel vnusquisq; cũ statim subdat, non esse discretionem neq; Iudæi neq; Græci, sed omnẽ credentẽ saluũ fieri. Similia dicit Petrus Act. 10. Aplus oĩbus gentibus liberũ accessum ad regnũ cœlorũ facit, sic vt neq; obsit pputiũ, neq; prosit circuncisio. Sensus itaq; est: Omnis q credit, siue sit ex gẽte Israelitica, siue ex ethnicis, nõ pudefiet: hoc est, saluus erit, glorificabitur. Mirũ, sed mysterio non vacat, Aplm scripturã sacrã veteris testamenti, frequẽtius iuxta Septuaginta q̃ iuxta Hebraicã originẽ citare. Locus pſens sic est apud Esa. 28. Hamaamin lo iahisch, hoc est, Qui crediderit, non festinet. Dictũ est illis, qui tempestate ea soliciti & anxij, expectabant verbi incarnationẽ: hoc est, aduentũ Messiæ, quẽ tot promiserunt prophetæ. Dicit illis propheta, ne festinẽt, sed secure expectẽt. dñm eñ promissorũ suorũ nõ esse immemorẽ, neq; esse futilẽ & vanũ. Abacuc itẽ cap. 2. in hũc sensum ait: Si moram fecerit, expecta: certo eñ veniet. Venit iam, vnde, quantũ ad primũ aduentum, cessat vaticiniũ: superest vero adhuc alius aduentus, nimirũ ad extremũ iudiciũ. Huc etiã respicit oraculũ. Protrahitur fidelis ad tribunalia, male accipiunt in hoc mundo credentes in Christũ, persequitur mũdus eos, q sublata in humeros suos cruce, Christon sequunt. Hic ne qua cõcidat fides, solatur nos Aplus, dicens expectandũ nobis esse: neq; eñ expectantes dñm, posse pudefieri. Aderit, immo adstat ante ianuã retributor omnium bonorũ. Venit per incarnationẽ ad ignominiã, veniet item ad gloriã. Si in tam dura promissione fidelis est inuẽtus, quis dubitet fidelẽ fore in promissione gloriosa? Aplus Petrus hunc locũ Esaiæ citans, 1. cap. 2. etiã Septuaginta sequitur. Vides ergo vnũ sensum facere vtranq; lectionem, Græcã nimirũ & Hebraicã. Nõ festinare, & non pudefieri. Forte Septuaginta originale Bos, legere pro Hos, vna Hebraica litera inter duas dictiones discriminante. Quod si contendas animo pſenti ex industria sic transtulisse, nõ iuxta verba, sed iuxta spũs sancti mentem, nõ refragor.

Credẽs ne festinet. i. longanimis sit.

Non est distinctio Iudæi & Græci. Nã idẽ dñs omniũ, diues in oẽs qui inuocant illum. Omnis eñ quicũq; inuocauerit nomẽ dñi, saluus erit.

Vides Iudæos frustra sua circũcisione, coccinea vitta, cibi & dierũ discrimine, insolescere. Scilicet sabbathi feriæ, satis ardua res, propter quã alios quoscũq; mortales fastidiant. Validũ pputiũ interstitiũ, q̃d gentes à Dei submoueat grã. Cõtra pharisaicũ eum tumorẽ, nos Aplus hoc loco munit, quod etiã alibi frequenter facit, vocationẽ gentiũ docẽs. Si nõ satisfacit tibi vnus testis, age conciliũ audi apostolorũ omniũ, Acto. 15. Primitiæ sanctæ, quis negat hoc? Sed decimas negamus esse sanctas, excæcatos puta Iudæos, verpos eos sabbatharios, canes circũeuntes ciuitatẽ, reliquias Israelis, q̃s dñs vetat occidi, ne obliuiscat populus iã Dei hæreditas, olim nõ populus. Decimæ ergo aliæ sanctæ sunt, hi nimirũ, q̃s dñs cõstituit principes sup omnẽ terrã, filij Dei viuẽtis. Sanctæ etiã decimæ nõ possunt nõ esse eorũ qui ex primitijs sanctis sunt natæ. Potuit e lapidibus oĩpotẽs Abrahæ excitare filios. Diues ẽ in oẽs pater oĩm. Eph. 2. Gratiã eã vocationis gentiũ Aplus hic scriptura, suo more, asserit. Locus est apud Iohelẽ ca. 2. vbi sic legitur in Hebraica veritate: Col ascher ikra beschẽ Adonai imalet, hoc est, Oĩs qcunq; inuocauerit nomẽ dñi, seruabit, puta, ab omni malo corporis & aĩæ. Lucas Act. 2. sic & hunc locũ citat. Et quid seruari hoc sibi velit, suprà audistis ex Esaiæ testimonio. Iohelis locus hic respicit ad ea, quę antea docuit Aplus, nẽpe ad fidẽ cordis & professionẽ oris. Deũ eñ inuocare, certe est Deũ q̃q; cõfiteri. Sed verbis Deum nequidquã cõfitet, qui factis diffitetur. Nec ille q peccat, orat. Scimus eñ q̃ peccatores Deus non audit. Inuocatio nois Dei, multa cõpræhẽdit, late se extẽdit, vnde etiã locupleti promissione est exornata. Dei nomen inuocare, est Dei nomini oĩa salutaria adscribere, eo nõ abuti, ipsum glorificare & timere, illi cõfidere, ipsum colere, pdicare & amare. Huic sacrosancto operi (fidei cordis fructui) ampla promissio adhæret, nẽpe salus. Vide ne vel orare in noĩe Dei, vel corde credere, vel cõfiteri ore, sic intelligas, vt charitatem & perfectæ religionis opera atq; disciplinas excludas. Theologica sit tibi regula, neq; in scriptura pdicatione fidei excludi charitatẽ & opera bona, neq; charitatẽ & opera bona eo doceri, vt fidei meritũ eleuet. Vtrunq; pdicat contra hypocrisin & fermentũ pharisaicũ, ad gloriam solius gratiæ Dei. Huius regulæ pſens locus validissimum est fundamentum: vbi Aplus fidẽ cordis & professionẽ oris, tanq̃ duas res, separatim alterum alteri subdit, vtrunq; ad salutẽ necessariũ esse docet.

Iudæorũ gloria vana.

Decimæ sanctę, credentes in Christũ.

Regula theologica, fidẽ bona opera nõ secludere.

Quomodo ergo inuocabunt, in quẽ non crediderũt? aut quõ credẽt ei, quẽ non audierũt? Quõ autẽ audient sine pdicante? Quõ vero pdicabunt, nisi mittant? Sicut scriptum

est:

est: Quàm speciosi pedes euangelizantium pacē, euāgelizantiū bona.

Illatio rhetorica de necessario pdicādi munere, eo tendit, ne quis se possit excusare, quasi pdicationē euāgelij, q vult nos credere corde, cōfiteri ore, & nomē dñi inuocare &c. nō audierit. Herodes Christū non audiuit, suapte culpa. Annæ dicit: Quid me interrogas? Interroga eos qui me audierūt. Annæ incredulitas Deo adscribi nō potest, neq; itē Herodis: q a dñ huius seculi fastu tumētes, personā crucis Christū docētem dedignati sunt audire. Sic etiamnū nō possunt increduli suā incredulitatem Deo imputare. Euangelion satis est prolatū: q nō credit, suapte culpa incredulus cōdēnabitur. Hic alia quæstio ex alia nascit, alia obiectio aliā trudit. Vna tñ cōclusio, iā pdicta, nēpe euāgelion, satis superq; in mundum vniuersum esse perlatum, impios suapte perire culpa, expedit. Certū est, neminem Deum inuocare posse, nisi ipsum prius cognouerit, hoc est, in ipsum crediderit. Dein dubiū nō est, ad fidē saltē peruenire hoīem per auditū pdicationis euāgelij. Demū, nemo habet gratiā docēdi, nisi legitime vocatus. Simoniaca hæresis & schismatica nouarū opinionū schola, dubitet de vocatione legitima, catholicis hac re nihil est notius. Vocauit Chrs suos apl'os gratis. Apostolus Petrus Simonē gratiam spūs sancti emere psumentē, tradidit satanæ. Euangelion itaq; gratis oībus est pdicatū, nec hoc Iudæis clam est. Quare ergo euangelio nō credūt? Scrutent scripturas. Moses & prophetæ Chro testimoniū perhibēt. Oīa sunt consummata, nihil, qd de Messiæ aduentu primo pdictū sit, restat: quare ergo Christū nō recipiunt? Obserua digradationem pulchrā hoc loco, dicere poteris salutis catenā. Primo (vt scalā Paulianam adscendamus) mittit verbū suū efficax & salutiferū, sua gratia sola gratis huic mūdo pdicādū, per legitime initiatos sacerdotes. Secūdo, verbū vbi rite diuino zelo docet, capiunt hoc q aures habēt audiendi. Tertio, rite auditū & cordi cōmissum, fidē parit, q homo auditū sermonē approbat, atq; in eo acquiescit. Hac luce cor illuminat & sanctificat. Quarto, verbū corde receptū & creditū, erūpit ad cōfessionē oris, ad inuocationē Dei noīs, & ad cætera q ad vtrunq; pertinēt, hoc est, ad religionē pfectā. Quinto, hæc oīa sequitur salus. O salutaris climax, beatus q eā adscendit. Væ qui gradū infimū solū, salutis & iustificatiōis summā esse contendit, nec adscēdere dignat. Prædicare solū & credere, nō sufficit, confessio oris sola nō sufficit, nec inuocatio nominis Dei: oportet gradus eos oēs adscendere hominē fidelē, & religionē perficere perfectā. Locus à Paulo citatus, apud Esa. 52. in Hebræo sic habet: Mah nauu al heatim ragle Mebasser Masinia Salom, Mebasser tob, Masmia Iesua omer lezion, Malach Elohaich, Hoc est, Quàm pulchri sunt supra montes pedes euangelizantis: pdicat pacē, euāgelizat bonū, pdicat salutē, & dicit ad Sion, Deus tuus est rex. Quod Vidēs vtiq; de apostolis pdixit, euāgelizādi partes magnificans, quippe q per eas gr̄a, pax, & salus oībus gētibus cōtingat. Pulchri reuera pedes apostolorū, digni q in mūdo perpetue celebrent. Virtute huius prophetiæ ecclesia hodie celebrat memoriā S. Andreæ. Pedes sanctorum apostolorum, præfert ecclesia vniuersis corporibus oīm mundi tyrannorū. Dicat regulus aliquis: Pars mihi pacis erit, dextrā tetigisse tyrāni: nobis pars erit pacis, plantas pedū tetigisse apostolorū. Si nō possumus sacras reliquias eorū assequi ad deosculandū, fide basia dare nō cessabimus. O suauia p longa morarū suspiria protrahēda. Interim dū hosce basiamus pedes, in paradiso nobis esse videmur. Adami veteris pedibus huc peruenimus: apostolorū pedes nobis aditū p Christū patefactū demonstrāt. In Adā oēs mortui vt sumus, sic in Chro viuificamur rursus oēs credentes & euāgelio obedientes. Caduceatores hic De⁹ fecit apl'os. Framea iræ Dei, p Christū remota. Nunc pax, nūc salus in medio terrarū orbe intercedit per Chri gratiā. Huius rei caduceatores quis nō amauerit? Apostolorū adhuc in terra tenet munus. Qui Christū diligit, Chri verbum & ipsos apl'os nō diligere nō potest. Qui apl'os charos habet, apl'orū successoribus æque deferet. Nisi relictū esset nobis semen, qsi Sodoma & Gomorra olim occidissemus. Semē intellige verbū & gratiam operantē in sacerdotali ordine. Vnde sacramēta ecclesiæ etiā p malos administrata, æque salutaria sunt. Viderint q cēsores morū sunt cōstituti, viderint q dicūt & nō faciūt. Plebs Dei audiat eos q sedent in cathedra Petri. oīa quæcūq; in euāgelicis cōcionibus docēt, faciant: secundū opa vero eorū ne faciāt. Prophetas saltē vnusq; attendat falsos. ouis gramina, capra frōdes, apis flores sequit. nos syncerū trahit Dei verbū. somnia humana narrent in ethnicorū phanis. ecclesiā saltē verbū decet veritatis. Cæterū videamus, vt in veritate veritatis verbū recipiamus: cuius rei etiā admonemur in sequentibus.

Increduli as deo ad scribi non potest.

Scala salutis.

Oraculū de apostolis.

Sed non oēs obediunt euangelio. Esaias enim dicit: Domine, quis cre-

didit auditui nostro?

Obediendum euãgelio.

Euangelion satis superq; totũ mũdum personuit,oĩbus gentibus satis p̃dicatio innotuit:sed numerus paruulus euãgelio obtẽperauit:nẽpe sic,vt sensus,mentẽ & cogitationes,hoc est,vires oẽs corporis & animæ,euangelio subderẽt,& captiuas subigerent.Credendũ contra rationẽ,sperandũ cõtra spem,amandũ hoc,à quo abhorret natura.Obediẽtia istæc euãgelij,cõpendiosius adhuc in duabus dictionibus poterit explicari,nẽpe in fide & opere. Obediẽtiam eã,de qua hic dicit,primo de fide accipe,secundũ hoc q̃d statim sequit.Dein intellige de opere,secundũ hoc q̃d etiã dicitur 2.Thess.1.2.Thess.3.Itẽ Rom.6.Heb.13.Audiant cõcionatores,sequamur cõfessores.Audiendo & obaudiẽdo saluus eris. Plures nõ audisse,vides Roma.1.Plures itẽ euãgelio nõ obaudiuisse,vides ibidẽ.Lucas in Actuũ libro vocat euãgelion nõ recepisse.Ap̃lus iterũ suo more crimen hoc ostendit p̃dictũ à propheta Esaia verbis hisce: Mi hesmin lismuathenu, hoc est,Quis credidit p̃dicationi nostræ,siue auditui nostro?Germanice, vnserem geruchte. Clamauimus,& nemo audiuit:manus nostras extendimus,& nemo attendit.Stultitia est mundo,crucifixũ mundi esse sotera & conditorẽ.Hic Christus est lapis offensionis Iudæis & ethnicis fastidiosis,iuxta prophetã Esaiã,quẽ Ap̃lus 2.Thes.3.citat,in hæc verba,Nõ oẽs credũt.Itẽ,Nõ omniũ est fides, &c. Saluator q̃q; ipse dicit,In nouissimis diebus fidẽ verã fore in terris,Luc.18.In ecclesiæ exordio,ægerrime mũdus euãgelion recepit.Sub finẽ huius seculi,iterũ maxima hoĩm pars ad fabulas audiẽdas erit prona. Iudæi Christũ recipere noluerũt,antichristũ audiẽt & recipiẽt vltro,nulla alia ratiõe, nisi q; veritati e diametro Chr̃i pugnat. Exẽplũ eius loci est hoc nostrũ seculũ.Vide quãto plausu & q̃ leuitate nouæ opiniones recipiant,quãtis impẽsis chartulæ scribaciũ hæreticorũ coemant,vide quanta librariorũ hodie vis q̃tidie succrescat. Sanctos vero patres nemo legere dignat.Nõ inficias iuero,etiã in primitiua eccl̃ia Chr̃i chordã multorũ traxisse corda,hoc est,euãgelion in gloria esse receptũ.nã & hoc p̃dixit idẽ p̃pheta Esaias,cap.52.dicẽs:Quàm speciosi pedes &c.Sed tẽpora antichristi longe erũt periculosiora.dicit ergo statim in cap.sequẽti 53.Dñe,quis credidit auditui nostro?Qui tenet,teneat.Beatus q perseuerauerit vsq; in finem.

Obedientia euãgelica quæ.

Obediũt euãgelio pauci.

Ergo fides ex auditu,auditus autem per verbum Christi.

Non crediderũt pleriq;,q̃a non audierunt,aut certe aures audiẽdi sua culpa non habuerũt.Cæterũ regula generali,fides est ex auditu.Deus om̃ia per certa media solet operari,quippe qui nõ solũ angelis,sed & sole,luna,igni,aqua,& cæteris elemẽtis & creaturis tanq̃ instrumentis sui operis vtitur.Ipse vero est oĩa in oĩbus:ipse operat creando,recreando,& cõseruando oĩa.Fidem itaq; per auditũ vult nobis dari,p auditũ operat in nobis fidẽ sp̃us sanct⁹.Quid vero?Nunq̃d per oẽm auditũ cõsequimur fidẽ?Haudquaquã.Rogas per quẽ?Per auditum verbi Dei.Hic obserua fidẽ esse donum Dei,fructũ sp̃us sancti,deniq; & opus sp̃us sancti.Obserua item,verbi Dei maiestatem,per quod sp̃us sanctus solũ operat in nobis,corda nostra sanctificantẽ,fidẽ. Tolle verbũ Dei,& Sodomam videbis esse totũ mundũ.O vtinã ecclesiæ p̃lati q sunt, verbi Dei maiestatẽ attendant.Status ecclesiæ reformatione opus habere,quis hic non videat cæcus?Eo peruersitatis peruenimus,vt verbi dominici p̃dicatio,cõtemptissima omnium functio,mendicabulum nimirum,sit habita.Omnis plãtatio à Deo non plantata,eradicabitur. Qui crediderit,non festinet. Omnis consummationis vidi finem.Beatus seruus quem dñs inuenerit vigilãtem.Nouit Deus qui sint sui.sunt autem,qui in eo & per ipsum,proferunt fructus.In eo dixi,& per ipsum:quia fides non est per nugas humanas,sed per verbum Dei.

Regula gñalis fides ex auditu.

Verbi dei maiestas.

Sed dico,nunquid nõ audierũt? Et quidẽ in omnẽ terrã exiuit sonus eorum,& in fines orbis terræ verba eorum.

Oraculo prophetico ostẽdit Apostolus, euangelion totum orbẽ terrarũ personuisse:ne vel Iudæus vel ethnicus aliquis dicere possit,euangelium sibi nõ esse allatum. Si vero non receperunt,sua hoc culpa illis accidisse,dubium non est. Irenæus & alij pleriq; ostendunt,euangelion apostolorum,vtique sancti Petri,ex Romana ecclesia ad Germanos profluxisse.Quæ,malum, ergo insania nouorũ euangelicastrorũ mẽdacium & blasphemorum,qui ore nefasto garriunt,Germaniã euangelion syncerum nunquam habuisse?Historiæ item de sanctis,Valerio,Materno,& Euchario,deniq; & ecclesiarum Germanicarum antiquissimarum, Treuerianæ & aliarum metropolium,eius rei indices sunt præclari. Quæ Treueriana ecclesia in Arrianorum tempestate mala exantlarit,quanta sanctus Paulinus,& alij,ea tempestate eius dice-

Germania tẽpore apostolorũ euangelion accepit.

diœcesios moderatores,cura euangelion Christi sint tutati,Hilarius Episcopus Pictauianus & alij memoriæ tradiderũt. Asinos,non hoĩes, diceres oẽs, qui contra tã manifestã veritatẽ ausint nouũ euãgelion aut tradere,aut recipere.Asinini certe p̃dicantes nouitij,qui nil antiquitatis ecclesiæ vnquam legerunt.nam si vnquã S.Patres vel ab extremo limine salutassent, à blasphemijs illis,quibus ecclesiã Christi misere oppleuerunt,temperarent. Contagiosum certe euãgelion nouũ & exoticum,Petrum nõ fuisse Romæ,nõ cõuenit cũ eo q̃d habetur Mar.16.Ite in vniuersum orbem, & prædicate euangelion omni creaturæ. Huius vide primordia Act.1.& per totũ. Item in epistola ad Coloss.Citatur & præsens vaticinium in locis p̃missis,sic habens Psal.19. Becol haaretz iatza Kauam,vbiktze thebel milchem,hoc est, In omnẽ terrã exiuit regula eoꝝ, & in fines orbis terræ verbũ eoꝝ.Quanuis hæc de firmamento secundũ literã sint dicta,tamẽ allegoricos proprie etiã de euãgelica p̃dicatione sunt intelligenda.Iuxta literã,inquã, propheta regius verba præmissa protulit de sole & astris reliquis cœli.Firmamentũ, cœli p̃dicat cõditorẽ.p̃cipue sol peculiarẽ gratiam habet p̃dicationis eius, q̃ppe quẽ vulgus epitheto apto vocat, Die liebe Sonn,hoc est, charus ille sol.Quod si muti hi magistri,vulgi affectus ita ceperunt, q̃s dubitet viuã vocem pluris esse,maioris puta energiæ?Certũ ergo est,ap̃los fidelibus semp fuisse,atq; etiamnum esse dignos habitos decenti cultu & amore.Ap̃lus Paulus dicit se passum pro ecclesia Philippensi & alijs.Passi sunt ergo & pro nobis alij apostoli oẽs.Aequũ ergo,cõmodũ est & salutare,natales ap̃loꝝ nos celebrãtes, vitã & fatum eoꝝ e rostris plebi fideliũ denũciare.Lucet etiamnũ lux eoꝝ,vt nos inde ad Dei gloriã assurgamus.Romani q̃ elemẽta creatorẽ didicerũt,sed non glorificauerunt:traditi ergo in reprobã sunt mentẽ. Quid de nobis fiet,si lucem eam apostolicam frustra receperimus?Faxit Deus,vt illuminati,in luce salutari permaneamus,& vsque ad Dei gloriam in ea proficiamus. Amen.

Euãgeliõ nouũ, Petrum Romæ nõ fuisse,veteri pugnat.

Apostolorũ natalis rite celebrat ecclesia.

IN FESTO S. NICOLAI EPISCOPI, Ecclesiastici XLIIII.



Ecce sacerdos magnus,qui in diebus suis placuit Deo, & inuentus est iustus,& in tẽpore iracundiæ factus est reconciliatio.Non est inuentus similis illi,qui cõseruaret legem excelsi.Ideo iureiurando fecit illũ dñs crescere in plebem suã. Benedictionem omniũ gentiũ dedit illi,& testamentũ suũ cõfirmauit super caput eius.Cognouit eum in benedictionibus suis,conseruauit illi misericordiam suã,& inuenit gratiã coram oculis dñi.Magnificauit eum in cõspectu regum,& dedit illi coronã gloriæ.Statuit illi testamentum sempiternum,& dedit illi sacerdotium magnum,& beatificauit illum in gloria. Fungi sacerdotio, & habere laudem in nomine ipsius,& offerre illi incensum dignum in odorem suauitatis.



Liber Ecclesiasticus inter hagiographa receptus,à nobis haud quaquã est rejiciendus,neq; eñ cacoethes illud funestum nobis probatur,q̃ hodie baccalaurioli & magistelli theologastri, quisq; pro se, cẽsuram sibi in scripturã canonicã vsurpat,nedum in sanctoꝝ patrũ monumẽta. Putãt sic se effecturos,ne q̃s in eorum scripta,dicta & hallucinationes,aliq̃d dicere p̃sumat.Vocãt ergo diuos subinde hoĩes ipsi,vt se deos toti mũdo insinuẽt, cõtra q̃ꝝ euãgelion nulli fas sit vel mutire.Sed nihil proficient.Veniet eñ tẽpus in q̃ amentia eoꝝ euidẽs fiet. Librũ (q̃d dixi) Siraci ecclesia inter canonicos retulit.Ecclesiasticum ergo vocauit,quasi ab ecclesia approbatũ & receptũ:q̃d nobis,qui sensum nostrum ecclesiæ catholicæ iam pridẽ subdidimus,sufficit.Iesus Siracus in calce sui libri,veteris testamẽti heroas laudibus in cœlũ euehit. Heroes illi etiã in ecclesia suã p̃dicationẽ habẽt.Verbũ dñi manet in æternũ.Haudquaquam ergo ecclesia eoꝝ laudi,q̃s synagoga extulit,iuidet. Et q̃ frõte nos,q̃ sp̃m dñi recepim⁹,diuos nõ celebrem⁹, cũ etiã Turcæ,sp̃ũ Dei vacui, sanctos patres eos magnificiãt?Enochũ,Abrahamum, & le-

Ecclesiasticus liber est receptus.

Beatos merito ecclesia celebrat.

gis patres Saraceni non solum admirantur,sed & noui testamenti plerosq;,iuxta ecclesiæ cantica reuerentur.Iesu Siraco,si declamator, Dei spũ præditus,hodie huic generi laudatorio animũ adpelleret,q̃ subscriberet,multa passim inuenire poterit.Catholicũ est argumentum:ecclesiæ siquidẽ per ipsum maiestas declaratur.Ecclesiam synagoga esse antiquiorẽ,ex hoc argumẽto euidẽs fit.Cœpit sub Mose synagoga. Adamus, Enochus, Nohemus, Abrahamus,& alij sancti patres ad vnum oẽs,ad ecclesiam pertinẽt.Deus Abrahami, Isaaci & Iacobi,mortuorũ nõ est Deus.Supersunt itaq; etiamnum sancti illi patriarchæ. Multo minus perijsse & extinctos esse credemus Nicolaũ,Martinũ & alios ecclesiæ patres.Ecclesia partim militat,partim vero triumphat:triumphantes & militantes,vna sunt ecclesia:ꝙ si adduci vlla ratione possent hæretici, ad credendum hoc,non adeo de cultu diuorum decenti eo,qui est in ecclesia militante,velitarentur.Et quomodo non ad ecclesiam pertineant diui noui testamenti,cum etiam sub moueri non debeant beati testamẽti veteris?Ecclesia itaq; testamentũ vetus asserit, medium tenens inter hæreticos Manichæos & pertinaces Iudæos.Vtinam Iudæi noui testamenti libros simili diligẽtia dignarentur perlegere:sic eñ fieret,vt ad Christi cognitionem peruenirẽt.Vnica syllaba interstitium simultatis illis est,Bo:hoc est, venit.Venisse Messiam nos profitemur,dicentes, Bo.Syllabam eam illi auersantur, dicuntq;, labo, hoc est,veniet.Pro præterito futurum ponentes, spe sua perpetuo frustrantur.Impingunt in lapidem Christum,quia neq; rei euentus,neq; factorũ, neq; temporis,neq; hominũ, neq; angelorum recipiunt testimonia.Ablatum ergo ab illis regnum Dei,& datum nobis.Nihil illis cum Enocho,Nohemo,Abrahamo & alijs sanctis patribus. Nostrates sunt,nos eorum prædicamus & fidem & religionẽ. Diuos nostrates noui testamenti, cum heroibus illis conferendo,fidei & religionis nostræ synceritatem & veritatem discernimus.Primo Iesus Siracus Enochum celebrat.Degit ante legem Mosaicam,legem eam cordi suo habens inscriptam. Hebræi legunt, Hanoch. De Enocho vide Gene.5.Hebr.11.Placuisse Deo commemoratur,adeo vt hunc mundum illo indignum æstimaret iudex iustus,cordium perscrutator Deus. Iterum Siracus Iesus ait Enochum mundo eo tempore fuisse ὑπόδειγμα μετάνοιας, hoc est,exemplum pœnitentiæ. O bone Deus,qualia exordia,quis finis manet?Mundus in sui auspicijs inuentus est immundus.Corruptus etiam tum,contaminata caro,cogitationes hominum peruersæ etiam tum,cum iritamenta malorũ, aurum,argentum, gemmæ, vnguenta,vina,& hoc genus necdum fuerunt inuenta. Væ posterioris ætatis seculo à malo.Prædicabitur euangelion in testimonium contra mundum.qui pœnitentiam agant,pauci erunt.Sic & Enochus suam seruauit animam, iustitiæ viam tenendo.Exemplum eius,mũdo fuit contemptum.Sic & Loth in Sodoma,sua religione sese seruauit,prædicationem pœnitentiæ nequidquam fecit.Enocho successit Nohemus,qui & ipse sua sibi consuluit optime iustitia.quantum ad exemplum & documentum pertinet, laterem lauit.Vilem magis eum mundus reputauit, quàm cui crederet. Sed quæ contempta sunt huic mundo, Deo sunt omnium gratissima.Vnde & de Nohemo sic dicit Iesus Siracus: ἐγένετο ἀντάλλαγμα, hoc est,in tempore iracundiæ magni est æstimatus,hoc est,factus est reconciliatio. Antallagma significat hoc, quo aliquid emitur. Hoc vocabulo Matthæus vtitur cap.16.Quam commutationem dabit homo pro anima sua?Antallagma tale factus Nohe.Diluuium apostolus Petrus dicit figuram fuisse baptismi.Videant noui euangelici fratres, num etiam Nohemus typum nobis pœnitentiæ & bonorum operum iustificantium fidelem exhibeat. Nohemo successit Abraham, nomini suo vita respondens,Pater vocatus multarum gentium.Quorũ?Dicentium,domine domine?Dicet sic dicenibus,Nescio vos.Sũt item tales mortui,mortuos suos sepelientes.Deus vero Deus est non mortuorum, sed viuorum.ergo Abraham nõ est pater mortuorum,& eorum quos nescit Deus. Quorum ergo est pater?Eorũ qui faciunt voluntatem Dei patris,in quem credunt. Scopus hic est, ad quem Iesus Siracus tendit.Laudat sanctos patres,ad cõfirmandam legitimam vitam,ad instituẽdos mores.Valerius Maximus lib.secundo de institutis antiquis,dicit,Virtutis vberrimum alimentum esse honorem.Vnde Athenienses Periclem philosophũ doctissimũ, q (vt Plutarchus ait) rempublicam Atheniensium quadraginta annis mira quadã prudentia gubernauit, oleaceo serto coronarunt. Iesus Sirac respicit ad obedientiam, hospitalitatem, longanimitatem,& alias hoc genus virtutes, Gene.12.vsque ad 25.Sic & statim post Abrahamum Mosen p̃dicat,virũ ipsum misericordiæ vocãs, aut misericordiæ Dei,aut misericordię virtutis humanitatis.Aut q̃a apud dominum inuenit gratiam,aut ꝙ fuit vir benignus,

Esa.

Vetus testamentũ ecclesia approbat.

Enochi p̃dicatio.

Nohemi p̃dicatio.

Antallagma factus Nohe.

Abrahe p̃dicatio.

Sancti patres q̃ p̃dicentur.

Mosis p̃dicatio.

Esa.57.dicit. Anse Gesed, hoc est, viri misericordię, hoc est, misericordes, benigni, comes &c. Moses misericordia passim per Exodi librũ celebratur. Nume.12. dicitur: Ani meod micol Haadam, hoc est, magis clemens, q̃ omnes homines, mortaliũ oim clementissimus, mansuetissimus, humanissimus &c. Itidem ait iudex omnium De⁹: Bethi Neeman Hu, hoc est, fidelis est in domo mea. Fidem etiam Christus in suis dispensatoribus requirit. succinctos vult eos sese expectare. Sed proh Deũ atq; hominũ fidem, nihil dissolutius, nihil discinctius & magis supinũ esse ijs, qui ecclesiis sunt prælati, res ipsa indicat. Dissimulant quicquid vndiq; est abusuum, omniũ hæresion causa manifesta. Si ipsi sese & alios status reformarent, non haberēt prophani causam reformationes meditandi. Reformationem vero q meditantur, & nõ assequũtur, in causa est, q laici sunt & idiotæ. Peccatum, eorum error est. habent zelum, sed non secundum rationem. aliquo tamen modo peccatum eorum extenuatur. Ecclesiæ vero rectorum, omnium grauissimum est peccatum, crassæ ignorãtiæ non solum, sed & pertinaciæ. Aemulantur etiam nostrates Episcopi Aaronem, sed in malo. Aaron cõsensit in vituli aurei cõflationem. Nostrates quoq; aulicam pompam, Mosis & Christi obliti, sectãtur. Hæreses quoq; ferēt, modo eorũ pompa ipsis maneat salua. Sed Aaron errorē suũ correxit, vtinam & hoc nostrates faciant. Vir fugiens, denuo pugnabit. Velocem tardus assequitur. Multum Aaroni dimissum, vnde & multũ dilexit. Post Aaronem, Phinees zelus à Iesu Siraco prædicatur. De zelo eo vide Nume.27. Iosue Mosis successor, non carnis, sed virtutum prærogatiua, exemplum eligendorum magistratuum, potissimum ecclesiæ, vir animi præstans, typus Christi, in catalogum quoq; beatorũ heroum receptus est, idq; suo merito: cuius, liber eius locuples testis esse potest. Caleb dein post dominum ambulauisse dicitur. Numeri 14. sic de heroe illo dicitur: Vaiemalle Aharai, hoc est, plane me ęmulabatur, exemplum meum plene est adsecutus. Hoc est ad plenum sequi, perfecte imitari. Dein p̃dicat Samuelem, Nathan, Dauida, Helian, Heliseum, Ezechiam, Iosiam, Simonem Oniæ filium, prophetas sacerdotes & reges, de quibus in præsentiarum per tempus dicere non vacat. Heroes hi omnes vere nobiles, pertinent ad genealogiam Christi. beati, qui eorum amicitia, familiaritate & necessitudine decorantur. Cæterũ carnis gloria fallax: carnis natiuitas immunda, peccaminosa, & contagiosa. maledictus q inde sibi placet, atq; alios præ se fastidit. In heroum sanctorũ album si referas sanctum Nicolaum, bone Deus, quantam gemmam & decus generationi sanctorum addideris? Hęc est generatio casta, generatio sancta, clara, perspicua, cuius memoria est in benedictiõe. Adulterinũ semen est, gloriæ Dei expers, omnes qui in carne gloriantur. Adulterã generationem scriptura vocat oẽs degeneres, omnes impios, prophanos oẽs. Obserua, similitudinem deriuari à libidinis facinore: & collige, scortatiõis crimen esse abominandum. Nisi enim esset prorsus execrabile, haudquaquã scriptura impios huius flagitij nomine notaret. Maledicta scortatio, hodie quoq; apertæ idololatrię est ansa. Melius est nubere q̃ vri, q̃ hodie exoletum habeatur: scortatores & adulteros iudicabit dominus, quàm hodie eleuetur: quàm hic & illic Deus cõtemnatur, quàm veritas conculcetur, quis nõ videat? Qui potest, cum Enocho & sancto Nicolao capiat: q non, cum alijs sic viuat, ne scandalo ecclesiam vniuersam violet. Dominus Deus ecclesiam suam ab omni scandalo abusuum & errorum expiare dignetur. Amen.

Aaronis p̃dicatio. Phinees p̃dicatio. Iosue cõmendatio. Caleb laus. Carnis gloria vana. Adultera gñatio.

IN FERIIS DIVI THOMAE APOstoli, Ephesiorum secundo.



IAm non estis hospites & aduenæ, sed estis ciues sanctorum & domestici Dei, superædificati super fundamentũ Apostolorũ & prophetarum, ipso summo angulari lapide Iesu Christo, in quo omnis ædificatio constructa, crescit in templum sanctum in domino: In quo & vos coædificamini in habitaculum Dei in spiritu sancto.

PRAE-

PRAEFATIO.

Fidelium gloria ter maxima.



Ia quàm exaltat Apostolus fidelem populũ? eia quo honore ecclesiæ filios afficit? Quis non gaudeat Christo censeri? quæ res, Christianismo sub cœlo poterit esse præclarior? Angelon esse, & vere esse Christianũ, idem plane sunt: & forte hoc est maioris meriti. Væ omnibus, qui hanc tantam Dei gratiam negligunt, Turcis & Iudæis. Væ, qui hanc tantam gratiam ingrati recipiunt, pseudochristianis. Homines, ad quos Apostolus has dedit literas, metropolios ciues erant Ephesi minoris Asiæ, haud multo ante per Apostolum ad fidem Christi inducti. Populum eum catholicum, suos discipulos, fidus magister studuit ab erroribus omnigenis Iudæorũ & hæreticorum præmunire, declarando illis sacrosanctum mysterium supereminẽtis dignitatis Christianismi. In superioribus duobus capitulis declarat Apostolus mysteria fidei in Christum. Pulchro ergo ordine inde descendit ad Christi sponsam sanctam ecclesiam. Ecclesiæ prædicatio plurimas habet commoditates. Primo eos, qui ex ethnicis ad fidem Christi peruenerunt, munit aduersus pharisæorum nænias, qui volunt aut ab euangelio ad legem fideles abigere, aut certe euangelion lege volunt confundere. Dein facit fideles exultare in domino Deo, & semper gratias agere. Postremo facit omnes cautos cõtra hæreticorum præstigia. facile aurem hæreticis non adhibet, qui ecclesiæ maiestatem & vnitatem vnquam vidit. Sectio esto: Primo, ecclesiæ delineat maiestatem. Dein apostolicæ adumbrat dignitatis amplitudinem. Postremo, ostendit fructũ apostolici laboris semper mansurum non modo, verum etiam certos accessus semper habiturum. Nunc ipsam videamus lectionem.

Iam non estis hospites & aduenæ, sed estis ciues sanctorum & domestici Dei.

Fideles sunt domestici Dei.

Non hospites, ait, estis, neq; peregrini in Regno Dei. Regnũ Dei hic intellige ecclesiam, quæ dicitur domus Dei. Christus vocat fratres suos ecclesiæ mẽbra, dicens: Adscendo ad patrẽ meũ & patrẽ vestrum, Deũ meum & Deũ vestrũ. Non sunt ergo hospites, q sunt fratres: nõ peregrini, q sunt indigenæ, q sunt proles, q sunt caro & sanguis, puta spũale semen. Nihil hic prærogatiua legis, nihil genus & semen carnale duodecim tribuũ. Vnus Deus, vnus spiritus, vnũ euangelion, vnus baptismus, vna gratia omniũ, oẽs ex æquo facit similes. Nihil dispar in tanta potest esse vnitate. Nihil ꝓputiũ, nihil prioris vitæ turpitudo gratiæ tantæ gloriã poterit cõminuere. Nihil hic Iudei habent in quo glorientur, præter Iesum Christũ, qui est etiã vnica eorũ, qui ex ethnicis cõuersi sunt ad fidẽ, gloria. Ciuis nihil à ciue differt. sympolitæ, ciues, & non serui: oẽs liberi, eiusdẽ dignitatis oẽs. Vnius meriti, vnius gloriæ cum sanctis patriarchis sunt, etiã ĭj qui ethnici fuerũt: qa nulla est gloria oĩm fideliũ, nisi crux Christi sola. Sed fideles maiori adhuc vnitatis ferrumine sibi sunt deuincti. Sunt eñ non solũ sympolitæ, sed & domestici, necessarĳ, fratres, vnum corpus, vna anima, vnus spũs, vna mens, vna hæreditas omniũ. Poteris hic definire hominẽ Christianũ, esse ciuẽ regni cœlorũ & domesticũ Dei, peculium Dei, hæredẽ Dei. Apostolus opponit vocabula, ciues & hospites, domesticos & aduenas. Hospites quidẽ sumus in hoc mũdo, sed nõ in Dei regno. Immo quo minus illic sumus alieni, hoc magis hic sum⁹ sympolitæ. In mũdo celebres, in regno cœlorũ nulli. Magnæ felicitatis erat olim, hominẽ ciuitate donari, & municipem fieri. Magna quoq; municipĩi fuit, præ seruis gloria: quod quisq; vel leges vel historias legens, vndiq; offendet. Ambrosius dicit etiã municipale ius maximi plerosq; emisse. Cilices nimirũ ius hoc magno mercati sunt commercio. Vnde etiã Apostolus ex hac emptione, ciuem se Romanũ, vbi res postulabat, protestabatur. Sed ciuitate donati Romana, quota pars sunt, collati ad gloriam ciuium regni cœlorum? Adde ꝙ tribus sunt ciuium multę, & tribuum sunt sua capita, & maxima ipsorum semper est diuersitas ciuium: hic omnes vnum sumus. Nec solum sumus ciues omnes, sed etiam ex æquo sumus domestici Dei omnes, filĳ nempe excelsi. Hoc intellige de gratia baptismi, non de vacatione munerũ seu partium. Politeuma cœli, nobilius est omni regno huius mundi. Beatus, qui se Dei domesticum nouit, & se tali politeumate dignũ gerit. Sequitur:

Fidelium vnitatis maxima est vis.

Definitio hominis Christiani.

Politeuma cœli nobilius.

Superædificati sup fundamẽtum apostolorũ & prophetarũ, ipso summo angulari lapide Christo Iesu.

Apostolicæ functionis amplitudo.

Hæc est altera pars huius lectionis, qua functionis apostolicæ declaratur amplitudo. Sic nos existimet homo, vt dispensatores mysteriorum Dei. Dispensatores spiritus, non literæ, Cooperatores Christi. Sicut misit me viuens pater, sic mitto vos, ait seruator. CHRISTVS

est lapis, cui innititur totum fundamentū. sed ecce tibi, Apostoli quoq; fundamentū sunt: quanuis aliter Christus, aliter apostoli. Christ⁹ salutis autor, Apostoli ministri. Nihil est qui plantat, & nihil qui rigat, cōparatione eius qui incrementum suppeditat. Sunt tamen magnū quiddam, rigās & plantans, quantū ad officiū plantādi & rigandi. Saluator omnia in omnibus est: nihil ergo facit ad fundamentū dñi, fundamentum serui. Cæterū fundamentum seruorum per se, sine collatione domini fundamenti, æstimatū, ter maximū est. Nemo te contemnat, ait Apostolus, nemo tuam iuuentutem despiciat &c. Christus em̄ in fundamento istoc est æstimandus angularis lapis. Christus fundamentum, Apostoli & prophetæ fundamentum. Quid aūt? Nunquid duo fundamēta? Absit. Vnū ędificium, vnum habet fundamētum. Sed est eius vnici ædificij sua tradux: eius ædificij non sunt hæretici, qui disciplinas suas per hanc traducem non possunt affirmare. Nihil ergo proficient. Vbi est ecclesia Samosatena, Arriana, Sabelliana? &c. Stat firma ecclesia Christi, apostolorū & prophetarum, non modo veteris, sed & noui testamenti, qui sunt sancti pontifices, sancti doctores, ecclesiæ primitiuæ patres, Cyprianus, Hilarius, Ambrosius, Hieronym⁹, Augustinus, Gregorius, &c. Huius ædificij Christus est lapis angularis, quē dñs ipse posuit, contra quem non poterit præualere, quicquid vsquam est aduersitatis, Esa. 33. O ergo felices nos, si bona nostra norimus, qui Christo tot nominibus incorporati sumus. Qui tanta bona rite cognouerit, non committet vt Apostolorū cultum ingratus intermittat. Nam vt demus nos super eorū personas non esse fundatos, sumus tamen positi super eorundē doctrinam. Mutis magistris honorem exhibemus, nec id impie. quare ergo non & viuæ vocis viuentes magistros summo honoris cultu prosequamur, potissimū vero, ꝙ nō solum doctrina, verum etiā exēplo nos instruxerunt, deniq; ꝑcepta euāgelica non solum miraculorū claritate, sed & mortis hilaritate perpetuarunt? Seruator ipse Simonem Bar Ionę, Petrū, suo nimirū noīe, appellauit Matth. 16. Autor salutis, quod dixi, non gratiæ participatione, sed erogatione: non ministerio, sed dominio fundamentum est, 1. Corint. 3. Verba Chri Matthæi 16. Ambrosius interpretatur in hunc modum, dicens: Super istam petram ædificabo ecclesiam meam, hoc est, in hac catholicæ fidei confessione statuo fideles ad vitam. Et si certa ratione Apostoli sunt ecclesiæ fundamentum, quæ est nouorū apostolastrorum vesania, qui vituperāt viros ecclesiasticos, propterea ꝙ S. Patres vocant ecclesiæ columnas?

Fundamē dñi & fundamē serui, alterū altero præclarius.

Apostolis decentem cultū debemus.

Fundamē Chris.

Fundamē apostolo.

In quo omnis ædificatio constructa, crescit in templum sanctum in domino: in quo & vos coædificamini in habitaculum Dei in spiritu sancto.

Tam nobile ædificium, non finit Deus pater, qui eius ædificij angularem lapidē, iuxta Esaiam, ipse posuit, collabi. Etiam corpora nostra, quæ & ipsa templum sunt spiritus sancti, (1. Corinth. 3. & 6.) neutiquam permittit corruptioni, Psal. 15. Aedificio huic præclaro, quod est vniuersalis ecclesia, Apostolus hic tria dat nomina. Primo hic vocatur Oecodoma, quod generaliter ædificium significat: secundo vocat Naon, hoc est, templum. tertio vocat Catorceterion, hoc est, habitationem. Ordo obseruandus. Ministerio apostolico, tam verbi quàm sacramentorum fit ædificatio Deo. Spiritus sanctus ędificationem eam corde sanctificans, & cōfessione oris totiusq; vitæ & conuersationis iustificās, facit planum. Deniq; templum illud perpetuam mansionem sibi S. Trias vēdicat. Qui diligēs me, ait, audit & seruat sermonem meum, ad eum veniemus, & mansionem apud eū faciemus. Breuiter, lapis angularis alios lapides, gemmas & ligna requirit ad ædificium spirituale. Ecclesia cōficitur ex pluribus. De commissura lapidis Christi & ecclesiæ, vide 1. Pet. 2. Christus lapis electus dicitur Esaiæ 28. Psalm. 117. Matth. 21. Luc. 20. Actorum quarto. Lapis hic reprobatus est à Iudæis, q suis moribus vti (sic enim Christi præcursoribus sanctis omnibus fecerunt) sunt ꝑmissi, vt eorum miserabili reiectione tot sacrilegorum iusta luerent piacula. Vigilantianistæ sanctorum cultum vituperantes, ecclesiam Romanā papisticam calumniantes, cum Iudæis aliquando ipsis diuis pœnam dabunt. Miseri non vident ecclesiam ex pluribus confici. Vesani sensum euangelij omnes sanctos superiorum seculorum ab apostolis vsq; ad hæc tempora, latuisse, superiorum professionem merito in dubium posse vocare, Apollinis tripodē & cortinā eam indubiæ veritatis sese esse arbitrantur. Sed nullus est ex tanto numero beatorum patrum, qui non tanquam sol radians collatus nubeculæ, exuperet scribacissimorum hominum, apostolastrorum, suffenorū, claritatē, quam sibi adscribūt,

Aedificij ecclesiæ tria noia.

Ecclesia cōficitur ex pluribus.

Cultū beatorū hæretici contemnunt.

bunt,admirabilem. Quemadmodũ Christus autoritate docuit,verbo energia pleno,pharisæorũ vero dogmata extiterunt vana:sic sanctorum patrũ disciplinæ,tanquam aurum grauissimę sunt,comparatæ plumeis opinionibus magistellorũ euangelicorũ.Chrysostomus,vt exemplis agã, facit differentiam inter προσοδον, hoc est, accessum,& προσαγωγὴν, hoc est, introducentem.Accessus nobis gratia Dei contigit ad Christon,sed vicarios ipse statuit,q per eius spiritum ad se nos introducerent. Sic in omnibus mater ecclesia semper recte docuit.Nostrates hodie nihil recte proferunt,nisi priscis consentiant.scribãt & scriptitent,dicant & dictitent,cantẽt & cantillent quantum velint.Nemo ergo vos fratres à cultu ecclesiæ per omnes sanctos patres approbato, absterreat. Cooperarios Christi,doctores & ductores nostros celebremus,de laboribus,quos pro nobis plurimos exantlauerunt,de passione & martyrio quæ pro nobis sustinuerũt,grati simus. Faciemus autem hoc,si euangelij pondus rite æstimemus.Thomam fuisse vnum ex apostolis,vides Matth.10.Marc.3.Luc.6. Ioan.21.Act.1.Thaddæum vnũ septuaginta discipulorũ misit in ciuitatem Edissenã euangelizare.ipse vero Parthis,Medis & Persis fidem Christi tradidit,teste Eusebio & Hieronymo.In Calamina ciuitate Indiæ,eius reliquiæ conditę,per miracula certa,fidẽ propemodum excedentia,inde in ciuitatem Hulnam sunt tralatæ.Anno ab hinc circiter quadringentesimo,patriarcha Indus Romam veniẽs,de sepultura & translatione coram vniuerso clero testificando,sermonem fecit,quem ego in tribus locis repertum legi,plenũ gloriæ Christi:cuius nomen sit benedictum in secula. Amen.

IN FERIIS DIVI STEPHANI,
Actorum sexto & septimo.


Tephanus plenus gratia & fortitudine,faciebat prodigia & signa magna in populo. Surrexerunt autem quidam de synagoga,quæ appellatur libertinorum,& Cyrenensium,& Alexandrinorum,& eorum qui erant à Cilicia & Asia,disputãtes cũ Stephano. Et non poterant resistere sapientiæ & spiritui qui loquebatur: Dura ceruice & incircuncisi cordibus & auribus, vos semper spiritui sancto resistitis:sicut patres vestri,ita & vos. Quem prophetarum non sunt p. secuti patres vestri? Et occiderunt eos,qui prænunciabant de aduentu iusti, cuius vos nunc proditores & homicidæ fuistis. Audientes autem hæc, dissecabantur cordibus suis,& stridebant dentibus suis in eum. Cum autem esset Stephanus plenus spiritu sancto,intendens in cœlum,vidit gloriam Dei,& Iesum stantem à dextris virtutis Dei,& ait:Ecce video cœlos apertos,& filium hominis stantem à dextris virtutis Dei. Exclamãtes autem voce magna,continuerunt aures suas,& impetum fecerunt vnanimiter in eum. Et eijcientes eum extra ciuitatem,lapidabant. Et testes deposuerunt vestimenta sua secus pedes adolescentis,qui vocabatur Saulus. Et lapidabant Stephanum,inuocantem & dicentem:Domine Iesu,suscipe spiritum meum. Positis autem genibus,clamauit voce magna, dicens: Domine,ne statuas illis hoc peccatum. Et cum hoc dixisset, obdormiuit in domino.

PRAEFATIO.

Historiæ de diuis non sunt abolendæ


Vlchrum & iucundum est,habere in promptu historias biblicas:non ergo statim tanquã impia submouenda,quæ mater ecclesia habet de sanctis martyribus & confessoribus memoriæ tradita. Mirabilis Deus in omnibus operibus suis,nusquam vero mirabilior est,q̃ in sanctis suis. Quod si ethnici plurima habent fabulosa,nostrorũ diuo-

diuorum factis æmula: non ergo statim nostra fabulosa quoq; æstimanda: alioqui etiam omnia bibliorum monumenta, tanquam vana commenta, essent reijcienda. Nihil enim habet sacra scriptura Dei magnalium, quæ nõ ab ethnicis, diaboli inuidentia, in fabulas aniles & perniciosas sint redacta. In historiam sacrã de Iosepho, alludit fabula Hippolyti: non ergo sacra historia fabulosa putãda. Iosue orans, solem retrocedere fecit: nec abludit ab historia hoc fabulæ ethnicæ:

Si non Europen frater sceleratus amasset,
Auersi solis non legerentur equi.

Quemadmodũ hæc fabula non potest esse fraudi historiæ sacræ, sic etiam Legendarũ beatorum autoritati non poterit derogare, ꝙ gentes diaboli instinctu fabulas commenti sunt, magnalijs Dei in sanctis suis æmulas. In hoc eas diabolus excogitauit. Vigilauerũt prisci patres, Martinus & alij, qui non permiserunt, vt aliquis latro, nomine martyris celebraretur. Si nostrates hodie pari pro veritate orthodoxa vigilarẽt cura, non adeo imponeret nobis diabolus mentitis miraculis in Grymmentall & alibi, vbi per nomen gloriosissimæ virginis Mariæ & aliorũ diuoꝝ, manifestæ superstitionis errores propagantur. Sed hæc nostratium culpa, nõ obscurauerit priscorũ patrum gloriam. Sed à diuerticulo præsenti ad institutum rediens, dico, nõ ergo acta diuorũ omnia vanitati deputanda, ꝙ in biblicis scriptis memoriæ prodita nõ habeãtur. Multa siquidem etiã apostolus Paulus & alij bona fide proferunt, vtiq; credenda, quæ nusquam alibi scripta inuenias. Sed nunc tandem ipsam historiam biblicã de sancto Stephano paraphrastice percurramus.

Stephanus plenus gratia & fortitudine, faciebat prodigia & signa magna in populo.

Stephanꝰ spũ plenus.

Attendatur hic electio & imitatio, qua Stephanus cũ alijs suis collegis in diaconatum ecclesiæ est sanctificatus, & de spũ eius certior fies: sequentia item hũc locũ dilucidant. De initiãdi delectu, vide Apostolũ ad Timotheum & Titũ. Hic si nostrates vigilarent, minus ecclesia haberet errorum & hęresion. Multum refert, quẽ in ecclesię ministeriũ recipias: quod vel inde colligere est, ꝙ non temere alicui alia magistratus prophani creduntur munia. Manus domini nõ est abbreuiata. Poterit & hodie quoq; Deus gratia initiandos baptizatos, etiã catechumenos, replere: sed heu, gratię Dei obicem ipsi ponimꝰ. Minoribus donis abutentes, indignos nos maioribus efficimus. Mensura certa singulis Deus sua dona dispensat. Non oĩa dat omnibus. Vnusquisq; habet suũ donum. Stephanus virgo, Philippus & alij castimoniæ coniugalis insignes. Solus ex sancto diaconorũ albo diabolus Nicolaus. Stephanus cæteris omnibus præstantior, præ collegis suis synagogæ magis fuit infensus. Sic eñ comparatũ est, vt quanto gratia homini maior contingit, tanto hunc mundũ magis sibi infensum experiatur.

Surrexerunt autem quidam de synagoga, quæ appellabat̃ libertinorum, & Cyrenensium, & Alexandrinorum, & eorum qui erant à Cilicia & Asia, disputãtes cũ Stephano.

Cum Stephano & nõ cum Nicolao disputabãt. Hũc mundus sui similem tulit. Illum diuersum iter tendẽtem sustulit. Hunc vero satanæ traditũ, non tulit ecclesia, quæ illum vita defunctum, inter diuorũ numerum relatum rite coluit. Libertinus dicebatur nõ ingenuus, hoc est, nõ liber natus, sed manumissus. Erat etiã libertino patre natus. Plutarchus commemorat quendam libertinũ, nomine Cælium, Iudæorũ patronum atq; amicũ, Verrem reum egisse, atq; Ciceronem illi dixisse: Quid Iudæo illi & Verri? allusit ad vocabulum verres, quod porcũ significat castratum. Apparet Libertinos priuatã synagogã Solymis habuisse, proselytos omnes, Cyrenenses, Cilices, Asianos, & hoc genus alios, Thora Iudæorũ discentes, libertinorũ scholã frequẽtauisse. Disputabant, nõ conferebant: tanto minus nõ audiebant, quia aures audiendi nõ habuerũt. Disputabant, spiritui Dei resistendo. Mos ille est sectis, vt dicit Apostolus. Ecclesiæ Christi cõsuetudinem eam nõ habet, 1. Cor. 11. Sic & ethnicorũ sectæ, Stoicorũ & Epicureorum, velitãtur Acto. 17. Disputationis vocabulũ hic nõ accipiẽdum, quasi & Stephanus talis fuerit rixator: sed audiuit aduersarios rixatores modeste, & respondit illis mansuete. talis institutio etiã dicitur in scriptura disputatio, Luc. vlt. Palæstrita hic noster comis, acres æmulos suos audit antagonistas. Christi ergo non sunt, qui ne ecclesiam quidẽ audiunt. Audire ecclesiã, est in sensu communi acquiescere. Non audiunt ecclesiã, q̃ dicunt: Basilius, Chrysostomus, Athanasius, Damascenus, & alij hoc genus Græcorum patrum, item Tertullianus Apher, &c. fuerunt homines, Hieronymus, Augustinus, Ambrosius, Gregorius fuerunt in regno papæ: dubia ergo & suspecta est eoꝝ professio?

Ecclesiæ & mundi iudicia diuersa.

Sectarum mos est, disputare.

Disputationis vocabulũ varie accipit̃.

Ecclesiam nõ audiũt hæretici.

fessio: qui nos non audit, est anathema maranatha &c. Hi vere sunt schola illa libertinorum, ecclesię Chri infesti, Iannes & Mambres synagogæ infensi. Hæresiarcha, verus est Ananias Ieremiæ calumniator.

Et non poterant resistere sapientiæ & spiritui qui loquebatur.

Veritas, hoc est, verbi Dei catholicus sensus, tandē vincit.

Non proficient amplius, manifesta fiet amentia eorū. Nam vt Stephanus scholā libertinorū, Petrus Simonem magū confutatum pudefecit, sic etiam suo tēpore confutabuntur resistentes ecclesiæ oēs. Diuorum gloriæ inuidētes, confutauit in Vigilantio Hieronym⁹. Mortuorum sacrificia reijciētes, confecit Ioannes Damascenus. Berengariū transsubstantiationē negantē, conuicit ecclesia. Bis itaq; sunt oppressi, tales errores renouātes. Ἀνασκευὴ psens & efficax, cui tot seculorū oēs subscripserunt sancti. Ecclesia est arx, quæ impugnari quidē potest, expugnari & deleri nunq̄. Similē disputationē, immo Christi fidei assertionē vides Act. 9. Paulū habuisse, & nō dissimilē vides habuisse Petrū Act. 3. Thema fuit de templo & lege. Causam eam habuerūt cōtra Stephanum synagogici disputatores. Templi vetustatem & sanctitatem dixerūt Christianos velle demoliri & prophanare. Legem itidem omnē antiquare: quasi structura ea templi fuerit æterna, & præstantior superiori, à Salomone fundata, & per Zorobabelem, Esdram, Haggeū & Zachariā rursus condita, & quasi vrbs sit orbis, Deusq; nō sit vniuersitatis conditor, immēsus, incircunscriptus, sed in cauea tēpli Hierosolymitani cōcludatur captiuus. Legē venit Chrs adimplere, nō soluere, Matt. 5. Euangelion non legis antiquatio, sed perfectio. Moses scripsit de Iesu, Ioan. 5. Euangelion legi innititur, Rom. 3. Declarat hoc ipsum Luc. 24. Breui cōpendio diaconus sanctus totā legem perstringens, ostēdit Christum nō in templo manufacto, sed in viuēti, corporū puta & animarum hominū; Deū patrē habitare, nec etiam abrogare & abolere legem, sed adimplere. Deniq; orationē diuini artificij per epilogū claudēs grauissimū, nō modo fidē Chri argumentis certis docuit, sed cōfessionē oris asserēs, spm sanctū arrā & signaculū fidei profert, se morti offerens. Aplus in Cæsarea tali apologia etiā cōfitebat Christū, quē etiā docuit, Act. 24. Confiteri obserua psentius aliquid esse, q̄ docere. Profiteri, iuxta vocabulū quidē docere etiā significat: sed iuxta mysteriū, quo spūs sancti est arra & signaculū, magis egregiū est, cōfiteri Christū, & se pro eius confessiōe morti offerre, q̄ disserere & docere.

Docere & confiteri differunt.

Dura ceruice & incircuncisi cordibus & auribus, vos semper spiritui sancto resistitis: sicut patres vestri, ita & vos. Quem prophetarum non sunt psecuti patres vestri? Et occiderunt eos, qui prænunciabant de aduentu iusti, cuius vos nunc proditores & homicidæ fuistis.

Acris, sed vera, obiurgatio. Vinū misit oleo. Viderit verbi minister, vt norit secare sermonem. Spermologus q sit, canones sancti abunde docēt. Sermo noster sale cōditus esse debet, etiā pungere & mordere exulcerata. Merito traducit eos atq; incusat peculiaris præputij præcipuorū corporis membrorū, ceruicis, cordis, & aurium. Eant nunc Iudæi apellæ, & verenda sua ostentent præcisa, tantis membris præputiatis. Discant miseri quid sibi circuncisio velit. Spiritui sancto semper pertinax ille populus restitit. Quem em̄ prophetarum non sunt persecuti? quem non occiderūt? Non recipientes Christum, ad vnū omnes lacerant, mutilant, & conculcant. Sic & hæretici sunt proditores sanctorum omniū, quod sanctorū sententijs abutendo, eas ad suos errores stabiliendos torquent.

Audientes autem hæc, dissecabantur cordibus suis, & stridebant dentibus suis in eum.

Adeo vere dixit diaconus ecclesiæ, resistere eos spiritui sancto, homicidas, prodere veritatē. Ira & odium, apud Deū habet homicidiū, Matt. 5. 23. Stephanus veritatē dixit, quod vocant, mordaci radere vero. sed veri impatiētes pharisæi, genuino dente momorderunt. Spiritū quid sit cōtristare, vides Ephe. 4. 1. Thess. 5. Prophetas generationē eam adulterā semper esse persecutos, vides 2. Paral. 36. Vide quid Esaiæ, Hieremiæ, Hoseæ, Micheæ, Zachariæ intentauerint, adeo impatiens veri est mēdaciū humanū. Epulandū Christianis in azymis synceritatis & veritatis. Veritas carnē offendēs, parit odiū. Qui nō est corde circuncisus, hoc est, qui non est spiritualis, ringit vbi audit prædicari veritatem. Obserua verba euangelistæ. Dissecabātur, ait, hoc est, interius rumpebantur, fremebant itidē foris dentibus instar rabidorum canū. Intus dolor, foris liuor. Concidit vultus, cum intus feruet pectus. Heu q̄ difficile est, crimen non prodere vultu. Contrà, Conscia mens recti, vulgi mendacia ridet. O q̄ pulchrū est, Nil conscire sibi, nulla pallescere culpa, ab auditiōe (vt ait psal. 111.) mala nō timere. Suprà ait cap. 6. Et intuentes eum omnes

Veritatis sermo offendit.

omnes qui sedebant in concilio, viderũt faciem eius tanquã faciem angeli. Sic & visa fraterna gratia, magis ad iram cõmouebatur Cain. Instar etiam faciei Christi, q̃ mouebatur Petrus ad pœnitentiã, Herodes, Pilatus, Annas & Caiphas magis iritabãtur. Oculis lippis & aliis confectis morbis, solis splendor est grauis, non solis, sed morbi, quo laborant ægri, culpa. Vestra charitas vultum angelicum sancti Stephani aliter æstimet, sic vt quisq; meminerit eius vultus, quoties frater iniuria afficitur. Immo subeat faciei Christi. qui vos tangit, ait, tangit pupillam oculi mei. Heu bone Deus, quoties in Christi beatam faciem conspuitur? Facies Christi est, quæ oblectat angelos. Faciem eam conspuit, qui proximum fastidit. Sunt angeli etiam missi in ministerium minimis. Diaboli inuidia mors intrauit in orbem. Ille homicida ab initio. Vos ex diabolo estis, quia in meã mortem machinamini. Contrà, scientia Dei est pacifica præcipue. Sequitur ergo:

Cum autem esset Stephanus plenus spiritu sancto, intendens in cœlum, vidit gloriam Dei, & Iesum stãtem à dextris virtutis Dei, & ait: Ecce video cœlos apertos, & filium hominis stantem à dextris virtutis Dei.

Vbi amor, ibi oculus. Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum vidẽt. Nihil in mũdo quod oculos oblectaret Stephani, vanitas vanitatum & omnia vanitas. Execrabilia huius mundi omnia. merito ergo in cœlum electi aciem oculorum cordis figunt. Sursum corda, cantat ecclesia. Cum ignoramus quid agere debeamus, ad dominum cœli confugiamus. Spes Stephani dominus, stare est visus. Stabat, & etiamnũ stat, omnibus in periculis prostratis auxiliator. Aliàs etiam sedet, tãquam iudex. Iudicium est penes sedentes. Stant, afflictis succurrentes. Cœli aperti piis, quoniã framea paradisum obstruens, est amota.

Exclamãtes autem voce magna, continuerũt aures suas, & impetum fecerunt vnanimiter in eum. Et eiicientes eum extra ciuitatem, lapidabant. Et testes deposuerunt vestimenta sua secus pedes adolescentis, qui vocabatur Saulus.

Cordis incircũcisi prauitas.

Adeo impii, etiam legem Dei se custodire putant, cum electos iniuria afficiunt. Veniet tempus, vt oĩs qui interficit vos, arbitretur se obsequium præstare Deo. Lex est de blasphemis extra castra educendis & lapidandis, Leuit. 24. Caiphas concidit vestes suas, dicẽs: Blasphemauit. Sic & pharisæi suo more hic obstruunt aures, tanquã abominabilem audissent blasphemiã. O nequitiam & malitiam cordis incircuncisi. Exuunt vestes, vt expediti sint in Dei istoc opere. Maledictus qui facit opus domini negligenter. Vide an impiis scriptura vspiam desit. Parati sunt & non turbati, vbi suum explere habent propositum. libenter quod facimus, etiam facimus instanter frequenterq;. In ieiuniis nostris inuenitur voluntas nostra. Cæterum opus domini non respicimus.

Et lapidabant Stephanum, inuocantem & dicentem: Domine Iesu, suscipe spiritum meum. Positis autem genibus, clamauit voce magna, dicens: Domine, ne statuas illis hoc peccatum. Et cum hoc dixisset, obdormiuit in domino.

Ego autem orabam, ait ille, & ipsi me persequebantur. Ioannes qui fidem coniugalem docuit, capite est mulctatus. Beatus qui patitur talia propter nomen Iesu. Hæretici bigami, sacrilegi, incestuosi & circũcelliones, etiam si occidantur, nequeunt esse Christi martyres, sed reuera sunt antichristi & diaboli mancipia. Obserua, duo orauit Stephanus:

Sacerdotes q̃tenus simus omnes.

Primum, vt spiritum suum Deus clemẽter recipiat. Ad hoc sacrum faciendum, omnes sumus sacerdotes, quia sacerdotiũ nobile. Sed eucharistiæ synaxiosve sacrum litare, non omnibus est datum.

Secundo, orauit pro suis persecutoribus, & ad hoc omnes sumus initiati. Qui hos limites suæ vocationis excedens, etiam sacerdotalia munia, citra legitimam initiationem, sibi arrogat, dona priora amittit. Nunc lectionẽ præsentem, operæprecium puto, crucis dissertione claudendam. Processus crucis esto.

Processus crucis.

Primo, dogmata euangelica arguunt quoscunq; errantes, pseudocatholicos & hæreticos.

Secundo, inde nascitur disputatio. Impii eñ non statim occidunt prophetas. Primo eñ rapiunt eos in scholas, & illudũt illis. Sic dixit quidã hæreticorum huius tẽpestatis: Dñe Henrice, venite ad nos, vt discatis regulas grammaticales.

Tertio, cum viderint se veritatis esse vacuos, non verbis, sed verberibus: non lin-

guis,sed lapidibus sibi agendum ducunt. Calumniarũ nullo genere hic abstinẽt.cœlum terræ miscent.bella,horrida bella parant.Quarto,cum vident prophetas veritatis catholicæ neq; sic moueri,deferũt magistratui. Quinto,sequit carcer,& flagris admonent sibi dissentientes. Sexto,sequit mors,& ea turpis.Tenor ille crucem Christi semper manet,non solum fuit tenor ille crucis sub decem tyrannis Romanis,verum etiam sub omnibus hæreticis & pseudochristianis.De tyrannide imperatorum Romanorum,dicit Origenes contra Celsum: Christiani pro pietate & cultu tam prompte corpus exponimus,vt non tam facile sibi philosophus detraxerit pallium. In tempore hæreticorũ,vt ait Gregorius Nazianzenus,fidelibus instabant exilia,fugæ,publicationes bonorũ,insidiæ,tũ manifestæ tum occultæ.Tunc,vt idem ait,tẽpus persuadendi non erat,sed vi cũcta agebantur,quũ persuasio locum non haberet: pellebantur ab ecclesijs, quicũq; rectam & nostram sequebãtur fidem.Item alibi idẽ: Multa adhuc desunt,etiam si multa patiaris: acetum,fel,corona spinea,sceptrum ex calamo, chlamys coccinea,crux,claui,latrones vnà cruci affixi.Hilarius cõtra Constantinum,ait:Exulo non crimine,sed factione.Item Ambrosius ad imperatricem Iustinam:Hic, si placet,occide.Hoc loco mortem prona mente suscipiam.Hoc dicendum vere hodie catholico.Hoc solum superest.Nullus est primitiuæ ecclesiæ confessor,qui non sit ex hæreticorum regionibus submotus, eiecti catholici sacerdotes, suffecti illi hæretici ardeliones,laici & idiotæ.Protomartyr sanctus Stephanus feliciter enatauit, is nos naufragos domino Deo sedulus commendet,vt & nos in portum salutis appellere faciat,in suam gloriam. Amen.

IN FERIIS S. IOANNIS EVANgelistæ Ecci XV.



Qui timet Deum,faciet bona:& qui continens est iustitiæ,appræhendet illam:& obuiabit illi quasi mater honorificata,& quasi mulier à virginitate suscipiet illum.Cibabit illum pane vitæ & intellectus,& aqua sapientiæ salutaris potabit illum: & firmabitur in illo,& non flectetur:& continebit illum,& non confundetur:& exaltabit eum apud proximos suos,& in medio ecclesiæ aperiet os eius,& adimplebit eum spiritu sapientiæ & intellectus,& stola gloriæ vestiet eum.Iucunditatem & exultationem thesaurizabit super illum,& nomine æterno hæreditabit illum.

PRAEFATIO.



Græcum fontem hic sequẽs,non puto me posse culpari,si nouã protulero translationem: modo interpretandi licentiam nouorum versorũ imitatus non fuero, etiam in libris illis qui sunt extra canonem.Licẽtia ea in translatoribus nouis nostratibus forte tolerabilis esset,nisi etiam ea abuterentur in scriptura canonica.Sic locus Iesu Siraci Germanice reddi poterit:

Wer den Herren furchtet,der wirdt gutes thun,vnd wer des Gesetzes mechtig ist,der wirt sie(die weißheit)an sich bringen,vnd sie wirt ihm entgegen gehen,als ein Mutter,vnd wirt ihn empfahen, als ein iunge frawe. Sie wirt ihn speisen mit dem brot des verstãds,vnd mit dem wasser der weißheit trencke. Er wirt befestiget werden an ihr,vnd gar nicht wancken. Er wirts mit ihr halten,vnd nicht beschemet werden. So wirt sie ihn erhögen bey seinen nachbaren, vnd virt ihm seinen munt aufftuan mitten in der samlung.Er wirt ererben eine gutten mut vnd ein fröliche kron,vnd einen ewigen namen.

Latine sic:Qui timet Deum,faciet bona:& qui legis est potens,ipsam(puta sapientiã)adipiscetur. Et obuiam illi ibit instar matris,& haud secus atq; adolescentula eum amplectetur. Pane intellectus cibabit illum,& aqua sapientiæ salutaris potabit illum.corroborabitur in ea,nec quidquam vacillabit.Acquiescet in ea, & non pudefiet.Exaltabit illum apud proximos suos,& os illius aperiet in medio ecclesiæ: hæreditabit animum bonum,& coronam iucun-

iucunditatis, nomenq́; æternum. Sic Græca veritas poterit reddi, nunc sensum videamus.

Qui timet Deum, faciet bona.

Operibus bonis sup dictum ædificare, ē sapientis & timentis Dei.

Operabitur bene, succinctus & candelam ardentem manu gestans: dominum à nuptijs reuersurum præstolabitur, timens Dei. Timor domini, initium sapientiæ. Sapientis est, bonis instare operibus, & super petram Christum, hoc est, super exemplū factorum Christi, imitatione sedula ædificare. Sapientis item est, candelam ardentem ferre, hoc est, rationabili Deo obsequio ministrare. Non hic agitur de timore seruili, de quo ait:

Oderūt peccare mali formidine pœnę: sed de filiali, qui peccare odit saltem virtutis amore. Timor hic, ex fonte charitatis & pietatis manat: ille e maligno profluit pectore. Qui filialis est, non ore, sed opere gratificatur. Mendax est, qui dicit se fratrem diligere, nisi & ipsum officiorum omni prosequatur genere. Sic & mendax est, qui dicit se Deum timere, si eius negligit præscripta re ipsa præstare. testis Salomon Eccēs 12. vbi ait: Ha Elohim lera vetet Mitzuotaf schmor, hoc est, Time Deū, & mandata eius serua. Sequitur:

Et qui continens est iustitiæ, appræhendet illam.

Operibus bonis studens, sapientiā Dei assequitur.

Origo Græcanica habet: Qui compos & potens est legis, puta præstandæ, qui sibi imperauit, secumq́; hoc ita firmiter persuasit & statuit, vt in lege domini ambulet, sapientiam (hoc est, scientiam legis) adsequetur. Quibus animus est religiose viuere, hi tandem fidem Christi consequentur. Adipiscitur sapientiam, qui operatur iustitiam, psal. 112. Prouer. 1. Initium sapientiæ, timor domini. Reschith hachma Ireath Adonai. Timore Dei vacuus est, aut certe superstitiose timet, qui mnam suā abscondit. Vere timet, qui expendit, & domino suo vsuram fert amplam. Sapientiæ hoc est. sapientia ea vel à formica nobis discenda. Valeant spermologi Lutherani, qui ex industria, doctrina solius fidei, manus robustas faciunt dissolutas. Vetus translatio habet, Continens iustitiæ. quibus verbis operibus bonis fidelium virtus iustificationis adscribitur. Continentem iustitiæ accipit pro eo, qui legem Dei corde simul & opere studet præstare, sitiendo & esuriendo iustitiam. talem Christus iustitia repletum iri promittit, tantum abest vt iustitiæ vacuus & inanis dimitti debeat. Dimittentur inanes, vani nouarū opinionum doctores. Sunt etiam vani & vesani doctores, qui

Opera bona iustificant.

fidelibus arbitrij auferunt libertatem. Contra friuolū hoc dogma, præsentis loci Græca facit origo illa: Qui potens est iustitiæ. Noui euangelicastri theodidactos nos oēs contendunt, sed saltem ad verba. Ecclesia catholica fidelem, qui in charitate radices rite egit, dicit legis præstandæ copiam habere. Fidelis siquidem dicitur encrates nomu, hoc est, qui potest, si velit: puta aut pręstare legem, aut præuaricari eam.

Lib. arbitrij sunt Chrīani, dicti encrates nomu.

Et obuiabit illi quasi mater honorificata, & quasi mulier à virginitate suscipiet illum.

Schema & iucundum & aptum. Prosopopœia hic sapiens fingit matrem, fingit item iuuenculam honestam, venustam, & eam gloriosam, timenti Deum sua præstare officia. Matrem absenti & reuertenti filio obuiam ire non piget: neq; eñ pater filium prodigum fastidiuit reuertentem, sed obuiam illi occurrens, benigne excepit. Quis de matre sua sibi non promittit oīa bona? Si nos qui sumus mali, solemus bona dare & parare filijs, quis de matre diuina sophia, sibi non polliceatur omnia? De matre ea contempta dominus Deus vindex erit. Oculum talem adspernantem effodient corui. Bene successit Iacobo, matri suæ obsequenti. Tautologicos prosopopœiam prosequitur, dicens: Et quasi mulier à virginitate suscipiet illum. Græce, Gyne parthenias, hoc est, mulier virginitatis. Nos reddidimus, iuuenculam. Voluptatem ineffabilem hic locus abumbrat. Eam vetus trāslatio propemodum est adsecuta. Vltramundanam hic obserua mulierem, virginem. Obserua item, castam doctrinam esse catholicā, Iaco. quarto. Scorta vt sunt obscœnæ libidinis, sic etiam sunt æmulationis rixosæ, vtrinq; hæresios icona præclaram præ se ferentia. Diabolica & animalis est doctrina hæreticorum, æmulatione plena. Virus spirat affectuum humanorum. Quæ sursum est doctrina, pacifica est, casta, & operibus bonis plena. Recte ergo confertur matri, & ei virgini.

Sapīa mr̄ timentis Dei est.

Hæresis scorto similis est. Doctrina sana matri castæ.

Cibabit illum pane vitæ & intellectus, & aqua sapientiæ salutaris potabit illum.

Prosequitur officium iuuenculæ. Non satis est, officiose suscepisse & amplexatam esse amicum, nisi etiam hospitio excipiat, atq; in domum suam inductum reficiat. Domus sua est sapientiæ, vt vides Prouer. nono. In hanc domum qui hospes à sophia sacra fuerit introductus, tandem etiam cœli portas sibi habebit patentes, ibiq́;

Mater virgo est officiosa timēti Deū

Timens Dei q̄ sit.

manna nouum comedet, sedens in mensa excelsi, Roma. octauo, 1. Petr. 1. Apocalyp. 1. Luc. duodecimo. Act. 3. Est vero timens Deum, boni operis factor, verbiq; Dei custos & obseruator, Ioan. decimoquarto. Vide ne fastidias tanquam cibum vilem panem & aquam, quæ esurienti & sitienti admodum sunt grata. Non hic agitur de Epicurica vita, sed de Christi religione. Iudæis olim manna cibus angelicus nauseam mouit: sunt hodie porcelli Epicurici, qui non minus panem vitæ & intellectus & aquam sapientiæ salutaris nauseāt. Sunt autem qui aurum sapientiæ præferunt, qui omnem consuetudinem manifesto Dei verborum præscripto præferunt. Quàm hi à sapientia Dei sint alieni, quis non videat? Panis & aqua intelligentiam & scientiam hic adumbrant, quæ Apostolus dicit dari credentibus, Coloss. 1. Sapientia humana quantumuis speciosa, nihil est nisi vomitus & abominatio, huic pani & aquæ collata. Panis hic, verbum est Dei sensus catholici, immo etiam obseruatio verbi Dei, Mat. 4. Aqua significat scientiā spiritus sancti, qua homo rationabili obsequio Deo seruit, Ioan. 4. Vide quæ sophia sit nostra: attende quæ & quanta sint eius munera. Timor Dei, verus ille cordis & operis, assequitur omnia.

Panis & aquæ significatio

Et firmabitur in illo, & non flectetur: & continebit illum, & non confundetur.

Sapiæ dei niti, tutū est.

Variū & mutabile semper fœmina: nō talis est cœlestis illa sophia, mulier & ea intacta. De eius fide nemini licet dubitare. Secundum Græcam veritatem poteris intelligere de timenti Deum. Firmabitur timens Dei, in sapientia. habenti dabitur. pseuerans in finem, saluabitur, Matth. 10. Sapientia ea præditus, acquiescit in ea, adhæret illi, certo sibi habens persuasum, illam neutiquam errare posse. Adeo sophiæ filius, omnia matri suæ tribuit, vt nihil citra eius præscripta tentet atq; auspicetur. Melior præsentiorq; Ephecticus existit, quàm olim fuit ille Pyrrhonicus. Huc pertinet illud Christi: Qui non est mecum, contra me est: & qui non colligit mecum, dispergit, Matth. duodecimo. Christus est sapientia ipsa: eum qui sequitur, non ambulat in tenebris, nec vllo modo pudefiet. Vnde sequitur:

Et exaltabit eum apud proximos suos: & in medio ecclesiæ aperiet os eius: & adimplebit eum spiritu sapientiæ & intellectus, & stola gloriæ vestiet illum.

Timens Dei, vtiq; seipsum humiliat. Superbus nulli cedit, seipsum exaltat. Icarus volando patrem suū vincere studens, periȷt. Hæretici itidē mundo debent ludibrium, qui plus q̄ oēs sancti ecclesiæ patres, sapere volunt. Apostolus vult nos ad mensuram sapere. Humiles exaltabunt Luc. 14. Psal. 88. Prouer. 18. 1. Petr. 5. Humilis os sapientia aperit, idq; in ecclesia. Hæretici os aperit diabolus, idq; in schismaticorū conciliabulo & spelunca. In ecclesia est, q pa-tribus vniuersis consentit. Recte oportet nos loqui iuxta eius exemplū, cuius os dn̄s aperuit, Marc. 1. Dn̄s aperit os, psal. 50. Idē salutarē scientiam ori, q̄d aperit, infundit, psal. 80. Summa, facit verbū Dei habitare in cordibus nostris cū omni abundātia.

Humilē sapientia exaltat.

Humilis os aperit sapientia. Supbi os aperit diabolus & vbi.

Iucunditatē & exultationem thesaurizabit super illum, & nomine æterno hæreditabit illum.

Fructus timoris Dei, & studȷ sapientiæ, est iucunditas & exultatio, nominisq; æterni hæreditatio. Sapientiæ cortex amarus, dulcis medulla. Nomen ab interitu vindicat studium sapientiæ. Euphrosyna, hoc est, iucunditas, fructus & hæreditas est timoris Dei, studȷq; sapientiæ. Finxerūt veteres, tres Gratias, quarū vna est Euphrosyne. Gratuita omnia sunt Dei dona. Sua in nobis coronat opera. Gratis locupletabit sapientia timentem Dei iucunditate & exultatione. Aeternitate item hæreditabit animum bonum. Bonus animus vtiq; caret oculo nequam, bonus animus congaudet veritati. Boni animi, bone Deus, quanta sunt gaudia? Conscientia tristis exiccat ossa. Hæreditas significat coronam immarcescibilem, quia iustus vt palma florebit. Breuiter: hæc omnia significant, gaudia regni cœlorum esse ineffabilia, Esa. 64. 1. Corinth. 2. 1. Pet. 1. Apoc. 2. 3. Omnia prędicta si recte consideremus, proprie in S. Ioannē apostolū & euangelistā quadrare deprǣhēdemus. Contemptor huius seculi, timens Dei, amans sapientiæ, amicus præcipuus sophiæ cœlestis Iesu Chr̄i. Obuius illi Chr̄s, quæ fuit & inuenit illū: amplexandoq; eū, in penetralia & sacrosancta sacraria pectoris sui introduxit illum. Impleuit eū spū sapientiæ supra oēs mortales. Perpetuauit illum, labores eius cōpleuit omnes. Os eius ecclesiæ aperuit, impletū oībus salutis nr̄æ mysterȷs. Dignū itaq; est, vt ipsius memoriam solennem peragamus, vt declaretur hic locus, & appareat esse verum, ꝙ æterno nomine hæreditauerit Christus talē eū suum apostolū, euangelistam & amicum.

Timoris Dei fructus.

Noringēbergensis illa euāgelica & angelica ordinantia, ferias sancti Ioannis Euangelistæ & sanctoꝝ Innocentum abrogauit, quod ego puto iudicio Dei factū manifesto. Ferias eas celebrauit oīs albᵘ amicorum Dei, timentium Dei, humilium, q̄rum os aperuit spūs sanctus. Schisma recte huiusmodi abrogat ecclesiæ solennitates, quia gaudioꝝ spūalium est vacuum, felle scatēs & amaritudine. Athanasius dicit argumentū præsens esse spūs sancti, vbi homo in ecclesiæ solennitatibus speciali gaudio afficiatur. Schismaticus solennitates, ecclesię abrogans, Dei timoris est effœtus. superborum gigantū eorum os aperuit diabolus. Angeli illi, nō habent opus sanctorum intercessione. Dormiunt Vigilantianis illis beati. Catholici infantes, sanctos Dei ante agnum stare, agnū q̄ q̄cunq; sequi credūt, nostri memores. Agnus Dei, filius patris æterni, Virgo sponsus, virginem sponsam vniuersalem ecclesiam, virginem q̄ amicum Ioannem Euāgelistam pro nobis exaudiens, nos quoq; miseros amicitiæ suæ participare digneť. Amen.

IN FERIIS SANCTORVM INNOcentum, Apoca. XIIII.



Vidi in monte Sion agnum stantem, & cum eo centum quadragintaquatuor millia, habentes nomen eius & nomen patris eius scriptum in frontibus suis. Et audiui vocem de cœlo, tanq̄ vocē aquaꝝ multaꝝ, & tāquam vocē tonitrui magni. Et vocem quam audiui, sicut citharœdorum citharizantium in citharis suis. Et cantabant quasi canticū nouum ante sedem & ante quatuor animalia & seniores. Et nemo poterat dicere canticum, nisi illa centum quadragintaquatuor millia, qui empti sunt de terra. Hi sunt qui cum mulieribus non sunt coinquinati: virgines enim sunt. Hi sequuntur agnum quocunq; ierit. Hi empti sunt ex hominibus, primitiæ Deo & agno. Et in ore eorum non est inuentum mendacium. Sine macula enim sunt ante thronum Dei.

PRAEFATIO.

Liber Apocalypsios audiendus.



Tametsi liber Apocalypsios sapiētibus nasutulis nō adeo arrideat, nobis tamē debet haberi probatissimus. Catholici nihil in libro eo q̄d reprobarēt, vnquā inuenerūt. Catholici sensus homo, librū eū sibi habebit cōmendatissimū. Sectarij dicunt, etiā q̄sdam veteꝝ librū eum nō adeo probasse. Quare idem sectarij in alijs fidei articulis patrū sentētijs nō acquiescūt? Attēderēt q̄tenus sancti patres librū eū probauerūt, & q̄tenus nō. Dionysiū Alexādrinū de autoritate libri eius dubitasse, Eusebius cōmemorat lib. 7. ca. 25. Verba eius sunt: Ego vero (quātū ad meā sententiā ptinet) spernere aut abijcere scripturā libri huius nullatenus audeo, maxime cū multi ex fratribus mecū sentiāt. Sed hoc magis de eo iudico, q̄ excedāt atq; emineāt quæ in eo scripta sunt, hūanæ auditionis modū, & sit in eo arcanus quidā & recōditus atq; admirandus omnibus sensus, quem & ego admiror & veneror, etiam si non intelligo. Et ita sentio, q̄ diuina aliqua sacramēta sermonibus cōteganť humanis, nō tam iudicio meo discernens, q̄ fide credens: & ideo nō reprobo q̄ nō intelligo, sed tanto magis admiror, quāto minus assequor. Talis modestia aliena plane ē à Lutheranis, qui etiā libros eos q̄s vniuersa approbauit ecclesia, reprobare sunt ausi. Testis est stipula fabalis, epistola D. Iacobi. Nunc q̄q; adducēdos puto eos, q̄ librū Apocalypsios maximi fecerūt, q̄ꝝ primus est Iustinᵘ, qui hūc librū sancti Ioannis esse cōtendit. Vide Eusebiū lib. 4. cap. 18. Iustino adstipulatur Irenæus lib. 1. Tertullianus aduersus Marcionē lib. 4. itidem de libro Apocalypsios dicit: Habemus & Ioannis alumnas ecclesias. Nā etsi Apocalypsin eius Marcion respuit, ordo tamē episcopoꝝ ad originē recensus, in Ioannem stabit autorem. Post Tertullianum, librum eū defendit Origenes. testis Eusebius lib. 6. Hieronymus contra Luciferianos itidem librum eum asserit. Item idem facit in catalogo Græcoꝝ scriptoꝝ. Augustinus dicit librum hunc exercitatorium esse mentiū. Nec derogauerit autoritati libri huius, q̄ Papias Apostoloꝝ discipulᵘ, duos Ioānes fuisse insinuat. Non negat prioris, euangelistæ

Euāgelici stri noui plane fūt immodesti.

Liber Apoc. Ioannis ē euāgelistæ. Theologi nomen plane est magnificum.

listæ puta, hunc librum fuisse. Quod Ioannes eius libri autor, vocatur theologus, nō est argumentum validum satis ad refutandum eum. Theologi enim nomen, euangelistæ & apostoli dignitati nihil demit, immo multum addit. Est enim selectum vocabulum, plenum autoritatis. Ignauia, auaritia, & hoc genus vitia nostratium, nomen hoc maximi ponderis, fateor, aliqua parte eleuat. Sed si origo vocabuli rite æstimetur, apostolo & euangelistæ non est indecorum atq; pœnitendum. Sanctus Petrus vocat se sympresbyteron: non ergo statim sequitur, non esse apostolum. Idem noster Ioannes etiam se presbyterum vocat cap. 2. non ergo sequitur, apostolum, euangelistam, & theologum, minus esse vocandum. Ethnici theologi, Orpheus, Hesiodus, Linus, Musæus, rectius dæmoniologi dicerentur, quàm theologi. De illis sic dicit sanctus Augustinus lib. 18. cap. 14. de ciuitate: Poetæ theologi, quia de dijs carmina faciebant. Inter Christianos potissimum hoc nomine sunt appellati, Ioannes apostolus & Gregorius Nazianzenus. Theologus vere est, omnis doctor euangelicus, vt videre est Ephe. quarto, 1. Timot. 2. Diceres eos philosophos Christianos. Næniæ sunt, si quis dicat, apostolorum non esse Apocalypses cōdere, cum etiam apud sanctum Paulum tale aliquid inuenias, 1. Corinth. 14. 2. Corinth. 12. Galat. 1. 2. Philip. 3. Act. 10. Phrasis concordat epistolarum Ioannis & huius libri. Epistolam ad Asianos orditur itidem atq; librum hunc per salutationem, Gratiam & pacem.

Theologus est phūs Christianus.

Apocalypsis vocatur liber ille, propter varias angelicas apparitiones & visiones, quibus ecclesiæ status ab exordio vsque ad finem prædicitur. In Patmo talia vidit, Apocaly. 1. Inde collige, librum eum esse Ioannis euangelistæ, qui, teste Tertulliano, in insulam eā est relegatus. Hæc ad p̄fationem, nunc lectionem videamus.

Vidi supra montem Sion agnū stantem, & cum eo centum quadragintaquatuor millia, habentes nomen eius, & nomen patris eius, scriptum in frontibus suis.

Siō mōs, ecclesię catholicæ habet significationem.

Primo hic puto dicendum, vbi euangelista ea quæ commemorat, viderit: postea, quid aut viderit, aut audiuerit. Sionis montem, hic exprimit visionis locum. Mons ille ecclesiæ catholicæ habet significationē. In ecclesia catholica saltem est vera & efficax agni cœlestis victima. Sunt enim & Christi corpus saltem catholici. Quod vero Sion mons est in Solymis, traducis habet mysterium. Sic & saluator ait: prędicate vbiq; terrarū, initio Solymis facto. Maxima illa turba quæ cum Christo est visa, exprimit filios Abrahæ, ex circuncisione ad Christi fidem adductos. Suprà itaq; etiā talis numerus filijs Israel tribuitur cap. 7. Duodecies duodena millia, quæ suprà recensentur, faciunt numerum præsentem, nempe centum quadragintaquatuor millia. Hieronymus quoque contra Iouinianum vtrunq; numerū cum vtroq; confert. Numerus vero finitus, ponitur pro infinito, ne quis superstitiosulus neget plures ex genere Abrahæ posse saluari. Neq; itē hic intelligas, ergo ad montē Sion & ad Christum non pertinere eos, qui ex ethnicis ad Christum conuertuntur. Datur prærogatiua sua Iudæis, sed citra præiudicium ecclesiæ ex gentibus. Maior est eorū gloria, sed quæ gloriæ sororis, hoc est, ecclesiæ ex gentibus addit, nihil adimit. Cæterum vna est omnium ecclesia, quæ mons Sion dicitur & ciuitas sancta. Ad hunc montem dixi pertinere agnum cœlestem: testis est regius propheta psalm̄. 2. De hoc agno vide Esa. 53. Hiere. 11. Ioan. 1. Plura item in hoc libro cap. 5. 6. 7. 15. 21. Apparet Ioannes peculiari affectu Christum agnum Dei appellasse, respiciens in typū agni paschalis Exodi 12. Huc & Baptistam respexisse, dubium non est. Illius sanguis seruauit primogenita populi Israel, seruat nos sanguis Christi filij Dei viui. Illic nomina inscripta signo thau liminaribus superioribus: hic nostra nomina per sacrosancta stigmata signata sunt in æterna cœlestis patris aula. Luc. 10. Nomina vestra scripta sunt in cœlo. Vide quid nobis contulerit agnellus Dei niueus, innocens, purus. Scripti sumus in cœlo in libro vitæ, inscripti sumus cordi manibus & pedibus Iesu Christi, vnde & inscripti sumus penetralibus sacris pectoris patris cœlestis. Dilecti sumus in dilecto, quia ipse nos sibi sanctificauit peculiarem populū. Dicit ergo apostolus, nos nomen patris & nomen agni in frontibus nostris habere. De consignatis huiusmodi, plura vides in eodem lib. suprà cap. 7. & 9. De signo quo ab alijs discernimur, vide Cyprianum contra Demetrianum, Ambrosium in sermone inuentionis sanctæ crucis. Similia fere vides apud Ezechielem capite nono de signo Thau, quod apud Hebræos signum per se denotat. Signi huius meminit Tertullianus lib. tertio contra Marcionē: Verba eius inter alia sunt hæc: Ipsa enim est litera Græcorū Tau, nostra autē T, species crucis, quam portendebat futurā in frontibus nostris apud verā & catholicā Hierusalem.

Ethnici ad Christū cōuersi, ad montem Sion ptinent.

Agnus dei vocat Christus.

Nomen patris & nomen agni frontibus nostris est inscriptum.

lem. Tametsi Ezechiel nō Græcum Tau, sed hebraicū Thau (quod Taff exprimitur) posuerit: nō debemus Tertulliani sententiam exibilare, propterea q litera Græca Tau & hebraica Thaff, aliis notis depingantur. Græcum thita, quantū ad literæ notā, ab hebraico propter adspirationem, non multum dissidet. Ethnici olim morti adiudicatos, hoc signo denotabāt, talem literā illis præfigētes. Eadē vtriusq; literæ est notula & effigies, non tamē vna significatio. Sed quid nobis cū ethnicis? Nostrū Tau habet præsentem virtutē salutis. Habeant ethnici suum nigrū & fectile thita. nobis signū crucis Christus Iesus est salus & vita. In Græco Ezechiele neque thau neq; Tau habetur, sed δὸς τὸ σημεῖον, hoc est, da hoc signum. Signati sumus, signum exprimamus, ne cum Iudęis & Turcis adulterino signo notatis, & cū peruersis, cauterio signatam conscientiā habentibus, diabolo adiudicemur. Grande piaculum est, Christi referre signum, & designare Antichristi & diaboli spiritū. Signū agni, monet nos modestiæ & bonæ frugis. Solius fidei prædicatores, signū habēt olidi pecoris hœdorum, à sinistris diabolo adiudicandorum.

Thita ethnici, q̄ signabantur morti adiudicatis.

Tau Iudæis frōti ... inscribendum salutarium.

Signato num est, signū signa ... exprimere.

Et audiui vocem de cœlo, tanquam vocem aquarum multarum, & tāquam vocem tonitrui magni. Et vocem quam audiui, sicut citharœdorum citharizantium in citharis suis.

Visio agni quarta fuit, cuius significationē pro nostra paruitate declarauimus. Vidisse signatos, fuit aliquid: sed hactenus se Dei noluit arctare gratia, latitudo diuinæ benignitatis, voluit etiam aures theologi Ioannis cœlesti demulcere symphonia. Harmonia cœlestis ea, vox ea aquarum multarum supermundana, cuius non cor & omnes sensus rapiat? Beatum, q eius resonantiæ extremum aliquid corde conceperit: non illi posthac vel Martis taratantara, vel Genii hymenæus, vel Bacchi dionysiacus ceperit concentus. Vox ea aquarum multarum, quid aliud q̄ creaturę vniuersæ significatio? Laudant q per Christum sint facti primogeniti creaturæ eius, q in Christo sint facti regale genus & sacerdotiū sanctū, q per Christū illis aditus regni cœlorū sit patefactus. Cithara edit sonum, tactu chordarū intus conceptum. Mentium vides humanarum delineationem. Animę infundūtur corporibus haud secus atq; sonitus citharæ. Laudāt piæ animæ in regno cœlorū Deum per Christum suum redemptorem. Corpora eorū ita nō sunt extincta, vt nō extent. Dormiunt domino corpora, resonat ī eodē gratias agēdo animula. De laude patrum veteris testamenti, pro nostræ paruitatis modulo diximus in enarratione Psal. 112. De tali laudatione idē Ioannes similia fere dicit cap. 5. & 15. Concentum pręmissum eum nihil aliud esse, q̄ gratiarū actionē, & sacramētū redēptionis q̄d sit, sequētia dilucidant.

Vox aquarū multarū quid.

Vox citharæ animā significat humanam.

Et cantabant quasi canticū nouum ante sedē & ante quatuor animalia & seniores. Et nemo poterat dicere canticum, nisi illa centū quadragintaquatuor millia.

Quid hoc? Nonne à principio mundi plena fuerūt gloria Dei cœli & terræ? Vnde cantus ille nouus? Multi reges & prophetæ voluerunt videre & audire ea quæ vobis contigerūt, nec voti compotes sunt facti Abraham vidit diem Christi, sed in ænigmate & vmbra. Nunc reuelata oīa, nunc cantantur noua carmina, disruptum velum, vterq; populus factus est vnus, noua facta omnia. Ante thronum prædicatio ea est facta. vides gratum & acceptum Deo & agno sonum esse gratiarum actionis. In veteri testamento cantabatur à populo Israelitico. Neq; enim fecit taliter omni nationi. Tunc cantabaī in sinu Abrahæ. neq; enim submota fuit romphæa iræ Dei flāmea, qua nobis præcludebatur paradisi ianua. Nunc psallitur ante thronum Dei in cœlorum gloria, in cœlesti patria. Nūc psallitur ab vtrisq; populis, q in Christo facti sunt vnū. Simile vides suprā cap. 4. vbi ante thronum quatuor animalia dicuntur stetisse, plena oculis ante & retro. Primum horum *simile leoni, secundum vitulo, tertium homini, quartum aquilæ simile fuisse, idem ibidem commemorat. Dein dicit, ante thronum procidisse viginti quatuor seniores, & adorauisse sedētem in throno, & viuentem in secula seculorū. Obserua canticum nouum. Quatuor animalia siquidem significant euangelistas, quos etiam olim præuiderat Ezechiel propheta. In euangelistis etiam intellige oēm ecclesiæ collectionem, à quatuor orbis terrarum finibus in regnum Dei conuocatam. Per seniores vigintiquatuor coronatos, intellige reges eos & prophetas veteris testamenti, qui olim viderant in speculo & ænigmate: nunc vero cognoscunt, sicuti & cogniti sunt.

Cātus nouus q̄s?

Aīalia q̄tuor quid sibi velint.

Vi-

Cithara etiã martyrij habet significationem

Vides ex vtrisq; factum vnum populum, vides item carmen nouum. Per citharas poteris itidem intelligere martyrij & afflictionum varia genera, per quæ in hoc mũdo sunt afflicti, & propter quæ nunc in cœlorum gloria consolatione fruuntur æterna, immensa & ineffabili. Pars concentus cœlestis, esse poterat hoc quod habetur Apoca.5. Dignus est agnus qui occisus est, accipere virtutem & diuitias, & sapientiã & fortitudinem, & honorem & gloriam & benedictionem. Et hoc cap.7. Benedictio & claritas & sapientia &c. Et hoc, Quis nõ timebit te domine, & magnificabit nomen tuum? &c. Et hoc, Gratias agimus tibi domine Deus omnipotens, qui es & qui eras & qui venturus es &c. Vide hoc cap.11. & illud cap.15. &c. Item cap.19. Alleluia &c. Hæc omnia fidelium sunt carmina: fidelium, inquam, tam ex Israeliticorũ q̃ ex ethnicorum ad Christum conuersorum numero. Omnium, inquam, qui tam explicite q̃ implicite, Christum vnquam à condito mundo timuerunt & crediderũt. Neminem dicit potuisse tale carmen addiscere & promere, præter centum quadragintaquatuor millia. Numerati sunt electi. Sunt autem electi, qui faciunt voluntatem patris cœlestis. Faciunt, vocati sine omni suo merito sola gratia, pergentes ad meritum volentes, mediante gratia. Excluduntur impij & infideles omnes. Non solum infideles Christum negantes verbis, sed & impij & ingrati pseudofideles, ore confitentes & factis negantes. Neq; enim speciosa est laus in ore peccatoris. Scimus q̃ a Deus peccatores non audit.

Numerati sũt deo electi, & electi qui sint.

Qui empti sunt de terra. Hi sunt qui cum mulieribus non sunt coinquinati: virgines enim sunt. Hi sequuntur agnum quocunq; ierit. Hi empti sunt ex hominibus, primitiæ Deo & agno. Et in ore eorum non est inuentum mendacium. Sine macula enim sunt ante thronum Dei.

Emptum esse ex hominibus, quid sit.

Elegiam festiuam habent hic fideles. Quid gloriosius de ciuitate Dei dici poterit? Corpus sunt Christi, empti de terra. Homo cinis est, cinis terra est, terra nihili res est. Emptum ergo esse ex hominibus, maxima omnium res est. Empti dicimur ex hoĩbus esse, quod nihil aliud est, q̃ esse sanctificatos Deo templum, electos ante constitutionem mundi, dilectos in dilecto. Statim ergo postquam dixit, empti de terra, subdit: Empti ex hominibus. Memẽto homo ꝙ cinis es, & cristam superbiæ dimitte. Memento ꝙ omnis caro maledicta est, memento ꝙ omnia vanitas: time Deũ, mandata eius serua: hoc est verus homo, omnis homo. Vide ne qua in vanũ Dei gratiam receperis. Emptus es precio magno, non auro, nõ argento & metallo. Non es emptus aromate & gemmis, quæ omnia nihili sunt. Emptus vero es precio mundi, precioso sanguine filij Dei, Mat.20. Marc.10. 1.Cor.1.7. Ephe.1.1. Timo.2. Hebr.9. 1.Pet.1. Sanguis, vitæ sedes. Sanguine nil preciosius, præcipue sanguine filij Dei. Sanguine itaq; nos sanctificandos censuit æterna sapientia. Testificantur hoc tot typi veteris instrumenti. Non argẽto & auro nos redimere potuisse, edisserit Esaias cap.52. Empti ex hominib⁹, hoc est, liberati à peccato, & in iustitiæ regnum vendicati. Empti e terra, hoc est, ex corruptione. Sanctũ suum non dabit videre corruptionem. Primitiæ Deo sunt fideles omnes, qui etiam dicuntur primogenita creaturarum. Præcipuę vero primitiæ sunt, qui prmo mane in vineã sunt ducti, sancti patriarchæ & prophetæ. Salus ex Iudæis. Iudæus fuit Christus. Iudæi etiam fuerunt apostoli & euangelistæ omnes, qui etiam Aparchæ vocantur, hoc est, qui primo omnium religionis nostræ patres fuerunt. Iuxta sensum eum Apostolus vocat etiam nostrũ sotera primitias mortuorũ, 1.Cor.15. Idem vocat familiam Stephanæ primitias Achaiæ, propterea ꝙ domus ea Christi fidẽ tanq̃ tradux primo exceperit, & inde in alios transfuderit, 1.Cor.16. Primitiæ hæ nouũ canticum deprompsere, aliud ab eo, de quo vides Leuit.2. Nume.15. Deut. 12. Et hoc obserua, q̃d theologus ait, Deo & agno, non Dei & agni: vt cõmonefaciat nos priscorũ sacrificiorũ, quibus noua cantica sunt præstantiora. Deo gratũ nouũ canticum, per Christum. Grata etiam fuerũt pristina, sed tanq̃ typus & vmbra. Cum mulieribus nõ sunt coinquinati, ait. Itẽ, virgines sunt, &c. Obscurus nonnihil & scrupulosus hic locus est. vnde hoc loco videns me vrgeri, p̃missa, vtcunq; plena mysteriorũ, breuibus absoluenda duxi verbis. Nunc porro huius loci difficultatẽ, quantũ per diuinã gratiã dabitur, expediero. Hunc locũ si de virginitate carnis intelligas, cadit interpretatio de veteris testamenti beatis. Immo etiam non solũ patriarchæ & prophetæ, q omes fere vxores habuerũt & liberos, sed & maxima pars ipsorũ apostolorum & euangelistarũ martyrumq;, ante thronum Dei & agni stare negabuntur, si nisi virginibus locum eũ assignaueris. Rupertus Tuitiensis in hoc loco multum sudauit. tandem vero eo tendit, vt fateatur locum eum de carnis

Sanguis Christi quo nos potissimũ sanctificari oportuerit.

Primitiæ Deo, fideles sunt.

Noua cantica ecclesiæ, veteris legibus p̃stã.

Virginitatẽ quam agno proximi ...

carnis integritate solum non esse intelligendum, sed de integritate mentis, quam pudicitiam vocant, præcipue accipiendū. Abbas Theon in collationibus suis, quæ in Cassiano recensentur, contendit eunuchos eos, de quibus Esaias agit capite quinquagesimosexto, de coniugatis pijs veteris testamenti intelligendos.

Idem sententiam eam suam per hūc locū fulcit, capite nimirum 24. quanquā idem ibidem vtranq; doceat & prædicet virginitatem, carnis nimirū, & mentis. Videre videor, non impie neq; inepte hunc locū contra scortationis execrabilis crimē posse intelligi. Turpitudo istæc vndiq; in scriptura canonica execrabilis ostenditur & cœlo & mundo: contrà, castitas coniugalis vndiq; miris encomijs prædicatur, nedum non permittitur saltem tanquam licita: multo minus non prohibetur tāquā peccaminosa. Scortatio idololatriæ non obscuram habet germanitatem, nimirum contemptum Dei præceptorum. Hæresis itaq; vbiq; in scriptura sacra meretricibus confertur, lubricis, subdolis & blandis. Et quomodo poterit nos sacramentum connubij à Christi regno alienare atq; arcere, cum ecclesia potissimum in cōiugio sacro suum habeat sacramentum Ephe.4? Et quæ esset ecclesia, si non ex connubio quotidie sua sumat incrementa? Neq; enī hic de carnali commistione promiscui lo quimur concubitus: ad quem tandem ecclesiæ conseruatio redigēda erit, si à Christi regno secludatur cōiugalis copula. Accedit huc, q & connubium ipsum, castus torus plerunq; à catholicis vocatur. Non solum adulterij & aliarum carnis libidinū vetitarum respectu, sed & suopte merito: quod tangit Apostolus Hebræorum decimotertio, dicens: Honorabile inter oēs coniugium, & cubile impollutum. Augustinus ad Petrum Diaconum scribens, ingenue fatetur, nuptias castimoniç pręsens habere meritum, in hæc verba: Qui nuptias caste seruant, id est, si vnus & vna legitime duntaxat coniuncti, fidem seruent, vt nec ille mulieri præter vxorē, nec illa viro præter maritum, vllatenus misceatur. Canones sacri dicunt, etiam inter coniuges esse suos incestus, & nihil esse turpius suæ coniugis scortatore & adultero, vxorem suam tanquam scortum amanti, & ea tanquam meretrice abutenti. Habet profecto connubium suum meritum. sed qui hoc assequatur, heu mihi, quàm rara auis est illa in terris? Faciamus esse, maritus & vxor casti, non possint dici virgines: habent tamen vnde pudici, continentes, casti & verecundi prædicari possint. Contrà & virgo habet, vnde inuerecunda & impudica possit non immerito reprobari, & virgo stulta oleo carens damnari.

Scortatio us crimē abomina bile.

Cōiugalis castitas virtus præclara.

Vxorem amare tāquā meretricē, execrabile est

Insuper etiā hic obseruandū, quòd scriptura multa agit contra spiritualia & adulteria & meretricia: sunt autem eius generis idololatria, hæresis, contemptus verbi Dei, & omnis infidelitas superstitionū omnigenum. Sic etiam est certa quædam spiritualis virginitas, nempe ea, de qua ait Apostolus 2. Corinth. 11. Despondi vos vni viro, puta Christo, vt parthenon hagnen, hoc est, virginem castam exhibeatis vos Deo. Rupertus Tuitiensis etiam hūc locum Apostoli citat, ad statuendam sententiam suam, qua hunc locum intelligit tam de castitate mentis, quàm de integritate carnis. Per nos hunc locum de prærogatiua castitatis carnis intactæ atq; illibatæ, quis intellexerit, cum & Apostolus plurimum tribuat virginitati & continentiæ viduitatis, 1. Corint. 7. Iouiniana est hæresis, hoc negare, & virgines, continentes & incontinentes, eiusdem meriti esse blaterare: qua in re nouis Euangelicastris, ex diametro contra Christum & Apostolum pugnantibus, accedere non possum. Nos cum catholicis integritati carnis plurimū tribuimus. Dicunt virginitatem neminē saluare. Sed nonne plus ad salutem promouet, quàm nubere? Et quid est quod ille dicit, Venire nō possum, Lucæ decimoquarto? Et vt nihil faciat ad salutem, certe plurimum facit meritorum gloriæ cumulum, quippe quam dicant esse certum martyrium. In carne viuere, & carnis libidinem deprimere, non humanum est, sed angelicum. Breuiter: Virginitas, vt ait Hieronymus, non exigitur, sed offertur: Item consulitur, non præcipitur. Ambrosius: Non imperari potest, sed optari. Itē Hieronymus: Castitas vera, auis rara. Contra Heluidium: Virginitas vltra hominē est, & quodammodo impudentis erat, aduersum naturam cogere. Peior malo est atq; adeo pessimus, qui castimoniæ est simulator. Simulata sanctitas, duplex iniquitas. Bone Deus, quot simulatores sustinet terra non volens? Castitas laboriosum meritum, vix ieiunio, contemptu gloriæ huius mundi, labore & omnigenis disciplinis obtinetur, crebris itidem lachrymis, precibus & flagellationibus ęgre acquiritur: qui hodie mero frequenter madent, qui in croceis degunt, qui mundi pomparum mancipia sunt, nobis persuadere volūt se castos esse & veros cœlebes, ecclesiæ duplici honore dignos. Meritorie confitet suā libidinis flammā, q ducit vxorē. Castitatis simulatio facit, vt neq; scortatio, neq; ad-

Scortatio & adulterīū spūale qd & qle.

Castitati corporali multum etiā tribuendum.

Castitas corporalis vnà cū mentali, maioris meriti.

Castitatis simulator pessimus oīm est.

Scortationis malū, infinitorū malorum causa hodie est.

adulteria capitalia crimina iudicētur. Malum tantum ne Hieremias quidē digne defleuerit: quem tandem reformatorē sit habiturum, Deus nouit. Peccant q vere casti sunt, si hic gloriam quærunt. Augustinus ait: Virginitas prædicanda quidē est, vt ametur: sed eadem monenda, ne infletur. Non hæc, vota damnant continentiæ: neq; eñ vota ea sic accipiēda, quasi statim per votum consequaris continentiæ donū. Disciplina vouetur. qua obseruata, castitas procul dubio sequetur. Canones item incauta, temeraria & coacta quæcunq; vota damnāt. Solennia ergo vota, non sunt habenda rata, nisi legitime sint facta. Viderint monachi & sanctimoniales, sit ne legitimum votum habendū, quod faciūt puellæ infra annum vicesimumquintum, & quod faciunt ij, qui neq; quid votum, neq; quid religio, neq; quid monastice sit, norunt. Sed hæc superintendentes curent.

Votū cōtinentiæ quale probabile.

Nos breuitatis causa dicimus hic, neutiquā peccare monachos & sanctimoniales, si curant esse quod audiunt. Dominus Deus simulationem & hypocrisin omnē exterminare dignetur. Scorta & lenones minus peccant, q̄ immundissimi illi castimoniæ simulatores & simulatrices.

Præsens lectio centum quadragintaquatuor millium virginum, ideo de sanctis innocentibus legitur, q oportet omēs qui in regnum cœlorum aditum sibi patere cupiunt, puerascere rursus, Matt. 18. Lucæ 9. Hoc est quod ait Apostolus 1. Corin. 14. quantum ad malitiam, nos pueros esse oportere: perfectos vero esse, quantum ad sensum. Vocabulum innocentiæ satis, qui pueri euangelici sint, explicat. Ad perfectionem ætatis virilis euangelicam, sine pueritia ea nūquam pertingemus. Qui se humiliat, exaltabitur. Faxit Deus, hoc præstemus, Amen.

IN FESTO CIRCVNCISIONIS Christi, Gala. tertio.



PRiusquam veniret fides, sub lege custodiebamur, conclusi in eam fidem quæ reuelanda erat. Itaq; lex pædagogus noster fuit in Christo, vt ex fide iustificemur. At vbi venit fides, iam non sub pædagogo sumus. Omnes enim filij Dei estis per fidem, quæ est in Christo Iesu. Quicunq; enim in Christo baptizati estis, Christum induistis. Non est Iudæus neq; Græcus, non est seruus neq; liber, non est masculus neq; fœmina: omnes enim vos vnum estis in Christo Iesu. Si autem vos Christi, ergo Abrahæ semen estis, secundum promissionem hæredes.

PRAEFATIO.

Epistolæ ad Galat. argumentum.



ARgumētum epistolæ huius alibi, potissimum vero dominica prima à sancto natalis dominici festo, explicauimus: eius nūc meminisse operæpreciū est. Huius lectiōis sensum non facile assequetur, qui argumētum epistolæ non tenet. Recolite ergo ea, quæ alibi de hac re disseruimus. Seducti Galatæ, synceritate euangelica exuta, pharisaismum induerunt. Pseudoapostoli miseris verba dederunt, venditores fumi, digni q in fumo infernali perpetuo torqueātur. Circuncisionem fidelibus voluerunt persuadere necessariam esse ad salutem. Act. 15. vides errorem hunc taxari, castigari, & tolli. Hic vt euangelij & apostolicarū literarum autoritatem prætercam silentio, ad prophetas, etiam ad ipsum Mosen prouoco. Moses prophetam eū, quē nos vnice audimus, audiendū vnice populo Israelitico commendat. Idem, & omnes fere prophetæ, circuncisionem carnalem dicūt esse significationem spūalis. Dominus, ait, circuncidet cor tuū, & cor seminis tui. Vide Act. 21. huius loci declarationem manifestam. Arguit ergo Galatas Apostolus, q dominū seruo posthabendū censuerūt. Fideles quidem fuerunt pseudoprophetæ & apostoli illi, qui Galatas misere adeo commouerunt, conturbaueruntq;: sed, vt Lucas ait, etiā fuerūt zelotæ, hoc est, æmuli, q mordicus legem vnà cū euangelio obseruari contenderūt. Paulus vocatus apostolus gentium, suo officio satisfacturus, zelotas eos vanos & insipientes, strenue infectatus, euangelion quatenus à lege discrepet, quatenus item lex obseruanda sit, fideliter docuit. Praxis ecclesiæ Romanæ do-

Chro testimonium dat Moses & prophetæ.

ctrinam Pauli satis illustrat. Paulinistæ no ui, curiosi ardeliones & momi, libertatis ec clesiæ prætextu, Iudaismũ nouum commi- niscuntur. Tanta est eorũ pertinacia, vt ci- tius Iudaismum recepturos speres, q̃ vt in gratiam cũ catholica ecclesia redeant, ci- tius circuncisionem & legis cæremonias probaturi, q̃ ecclesiæ decus & disciplinas eas, quæ apostolicæ sunt traditiones. Ve- lim me mentiri. sic eñ pacem ecclesiæ iam videremus reconciliatam.

Priusquam veniret fides, sub le- ge custodiebamur, conclusi in eam fidem quæ reuelanda erat.

Lex & fi- des sibi op ponũtur.

Dictiones has, lex & fides, diligẽter ob- serua. Opponuntur sibi hæ dictiones, non secus q̃ seruitus & libertas: siue, vt clarius lo quar, q̃ nox seu vmbra legalis & claritas euangelij, item q̃ Moses & Christus. Fidẽ hic intellige, euangelion atq; nouum testa mentum: legem, synagogam & seruitutẽ legis. Dicit ergo: Vos Galatæ toto cœlo erratis, qui arbitramini legem ad salutem obseruatu esse necessariam. Verũ quidem est, olim cum euangelij claritas necdum il- luxit, antequam libertas regni cœlorum necdum prædicata fuit, sub lege custodie- bamur tanquam in ergastulo: legis onere tunc deprimebamur, tanquã mancipia vi- lissima: nos qui seruitutis notam in corpo- re nostro ferebam⁹, merito onere tali subi- gebamur. nunc vero, postq̃ Messias ipse ve niẽs, nos libertati vindicauit, q̃(rogo) amẽ- tia, manumissi, nos rursus sub iugum mitta mus? Veniat vobis in mentem murmuris perpetui, quo patres nostri sub tanto one- re ingemiscendo, toties Deũ exasperarũt. Cogebamur hinc magistratus animaduer sione, illinc æterni Dei affligebamur inter- minatione. Fuerũt etiam tot lapsus occasi- ones, tactus rerũ immundarũ, lotionis cor poris & vestium, feriarũ, esus, & hoc ge- nus rerum nihili. Nonne custodiebamur conclusi, vt aliquando per Messiam liber- tatem recuperaremus? Nonne itẽ mystica omnia? Nõne litera occidit? Quid vestis e lana & lino contexta, corpus coinquinat? quid diuersa legumina & frumenti semi- na animæ incõmodant? quid funduli pisci culi preciosi, quid anguillæ, quid lepusculi, quid apri ferina saluti hominum noceat? Quis tam stupidus, q non videat hic aliqd mysterij subesse? Clauis Dauidica nõne re- serare habet talia sacramenta oĩa? Vos ipsi vobis scripturam obscuratis, vosipsi vl- tro in ergastulũ non solũ periculosum cor pori, sed & exitiosum animabus, conijcitis. Ingrati Deo, qui vos rude donauit, q vos

Lex cata- stæ instar tenuit pa tres con- clusos, tã- q̃ manci- pia præ- facta.

Iudæorũ legẽ gr̃æ ficentiũ [illegible]

ad pileũ vocauit, hoc est, qui ex seruis fili- os fecit: gratiã Dei contemnitis, filium Dei arcessitis, idq; contra Mosen & omnes pro phetas. Mysteriũ fidei olim per velũ, quo Moses faciem suam obtexit, significatũ, to ti mundo factum est euidens per filiũ Dei. hoc ipsum maiori discrimine vestra nunc corda occupat in æternam noctem. O for- tem miserabilem, o in quantam infamiam e quanta excidit gloria gens vel hosti mi- serabilis. Sed nihil hæc omnia, quæ in hoc seculo patiuntur, si cum ijs quæ in seculo fu turo gentem eam manent, conferãtur sup- plicia. Custodiebantur in lege, supprime- bantur, vt aduentui Messiæ ita prępara- rentur. In tenebris & vmbris figurarum detinebantur, vt magis postea luce ipsa ve ritatis manifestæ afficerentur. Sed consilio Dei resistentes, nunc corpore & anima, temporali & æternali pœnæ mancipãtur.

Itaq; lex pædagogus noster fuit in Christo, vt ex fide iustificemur.

Lex pæda gogus.

Dixit legem fuisse catastam ad seruos custodiendos. nunc alia similitudine legis proprietatem declarat, nempe pædago- gi. Vtrunq; sane acerbum: natura siquidẽ humana abhorret ab omni cohibitionis genere. Nitimur in vetitum, negata magis oblectant.

Sic interdictis imminet æger aquis.

Vtrinq; tamen consolatio. Illic liberator & vindex à seruitute, hic sensus pfectio & legis intelligentia. Illic carcerem erat asser tor confracturus, hic sensus & intelligen- tia legis conscientias filiorũ Israel serenas factura, ne qua nos minæ legis deprimere valerent. Pueris cultrum contingere non licet, pueris igni accedere non competit. Stultitia cordi puerorum est colligata. Lex ergo pueros à noxijs non solum, verũ etiã à licitis cohibere habuit. nunc simulac sen- sus legis est manifestatus, sine conscientiæ periculo legis cæremoniæ & circuncisio omittitur. Sic & adulti cultris vtũtur, ignẽ circunferũt, in fluuios lotum eunt, & hoc genus alia, quæ pueris piacula sunt, facere sine omni repræhensione possunt. Adeo lex fidem Christi non cohibuit, sed magis allexit: neminem ab euãgelio Christi abs- terruit, sed oñes ad ipsum amplexandum induxit. Sũma legis fuit, inductio ad Chri- stum. Spũs sanctus, qui datur in sacramen- tis ecclesiæ & prædicatione euangelij, du- cit nunc adultos, quos pueros adhuc lex compescuit à malo, & ad bonũ coegit. Vi des legem iustificare non posse. Neq; eñ statim probandus, q facit bonũ coactus.

Lex iusti- ficare non pt, q̃d fa- ciũt spũs sancti cha rismata.

Virtus est, placidis abstinuisse bonis.

Nunc itaq; cum purificatis fide cordibus religiose viuimus,ad iustitiam reputatur. Iusti hodie æstimantur Dei timentes,iustitiæ studentes citra legis prærogatiuã.Nihil hic Mosi seritur,nihil metitur.Christi beneficio omnis nostra perfectio accepta refertur.Et si lex iustificare potuisset,vanæ essent tot promissiones iustificationis per Messiam,qui dicitur germen iustũ:sol iustitiæ & iustificator,Semen in quo oẽs gentes benedicentur,Gene.15.Et sic intelligis quid sit,iustũ ex fide sua viuere.Viuebatur in lege,ex lege:nunc quoq; cor fide est sanctificatum,fide sua viuunt, ad iustitiam perfectiorem subinde & maiora identidem merita.

Iustus vt fide sua viuat.

At vbi venit fides,iam non sub pædagogo sumus.

Coerceri à malo gloriosũ est, bonũ vltro facere gloriosius est.

Sub euãgelion tortor Iudæos cohibuit & pædagogus,quod aliquid gloriæ certe habet:neq; ẽm accusari potest, qui timore pœnæ peccatum omisit,vel manu saltem, vtut cor sit culpabile.Gloria vero euangelij,vere est gloria legis præstantior.Laude dignus qui potuit transgredi,& non est transgressus:facere malum,& non fecit. Quis est hic,& laudabimus eum?fecit ẽm mirabilia.Bis puer est,qui manumissus,ad libertatem respirat:qui adultus, capitalia facinora tanquã pueriles transgressiones, ad ferulam refert.Qui fidei lucem legis vmbræ posthabet,acus granis frumenti præfert,testam nucleo antefert.Pueri, qui q̃d iustum aut æquũ est,q̃ quid commodũ & noxium sit ignorant,pædagogo opus habent.Sapiens sibijpsi est lex.Est ẽm lex regula & mensura actuum agendorum vel omittendorũ,vt ait sanctus Thomas prima secundæ,q̃st.90.arti.1.Sic philosophi, itidem ipsi Romani(teste Apostolo Roma.2.)sibi lex fuerunt.quare auditores euãgelij,filij Dei,spm̃ sanctum ducem habentes,ad infirma primordia sapientiæ compellantur?O stulti Galatæ q̃ adeo sensu deficitis.

Omnes enim filij Dei estis per fidem,quæ est in Christo Iesu.Quicunq; enim in Christo baptizati estis, Christum induistis.

Christianorũ dignitas maxima est.

Apostolus hic dignitatem fidelium in mirũ modũ extollit:quæ ẽm poterit,oro, maior esse prædicatio,q̃ hominẽ carnem & sanguinẽ,puluerem & vmbrã,Dei filiũ profiteri?O nos felices,si bona nostra norimus.Pater noster qui es in cœlis, precationes nostras ordimur. quotusquisq; est nostrũ,q̃ probe digneq; pro re,quid dicat perpendit?Peculiare est Apostolo, nos filios Dei appellare. frequens & inter nos est ille dicendi modus:sed o vtinã verbis veritas vitæ accedat.Hic Apostolus Galatas validissimo argumẽto conuincit,ostendens illis q̃ vere filij sint Dei,fide nimirum & sacramentis.Ioan.1.Dedit eis potestatẽ filios Dei fieri,ad fidem refertur.Marc.16. Quicunq; crediderit & baptizatus fuerit, &c.vtrunq; complectitur.Christũ induũt omnes baptizati, Matt.28. Act.10.Baptismus est lauacrum regenerationis,Ioan.3. Tit.3.Spũs sancti templũ sumus omnes, quotquot credimus & baptizati sumus. Baptismus est sacramentũ illuminationis. Deniq; & quicunq; Chr̃i carnẽ & sanguinem comedimus & bibimus,in Chr̃o manemus.Deus charitas est.quicunq; in charitate manent,in Deo manẽt.Tot nominibus sumus filij Dei:quis ergo est ille pseudopropheta, q̃ filios Dei oĩbus ethnicorũ philosophis & Romanis sophis posthabẽdos censet?quis infirmis pueris legalib[us] & vilibus Mosaicis seruulis filios Dei subijciendos euangelizat?Nemo nobis palmam interuertat,nemo nos in seruitutem redigat.In libertate, in quã nos Chr̃s asseruit, stemus Saltem hoc videamus,vt vestẽ baptismalem Christum Iesum,insigne regium,caute custodiam[us].Patres ecclesiæ Cõstantinopolitanæ, Alexandrinæ,& aliarũ Græcarũ,plurimum de istac veste memoriæ prodiderunt.Ambrosius super epistolam Roma.13.vult esse notam,admonentẽ vt ab omni huius mũdi superstitionũ,errorũ & vitiorũ labe,mũdos nos custodiam[us]. Theophylactus subscribens Ambrosio,ex veste istac facit virtutes omnigenas,Rom. 13.Hic dicit,vestem eam exprimere incorporationis sacramẽtum.Verba eius sunt: Si Chr̃m induimus Dei filium,eiq; sumus assimiles redditi,in vnã haud dubie sumus & consanguinitatem deuecti & speciem, gratia id assecuti,quod illum cõstat esse natura.Origenes Roma.13.de omnibus virtutibus accipit,sic vt fidelis baptizatus,earum se obnoxium fecerit præstandarum. Chrysostomus Roma.13.per hanc vestem intelligit Chr̃m fidelibus esse oĩa, interna, externa,viam,sponsum,radicem,escã, potum,vitam,apostolum,pontificem,magistrum,patrem,fratrem,cohæredẽ, quippe qui tam crucis q̃ lucis suæ participet.Itẽ aduocatum,patremfamiliâs, hospitẽ,fundamẽtum,lapidem angularem, cuius nos sumus membra , agricultura , palmites, opus & cooperatores. Faxit Deus, hoc simus.

Christiani fiunt [illegible] dei fide & sacramentis.

Vestis nuptialis.

Non est Iudæus neq; Græcus, non

non est seruus neque liber, non est masculus neque fœmina: omnes enim vos vnum estis in Christo Iesu.

Hic vt de baptismi gratia taceam, etiã natura omnes sumus pares. In peccatis, de immundo semine concipimur omnes, par ortus est omnium. Deus non est personarum admirator, 2. Para. 19. Esa. 42. Matt. 23. Lex item vult, vt sine personarũ discretione benemereri de omnibus studeamus, Leuit. 19. Deute. 16. Iudæi omnes, vniuersi & singuli, vnus Iudæus erant: arctiori necessitudinis vinculo nos sumus deuincti. Vnus noster omnium Deus. Vnum nostrum caput Christus: vnum itaque sumus corpus, vna nos aluus ecclesiæ Dei filios genuit, vnus Dei spũs omnes regit, vnum omnibus exilium est, vna patria manet nos omnes. In tantis & tot sacramentis vnitatis, qui schismata comminiscitur, nõ Christi, sed diaboli esse sese declarat. Vnus panis, vnus potus sumus omnes, q de vno pane & poculo participamus. Qui tale accipit mysterium vnitatis, & nõ seruat vinculum pacis, non accipit sacramentũ pro se, sed testimonium contra se. Principem nihil in ecclesia distare à plebe, Theodosius didicit Ambrosio magistro. Imperatricem nihil à plebeijs differre, Chrysostomus Augustam Iezabelem, sed nequidquã, quia obdurata fuit, docuit. Vtinam tales hodie haberemus pastores. Contra diuersitatem personalem ecclesiæ filiorum, plura vide Roma. 10. Coloss. 3. Apostolus Galatarum superstitionem hic confutat, dicẽs nos in Iesu Christo vnum esse, Vnũ in neutro genere, differentiam prærogatiuarum excludẽs omnem. Confirmat hoc quod dicit, baptizatos omnes Christum induisse. Aequum ergo est, vt non nobis, sed Christo viuamus, vt Christi vestigijs sedulo instemus. Non tempsit indignos, tulit peccata nostra. Par itaque est, vt & nos alij aliorum onera portemus: Quoniam æque omnes miseri sumus, exules nimirũ, ad patriam cœlestem tendentes. Non video quare hic status & ordines alios alijs excellentiores esse ostendam, cum hoc alibi sæpe fecerim. Munia hic respiciuntur, non humana natura. Cęsar itaque quantum ad ecclesiæ dignitates attinet, tam est pontifice minor, q̃ luna à sole superatur.

Christiani pares ... arctiori vinculo ... [margin note partly cut off]

Si autem vos Christi, ergo Abrahæ semen estis, secundum promissionem hæredes.

Dignitatẽ fidelium pauci no[runt]. [margin note partly cut off]

Pauci sunt etiam fidelium, q satis Christianorum dignitatem perpendũt. In mũdo fumosæ imagines magnæ sunt admirationi, sed ignauis: sapiens generositatem ex animo & meritis hominis, & non ex immundo æstimat parentũ spermate. Dicit ergo stulto nobilistæ: Quid superbis terra & cinis, Ecci 10? Qui ex carnis gloria non ferocit, proximũ præ se non contemnit, neminem fastidit. Ille demũ vere nobilis, saluti suæ rite consulit, fauoremque & cultũ oĩm meretur. Reprehendimus Iudæos, q tantopere carnis Abrahæ splendore sese efferunt. Et si rem æqua lance libramus, Abrahæ splendorem Nini, Aeneæ, Alexandri magni, Agesilai, Pompeij & antiquorum omnium claritudinem atque stemma superare ipsi fateamur oportet, quippe cum omĩbus mundi regibus Abraham habitus sit Deus. Nunc cum Iudæorum illam vanam iactantiam rideamus, quare eodem morbo laboramus? Viderint Iudæi, an Abraham ratione natalium suorum patrisve sui Tharæ prædicetur? Nonne fides Abrahæ & eius obedientia in scriptura prædicatur? Efferant, iactent & ostentent Iudæi carnem & sanguinem Abrahæ. spũs Dei nostra est gloria, hoc duce, vestigijs inniti mur Abrahæ, Roma. 4. hoc rectore, opera Abrahæ facere conamur, Ioan. 8. Potest Deus de lapidibus excitare tales filios Abrahæ. Talis fuit Zachæus cum omni sua domo, Luc. 19. Quod Apostolus dicit Christum esse semen Abrahæ, intelligendũ de promisso semine Gene. 15. & 22. Non negamus Christũ etiam natum Iudæum, nempe de tribu Iuda. Salus ex Iudæis. Est hæc non parua Iudæorum gloria, sed nihil hic caro sibi potest placere, quia gloria ea solius est Dei, q etiam longe ante, vel in paradiso eandem gratiã promisit Adamo & Heuæ. Maxima differentia est inter semen promissiõis & carnis, inter Isaac & Hismaelem. Semen gratiæ vnum est Christus, de quo oraculũ extat hoc sacrosanctum: Ve hithbarchu bezarecha col goie haarets, hoc est, Et beatificatas se dicent in semine tuo omnes gentes terræ, Gene. 22. hoc est, genus humanũ peccato Adæ maledictũ, atque æternæ morti addictum, confitebitur Deum suũ redemptorem, in Dei filij incarnatione confidet se benedictionem patris cœlestis consecutũ. Nec ipsi Iudęi scripturam soluere possunt. Stat epangelia, hoc est, promissio (poterit non immerito vocari euangelion. conuenit eñ sensus, & alludunt inter se vocabula) Abrahæ facta credenti & obedienti. De hac epangelia, id est, promissione agit hic Apostolus. hanc item Petrus intelligit Act. 3. Nunc postq̃ Christius verũ sit Abrahæ semen, cũ secundum carnẽ, tum secundũ promissionẽ, nos qui in Christo baptizati sumus, qui Christum

gloria carnis nulla.

Christus natus Iudæus.

Semẽ promissionis oracula sua habet

Chrīanos Abrahę semen esse, scriptura p̄t ostēdi.

stum induimus, itidem veri Abrahæ filij sumus. & benedictionis promissæ hæredes. Dicis, vbi scriptura potest ostēdi, Christianos Abrahæ semen futuros? Respondeo, Gene.15. vbi dicitur: Co jhje zarecha, hoc est, Sic erit semen tuum, puta in tantā multitudine, vt stellæ cœli. Huc respicit Apostolus hic & Romañ.4. sed in epistola ad Roma. capite iam citato, amplificat hoc quod hic perfunctorie saltem attingit, nēpe Abrahamum patrē fore gentium multarum: qua de causa etiam Abraham est dictus, vtiq; non habens nomen inane & vanum sine re. Iudæi vna domus Iuda & Israel, nō possunt dici multæ gentes, nec item dici possunt omnes gentes. Cognobile itaq; factum, nos qui Abrahæ fidem tenemus, Abrahæ esse genus, non carnis, sed promissionis, & hæredes benedictionis, per Christum Iesum dominum nostrum, cuius nomen est benedictum in secula seculorum. Amen.

Abraham pater gē tes ita vocatur.

IN FESTO EPIPHANIAE DOmini, Esaiæ LX.



Vrge, illuminare Hierusalem, quia venit lumen tuum, & gloria domini super te orta est. Quia ecce tenebræ operient terrā, & caligo populos: super te autem orietur dominus, & gloria eius in te videbitur. Et ambulabunt gentes in lumine tuo, & reges in splendore ortus tui. Leua in circuitu oculos tuos, & vide: omnes isti congregati sunt, venerunt tibi. Filij tui de longe venient, & filiæ tuæ de latere surgent: tunc videbis & afflues, & mirabitur & dilatabitur cor tuum, quando conuersa fuerit ad te multitudo maris, fortitudo gentium venerit tibi. Inundatio camelorum operiet te, dromedarij Madian & Epha. Omnes de Saba venient, aurum & thus deferentes, & laudem domino annunciantes.

PRAEFATIO.



Ocus hic varie à varijs est intellectus. Sunt qui accipiāt de aureæ (nescio cuius) & gemmeæ vrbis Solymorum tempore, in quo infelicitas omnis extincta, cedet locū dexteritati & voluptati. Chiliastæ heretici ab hoc sensu procul non absunt. Error ille olim explosus, indignus qui rursus cōdemnetur: quippe q crassior sit, q̄ vt opus habeat aut iudice aut vindice. Sunt qui intelligendū dicunt de feliciori Iudæorū statu eo, qui captiuitatem sequebatur Babylonicam. Sed & eorū deliratio obscura nō est. nihil eñ eorum quæ hic prædicuntur, factum est, tempore eo, quo tunc e postliminio Iudæi in Palæstinā ex Chaldæa redierunt. Sunt etiam qui intelligant de nouissimis temporibus illis, quæ diem supremum præcedent. Sed sensus ille nihil intelligentiæ habet spiritualis: vappa est, non vinum. vnde etiam tanquam raucidus merito reijciatur. Veteres Rabini meliori sensu de aduentu Messiæ intellexerunt. in hoc saltem hallucinabantur, q; putarent hæc omnia secundum literam futura. Catholici sic sentiunt. Præuidit Esaias ecclesiam catholicam, ex paruula & contemptibili origine, in gloriam immensam fore exaltandam: adeo, vt gloria synagogæ huic collata, obscura plane & nulla sit apparitura. Circuncisos, Dei peculium solos non permansuros: venturas eñ ex oriente & occidente gentes, & in sinu Abrahæ recubituras. Gentium eam vocationem idem propheta alibi fere in hunc modum prædixit cap.43. Summa itaq; huius lectionis, est ecclesiæ maiestatis declaratio. Lectionem nunc ipsam videamus.

Vocatio gentium celebris et apud prophetam.

Surge, illuminare Hierusalem, quia venit lumen tuum, & gloria domini super te orta est.

Surge, synagogæ gremium relinquēs: surge, quæ sub Mosis vmbra recubas lenta: surge, præstantius te manet gremium & quietis torus. Synagoga quæ fueras, fies ecclesia. Domina nimirum eris, quæ fueras famula. De ciuitate istac Dei, ecclesia puta vniuersali, propheta regius item præclara multa vaticinatur psal.86. Venite ad me,

Surgere & illuminari synagogā, ad quid iubeat propheta.

me, ait Christus, qui onerati estis: ego refi ciam vos, hoc est, qui legis onere suppressi estis, euangelij consolatione resurgite. Illuminare, illuminandam te exhibe, illuminationi obicem ne ponas, aditum luci ne claudas. Ecce tibi lux tua fores pulsat. Oriens ex alto, sol iustitiæ adest. Lux ea vita est hominum, adest. Tu Hierusalem admoneris, vt hanc lucem recipias, quia de luce ea nonnihil audisti. Lucerna pedibus humanis est lex Dei. Sapientia Dei, lux est indeficiens: nam & docti fulgebunt eius lucis maiestate, tanquam splendor firmamenti. Te ergo compello o Hierusalem, te exhortor, te obtestor. Surge, illuminare, quia venit lux ea tua, de qua tot habes prophetarum oracula, tot visionum typicarũ mysteria. De luce ea vides Ioan. 1. E tenebris ad lucem eam vocati sumus omnes, 1. Pet. 2. Ego sum lux mundi, Ioan. 8. Item, Ego lux veni in hunc mundũ, Ioan. 12. Itẽ, Qui sequitur me, non ambulat in tenebris, sed habebit lumen vitæ. De stella huius lucis vide Matth. 2. Huius lucis radius erat Ioannes Baptista, huius radij lucis itidem erant apostoli omnes, sunt & in lege Dei religiose ambulantes vniuersi vere fideles. De luce istac vide Matth. 28. Luc. 2. 24. Act. 9. 12. 22. 26. Lux ea dicitur iustitiæ, quia purificat cor, quia perficit, quod orditur bonũ omne. Hoc est quod propheta vocat hic gloriam dñi. De gloria hac dñi, plurima vides Esa. 40. De gloria hac templum implente, pluribus identidẽ agit Ezechiel. Hæc impleuit tabernaculũ, Exo. 40. Montem Sinai, Exod. 24. Templum, 3. Reg. 8. Sinai mons, tabernaculum & templum, significant ecclesiam, in qua potissimũ claritas renidet Dei. Vmbra synagoga, lux ecclesia. Vidimus, ait euangelista Ioannes ca. 1. gloriã eius, gloriã quasi vnigeniti à patre, plenũ gratiæ & veritatis. Vide Philip. 2. 2. Thess. 1. Per Christum clarificatus est etiam ipse pater. Ego, inquit, non quæro gloriam meã, sed honorifico patrem meum. Dicitur ergo & gloria patris, & sapientia diuina. Apud philosophos nonnihil de istac inuenias Dei sapientia. Poetæ Palladẽ, Mineruã, Mercuriũ & Phœbũ deos fingẽtes, huius mysterij adumbrationẽ aliquam designauerunt. Dicit ergo:

Lux iustitiæ quæ.

Sinai mons & templi Sionis, quid significent.

Vnde nil maius generatur ipso,
Nec viget quidquã simile, aut secũdũ:
Proximos illi tamen occupauit
Pallas honores.

Huius æternæ sapiẽtiæ præclara encomia vides in libris sapientiæ Salomonis, Philonis, Iesu Siraci. Litera est etiam apud Iudæos, sed sensus est penes Christianos. Noluerunt illi surgere, cũ adhuc parũ lucis in illis esset, in ea ambulare recusarunt: percussi igitur cæcitate cordis, iuxta hoc quod illis Moses interminatus est, palpitant haud secus atq; cæcus in clara die. Faxit Deus, vt nos eorum exemplo cautiores facti, surgamus & in tanta claritate tantæ lucis, vt filij lucis in maiorem subinde claritatem ambulemus.

Quia ecce tenebræ operient terram, & caligo populos: super te autem orietur dominus, & gloria eius in te videbitur.

Perstat in metaphora tautologus. Dixit de lucis gloria, eã p oppositũ declarare hic incipit. Totus mũdus ĩ tenebris crassis, palpabilibus, & Aegyptiacis similimis peribit, quia non fecit illis taliter dominus Deus. Nusquam lux nisi in te & super te. Mirum, tantæ maiestatis solem, posse nisi vnam illuminare nationem: sed missionis hoc ita postulauit sacramẽtum. Non sum missus, ait, nisi ad oues tribus Israel quæ perierunt. Memphis, Damascus, Niniue, Babylon in regione pereunt vmbræ mortis, Aegyptus nihil nisi tenebræ. gentes canes immundi, indigni pane filiorum. Et quid talpæ & luci? quid noctuæ & soli? Solymi lucis illius erant capaces, præparati ad opera bona, iugo dominico assueti. Synagogæ, inquam, lux cœlestis non infrequens neq; insolens fuit: admonetur ergo vt sibi vigilet, vt sibi prospiciat, ne tantã gratiam datam gratis, sua culpa amittat. Exhortatur, vt abiectorum ethnicorum exemplo cautior fiat. Gloria synagogæ fuit legis, qua ab ethnicorum liberabantur ignorantia: sed tanta lux ea non fuit, vt eius beneficio filij Israel in faciem Mosis intendere potuissent, quia lex saltẽ euangelicæ claritatis fuit ænigma. Maior est splendor ecclesiæ. Lux siquidẽ ea, per gratiam Dei eam quæ nobis contigit in baptismo, irradiat in cordibus nostris præclarius, q̃ sol, luna & stellæ in firmamento cœli. Lux mea, ait sanctus Laurentius, tenebras non habet vllas. Lux ea, cordium nostrorum tenebras excludit. Lux siquidem sumus in dño, in quo nulla est obumbrationis vicissitudo, 1. Thess. 5. Ephe. 5. Iaco. 1. Sed necessum est vt in luce ambulemus, 1. Ioan. 2. Quare Turcica gens & aliæ infidelium nationes, de mysterijs regni cœlorum nihil norunt? Quia Christus cordibus eorum nondum illuxit. Hierusalem externa terrena deleta, Turcis facta est tributaria: ne quis credat, solem iustitiæ promissum illi nationi. Iam apparet promissum ecclesiæ, Solymis spiritualibus.

Maiestas solis iustitiæ, q̃re nisi Israeli sit ꝓmissus.

Lux gloriæ dei, nõ ꝓmissa solum terræ Canaan indigenis

Nusquã ergo lux, gratia, pax, veritas, salus &c. q̃ in sola ecclesia: extrà, nihil nisi perire, cæcutire, & errare. Obserua, lucem & dominũ, esse vnũ. Ioan. 1. dicit, Verbũ erat Deus: idem verbũ quod Deus est, lux intercedit, vita item existit hominum. Simili modo & propheta, quã primo lucē appellauit, statim dñi vocabulo dignatur, dicēs: Super te aũt orietur dñs. Non hic generale & appellatiuũ intellige nomen dñs, sed propriũ hoc tetragrammaton. Dominus verus vera lux, idq́ȝ propriè: qa est lux hominũ & vita Deus, Ioan. 1.

Dñs aliqñ significat nomē tetragrãmaton.

Et ambulabunt gentes in lumine tuo, & reges in splendore ortus tui.

Explicat hoc, quod suprà attigit, de gētium vocatione. Deus vniuersorũ dñs, vniuersorũ etiã lux existit. Dicit ergo Esaias, ethnicos in hoc splēdore tanto gressus suos fixuros. Sanctus Simeon ex hoc loco vocat sotera lumen reuelationis gentium. Facit ad hoc, quod suprà dixi de ecclesia. Granum sinapis, bone Deus, in quam arborem succreuit? volucres cœli sub eius vmbra quiescunt, Matth. 13. Lapis in ingentem montem abijt, Danie. 2. Obseruãda veritas Hebraica, in qua nomen ciuitatis Hierusalem non exprimitur. Græci interpretes, qui caput hoc ordiuntur, Photizu photizu, illuminare illuminare, addũt Hierusalem, iuxta mentem prophetæ. Hebraica quoq; veritas cum affixis suis omnibus ad fœmininum genus respicit, ne quis dubitet aut de Solymis, aut de Sion monte, aut de tota Israelitica intelligendũ gente. Nomen vero non addit aut vrbis aut Palæstinæ, ne videatur ecclesia in vnum angulum orbis esse conclusa. Et quid ciuitati & terræ, cum luce quæ dominus est, cum sufficiat & vrbi & terræ lux firmamenti? In præcedenti clausula dicitur, Super te orietur dominus. Videns animaduertit populi Israelitici ingratitudinem, qua in luce ea, quæ dominus est, ambulare recusauerunt. Prædicit ergo gentium vocationē, vt eos ad æmulandum prouocaret. Apostolus simili zelo etiam dicit ex psal. Deut. 32. Ego ad æmulationem prouocabo vos per gentem quæ non est gens, & per gentem stultam ad iram commouebo vos. Zelum eum gētibus primo fuisse, certum est. Filius qui prius laborem paternum subire recusauit, postea pœnitentia ductus, negligentiam diligentia expiauit: filius alter, qui patri operam suam verbis pollicebatur, promissi immemor, manum operi nō admouit. Vltimi fiunt primi. Regnum cœlorum vim patitur. Videamus cessatores socordes, quid nobis dicat scriptura Roma. 11. Ne efferaris animo, sed timeas. Apoca. secundo: Amouebo candelabrum tuum de loco suo. Videamus quid quibusdam ecclesijs contigerit. Nisi pœnitentiã egeritis, ait dominus, omnes peribitis.

Lux ineffabilis & incircunscripta, nō debuit in vno septo obstringi terræ Chanaan.

Leua in circuitu oculos tuos, & vide: omnes isti congregati sunt, venerunt tibi. Filij tui de longe venient, & filiæ tuæ de latere surgent.

Prosopopœia prophetis iuxtà atq; poetis frequens est. Facit enim plurimum ad emphasin. Ciuitas oculos quos attolleret, non habuit: vides itaq; prophetam figurate maxima vehementia alloqui synagogam: immo etiam ecclesiam. Aemulationem excitare conatur. Sensus est, Ecce omnibus turbatur agris, vndiq; ex nationibus accurritur, regnum cœlorum vi arripitur, violentiam patitur. Concursus ille moneat, fideiq́ȝ te admoueat. Prophetia sese declarabit. Ipsa stupida, tantarum rerum successum miraberis. Tanquam fulgur dies ille veniet. Deus manifeste veniet, & nō silebit. Stella ducet Magos. Spiritus sanctus succlamitare faciet Hebræorum pueros, mare & venti obedient. Deniq; ipse spiritus malignus coactus, Iesum Nazarenum filium Dauidis atq; adeo Messiã confitebitur. Vide ergo, sis tibi vigilans, ne in æternam mortem obdormias. Filij tui, ait, venient tibi. Venient autē ad fidei vnitatem. venient conferre tecum. Veniēt de longe, à longinquo orbe. magnum chaos inter fideles & infideles. Non conuenit Christo & Belial. Filiæ tuæ de latere surgent. Claudi & cæci inducuntur, immo etiã coguntur intrare. Sensus est: filiæ tuæ adducentur, haud secus atque nutrices in mammillis dependentes baiulant pueros. Mollius aliquanto est genus fœmininum: quod propheta delineat, dicens, Filios vltro aduolitaturos, tanquam agiles & valídiores: filias vero adducendas, tanquã fragiles. Ecclesia fragilium rationem semper habet. Væ qui scandalo afficit vnum de pusillis. Vtinam attendant hoc deuoratores hominum Nemroithicum genus fastuosum. Et qui spirituales sunt, ne insolescãt: qui stant, ne sibi placeant, infirmos & prostratos ne præ se contemnant. Propter infirmos venit medicus, & seruũ suũ humi iacentem erigere potest dominus. Et si iacet, domino suo iacet.

Gentium vocatio nē manifestã fore ppheta pdixit.

Gentium vocatio partim erit blanda, partim violenta.

Cæte-

Cæterum etiam donum suum habet vnusquisq;. videamus vt suam pecuniam q̄sq; sedulo expendat ad amplam domino suo corradendam vsuram. Hoc vult hoc loco propheta, dicens filias de latere surgere, hoc est, in latere adduci, foueri. Secūdum Septuaginta legere poteris, filias sup humeros baiulandas atq; adferendas. Obserua etiā hoc loco vocabulū ecclesiæ adumbrari, Congregatio, collectio, corona &c. Ex pluribus quidem constat ecclesia, barbaris puta, Græcis, Latinis, Hebræis, pueris, senibus, dominis, seruis, masculis, fœminis: non genus, non conditio aditū regni cœlorū obstruit. Refert saltem, in fide & obedientia vnanimes simus. Propheta coronā eam vocat Kabats, Septuaginta appellant Synaxin. Dicūt enim Synegmena, hoc est congregata. Alibi etiam vocāt ecclesiam, de cuius vnitate & maiestate iā dicendi locus non est. Populorū aduolitantium multitudo, secūdum Hieronymum, Acto. 2. videri potest. Hodie in magorum triumq; regum & sacerdotum orientaliū aduentu incepit, & indies perficitur. Verū ne quis currat viæ nesci⁹, Solymas currēdum sibi nouerit. In Sion lex, in Solymis verbum domini. Sion & Solymæ nō terræ Palęstinæ, sed ecclesiæ catholicæ, orthodoxæ, apostolicæ, Romanæ, matricis. E petra ea, vt idem propheta alibi dicit, sumus excisi, ibi periodus nostra, illuc nobis intēdendum. Sectarum nomina Christiano homini debent esse execrabilia. hæretico homini Aue non dicendū. Schismaticorū conuenticula non minus auersanda, q̄ inferni præsens faux & chasma.

Ecclesia ex pluribus constat.

Ecclesiæ nidus ob laudāda.

Tunc videbis & afflues, & mirabitur & dilatabitur cor tuū, quando cōuersa fuerit ad te multitudo maris, multitudo gētium venerit tibi.

Propheta noster pergit omni genere & modo Hierosolymitanam ecclesiā cōsolari. Dicit, tute videbis: sed non videbis ipsa tu solum, verumetiam videberis irradiata & resplendens. Als denn wurstu sehen, vnd scheinen. Obserua verba, signa mysteria. Canes cæci hæretici non vidēt ecclesiam, cum nihil sit ecclesia illustrius. Non ciuitas in montis vertice sita, non vinea in latere montis plantata, tam est conspicua, atq; ecclesia catholica. Lucet enī sole iustitiæ irradiata. Olim solus Christianus inter millia multa poterat disnosci. Quis ergo hodie non cernat vniuersitatem fidelium, eandem fidem, eadem sacramenta, easdem disciplinas habentem?

Synagogæ cōsolatio fuit vaticiniū de vocatione gentium.

Hic locus potissimū pertinet ad ecclesiæ profectum & auctus. Angulus mundi est Palæstina. finitus numerus est duodecim tribuū, primitiæ sanctæ, radix sancta. Sed nihil ad plenitudinem eam, qua totus mūdus, vniuersus orbis, vna Dei fiet domus & templum, quando filij eius excedent stellas cœli & numerum micarū arenæ, quæ est in littore maris. Iam cor tuū angustum est, gratiam Dei iam arctas: tunc vero dilatabitur cor tuum, tunc senties ampliter de bonitate Dei, tūc afflues & miraberis. Multitudo maris & gentium veniet tibi. Vniuersæ gētes venient tibi, tu matrix eris omnium: pedibus omnes in tuæ fidei ibūt sententiam. Tunc nō erit Iudæus vel Græcus, Ephesiorum secūdo. Tunc vna fides, vnus baptismus, quoniam & vnus est oīm Deus, Ephesiorum quarto. Vna domus, vnum templum, vnum corpus, oēs erūt, 1. Cor. 5. 10. 1. Pet. 2. 2. Corinth. 6. Tūc bos & vrsa vnà comedent paleas & cōmistum migma. Non Iudæus circuncisionē ostentabit, non ethnicum Iudæus propter præputium auersabitur. Nihil enim tunc nisi crucifixus omnia in omnibus, sufficientia omnium prædicabitur.

Audiamus verba prophetæ, attēdamus sacramēta Dei, ne simus animi pusilli & modicæ fidei, ne simus diffidentes. Defectio non conturbet nos, agamus pœnitētiam, reformemus status ecclesiæ, conculcemus omnem carnis pompam & gloriā, faciamus eleemosynam, redeamus cum Deo in gratiam. manus domini non est abbreuiata, poterit & ipse Saracenos & Agarenos, Turcas, Persas, & omnes schismaticos, ecclesiæ catholicæ reconciliare. Videant errantes ecclesiam reginam à dextris Dei, circundatam varietate: videant pulchrā, non habentem vllam maculā aut rugam: & vltro venient ad mundi gloriosam dominam, quam iam auersantur tanquam coinquinatissimam fornicatricem & adulteram. Abusus reformādos censeo, ipsam ecclesiam minime abolendam. Non audiendi noui euāgelicastri, schismatici fœdi, & hæretici pestilentes mali condupli catores: qui ita euangelizant, quasi euangelion Germania nunquam habuerit. Multitudo maris, multitudo gentiū, vtiq; etiam Germaniam compræhendit. Propheticum Chel goim, Europæ etiā partem continet. Habuit Germania suos deos, ęque atq; aliæ nationes. nullum tn̄ eorū habuit veniētib⁹ nouis istis ap̄astris. Christū filiū Dei coluit, mysteriū sanctæ trinitatis p̄fessa est, sacramētis ijs, q̄ totus mūd⁹ Ap̄lorū traditiōi accepta refert, cū alijs vtiq; natiōibus. Habuit & suos duces, principes,

Reformationē ecclesiæ etiā p̄monēt oracula p̄phetica.

Ecclesia Germaniæ vetus est, q̄d est contra nouos Euangelicastros.

cipes,comites & barones. Nullus est oĩm qui vllum habeat idolum,ad vnũ omnes ecclesiæ subscribunt Romanæ & apostolicæ.De Germania quoq; intelligẽdũ,quod dicit Hieronym⁹ de oraculo p̃senti, dicẽs: Quod quotidie videmus expleri,quando idololatriç errore sublato & persecutionis rabie,ad fidẽ & tranquillitatẽ Christi,Romani principes transeunt. Cessent ergo conturbare oĩa apostatæ calumniosi: pœniteant,& dignos fructus pœnitẽtiæ edãt: postea quidquid abusuũ est corrigant:superstitionũ zizania non iudicent saltẽ,sed & eradicent:& videbunt dñm eorũ inceptus prosperare,qui iam toti mundo fiunt fabulæ,& sibĳpsi graues.

Inundatio camelorũ operiet te, dromedarĳ Madian & Epha.Oẽs de Saba venient,aurum & thus deferẽtes, & laudẽ dño annunciantes.

Ecclesiã catholicã totũ terrarũ orbem repleturã p̃dixerũt p̃phetæ, q̃d est contra Lutheranos.

Non solum maris multitudo, & gentiũ maritimarum vis ad Solymarũ vnitatem perueniet.Oriens turmatim confluet.Inundatio orientalium affluet. Consolatur propheta pusillum gregem, dicens:Genus tuum,quod ex Deo natum est,(Ioan. 1.Act.17.)mire multiplicabitur.Non accedent vacui,munera deferent.Camelos & dromedarios opibus onustos secum adferẽt,adeo vt te plane sint operturi.Hyperbole est, qualis illa apud Maronem:

Et toto turbida cœlo
Tempestas telorum,ac ferreus ingruit imber.

Multum facit schema contra schismaticorum nęnias. Volunt schismatici,ecclesiam esse penes se:miseri nullam suæ ecclesiæ possunt ostendere traducem. Acephali, cauda & fæx mortalium, audent se opponere vniuersitati omnium,omnium seculorum,sanctorum,quorũ caput est Christus. Dicũt & caput suum esse Christũ:sed cauda fœda diaboli,non potest ostendere traducem colli,pectoris,& aliorum corporis Christi membrorum. Catholici possunt suam fidem ostendere traducis esse communionis sanctorum, vniuersorũ seculorum & omnium nationum. Huc respicit propheticũ schema.Non nouus mons Libanus, vniuersus orbis:Non noua Sion, mundus omnis:Non vnus Nigellus magistellus huius tempestatis, firmamentum ipsum stelliferũ ecclesiæ doctorum omnium. Non abortiuus vnicus, præferendus patribus vniuersis:nõ apostata salax,tot sanctis & religionis & omnigenæ potestatis insignibus anteferendus. Non hodie incipit ecclesia,quia in sanctis Magis,in apostolis, & in plenitudine gentium incepit compleri prophetia.Non Christi hæreditas incipit hodie.Neq; em̃ oratio Christi hodie exaudienda,nempe ea quæ est apud regiũ prophetam psal.2.Postula à me,& dabo tibi gentes hæreditatem tuã,possessiones tuas terminos terræ.Forte crucifixus ille,qui insidens asinæ Solymas venit, indignus qui in hac vita cum lachrymis exaudiretur:nunc eum apostata lanigero equo insidens,quatuor coæquales dromones post se trahenti,exorabit patrẽ,vt accipiat hæreditatem promissam.Vide pie catholice,quo nos nouũ euangelion perducat.Sed ad prophetã reuertamur. Midian siue Madian,Epha,Seba siue Saba,recenset atq; nominatim exprimit,q; in illis regionibus potissimũ iumentis talibus vtuntur homines.Habent hæ regiones sua nomina ab Abrahæ nepotib⁹ sibi indita.Madian filius siquidẽ Abrahæ fuit ex Cethura,Gene.25.Epha Madiani eius filius fuit, Abrahæ nepos,Ibidem.Seba item fuit filius Ioksan,filĳ Abrahæ & Cethuræ.Apparet itaque Saba siue Seba per Hebraicum Schin esse scriptum,in differentiam alterius nominis proprĳ Sebæ,eius qui fuit filius Cusch,de quo legis Gene.10.quod nomen Seba per Samech scribitur.Non hic requirimus Cusch,sed Abrahæ prosapiã, qua vero hoc faciamus ratione,inferius paulo edisseram.Psalmographus tã Scheba q̃ Seba mentionem facit in psal.72.Reges Tharsis & insulæ munera offerent,reges Arabum & Seba,hoc est,Scheba & Seba,dona adducent.Quod sic de rege Salomone dictum est, vt tamen in Christũ quoque exundet atq; respiciat. Christus em̃ omnium regum rex est,& finis omniũ figurarum & oraculorũ veteris legis omniũ.

Abrahæ nepotes multis regionibus sua dederũt nõia.

Reges Tharsis & insulæ,reges Scheba & Seba,maxima munera Salomoni attulerunt,vtiq; & Christo,puta sapientiæ om̃is fonti.Figura etiam fuit illa munerum oblatio,huius,de qua nos hic legimus,nempe ea qua omnis tribus & natio,omnia defert Iesu Christo Dei filio.Regina ea quæ ad Salomonis sapientiam videndam Solymas venit,e Scheba (quam Sabam vocamus) venisse commemoratur,2.Reg.10. Ad fidem historiæ item facit,q; regiones siue ciuitates Arabiæ, de quibus hic agitur,satis fuerunt felices,atque omniũ opũ eminentia nobiles.Poteris Arabas omnes vocitare, quippe q; ea regio Aegyptum & Palæstinam discernit. In Arabia est mons Sina siue Cassus.Præsertim vero de Arabia illa felici,hoc est,opulenta,habemus multa testimonia,etiam poetarum quale est illud Virgilĳ:

Solisq;

Soliſq; eſt thurea virga Sabæis.
Et illud:
Centūq; Sabæo Thure calent aræ.
D. Hieronymus de terræ Sabæorum laude hæc Maronis hemiſtichia citat in quæſtione hebra. Hieremias quoq; fatetur, eā regionem thure abundare. Idem dictionē Seba ſiue Saba, per Schin depingit cap. 6. Camelus Hebraicum, Græcum, Latinum & Germanicum eſt vocabulum. Dromedarios addit propheta, quod de pullis camelorum, ſiue de paruulis camelis, de cameliolis nimirum, acceperim. Hebræi vocant Bichre, Græci dromedarios ſiue dromades. Sunt iumenta ea ad curſum magis accommoda, quod etiam videre eſt apud Hieremiam cap. 2. vbi nos habemus, curſor leuis: quanquam in Hebræo genus habeatur fœmininum Bichra. Animalculū hoc fœmininum, cum adhuc adoleſcit, velocius eſt maſculis. Hieronymus in vita Malchi monachi, etiam huius beſtiæ facit mentionem, dicens camelos eos propter pernicitatem miram dici dromedarios. Idem dicit ſuper Eſa. cap. 21. Sanctus Cyprianus dicit, Magos huiuſmodi animalibus vſos, Solymas veniſſe, & tantum itineris in tam breui temporis ſpatio confeciſſe, ſtella præuia. Eius verba ſunt: Dromadis inuecti &c. Regionū exploratores dicunt, ſelectis & præſtantioribus camelis, dromedarijs ſcilicet, aromaton omne genus Chairum, iuxta Nilum vehi. Sed e tanto diuerticulo nunc ad Abrahamum (q̄d pauloante promiſi) reuertar. Quid? Nonne pulchrum, Abrahæ proſapiam hęc, vbi de Chriſto & de eius glorioſa ſponſa ſancta Eccleſia agit, in medium proferri? Nō myſterio vacat. Rogas quali? Reſpōdeo, eius, q vult in ſemine Abrahæ benedicendas omnes gētes. Item, Abrahæ & ſemini eius promiſſam gratiam regni cœlorum. Summa myſterij eſt, Abrahæ omnes liberos, hoc eſt, omnes nationes ad gratiam Meſſiæ accerſendas. Nam quantū ad carnē & ſanguinē attinet, Madianitę, Ephraitani & Sabæi, æque fuerunt filij Abrahæ atq; Iudæi. Lex Dei ſola diſcreuit īter hos & illos. Nunc itaq; cum litera legis per ſpiritum Dei ſit, tāquam infirma, antiquata, ſenſus vero legis & virtus eius contigerit gentibus, nulla inter Iudæos & gentes poterit eſſe differentia. Fideles omnes ſunt filij Abrahæ, Roma. 4. Item qui opa faciūt Abrahæ, Ioan. 8. Huc facit allegoricus ſenſus munerum. Hieronymus dicit, aurum

[margin: Camelus nomen linguari vocabulum.]

[margin: Abrahæ ſemen benedictio omnium gentium.]

ſynceram fidem, & thus orationē pij cordis ſignificare. Euangelij ſynceritatē purificantem cor, rite auro confert ſanctus Hieronymus. Aurum igne probatur, fides etiam ſyncera nūquam concidet: ficta tāquam vapor ſtatim euaneſcet. Oratio per thus ſignificatur, ſuffitus ille in acerris aureis ab angelis Deo in odorē ſuauitatis offertur. teſtis Theologus ſanctus Ioannes. Non remoror, quo minus etiam oblatio iſtæc munerum literaliter intelligať. Eleemoſyna per literā ſignificatur, communio bonorum, obedientia item adumbratur. Huius oblationis exemplum vide Acto. 2. 4. In omnibus fere epiſtolis eius itē exemplum habes. Apoſtolus ipſe, iuxtà atq; doctrinæ, huc ſacrificio tanquam præcipuo, apoſtolico officio inſtitit. Age igitur, q ſe vel eccleſiæ membrū, vel præfectum declarare vult, eleemoſynę operam nauet: ſic ſe agat, vt eleemoſynam eius cantet omis eccleſia ſanctorum. Magi, teſte Matthæo capite 2. munera ſua Chriſto obtulerūt. idē poſtea fecerunt fideles omnes, non modo Imperarores, principes & reges, ſed & ſancti pontifices & martyres, virgines, viduæ & continētes. Ditata eſt eccleſia, ſuppetit abunde quo ſuſtententur omnes eccleſiæ miniſtri, pueri ſtudioſi & quicūq; miſeri. Sed ecce tibi Simoni mago & Iuda Scariothi nihil eſt ſatis. Nihil dant hodie, ſed rapiunt omnes. In reformatores noſtrates quadrat, Reſiduū locuſtæ comedit bruchus, Iohelis primo. Satius eſt dare quàm accipere. Beatus qui excutit manus ſuas ab omni munere. Beatus, q ea quæ gratis accepit, gratis etiam diſpertit. Sed non ſufficit dare: oportet eleemoſynam charitatis igne feruere. Si omnia tua ſine charitate des pauperibus, & teipſum quoq; des, charitatē vero non habeas, nihil tibi prodeſt. Laudem domini annunciantes, addit hic propheta, quod ad charitatem referendū eſt. Qui charitate flagrat, dat hilaris, dat ſtatim, dat ſine murmure, dat cum gratiarum actione. Magi facti oblatores & euāgeliſtæ. Septuaginta legunt, Euangelizabunt. Iidem munera etiam gemmis adornant, quod etiam Latina verſio non habet. Vides qui veri ſint Euāgeliſtæ, nō garruli & homines loquutulei, ſed fideles, ſua dantes, & gratias agendo euangelizātes. Talia habuit eccleſia auſpicia, faxit Deus, nos ea imitando, Chriſti vera comprobemur eccleſia. Amen.

[margin: Munerū magorū Chro oblatorū ſignificatio]

[margin: Măgorū exēplum primitiuæ eccleſię patres ſunt imitati, noſtrates hodie imitatores ſunt Simonis Magi & Iudæ Scariothis.]

[margin: Eleemoſynam oportet charitate flagrare.]

IN FESTO PVRIFICATIONIS B. Mariæ, Malachiæ tertio.

Ecce

CCE ego mitto angelum meum,& præparabit viam ante faciem meam: & statim veniet ad templum suum dominator quem vos quæritis,& angelus testamenti quem vos vultis.Ecce venit,dicit dominus exercituum.Et quis poterit cogitare diem aduentus eius?Et quis stabit ad videndum eum?Ipse enim quasi ignis conflans, & quasi herba fullonum. Et sedebit conflans & emundans argentum, & purgabit filios Leui. Et colabit eos quasi aurum & quasi argentum.Et erunt offerentes domino sacrificia in iustitia. Et placebit domino sacrificium Iuda & Ierusalem,sicut dies seculi & sicut anni antiqui,dicit dominus omnipotens.

PRAEFATIO.

Ecclesia filijs suis bene prospexit.

Vàm bñ prospexit nobis plena Deo sancta mater ecclesia, in hoc ꝙ nobis etiã prophetica oracula cũ apostolicis epistolis proposuit legenda. Insanus, immo diabolicus, qui negare ausit, ante nostra hæc periculosissima omniũ tẽpora fuisse ecclesiã etiã in Germania,q̃ aliaꝝ ecclesiarũ habet testimonia.Ecce tibi ecclesia catholica est,q̃ & noui & veteris testamenti semꝑ vsa est scriptura,q̃ Christũ Iesum cõfitetur & p̃dicat.Quantũ ad p̃sentẽ locũ, ecclesia hic colligit tã Heliæ q̃ Messiæ aduentũ: quoꝝ alter est saluator,alter testis. Oraculũ usq; ad minimũ iota est adimpletũ.Facessant Rabini cæci canes,q claritatem fidei suis somnijs nobis obscuratã cupiunt.Frustra laborant,sibi malum cacãt. Quod factum est,infectum fieri non potest.Helias venit,Messias præcursorem suum est statim secutus iuxta Malachiæ vaticinium.ringantur & pereant miseri Verpæ,qui neq; euentui rei,neq; toti mundo credunt.Exitus declarat prophetarũ oracula. Aures habẽt Iudæi, sed nõ audiendi: qa obdurauerũt sua ipsoꝝ corda.Dñs Deus nobis Christũ filium Dei confitentibus, corda nostra ab huiusmodi malo custodiat,& aures audiendi clemẽter tribuat.

Heliæ & Messię aduentus p̃dictus.

Ecce ego mitto angelum meũ,& præparabit viam ante faciem meã.

Angelus Ioannes dictus Baptista.

Cuius sunt hæc verba?Angelus ille qs est?Christi sunt verba,Christi spiritus ea per prophetam est locutus.Angelus Ioannes est Baptista.Credis in principio fuisse verbum,Ioan.1?Credis neminem adscendere in cœlum,nisi filium hominis qui descendit de cœlo,in cœlo semper manentem,Ioan.3?non miraberis,Verbum olim esse locutũ in ore prophetarũ omniũ.Posuit Deus verbũ suũ in os prophetarũ.Deus verbũ erat in principio apud Deũ, hoc nimirũ verbũ,q̊d & caro deniq; est factũ. Huius verbi prodromũ Heliã hic propheta promittit,idq; ꝑ ipsum verbum:Ecce ego,inquit,mitto angelũ meũ,& p̃parabit viã añ me.Pueris catholicis notũ est,Ioannẽ Baptistã eũ fuisse angelon,& adimpletum esse oraculũ Matt.11.Marc.9.Accedit huc ꝙ & angelicũ eius rei habemus testimoniũ,nẽpe in virtute & spũ Heliæ ipsum sotera mundi p̃decessurum Luc.1.Veritas deniq; ipsa,hæc oĩa explanat Matt.11.Prophetæ verbis Chr̃s plane loquit̃.Et prophetæ verbis S.Marcus euãgelion suũ orditur:loca ibidẽ pleraq; ex Esaia,itidem de Helia p̃missis Heliæ verbis addens. S.Lucas itidem cap.3.verba propemodũ Malachiæ profert.Saltẽ hoc interest,ꝙ propheta loquitur in prima persona,nempe in persona Christi:euangelista vero loquitur in tertia persona,nempe patris cœlestis loquentis ad filium.Matthæus & Marcus habent,Ante faciem tuã præibit:propheta habet,Ante faciem meã.Septuaginta cũ propheta in prima loquuntur persona.Affixa hæc,parum faciunt ad rem:nec Rabini Iudæorum inde vllam sibi possunt arripere tergiuersandi ansam,cum vterq; sensus ad Christum,sine vlla controuersia,pertineat.In propheta loquitur verbũ de præcursore suo.In euangelio loquitur pater de prodromo verbi sui.Ioannes semestri temporis spatio Christũ antecessit, tanquã præcursor:fuisse tamen nostrum sotera ante se,ingenue fatetur.Ante Ioannem fuit q est principiũ.Diuinitate p̃cessit Ioannẽ, sed humanitate ipsum sequebatur.Mittens,misso prior non esse non potest. Angelus Ioannes dicit̃ simili ratione, qua & sacerdotes legis doctores, angeli dicuntur.Doctrina Ioannis erat angelica simul & vita.Exẽplo primo p̃dicabat,deinverbo.Vita cõprobauit verbũ, alterũ alterius est declaratio.Quid Chr̃o viã p̃parare sit,non solum doctrina verborũ Ioãnis,

Ioannes Christum præcessit, Christus ro añ Ioannem fuit.

sed

sed & vitæ eius exemplũ satis superq; elucidat. Beat⁹ q intelligit, & idipsum pstat.

Et statim veniet ad templum suum dominator quem vos quæritis, & angelus testamenti quẽ vos vultis.

Statim Heliã sequi Messias.

Obserua mutationem personarũ, prophetis omnibus peculiarem. Hic propheta loquit̃ de verbo. Sensus est: Statim Messias Heliam sequetur. Quamprimum hic veniet illi viam suam parare, confestim & ille aderit. Tarda molimina non feret effusa ea tanta gratia. Vix laterna parata, lux aderit, & faciet eam lucernam ardentem. Sine hac luce neq; lucerna esse potuit Ioannes. Verbũ em̃ omniũ hominum, & lux est & vita. Verbum hoc vbi incarnatũ fuerit, atq; annũ trigesimũ attigerit, in Hierosolymitanũ templũ descendet docere errantes & curare morbis laborãtes, Luc. 5. Matt. 21. Marc. 12. Luc. 21. 22. Ioan. 5. 7. 8. 10. 18. Statim, ait propheta. Statim hoc, pcipue est obseruandum cõtra infelices Iudæos, in Græcas calendas expectãtes. Audiunt & vident hic scriptũ esse, Pitheom iabo, Statim veniet: sed quæ eorũ est peruersitas, Statim, illi intelligũt aut post tẽpora & secula multa, aut nunquã. Statim, ait propheta Malachias: quia Christo alijs Videntibus, quãtum ad rationem temporis, erat vicinior. Non longe à seculo prophetæ dies ille institit dñi. Et dñs repente aderat. Ioannes munus suum docendi vix inceperat, & Christus sua gloria Iudæam omnem replebat. Hieronymus quoq; hoc loco Iudæorum prorogationem suggillat. Venire debuit tunc cum templum adhuc steterat. Antichristus nunc veniẽs, ne templi quidem vlla vestigia inueniet. De templo secundo, quod Zorobabel fundabat, nõ de spirituali, quod est ecclesia, hic dico. Neq; item propheta Christi nostri diuinitatem silentio præterit. Nam quod dicit, el hechalo, hoc est, ad vel in tẽplum suum, Messiam templi dominũ designat. Templi autem dominus cum nemo sit pter Deum, sequitur, Messiam vnũ esse cum Deo. Cui enim hominum Vates templũ Dei dedicauerit, contra Hieremiã & Esaiam, qui dicũt verbis Dei, Domus mea domus orationis vocabitur? Quod si Iudæus quispiam nobis obijciat prophetã nomine Adonai magno & ineffabili Messiam nõ appellare, sed vocare eum saltem Adon, nomine etiam regibus sacerdotib⁹ & optimatibus conuenienti: huic illi rursus dictionem ipsam Hechalo obijcio, nimirum templum suum. Hechalo hoc, quid

Statim q̃ re affore Messiã dicat propheta.

Malachias Chr̃o vicinior.

Malachias Chr̃m filiũ Dei designat.

Adonai nomen Messię cõuenire.

sibi Adon velit, satis exprimit. Hieremias item ait cap. 7. Hechal Adonai, hoc est, tẽplum domini Dei. Malachias non solum templum hoc secundũ, Zorobabelis puta constructionis, domini dicit esse Dei. facit & hoc Aggæus cap. 2. vbi dicit, Gloria tẽpli secundi, clarior erit maiestate templi primi, Salomonis puta, vel à Salomone ædificati. Quare autem secundi excellentior erit gloria? Certe propter aduentum temporalem & corporalem Messiæ, qui secundum Malachiam in templũ hoc voluit venire. Adimpleta quoq; est prophetia etiam tum, cum puer quadraginta dierum in templum est perlatus iuxta legem, quando virgo gloriosa instar humilitatis, in templum adscendit, iuxta cõsuetudinẽ legis purificanda. Dein & hoc loco vocatur Meleach habberith, hoc est, angelus testamenti, q̧ à patre cœlesti in hũc mundum sit missus. A meipso, ait, non veni. dicitur ergo missus, nuncius, apostolus, angelus. Cæterũ q̧ dicitur angelus siue nuncius testamenti, insinuat Videns, ipsum noui testamenti futurum autorem. Vetus itẽ angelorum ministerio factum est: nouum veteri præstantius, ipsum dominum autorem habet. Hiere. cap. 31. dicit: Berith hadascha, nouum fœdus, nouũ testamẽtum: quod verbum sane tollit & antiquat vet⁹. Hebr. 8. Per hoc quod dicit, nouum, antiquauit prius. Porro quod antiquatur ac senescit, in propinquo est vt euanescat. Vetus habuit sua sacrificia, boues & oues, passeres & columbas. Quanto filius Dei colũbis & ouibus præstat, tanto nouum veteri est dignius. Templum Hierosolymitanũ viuo templo Dei, homine puta, indignius viliusq; fuit: longe ergo vniuersali ecclesię cedet. Noui testamenti signo quotidie vtitur ecclesia, pane nimirũ angelorũ, carne & sanguine domini nostri Iesu Christi, Matth. 26. Luc. 22. 1. Corinth. 11. Postremo hic obserua, q̧ propheta dicit Messiã admodum venisse optatum. Repetitionẽ obserua atq; geminationem, Quẽ vos q̃ritis, quem vos vultis. Veniet desideratus omnibus gentibus, Aggæi 2. Vtinam disrumpantur cœli, & descendat Soter, Esa. 64. Maximam expectationẽ hic propheta duplicat, vt populum admoneat, vt accurate tempus aduentus Messiæ obseruẽt. Sed quæ carnis est nequitia, veniens Messias, paucos redemptionem Israel expectantes inuenit. Simeon & Anna prophetissa, verbis prophetæ admoniti, sibi optime prospexerunt. Hæc assidua in tẽplo pcabat, ille vt diẽ Messiæ videret, votis pijs obtinuit. Oderũt lucẽ noctuarũ oculi. De⁹ nouit suos. Supest aduẽtus Messię ad iudiciũ.

Tẽpli secũdi maior gloria

Angelus testamẽti quare dicatur Messias.

Messiã synagoga expectabat anxia, & ægre recepit.

ciũ. Vult nos memores eius diei iudex. Sed q̃tusquisq; est nostrũ, qui se ad eum diẽ fores pulsantem, satis diligenter componat?

Ecce venit, dicit dominus exercituum.

Haud ociose & hoc ingeminat propheta. Zacharias 9. ait: Ecce rex tuus venit tibi. Malachias quoq; iam, vt etiam suprà, dicit, Venit. Faciũt hæc tam ad excitationem, q̃ ad cõsolationem mentiũ. Ignauos spũs sanctus vult excitatos, dein anxios cõsolatione destitutos nõ vult. Suprà dixit, veniet, in futuro: hic dicit, venit, in præsenti. Quare autem hoc? Contra Iudæorũ vanam expectationem & rerũ vicinarũ atq; præsentium prolationem. Dictio Ba, tam præsens q̃ præteritũ tempus denotat. hoc sic videre est Ecc̃ 1. 1. Reg. 17. Septuaginta legũt, erchetæ, hoc est, venit, in præsenti. Venit in persona crucis, in præterito. Venit in gloria sua, in p̃senti. neq; em̃ dies illa lõge abest. Vtinam hoc ipsum nobis psuadere possimus. De vocabulo Zebaoth siue Sabaoth, alibi dixim⁹. Deo cõpetit, qa De⁹ fortis bellator, potẽs, oĩpotens. Vides prophetam sese exponere. Suprà dixit, venit in templum suũ, Messiam dñm templi declarans. Hoc ipsum hic fulcit atq; cõfirmat, dñm templi, dñm Sabaoth appellãdo. Iudæi solũ hominem expectãt, vtiq; mendacem atq; adeo diabolũ, qa omnis homo est mẽdax, & diabolus est mẽdacij pater. Nos supplices filiũ Dei, q veritas est, recipimus, & veritas ea nos liberos facit. Templũ hic (quod etiam suprà admonui) etiam ecclesiam templũ viuidũ & æternũ designat. Facit hæc cõsideratio cõtra schismaton autores, catholicos in ecclesiæ vnitate cõseruat. Deus in templo sancto suo: in hæreticorũ cõciliabulis diabolus. Efficacia spũs sancti operatur in ecclesia, extra ecclesiam operatur efficacia illusionis. Extra arcam Nohemi vt præsens fuit mors, ita extra ecclesiam certũ est perire.

Et quis poterit cogitare diem aduentus eius? Et quis stabit ad videndum eum?

Vaticinatus est Messiam certo venturũ, immo venire. Nunc ne quis maiestatem Messiæ dissimulando, aduentũ somniet aut obscurũ, aut mũdi gloria fumida pomposum, de aduentu Messiæ latius differit. Sensus est: Tametsi Messias supra captũ humanum sit comis, benignus, mansuetus, misericors & bonus &c. adeo vt eius aduentus adeo afficiat patres, vt nihil in votis habeãt præter illum, tamẽ pauci sunt q instar Simeonis aduentum eum tantæ maiestatis, nõ carnalis, sed diuinæ & spũalis, fore credent. Regũ huius seculi pomposi aduẽtus, terrori & stupori sunt sontibus. idẽ & eueniet vsu in tempore aduentus Messiæ. Cõtigisse hoc, historia fatetur euãgelica. Magis orientalibus Solymis dicẽtibus, se nati regis Iudæorum stellam in oriente vidisse, cõturbata est tota ciuitas cũ rege Herode. Venite, ait, ad me om̃es q laboratis & onerati estis: ego reficiam vos. Item, Filius hominis venit seruare quod perierat. Sed nec sic est receptus. Ex his oĩbus apparet, q̃ aduentus eius secũdus formidabilis sit impijs oĩbus. Nequitia carnis egregie horrorem eum dissimulat, sed exitus acta probauerit. Vita quoq; & om̃is nostra conuersatio nõ mentitur. Verba fallũt, opera nõ itẽ. Aedificatur, rei vxoriæ indulgetur, immo etiam libere scortationi opera datur, cuticulæ cura impenditur, auro & argento inhiatur. Hæc tota est & sola omnium conuersatio, adeo vt etiam templa sint facta theatra. Hic an quisquam diem iudicij credat & expectet, ego nõ video. Primus aduentus in carnem, etiã angelis erat stupendus, Haggei 1. & 2. Angeli obstetricum vice Mariæ aderãt puerperio, concinẽtes gloriã Deo. Mundus vero suis deditus rebus, talia Dei mysteria nihil fecit. Neq; em̃ duobus dominis mundus seruire potuit. Non culpa Dei, sed humanæ nequitiæ & malitiæ. Neq; em̃ propheta aliqd hic de posse aut nõ posse, dixit. Neutrum horũ etiã apud Septuaginta leges. Sic habent verba Malachiæ: Vnd wer ists der da außharret den tag seiner zukunfft? Vnd wer ists, der da stehet wan er sich sehen lassen wirdt? Hoc est, Quis est q præstolabitur perseueranter in die aduentus eius? Et quis stabit, cũ se videndũ exhibebit? Nullũ hic nicht kunnen, non posse. Mihi quoq; videtur tutius esse, hoc non posse hic omitti, cum q ipsum apud prophetã non habeatur, tum quod Manichæanæ hæresi translatio ea seruire videatur. Vulgi ignauia statim vbi in scriptura aliqd laboriosum atq; difficile humanis viribus repererit, statim impossibilitatem inde colligit. Cæcis ergo offendicula talia crassa, quæ scriptura non habet, scripturę non sunt immiscenda. Simeoni, Annę prophetissæ neq; durum neq; impossibile fuit, Christi videre p̃sentiã. Apostoli quoq; dicũt: Quo ibimus dñe? verba vitę habes. Cæteris sermo dñi fuit durus. Vides qua maiestate dñi aduentus sit plenus. Mundus non auersatur pompas: immo quo magis vana sunt spectacula aulica & theatrica, hoc magis corda hominũ oblectãt stupida. Saltem gladius, q fontes ple-

Messię aduẽtus humilis non facit ad mundi fastum.

Messiæ recep minis suspend pa.

plectuntur, in magistratu nocentes abominantur. Christi aduentus, nihil mundi vanitatis præ se ferens, mundo non potuit non esse ingratus. Præuidit hoc propheta. dicit ergo: Iam sesquipedalibus verbis oẽs aduentum Messiæ vocatis. Nihil iam nisi, Vtinam veniat, Vtinã veniat, vndiq; auditur: sed cũ venerit, qui eum tunc recipiet, vix erit vnus atq; alter. Hoc est, quod & Simeon dicit Christum positũ in ruinam & in resurrectionem multorũ in Israel, Luc. 2. Hebraicũ cicol, Hiere. 20. in eo significatu accipitur quo hic positũ. Aliàs significat conseruare siue seruare, puta cibo, supperijs, armis, cura &c. Gene. 47. 2. Reg. 19. 3. Reg. 18. Sequitur:

Ipse enim quasi ignis conflans, & quasi herba fullonum. Et sedebit conflans & emundans argentum, & purgabit filios Leui. Et colabit eos quasi aurum & quasi argentum.

Ioannes prodromus Christi, ęque mũdo fuit inuisus, quia dulcia non prædicauit more hæreticorũ, aulicus adulator nõ fuit. Hic primo mentionẽ facio anteambulonis, ꝙ & propheta eum seruet ordinem. Primo (vt ordinem à propheta obseruatum explicem) prodromũ Messiæ aduentum antecessurum prædixit. Secundo, Messiam statim secuturũ, atq; in templum ipsum, quod Solymis in terra Palæstina erat, venturũ denunciauit. Tertio, aduentus eius maiestatem insignem declarauit. Quarto, hoc loco elucidat, quidnam in ea via, quam à suo prodromo sibi paratã habeat, sit facturus. Quinto, quod & quale discipulorũ eius sit futurũ officium, designat. Nouissima duo pręsens locus habet, de quibus postea dicemus. S. Lucas etiam eo ordine euangelicæ historiæ filũ prosequitur. Primo siquidẽ de Baptista agit Ioanne, Secundo Christi natiuitatem gloriosam describit, Tertio doctrinã & exemplum Christi memoriæ tradidit. Interim itẽ Chri discipulorũ vocationẽ, & eius vocationis causam, explanat. In Actis item ecclesiæ exordia & auctus, fidem & cõuersionem rudius & (quod aiunt) planius describit. Propheta (vt ad textus expositionẽ veniam) hic Christũ confert igni conflatorio: quod certe carni iucundũ non est. Sic neq; iucundũ est carni, ꝙ Ioannis officiũ fuit, colles & editiora quæq;, aspera item & inuia, dissipare, & in viam planam redigere. Ignis expiatorius ille Messias, nõ erit (iuxta prophetam) ociosus. vehemẽtia eñ sua absumet omnẽ auri & argenti impuritatem, sordes & terræ fæces. Dein etiã herbæ fullonum Messiam assimilat. Comparatio & istæc dura. Septuaginta vocant Poan, Hebræi Borith, lanæ & vestibus laneis expurgãdis commodam. Atqui eam herbam, eo modo quo Dioscorides & Macer herbarũ describunt formas, loca vbi felicius proueniunt, & hoc genus proprietates, nullus adhuc præter Hieronymum, est prosecutus. Super Hiere. cap. 2. dicit herbam esse terræ Palæstinæ, loca humida & florida amare, virtutem habere expurgandarũ vestium & lanæ instar nitri, quod Hebræi vocant Nether. Nitron aiunt esse genus aluminis. Prouer. 25. etiam de hac herba fit mentio. Scabiosi lixiuium auersant. mundus quoq; in maligno positus, expurgatoriũ ignem eum & herbam fullonariã non expauescere non potest. Atqui verus omnis medicinæ autor, nõ fictus ille Apollo Latonæ filius, sed Iesus Mariæ virginis illibatæ proles, salus vera omniũ fidelũ, videns inustum virus serpentis antiqui alia via non posse ex hominis anima repelli, tã acerbitate ignis atq; nitri nos voluit curare, atq; olei & aquæ lenitate. Hic qui malũ suũ cognouerunt, facile sibi persuadent, vt faciant hoc quod poeta dicit:

Vt vitam redimas, ferrũ patieris & ignes:
Arida nec sitiens ora lauabis aqua.

Christus ignis conflatorius & herba fullonaria, ergo mũdo inuisus.

Aegrotis suos morbos agnoscentibus, medici aduentus (bone Deus) q̃ fuit iucũdus? Insanis vero nemo magis est odiosus, q̃ qui illis mederi conatur. Medicus & episcopus animarũ nostrarum, præcipue vult nos regenerari. Nisi, ait, quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, nõ poterit intrare in regnũ cœlorũ. Renouatus vero est qui dicit: Non iam ego, sed in me viuit Christus. Potestas illa fiendi filiũ Dei, non est carnis voluntatis, neq; potestatis sanguinis. Spiritus sanctus per verbũ & aquã regenerat, musto cœlestis virtutis inebriat, audentesq; & constantes facit, Act. 2. Atq; hic est ignis conflatorius & herba Borith, de qua agimus. Ignem illũ venit Christus mittere in hunc mundũ. Hic item est gladius, quo habemus occidi & reparari. Hæc herba fullonaria, hæc expiatio, mors & resuscitatio. Sed ad prophetam reuertamur. Perstat Videns in parabola, dicens angelon & mediatorem eum noui testamenti, sedere conflatorem, atq; adeo expurgatorem auri & argenti, Leuitici præcipue generis. Putum purũ & obryzum vult aurũ, ab omni sorde scoriarũ expurgatũ. Nos, quatenus Christi sumus instrumẽta & vestes nuptiales, igne & herba Borith emaculat. Diximus ignem & herbã esse spiritũ & aquam: nunc addo labores & crucẽ, disciplinas & patientiam. Requirit ad hoc no-

Ignis quẽ dñs venit mittere in terras, spiritus ẽ & aqua.

Ignis quẽ dñs mittit, labor est & crux

nostram voluntatem, quā nobis liberam dedit. Neq; enim sine nobis nos purgare vult. Age catholice, caue sis aures sirenibus nouis euangelicis tribuas. Vide ne euangelio nouo solius fidei capiaris. Blandicella hæresis, sed ecce euangelion catholicum, prophetarū oraculis satis firmatū, ad disciplinas, ad obedientiā, ad labores & ad crucem nos vocat. Apostolus quoq; ad arenā & ad stadiū nos prouocat, brauiū strenue currenti promittens. Filios Leui pcipue hic expiandos dicit. Sic luceat lux vestra, dicit suis apostolis præcipue etiam saluator. Salis est, omnia alia sua acerbitate condire. quod si sal fuerit infatuatum, nullus eius vsus esse poterit. ejiciendū saltem est foras, & pedibus conculcandum. Sacerdotij maxima dignitas, sed ad dignitatē talē requirit etiā pcipua sanctitas. Tribū Leui ppheta hic ratiōe dignitatis præcipue profert, in ea alias omnes intelligendo. Erant enim omnes ex æquo sacerdotium sanctum. Nos quoq; cum (teste Petro) simus regale genus & sacerdotium sanctum, clibanum eum purgatorium, conflatorium eum ignem intremus, velle nostrum conflatori offeramus. Fili, ait, cor tuū præbe mihi. Cæterū bonorū nostrorū non indiget. Nos, nosipsos vult, non nostra. Nos sibi creauit, nos sibi redemit, omnia nostra nobis dat, ne illi nos subtrahamus inficiatores, & nostra culpa pereamus, qui eius gratia saluari possumus. Sed & hoc sacerdotes sibi ecclesiæ habeant persuasum, prę cipuam se Deo debere religionem. Amplum decus sacerdotij, auctū postulat meritorū amplum. Hic subit nobis apostoli Germanici catholici S. Bonifacij. Dicere solebat, olim sacerdotes aureos & calices ligneos ecclesiam habuisse, calices vero aureos & sacerdotes ligneos sui temporis ecclesiam vidisse. Quid diceret, si iam psens cum præsentibus ageret?

Filios Leui pcipue expiādos prædixit Videns.

Eulogiū S. Bonifacij.

Et erunt offerentes domino sacrificia in iustitia. Et placebit domino sacrificium Iuda & Ierusalem, sicut dies seculi & sicut anni antiqui, dicit dominus omnipotens.

Quinta pars præsentis lectionis, agit de exercitio fidelium, puti puri, vestium nitro elutarum. Huc pertinet hoc Esa. 1. Excoquam ad purū scoriam tuā, & conferā omne stannū tuum, & restituā iudices tuos sicut fuerūt prius, & consiliarios tuos sicut fuerūt antiqtus. Post hæc vocaberis ciuitas iusti, vrbs fidelis. Odit spūs sanctus oēm figmentū disciplinæ. excoquenda itaq; est omnis hypocrisis, iuxtà atq; hæresis & flagitia crassa. Adulterata displicent veritati, imitatia omnia & electrina conflator non perfert. Populū vult perfectū, sectatorem syncerū operū bonorū, pollentes fide vera, spe firma & charitate nō ficta. Sanctus est, sanctos vult suos esse ministros. Sāctificatio nostra, eius est voluntas. Neminē puto esse, qui nesciat quæ nostra esse debeat oblatio. Non legis hic sacrificia vatem intelligere, certū est ex Esa. 1. & 66. Itē Amos 5. &c. Longe ergo aliud intelligendū hic sacrificiū, nempe hoc, cuius Dauid meminit psal. 49. Sacrificiū laudis. Item iustitiæ, psal. 4. Spūs contriti & humiliati, psal. 50. Breuiter, sacrificium hic significari credas totius nostri corporis & animæ, totius mentis, animæ, & viriū omniū nostrarum. Huius oblationis meminit Apostolus Roma. 12. Superest etiam adhuc oblatio, quæ ecclesiæ potissimū debet esse frequens, nēpe eleemosyna, quam Apl̄us nobis fere in oībus commēdat epistolis, & quā expresse sacrificium vocat Philip. 4. Apostolus Petrus 1. cap. 2. de spūalibus agit sacrificijs, procul dubio hæc significans. Quale sacerdotiū, tale sacrificiū. Christiani nō sunt immundi victimarij, sed qui se expurgant ipsos ab operibus mortuarijs ad seruiendū Deo viuenti. Non hic sacrificiū iuge ecclesiæ tollimus, qm̄ in eo oīa alia cōpræhenduntur, & inde oīa efficacia reddunt. Vnde etiā omniū fere nominib⁹ vocitat. Oratio est sacrificiū. Missa est oratio, Eleemosyna est. Missa est agape. Mortificatio & omnigenū disciplinarū obseruantia, oīm virtutū opera bona sunt sacrificium. Missa hæc exprimit omnia. dicitur ergo lithurgia, sacrificiū laudis, siue eucharistia, communio siue synaxis. Hoc est Christi veram carnē & sanguinē sumere, in Chr̄o manere. De hoc sacrificio perenni vides etiam agere Malachiā prophetā cap. 1. Quod si in vite palmes manserit, expurgatur & fœcunda pubescet. Sic em̄ nihil operis boni faciemus, nisi subinde in Chr̄o manentes, eius preciosa carne & sanguine sacrosancto nos recreauerimus. Vides quæ & quāta sit Missæ sanctæ cōmoditas. Vides p sacrificia nostra, tremēdi Missæ sacramēti sacrificiū nō excludi, sed hoc illa includere sibi, illa per hoc omnia vigere & constare. Vides item quaten⁹ oēs simus sacerdotes. Sacerdotiū sumus ex æquo oēs, iuxtà atq; filij Israel. possumus ergo, immo ex munere debemus, nosipsos totos identidē offerre Deo. sed nisi legitime initiati, chrismate sacerdotali iuxta traditionem apostolicam liti, spū sancto per manuum episcopalium ordinationem repleti, altaris & cathedræ partes sibi non arrogēt. Vates hic vti-

Sacrific[illegible] ecclesiæ.

Sacrificiū Missæ nō abrogandū.

Missa q̄ & quanta eius cōmoditas.

vtitur speciali quodam Hebraico vocabulo, quod etiã vides apud Hoseam cap. 9. Tale sacrificiũ iustitiæ Abel, Enoch, Nohe, Abraham, & alij hoc genus sancti patres obtulerunt. Melchisedechi item tale fuit sacrũ. Quin & Dauid tale frequenter fecit, quod in multis locis psalmorum eius est videre. Sacrificium dicit Hierusalem & Iuda, tanquã acu ecclesiæ & vnitatem tangens & maiestatem. Vnum sunt Hierusalẽ & Iuda. Hæc regio, illa metropolis: hæc vnitatis, illa maiestatis habet expressionẽ. Illa obtulit nõ vbiuis, sed in hac. Sic & extra ecclesiam nullum Deo acceptum sacrificium. Schismatici offerentes, sunt quasi qui interficit virũ, & qui excerebrat canẽ, & qui offert sanguinẽ suillum. Quid aũt? Concubinariorũ, simoniacorũ, pluralitate sacerdotiorum onustorum, furũ & latronum sacrificia, nunquid illa Deo cœlesti grata? Respondeant hic canones, respondeant sanctorũ martyrum monumenta, respondeat canonica scriptura. Propheta hic probat sacrificia dierũ seculi & temporum antiquorũ. Et nos ad antiquitatem respicimus. Hoc autẽ facimus monente Apostolo Heb. 9. Regnat hodie in choro aulica pompa, nihil ergo vsquam est nisi auaritia. Nullæ diuitiæ sufficiunt aulicæ pompæ. Deuorat illa viuentes, & à mortuis tributum postulat, hæreditatem sanctorũ confessorũ & martyrũ, tanquam leues stipulas dilapidat. Deniq; & sanguinem sacrosanctum conculcat Christi & omniũ sanctorum. S. Bernardus in epistola quadam ad Cu. Ro. scribens, dicit: O vtinam ecclesiã Christi, priusquam moriar, videam talem qualis prisca erat. O vtinam & hoc ipsum nunc oraremus. Nunc tali oratione opus est. Tempore S. Bernardi ecclesia aurea fuit, collata scoriæ nostrorũ temporũ. Iuda & Hierusalem habent etiã significationem vnius cõfessionis & pacis catholicæ. Hierusalem pacis habet symbolũ & significationem, Esa. 3. Sed tot abusus dant occasionem schismaton & hæresion, neq; hoc mirũ: siquidem & orthodoxis aufertur libertas contra talia portenta declamandi. Excitare conflator & fullo Iesu Christe, vindex oĩs iniustitiæ: excitare, & aufer tanta scandala oĩm malorũ fontem: excitare, & reforma omnia quæ sunt prophanata, ad catholicam pacem, ad ecclesiæ decus, & ad tuam solius gloriam. Amen.

Iuda & Hierusalẽ ecclesiæ maiestatẽ & vnitatẽ significat.

Sacrificia dierũ seculi & tẽpm antiqũrum probãda.

Iuda & Hierusalẽ exprimũt pacem ecclesiæ.

IN NATALI S. MATTHIAE APOstoli, Act. primo.



IN diebus illis exurgens Petrus in medio fratrum, dicit: (Erat autem turba hominũ simul fere centum viginti.) Viri fratres, oportet impleri scripturam quam prædixit spiritus sanctus per os Dauid de Iuda, qui fuit dux eorum qui compræhenderunt Iesum: qui connumeratus erat in nobis, & sortitus est sortem ministerij huius: & hic quidem possedit agrũ de mercede iniquitatis, & suspẽsus crepuit medius. Et diffusa sunt omnia viscera eius. Et notum factũ est omnibus habitantibus Ierusalem, ita vt appellaretur ager ille lingua eorũ Acheldemach: hoc est, ager sanguinis. Scriptum est enim in libro psalmorũ: Fiat commoratio eorũ deserta, & non sit qui inhabitet in ea: & episcopatũ eius accipiat alter. Oportet ergo ex his viris qui nobiscum sunt congregati in omni tempore, quo intrauit & exiuit inter nos dominus Iesus, incipiens à baptismate Ioannis vsq; in diem qua assumptus est à nobis, testem resurrectionis eius nobiscum fieri vnum ex istis. Et statuerunt duos: Ioseph, q vocatur Barsabas, qui cognominatus est iustus: & Matthiam: & orantes, dixerunt: Tu domine qui corda nosti omnium, ostende quem elegeris ex his duobus vnum, accipere locum ministerij huius & apostolatus, de quo pũuaricatus est Iudas, vt abiret in locum suum. & dederunt sortes eis. Et cecidit sors super Matthiam: & annumeratus est cũ vndecim apostolis.

PRAEFATIO.

Historiā euāgelicā nō sufficit scire.



Apostolorum Acta S. Lucas euā gelista, sui euangelij tanquā appendicem conscripsit: innuens non satis esse, nos scire historiā euangelij Christi, qualiter, vbi & quando sit natus, quid docuerit, quæ eius conuersatio fuerit. necessarium item scitu est ecclesiæ exordium: hoc est, nō sufficit scire q̄d credas: necessarium est & nosse, vt ita credas, vt fidem tuam ad absolutam iustitiam perferas. Adiecit itaq; spiritu & animo p̄sente sanctus Lucas ecclesiæ primordia, apostolorum & aliorum apostolicorū virorum gesta, vt videamus, ecclesiam tanq̄ auroram, Orientis eius radijs illustratam, exortam, totiq; mundo admirandam apparuisse. Rectores præcipue ecclesiarū hoc in libro habent exemplar, vt se habeant in schismaton & abusuum zizanijs. Eius loci præsens lectio apertum præ se fert indicium. Deniq; item schismatici, q sibi ecclesiæ regimen arrogant, Auxentiani intempesti, hic suum errorem ob oculos vident depictum. Petro apostoli vndiq; tanquam capiti & principi deferunt. Sed Iannes & Mambres, Chore, & alij eius farinæ obstinati hæretici, nihil aliud moliuntur, nisi vt se & omnes complices in Acheronta immergant. Nos euangelistam audiamus.

Auxentius errat, ecclesiā imperio subijciens.

In diebus illis exurgens Petrus in medio fratrum suorū, dixit: (Erat autem turba hominum simul fere centum viginti.)

Statim opus dñi p̄standū.

Maledictus qui facit opus domini negligenter. Qui non est hodie, cras minus aptus erit. Principijs obstandum. Inter adscensionis Christi & pentecostes diem, nisi nouem intercesserūt: liquet ergo, hæc quæ euangelista hic recenset, statim ab adscensionis tempore esse acta. Spiritus sancti illa amplitudo, qua replebantur in die pentecostes, apostolis quidem necdum contigit: sed verbum Christi cordibus eorum commissum, ipsos moderabatur. Norma certa, quam qui simplici & cādido animo sequitur, non errat. Audierunt in locum proditoris sacrilegi alium sufficiendū. Petrus itaq; suæ vocationis fretus autoritate, statim in illis, æterna memoria dignis, die bus exurgit in medio fratrum. Obserua necessitudinem fidelium esse arctam. Vnum corpus & anima vna debēt esse fideles oēs. Oues pascuę Dei, vnū audire habent, pastoris boni Iesu Christi vices tenentē. tradux & ordo diuinus hoc ita postulat, quia vbi nullus ordo, ibi confusio. Princeps & caput ecclesiæ Petrus, ecclesiæ oculus, caulis prospexit. Noluit numerū duodenarium tot figuris designatum, comminutū & corruptum manere. Duodecim vocatos nouit Matt. 10. Marc. 3. Duodecim ergo quasi cardines, senatores nimirū, ecclesiæ permanere voluit. Vnus, qui diabolus fuit, in tartara abreptus erat, cui alium sanctum, pium, & hoc dignum ordine, substituendum duxit. Imperator vnus in bello, oportet vt suos quoq; habeat antesignanos & duces, bellicq; rerū consules. Aduersus portas infernales apostolis bellum instabat, Matt. 16. Opus itaq; habuit Imperator Petrus collegis. Sic Iosue habuit suos duces, sacerdotes, & rectores populi, quorū clangore muri Hiericho conciderunt, Iosue 6. Muri item nouæ Hierusalem, horū opera erant ædificandi, psal. 50. Dicis immensam molem esse nouam Hierusalem, & operariorum numerū admodum esse paruulū, centum nimirū & viginti hominū? Ne timeat grex paruulus ille. Gratias agit Deo patri Christus, q̄ paruulos magnis prætulerit. Similes sibi Christus opt. max. elegit, nempe humiles. Excitare potest humiles, Abelum, Enochum, Nohemū, Abrahamū & alios. Potest item ex grege paruulo innumeros efficere. Nohemi parua domus repleuit totum hunc orbem, Gene. 9. Et Christo pro patribus nati sunt filij. Pater Abraham & Isaac, filiorū numero stellas cœli & micas arenæ quæ in littore est maris, superat.

Fidelium necessitudo est arcta.

Senatus apostolorū q̄re cōstitutus.

Viri fratres, oportet impleri scripturam quā prædixit spūs sanctus per os Dauid de Iuda, qui fuit dux eorum qui cōpræhenderunt Iesum: qui connumeratus erat in nobis, & sortitus est sortem ministerij huius.

Dulce eloquium. Vides longe ad mouendum esse potentius Petri istud, ἄνδρες ἀδελφοί, q̄ Demosthenis illud, Andres Athenæi. Viri fratres, item dicitur infrà cap. 13. Hodie dicimus, Charissimi fideles, charissimi Christiani. sacrosanctæ voces, quæ merito beneuolos facerent auditores. Sed affectum vox requirit cum loquentis, tū auditoris. Dein Apostolus quo præsentius moueat, orationis suæ exordiū scripturæ themate fundat. O vtinam & nos omnia ex scripturę agamus præscripto. Scriptura prædicit, fore vt somnia quæq; citius homines afficiant, q̄ oracula certa Dei, & ex negligentia ea & contemptu verbi Dei nascitura in ecclesia horrenda mala. Præuidentia Dei non fallitur. Oportet fiant scan-

Scriptura certa prescia Dei nō fallit.

scandala. Væ per quem. Oportet, ait, impleri scripturam. nullũ iota est superfluum & ociose scriptum. Præsciuit & prædixit Iudæ casum Deus pater. Idem etiam præsciuit alium feliciori exitu eius episcopatũ accepturum. Præscientia Dei non fallitur, dicit ergo signãter, ἔδει, oportuit. Tam certa est scriptura, q̃ ipsa Dei præscientia. dicit ergo, nõ quiduis oportere impleri, sed scripturam. Spiritũ sanctũ locutũ esse per prophetam, cantat sancta mater ecclesia. Idem etiam hic dicit sanctus Petrus: Oportet, ait, impleri scripturã, quã prædixit spiritus sanctus per os Dauid. Vides scripturam propheticã esse Dei vocẽ, verbũ spũs sancti. Itidẽ & scripta apostolica verbum sunt Dei, 1. Thess. 2. Maiestatem scripturæ adumbrãt euangelistæ & apostoli, Lu. 24. Roma. 15. 2. Tim. 3. Dauid ipse fatetur spiritũ sanctũ per os suũ esse locutũ, 2. Regũ 23. Maiestatẽ scripturę attende in exemplo Iudæ. Vnus erat ex numero duodenario, Matt. 10. Verbum ei fuit creditũ, iuxtà atq; loculi, Ioan. 12. 13. S. Cyprianus vocat Iudam, vnũ conuiuarũ & amicorũ Iesu. Sed ecce tibi, dominũ tantũ, Iesum benignissimum, pro tot benefactis tradidit Iudæis: quod neq; Dauid tacuit, dicit enim: Qui edebat mecum panẽ, magnificauit super me supplantationem. Augustinus dicit, Scelestum Christũ secutũ corpore, & nõ corde. Idem dicit, Deũ Iudæ malitiam p̃scisse, nõ fecisse. Dicunt contrarium noui euangelistæ, sua sic periuria Deo accepta referre conantes. Hieronymus dicit, Diabolũ Iudã tanquã leuem nubem equitasse. Idem osculum Iudę dicit signum fuisse Cain. Sequit:

Scripturæ maiestatẽ arguit exẽplũ Iudæ.

Et hic quidem possedit agrũ de mercede iniquitatis, & suspẽsus crepuit medius. Et diffusa sunt omnia viscera eius. Et notum factum est omnibus habitantibus Ierusalem, ita vt appellaretur ager ille lingua eorum Acheldemach: hoc est, ager sanguinis. Scriptum est enim in libro psalmorũ: Fiat commoratio eorum deserta, & non sit qui inhabitet in ea: & episcopatũ eius accipiat alter.

Suprà de eminentia status apostolici dixit, nunc de casu profundo subdit ea, quæ dictu perquàm sunt horrenda. Vltro in concilium malignantium venit, dicens: Quid vultis mihi dare, & ego eum vobis tradam? Diabolus item possedit eũ. Illud vides Matt. 26. hoc Ioan. 13. O Iuda, O Iudæ. Veritas est Christus, germen iustũ est Christus, maximus in minimo est Christus, qui minimum aliquem scandalo atq; iniuria afficit, qui iustitiam vendit, qui veritatem supprimit, nihil à Iuda discrepat. Immo in luce euangelica grauius peccat. Beatus qui excutit manus suas ab om̃i munere. Beatus qui intelligit super egenum & pauperem. Viderint illusores. dicunt esse mercedem, simoniam, prædam, vsuram. Scorti mercedem & canis precium, quis nõ diceret sancta, præ tali mercede iniquitatis? Euangelista hic non dicit Iudam accepisse pecuniam, sed preciũ. Dicunt latrones, Bonus odor lucri. Spũs sanctus dicit, Pecunia tua tecum sit in perditionem. Iudas cognomen aptũ ex lucro est adeptus. De agro, precio & mercede iniquitatis empto, dicit Matt. 27. Haka dama Syriace & Chaldaice, Hebræi dicunt Sade dam, hoc est, preciũ sanguinis. Pecunia Iudæ apud Matthæum dicitur Hebraice, Sechar ha dam, hoc est, preciũ sanguinis. Lucas vocat preciũ iniquitatis. Hæreticus primus sibi manus intulit. sic & hæretici mortẽ sibi spũalem consciunt, seipsos excommunicando, censurã ecclesiæ præueniendo. Sontes in gabalis dependẽtes, dicuntur caput in pedes propendẽtes. Euangelista dicit, Pronus factus. Merces alia aliã sequitur. Deus nõ dormitat, & pœna reproborum longe nõ abest. Herodes factus vermiũ cibus, teste Luca Act. 12. Neq; itẽ vllus Herodum, neq; Pilatus morte bona interierunt. Iudas crepuit medius, nõ modo infelix & abominabilis anima, sed & corpore. Anatomistæ minori labore ibi omnia intestina perlustrassent, nẽpe effusa. O horrorẽ, o execrabilẽ abominationem. Sunt qui negẽt Iudã laqueo finẽ sibi consciuisse, hoc est, seipsum suffocasse, q; euangelista non dicat Iudã suspendio periisse: sed dicũt collũ fregisse p̃cipitem. Atq; huc (vt sunt scripturarũ exercitati) adducunt historiam regis Amasiæ, qui decem millia captiuorũ e Seir in præcipitiũ educta præcipites dedit, atq; omnes medios esse ruptos, 2. Para. 25. Quasi nemo crepet medius, nisi qui p̃cipitetur. Scire velim q̃ loco ostendere possint, pronũ fieri, alibi p̃cipitatum significare. Græcus textus longe aliud præ se fert. Hebraicũ periphraizãs, Vaiithhal bepah, hoc est, sese laqueo suspendit. Vide Orig. homil. 35. super Matt. Hilarium cano. 32. Chrysosto. homil. 86. Theophylactum super Matth. Augustinus nihil de proditoris suspendii fato solicitus est, sed in hoc laborat, q̃ tempore sese laqueo extinxerit: contra Faustum lib. 22. ca. 65. Per hoc, ait, improbabile ẽ apud me,

Iudæ christi p̃ditores multi.

Iudas crepuit medius.

Iudas proditor quoque sibi man' cõsciuerit, dubitat S. Augustinus.

me, quo die, immo quo tẽpore laqueo vitam finierit Iudas Iscariothes. Quæst. veteris & noui test. cap. 94. Hieronymus super Matth. dicit, magnã eius fuisse pœnitẽtiã, sed eam doloris magnitudine absorptam. Theologis cõstat, Achitophelem Iudæ typum extitisse, perinde atq; Dauid Christi. De illo dicit 2. Reg. 17. Vaiechanak, hoc est, & suspẽdit se. Septuaginta legũt, suffocauit. Sequit: Fiat commoratio eoꝝ deserta. Hanc scripturam Petrus e Psalterio Dauidis citat, ipsum pulchre psalmorũ librũ vocãs, quẽ Hebræi exprimũt Sepher tehillim siue tillim corrupte. Liber psalmorũ nõ à Dauide solũ est cõscriptus. Psalmos siquidẽ ediderũt etiã cantores Asaph, Heman, Ieduthum. Itẽ filij Corah &c. Horũ vero psalmos Dauid recognitos, libro suo cõmisit oẽs. Locus p̃sens ex psal. 108. depromptus est. Litera cõtra Doech edita est Dauidis proditorẽ, 1. Reg. 22. Nõ absimilis Semei, 2. Reg. 16. Sic ait Dauid: Ihieu iamaf meatim, Pekudatho ijkah aher, hoc est, Vt sint dies eius pauci, munus eius sortiat alter. Imprecatiue: Das seiner tag wenig seien, Sein ampt kriege ein ander. q̃d vero ap̃s Petr⁹ primo citat, est ex psal. 68. q psalmus est de Chr̃o & eius acerba & sacrosancta passiõe cõditus, sic Hebraice: Thehi Tirathan nesemah, hoc est, vt palatium eoꝝ deuastet. In alio versu imprecat, vt breui moriant vitæ spatio, & omni honore destituant. Deuotio horrida incepit à Iuda, capite Iudæorũ & omniũ hæreticorum. Vnde apostolus eam primo accipit de Iuda. Non longo tempore vixit à proditione sacrilega. domus eius desolata, quæ crepuit media. Superfuit, vt episcopatum eius etiam statim alius acciperet. Ampla dignitas vocationis, sacrosancta & necessaria vocatio, indigna quæ diu vacaret. Iudæ Iscariothis pekuda siue episcopatus vocatur à Septuaginta episcopa, quod tam de prophano, q̃ de ecclesiastico potest intelligi magistratu. Esa. 60. dicitur iuxta Septuaginta, Deus in iustitia det episcopos, hoc est, satrapas & principes iustos, iustitiæ commodos moderatores. In primo libro Machabæorum episcopus accipitur pro principe. Alibi diximus, vt ethnicorum poetę hoc vtantur vocabulo. Amisit episcopatum Iudas, simul prodidit animarum episcopum, Iesum Dei filium. Successoris tanta est virtus, tantum meritum, ne quis possit Iudæ calumniari locum. Bonum opus desiderat, qui episcopatum rite desiderat. Matthiæ is & aliorum apostolorum est collega. Qui quæstum quærit, Iudæ consors, domino Deo pœnas dabit.

Achitophel Iudę typus, Dauid Chr̃i.

Psalmi nõ oẽs à Dauide conscripti.

Episcopatus etiam magistratũ significat p̄phanum.

Oportet ergo ex his viris qui nobiscum sũnt cõgregati in omni tempore, quo intrauit & exiuit inter nos dominus Iesus, incipiens à baptismate Ioannis vsq; in diem qua assumptus est à nobis, testem resurrectionis eius nobiscum fieri vnum ex istis.

Secunda pars hæc est lectionis p̃sentis. Prior pars Iudæ proditoris p̃uaricationẽ & supplicium explicauit. hæc quæ expedienda est, aget de Matthię sorte. Ille ex apostolo factus est apostata. hic discipulus abijt in apostolum, & apostolatum suum suo ipsius sanguine tandem obsignauit. Dicit Petrus: Viri fratres, Iudicia Dei abyssus multa: viæ domini iustitia & veritas. Nostrum non est, omnium causas indagare, sed nostrarum partium satagere. Superest itaq;, vt in episcopatus sacri locum vacantem aliquis Christo dignus, Iudæ substituatur: talis quippe, qui eorum quæ Christus docuit, & exemplo suo omnibus electis imitanda tradidit, testis esse oculatus etiam possit. Vnum, ait, ex his viris q nobiscum sunt congregati in omni tempore, quo intrauit & exiuit inter nos dominus Iesus. Q. d. Res non est parui momenti. Redundat quippe ad animas etiam nostras. Temere nihil hic agendum. Ex nobis siquidem posteri exemplum eligendi episcopos & sacerdotes accipient. Faciamus ergo exemplum relinquamus sanctũ. Tale Paulus p̃scribit ad Timotheũ & Titum. Bene sibi & ecclesijs prospexit sanct⁹ Petrus, cui q hodie nostrates ne quidem in minimo respondent, propediem cõstituti ad districti iudicis iudicium, rationẽ reddent. Examinatores, heu mihi, qua leuitate periculum de initiandis accipiunt? Episcopi non curant animas fidelium. de parochiali munere vltima, immo nulla eos cura tangit. Templa cathedralia & & collegiata vt auro repleantur, & vt ibi sint chiliades domicellorum nobilistarum, cantorum & psaltriorum, inuigilant: suggesta parochiana interim curent calones, cerdones & capellani. nihil eos mouet. Nulla Capella, nullum altare, nulla vicaria quæ habeat corpus, quæ faciat pensum absentiarum, quæ vel tantillum lucelli præbeat, non ad heroas illos canonicos redigitur.

Epi ... tes ... ĩnõẽt p ... scorũ ... emplo

Hinc tot vertagi, tot catelli melitei, tot simiæ, tot cercopithecæ, tot caballi, tot equuli & desultorij equi, eleemosyna impin-

pinguātur. Hic gloriosum est, canonicos singulos tot post se trahere calones, eq- sones, moriones & ardeliones, q̄t vix Augusti Octauij aula vidit. Testē inuoco dñm Deum in animam meam, Hussiticam hæresin, qui cleꝝ ad mendicitatem redigendum contendit, me tanquam præsentissimam diaboli execrari persuasionē: neque item diuitibus suas inuideo opes: sed eleemosynam ecclesiæ in tantam auaritiā abire, & ad tantum luxum tantorum scandalon occasionē conuerti, sine maximo cordis dolore videre non possum: præsertim cum cathedras parochiales, in qbus om̄is ecclesiæ profectus spes sita est, & quarum decus ter maximum esse oportet, in mendicitatem atq; per hoc in contemptum venire cernam. Contendunt vxorem sacerdotiū aut altare significare, vt verbi Apostoli, Episcopus sit vnius vxoris maritus, sensus sit: Episcopon atq; adeo sacerdotē cœlibem, vnius saltem episcopatus aut p̄bendæ (vt vocant) nuptijs contentum esse debere. Quid ergo attinet, bigamiā & polygamiam beneficiorum (vt vocant) in ecclesia perferre, in carnalium cōnubiorum bigamię ansam? Mirum, solum orbis huiusmodi scandalis non dehiscere. Studia literarum neglecta apud catholicos si non fuissent, haudquaquam hæreses tot hodie in ecclesiā irrepere potuissent. Nescio qs indoctus monachus, vir sophisticus, rancido libello in lucem edito, multis bonis ingenijs lapsus occasionem præbuit. Sed qs est qui etiam accepta plaga cautior fiat? Videre videor, heroas bonorum ecclesiæ inuasores, ex industria omnia conuasare, ne plebeiorum copia doctorum, in ecclesia exoriatur tantis scandalis corrigendis. Sed vt ad Apostolum reuertamur: probatos, & de ecclesia benemeritos, scriptura ad maiores dignitates vult p̄uectos, 1. Timoth. 3. Acto. 6. Capistrum, siue vt Apostolus vocat, laqueus tollatur, 1. Cor. 7. Aediculę effœminatorum eruantur. duplex honor cathedræ restituatur. Pubes bonis literis rite atq; religioni instituatur. Scholę reformentur, xenodocheia & ptochotropheia reparentur. Sacerdotes sibi & plebi probe attendant, Acto. 20. Præsules hoc ipsum exemplo Petri facerent: sed quoniam in hac re adeo sunt discincti & socordes, non possunt incusare temeritatis, si quis ex gregarijs sacerdotibus ecclesię labenti succurrere præsumpserit.

Episcopi & plati ecclesiæ, bigami fere omnes.

Et statuerunt duos: Ioseph, q̄ vocatur Barsabas, qui cognominatus est Iustus: & Matthiam: & orantes, dixerunt: Tu domine qui corda nosti omnium, ostende quem elegeris ex his duobus vnum, accipere locum ministerij huius & apostolatus, de quo p̄uaricatus est Iudas, vt abiret in locum suum. & dederunt sortes eis. Et cecidit sors super Matthiam: & annumeratus est cum vndecim apostolis.

Dominus præsto est rei sacræ manum admouentibus. Qui nihil orditur, quid p̄ficiat? Statuerunt duos, quos præ cæteris hoc officio dignos censuerūt. Statuerunt duos, duo sese non ingesserunt ambitiosuli. Non hic amicorum intercessio, non pecuniæ largitio, non potentiæ splēdor, nec aliquid huiusmodi, simoniacā speciē præ se ferēs, duos illos intrusit. Ambitio reprę hensione non caret, & quæstus pietas non est, 1. Timoth. 3. Hebr. 5. Statuerunt duos. Alter horum trinomius, Ioseph, Barsabas & Iustus siquidem vocabatur. Nisi aliquid forsitan obstet, dicerem hunc Barsaban illum esse, qui cum Paulo & Sila tanquam pręcipuus quispiam ex numero fratrum prędicatur, Actorum decimotertio. Si alius est, certe insignis vir laude, quisqs est, exiſtit. Certū item est, rem fidei ipsum summis viribus, tametsi in numerū duodenarium relatus non sit, promouisse, cū Barnaba, Sila, Apollo, Aristarcho, Aristione, Aquila, Timotheo, Tito, Andronico, Clemente, Dionysio & cum alijs eiusmodi præcipuis discipulorum. Virtutū merito, æque atq; Iacobus primus præsul Hierosolymitanus, nomen Iusti est adeptus. Nomina huiusmodi priuilegiata, frequentia erant in synagoga. Simeon iustus q̄q; & idem senex dicebatur. Iudam quoque Rabinum quendam, eum quem Thalmud compilasse ferunt, post Christum anno 150. sanctum appellauere Iudæi. Sic Mosen mansuetum dixerimus. Ethnici itidem ex vitæ merito alium vocauerunt Pium, alium Probum, alium Simplicem, alium Clementem. Nec miraculi loco habēdum, q̄ Lucas Iustum Latinum vocabulum, Græcis descripsit characteribus, cū & hoc cæteris Euangelistis sit peculiare. Inuenies enim, custodia, Cæsar, denarius, prætorium, & hoc genus Latina vocabula, apud Euāgelistas Græcis scripta literis. Hodie Græcistæ, quos Germanogræcos dixeris, stupescenda supstitione laborāt in fingēdis & indēdis sibi vocabulis Græcis

Latina nomina græce scripta apud euāgelistas.

Soricis est suo ipsius se prodere indicio. Quis manifestaret eos q̃ Græce docti sunt, Græce didicisse, nisi Græca sibi imponerēt nomina? Mirũ, eadem nomina nõ geminare eos qui trilingues sunt. Vtinã ex tanta multitudine Græcistarũ, vnus mereatur dici castus, pacificus, tractabilis, mansuetus &c. Noster Barsabas ille Iosephus iustus, honestissimis omnium appellatus est nominibus Latinis & Hebraicis. Ioseph dicitur augmẽtatio siue augmentator. Nihil potest addi aptius, q̃ Barsabas, hoc est, filius reuersionis, cõtritionis puta & pœnitentiæ. Talia nomina efficiunt & trudunt tertium, nempe nomen Iusti. Nomen hoc nouis euangelistis inuisum, q̃a nonũ confutat euangelion, ostendens non sola fide & credulitate, sed pœnitẽtiæ fructu ad iustitiæ laudẽ hominẽ pertingere. Ioseph Barsabas Iustus, tantũ est, acsi diceres, syncerus Christianus, bonus catholicus, homo integer, candidus &c. Iosephus, q̃d etiã Eusebius recenset lib.3.cap.39. ex Papiæ testimonio, claruit miraculis, venenatam potionem sibi ratione fidei confirmandæ oblatam, innocuam bibit. Iosephum Barsabam hoc fecisse, Eusebius declarat. Matthias ille qui vnà cum Iosepho electus fuit, Latine dicitur Donatus. nomen hoc etiã est inuenire 2. Mach.14. Conuenit nomen vocationi. Donatus siquidem à Deo apostolus ecclesiæ. Gratis accepistis, gratis date. Nemo se ingerat, nemo sibi episcopatũ ambiat. cui hoc sorte datur, opus bonum ne recuset. Hæc omnia nomen Matthiæ importat. Obseruandus modus electionis. Suffragia duos in eandem dignitatẽ designauerunt. Quid vero hic actũ? Supplicari dño, precari vt ipse quẽ elegerit, ostendere dignetur. Se prosopognostas, hoc est, q̃ nisi faciẽ externã personarũ agnoscãt, Deum vero cardiognosten, hoc est, cordiũ cognitorẽ fatentur: rogãt ergo, vt ipse, quẽ elegerit, ostẽdere dignet. Vide Dei esse electionẽ. Væ qui Dei opus sibi arrogãt, contra apertã scripturã eos, quibus potius nescio quid, q̃ animarũ cura cõmittat, eligentes. Dicit ecclesia: O bone Deus, tuũ est eligere, tuum est opus, tute tuum opus exequere. Item obserua Deum quoq; per media omia facere. Eligit certe, sed per pios, Dei timentes, & scripturæ exemplar sequẽtes, Nume.17. & 18. Simili medio electum Araonem declarat. Dicitur ibidẽ: Vehaia ha Isch ascher ebhar bo matteho jiphrah, hoc est, Et fiet vt virum elegero, cuius virga floreat. Inuenias item electos, columbella in caput electi à Deo missa volitante, vel aperta voce e cœlo audita, & nomẽ electi exprimẽte, &c. Sed apostoli hic nullam huiusmodi promissionẽ habentes, nec item Deũ tentare audẽtes, fortẽ in Dei nomine, p̃misso orationis sacrificio, mittũt, & Matthias forte aplus designabatur. Quadrat huc q̃d dicit Prouer.16. Me Adonai cal mispatho, hoc est, dñs moderat & ordinat penitus, vt cadere sit vsui. Ritus mittendæ sortis, in synagoga celebris fuit, diuidendæ terræ promissæ, Iosue 14. psal.77. Supra duos hircos, Leuiti.16. Emissarius, quẽ Septuaginta apopompæum vocant, forte declarabat. Prouer.16. dicit, Sors lites dirimit. Ionas q̃q; (vt etiam aliquid de ethnicorũ ritibus huc adferã) forte est depræhensus esse, propter quẽ ira Dei mare cõturbarit, cõmouerit q́; Sic etiã Matthias be goral, hoc est, per sortẽ ad apostolatus fastigium est prouectus. S. Irenæus vocat ordinationẽ lib.2.ca.37. vbi ait: Iudas electus, Matthias pro eo ordinatus. Quantũ ad sortiendi ritum attinet, audiendus Hieronymus, super Ionam dicens: Priuilegia singulorũ non possunt facere legem communem. In simili casu improbari non potest. Cætera quæ ad sacramentum ordinis pertinent, postea teste Dionysio, ab apostolis sunt tradita. Sanctus quoq; Paulus eius traditionis nonnihil attingit in epistola ad Timotheum. Hic de præcipua re agitur, ne accipiatur quid pro quo, ne Cinna Maroni præferatur. Breuiter Matthias rite spũs sancti instinctu, secundũ prophetiam est electus. Hic vides quid sit sacra psephephoria, hoc est, vocalis electio. Hic vides, quæ sint suffragia simplicissima. Quod alibi episcopon vocat, hoc ipsum hic vocat apostolũ. Nos q̃q; alterũ pro altero accipimus: q̃m qui episcopus est, is apostolus q̃q; existit: poteris apostolicum vocare episcopũ. Cæterũ vt gradus statuũ ecclesiæ declaret euãgelista, postea etiam aget de diaconia, hoc est, de ministerio, puta ecclesiæ, Ephe. 4. Vides ecclesiæ Deum præficere apostolos, prophetas, rectores, doctores &c. Diaconorum quoq; meminit Apostolus. Summus apostolicus ordo. Huc facit Hebraicum Pakid, quod Græci episcopum vocant, etiam visitatorem interpretari possumus. Vnde & sacri canones episcopum superintendentem vocãt. Summa, Lucas euangelista hic ex verbis Petri quinque conditiones, episcopo cuiuis congruas & necessarias, conficit: apostolum, episcopum, testem veritatis, diaconum, & clericũ. Vtinam Canonistæ de p̃bẽdis & dignitatibus adeo disputãtes, episcopi & abbates in titulorũ amplitudine adeo sese efferẽtes, hæc rite perpendãt. De S. Matthia (nostro vero Matathia) scribit Eusebius lib.3.ca.29. Inter cætera dicit eum

Ioseph Barsabas Iustus, q̃lia noia.

Matthias quid nominis.

Electiõis modus.

Sortis apostol[...] missæ

eum docuisse, Christianorum esse contra carnem suam pugnare, cõcupiscentijs frenum atque habenam haudquaquam remittendam. Animas vero summopere cibo sapientiæ enutrire oportere, & cibo maioris subinde atque maioris agnitionis roborandas. Hieronymus affirmat, Matthiam in Aethiopia euangelion Christi docuisse, atque ibidem in domino obdormijsse. Messis hodie multa & operarij rarissimi. orandus dominus messis, vt tandẽ, q̃niam Episcopatus est opus, sedulos operarios excitet, ad tot tollenda scãdala, ad ecclesiæ pacem reconciliandã, & ad gloriam suam conficiendam. Amen.

IN FERIIS ANNVNCIATIONIS Mariæ virginis gloriosæ, Esaiæ VII.



Oquutus est dominus ad Achaz, dicens: Pete tibi signum à domino Deo tuo in profundum inferni, siue in excelsum suprà. Et dixit Achaz: Non petam, & non tentabo dominum. Et dixit: Audite ergo domus Dauid: nunquid parum est vobis, molestos esse hominibus, quia molesti estis & Deo meo? Propter hoc dabit dominus ipse vobis signum: Ecce virgo concipiet & pariet filium, & vocabitur nomen eius Emanuel. Butyrum & mel comedet, vt sciat reprobare malum, & eligere bonum.

PRAEFATIO.

Ecclesia se ...ila ma... ... filijs ...lus ꝓspi...



Acrosanctę matri ecclesiæ non satis est, pappa nos elementorum fidei educare. vult etiam solido cibo nos corroborare. denique item armatos contra hostium nos vult insultus. Sic maiores, teste Valerio, infantiæ blandimenta in sinu fouebant: pueros literis, iuuenes armis instruxerunt. Non sufficit, symbolum apostolorum posse recensere: necessarium item est, contra tentamẽta diaboli, contra irruptiones Turcarum & hæreticorum, contra insidias itidẽ Iudęorum, nos vndique omnigenis armis esse armatos scripturarum, puta instrumenti vtriusque. Vnde nobis potissimam hanc lectionem, tanquam præsentem armaturã, contra omnium pericula hostium vult commendatam. Oraculum non intelligemus, nisi temporum Esaiæ statum cognoscamus: potissimum vero, quibus tunc bellis synagoga fuerit vexata, & q̃les reges habuerit se defendẽtes. Achaz impius æque, atque maxima pars prædecessorum suorum, tam Iudæ q̃ Israelis, tunc regum potiebatur. Vicinarũ gentiũ idolis magis detulit, quàm Deo vero Abrahami, Isaaci & Iacobi. Auxilio itaque Dei patrum, Abrahami, Isaaci & Iacobi, destitutus, exspes fuit æque atque dij quos coluit. De regis huius peccatis vides 4. Reg. 16. 2. Paral. 18. Iudæi hodie vt merito (si tamen hoc illis contingat) mãcipia vilissima habẽtur, propterea quod Christum latronẽ mutauerũt, sic & Achaz varijs sua culpa obruebatur periculis. Deus Achaz diabolus homicida, duos reges cõtra suum cultorem excitauit: Rasin regẽ Syriæ, & Phacee (siue Phaca) regẽ Israel. Erat diuersa religio, tamen conuenerunt in hoc, vt regem persequerẽtur Iuda. Rex Israel circuncisus erat: cætera æque fuit ethnicus, atque Rasin rex Syriæ: hoc ergo minori negocio diabolus pares potuit cõgregare. Impietas regũ Israel, postea per reges Assyriorum domino contemptæ religionis dignas pœnas dedit. Solet malo contra malũ vti Deus, tyrannum impium tyranno impio puniendo: sed hic Achaz propter populum in quo adhuc plerique erant innocentes, parcens, consilium diaboli noluit succedere. Plebe itaque plane conturbata, recordatus misericordiæ suæ Deus, misit prophetã qui consolaretur regem. Oraculi cõsolatorij pars est præsens lectio, quam vestra charitas attente audiat, & auditam custodiat.

Loquutus est domin⁹ ad Achaz, dicens: Pete tibi signum à dño Deo tuo in profundũ inferni, siue in excelsum suprà.

Electorũ paucorũ amore parcit Deus regi & multitudini.

Impius dicit in corde suo, Nõ est Deus. q̃modo inuocabit ergo eũ, in quẽ non credit? Scit Deus Achaz impiũ gratiã, vt par est, mẽte grata nõ accepturum: bonus tamen Israel Deus, viscera misericordiæ suę populo claudere nõ potuit. Cõsolatur itaque regẽ,

regem,dicens:Noli timere,& cor tuũ ne formidet à duabus caudis titionũ fumigãtium istorũ &c.Promittit & signũ,dicens: Pete tibi signũ &c.Sensus est:etiã si vel in inferno,vel in cœlo signũ aliquod postulaueris,compos voti eris:tantum vide sis, ne dubites.Signa potentiæ meæ argumento tibi erunt,me tibi posse adesse.De clementia mea nihil est quod dubites,cũ videas gratiam meam me tibi vltro offerre. Poterit etiam textus legi:In profundum (poteris)rogare,aut in excelsa suprà.Penes Achaz erat rogitare.dominus illi optionem dedit,se alterum præstiturum pollicebatur, vt sic demum infidelitatem eius vi miraculi auferret.Signum in profundo dedit Mosi,populũ Israel sicco pede per mare rubrũ educens,Exo.14.Signum dedit in excelso suprà tempore Iosue, solem gradibus certis retrocedere iubendo,Iosue 10.Tali aliquo signo Deus infidelitatẽ regis impij constituit auferre.Sed rex vt se erga Dei clementiam oblatam sibi gesserit,audiamus.

Et dixit Achaz:Non petam,& non tentabo dominum.

Impijs neq; excusatio,neque scriptura deest.

Maximis & p̃sentibus periculis Achaz fuit circumuallatus.sed ecce tibi,tanta hominis fuit pertinacia,vt etiam gratiæ oblatæ resistere videretur,Deiq; inuidere gloriæ.Obserua quanta Dei sit misericordia. Estote,ait,misericordes,sicut pater vester cœlestis,qui solẽ suũ facit tam super inimicos suos oriri,q̃ super timẽtes nomen suũ. Non petam, ait.Q.d.Nolo supplex fieri Deo Israelis, qui Balahamo me deuoui. Impio item verba nõ deerant excusatoria. Causam addit,speciẽ bonã præ se ferentẽ. Nisi cardiognostes esset Deus,etiã verba Deo dedisset.Deũ tentare fas nõ est,Deut. 4.Matt.4.Sed & mentiri velle Deo,durũ est.Odit Deus omne figmentum.Et hoc obserua,q̃ citat scripturã frigide.Non dicit,Deum meũ:sed,non licet tentare Deũ. Alios deos habuit.non ergo potuit dicere Deũ suum.Verba sunt cordis nuncia.Socrates hoc sciens,dixit aliquãdo ad quendã:Loquere,vt te videam:volens loquentem etiam auribus audire,quem oculis vidit,vt propius ipsum concerneret.Accedit huc q̃d Salomon dicit:Stultus tacens, sapiens videbitur,Prouer.17.Qui peruersi cordis mentẽ propius æstimare volunt,dicunt regẽ dixisse,*Velo anasse eth Adonai*, hoc est,Et nolo magnificare.Certum est, Deum neminem posse impune tentare,iuxta Mosen Deut.6.Sed non est tentare dominum,facere hoc quod Deus iubet.Videamus an etiam Achaz habeat in ecclesia fratres. Scio vix esse credibile, in ecclesia vtriusq; ordinis tales esse principes.Sunt qui simplici verbo aliquid adlaborãt,qui manifesta scripturæ p̃scripta dubitãt seq, consuetudines quaslibet manifestę scriptu ræ præferendo.Item qui prætextu refor- mationis ecclesiæ,monstrũ aliquod nouæ opinionis alunt.Hæc & hoc genus desi- gnantes,peccatum Achaz plane imitan- tur:& tanto sunt magis rei,quanto hodie lux euangelij legis vmbra est illustrior.

Princ... in eccl... qui ... les A...

Et dixit:Audite ergo domus Dauid:nunquid parum est vobis, molestos esse hominibus,quia molesti estis & Deo meo?

In puteum aquam ferens, operam ludit.Qui sordet,sordescat adhuc.Deus personarum non est admirator.Rex ex eodẽ luto est formatus,quo & grex.In eosdem redigitur cineres princeps, in quos & cõuertitur plebes.Parua iactura fit cœlo,si tyrannus aliquis illuc non veniat.Piscatorum animæ,mendicorum vmbræ cœlum replẽtes,in cœli palatio fiunt reges & principes,cum cœlorũ rege & principe discumbentes.Conuertit ergo sermonem suũ ad plebẽ propheta,& dicit: *Simeu Na*,hoc est,Audite vos.Hebraica syllaba *Na*,exprimit,quo ardore & qua vehementia propheta hæc dixerit.Sed age Videns, dic q̃d audiat plebes:quid ciues ciuitatis auribus haurire,iubes?Nunquid parum vobis videtur,si hominibus molestiæ sitis,nisi etiã Deũ iritetis?Homines hic vocat prophetas,iuxta hoc quod & seruator ait:Si sermonem meum audierunt,& vestrum audient.Ecce ego mittam ad vos prophetas, & ex illis occidetis &c.Quẽ non prophetarũ persecuti sunt principes Iuda?Nemo me conturbet,ait Apostolus.ego enim stigmata dñi Iesu porto.Item,Spm̃ dñi nolite contristare.Qui vos recipit,me recipit:qui vos spernit,me spernit.Non parũ est vobis, quenq; proximũ suũ contemnere & aggrauare,nisi etiam prophetas Dei atq; adeo Deũ ipsum loquentem exacerbetis?Qualis priceps,talis populus.Quod cantãt reges,hoc saltat vulgus.Achaz etiã insigniter Deũ contempsit,eius signũ recusando oblatum,q̃d Gedeon vltro petijt, suæ fragilitatis cõscius,Iudic.6.13.Hebraicum *Laach* idem significat, quod Germanice dicimus, *Es mocht mich kranck machen*. Enecas me,dicunt Latini.Item occidis.Si vnquã in Germania propheta quispiam verus hæc dicere poterit,videns abusus & hęreses,certe iã sic dicẽdi locꝰ est.

Proph... tas q... lesta... situm... cõtu...

Con-

Contemnere reformationem ecclesiæ tot abusibus plenissimam,& prætextũ reformationis tot hæreses inducere, si hoc pio agonem non est exhibere,ego non video qd præterea pio molestiæ esse possit. Esa. 1. Hiere.6. sic agonia exhibita est vtriq; prophetarum horum.Similia vides 4.Reg.2. Paral.multa.Item Esa.43.Dominus conqueritur inobedientes sibi negociũ facessere.Ibi negocium facessere seu molestare, Hebraice dicitur Jaia.Psal.78. dr̃ Jegia. Tot sunt hodie scandala,vt non immerito quis dixerit cum propheta: Quare me in hunc diem reseruasti,vt videam tot mala domus tuæ?

Propter hoc dabit dominus ipse vobis signum:Ecce virgo concipiet,& pariet filium: & vocabitur nomen eius Emanuel.

Electorũ paucorũ amore,Deus aliqñ parcit multitudini.

Quanquam Achaz signũ gratiæ Dei recusaret,tamen misericordiæ fontẽ obstruere nõ poterat.Nouit Deus suos.Obserua prophetã in superiori oratione non regem,sed plebem alloqui.Auertit se Deus à rege ad plebem. Spernens spernitur. Primo dure obiurgauit domũ Dauid,nũc post sarcasmi vehemens scomma, solatur dicens: Dabit dominus ipse vobis signũ. Vobis,habet emphasin.Noluit impius rogare signũ alterum,aut in cœlo,aut in terra.iam Dei clementia dat vtrunq;. Incarnatio verbi,certe signũ est profundi & excelsi suprà.Huius tanti signi respectu,Reges duos Rasin & Phacee cõpescuit,quoniam & ante huius signi æstimatione pepercit primogenitis Israeliticis in Aegypto,immo etiam in hoc signo dilexit nos ante constitutionem mũdi.Signũ hoc est Nessenu,hoc est,erectũ vexillum, Exo.17. Signum est,Virgo concipiet. Dabit hoc signũ ipse Deus.Item emphasis est,Dñs ipse dabit vobis signum. Supra humanã nõ solum est intelligentiam,sed & ipsos angelorum excellit captus.Legantur annales, legatur archæologia, & nihil simile audies vnquam factum. Deum legis omnia cõdidisse ex nihilo.Verbũ carnem fieri,& manere quod est,maius est.Dein & ter maximum est,Virginem parere, fieri matrem sine coniuge.Ecce, ait,quod & citra emphasin nõ debet accipi. Grandia promittit,maximę energiæ verba propheta profert,vnde omnia fere verba suam emphasin habent. Haalmah concipiet & pariet,quod est,perpetuo virgo manebit. Haalmah ad vtrunq; respicit. Obserua,emphasin, Pariet,quoq; suam habere. Vult propheta clare loqui,vidit præscius varios huic signo contradicturos. Virgo quando concipit,intacta non manet. Clare ergo loquitur,virginem Mariã & intemeratam permansuram tum concipiẽdo tum pariendo. Et propheta hic vtitur vocabulo,quod nusquam in scriptura datur concipientibus mulieribus. Agar conceptus prædicitur.Saræ item,Manue coniugis, Helchanæ vxoris Annæ, Elizabethis conceptio prædicitur,quia aut steriles fuerunt,aut nunquam conceperunt: virginẽ vero concepturam & parituram, nulla harum vnquam audiuit. Promissio Dei erga omnes magnifica,item mirifica: sed nihil ad hanc promissionem,atq; ad hoc tantũ signum.Daturum se promisit signũ.non ergo est quod quæras exemplum, vel virginis,quæ postquã à viro cognita est, cõcepit & peperit: vel matronæ infœcũdæ, tandem concipiendi vim superne recipientis &c. Promissio signi, requirit aliqd excellens,prius non visum aut auditũ, supra captum humanum, iuxta verba prophetæ:In profundum,aut in excelsum suprà.Recte cantat ecclesia, Virgo singularis. Virgo itẽ noua est nouo modo, q̊ & bono non caret coniugali. Neminem moueat,si forte legat,Virgo concepit & pariet:Concepit in præterito,& pariet in futuro:quasi virgo conceperit tẽpore Esaię &c.Fatemur apud Esaiam legi Harah in præterito,concepit: sed hoc Septuaginta legunt in futuro,concipiet,ingeniũ vaticiniorum declarantes, potissimum vero huius oraculi sensum exponẽtes. Matthæus quoq; mentẽ prophetæ, autoritate Septuaginta fidens,secutus,trãstulit: Concipiet in vtero,in futuro.Prophetica phrasis est,futurum per præteritũ certũ declarari:quod dicitur Dictũ & factum. Similĩ phrasi cap.9.dicit Jeled iulad lanu Ben nithan lanu,hoc est,Infans nat⁹ est nobis,& filius datus est nobis.Hoc quoq; futurum,posuit in præterito.Nouit propheta Danielis hebdomadas(tũc necdũ prædictas)prædicẽdas & adimplendas prius, tamẽ propter certitudinẽ loqtur in præterito,prædicẽs futura. Dauid q̃q; ait Psal. 68. Alitha lamarom Sabitha sebi Lakahtha mathanoth baadam,hoc est, Adscendisti in altũ, cepisti captiuitatem, accepisti (s.distribuẽda) dona inter homines. Heterosis istæc prophetica cũ sit oĩm celeberrima,nõ est q̃d hic ab re multũ laboremus.Verum in assertionem sacramenti virginitatis Mariæ,hoc adijciendum puto, quod Iudicum 13.dicitur: Hinne harah veioladthe ben. Ecce, concepisti, & paries filium. Verbum hoc dictum est ad vxorẽ Manue,sterilem adhuc,& nondum con-

Mariã ꝓpheta ꝑdixit & cõceptură, & virginem permansuram.

Incarnatio verbi,signũ profundum & excelsum.

Maria dr̃ virgo singularis.

Prophetica phrasis

Virginitas perpetua Marię virginis asseritur.

coniugis commistione imprægnatam, sed Dei benedictione grauidandam. Scriptura tamen loquitur in præsenti propter certitudinem promissi. Non ergo virginitati gloriosissimæ virginis derogat, quod Gene. 16. Harah, pro concepisti, legatur de Agar ancilla, non imprægnanda, sed imprægnata. Item Gene. 38. vides Harah de Thamar, quæ commistione soceri sui concepit. Ipsa quoq; dicit, Anochi harah, Ego concepi. Receptũ est verbũ in scriptura, Thahar va Theled, hoc est, concepit & & enixa est. Quod dicitur de mulieribus, naturæ ritu fœcundis factis & parturientibus, Gẽ. 4. 21. 1. Reg. 1. 2. Item 4. Reg. 4. Oseæ 1. Esa. 8. Sed prophetica phrasis, signi magnitudo, & hoc quod sequitur, Vocabitur nomẽ eius Emanuel, & hoc genus alia oĩa, Mariæ virginitatem perpetuã declarant. Sed antequã hanc periodum sequentem, Et vocabitur nomen eius &c. prosequar, rabidorũ Iudæorũ blasphemias prius puto retundẽdas. Ex industria notissimũ vocabulum Almah, vesani obscuratũ volunt. Raro quidem hoc vocabulũ legitur in scriptura. Sed dicant nobis Iudæi, vbi in scriptura legatur, & virginẽ nõ significet? Gene. 24. (vt à capite bibliorũ ordiar) Rebecca Isaaco despõsanda, dicit Bethula, hoc est, virgo. Sic eñ habet textus: Vehanaar tobath mareeh meod Bethula ve Isch lo iedaah, hoc est, puella erat venusta, virgo à viro nõ cognita. Ecce tibi pie catholice, fac locũ hunc obserues. Audis tibi virginem tautologice commendari. Habes hoc? Accipe ergo virginẽ eam postea vnica dictione cõmendari, nẽpe Almah. Sequitur eñ: Vehaia Haalmah ha iotzeth, hoc est, virgo quæ egreditur, puta, ad hauriẽdũ aquam &c. Sunt verba serui Abrahæ. Medius crepet Rabinus pertinax & liuidus. Hic habemus locũ scripturæ validissimũ, Almah virginẽ denotare, idq; proprie & efficaciter. Ordine procedamus. Mariam sororem Mosis, puellam atq; adeo intactã adhuc, Exo. 2. virginem scriptura vocat, idq; hoc nomine Halmah. Filia Pharaonis cũ vidisset fiscellam in papyrione, misit vnã puellarũ suarum; & allatã aperiens, vidit in ea paruulũ vagiẽtem: cui misertus ait: De infantibus Hebræorũ est hic. Cui soror pueri: Vis, inquit, vadã, & vocem Hebræã mulierẽ, quæ nutrire possit infantulũ? Respõdit: Vade. Perrexit puella &c. Lechi, vatheleeh ha almah. Iuit virgo siue puella. Puella fuit tum soror expositi infantis, annos nata quindecim: ergo sane virgo, intacta, integra, inuiolata. Prouer. 30. dicitur, Dereeh gaber be Almah, hoc est, Via gigantis in virgine. Veteres Rabini locũ hũc de Messia intelligũt, nempe Messiam esse geber, hoc est, gigantem fortem, & de virgine nasciturũ. Viam gigantis, hic accipe rationẽ & modũ conceptionis & natiuitatis. Mysterium hoc Salomonis sapientia tũc nequidum potuit compræhendere. Dicit ergo tria sibi esse difficilia cognitu, quartũ vero se penitus ignorare, nempe viam gigantis in virgine. Quod ænigmatice legũt, viam viri in adolescentia sua. In plurali inuenias dictionẽ eã Cant. 1. & 6. Alamoth, vbi non nisi virgines intelligi possunt. Saul quoq; Dauida ephebũ vocauit Alem, 1. Reg. 17. Vtiq; virgo & ipse Dauid tunc fuit. Dixit rex ad Abner, Ben mi ze haalem, hoc est, cuius filius est ephebus ille? Deniq; impuberes siue ipsa pubertas, dicitur Alumah, Esa. 54. psal. 89. Hiob 20. & 33. Si legas Dinam Almah vocitatam Gene. 24. scito adulteratam esse literam. Hanaar eñ habet verus & syncerus textus. Non refert ꝙ Septuaginta legant parthenon. Naar non significat virginem. Haalmah proprie virgo interpretatur. Almah significat virginem puberem & iã viripotẽtem. Bethula significat virginem, cuius tempus nubendi præterijt. Ab Apostolo talis dicit hyperacmos, hoc est, vltra pubertatem. Propheta itaq; Mariam videns Iosepho desponsandam, vocauit eam proprie, nõ Bethulam, sed Haalmah. Et si Bethula virginẽ significaret, ociose Moses diceret de Rebecca Gene. 24. Ve Isch lo iedaah, hoc est, Et virum nõ cognouit. Adeo propheta proprie locutus, Mariã virginem Iosepho desponsandam, & perpetuam virginem permansuram, Messiamq; parituram, vnico vocabulo expressit, multa nimirum mysteria in selectissima dictione videns se posse complecti. Catholici hic audiantur nostrates. Primo Sep. Tertullianus cõtra Iudæos, dicẽs: Hinc quoq; reuincimini, ꝙ nihil signi videri possit res quotidiana, iuuẽculæ scilicet prægnatus & partus. In signum ergo nobis posita virgo mater merito creditur. Sanctus Hieronymus item Almah hoc in Esa. 7. grauissimis argumentis virginem intactam significare ostendit. Item in Gene. qst. Item contra Iouinianum. In libro eo vrget Iudæos, obtestando vt locũ proferãt ex totis biblijs vnum, vbi almah aut nuptam, aut viro cognitam iuuenculam significet. Nunc ad sequentẽ periodũ transeamus. Et vocabitur nomen eius Emanuel. Et hoc notatu dignum. Emanuel dicit puerũ eum vocandum: quod matris virginitatem liquido declarat. Matrem filio nomen inditurum dicit: quod patris est officij, in signum, patrem puerum non habere,

Virginẽ Almah ꝓpheticũ significare.

Aenigma prouer

biale de Mariæ virginitate.

Almah à Bethula differunt.

Almah in scrip. canonica nihil aliud ꝙ virginem intactã significat.

bere, & matrem virum nescire. Ad Zachariam quæstio & controuersia de nomine infantis circuncidendi, & nomine suo vocitandi, deferebatur Luc.1. Propheta hic matri eam tribuit autoritatem, certe viri nesciæ. Sanctus euangelista Lucas etiam huc respicere videtur, vbi dicit cap.1. καλέσεις, hoc est, vocabis nomen eius Iesus. Adde quod & nominis intepretatio, virginitatē matris declarat. Immanuel. Immanu, hoc est, nobiscum: el, hoc est, Deus. Immanuel itaq; significat, nobiscum Deus. Si mater diuino iussu filio suo tale nomen dare iubetur, apparet filium esse verū Deū. Deus enim vana nomina rebus non imponit. Falluntur homines spe sua & opinionib⁹, Deus non item. Immanuel significat Deū verum & hominem. Quatenus nobiscum est, homo est, & dicitur Immanu. Quatenus numen habet, & quatenus e cœlo venit, dicitur El. Quatenus verbū incarnatū, verus Deus & homo est, dicitur Emanuel. Iam verbigenia & theotoca, verbū & filiū Dei ex commistione hominis non poterat concipere. Absurdū & horrendū hoc esset dictu. Quid enī magis inconsentaneum, q̄ Deū posse generari ex immundo & fœdo spermate & concupiscentia spurca, ex libidine peccaminosa? Huic nomini succurrit & hoc, quod dicitur Iesus: quod proprium quoq; Dei nomen est, de quo alibi semel atq; iterū dictū est. Nec hoc nomen humana temeritate & errore puero Mariæ est inditū. Angeli, atq; adeo Dei omnipotentis ore, Mariæ proli tale nomen est datū. Recte Deus dicitur Immanuel, quia deliciæ eius esse cū filijs hominū, Proue.8. Recte Deus dicitur Iesus: q̄a Dei est salus, Deus salutaris, Deus adiutor, redemptor, liberator, & hoc genus alia, quæ passim legenti scripturam canonicam prima statim fronte fiunt obuia. Cauillū friuolū est, quod obijciūt Iudæi & hæretici, Esaiam dicere puerū vocandū Emanuelē, nō Iesum, &c. Quasi qui Dei filius fuit, filius Dei esse nō possit, si dicatur Iesus: & q̄si q Immanuel fit, Iesus vocari non possit: & quasi Maria filium suū verū Deum esse negauerit, quia Iesum eū appellauerit. Nullum Immanueli conuenientius nomen indi poterat, q̄ hoc nomen Iesu. Saluator noster, Iesus noster, sese Immanuelem facto ipso comprobauit, hoc est, filium sese Dei non dixit, sed fecit. Iterū dicūt Iudæi nos plures deos colere. Sed henada, hoc est, monadem atque vnitatem Dei nos haud quaquam diffindimus cōfessione sanctæ Trinitatis. Certe sacrosanctū nomē El, hoc est, De⁹ nobis tāti est, vt nemini concedamus hoc ipsum diuidere, atq; adeo in nihilum redigere. De

Immanuel interpretatur De⁹ nobiscū.

Immanu ele Iudæis.

Dei vnū confitetur ecclesia.

hoc mysterio aliàs. Hic dico Mariam virginē esse portam Ezechieli visam, claustra huius portæ obserata semper, nulli hominum peruia. Mem, sera, claustrū ab æterno consignatū. Maria est, per quam Lammarbe hamisra, hoc est, auctum est regnū Messiæ. Esa.9. Conclaue & hortus conclusus is est nobis, per quem est reseratus paradisus, quia ipse clauis Dauid est homo natus. Dicūt Iudæorum pleriq;, vxorem Achaz esse Haalmah eam, de qua hic vaticinatus est Esaias. Ezechiam vero regē, esse Emanuelem. Sed Ezechias (secundum supputationem temporū) tunc natus fuit in mūdum, quando propheta Emanuelem prædixit nasciturū. Atq; Talmudistæ hoc ipm fatentur, coacti scriptura canonica 3. Reg. 16. & 4. Reg.18. Pleriq; dicunt Haalmah fuisse vxorē prophetæ ipsius. Sed miseri non possunt ostendere, prophetam filiū habuisse, vocitatum nomine Immanuelem, & eum regem seu principem in Iuda fuisse. Liber vero Samuelis & Chronica regum, aliud canūt. Reges enī, principes, sacerdotes & prophetas p̄claros oēs enumerat: & in tanto numero nullū recenset, qui Esaiæ filius fuerit, vel tali nomine vel dignitate. Sed vt demus, prophetæ vxorem ducem siue regem aliquem peperisse, nō tn̄ hoc poterit dici signū, quippe cum antea etiā peperit filium nomine Seor Iasub, ex propheta conceptum. Nec item vates aliquid ipsi Achaz promisit: sed verso sermone ad populū, seruatorem populo pollicebatur, non regi. Et prophetæ fuisset verecundia, vaticinari suam vxorem concepisse, & filiū parituram. Atq; hæc hactenus. nunc ad sequentia abeamus.

Cauilli Iudæorum vani.

Butyrum & mel comedet, vt sciat reprobare malum, & eligere bonum.

Appendix oraculū explanat. Diuinitas Messiæ in vocabulo Immanuelis delineatur: nomen hoc ipsum infrà cap.9. multis synonymis & epithetis declaratur. Hic humanitatem Messię designat. Edere & bibere hominis est. Vnde à morte resurgens, edendo & bibendo itidem humanitatem suam veram ostendit. Sed hæretici phantasma nasci, edere & bibere posse, sibi persuasum habent. Oraculū præcipue respicit in Christi infantiam, quæ opus habuit, iuxtà atq; alij infantes, pappa & vberib⁹ maternis foueri. Sed infans hic Marię proles, ab alijs infantib⁹, quorū cordibus stultitia innascitur, multum differt, quippe qui vel ab vtero matris plenus erat sapientia, Luc.2. Vnde duodecim annos natus, conferre cū legisperitis non dubitauit, hanc prophe-

Humanitas Messię vera.

tiam declaraturus. Quorsum vero hoc? Nonne ad declarandam Messiæ diuinitatem? De humanitate nemo dubitabat. Puerum circuncidi, ætate & decentia succrescere atq; adolescere nemo non vidit: sed deitatem qui æstimaret, vix vnus atq; alter fuit. Voluit ergo Deus pater filij sui testimonium hoc propheta proferri, vt etiã puer haberet suæ deitatis testimonium. Quid est homo nisi ipse error? Præpostera iudicia humana omnia. Cæcutit ratio humana, etiam ibi vbi minime speres. Sine Dei numine nihil in nostro lumine. Ille vero erat lux vera, etiam iam natus. Vnde dicitur reprobare malum & eligere bonum posse infans adhuc: quod certe diuinitatis manifestum est argumentũ. De hoc simplici atq; literali sensu, poterit etiam intelligi esca mellis & butyri mystice accepta. Sed in tanta literæ luce superuacaneũ est quærere allegorias. Trahit sua quenq; voluptas. Alijs arrident allegoriæ, alijs magis sapit litera. Apud catholicos illæ multũ habent dulcedinis, plurimum mouent: hæ apud Iudæos & ethnicos plus ponderis habent. Omnia prosunt, modo apte & suo loco proferantur. Beatus qui noua & vetera proferens, cibum dat domesticis Dei suo tempore. Mysticus quoq; est cantus ecclesiæ, quæ in gloriam beatissimæ virginis cantat: Mel & lac sub lingua tua, odor vnguentorum tuorum super om̃ia aromata. Apis virgo mellificat, lac sanguinis habet expressionem. Mel & lac itaq; cũ virginis tum veræ matris, nempe hominis & Dei habet adumbrationem. Nec illa allegoria est aut vana, aut impia. Neq; eñ errat ecclesia, de beata virgine hoc intelligens: Qui me elucidat, non peccat. Hoc siquidem in duplicẽ Dei gloriã abundat. In eius laudẽ, cœli & terræ cõsideratio facit: longe magis æstimatio virginis & matris Immanuelis. Huic sit laus, virtus, victoria, honor & gloria p æterna secula. Amẽ.

Pueritia Chr̃i diuinitatis suæ testimonia habet.

IN EODEM FESTO, Esaiæ XI.



EGredietur virga de radice Iesse, & flos de radice eius adscendet, & requiescet super eum spiritus domini, spiritus sapientiæ & intellectus, spiritus consilij & fortitudinis, spiritus scientiæ & pietatis, & replebit eum spiritus timoris domini. Non secundum visionem oculorum iudicabit, neque secundum auditum aurium arguet: sed iudicabit in iustitia pauperes, & arguet in æquitate pro mansuetis terræ, & percutiet terram virga oris sui, & spiritu labiorum suorum interficiet impium. Et erit iustitia cingulum lumborum eius, & fides cinctorium renum eius.

PRAEFATIO.



IVdæi sua culpa traditi in reprobam mentẽ, expectando expectant suũ pompосum & violentũ Messiam, in quẽ hunc locum torquent. Expectant Messiã, hoc est, redemptorẽ, & recipient oĩs boni pestẽ, diaboli primogenitũ, verũ exterminatorẽm. Catholici pij Deo, omnibus prophetis, Sibyllinis oraculis, historiæ rei gestæ, apostolorũ & euangelistarum testimonijs credentes, item per spm̃ sanctũ veritatem eam obsignatam habentes, locum hũc de Iesu Christo intelligunt. Cæterum per allegoriam, virgam hanc etiam intelligunt de Christi matre illibata, quæ virga nõ immerito dicitur, quia hæreticis & Iudæis vnà cum infernalibus lemuribus vniuersis, est vera virga, terribilis vt acies ordinata: Fidelibus, vt virga aromatum, admirabilis & iucunda. Non ergo hallucinatur ecclesia, quæ lectionem præsentem in hoc festo nobis legendam ordinauit. Ipsam vero audiamus.

Maria virgo etiam dicitur virga.

Egredietur virga de radice Iesse, & flos de radice eius adscendet.

Deo nemo bonus mortuus: non ergo exaruit Iesse radix. Iesse binomius fuit. vocabatur eñ etiam Isai. pater fuit Dauidis. Bethlehemitanus fuit, 1. Reg. 16. Confertur hic arbori, cuius truncus excisus, & quæ saltem radicem in terra sui reliquias reliquerit. Collatio respicit in eius stirpis defectionem. Nil non (ait ille) mortale tenemus. Vnde & prosapia ea euanuit paulatim. Defecit partim ante, partim post captiuitatem Babylonicam. Dauid domum eam immodice auxit. Habuit germanos septẽ,

Stirps Iesse in radice conseruata.

septem,nec hi steriles extitere.Fuit illi filius Salomon inter omnes vxorius,neque is infœcundus.Sed mundus transit,caduca sunt huius mundi omnia.Christus vero est & conditor & conseruator vniuersitatis.Per ipsum noua progenies cœlo dimittenda ab alto.Tunc incipient magni procedere menses.In Christo rursus arbor illa excisa pullulauit & effloruit.Germen iustum hoc omnia reuiuiscere facit, quia vita est hominum.Christus vt nos vitæ suæ participes faceret,homo fieri voluit.Ne quid dubĳ hic relinqueret, progenies,stirps,atq; domus certa,vnde nascetur, designatur ,nempe Dauidis.De fructu ventris tui ponam super sedem tuam, ait.Item, Iurauit dominus idem Dauidi, nec frustratus est eũ.Veritas non mentitur.Natus est Christus ex virgine Maria domus Dauid, Matt.1.22.Luc.1.20.Act.2.Roma.1.Non Dauidis filius Christus eo modo, quo Salomon, Amnon, Absalon, & alĳ eius sanguis, sed eius prosapiæ referens gradũ & sanguinem.Verus homo, verus surculus. Sensus huius oraculi est: Maria virgo,domus Dauid planta sacrosancta,in hunc mundum protulit filium Immanuelem.

Et requiescet super eum spiritus domini.

Christus flos est & virga.

Flos siue surculus,itidem & virga de radice Iesse nascetur.Omnia sua habent mysteria & significationes.Cæterũ vnum significant Christũ:est eñ omnia in omnibus.Sine ipso nihil possumus omnes.Virga,quia iudex,quia fortis & terribilis,cui nemo potest resistere.Flos seu germen,q̃a nostra conseruatio & vita.Quare vero hoc?Quia verus Deus Immanuel.Statim ergo subdit: Venahaf Olaf, hoc est,Requiescet super eum : accipe,super virgam & germen,q̃d nostra recepta translatio legit,florem,nati ex radice Iesse.Spũs sanctus.Requiescere spũs sancti sup Christũ, q̃d sit,historia euãgelica satis explanat.Dicit pater cœlestis:Hic est filius meus dilectus,in quo mihi bene complacui, ipsum audite.Complacitũ quoq; est spiritui sancto in Christo,vnde Christi merito etiam sese cordibus infundit omnium fidelium, & requiescit etiam in ipsis.Ad eum veniemus,ait, & mansionem apud eum faciemus.Superior locus, præsentis lectionis exordium quodammodo est, de conceptionis sacramento, de natiuitate Messiæ &c.Immo etiã talia aguntur per prophetam Esaiam à septimo capite vsq; ad vndecimum. Et adeo clarus est sensus,vt etiam Iudæi ipsi,velint nolint,de Messia intelligere cogantur.Iam vero in præsenti loco propheta Messiæ,quem Dauidicum germen dixit,maiestatem declarare intendit. Spiritus sancti itaq; dicit esse reclinatoriũ, hoc est, mediatorem factum, per quẽ gratia spiritus sancti in nos deriuetur,per quẽ in gratiam cũ patre cœlesti genus humanum perueniat,&c.De beneplacito eo,de quo hic agitur,habes Matt.3.17.Marc.1.9.Luc.3.9.Summa huius est supereminentia spũs & vnctio,qua Christus præ consortibus(vt psalmographi verbis vtar)est delibutus.De abundantia ea spiritus habes apud Ioannem euangelistam cap.1. Apostolus Coloss.2.vocat,plenitudo deitatis. Idem Apostolus hanc plenitudinis abundantiam etiam perstringit in eadem epistola cap.1.Dignus surculus columbæ tantæ,digna virga in qua requiescat ales ille pacificus Matth.tertio.Sequitur apud prophetam:

Requiescere sup Christum spũ sancti,q̃d sit

Spiritus sapientiæ & intellectus, spiritus consilĳ & fortitudinis, spiritus scientiæ & pietatis, & replebit eum spiritus timoris domini.

Septenarius charismaton Dei,q̃d significet.

Vnus spũs,sed varia dona.Vnicus spũs operatur & exequitur omnia in omnibus, 1.Cor.12. Septenarius numerus est perfectus.Ponitur item definitus perfectus,pro indefinito perfectissimo.Quis eñ spũs sancti omnia enumerauerit charismata?Septenarius tamen ille,quatenus plenus est mysteriorũ, debet apud veros catholicos, propter septenarium ecclesiæ sacramentorũ,præcipue obseruari atq; celeberrimꝰ haberi.Sed nunc ipsa dona videamus,atq; eorũ nomenclaturam recenseamus. Geist der weißheit,geist des verstands , geist des rades, geist der stercke, geist des erkendtniß , geist der furcht . Spiritus sapientiæ, intelligentiæ, consilĳ,fortitudinis, cognitionis,timoris.Diceres clarius aliquanto: Spiritualis sapientia,spũalis(Col.1.)intelligentia,spirituale consiliũ,spũalis fortitudo,spũalis cognitio,spũalis timor &c.Dicis nisi sex hic enumerari spũs dona?Respondeo,in Hebraica veritate nisi sex recenseri.Septuaginta vero vnum horũ diuisisse in duo:quorũ diuisionem secutus est Hieronymus,& mysterio sacramentorum ecclesiæ conuenientem numerũ eum seruat ecclesia.Hi sunt oculi septem,qui in vno recubant lapide,Zach.3.Græci sic legunt:Sophia,id est,sapiẽtia, synesis,id est, intelligentia,Bule consilium,Ischys fortitudo,gnosis cognitio,eusebia cultus diuinus,phobos timor. Hebraicam dictionẽ,

Septẽ dona spiritꝰ sancti Græce.

ijreath, quod timorē significat, Septuaginta in duas diuiserunt, nempe in eusebiam & phobon, cultū & timorem: quod Dei timens, Deū colere non supersedeat. Sunt duæ virtutes, dignæ de quibus speciatim identidē disseratur. non ergo citra Dei spiritum Septuaginta Hebraicū ijreath sunt bipartiti. Ex donis huiusmodi propheta hic Christū præcipue regem gloriæ declarat. Plenū gratia & veritate euangelista itidem Christū prędicat, quippe de cuius plenitudine oēs gratia & veritate repleamur. Plenitudo talis replens oīa, ne in angelis quidē, ne dicā in hominibus, similis inuenitur. Rex gloriæ, rex Israel, rex regū, regibus huius mundi titulū gloriosum, ad quē respiciāt, cui studeant, de quo glorientur, proponit. Erudimini q iudicatis terram. Gloriantur vani in vanitatibus, gloriantur stulti in stultitia. Gloria sapiētis est timor Dei, & hoc genus, de quo ait: Qui gloriatur, in hoc glorietur, ꝙ norit Deū, ꝙ inscriptus sit libro vitæ. Regales hæ virtutes ꝑcipue necessariæ sunt ecclesiæ rectoribus. Prouerbiū est: Rex illiteratus, est asinus coronatus. Quale vero portentū est, episcopus, præpositus, decanus, scholasticus, abbas, & hoc genus ecclesiæ magnatū indocti? Angeli dñi exercituū sunt constituti, vt ex eorum ore plebs legem dñi requirat. Sed proh pudor, aut adeo sunt indocti, vt scripturā sacram minus, q̄ ipsa plebs, intelligant: aut ita impij, vt docti, verbū dñi docere dedignentur. Heroes huius mundi, quare tam vili administratione splendorē generis sui obscurarēt. Respice Deus & visita ecclesiam tuā, quam tantæ singulares deuastarunt feræ. Sapientia & intelligentia opus habent episcopi, quorū præcipua est vocatio, erudire, arguere, increpare tēpestiue & intempestiue. Monet ergo Timotheū Apostolus, vt lectioni sedulo inuigilet, adeo vt etiam obsistentes possit erroris conuincere. Consilio opus habent, propter rerū & casuū varietatem, ne quid temere agant, vt etiam norint moderari canones & consuetudines pro temporū varietate. Concorda tēpora, & canones vnà cū consuetudinibus concordaueris. Hac virtute ꝙ nostri hodie careāt, cogunt verbum Dei, apertissima apostolica præscripta, exoletis cōsuetudinibus quibuscūq; & canonibus antiquatis cedere, in maximam animarū calamitatem, & ecclesiæ Christi conturbationē. Fortitudine opus habēt ꝑlati, ne in electione episcopoꝝ fauorē, necessitudinē, commodū priuatū, & quidq̄ eiusmodi respiciāt, vt tyrannoꝝ importunitati cū Ambrosio, Chrysost. Cyrillo, Hilario, Thoma Cantuariensi, Bernardo, & alijs ecclesiæ patribus ausint se murum opponere. Denicq; vt gaudeāt à cōspectu concilij ire, plagis acceptis pro testimonio veritatis. Breuiter: cultū Dei in timore Dei amplificare habēt, quod nisi præstiterint, ꝑuaricatores confusio & supplicium manet, pro gloria & voluptate ea qua hic abutuntur, ingens & æternum.

Titulus gloriosus regū quis

Epi sapia opus hñt ꝑcipua.

Non secundū visionem oculorum iudicabit, necq; secundū auditum auriū arguet: sed iudicabit in iustitia pauperes, & arguet in æquitate pro mansuetis terræ.

Iudices huius seculi, contremiscite. Iuste iudicate filij hominum: cardiognostes Deus semper vobis adstat. Cōdemnatis & occiditis iustū: qui non potest resistere vobis, deprimitis. Hæc oīa facitis, nisi iniuria suppressos asseratis. Ne quæras fieri iudex, nisi videas te ea mentis fortitudine præditum, vt vel germano fratri ausis obsistere, minimū aliquē iniurijs lædenti. Sed ecce tibi iudex, ecce tibi rex & princeps, instar leonis potens & fortis es ad miscendā ebrietatem, & vlciscendū teipsum: sed ad asserendū fratrem aliquē ex minima plebe, q̄ musca es infirmiusculus. Crede non mihi, sed tuo & meo iudici, veritati, verbo, filio Dei, filio hominis, Christo Iesu: nō impune aut pauperem deprimis, aut ab iniuria ipsum defendere supersedes. In iustitia iudicabit Dalim, hoc est, pauperes. In iustitia iudicare, est sine misericordia pœnas de pauperū suppressorib[9] sumere. Aequus itidem pro mansuetis feroces arguet, hoc est, animaduertet sine omni clementia in Nemroithas impetuosos. Mansueti sunt, qui in patientia iniurias tyrannorū ferūt. Datus est princeps in ira Dei, flagellū hoc Dei in patientia sustinēt. Dñs vero flagellū tandē proijciet in ignē. Summa: in virga ferrea heroas ferociores & impios gigantes iudicabit, & tanquā vas figuli cōfringet eos Christus spes miseroꝝ. Sequitur:

Iudices [illegible] cipue Chri[illegible] cū [illegible] contra[illegible] scere.

Et percutiet terram virga oris sui, & spiritu labiorum suorum interficiet impium.

Fasces non desunt, nō deest gladius, nō desunt ministri. Hæc oīa ipse sibi sufficit. Omnipotēs est, ne angeloꝝ quidē opus habens auxilijs. Spūs eius est vehemēs, q̄ naues Tharsis cōcussit. Verbū eius est efficax & magis acutū, q̄ est gladius vtrinq; acuminatus. Ite, dicet, vos maledicti, & corruent in profundū. De verbo potētiæ hic intelligendus est locus: declarat hoc tautologia. Virga oris & spūs labioꝝ, quid aliud, quàm

Iudex [illegible] dicam [illegible] strictus [illegible]

q̃ verbum, significare credamus? Dicit centurio seruo huic, veni: & venit. Illi dicit, vade: & vadit. Isti dicit, fac hoc: & facit. Num ergo regem nostrũ credamus impotentẽ? Væ qui in omnipotentem peccat. pœnam em̃ luet vehementem. Et qui peccat in Deum æternũ, supplicium sentiet perpetuũ. Accipite exemplũ supplicij temporalis Iudæos, in vniuersum mundum dispersos, & venditos. Item ciuitatem sanctã funditus desolatam. Hic locus item proprie respicit in hæreticos, ecclesiæ Christi hostes, pacis ecclesiæ conturbatores. Potissimũ vero in caput omnium simoniacorum, omniũ flagitiosorũ, omniumq́ hæreticorũ & schismaticorũ antichristum. testis est epistola ad Thessalonicenses. vbi vides Apostolũ verbis Esaiæ vti, loquentẽ de antichristo.

Iudex hæreticorũ, hypocritarũ, simoniacorũ & antichristi districtus.

Et erit iustitia cingulum lumborum eius, & fides cinctorium renum eius.

Succinctus, hoc est, strenuus erit. Districtus rediet, q mitis abijt. O iudices, o principes audite, audite qui desides estis in asserendo miseros, vos sedulum & vehementem sentietis iudicem, & miserorum vindicem Messiam. Promisit se miseris vltorẽ. Non mentietur. fidelis est. fallere non potest. Fides cinctorium est renum eius. Redemptorem & vltorem vt eum habeam⁹, simus & nos succincti iustitia, simus succincti fidelitate & veritate, Ephe. 6. Matrem eiusdem nostri redemptoris itidem summo recolamus studio. gratum est hoc filio. Et tu virgo gloriosa, nos hac die tibi congregatos serua, in lucem mundi quæ prodisti, paritura nobis istum talem & tantum sotera, cui laus & gloria per æterna secula. Amen.

Iudex omniũ districtus.

SECVNDA FERIARVM PASCHAlium, Act. decimo.



STans Petrus in medio plebis, dicit: Viri fratres, vos scitis quod factũ est verbum per vniuersam Iudæam: incipiens em̃ à Galilæa post baptismum quod prædicauit Ioannes, Iesum à Nazareth, quomodo vnxit eum Deus spiritu sancto & virtute qui pertransiuit benefaciendo, & sanando omnes oppressos à diabolo, quoniã Deus erat cũ illo. Et nos testes sumus omnium quæ fecit in regione Iudæorum & Hierusalẽ, quem occiderunt suspendentes in ligno. Hunc Deus suscitauit tertia die, & dedit eum manifestũ fieri, non omni populo, sed testibus præordinatis à Deo, nobis qui manducauimus & bibimus cum illo, postquam surrexit à mortuis. Et præcepit nobis prædicare populo & testificari, quia ipse est q constitutus est à Deo iudex viuorũ & mortuorũ. Huic omnes prophetæ testimonium perhibent, remissionem peccatorum accipere per nomen eius omnes qui credunt in eum.

PRAEFATIO.

Paschales feriæ perperam celebrantur



FEriæ paschales & pentecostes hodie ita celebrantur, vt præstaret solennitatem eam prorsus obliteratã, puta quantũ ad licentiam vulgi. Quid vero faciat misera plebs, cũ non prouocetur ad cultũ diuinũ, cũ nihil videat, nihil audiat, quo ad maiores cordiũ affectus promoueatur? Primitiuæ ecclesiæ patres in hisce, itidem in pentecostes sacris ferijs, potenti plane exercitio plebem ad religionem induxerũt. Tũc de sacramento baptismi populus erudiebatur, tunc competentes fidem suam profitebantur: & facto de omnium fide periculo, probati ad sacramẽtum sacrũ admittebantur. De baptizatorũ infantibus sponsio dabat̃, & sic ipsi q̃q; in fidẽ ecclesiæ p sacramentũ fidei recipiebant̃. Baptizat̃ nũc q̃tidie, conuiuia subinde celebrãtur, nihil docetur, sacramentorũ ratio & vsus ignoratur: vnde omnis religio cũ in ecclesiæ optimatibus, tum in vulgo emoritur. Quantũ ad hasce sacras ferias attinet, sine siti & esurie, nulla fidei intelligentia, consuetudine saltem & ritu vulgari, ad altare sacrum curritur: postea statim ad vomitũ canibus, & ad volutabrũ cœni porcis reditur. Diceres

ceres nõ crucifixo,sed Cereris,Bacchi,Ve
neris,& huiusmodi deorũ portentis cele-
britates peragi. Nemo episcoporum est,
qui pristinum baptizandi & docendi ri-
tum salutarem & sacrosanctum, oblitera-
tum reparet,aut reparandum concilijs iu-
dicet. Neæram quisq; pastor suam sequi-
tur. Interim lupi sæuiunt in palantem gre
gem. Mirum non est, ꝙ crebris pestilen-
tijs, annonæ caritate,bellis,& nullis non
calamitatibus infestentur omnes. Horum
omnium malorum qui causa potissimum
sunt, videbunt quem contempserint. Apo
stolum nunc audiamus.

In diebus illis stans Petrus in me
dio plebis,dicit: Viri fratres.

In Cæsarea ciuitate Palæstinæ mariti-
ma,prius Pyrgus Stratonis dicta,hęc acta
sunt. Huius ciuitatis ciuis fuit Philippus
diaconus,cui quatuor erant filiæ prophe-
tissæ,Acto.vicesimoprimo. Huc accersitus
Petrus ad prædicandum,tunc cum Ioppe
esset. Hic habitabat clarissima matrona
Tabitha,Græce Dorcas, Latine Caprea
dicta:quales vtinam hodie,pro tot lupis,
nostra videat ecclesia. Lycaones & lupæ
hodie facile congregantur. Cornelius cen
turio Dei gratia ex lupino Lycaone fa-
ctus ouis. Hodie qui agni paschalis carne
& sanguine vescuntur, oues per bapti-
smum Christi facti,abeunt(vt Chrysosto-
mus ait)in leones & dracones. Lycaon
mactat & viuit raptu. Cornelius Christi
futurus ouis, orationi,ieiunio & eleemo-
synæ instabat. Ethnicus fuit Cornelius,
vnde Lycaonium eum tyrannum appel-
lo,& ad Christi ouile,factum ouem,com-
memoro. Canonum hoc dico autoritate.
Imperatorem fidelem canones ouem vo-
cant Christi. Quare ouis? quia non eccle-
siæ rector. Pontificem,episcopos & sacer-
dotes dominus suos vicarios constituit,
Act. vicesimo. Curent prophani forum,
de quo ait: Quis me constituit iudicem su
per te & fratrem tuum,de vestra discer-
nere hæreditate? Qui contempti sunt, ait
Apostolus,de rebus hisce iudicent. Petrus
hic maiori officio fungitur. Nõ est æquũ,
ait,vt nos omissa hac grandi functione,
administremus vestris ventribus & men-
sis. Sed ne ferociat pontifex,quod in sua
epistola Petrus lege cauet. Non titulorum
glorietur amplitudine,sed probatũ Chri-
sti seruorum seruum se studeat exhibere.
Petrus omnium pontificum primus,Chri
sto multũ dilectus,omnes agnouit suos fra
tres,dixit ergo,Viri fratres,etiã ad ethni-

Cornelius e lupo euasit ouis.

Pontifex bonus pastor nõ insolescit.

cos,etiam ad milites,etiam ad ipsum cen-
turionem. Nunc quid dixerit, iuuat scire.

Vos scitis quod factũ est verbũ
per vniuersam Iudæã. Incipiens eñ
à Galilæa post baptismũ quod p̃di
cauit Ioannes,Iesum à Nazareth.

Vult dicere: Charissimi,vobis clam nõ
est verbũ,quod repleuit vniuersum orbẽ,
de Iesu Nazareno. Verbũ hoc,quod fama
ad vos pertulit,dñs Deus veritas ipsa vobis
declarare & perpetuare statuit. Illius ergo
huc veni,non meopte,sed spiritus sancti
ductu. Verbũ veritatis sic se habet: Iesum
saluatorem atq; Messiam dñs Deus Israe-
li promisit,atq; in Israele mundo vniuer-
so. Prophetæ omnes de hoc sunt locuti,
idq; per spiritũ sanctum. Secundũ vatum
oracula venit Iesus ille Dei filius,per spiri-
tum sanctum de virgine perpetua,domus
Dauidicæ nimirum virgula,conceptus &
natus. Verus & vnicus mediator Dei & ho
minũ,verus Deus & homo. Venit prædi-
cando gratiã & pacem:eius sui sermonis
efficaciam in mirabilib' factis declarauit,
potens tam verbis q̃ factis. Testes habuit
prophetas nataliũ & totius vitæ suæ cur-
sus. Vltimus omnium prophetarũ fuit Ba
ptista Ioannes,cuius etiam nomen in toto
mundo est celebre. Baptista Christon indi
cauit,nedum prædixit,maximum vatum.
Præcursor Christi fuit,vnde etiam bapti-
zauit, sacramenti baptismi typum quoq;
præmittendo. Nunc quæ post baptismum
eum acciderunt,audiamus.

Quomodo vnxit eũ Deus spũ
sancto & virtute,qui ꝑtransiuit be-
nefaciendo,& sanãdo oẽs oppressos
à diabolo,qm̃ Deus erat cum illo.

Spũs vnctorem se designauit in hoc,ꝙ
in specie columbina supra Christũ,quan-
do baptizabatur,ferebat. Vnxit Christũ,
hoc est,regem & sacerdotem designauit.
Magnæ virtutis & profundi mysterij est
vnctio: vnde etiam seruator ipse,Christus
(id est,vnctus) dicitur. Obserua Messiam
tam apud Israelitas,q̃ apud ethnicos,Chri
stũ vocatũ. Græci pleriq; vocant elimme-
non vnctionẽ. Christus vnctus spũaliter
chrismate spirituali. Nos vero qui opus
habemus cæremonijs, quibus spirituali-
um admoneamur charismaton, chrisma-
te linimur cum baptizamur. Admonemur
præcipue per vnctionem chrismatis &
olei sancti,qualis & quantus populus eua-
serimus per baptismi sacramẽtum. Noli-
te tangere Christos dñi,hoc est,sacerdotes
san

Vnctio Chri quę & qd significet.

Chrismate q̃re baptizandi vngimur.

sanctos & reges excellentes, o Tyranni & o heroes potentes huius seculi. Dominus Christorum suorum vindex est. qui ipsos tangit, pupillam Christi Iesu tangit. Hæresis Medea omni crudelior, patrẽ cœlestem fugiens, fratrẽ suũ, hoc est, miseram plebẽ in frusta secare meditans, chrismatis vnctionem antiquat, vt baptizati, vile vulgus appareant: ne regalis & sacerdotalis vnctionis æstimatio, tyrãnos faciat cũctatiores ad populum sanctum deuorandum, & ipsa hæresis sine minori conscientiæ remorsu in catholicos possit sæuire.

Chrisma- tis vnctio quare hæretici abiurerẽt.

Christum Euangelista etiam hic vocat benefactorem, curatorem & auxiliatorem, Euergeten nimirum Græce. Virtus Dei, energia Dei erat in eo, qui Deus ipse erat. Spiritus sanctus quoq; ipsum Deum designauit. De vnctione Christi agunt Dauid Psal.44.88. Esa.61. Dan.9. Vide itẽ Acto. 4. vbi Petrus adducit verba Esaiæ: Ruach Adonai Jehoua alaf, Joan Maschach Jehoua othi, lebasser &c. Spũs domini sup me, ergo vnxit me Deus ad euangelizandum. Spiritum sanctum item Euangelista vocat virtutem, dicens: Vnxit eum Deus spiritu sancto & virtute. hoc quoq; facit in euangelio Luc.1.24. Spiritus vehemẽs repleuit ecclesiam, & cõfregit naues Tharsis. De Christi gratia, qua omnes curauit infirmos, habes Esa.35.61. Matt.4. Marc. 2. Luc.6. Diaboli inuidiã quoq; esse Christi præsentia refrenatam, euangelica historia nusquam non declarat. Ingenium hostis vides depictum Iob 1.2. Deus erat cũ illo, ait Euangelista. Non autem fuit cum illo, quemadmodum est cum alijs pijs, sed sic, quemadmodum secum & in sua essentia est Christus: sed sic, quemadmodum cum Deo est Deus. Vna psona Christi, est verus Deus & homo. Signanter ergo dicit Euangelista, Christum verum Deum & hominẽ explicans. Simili loquendi modo dicitur etiam Romañ.1. & alibi: Deus ipsum excitauit à mortuis. Item positus est à Deo iudex viuorum & mortuorum. Dominus quoq; ipse in eodem sensu dicit: Sermo meus nõ est meus. Item Dauid ait: Dixit dominus domino meo. Substantiæ Christi hæc omnia nihil derogant. Item obserua in superiori periodo dici, Verbũ quod factum est, hebraismum esse. Emphatica oratio. Verbum accipitur pro re. Simile vides Lucæ 1. & 2. Vniuersa Iudæa. Græcum catholis, significat vniuersitatẽ. Inde catholica dicit ecclesia. Seqtur.

Euerge- tes Chrs.

Vnctio Christi celebris in scriptura catholica.

Dei esse cũ Chrõ vt intelligatur.

Et nos testes sumus omniũ quæ fecit in regione Iudæorum & Hierusalem.

Apostoli sunt testes doctrinæ & vitæ Christi, nẽpe ij qui omnibus interfuerũt. Quare & præcipue Matthiam & Barsabam in tale elegerunt testimoniũ Act.1. De testibus illis suis dicit Christus: Vos testes estis eo℞ &c. Luc.24. Ioan.15. Et vos testimonium dabitis. Idem Apostolus & Euãgelista Ioãnes supipsius testimonij mẽtionem facit in suo euãgelio, cap.19.21. Lucas Euangelista oculatus testis non quidẽ fuit, sed certissima relatione historiã Christi prosequitur, q̃d vides Actorum primo. Marcus item ea quæ ab Apostolis didicit, memoriæ tradidit. Habent Euangelistæ hi suos quoq; testes Apostolos, ipsamq́; ecclesiam. Ecclesia pleraq; non recepit, pleraque scripta approbauit. Tanta est ecclesiæ maiestas: quam si hæretici agnoscerẽt, non ita hodie tumultuaretur.

Apostoli testes chri sti nõ abij ciendi.

Ecclesia de euãgelica veritate testimonium fert.

Quem occiderunt, suspendentes in ligno.

Vitam & doctrinam Christi Apostolus Petrus paucis perstringit. Quis eñ cũcta vno sermone prosequatur, quæ ne ipsi quidem Euangelistæ poterant suis libris omnia committere? Idem simili sermone summam rei quoq; attigit Actorum 2.3. 4.5. Item in Epistola cap.2.3 4. Solymis ipsos sacrilegos parricidas alloquitur p̃sentes, quemadmodum & Stephanus præsentes mortis Christi reos facit. Hic loquitur de absentibus, prædicator Christi, non absentium detractor. Quod dicit, suspendẽtes in ligno, respicit ad locum Deut.21. In quem Apostolus quoq; Paulus respicit Galat.3. Maledictus, ait, omnis qui pendet in ligno. Christus pendẽs in ligno benedictio ipsa, in se credentiũ omnium maledictum transtulit, vt in semine Abrahæ omnes gentes benedicerentur, & semen Heuæ diabolo, maledicto maledictionis capiti & fonti, caput suũ contereret.

Hunc Deus suscitauit tertia die, & dedit eum manifestum fieri, non omni populo, sed testibus præordinatis à Deo, nobis qui manducauimus & bibimus cum illo postq̃ resurrexit à mortuis.

Excitationẽ intelligit hic resurrectionem. Mori, humanum: resurgere, & excitare se vel alios, Dei est potẽtiæ. Qui Christi mortẽ prædicat, ne cesset donec ad resurrectionẽ perueniat. Excitauit sese Christus, quatenus Deus immortalis: excitat⁹, quatenus homo morti traditus. De excitatione Christi vides Romañ.4.6.1. Cor.6. 2. Corint.4. Galat.1. Coloss.2. 1. Thessal.1.

Excitatiõ Christũ a morte, vt intelligas

Item Acto.2.3.4.Item in epistola Petr.1. Roma.14.ait: καὶ ἀνέστη καὶ ἀνέζησεν. Resurrexit & reuixit. Vnum est dicere, Christũ resuscitatũ, & eundẽ resurrexisse. Scriptura dat Deo patri gloriam, nihil vero per hoc detrahit gloriæ Christi, qui ipse dicit: Ego habeo potestatem ponendi animam meam, & eam rursus resumendi. Cætera quæ apostolus Petrus hic dicit, Christum post suam resurrectionem cum suis comedisse & bibisse, Lucas suprà cap.1. vnico verbo leuiter attingit, dicens: Conuescens, præcepit eis &c. Cætera memoriæ non sunt tradita. Vani ergo sunt hæretici, qui nihil veritati tribuunt, etiam si vniuersa ecclesia fateatur, si non in canonicis scripturis habeatur. Qualem vero scripturæ fidem adhibeant, quãti eam faciãt, vel inde apparet, q eius intelligentiam & sensum saltem penes se latitare iactitẽt. Vile euãgelion omnino, quod saltem in tam vanissimis vasis condi velit. Dominus Iesus suos testes non vxorios, non ducturientes, non lenones, non bibulos, non citharœdos, non Dionysiacos Dionysios, non aleones, & aliorum ludorum exercitatos, non aulicos adulatores, non negociatores auaros, nõ fastuosos & iracundos, aliisq; hoc genus vitiorum insignes, in mundum vniuersum misit: sed castos, cœlibes, pauperes, laboriosos, in omni disciplina & patientia, in omni obedientia & dilectione probatissimos, ad sui testimonium proferẽdum legauit. Et primitiua ecclesia adeo frigide & impie non elegit ex fauore & carnis gloriæ æstimatione. Non tamen inspicienda persona ministri catholicis. Hæresis est Donatiana & Petiliana, ex dignitate vel indignitate ministri efficaciam æstimare sacramentorum. Tanta est vis sacramenti, tanta est maiestas ecclesiæ. Extra ecclesiam optimus minister, nihil ministrat nisi lepram. Virtutem ministerij catholicorum postea videbis in virtute spiritus sancti, Cornelium & vniuersam eius domum replente.

Hæretici vani sunt ecclesiæ testimoniũ non recipientes.

Et præcepit nobis prædicare populo & testificari, quia ipse est qui constitutus est à Deo iudex viuorum & mortuorum.

Hæretici currũt nõ missi.

Currunt hæretici non missi. Ipsi se mittunt, ipsi quoq; de se dant testimonia, ipsi semet sibi conferunt, ipsi sibi sunt tradux, caput & cauda. Quis non videat hæreticorum temeritatem & ambitionem? Coacti, vix adeo ferocirent atque insolescerẽt. Sed operæprecium est, vt suo se colore depingant, vt exemplo possint esse posteritati, hæresios disnoscendæ. Petrus dicit, apostolis dominũ præcepisse testificari. Apostolus Paulus item vehementi & euidenti Dei iussu missus, nulla prædicauit insolentia, sed cum timore & tremore. Hæretici vbi tuto latrare possunt, Stentora vincunt: cæterum vbi sibi vident instare pericula, hoc est, vbi catholicum magistratum vident pro asserenda ecclesiæ & professione & solennitatibus, disciplinis item & religione excubare, muti plane sunt & fugitiui, scientia trepidante. Qui de sua vocatione certus est, qui se catholicam fidem prædicare non dubitat, trepidare non potest, modo carnalissimus non sit homo. Fugit impius nemine persequente. Hæresiarchæ suos discipulos in pericula mittũt, ipsi interim sibi post principia cauentes. Rex nouæ Sionis suos apostolos misit in interitũ æternũ. Quorũ alij Susati, alij aliàs, quod quæsierunt, inuenerunt. Nouorum apostolastrorum pleriq; armati in aceruo occisorum reperti, nõ Christi, sed antichristi ministri. Cõtra hos errores omnes, facit hoc quod hic dicitur: Præcepit nobis prædicare. Nõ pugnare, sed prædicare, inquã, apostoli mittuntur. Apostolorum & episcoporum esse prædicare, vides Matth.28. Marci 16. 1. Corinth.1.9. Christum esse tam sotera quàm iudicem, vides Matth.25. (Dicit ibi iudex: Ite, venite) Ioan.12. Romañ. 2.1. Cortint.4.2. Corin.4. Heb.12. Iaco.5. Articulus hic fundatur, Christum esse iudicem viuorum & mortuorum.

Hæresiarchæ discipulos suos in pericula mittunt.

Huic omnes prophetæ testimonium perhibent, remissionem peccatorum accipere per nomen eius omnes qui credunt in eum.

Epilogus sermonis sancti Petri efficax, & rei summam complectens. Efficax conclusio, quam omnium prophetarum fulcit autoritas. Summa negocij euangelici est, Remissio peccatorum in nomine Iesu. O perorationem, omnium rhetorum regulas superantem. Omnes prophetæ, à Samuele vsque ad Ioannem Baptistam. Et Acto. tertio idem Apostolus Samuelem primum prophetam, in testem adducit. In epistola sua 1.cap.1. item prophetico testimonio vtitur, & in sequentibus hoc studiose facit. Nec alij euangelistæ & apostoli hoc negligũt facere. Sunt enim & prophetæ ecclesiæ fundamentum, teste Apostolo in epistola ad Ephe. cap.2.3. De remissiõe peccatorũ p nomẽ (hoc est, p meritũ

Semine Christi vt colligas remissionem peccati.

ritum & fidem) Christi habes Act.5. Esa. 40.43.53. Hiere.32. Dan.9. Non solum remissionem peccatorum, sed & repletionẽ spūs sancti charismaton recipimus gratiā & gloriam. In Christo Iesu recipimus gloriam pro gratia. Sed vt in ipso maneam⁹, iterum atq; iterum videamus. Qui in ecclesia manet, qui ecclesiæ pacem non conturbat, qui ecclesiæ disciplinas & solennitates non temnit, in Christo manet, quia Christi sponsam audit. In Christo itẽ manet, & Christum in se manentem habet, q sermonem Christi custodit. Huic gratia & gloria per Christum est parta. Huic nostro seruatori sit laus & gloria per æterna secula. Amen.

TERTIA FERIARVM PASCHATOS, Actorum XIII.



Iri fratres, filij generis Abraham, & qui in vobis timẽt Deũ, vobis verbum salutis huius missum est. Qui enim habitant Hierusalẽ & principes eius, ignorantes Iesum & voces prophetarum, quæ per omne sabbathum leguntur, iudicātes impleuerunt. Et nullam causam mortis inueniẽtes in eo, petierunt à Pilato, vt interficerent eum. Cumq; consummassent oīa quæ de eo scripta erant, deponentes eum de ligno, posuerunt in monumento. Deus vero suscitauit eum à mortuis tertia die, qui visus est per dies multos his qui simul adscenderant cũ eo de Galilæa in Hierusalẽ, qui vsq; nunc sunt testes resurrectionis eius ad plebẽ. Et nos vobis annunciamus eā, quæ ad patres nostros repromissio facta est: quoniā hanc Deus adimpleuit filijs vestris, resuscitans Iesum Christum dominum nostrum.

PRAEFATIO.



Esternus sermo sancti Petri, factus fuit Cæsareæ: præsens sermo Pauli, habit⁹ est Antiochiæ, quæ est ciuitas regiōis Pisidiæ, minoris Asiæ. Alter horũ sermonũ ethnicis, alter factus est Iudæis. Vterq; Christi resurrectionis testimonium cõtinet. Præsens qui in Iudæorum synagoga est habitus, Barnabam collegam Pauli auditorem & testem præsentem habuit. Concione istac Apostolus historiā veteris testamenti copiosius percurrit, quippe Iudæos, legis non ignorantes, auditores habens. Sic etiam sanctus Stephanus Iudæos confutans, totam propemodum legem perstrinxit. Paulus hic orditur ab electione Abrahæ & aliorum patriarcharum, peregrinationem in Aegyptum, liberationẽ ex Aegyptiaca seruitute, vsque ad ingressum Canaan terræ, percurrit. Dein à Iosue & alijs iudicibus, à Samuele itidem & regibus sermonem deducit. Ad mentionem Dauidis simulac venit, abrupto atq; adeo abbreuiato sermone, in nouum transit testamẽtum, ad ipsum filium Dauid sermonẽ adaptans totum, nimirum Iesum Christũ. Testem eius non contemnendum, Ioannẽ Baptistam profert. Lex & prophetæ vsq; ad Ioannem. Vnde statim veniens Apostolus ad Ioannem, per prophetarũ testimonia cum mortem tum resurrectionem Christi ostendit, Christumq; verum Dei filium pdicat. Summa hæc oratiōis. ipsam nunc tandem audiamus.

Viri fratres, filij generis Abraham, & q in vobis timẽt Deũ, vobis verbũ salutis huius missum est.

Mirifice & captat beneuolentiā, & sapīæ iuxtà atq; animi fortitudinis auditores suos cõmonefacit. Sapiẽtis est, scripturam rite intelligere: & intelligentiā sanā, syncerā reseruare, fortitudinis est. Vtrũq; ad viros ptinet constantes, & ad mulieres forti aīo præditas. Vocat ergo viros, hoc est, fortes. Sic sapientiæ simul & fortitudinis Iudæos admonet. Beneuolentiam captat, eos genus vocās Abrahami. Interim vero dum progeniem eos Abrahæ appellat, Abrahæ fidem eisdem cõmendat. Vocat itẽ fratres, quæ appellatio vt Iudæorũ peculiaris fuit, ita etiam nobis esse debet Matth.23. Apostolum quoq; Iudæum fuisse, idq; pharisæum genere, vides Philip. 3. Gloriabantur Iudæi nimium in carne

Noblitas fidelium vera.

Abrahæ,Matth.3.Ioan.8.Veræ & solidæ nobilitatis Abrahæ probantur fideles,Roma.4.9.Galat.3.4.Nõ hoc ratione carnis Abrahæ,sed similitudinis & imitationis fidei,per quam efficimur filij Dei, Ioan.1. Rom.8.Sunt autem filij Dei,timentes Dei, sed timore filiali.Timoris Dei Apostolus hic Iudęos submonet,vt persuadibiles eos, & sermoni fidei obedientes, faciat. Præclara nempe nobilitas, Dei timor. Nihil enim timere præter solum Deum,libertatis est perfectæ.Verbum salutis,est idem quod,verbum salutare. Matth.13. dicitur verbum regni cœlorũ. Iaco.2.appellatur verbum veritatis.Veritas liberos nos facit. Spũs sanctus item liberos nos facit:qui & ipse spũs dicitur veritatis,Ioan.15. Qui ita liberi sunt,hæredes sunt.serui non manent in domo in æternum.Verbum itaq; veritatis,verbum perfectæ libertatis,dicitur etiam verbũ vitæ,qm̃ extra ipsum nulla est vita,Ioan.6.Philip.2.Omnia hæc ad gratiam Dei referenda,vnde etiã dicitur verbũ gratiæ Act.16. Summa:quocũq; voceris noĩe,eo oĩa tendũt,vt sit sensus, verbũ esse Dei.Dignũ cui summũ adhibeatur studiũ,q̃d vtroq;(q̃d aiunt)sinu appræhendatur.Vobis missum est,inquit.Q.d.Obtestor,ne tantã gratiã negligatis. Sequitur:

Qui enim habitant Hierusalem & principes eius, ignorantes Iesum & voces prophetarum, quæ per omne sabbathum leguntur, iudicantes impleuerunt. Et nullam causam mortis inuenientes in eo, petierunt à Pilato,vt interficerent eum. Cumq; consummassent omnia quę de eo scripta erãt, deponentes eũ de ligno,posuerũt eum in monumẽto.

Ecce tibi verbum salutis,verbum veritatis,verbum perfectæ libertatis, verbũ regni cœlorũ,verbũ vitæ,verbũ Dei.Audite & intelligite.Intelligite & custodite. Iesu viuere in carne,fuit nostrum viuere in spiritu:Iesu viuere in hoc mundo,est nostrũ viuere in cœlorum regnũ: Iesu mori,est nostrũ in morte peccati reuiuiscere: Iesu resurgere,est nostrum de peccato & inferno deuicto in æterna gloria triumphare. Apostolus Paulus hic est euãgelista, haud secus atq; Petrus in hesterna concione.Historiam Christi fideliter tradere,est euangelistam agere.Hodie manipulos videas euangelistarum, sed qui non historicam

Historia & litera

literam,quam occidere dicunt,prosequantur.Spiritum ipsi dant sine litera,homines nil nisi litera,spiritu plane inopes.Fugite hinc o pueri,latet em̃ aspis in herba. Sancti patres ecclesiæ,quanquam & euangelistarum opus strenue & non sine laude peragerent,nihil tamen in euangelistæ nomine gloriabantur,nec item historiam sacram auersabantur.Norant historiæ verũ & salutarem vsum,sequebãtur apostolos. nos ijsdem vestigijs nitendo historiam adoramus,nedũ non contemnimus.Historia non solum docet Christum passum,sed & inocẽtem passum:nec item solum passum innocentem,sed passum vt sua innocentia pro nostra satisfaceret culpa, suo supplicio nobis pararet regni cœlorũ gaudia. Passus Solymis,passus à summis pontificibus:quia victimam se obtulit cœlesti patri summus pontifex pro nostris reatibus. Ignoranter dicit eos peccauisse,vt sermonis temperet vehementiam.Sic etiam dicit 1.Corinth.2.Si sciuissent, haudquaquã regem gloriæ crucifixissent. Apostolus quoque Petrus sermonem suum ita mitigando,ait,cata agnæan,hoc est,per ignorãtiam hoc commisistis,quemadmodum etiam summi sacerdotes, Acto.3.Apostolus quoq; dicit,se ignorantem ecclesiam esse persecutum,1.Timot.1.Habemus pontificem qui potest sufferre ignorantes,Hebræ.5.Sed non hic patrocinamur ignorantię crassæ,in quam conuenit:Qui ignorat, ignorabitur,1.Corint.14.Hodie cũ euangelion sit diuulgatum & in gloria receptũ, sine negocio ignorantiæ crassæ conuinci poterit,si quis dixerit se de Christo nihil audiuisse.Pia vero mater ecclesia, subinde pro ignorantijs filiorum suorum Deo supplicat.Dauid quoq; pro ignorantijs suis & pro delictis iuuentutis suæ orat.Qui tales sunt,pro ijs ecclesia Deum exorat.Sed hodie multi errant,catholicæ veritati mẽtium suarum ianuas obstruendo:pro quibus si Iob,Samuel & Daniel domino precentur,non exaudiantur.Deus vero nouit suos, quorum aliquando miserebitur,sectarum earum autores hæresiarchas & euãgelicastros e medio sublaturus.Apostolus hic non solum dicit Solymitanos sermonem de Iesu non audiuisse,verum etiam sensum genuinum propheticarũ literarũ non intellexisse.Non viderãt omnia oracula in Christo Iesu esse adimpleta. Vita Christi tota, natiuitas, mors & resurrectio, ab ipsis est pronunciata prophetis: quod pauci obseruantes, in lucem veritatis oculis mentis intendere non poterant.Esaias & Daniel p̃dixerũt Messiã acerba morte absumendũ.Scribæ & pharisæi huius

euang... nõ ...

Ignorantia cũ inexcusabilis.

huius vitæ gloriæ ęstimatores, in crucis scādalo gloriam inuenire non poterant. Dixerunt ergo: Nos audiuimus ex lege, Christum non moritu⁊ in æternū &c. Apostoli quoq;, audito sermone crucis, defecerūt. Dicit Petrus domino: Propicius esto tibi. Sed statim audiuit durū verbū: Vade post me. Fratres, hac armemur cogitatione, vt bibendum nobis persuadeamus e domini calice, quē primum degustandū propinauit suæ charissimę matri, virgini gloriosæ. Adeo est catholicum quod ait Apostolus: Nisi compatiamur, non conregnabimus.

Deus vero suscitauit eū à mortuis tertia die. Qui visus est per dies multos his, qui adscenderant cū eo de Galilæa in Hierusalem, qui vsq; nunc sunt testes resurrectionis eius ad plebem.

Antiochenis Iudæis Apostolus hactenus de Christi morte & sepultura prædicauit: nunc eius adscensionē declarādam assumit. Vtraq; pdicatio necessaria, vtraq; salutaris: illa peccatorum remissionem, hæc iustificationem nostram continet. Fides resurrectionis, res est magis ardua, q̄ mortis & sepulturæ. Adducit ergo hoc loco testes oculatos Apostolus. Oīa bene fecit, nobis probe prospexit diuina sapiētia. Tertia die resurrexit secundū scripturas, quadraginta diebus post resurrectionem, testibus suis electis subinde apparēs, resurrectionis fidem ipsis claram atq; indubiam fecit, Ioan. 20. 1. Corint. 15. Tam in resurrectione, q̄ in adscēsione Christi, angeli quoq; adfuerunt. vides ergo maius testimonium Christum habere nō posse. Primo prophetarum oracula, secundo varias figuras & visiones, dein angelos & fide dignissimos ad hoc electos testes. Sed fides ex auditu. Si non adsit interpres, taceat qui loquitur linguis. Quare hodie in fide catholica adeo sumus oēs inconstantes? Nonne quia ignorantes? Quare ergo negliguntur adeo studia bonarum literarum? Quare contemptui habetur concionandi officium? Quare prophetia cantioni frigidæ posthabetur? Vbi sunt hic nostri superintendentes? Quis abusus eos fouet? nonne hi qui eorum sunt caput & origo, ecclesiæ optimates? Vel ex Iudæis instar ecclesiæ reformandę mutuare possint, si ecclesiæ reformatio ipsis cordi esset. Voces prophetarum per omnia sabbatha leguntur. Quid pleriq; in ferijs sacris facimus, nisi q̄ partim legimus ea quæ nō intelligimus, partim sacrificamus meritorie in domuum viduaru deuorationem? Hactenus sumus religiosi. curam canonicam anseribus & anatibus putamus esse scriptam. Sed quid surdo cantilenam cano? Dominus Deus aures cordium aperire dignetur nostratium.

Et nos annunciamus eam, quæ ad patres nostros promissio facta est: quoniam hanc Deus adimpleuit filijs vestris, resuscitans Iesum Christum dominum nostrum.

Non dicit se & Barnabam resurrectioni Christi ferre testimonium, q̄ oculati testes esse possint. Apostolus quidem Iesum vidit rediuiuum, 1. Corint. 15. Acto. 8. Sed non vidit resurrectionis argumēta Christum rediuiuum suis discipulis dare, atque eos testes suæ resurrectionis vocare & cōstituere: non ergo testem se, sed euangelistam Christi vocat cum suo collega Barnaba. Scripturam citat, Propheta⁊ oracula adducit. Annunciamus, ait, vobis eā, quæ ad patres nostros facta est, promissionem. Promissiōis eius hic colligimus tres præcipuas partes. Prima est, Christū esse filium Dei, & hominem natum ex sanguine Dauid, atq; adeo verum esse mediatorem Dei & hominū. Ioan. 17. 1. Timoth. 1. Huc facit Psalm̄. 2. Beni attha, Filius meus es tu, ego hodie genui te. In resurrectionis potentia, declarata est mortui Christi gloria. Sepulchrum habet speciem alui, teste Ambrosio, per quam Christus q̄dammodo resurgēdo renascebatur in gloriā, quemadmodum antea per virginalē ventrem editus fuit in huius mundi miseriā. Statim à resurrectione datam sibi Christus habuit potestatē & in cœlo & in terra, Matth. 28. De ea prædixit saluator ipse Matth. 26. Tunc, ait, videbitis filium hominis à dextris virtutis Dei in regno suo. Ante resurrectionis diem promissio Dauidi facta, necdum erat impleta. Hac vero die (quam dominus fecit Psalm̄. 117.) effectus oraculi per euentus est declaratus. Hoc est illud Haiom, hoc est, hodie. Sensus hoc huius psalmi requirit. Apostolus sic exponit Hebr. 5. Hilarius hunc enarrans psalmum, ait: Exordio ergo hic resurrectionis suæ ad adsumendam gloriam dies est, per quam (puta resurrectionem) ad id nascitur, quod ante tēpora erat. Pauloante ait, Per resurrectionis potentiā Christum gigni. Tandem sic concludit, Vox ergo Dei patris (secundū Apostolum Act. 13.) de die resurrectionis existit. Hinc etiam ecclesia in festo Paschali locum eum Psalmi eius magna identidem concinit celebrita-

Apostolus se oculatū testē nō dixit.

Sepulchrū Christi habet speciē ventris virginalis Mariæ.

te. Secũda pars promissionis huius est, quã sanctus Paulus adducit ex Esaia ca. 55. Atqui Apostolus (quod etiam apud alios noui testamẽti hagiographos receptum est) oraculum maiori parte iuxta Septuaginta versionem citat. Septuaginta Hebraicum Hasde malũt vertere sancta siue sanctitas, q̃ pia aut pietates, misericordia aut misericordias &c. Hasid quippe sanctus etiã potest reddi. Promissio est, Deũ cũ vnigenito suo fœdus velle inire perpetuũ. sic em̃ ait: Hasde Dauid ha Neemanim. Misericordia immẽsa Dauidi promissa, rata erit, certa erit &c. Locũ eum Apostolus huc applicat, tanquam resurrectionis veritatem oraculũ propheticũ indubiam certam'q; p̃ dixerit. Deus, quæ eius est misericordia siue sanctitas, non patietur filij sui assumptã humanitatem corrumpi, sed resuscitabit eam, atq; immortalem eam gloriosam'q; faciet. Dicit ergo Roma. 5. semel excitatum à morte, posthac non moriturũ. Apostolus Esaiam huc citans, alia quoq; scripturæ loca vnà infert atq; perstringit, vt alter alterum fulciat atq; elucidet. Secunda promissio asserit & declarat primam, sic & tertia p̃cedentes duas. Tertia vero promissionis pars, est secundæ appendix. Habet in psal. 15. Lo thithen Hasidecha lireoth sahath, hoc est, Non dabis sanctũ tuũ videre corruptionem. Apostolus Petrus etiã in suo sermone, quem Lucas suprà recenset, hũc locum ad confirmandam fidem resurrectionis adducit. Cæterũ ne quis dicat, Dauida hæc de se esse locutũ, ait neminem latere, Dauida in puluerem, vnde acceptus erat, redactũ, sepulchrũ eius & reliquias esse in promptu. Sequitur ergo, (cũ scriptura solui nõ possit, Ioan. 10.) aliũ quempiam Dauidici sanguinis supesse, de q̃ veritas locũ eum dixerit. De fructu vẽtris Dauid, Christus natus, Psal. 131. Hasid, hoc est, præsens, Deus miserationũ, Deus sanctus & sanctimoniæ fons. Hasid ille sanctus sanctorũ, sepultus quidem fuit, à cruce depositus. Anima itidem eius descendit ad inferos. Sed neq; anima eius in carcere inferno est retẽta, neq; corpus eius sacrosanctum in sepulchro computruit, sed vere resurrexit, & se viuũ pluribus in multis argumentis exhibuit. Paulus gentium doctor, apostolo Petro hic subscribens, eadem quæ ille Iudæis tradit, gentibus profert: Dauida nimirum, postquam quadraginta annis rem probe administrasset, additũ patribus & putrefactum lege naturæ, 3. Reg. 2. Dauida itaq; locutũ de Christo sui ventris fructu, tanq̃ de seipso. Post hæc om̃ia Apostolus vsum atq; fructũ viuificæ & mirificæ resurrectionis Christi apte subdit, dicẽs agni paschalis veri Christi Iesu sacramentũ, esse generis humani redemptionem. Hinc siquidẽ oĩa alia charismaton spũs sancti organa, effluxisse. Acto. 2. ait Petrus: Pœnitentiam agite, & baptizetur vnusquisq; in nomine Iesu. Item, Pœnitentiam agite, & reformamini, vt deleantur vestra vobis peccata, Act. 5. 8. 11. 20. 26. Concordat lectio euangelij huic loco. Tu quisquis es, pie catholice, lectionem vtranq;, euangelij puta & epistolæ, diligenter perpendendo confer. Hic etiam obseruãdũ, Apostolũ docere, fidem resurrectionis ad nostram potissimũ facere iustificationem. Apostolũ ipsum audiamus: Notum, ait, sit vobis fratres, q; p hũc vobis remissio peccatorũ denunciatur, & ab oĩbus à quibus nõ potuistis per legem Mosi iustificari, per hunc om̃is qui credit, iustificatur. Hoc vobis iam tot annos inculco fratres charissimi, differentiam magnã esse inter Mosen & Christum: valde ergo errasse Iudæos, q Mosen Christo prætulerunt, & q vtrunq; confundendos censuerunt. Iudæi legis Mosaicæ obseruantia sibi summopere placuerunt, sese mundos & Deo gratos: Christi vero cultores, quantumuis pios, tanquam immundos & prophanos auersabantur. Pharisaicum hoc supercilium apostoli omnes vehemẽti sedulitate contuderunt. Præcipue vero doctor gentium, superbiæ cristam egregie pharisæis ipsis detraxit, ostendens non Mosen, sed Christon esse salutis autorem: In solo Christo esse spem, iustitiam & vitam: Solius sola Christi gratia omnes saluari oportere, tam Iudæos q̃ ethnicos. Per legẽ, ait, iustificari non potuistis: quod p legẽ quæsiuistis, in solo Christo inuenietis. Non hic hæresis Aetiana & Iouiniana statuitur, Solam fidem exclusiue, hoc est, citra respectum vllum vllius boni operis, pietatis & charitatis, &c. absolute iustificare: nuptias & virginitatis virtutem, saturitatẽ & ieiunij disciplinam, &c. eiusdem esse meriti. Chri spũs ductus, alius est à Mosaico. Aliud est amor, aliud est timor. Hac in p̃fessione catholici semp consensere, hodie phanatici ecclesiam misere conturbãt, nouam iustificandi solius meræ atq; nudæ fidei rationem somniantes. Hi vt præsentibus incautis illudãt, etiam sanctos patres, q bus alioqui ex diametro pugnant, citant: p̃cipue sanctum Augustinum ad Marcellum: quasi Augustinus, quum hic cõtra Pelagianos, decalogi præcepta cæteris legalibus misceat, sentiat, etiam contra ea quæ alibi docet, bona opera fideliũ iustificationis ratione esse vacua. Videant magistelli nouitij illi, quæ idem alibi differat, præcipue

Corpus Chr̃i corruptioni non fuit obnoxiũ.

Dauidis corpus cõputruit.

Resurrectionis Christi commoditas.

Resurrectionis des ni catoru

Iustificationẽ ecclesia Ro. semp sic cere docuit.

pue q̃st.lib.83.cap.76.Itē lib.de vita Christiana.Item de bonis operibus & alibi.Ade etiam quæ hic,puta ad Marcellum,copiose scribat.Nos S.Augustino cap.14.nullam violentiam illaturi,catholice ipsum interpretabimur, suumq́ꝫ ipsius sensum ostendemus,nempe illum:Opera etiā decalogi,citra fidē Christi & meritum eius passionis,hoc est,gratiæ spūs sancti operationē,nō iustificare:fidem purificare cor, adeo vt opera fidelis hoīs sancta dicant̄,& sine fide ad salutē nō prosit,quidqd operis in speciē boni p̄stiteris. Breuiter:tota lex cæremonialis, iudicialis & moralis, citra Christum obseruata,nihil est:& Pelagius, gratiæ spūs sancti & meritoꝝ Christi insiciator,nihil ab ethnicis bonis operib⁹ incumbentibus,differt,quantūuis iustitiæ studeat.Immo ethnicos,q de Christo nihil vnquā audierūt,suas cōscientias aut accusaturas,aut excusaturas.Pelagianistas vero,tanquā Christi grāe hostes,grauissimas manere pœnas,itidē & Iudæos.Hæc est sentētia Augustini,& ea catholica.q̄d etiā clarius aliquāto vides cap.29.Sed hæresis sentētiam S.Augustini cōtra religionis fideliū merita torquēs,toto errat cœlo.Immo Augustinus nusquā nō fatetur hæresin esse Aetianā & Iouinianā,bonis operibus fideliū aut rationē iustificationis,aut p̄miū patriæ cœlestis negare.Eant ergo nūc noui apostolastri, & citent S.Augustinum, ipsumq́ꝫ sibi pugnare faciāt.Audiat exoticos eos euangelicastros, qui nouariū opinionū discendi est cupidus.Nobis traducis dogma vnice sapit.Valeant q noua & aliena proferunt.Apostoli concio audita est:superest nūc cordi cōmittat̄ optimo,vt inde fructus perfectæ religionis nascatur. Sunt etiā hic miracula,nēpe Act.14.Vides naturā posthac fore accusatricē eoꝝ q fidē Chrī nō recipiūt.Natura em̄ in noīe Iesu iussa,libēter tot & tanta edidit portenta,vt credat̄ in noīe Iesu,Marc.16.1.Corint.14. Oīa bonus & optimus Deus bene fecit:nihil,quod ad nostrā salutem facere possit, omisit.Faxit Deus,intelligamus & grati simus.Amen.

Natura posthac infideles accusabit.

IN FERIIS SS. PHILIPPI ET IACOBI apostolorum, Sapien. V.



STabunt iusti in magna constantia aduersus eos qui se angustiauerunt,& qui abstulerunt labores eoꝝ,vidētes turbabuntur timore horribili,& mirabunt̄ in subitatione insperatæ salutis,dicētes intra se,pœnitentiā agentes,& præ angustia spūs gementes:Hi sunt quos habuimus aliquādo in derisum & in similitudinem improperij.Nos insensati,vitā illoꝝ æstimabamus insaniā,& finē illoꝝ sine honore.Ecce quō cōputati sunt inter filios Dei,& inter sanctos sors illorum est?Ergo errauimus à via veritatis,& iustitiæ lumē nō luxit nobis, & sol intelligentiæ nō est ortus nobis.Lassati sumus in via iniquitatis & perditionis,& ambulauimus vias difficiles:viam autē dn̄i ignorauimus. Quid nobis profuit superbia?aut diuitiarum iactantia quid contulit nobis?Transierunt oīa illa tanquā vmbra,& tanq̄ꝫ nuncius p̄currens,& tanq̄ nauis quæ pertransit fluctuantē aquā:cuius, cū p̄terierit,nō est vestigium inuenire,neqꝫ semitā carinæ illius in fluctibus.Aut tanq̄ auis,quæ trāsuolat in aere,cuius nullum inuenitur argumentum itineris illius.

PRAEFATIO.

Libri sapientiæ cōmendatio.



Libri sapientię autor vt incertus est,ita eius commoditas est maxima. Augustinus videtur librum hunc Siraco Iesu referre acceptum,libro retract.2.Alij Philonē autorem dicunt,alij Salomonem. Philonis esse ego arbitror. Salomonis esse dicitur, propterea ꝙ sapientiam ipsam perpetuo tractat.Atqui sapientia ipsa vera, atqꝫ per hoc æterna,est Christus,cuius statum,hoc est, conuersationem omnē vsqꝫ ad mortē,Philo propheticis parabolis & ænigmatibus prosequitur,idq́ꝫ accurate. merito ergo sub Salomonis typo Christo dedicatur.Accedit huc ꝙ & Chrī officium aliud nulliū est,q̄ ꝙ omnia pacificat, Rom.5.Ephe.2.Salomonis vocabulū,pacem

Salomon Christi typus.

cem importat: recte ergo figurate Christus per Salomonis nomen adumbrat. Liber ipse in concilio Niceno est approbatus. Philo Salomonis phrasim plane æmulatur. Quantum ad præsentem lectionem pertinet, hypotyposi quadã & notatione, iustorũ & iniustorum diffidentiam explicat. Ostẽdit, in hoc seculo impios, tanquã in suo sterquilinio, esse confidentiores: lædere, & se læsos vociferari: iniuria quoslibet deprimere, & nulla ratione culpabiles esse contendere. Partim excusant ius regale, cui quod libet, licet: partim misericordiam Dei de talibus pœnam non exigere, sibi persuadent: quasi Deus admirator personarũ, de ipsis pœnam sumere vereatur. Philo vero dicit, Iustos posthac iniustos vehemẽter reos agere & peragere. Iudicem tunc iustum secundum iustos legem dare. Ipsum audiamus.

Stabunt iusti in magna constantia aduersus eos qui se angustiauerunt, & qui abstulerũt labores eorũ.

Iusti iniustos vicissim reos agent.

Quando sic stabunt iusti constantes? In die iræ, quando vnicuiq; retribuetur secũdum sua facta, Matt.25. Roma.14. 2. Cor. 5. Quin Paulum tanquam interpretem audimus 2. Thess.1. Nosipsi (puta Apostolus & Syluanus) de vobis gloriamur in ecclesijs Dei, de tolerantia vestra & fide, super omnibus persecutionib⁹ vestris & afflictionibus, quas sustinetis, documentũ iusti iudicij Dei, vt digni habeamini regno Dei, pro q̃ & patimini. Siquidẽ iustũ est apud Deũ, reddere his q affligũt vos, afflictionẽ: & vobis q affligimini, relaxationẽ nobiscũ, cũ reuelabit dñs Iesus de cœlo, cũ angelis potẽtiæ suæ, cũ incendio flãmæ, qui infligit vltionẽ his qui nõ nouerũt Deũ, & qui nõ obediũt euangelio dñi nostri Iesu Christi, qui pœnam luent interitũ æternũ, à facie dñi, & à gloria fortitudinis illius, cũ venerit vt glorificetur in sanctis suis, & admirandus fiat in oĩbus credẽtibus. Vides Apostolũ Philonis paraphrasten egregiũ. Sed iniusti dicũt, Nõ est Deus: suo tẽpore, Deũ esse, experient. Quãto pstaret, credere Deũ in hoc seculo, q̃ experiri in futuro? Exemplũ habemus in euangelio Luc.16. de diuite apiciano & Lazaro. Hic Iezabel, vbi vineam Naboth abstulerit, ipsumq; Naboth per sententiam execrabilem consulũ execrabilissimorũ extinxerit, Io pæan clamitat ouans. Sed cum ad illum iudicem, qui iuste citra personarum respectum iudicat, ventum fuerit, mutabitur Io pæan, in væ, hem, heu, & ach. Audiatur hic sapiens, Salomon, Christus. Iniustos dicit dño Deo pœnas daturos, q iustos molestarint, & va rijs iniurijs affecerint, odio habuerint, &c. Hæc oĩa ab re. Vel si odij & importunitatis potentiũ causam vis audire, eam vides Sap.2. Quia contrarius est iniustis. Pœnas itẽ dicit iniquos veritati daturos, q piorũ opera tanquã vana abiecerũt. Iustus quid dixerit, stultitia impijs est: quidqd fecerit, vanitas habet. Primitiuæ ecclesiæ pfessio & vita, à Iudæis & ethnicis proscindebat, sic eodẽ tenore etiamnũ immũdus mundus, omnia timentium Dei dicta & facta sugillat. Pœnitentiæ etiam dignos fructus, indignis accipiunt modis mũdi man cipia sapientes & potentes. Ipsi quidquid faciũt, sanctũ est: quidquid statuũt, æquũ: adeo persuasum sibi habet, thus sese pedere. S. Augustinus dicit sectarũ autores dicere sibi: Quod nos volumus, sanctũ est. Euãgelicastros nr̃os hoc q̃q; sentire, catholici experiunt oẽs. Quis eñ sacerdos catholicus inter ipsos degere potuit? quẽ nõ catholicũ presbyterũ sunt persecuti? Certe neq; hic Chr̃i, neq; aplorũ, neq; sanctorũ patrũ exẽplis innitunt. sed Iuliani, Petiliani, Donati, Auxentij, & aliorũ hæreticorũ mensurã adimplere adlaborãt, eorundem q̃q; posthac in pœna futuri comites: quippe quorũ errorũ hic fuerũt complices.

Iustos ... te mũ... plequ...

Sacerdotes catholici hæreticos ... stos sib experiunt.

Videntes, turbabunt timore horribili, & mirabunt in subitatione insperatæ salutis, dicẽtes intra se, pœnitentiam agẽtes, & præ angustia spiritus gementes.

Adderes: ibi erit vlulatus & stridor dẽtium, Matt.22. Hic manus in sanguine innocentum imbuunt, oculos suos in cruore pascunt atq; oblectant. Rapiunt, & nemo cõtradicit: occidũt, & Placebo cantantes, factũ iure regis approbant. Causæ diuitũ & potentum subscribit non modo vulgus plebeiorũ adulatorũ, sed & turba prædicãtum. Qui te beatum dicũt, o magnatũ corona, ipsi te decipiũt. Sed breues dies hominum esse quis nõ videat? Turbabuntur breui, qui iam pro sua libidine omnia agunt, quibus iam ad vota omnia succedũt. Dñs eñ vindex est miserorũ. Dñs se pauperum assertorem promisit Matt.5. Luc.6. Fletus eorum in risum mutabitur, Ioan.16. Apoca.21. Interim animæ occisorum iacent sub altari, voce magna clamitantes: Dñe, qui sanctus es & verax, quando tandẽ vindicas sanguinem nostrũ de his qui habitant in terra? Qui finxit aurem, non audiet? Qui finxit oculum, non considerabit? Vicissitudo est rerum.

Sis memor humanæ sortis, q̃ tollit eosdem
Et premit: incertas ipse verere vices.

Putas

Putas miseros,Dei manus opus non esse? Si Dei opus,certe Deus ipsoꝝ vindex erit: & hoc tanto præsentius,quanto ab huius mundi gloria magis sunt alieni.Constantia iustorum Act.4.vocatur Græce parrhesia,impiorum conturbationem & confusionẽ,vocant ecstasin.Non est minimũ impiorum suppliciũ,ꝙ vident beatitudinem piorum.Paradoxon tale,quale Christus facit,nulla vnquã schola nouit.Paradoxon tale docet sapientia,beatos ꝓdicans pauperes,flentes,& patientes,Matt.5.Diuitibus,potentibus & sapientibus huius seculi,mirabile plane paradoxon,mendicos & idiotas cœlorum rapere regnum.Mundus caducus,fluxa huius mundi oĩa.gloria huius vitæ quasi gramen agri. Peccata impiorũ iam ad iudicium peruenerũt. Sũt peccata quæ iudiciũ præcedũt,1.Timot.5. Sententiã iudicis cõtra impios literis commendatã vides Luc.18. 2.Timo.1.Vnũ saltem instãti horrori est remediũ,nẽpe:Pœniteas subito,ne te mox præueniat mors. De cõstantia itẽ iustorũ ante Deũ stantiũ, vide apud Ioannẽ in canonica epist.1.ca. 4.& 5.Impij quærent tũc mortẽ,& nõ inuenient.Pudefacti, dicẽt:Nõ putabamus. Nõ talia sunt rara impijs,quia nõ crediderunt.Scriptura dicit,Deũ vltorẽ futuꝝ ijs q iniuriã patiunt,psal.102.145.Quidqd minimo ex his feceritis,mihi feceritis,est verbum Christi.Angeli eoꝝ,puta minimoꝝ, semper stant ante faciẽ patris,est verbum Christi.Quis credit tali verbo?Euangelion hoc est obliteratũ,sensum requirit allegoricũ.Sola fides saluat.Vade,& q̃dcunq; inuenerit manus tua,fac,&c. Euangelion est verũ,hic literalis sufficit sensus.Sed si iustus vix saluabitur,vbi manebit impius?

Iustorum posthac erit parrhesia, impiorum ecstasis.

Hi sunt quos habuimus aliquando in derisum & in similitudinem improperij.

Sera pœnitentia,quæ in illum differtur diem.In die irę,gratia nequidquã petitur. Omnia suũ habet tẽpus.Temporibus medicina prodest.Hic ꝓdicatur pœnitentia, sed ecce culpas impij culpis aggrauant. Quid dicã de fructibus dignis pœnitẽtiæ, cum etiã male acceperit mũdus autorem gratiæ,Matt.26.27.Luc.22.23.Sic & olim fecerunt prophetis 2.Para.30.36.Talia facit adultera generatio doctoribus veritatis oĩbus.Si dño & magistro pepercerũt, discipulis itidẽ & seruis parcẽt.Breuiter: mũdi exordia arguũt,quis sit sperãdus finis.Immo fæx seculoꝝ,ipso principio erit magis impura.Aedificabitur, emetur, rei vxoriæ indulgebit:atq; hoc erit honestorum.Quæ impij designẽt,Apl'us in epistola ad Thessal.& ad Timoth. nõ obscure recenset.Parũ est impijs,impotẽtes deprimere,nisi etiã eoꝝ opiniones denigrauerint.Sic & dñm occisum adhuc vocauerũt deceptorẽ.Propheta hoc in persona Christi de se ipse fatetur,psal.68.Vaḥẹi la ḥem le mascḥal,hoc est,factus sum illis in prouerbium.Item,In me psallebãt qui bibebãt vinum.Sustinete(ait Iacobus)miseri,nam & agricola tẽpus messis expectat in multa patientia.Facite, conscientia vobis sit bona, Act.23.24.Et qui in cœlis habitat, irridebit eos,psal.2.Erit cum & miseri ridebũt, Prouer.1.

Nos insensati,vitã illoꝝ æstimabamus insaniã,& finẽ illoꝝ sine honore.Ecce quõ cõputati sunt inter filios Dei, & inter sanctos sors illorum est?

Stultos scriptura subinde vocat impios oẽs.Nulla bestia est,quæ nõ norit sibi salutaria.Sequit eñ florentẽ cithison capella, apis thymum, &c. homo sibi quæ noxia sunt,in primis rapit.Norũt bestiæ,qbus rebus sibi medeant læsæ,aut aliàs morbis correptæ.Homo salutaria auersatur medicamenta.Homine qd ergo stultius?Epicmethei sumus, ꝓstaret nos esse prometheos. Quadrat in nostrã socordiã Deute.32.Populus sine consilio & intellectu,vtinã saperent atq; intelligerẽt,vt nouissima præuiderent.Sane moriones,immo insani,q prę se alios contemnũt,qui semideos se volunt ab oĩbus adorari,alios sibi natos arbitrantes.Sed nec sibi simpliciter natos alios putant heroes Nemroithici,gigantes mirifici,sed scabella suorũ pedũ plebẽ natam putant.Si nõ deliriũ est verbũ Christi,Quidquid vni ex minimis meis feceritis,mihi facitis: videmus Christum quotidie pro tot meritis,à Christianis male tractari.Nunc Christũ crucifigi,quãti est criminis?Pro bene meritis & glorificatũ nunc cruci affigi,certe maioris est culpæ,q̃ erat persecutio,qua persona crucis olim male accipiebatur. Sed Christus adhuc in terra degit in pauperibus & miseris quibuscunq;.Annas,Pilatus, Caiphas & Herodes itẽ sunt reuera oẽs tyranni,miseroꝝ suppressores. Christũ olim dixerũt insanũ,Marc.3.Ioan.10.spaticũ Matt.9.Ioan.7.Videbat ergo consentaneũ & æquũ,vt in cruce,quæ non modo secundũ Romanos,verũ etiam secundum Carthaginenses(teste Valerio) mors erat turpissima, extinguerẽt,Matt. 27.Luc.23.Sic & gloriosi huius mũdi idola,

Stulti sũt impij.

Chr's q̃tidie crucifigitur, sed hoc maiori culpa.

Gloria Chr̃i manet miseros, q̃s mundus ridet.

la, miseros tanquã cadauera adspernãtur. Sed Christi sors ea confusionis quoniam sanctos manet, dubium non est, eosdem etiam manere sortem eiusdem glorię. Heu mihi, quæ tunc deos huius mundi suborietur caligo? Cuperent se gloriam eam non videre, sed videbunt, & dentibus frendẽt. O q̃ horrenda diuitis purpurati, etiam Lazaro & Abrahamo miseranda, mendicitas, qua saltem guttulam rogans aquæ, repulsam patiebatur. Serpens antiquus non modo excitat in ecclesiam tyrannos barbaros, verũ etiam huius mundi sapientes philosophos acutos. Hic Neronis bipennis, hic Tertulli lingua, hic Celsus, hic Porphyrius, Apelles, Nizahon quisq; pro se nocere satagit, alij lingua, alij penna. Iulian⁹ tam ense q̃ ore atq; calamo nocuit. Logica & dialectica mundi, colligit esse maniam, hoc est, insaniam, veram Christianorum religionem, sua dare, & omnia æquo animo ferre. Tale euangelion nemo citra persecutionẽ rite prædicauerit. Glosa indefinita opus habet verbum Christi, Si te offendit oculus tuus, proijce eũ abs te effossum. Age placeat sibi mundus, admiretur se, erigat suas statuas, dinumeret tot regũ gradus, fidelis vltra sacram baptismi aluũ ne adscendat, nullã aliam gloriam quærat, q̃ crucis. Dulce est cũ Dauide, insanum fidelem haberi, 2. Reg. 21. Item cum Paulo Act. 26. Atimi etiam si habeamur, cũ Apostolo 1. Cor. 4. gloriemur. S. Augustinus contra Gaudentiũ lib. 2. ostendit, hæreticos olim hãc lectionẽ Sapien. 5. pro se esse interpretatos. Atqui martyrẽ nõ facit pœna, sed causa. Orthodoxus in hoc argumẽto gloriationis nõ errat. Extra ecclesiam vt nulla est efficacia verbi & sacramentorum, sic etiã extra eandem nullum poterit esse martyrium. Quod intra ecclesiam est martyrium, hoc extra est supplicium. Sed audiamus Augustinum. Si ad vos (ait) putatis hæc iustorum verba, quę scripta sunt, pertinere: prius, an iusti sitis, ostendite. Habetis em̃ res magnas, quas inter iustitias vestras vẽtiletis: diuisionem Christi, rescissionem sacramentorum Christi, desertionẽ pacis Christi, bellum cõtra membra Christi, criminationes in coniuge Christi, negationes promissionum Christi. Hæc sunt iustitiæ vestræ. Sequit: Absit absit, vt stent cum magna constantia, cum stabunt cum tam mala conscientia. Vide, per Deũ oro, pie catholice, quid horum non conueniat in schismaticos horum temporum. Sequitur textus apud Philonem, quem tametsi non legat hodie ecclesia, dignus tñ est quẽ norit omnis ecclesiasticus, quippe cum in eo præcedentia declarentur & confirmentur. Ipsum quoq; videamus.

Hæretici nequeunt dici martyres.

Ergo errauimus à via veritatis, & iustitiæ lumẽ nõ luxit nobis, & sol intelligentiæ nõ est ortus nobis. Lassati sumus in via iniquitatis & perditionis, & ambulauimus vias difficiles: viam autẽ dñi ignorauimus. Quid nobis profuit superbia? aut diuitiarum iactantia quid contulit nobis? Transierunt oĩa illa tanquã vmbra, & tanq; nuncius p̃currens, & tanq̃ nauis quæ pertransit fluctuantẽ aquã: cuius, cũ p̃terierit, nõ est vestigium inuenire, neq; semitã carinæ illius in fluctibus. Aut tanquam auis, quę trãsuolat in aere, cuius nullum inuenitur argumentũ itineris illius.

Qui sua peccata hic confiteri & corrigere negligit, in futuro seculo hoc facere velit, sed non poterit. Hic spes: quam qui per bona opera certam sibi facere supersedet, per carnem suã mundi præstigijs seductus, perit. Posthac confitebuntur: primo, vt alios præ se contempserint. Secundo, vt ipsi male vixerint. Quos hic damnauerunt tanquam iniustos, illic iustitiæ admirabuntur, se vero tunc culpabunt, quorum hic suspicius accusator nullus esse voluit. Nolite iudicare, dicit dominus, ne & tu iudiceris, Matth. 7. Luc. 6. Roma. 2. Errauimus, dicunt. Confessionis quod est item pars non modica. Sed si quis hoc hodie ad semideos eos dixerit, quam (rogo) gratiam cum illis iniuerit? Attendite o vos hominum filij, caro & sanguis, puluis & vmbra, attendite: si Christum sequimini, si scripturæ præscripta tenetis illibata, non erratis. Nulla vos consuetudo, eaq; seculorũ complurium vos excusauerit. Hic est, ait pater cœlestis, filius meus vnigenitus: ipsum audite. Obserua tautologiam confessionis huius: Errauimus, viam veritatis non tenuimus, lumen iustitiæ non vidimus, nullus hic sol intelligentiæ nobis est exortus. Lassati sumus in via iniquitatis & perditionis, & ambulauimus vias difficiles: viam autem domini ignorauimus. Attẽdite pij catholici, facite ne detis occasionem schismatis & hæresibus. Vigilate & attendite vobis atq; vniuerso gregi. Consuetudines & canones aut antiquatos, aut in scandalon occasionem abeuntes, ad lydium lapidem

Cõfess... dinaœ... posthac... quæ ca...

dem Dei verbū corrigite, ne hic locus in vos merito possit citari, Nemo potest duobus dominis seruire. Auri templi magna cura, animarū curam remoratur. Quæstus non est pietas. Et quid fuerit, vniuersum mundum prætextu longæ orationis deuorauisse, animæ vero suæ detrimentū fecisse? Deus superbis resistit. Auaritia & hypephania, hoc est, superbia, sunt germanæ. Catholicam fidem & religionem facile asseruerimus, gigantibus tantis noui euangelij autoribus congrediēdo, etiā si ipsum Leuiathan præstent, simoniam, beneficiorum polygamiam, concubinatum, dignitatum peruersitatem, studiorū bonarum artium & verbi negligentiam, eleemosynæ dilapidationē, & hoc genus abusus fœdos, omniū malorū occasiones, neq; defendere possumus, neq; volumus. Immo non minus contra schismata & hæreses, q̄ aduersus superstitiões & abusus eos, quos ecclesiæ magnates corrigere negligunt, pugnabimus. Idola huius mundi tyrannos cruentos nō timemus, certi dn̄m verbi sui contemptū impune nō laturū. Fac corpus nobis auferāt, animā tangere nō possunt. Tanget vero animas eorū Deus, tunc cum iusti in magna cōstantia stant aduersus eos q se angustiauerūt. Hoc nō solū de Turcis, de hereticis, & de schismaticis est intelligēdū, sed p̄cipue de pseudo catholicis q̄q; est accipiēdū. Qui Deo appropinquāt, de illis primo supplicia exigit. testis est locuples Moses. Et iudiciū suū dn̄s à domo sua incipit, 1. Pet. 4. Cōsiderate & perpendite finē hæreticorū oīm tristē. Tyrannorum fata itē tristia & horrēda rite recolite: cōsideratis oībus, Dei timorē discite. Verū vt est, ita & durū est auditu: Nisi pœnitentiam egeritis, & vos ita omnes peribitis. Faxit Deus, matura & vera pœnitentia iram sui iudicij præueniamus. Amen.

Hæreticis nec id q̄ ... si abusus p̄... prorū nō corrigant

IN FESTO ADSCENSIONIS DOMINICÆ, Act. primo.



PRimum quidē sermonem feci de omnibus, o Theophile, quæ cœpit Iesus facere & docere, vsq; in diē, qua p̄cipiens apostolis per spm̄ sanctum, quos elegit, assumptus est. Quibus & p̄buit seipsum viuū post passionē suam in multis argumētis, per dies quadraginta apparēs eis, & loquēs de regno Dei. Et conuescēs, p̄cepit eis, ab Hierosolymis ne discederēt, sed expectarēt promissionē patris: Quam audistis (inquit) per os meū: quia Ioannes quidē baptizauit aqua, vos autē baptizabimini spū sancto nō post multos hos dies. Igitur qui conuenerāt, interrogabāt eum, dicentes: Dn̄e, si in tēpore hoc restitues regnum Israel? Dixit aūt eis: Non est vestrū nosse tempora vel momēta, quæ pater posuit in sua potestate: sed accipietis virtutē superuenientis spūs sancti in vos. Et eritis mihi testes in Hierusalē & in omni Iudæa & Samaria, & vsq; ad vltimum terræ. Et cū hæc dixisset, videntibus illis, eleuatus est: & nubes suscepit eum ab oculis eorū. Cumq; intuerētur in cœlū euntem illum, ecce duo viri adstiterunt iuxta illos in vestibus albis, qui & dixerunt: Viri Galilæi, quid statis adspicientes in cœlū? Hic Iesus qui adsumptus est à vobis in cœlum, sic veniet quemadmodū vidistis eum euntem in cœlum.

PRAEFATIO.

Christus triumphans & summus pontifex adscendit in cœlum.



GAudet hodie & exultat sancta mater ecclesia, triumphū regis gloriæ celebrādo. Mortem hodie, & eū qui mortis habet imperiū, cacodæmonē, Chr̄s dn̄s noster triūphauit. Idē pontifex summus, pro sua reuerētia vel ipsi Deo patri charus, in sancta sanctorū adscēdit, Triumphator dona nobis missurus, sacerdos patrē nobis exoraturus. Illic rex noster nos protectur⁹, hic mediator Deū nobis exorabilē exhibiturus. Hodie videmus verū esse q̄d ecclesia dicit, felicē culpā, per quam natura in melius est mutata. Nō felix sua natura, sed Dei clemētia, q ex deploratis & pessimis rebus, longe optima potest cōficere. Vetus Adā peccando nos peccati labe infecit. Nouus Adam peccati immunis, ab omni peccato nos abluit. In illo, ex paradiso in vallē miseriarū su-

ſumus miſſi. Per hunc,in æternã gloriã ſu mus euecti.Illius culpa paradiſus nobis eſt clauſus,huius merito cœleſtis glorię ianua eſt nobis patefacta. Ieſus eſt ianua, Ieſus eſt noſtra virtus &efficacia,Ieſus eſt noſtra ſalus & victoria.Eia ergo fratres,hũc Chrĩ triumphũ celebremus q̃ ſanctiſſime.Hoc vt rite facere poſſimus,hiſtoriam ſacrã de triũphatore Chr̃o,in cœlũ adſcendẽte,au diamus & corde & auribus auidiſſimi, inuocato primo noĩe triũphatoris ſpecioſiſſimi. Triumphator hodie ſuo populo nihil denegauerit,ſi rite in eius noĩe fuerit precatus.Hac ſacra & certa fidutia,aures & corda veſtra ad audiendam ſanctam lectionem adferte.

Primum quidẽ ſermonẽ feci de omnibus o Theophile,quæ cœpit Ieſus facere & docere,vſq; in diẽ,qua p̃cipiens apoſtolis,per ſpm̃ ſanctum quos elegit,aſſumptus eſt.Quibus & p̃buit ſeipſum viuũ poſt paſſionem ſuã in multis argumentis, per dies quadraginta apparens eis,& loquens de regno Dei.

Fides ſola non iuſtificat.

Principio hic obſeruandũ,Chriſtũ nõ ſolũ docuiſſe,ſed & feciſſe.Primo dicit̃ feciſſe,& inde docuiſſe:quod temere neq; à Chr̃o eſt factum,neq; ocioſe ab euãgeliſta eſt literis commendatũ.Audire & docere verbũ,nõ ſufficit:ſola itẽ fides religionẽ & iuſtitiã nõ abſoluit.Diabolus primus fuit qui cũ Chr̃o ſcriptura certauit:idẽ Chriſtũ primo filiũ Dauid, & Nazarenũ Ieſum appellauit.Deniq; idem credit & cõtremiſcit.Doctor ergo euãgelicus,primo factorem ſe verbi exhibeat Matth.7.Auditores hoc q̃d audiũt,p̃ſtare ſtudeãt Lu.11.Ioan. 13.Rom̃.2. Iaco.1.2.Dein obſeruandũ q̃d ait,Chriſtũ in operatione & doctrina perſtitiſſe vſq; ad finẽ.Et hoc propter nos ſcriptũ eſt.Bene em̃ incipere,& nõ bene perficere,eſt hoc,q̃d bene inceptũ eſt,perdere. Qui in finẽ perſeuerãt,beati p̃dicant̃.Mittere manũ ſuã ad aratrũ,& retro reſpicere, agricolę eſt infelicis.Nõ incipientibus,ſed perſeuerãtibus merces debet̃.Nemo dicat ſe nõ poſſe neq; perficere neq; incipere,cũ dñs Ieſus ſit oĩs noſtra ſufficiẽtia.Neq; idẽ triumphator dona ſua ocioſe largitus eſt. Spm̃ ſanctũ bis ſuis dedit diſcipulis.Semel in hac vita,& ſemel in cœlo triũphans, Ioan.20.Act.2.De plenitudine eius accipimus oẽs.De fide reſurrectiõis,in ferijs paſchalibus ſatis,quantũ per ſermonis breuitatẽ licuit,egimus:nũc nõ doctrina,ſed exhortatione nobis opus eſſe arbitror.Audiuimus iã lectionẽ Chrĩ facta æque atque eius dogmata nobis cõmendare.Vtrunq; ſi amplexi fuerimus, glorioſe cum Chr̃o reſurgemus.Ignominioſe reſurgẽt qui dicent,Dñe dñe,nõne in noĩe tuo prophetauimus,& dęmonia eiecimus?Variã futurã reſurgentiũ gloriã,apoſtolus Paulus non obſcure docet.Inglorij plane erũt ocioſi, ſolius fidei beneficio fiſi.Stultus eſt,qui nõ ædificat ſuper Chriſtũ bene operãdo:eius ædificiũ ruinã grauẽ patiet̃.Hoc Chr̃s ita docet.Antichriſti ergo ſunt,nõ Chrĩ,q ſolius fidei nouo euangelio homines à bonis operibus remiſſiores faciunt.

Et conueſcens, præcepit eis, ab Hieroſolymis ne diſcederent,ſed expectarẽt promiſſionem patris:Quã audiſtis(inquit)per os meum : quia Ioannes quidem baptizauit aqua, vos aũt baptizabimini ſpũ ſancto, non poſt multos hos dies.

Pacis & vnitatis eccleſiæ commendatio.

Conueſcẽdo,nõ modo ſuã verã humanitatem declarauit,ſed & ſymbolon pacis perpetuæ ſuis cõmendauit.Proditor itaq; eſt Chrĩ,q pacẽ cõturbat eccleſiæ.Nõ propter abuſus tãtæ excitãdæ in eccleſia Chrĩ tragœdiæ.Sine vtraq; creſcere,ait,vſq; in diẽ meſſis.Ab Hieroſolymis nõ recedẽdũ, hoc eſt,vnitas eccleſiæ nõ eſt deſerẽda.Eſt in agro dñico zizania ab inimico hoĩe ſuperſeminata:eſt & triticũ.Hæreſis eſt zizania,ſupſtitio ẽ infelix loliũ,abuſus ſunt ſterilis auena.Hic qui dñi eſt,oſtendat & fugiat zizania,bonũ ſemen vt ſit ſtudeat,cæterũ agrũ ipſum dñicũ nõ auerſet̃.Pręforibus eſt dies illa,in qua zizania igni æterno dabuntur cõcremãda:tunc q bene egerit, ibit in vitã æternã.Hieruſalẽ ſignificat traducẽ vnitatis religionis catholicæ.Ibi receperũt apoſtoli chariſmata promiſſa ſpiritus ſancti:extra eccleſiã ſpũs ſanctus non operat̃,ſed ſpũs regnat illuſionis & p̃ſtigij. Ioannes baptizauit aqua:q̃a Chr̃s nondũ glorificatus,& ſpũs ſanctus nondũ datus. Ioannes baptizauit aqua,q̃a p̃curſor dñi, nõ dñs.Chr̃s filius Dei,dñs eſt oĩm noſtrũ. Ipſe redemit nos,ipſe triũphat,ipſe itẽ ſua munera oĩbus diſpertit.Spm̃ ſanctum ipſe nobis meruit,vt in eccleſiæ baptiſmate ſpiritus ſanct⁹ op̃aret̃. Obſerua locũ & tẽpus inſtitutiõis baptiſmi.Baptiſm⁹ eſt Chrĩ.In Chriſtũ baptizamur. Baptizati,Chr̃m induimus.in Chr̃o reuiuiſcimus,in Chr̃o iuſtificamur fide & opere,credentes & bene viuẽtes.Atqui baptiſm⁹ nuſq̃ eſt efficax niſi in eccl̃ia.Sacramẽtũ nõ ſolũ baptiſmi,verũ

Spũs ſanctus operatur in eccleſię ſacramẽtis.

etiã

etiam alia ecclesiæ sacramenta spūs sancti conferuntur opera. Mētio vero baptismi præcipue fit, qꝑ baptismus est omnium sacramentorꝫ ianua. Vos, ait, baptizabimini in spū sancto. Hoc verbū si intelligerent Anabaptistæ, cessarent tandē se immunda & leprosa aqua hæresion retingere. Apostoli baptizati aqua, frigebāt adhuc & tepebant. Spūs sanctus eos igne cœlesti inflammans, baptismū aquæ nō antiquauit, vt hæretici opinantur: sed inflammauit, & sacramēti confirmationis elementa designauit. De baptismo ignis & spūs alibi diximus, nempe in sermone dominicæ Aduentus quartæ. Sequitur:

Anabaptistarum error.

Igitur qui conuenerant, interrogabant eum, dicentes: Dñe, si in tēpore hoc restitues regnum Israel? Dixit aūt eis: Non est vestrū nosse tempora vel momenta, quæ pater posuit in sua potestate: sed accipiētis virtutem superuenientis spiritus sancti in vos, & eritis mihi testes in Hierusalē, & in omni Iudæa & Samaria, & vsqꝫ ad vltimū terræ.

Iudæi olim habuerūt propriū imperiū & reges, tēpore vero illo Romanis facti fuerūt tributarij: putabāt ergo Messiā fore assertorē saltem libertatis amissæ & imperij pditi. Rogabat ergo mater Zebedęorum hac opinione, vt alter suorꝫ liberorum Christo assideret dexter, alter sinister. Iudæos primo expugnauerunt & sibi subdiderūt Assyrij, post hos debellauerūt eos, sibiq́ꝫ sub iugū miserūt Chaldæi. Tertio idē fecerunt Syri siue Antiocheni. Hic Apollonij, Seronis, Gorgiæ, Timothei, Alchimi, Bacchidis, Demetrij, Tryphonis, Ptolemęi tyrannis, tanquā flagellū Dei, in gentē eā efferbuit. Quarta Herodianæ domus, Iudęorꝫ gentē pressit. Postremo oīm imperio Iudæorꝫ potiti sunt Romani. Iugum hoc Romanorꝫ Iudæi imperitiores Messiā arbitrabant excussurꝫ. Dicūt ergo discipuli: Dñe, si in tēpore hoc Israeli pristinum regnū restitues? Quibus ille: Non est vestrū, nosse momēta q̄ pater penes se perpetuo reseruat. Regnū Christi non est de hoc mūdo. Quis me cōstituit, ait, decernere inter te & fratrē tuū, & litem de diuisione hæreditatis vestræ dirimere? Iudex vero est cōstitutus sup oues & hœdos, bonos & malos, viuētes & mortuos. Nūc qꝫ in ecclesia regnat verbo & spū veritatis. De regni eius fine nemo nouit, nisi solus pater. Cæterꝫ & regnū hoc ipm filius tādē

Iudæi expectant Messiā assertorē tēporalem.

Regnum Christi quod.

patri restituet, 1. Cor. 15. Fiet hoc in die extremo. De q̄ die tā homo est nescius, q̄ sui ipsius vitæ finis est inscius, Matth. 24. Luc. 17. Dicit ergo, Vestrū non est talia Dei patris arcana nosse, Non est vocationis hoc vestræ. Ego elegi vos, vt eatis in vniuersum mundū ad euangelizandū pauperibus regnū cœlorꝫ. Volo itaqꝫ vos manere Solymis tantisper, donec in vos supueniat virtus spūs sancti. Multa q̄ vos docerem, quando adhuc in psona crucis vobiscum eram, habui: sed ea tum necdum portare potuistis. Quare vobis spiritū veritatis, q vos in oēm veritatē induceret, & ea q̄ vobis dixi, suggereret, promisi. Ille cū aduenerit, tūc de regno meo aliter sentietis: tūc etiam q̄ futura sunt, quantū vobis scire fas est, discetis. Breuiter: testes mihi eritis, me esse verꝫ mūdi seruatorē, regnū meū non esse de hoc mundo, sed esse spirituale. Eius regni vos principes constituā: Principes, non dominādi libidine deprauatos tyrannos, sed omnium electorꝫ debitores & seruos: quale exemplū ego vobis reliqui, vester magister & dñs, vestros oīm pedes lauando, & vobis oībus vsqꝫ ad mortē inseruiendo. Hactenus principes & pastores, aliās oues. Nō alios supprimentes principes, sed aliorꝫ intemperiē æquo aīo sustinētes. Testes nimirum, & vita & doctrina meos. Testes eos, Græci vocant martyres. ecclesia pro ijs, q in ecclesia pro Chri noīe suppliciorꝫ oīne genus aīo forti ferūt, accipit. Tales principes Christus suos constituit Apostolos. Illis coronas varias variorum meritorū pollicitus est. Qui pompa & voluptate huius vitæ depereūt, post parata sibi supplicia & ignominiā perpetuam inuenient.

Principatus apostolic⁹ est seruitus.

Et cum hæc dixisset, videntibus illis eleuatus est, & nubes suscepit eum ab oculis eorum.

Hic vide, quantū & qualem habeamus Messiā. Iudæi vt carnales plane sunt, nihil nisi terram Palæstinam à suo expectant Messia. Noster Messias maiora nobis peperit, nempe aditū regni cœlorꝫ. Sedit noster Christus non in throno & tribunali putrescibili, sed in solio gloriæ æternæ, ad dexterā Dei pris, Ioan. 20. Victor nūc tot cōtumeliarꝫ, triumphat. Eia q̄ dulcia sunt hui⁹ diei in eccl̄ia cātica? Sūmi triūphū regis, psequamur laude, habet cātus eccl̄iæ. vtinā hoc pstemus. Apl̄s hūc locū paucis prosequit 1. Tim. 3. vbi dicit: De⁹ manifestatus est in carne, iustificatus est in spiritu, visus est angelis, prædicatus est gentibus, fides est illi habita in mundo, receptus est in gloria. Quàm dulcia hæc Apl̄i ver

Triūphus Christi gloriosus

ba auribus sunt credentiū? Iudæi nihil habēt, q̄d nostri Messiæ huic cōferat gloriæ. Nihil est Heliæ currus, collatus ad Christi adscensionē, 4. Reg. 2. Hic artes ethnicorū philosophorū euanescunt, vani sunt emensores cœli, vani genethliaci: & quidquid vsquā est astronomicæ artis, hic vanū ostēditur esse. Hic locū habet vox Christi, Nō est vestrū nosse tempora & momenta &c. Faciem cœli disnoscere possunt: cæterum vbi arcana Dei se scire profitentur, non audiendi. Christus ostendit nobis limites nostræ vocatiōis, nempe vt feramus testimonium eius resurrectionis. Scrutamini, ait, scripturas. Nō dicit, peruestigate cœli plagas & zonas. Damus arti, quod artis est: sed & reseruamus veritati, quod veritatis est. Testimonium debemus nō Ptolemæo & alijs philosophis, sed Christo. Quale autem potissimum testimonium? Resurrectionis & adscensionis. Scrutemur ergo scripturas: nam & illæ dant testimonium rerū earum Christo. Oculos mentium in scripturam defigamus, vt de rebus hisce certiores redditi, vita & opere, iuxtà atq; verbis & ore, Christi testes esse mereamur. Aut si omnino in cœlū oculos quoq; extollere iuuat, audiamus ecclesiam in præfatione sacri canonis nos monentē, atq; dicētem: Sursum corda habemus ad dominū. Sequitur ad hoc:

Astrologi errant, arcana Dei ꝑdicendo.

Cumq; intuerentur in cœlū euntem illum, ecce duo viri adstiterunt iuxta illos in vestibus albis. Qui & dixerunt: Viri Galilæi, quid statis adspiciētes in cœlum? Hic Iesus, qui à vobis adsumptus est in cœlum, sic veniet, quemadmodū vidistis eum euntem in cœlum.

Adscēsionis Christi synonyma.

Hominū testimoniū de Christo, etiā angelorū vndiq; suffultū est testimonio. Hæc Christi analepsis, anaphora, atq; (sic enim euangelistæ Christi adscensionem vocari volunt) eparsis Christi, etiam angelorū & hominū excellit prædicationē. Adscensionem hanc, etiā angelis fuisse & etiamnum esse stupori, Esaias vidit atq; fatetur, dicēs: Quis est iste qui venit de Edom, tinctis vestibus de Bosra? Item Dauid, dicens: Quis est iste rex gloriæ? Dn̄s fortis & potens. Mirū non est ergo, discipulos admirabundos & tanquā in ecstasi in cœlū post Christum acies oculorū defixas habuisse. Apostoli non planetas & astra, sed solē iustitiæ, orientem, atq; stellā Iacob, oculis sequebātur. Sphæristæ tractent sphæram: catholici quærant speciosum præ filijs hominum Iesum Nazarenū, non in astra (iuxta ethnicorum fabulas) relatum, sed ad dexteram Dei patris sua ipsius virtute sublatū. Ecce vero duo viri, hoc est, duo angeli in specie virorū. Triumphator iā angelos in specie virili habet testes. Fortes fortem decent testes. Quid statis, inquiunt, adspicientes in cœlū? Q.d. Ociose & superuacanee adspicitis sursum, putantes aut Christi regnum esse temporale, aut Christum nunc porro vobiscū habitaturū sic, vt ante fecit. Iam omnia noua facta. Christi regnū videtis esse in cœlo, hoc est, spūale. Regnat super peccata & mortē. suis neq; peccatū nocebit, neq; mors. Nouissime itaq; iudex veniet viuorū & mortuorū. Non iam cessat Christus esse homo: neq; eñ ea lege hominem assumpsit. Homo verus quoniam est, etiā verus est mediator. Deniq; & deliciæ verbi sunt, perpetuo esse cum hominibus. Hic est decorus ille Dauid, in quem angeli cœli conspicere gaudent. Hic est fortis dextræ Dauid, qui tandem veniens, pœnam de hostibus suis sumet: cui & nemo resistere poterit. Dicunt ergo: Sic iterum veniet, quemadmodum eum vidistis adscendētem in cœlum. De hoc reditu glorioso vide Matth. 16. 25. 1. Thessa. 4. 5. 2. Thessa. 1. Non video quare plura aut de adscensionis, aut extremi iudicij articulis dicam: cū vterq; toties in catechismis & sermonibus fere quotidianis populo fideli declaretur. Hoc vnice cuperem, mihi persuadēdi gratiam adesse, vt vobis persuadeam, qui vos ad illum diem rite componatis. Credite mihi, immo credite iudici omnium nostro Iesu Christo, sola hoc fide fieri non posse. Amen dico vobis, quàmdiu fecistis vni de his fratribus meis minimis, mihi fecistis. Venite benedicti patris mei, accipite regnum quod paratum est vobis ante constitutionem mundi, Matth. 25. Procedent, qui bona fecerunt, in resurrectionem vitæ: qui vero mala egerunt, in resurrectionem iudicij, Ioan. 5. Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi, vt referat vnusquisq; propria corporis, prout gessit, siue bonum, siue malum, 1. Corin. 5. Optarim mihi dari gratiam admonendi vos & excitandi, ne sola fide, verū etiam operib⁹ bonis ad iudicium instans præparetis. Sed meæ fragilitatis conscius, principem apostolorum sanctum Petrum persuasorem vobis adducam 2. cap. 3. vbi ait: Nouos cœlos & nouam terram & promissa illius expectamus, in quib⁹ iustitia habitat. Propter quod charissimi, hæc expectātes, satagite immaculati & inuiolati inueniri in pace: & domini nostri Iesu Christi longanimitatem, salutē arbitramini. Amen.

Christi regnum spūale.

Sola fide ad diē iudicii premiū homo se cōponere nō potest.

FE-

Actorum decimo.


Periens Petrus os suum, dixit: Viri fratres & patres, nobis pręcepit dominus prædicare populo & testificari, quia ipse est q constitutus est à Deo iudex viuorum & mortuorum. Huic omnes prophetæ testimoniū perhibēt, remissionem peccatorꝝ accipere per nomen eius omnes qui credunt in eum. Adhuc loquēte Petro verba hæc, cecidit spiritus sanctus super omnes qui audiebāt verbū. Et obstupuerūt ex circuncisione fideles qui venerant cū Petro, quia & in nationes gratia spūs sancti effusa est: audiebant enim illos loquentes linguis, & magnificātes Deū. Tunc respondit Petrus: Nūquid aquam quis prohibere potest, vt nō baptizētur hi qui spiritum sanctū acceperūt, sicut & nos? Et iussit eos baptizari in nomine dñi nostri Iesu Christi.

PRAEFATIO.


Iri catholici, quoniam generalissima regula fides est ex auditu, auditus vero verbi Dei: prospicite vobis, facite, fidem non solū mōtes trāsferentē, sed totū mūdū vincentem, vobis cōparetis. Hęc est victoria q̃ vincit mundū, fides nostra. Hanc fidem vt consequamini, verbū Dei in hac sancta festiuitate attente audite. Verbū Dei ne dubitetis esse lectionem præsentē, quam conscripsit euangelista Lucas, cuius autor est S. Petrus, apostolorꝝ princeps omniū. Euāgelicam hic ꝑdicationē attente audite, factam per os Petri, Apostolorum atq; adeo ecclesiæ capitis. Lucas euangelista tā sancti Petri q̃ beati Pauli orōnes libēter ꝓsequitur, tum ꝙ isti duo fuerūt inter alios ꝓcipui, tum quia orationes eorum auribus præsens hausit, & maxime hoc sancti Pauli, cuius (teste Hieronymo) fuit indiuiduus comes. Satis præfatum est, nunc orationē ipsam videamus.

Conciones Petri & Pauli S. Lucas q̃pe descripserit.

Aperiens Petrus os suum, dixit: Viri fratres & patres, nobis præcepit dominus prędicare populo & testificari, quia ipse est qui cōstitutus est à Deo iudex viuorꝝ & mortuorum. Huic oēs prophetæ testimonium perhibent, remissionem peccatorum accipere per nomen eius oēs qui credunt in eum.

Concionatus Chrs sedit, Petrus stetit, vterq; ore aperuit.

Seruator noster in monte sermonē facturus, sedit, autoritatē (vt habet Glo. interli.) suam declarans. Petrus hic prædicaturus suum magistrum & dominū, stetit, paratum se declarans pro nomine Iesu oīa durissima obire. Vnde & receptus in ecclesia est mos, stando euangelion & docendi & audiendi. Christus aperuit os clemētiæ, quod olim per totā legem clausum q̄dāmodo fuit. Petrus quoq; hic dicitur aperuisse os, sed alia ratiōe, nēpe ea ꝙ significatur rotundo ore, hoc est, manifeste, clare & intrepide Christū dñm esse cōfessus. Iudex viuorum est & mortuorꝝ, atque hic vides qualе Christi sit regnū. Dicunt noui euangelistæ, quare Christū iudicē mortuorum non permittāt esse. Iudex est, non lictor & tortor. Habet potestatē animas eorum quos ex hac vita euocauit, mitendi in Acherontis tenebras, potestatē itē habet hoc ipsum mitigare, cuiq; secundū suum meritū: q̄d deniq; iudicis est. Euāgelicastri Christū nō iudicē, sed tortorē docēt, q statim oēs in Auernū deturbet, nullius meriti aliquā habēs æstimationē. Quod sequitur, Remissionē nos peccatorꝝ recipere ꝑ nomen Iesu, hoc ecclesia etiā de defunctis intelligit. Vnde precat: Fideliū Deus oīm cōditor & redēptor, animabus oīm fidelium defunctorꝝ remissionē cunctorꝝ tribue peccatorꝝ, vt indulgentiā quā semper optauerūt, pijs supplicationibus cōsequantur. Sed q defunctis gratiā eam cōtra scripturam Eccl 7. negant, eos hallucinari in prædicatione gratiæ remissionis peccatorum eius, quę ad supstites pertinet, mirum nō est. Qui in vno mētitur, quis illi in alijs credat? Euangelistā variū esse nō decet. Fides Christi longe differt ab opinione. De remissione in nomine Iesu, de resurrectionis & adscēsionis gloria, alibi dictum est. nunc ad huius pręsentis festiuitatis decus, ea quæ de spūs sancti gratia lectio nobis ꝓsens exhibet, videamus.

Iudex viuorum & mortuorū Chrs.

Defunctis gratiā negāt hæretici crudeles.

Adhuc loquente Petro verba hæc, cecidit spūs sanctus super oēs qui audiebant verbum.

verbū dei requirit concionatoris & auditoris cōsensum.

Vides vt intelligas quod suprà dixi, fidem esse ex auditu, auditum vero esse per verbū Dei. Sed fructus prædicationis præsentis, ex pluribus consentientibus sibi cōflatur conditionibus. Petrus stans, aperto ore pdicat. Cornelius homo timēs Dei & gratiæ sitiens, verbū audit. Hoc ipsum nos solatur, quod idē habemus verbū. Deus nouit suos. Spiritus item vbi vult, spirat. Vnū necessarium, vt Petri successio, custodiatur, hoc est, ne nouus exoticæ doctrinæ apostolaster recipiatur. Sed vt ad Petri sermonē veniam, dico vanam esse iactantiam ethnicorum de Hercule Gallico, cuius sermonem dicunt instar catenæ traxisse homines. Christi chorda, reuera omnium electorum ad se trahit corda. Fidem eam sanctus Petrus, bone Deus, quanta tangere nouit fide? Meminerit ecclesiastes, se stare ante Deum, viderit vt in timore & tremore omnia peragat. Viderit item auditor, quo adfectu verbum Dei audiat: bonum semen optimam terram requirit. Certum est, vbi diligens & fidelis concionator & Dei timens auditor conuenerint, spiritum sanctum operaturum. Non possunt Iudæi hodie gloriari de Gedeone, Samsone, Dauide, Iehu, Helia, & de alijs quos spiritum sanctum recepisse scriptura commemorat: tanta siquidem est ea gloria, qua idem spiritus sanctus locupletauit ecclesiam, vt synagogæ gloriæ collata, corpus vmbræ, & ænigma veritati compositum possit videri. Dicit Iudæus: Vathitzlah alaf ruah Adonai, hoc est, Et venit auguste super ipsum spiritus dñi. Item alibi, irruit, insilijt, inuasit super eum spūs domini. Hæc omnia Iudæis nō inuidemus: atque vtinam ipsi quoque pensi habeant, quod nos habemus, cecidisse spm̄ sanctum in omnē Cornelij familiam. Sane non possumus cadere spūs sancti hoc nostrum, Iudæorū Thitzlah dissimile habere. Effectus rei, ipsam rem declarat. Legitur Nume. 24. Spiritus domini induit eū, Iudic. 6. 1. Para. 12. 2. Para. 24. Vnus tamen omnium sensus est cū eo, quod hic est apud Lucam. Cecidit, dicit Lucas, quasi dicat, spm̄ sanctum tanquam imbrem ecclesiam fœcundasse. Similes dicēdi modos de rore & pluuia gratiæ plures in scriptura inuenias. Bona terra, quæ eius pluuiæ capax fuit oris Petri, Esa. 55. Matt. 13. Auditu spm̄ recipi, vides Roma. 10. Gala. 3. Obserua, spm̄ sanctum hic designari placidum & benignum, iuxta fructus eos, quos Apostolus spiritui quoque sancto refert acceptos, Gala. 4. Quis ergo spiritus ille, qui agit nostros nouos illos euangelicos, infanda pertinacia & importunitate acerbissima omnia peragēs?

Gloria synagogæ nulla est, cōparata gloriæ Christi.

Hereticus furor, nō poeticus, est diabolicus.

Furere olim dicebantur poetæ: sed furor ille a deo non fuit scelestus, atque iste religionem approbatam impugnans. Haud quaquam furorem eum poeticum ethnici magistratus impune pertulissent, si contra religionem eum facere animaduertissent. Contra vitia pro virtutibus, eum esse viderunt: ergo diuinum censuerunt, atque enthusiasmum vocitarunt. Plato & alij dæmonem aliquem bonum esse arbitrati sunt. Vnde extat hic versus:

Sedibus æthereis spiritus ille venit.

Dominus Deus hæreticum furorem in erebi abyssum minare, atque ibi in perpetuū perstringere dignetur.

Et obstupuerunt ex circuncisione fideles, qui venerant cum Petro, quia & in nationes gratia spiritus sancti effusa est. Audiebāt enī illos loquentes linguis, & magnificantes Deum.

Admiratione dignum. Sed quid non possit immensa Dei misericordia Rom. 15. Iudæi spūs sancti gratiam angustiorē, quam vt in nationes alias redundare possit, arbitrātes, multas cōtentiones & hæreses olim cōcitabant in ecclesia. Errorem eum S. Paulus fere in oībus suis epistolis cōfutat. Apostoli itidē oēs eundē errorē castigauerūt satis vehemēter Act. 15. Hic vero admirabātur, quia de tanta gratia certi necdū erant: quod liquido vides infrà cap. 11. Petrus ad Cornelium vocatus, & superne admonitus, ex Iudæis fidelibus testes secū adduxit, vt postea tanta gratiæ amplitudo in vniuerso mundo pdicaret, Ioan. 3. Suprà cap. 2. Ecclesia ex Iudæis, spūs sancti gratia replebatur, hic in Cæsarea eadē videt Dei magnalia erga ethnicos. Vnde & hi nō minus quam illi, loquebant linguis magnificādo Deum. Vides itaque Deū esse vniuersorum, diuitē in omnes. Donum linguarum ecclesiæ ex gentibus æque, atque fidelibus ex Iudæis, fuisse commune, vides 1. Corint. 14. Apostolus in iam citato capite vtitur autoritate Esaiæ prophetæ cap. 28. Magnificandus hodie nobis Deus, quod & gentium Deum sese ostendere sit dignatus, Roma. 2.

Gentes vocatæ ad abundantiorē gratiam.

Tunc respondit Petrus: Nunquid aquam quis prohibere potest, vt nō baptizentur hi, qui spm̄ sanctum acceperunt sicut & nos?

Catechumenos & cōpetentes primitiua habuit ecclesia.

Catechumenis talibus, qualis cum sua familia fuit Cornelius, sacramentum baptismi negandum non est. Competentes animaduertit eos Petrus. Ioppitas ergo quos secū

secum adduxerat, interrogat, nõ dubitãs, sed sententiam suam eorũ suffragio fundaturus. Obserua, verba Petri emphasim habere. Ex minore argumẽtatur: Spiritũ sanctum abunde ex verbi auditu receperunt, spũs baptismate baptizati sunt, baptismus ignis per pontificem maximum spiritum sanctum illis contigit: quid vetabit ergo, quo minus & aquæ baptismum illis conferamus? De spũs baptismo, quem igneũ voco, vides Matth.3. Ioan.3. Tit.3. Obserua hic interstitiũ simultatis amotũ. Spũs sanctus ex populis dissitis atq; distinctis, vnũ factũ designauit. Vnũ pastorẽ & vnũ ouile declarauit Ioan.10. Eph.2. O magnã festiuitatem hodiernam. Sed lugendũ, ecclesiam hodie neq; catechumenos neq; competentes habere. Non Anabaptistarũ infelicium patronus hæc dico, sed baptizatos catechizari, & ad Eucharistias sacramentum competentes recipiendos contendo. Sed bene cum ecclesiæ præsentis statu agi dixero, si pleriq; Episcopi catechumeni & cõpetentes esse viderentur.

Baptismus spiritus.

Et iussit eos baptizari in nomine domini nostri Iesu Christi.

Pœnitentiam hęc verba nõ secernunt, Acto.11. Baptismus nihil aliud q̃ pœnitẽtiæ effectus & virtus. Vnde Apostolus Petrus pœnitentiam & baptismum fere connectit, Acto.2.3. Matt.3. Luc.3. vides itidẽ Ioannem baptismum per pœnitentiã inchoasse. Pœnitẽtia apud maiores fuit ante baptismum: pœnitentia ante & post baptismum, apud maiores & minores. Retinctio neq; hic, neq; illic. Obserua multũ in aquæ baptismo esse situm, hoc est, multi esse momenti aqua baptizari: quippe sine qua nemo saluari possit, si aut contemnatur, aut culpabiliter negligat. Nõ ait Apostolus: Sufficit spũaliter esse baptizatos: superuacanea nunc est aqua. Ociosa non est sacramentorum institutio. Baptizãtes, ait, eos ad apostolos Matth.28. Quis ergo baptismi sacramentũ negligat impune? Huius loci exemplum itidem vides Acto.8. in eunucho Candacis reginæ, Esaiã prophetam legentis, potissimum cap.53. Philippus ait illi: Credis in dominum Iesum ex toto corde? Ait, credo. Hic quid aliud restare putabimus, nisi baptismum? Nõ sunt in vna ecclesia plures baptismi, quia nõ est nisi vnus Christus, vnus spũs sanctus, vnus Deus pater. Vnus Deus. Mirum non est, hæreticos etiã in verbi incarnatiõis sacramento errare, & in confessione sanctę trinitatis dubitare, qui plures in vna ecclesia baptismos faciant. Et si ecclesiam Romanam, cum Lutheranis, Christi esse negant, iam omnem fidem vnà inficiãtur. Anabaptistas adeo insanire, nõ est mirum, in refutando baptismum puerorum, postquã Ecclesiam Romanam sedem Antichristi esse illis est persuasum. Pædobaptismũ putant miseri esse commentũ papisticũ, quoniã Dionysio, Origeni, Cypriano & alijs sanctis patribus nullam fidem adhibendã esse putant. Homines (aiunt) sunt, oĩs homo mendax. Obtundunt nos clamitãdo, Verbum domini, verbũ domini. Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit, Marci 16. Furorem illum quis non videat esse diabolicũ? Spũs sanctus modestos & tractabiles facit hoĩes, non clamosos & vertiginosos. Hæretici semidij & plane angeli, homines auersantur. Catholici, qui sibi præceperunt audire ecclesiam, audiãt spiritum sanctum in sanctis ecclesiæ patribus. Audiant, anabaptisma esse olim damnatã hæresin, audiant ecclesiam baptismũ puerorum semper & habuisse, & ab hæreticorum adspergínibus semper strenue asseruisse. Primo audiatur recentior S. Bernardus, qui ait: Quid, quæso, quid inuidet paruulis Saluatorem, qui natus est eis? An putas paruulos Saluatore non egere, qa paruuli sunt? Sequitur: Quid enim, si infans pro se loqui non potest? Adstat & clamat nihilominus Mater ecclesia. Nemo dicat, Non habet fidem, cui mater impertit suã. Item: Magna est fides Ecclesiæ. Sufficit fides Chananeæ & filiæ. Iterum idem: Non dubium est, quin macula cõtracta ab alijs, aliorum quoq; fide valeat & debeat emũdari. Huius sancti patris autoritati ne quis hæreticorum derogare possit, tanquã soli & recentiori, plures & primitiuæ ecclesiæ patrum autoritates, eius iam adductis sententijs subnectam. Præcipue vero sententias Patrum in concilijs habitas, addicendas puto. Cypriani sententia itaq; in concilio lata est, Neminem à baptismo debere prohiberi. Quod, inquit, cũ circa vniuersos obseruandum sit, tum magis circa infantes ipsos & recens natos obseruandũ putamus. Exosculamur in infantibus ipsas adhuc recentes Dei manus. Ex Concilio Carthaginensi: Placuit, vt quoties de infantibus non certissimi testes inueniuntur, qui eos baptizatos sine dubitatione testentur, neq; ipsi p ætatẽ de traditis sibi sacramentis idonei respondere, absq; vllo scrupulo esse eos baptizandos. Et Gregorius ad Quirinũ vult, vt hæretici non in Trinitatis nomine baptizati, rebaptizentur, qa baptisma prius nõ fuit. Idẽ ad Bonifaciũ. Baptizẽtur ij, si nõ fuerint, q testificẽtur. Idẽ ad eundẽ: Quos à paganis baptizatos eẽ asseruisti, si ita habet, vt denuò baptizea

Baptismus pœnitentiã nõ excludit.

Baptismus aq; maximi esse est momenti.

Anabaptistæ de baptismi vnitate male sentientes, de

alijs fidei mysterijs non male sentire nõ possunt.

Pædobaptismũ ecclesia approbat.

zes in nomine Trinitatis, mãdamus. Concilium *Arelia. Si Arriani redeũt, & interrogati nõ respondent Trinitatẽ, rebaptizentur. Ecclesia certe nõ retinxit, sed tinxit Paulonitas ad se reuersos, eo ꝙ regulã baptismatis ipsi nõ haberent, sicut Donatistæ. dicti Paulonitæ à Paulo Samosateno. Præterea Photini retingi iubenť apud Euseb. Veri retinctores erant olim Donatus, Nouatianus, Arrius &c. De Donatianis passim in epist. S. Augustini. De secũdo S. Ambrosius lib. 1. de pœniten. cap. 6. sic ait: Quos Nouatianus iterati baptismatis labe inquinauit. Retinxerũt Arriani quoq; catholicos ad se prolapsos, Augustino teste, qui ait etiã ad Maximũ: Rebaptizare hæreticũ, peccatũ est: rebaptizare catholicũ, immanissimũ est scelus. Cæterũ de baptismo infantũ, audiamus & S. Augustinũ. Circunstipantur, ait, negatores baptismi paruulorũ, diuinarũ lectionũ autoritate, & antiquitus tradito & retento firmo ecclesiæ ritu in baptis. paruul. vbi apertissime demonstrantur infantes, & exorcizantur, & cũ ei per illos, à quibus gestantur, renunciare respondent, à diaboli dominatione liberari &c. Item, Exorcizantur & exufflantur infantes: hoc eñ proculdubio fallaciter fit, si diabolus eis non dominať. Item, Credere infantes per corda & ora confitentiũ cõfitemur. Alio loco August. Satis pie recteq; credimus, prodesse paruulo fidem eorũ, à quibus consecrãdus offertur &c. Mox, quia propriam nondum habent, Alius quidã sic scripsit: Paruuli alio profitente baptizantur, quia adhuc loqui vel credere nesciunt, sicut etiã ægri, muti & surdi, quorũ vice alius profitetur, vt pro eis respondeat, quũ baptizantur. August. scribit: Paruulus dicitur habere fidem, propter fidei sacramentũ. Iterũ August. ad Bonifac. In ecclesia saluatoris per alios paruuli credunt, sicut ex aliis, quę in baptismo remittuntur peccata, traxerunt &c. Idem de baptis. paruul. Sicut olim qui de circunciso nascebatur filius, fuit cicuncidendus, ita nunc qui de baptizato nascitur, baptizandus erit. Idem ibidem: Paruulus qui baptizatur, si ad annos rationales veniens, non crediderit, nec ab illicitis abstinuerit, nihil ei prodest, quod paruulus accepit. Idem de vnico baptis. Sic in infantibus ꝗ baptizati moriuntur, eadẽ gratia omnipotentis explere credenda est, quod non ex impia voluntate, sed ex ætatis indigentia nec corde credere ad iustitiã possunt, nec ore confiteri ad salutem. Indigni horum testium sententiis, qui plures requirunt. Ad Apostolum reuertamur. Vides pie catholice, baptismum aquæ esse necessarium: quod validissimum certe est argumentum, pueris catholicorum gratiam eam baptismi non esse denegandam. Dubitent ecclesiæ extorres hęretici, ad domum Cornelii, Stephanæ & aliorum quos apostoli baptizauerũt, pueros esse adnumeratos. Nostrates item, qui docendi partibus primas auferunt, videant hic Petrum ipsum non baptizasse. Sic habent verba euangelistæ: Iussit eos baptizari. Q. d. Non sum ego missus baptizare, 1. Corint. 1. Hodie quidquid oneris humeris eorum qui ad verbi prædicationem vocati sunt, imponitur. Obseruandum item, baptizari in nomine Iesu, esse baptizari in forma ecclesiæ, Matthæi vicesimooctauo. Complectitur nomen Iesu sanctam Triadem. Et in nomine domini dicitur fieri, quidquid pie in ecclesia peragitur. Nomini huic sese flectit genu omne. Submittamus & nos nomini huic sacrosancto, quod est benedictum in secula. Amen.

Pueros baptizarunt apostoli.

Docendi officium cellẽt ceteris oibus.

IN FESTO CORPORIS CHRISTI, I. Corinth. XI.



COnuenientibus vobis in vnũ, iam non est dominicã cœnã manducare. Vnusquisq; eñ suam cœnam ꝑsumit ad manducandum. Et alius quidẽ esurit, alius autẽ ebrius est. Nunquid domos non habetis ad manducandum & bibendum? Aut ecclesiam Dei contemnitis, & confunditis eos qui non habent? Quid dicã vobis? Laudo vos: in hoc non laudo. Ego eñ accepi à domino, quod & tradidi vobis, quoniã dominus Iesus in qua nocte tradebatur, accepit panem, & gratias agens, fregit, & dixit: Accipite & manducate, hoc est corpus meũ, quod pro vobis tradetur: hoc facite in meam commemorationem. Similiter

ter & calicem, postq̄ cœnauit, dicens: Hic calix nouum testamētum est in meo sanguine: hoc facite, quotiescunq; bibetis, in meam commemoratio-nem. Quotiescunq; enim manducabitis panem hunc & calicem bibetis, mortem domini annunciabitis donec veniat. Itaq; quicunq; manducaue rit panem, & biberit calicem domini indigne, reus erit corporis & sangui-nis domini. Probet autem seipsum homo, & sic de pane illo edat, & de ca lice bibat. Qui enim manducat & bibit indigne, iudicium sibi manducat & bibit, non diiudicans corpus domini.

PRAEFATIO.

[...stum ...rporis ...risti, ...resis ē, ...rogare.]



SOlennitatem huius diei maximi facimus, & cū primis necessariā fatemur. Cerebricosi reformatores festū præsens abrogantes, dicunt esse festum recētioris inuenti. Dubium est, an chorus in primitiua ecclesia festum præsens nesciuerit. Sed demus, neq; chorū neq; forum festū hoc nouisse: tamen necessitate recte considerata, videmus eius institutionē plane esse piam. Ortam hæresin Berengarianam, oportuit ea festiuitate supprimi. Hæretici parū tribuunt canonicarū horarū precum de sacramento Eucharistiæ compilationi siue conscriptioni: quod mirum non est, quoniā & ipsi venerabili eucharistiæ minus tribuūt. Detur mihi aliq̄d Romanæ ecclesię, quod non vituperēt Momi deorū. Breuiter: nos etiam ipsa spectacula ecclesiæ nō rephendimus, ea q̄ in plerisq; locis hodie ꝑpter rudes fiunt. Hęretici comœdias ethnicorum poetarum, etiam spectacula circi prophanissima ferunt, immo etiā torneamentorū strepit' & pompas afferūt: religiosos eos ecclesiæ lusus damnant. Abusus improbamus, etiam in ipsorum sacramētorū administratiōe, nedum in lusibus ecclesiasticis. Abusus est, vbi per spectacula ea, verbi Dei declamationi fraus fiat. Non est error mediocris, minima maximis præferri. Oīa fiant ordine suo. Lectio præsens Eucharistias rationem perfecte continet, ipsam audiamus.

[Hæretici spectacula circi, torneamēta, &c. ...mœ vani ...ciferūt, ...ludos Ecclesiæ pie...seruiē...es, non ...tem.]

Conuenientibus vobis in vnū, iam non est dominicam cœnā manducare. Vnusquisq; enim suā cœnā præsumit ad mādūcādum. Et alius quidē esurit, alius autē ebrius est.

In supioribus laudauit Apostolus Corinhios, ꝙ paradoses, hoc est, traditiones suas vnā cum euangelicis dogmatibus diligenter custodirent. Captata beneuolentia tali, etiam abusus subnatos taxat. Inter cætera duo corrigēda docet. Alterum est, cultus seu habitus, quo fœminæ cæsaries sibi factitabant, viri vero cinnos comasq; instar mulierum oblongas nutriebāt. Aula hodie mulieres contra naturam per cæsaries rursus se videt dehonestare. Heben hac tempestate se Ioui Ganymedem exhibere, euangelici noui inter diaphora recensent. Hic non clamant, Verbum domini, verbum domini, Petrus Petrus, Paulus Paulus, &c. Hic parui æstimant literā scripturæ. Ius regis hic dispensat. Bibite vero ex hoc omnes, interpretationem nullā patitur, præter eam quam literarū facies prima adfert. Omnes etiam infantes fideliū comprehendit, statim etiam baptizatis infantibus contendunt poculum benedictionis administrandum. Alter abusus fuit fastus, etiam ethnicis in suis negocijs omibus semper grauis habitus, quo diuites & potētiores sibi peculiares in ecclesia comessationes vendicabant. Non credo in idolijs ethnicos plebis fastidium tale habuisse, vt de victima imperatoris, minimo ciui non sua portio daretur. Contrà vero videmus, tyrānos in sacrorum communione totos fuisse. Plato lararia domestica dānat, adeo voluerunt ethnici sacra esse publica. Communionis magna fuit cōtemeratio, ꝙ alij inebriarentur, alij siti premerētur, alij esurientes alios ferculis se opiparis farcientes tuentibus hirquis transuersa intuerentur. Christiani veri, pauperes tanquam ipsum Christū excipiūt, nedū nō cōtēnūt. Paupertas em̄ præcipuū est argumētū religionis, quā & ethnici inter virtutes retulerūt. Sensus verborū Apostoli est, secundū Ambrosium: Cōueniendo bene facitis, sed nō cōueniēdo ita, vt vos cōuenire audio. Comessatio ꝑphana, vestra est epulatio. In dn̄ica cœna oēs vnū, oēs tantūdem acceperunt. Iudas q̄q; Scarioth idem, quod Petrus, sibi administratum accepit. Nō hic Chrs oīm dn̄s, suorū discipulorum pedes lauit? Quæ igitur peruersitas ea, qua singulares plerīq; vestrū volunt esse in ecclesia? Et q̄d ecclesiæ & singularitati? Ambrosius dicit, Corinthios ꝑ pseudoapostolos in errorē eum atque abusus esse inductos. Synaxis etiā nos sacræ admonet eleemosynæ, vnde

[Aulici vanitatē euangelici frēs egregie dissimulant.]

[Pauperes tanquam Christus excipiēdi.]

[Synaxis nos vnitatis admonet.]

etiam agape dicitur. Admonet nos Christianæ humilitatis atq; vnitatis: quoniam vt panis vnus fit ex multis granis, & vt ex multis acinis fit vnus potus, ita omes fideles vnum debent esse corpus: quod nos sic synaxios admonet sacra. Vtrūq; vides in fractione panis, Actorū 2. Quantum ad transsubstantiationē attinet, satis expedit sanctus Augustinus super psal. 98. vbi ait: Suscepit de terra terram, de carne Mariæ carnem accepit. Ipsam carnem ad manducandum nobis ad salutem dedit. Nemo autem illam carnem manducat, nisi prius adorauerit.

Nunquid domos non habetis ad manducandum & bibendum? aut ecclesiam Dei contēnitis, & confunditis eos qui non habent?

Sanctus Chrysostomus ex Apostoli verbis colligit plures abusus: error siquidem errorē trudit. Sunt catenati errores. Apostolus plenus Dei spū, omnia hæc liquido præuidēs, principio obstare cœpit. Aedem in ædes conuertere, hoc est, sacra prophanare, piaculum est grande. Habent templa dedicari, vt homo discat aliud esse domū Dei, & aliud esse domū hoīs. Dein etiam non minus, immo longe maius est peccatum, domū Dei spiritualem, q est homo, contemnere & pudefacere. Væ qui scandalo affecit vnum ex minimis: satius esset, collo eius appendi molam asinariā, & in profundum maris demergi. Obserua hic apostolicam modestiam. Vide an maioris sit culpæ, Christi corpus corporale contēnere, an contēptim arcessere spūale corpus, quod est ecclesia. Infrà vides Corinthios à domino correptos propter abusus hos: vnde colligere poteris, Apostolū hic Corinthios modestissime omnium corripuisse. Nescio an hodie simili leuitate peccetur. struma dissimulata, non est dedolanda, sed pungēda. Scabies pessima lixiuiū asperum requirit. Hodie quo abusus circa eucharistias sacrum sunt plures, hoc etiam sunt celebriores. Qui hodie cum Corinthijs in simili delinquunt culpa, grauius peccant, φ correptionem eam & iram Dei parui faciunt, in literis Pauli oībus manifestatam. Qui vero maius committunt delictum, heu mihi quis eorum intelligit culpam? O pie catholice, per Deum obtestatus, age vide, q̄ à primitiua ecclesiæ synceritate sit aberratum. Quid, rogo, synaxios atq; agapes, nisi vmbra, restat? Quæ merces hodie ē vilior corpore glorioso & sanguine precioso? Piget & tædet me per vulnera ea ecclesię vlterius pcedere. Hoc ecclesiæ itaque optimatibus parcens dico, Reformamini reformamini. Reformate vos ipsos, ne reformet vos alius.

Missę abusus & multi hodie sunt, & celebres.

Quid dicam vobis? Laudo vos, in hoc non laudo.

Oleū vino miscet, vt quo non poterit pertingere increpationis austeritas, eo veniat apostolicæ orationis lenitas. Laudat traditionū apostolicarum obseruantiam, rursus non laudat earundem negligentiā. Non laudo, dicēs, minus dicit, sed mai' cōtendit. Vult dicere, nō laudo vos, immo vitupero. Laudator itē similis monenti, vt ille ait, esse debet. Laudat itaque Apostolus, vt admoneat. Quid vero? Hoc quod alibi ait: Obtestor per dn̄m Iesum, vt obseruetis traditiones nostras, siue eas per literas, siue per vocē acceperitis. Vtinā apostolicis verbis & nostrates corrigēdos se præbeāt. Vtrinq; deflectitur, hic per abusus, illic per hæreses. Illic reformatio negligit, hic meta modusq; reformationis lōge post tergū mittit. Nō ergo laudandi. Quid ergo? Vituperandi & obiurgandi. Magnates ecclesiæ & præstantiores, hic præcipue peccantes, etiā hic præcipue sunt corripiendi. Sed periculosum est in eos scribere, q possunt proscribere. Verba itaq; Apostoli vtrisq; æstimanda relinquemus: scientes, nisi verbis Apostoli melioris admoneātur mētis, nostra verba futura apud eos euanida.

Ego enim accepi à domino, quod & tradidi vobis.

Lucerna pedibus nostris verbum dn̄i. Lucem eam qui non seqtur, quo non errorum perueniet? Verbo simplicitatis nihil adlaborandū, verbo abbreuiato nihil demendum. Non hæc dico, cæremonias eas, quæ nobis cultum eucharistias commendant, vituperans. Dicerē cæremonias eas, etiam ad tremenda mysteria ea designanda atq; nobis commendanda, non sufficere. Profiteor ingenue, cæremonias eas apostolicæ esse traditionis. Quorsum ergo, nihil verbo dn̄ico esse aut addendū, aut subtrahendum, dixerim rogas? Abusus & hęreses denoto. Ille adlaborat, hæc abradit. Adlaboratio est simoniacum aucupium. Abrasio est, sacrificij ipsius, item officij atq; hoc genus essentialiū, abrogatio. Apostolis data facultas ædificandi & demoliendi, Hiere. 1. Legis infirmitatē vmbratilem demoliti sunt apostoli, ædificarunt vero per spm̄ sanctum non literam, sed spm̄, officium ipsum & cæremonias decentes. Episcopo: nostratium est, ap̄licas traditiones cādide obseruare, adlaborationes quęstuosas abradere: hæreses itidem, sancta & salubria

bria quæq; carpentes atq; adeo cōtaminātes, abigere & compescere. Sed nūc quid Apostolus acceperit, audiamus.

Quoniam dominus Iesus in qua nocte tradebatur, accepit panem, & gratias agēs, fregit, & dixit: Accipite & mādūcate: hoc est corp⁹ meū, quod pro vobis tradetur: hoc facite in meam commemorationem.

...ctis, in qua tradebatur, mē... quē fi... in Missa.

Noctem eam in qua tradebatur, certū est, Apostolū non citra grauissimā causam cōmemorare. Præuidit in nulla alia re magis simoniacam labem læsuram, atq; in eucharistiæ sacramento. Vnde in horrorem tanti facinoris, noctis proditionis meminit, vt pios electos quoslibet ab istoc malo tanto ac tali absterreat. Dicat nobis Lutheranus, num Ecclesia hallucinetur, hæc verba in Missæ sacræ sacrosancto canone legendo. Pane & calice accepto, gratias egit. Vides antiquatū vetus, & succēturiatum nouum. Agnus Dei, agnū & hœdum pecoris supprimit. Nunc corpus vmbræ succedit. Verum iam institutum sacrificium iuge, quod solus Antichristus antiquare præsumet. Ausi fuerunt idem Antichristi satellites, Arrius, Nouatus, Vuicleff & alij hæretici: cuius traducis vitis & palmites apostolastri pleriq;, manus violentas sacrificio iugi inferre non verentur. Videbunt propediem se nequicquam ecclesiæ arietasse. Gratias agens, fregit & dixit. Vides sacrificium laudis non rite fieri citra operationem mysticam & sacramentalem. Delirant Lutherani, citra consecrationem, nescio quam Missam, cōminiscentes. Missa em̄ lithurgia est, hoc est, operatoria gratiarū actio. Lithurgia est sacrificium reprēsentatiuū, exhibitiuum, efficax & operatoriū. Nihil noui sacrificatur, q̄a Christus ab integro neq; nascitur, neque moritur. Semper id ipsum. Reprēsentat & exhibet sacrificium laudis nobis idipsum, puta corporale corp⁹. exhibet nobis ipsius sacrificij efficaciam sic operatoriam, vt propius ad ignem eum accedentes, plus calescant. Bonū ergo opus est & Missam facere, & eam auscultare: si per infirmitatem carnis, assidue nō sit cuiuis integrum cōmunicare. Cæterū cuius peccata tāta nō sunt, vt excōmunicari debeat, neq; aliàs sibi mali conscius est, sed seipsum ꝓbauit iuxta Pauli dictū, communicet. neq; em̄ frustra dicitur, Accipite & manducate, hoc est corpus meum. Achaz quispiam hic respondebit, Non accipiam, & non tentabo dominum. Sunt hodie, qui frequenter in ore habent hoc Augustini: Crede, & manducasti. Vtinam patrum sententias, cōtra patres, citare hodie non sit vsu captum & tritum. Cupit Augustinus nos, si nō quotidie, saltem diebus dominicis & festiuis communicare omnes. Idem dicit eos indigne semel in anno aut rarius accedere, qui non ita se gerunt, vt quotidie mereantur accipere. Quare & hoc non citamus identidē. Citarent hoc verbū Lutherani, Carolstadij, Zuingliani, & Monetarij. Citarēt hoc, sese propter suā luxuriā ꝑpetuo abducentes. Hoc vero q̄ non citant, illud in suam perditionem subinde crepāt. Recte citatur contra eos, qui carnalē somniant comestionem. Sacramentalis est manducatio, de qua dicunt S. Canones. Christus manet integer, etiam manducatus. reficit, & non deficit. sacramentalis fit partitio. Chrysostomus ait ęqua portione distribui, hoc ē, effundi sacramētaliter. Frangitur in altari, & non in cruce. Frangitur, vt distribuatur, non vt absumatur, aut vt diuidatur, Exod. 12. Nume. 9. Ioan. 19. Nemo ergo vocatus emaneat, quasi Christo parcere velit. Non surrexit passibiliter diuisibilis, sed sacramentaliter communicabilis. Cibus est grandium, cibus angelorum, cibus supernaturalis. non transit in sumentem, sed transsumit in se comedentem. Non habet homo vitā in semetipso, sed qui edit & manducat dominum, viuet propter illum. Sequitur:

Missam veri & iugis sacrificij abolere est Antichristi ...

Missa operatoria est gratiarū actio.

Bonum opus est Missam facere, cū legendo, tū audiēdo.

Eucharistia sacramētaliter mādūcat̄.

Similiter & calicem, postquam cœnauit, dicens: Hic calix nouū testamentū est in meo sanguine: Hoc facite, quotiescunq; bibetis, in meā commemorationem.

Species sacramenti duæ sunt, panis & vinum. De altera iam est dictum, de altera nunc porro est dicendum. Dominus Iesus controuersiam eam, quæ de specie calicis hodie quorundā corda affligit, clementer sopire dignetur. Præcedit esus, sequitur potus. ordinē hūc simul ea sorbēdo q̄ cōfundit, est Antichristus. Ordinem eū etiā describunt euangelistæ. Verba euangelistę quædam hic immiscent, nempe: Bibite ex eo omnes. Hoc item fecerunt Matth. 26. Marc. 14. Hic calix nouū est testamentum. Hoc sic voluit teste Ambrosio, vt responderet figurę Exo. 24. Heb. 9. Moses in ꝓsignationem effusionis sanguinis Christi, sanguinem victimæ in calice receptū, vsq; in finem operis reseruauit, & postea eo populum conspersit, dicens: Hic est sanguis testamenti. Vterq; sanguis testamentū vocatur. Vtrum testamētum præstet, in vtriusq;

Species calicis siue vini eucharistiæ non sunt vacua.

Sāguis testamentū vocatur.

usq; sanguine liquescit. Sanguis Chri quãtum superet precio sanguinẽ humanũ, nemo dubitauerit fideliũ. Sanguinẽ humanũ preciosiorẽ esse animaliũ sanguine irrationabiliũ, ne ipsi qdem dubitant ethnici. Vide epl'am ad Hebræos. De hac re dicit Ambrosius: Testamentũ ergo sanguine constitutũ est, qa beneficij diuini sanguinis testis est. Seqtur: Hoc facite, quotiescũq; bibetis, in meã cõmemorationẽ. Vsus sacramẽti in hisce verbis est cõprehẽsus. Repsentat eucharistia passionẽ Chri, sed neq; repsentat saltẽ significatiue, sed & exhibet reuera ipsum quẽ repræsentat. Repræsentatio est cõmemoratio passiõis sanctæ. Repræsentatio est cõmunicatio, qua fideles corpus & sanguinẽ Christi reuera sine omni ænigmate sumũt. Illud dr eucharistia, hoc synaxis. Vtrũq; est salus, si neutrũ negligatur. Si per negocioꝝ seculariũ onus quotidie accedere ad ipsum altare nõ poteris, saltem aut in diebus dñicis, aut in festiuitatibus ecclesię accede. Interim quotidie sacrum auscultato, cum ecclesia in osculo pacis te reficiendo. Qui se ecclesiæ subtrahit, Iudæ proditoris exemplũ imitatur. Subtraxit se scelus, Chrm proditurus. Chrus est ecclesiæ pax: qui officiũ Missæ tanquã papisticũ commentũ fugit, pacẽ ecclesię atq; adeo Chrm prodit. Cæterũ qui pro sua luxuria se à cõmunione sacramenti subducit, Chrm vanũ habet, quasi ociose sacramenti eius participationẽ instituerit. Obserua, dictũ est: Accipite & manducate. Bibite ex hoc oẽs. Itẽ, Hoc facite in meã cõmemorationẽ. &, Hoc facite, q̃tiescũq; bibetis, in meam commemorationem.

Repręsentat Missa Chri passionẽ, & hoc quo modo.

Missæ se subtrahẽs Iudam refert Christi proditorem.

Quotiescunq; em̃ manducabitis panẽ hunc & calicẽ bibetis, mortẽ dñi annunciabitis donec veniat.

Obserua, hoc quod geminauit de cõmemoratione sui, hic geminãdo replicat. Lutherani videãt hic fideles bonũ opus facere Missam auscultãdo. Duo sunt sacrificiũ & sacrm. Illud est cõmemoratio & gratiarum actio, & vocatur eucharistia. Hoc est corporis & sanguinis Chri sacramentalis perceptio, & vocat synaxis. Vtrũq; salutare, vtrũq; assidue præstandũ. Si tñ certis & tolerabilib⁹ causis vtrũq; q̃tidie fieri cuiuis integrũ non est, saltẽ alterũ fiat. Lutherani alteꝝ quasi papisticũ reijcientes, in vtrũq; grauissime peccant. Arriani & Nouatiani eodẽ morbo laborantes, funesta sibi officia cõminiscebant: videmus itaq; vix aliud esse pręsentius argumentũ disnoscendaꝝ hæresion, q̃ officij tremẽdi aut variationem, aut abrogationẽ. Scenicus lusus est & spectaculũ forense, quo secundũ Vuittenbergensem & Noringenbergẽsem ordinantiam (vt barbaricũ morẽ barbarico vocabulo exprimã) preculæ quædã nouæ, aut etiã priscæ ecclesię Romanæ precatiões, legunt citra corporis Chri confectionẽ. Domus sine dño, & truncus corporis humani sine capite, est sacrificij publica celebratio sine sacro. Initiati ritus Missæ discentes, sacrificij speciẽ quodãmodo celebrare solent, citra verba consecratiõis & citra intentionẽ consecrãdi sacrũ faciẽtes. Sic euãgelicastri nostrates Vuittenbergẽses & Norinbergẽses progymnasma saltẽ sacrificij peragũt, & sacrificiũ mentiũtur, nõ prosequuntur. Quotiescũq;, ait Aplus, mãducabitis panẽ hũc & calicẽ bibetis, mortẽ dñi annũciabitis. Ecce tibi, qs sit natiuus & verus modus eucharistiæ celebrationis. Sacrificiũ laudis non celebratur, sed eius sacrificij schema quoddam peragitur, quãdo citra consecrationẽ & sacramenti operationẽ, sacrũ fit. Lithurgia vtrunq; exprimit. Detestamur item abusum catholicoꝝ, rarissime ad cõmunionẽ sacramenti conuenientiũ. Communicãtes Aplus vocat synerchomenos. Detestamur item Lithurgos ipsos, irreligiose adeo sacrificãtes. Sed non videmus quare ex ministri dignitate vel indignitate sacramentũ ipsum æstimemus petilianizantes. Nec probamus Noringẽbergenses Vuicleffistas, sacerdotẽ ad sacrificij schema mẽtiendũ cogentes. Grauissimis hæreses hæ & abusus opus habent confutationibus, quales non fert breuitas postillæ: ad Aplm ergo reuertamur. Panẽ hunc, ait, & de poculo hoc emphatice. Qui errare non vult, hæc pronomina attendat emphatica. Non dicit simpliciter, panẽ & poculũ: sed addit, hunc & de hoc. Acuti dialectici & rhetores præclari euãgelicastri nostrates, contendunt sacram eucharistiã esse panẽ & vinũ, nullisq; non ronchis subsannãt theologos catholicos, verbo trãssubstãtiationis vtẽtes. Dicunt itaq; panẽ & calicem hic eucharistiã vocari, q̃ panis sit merus & purũ vinũ, hoc est, non transsubstantiatũ, neq; panẽ, neq; vinũ. Respõdeo, non panẽ hic & vinũ eucharistiã saltẽ vocari, sed hunc panẽ & hũc calicẽ. Nẽpe eũ panẽ & calicem, de quo suprà dicit: Hoc est corpus meum, Hic est meus sanguis. Grauitas apostolastroꝝ nostroꝝ nihil temere aut dicit, aut facit. Prisci patres hoĩes fuerunt, errare potuerunt. Lutherani angeli meri, erroris sunt immunes. Zuingliani itaq; hoc putũ purũ euãgelion, eucharistiã esse panẽ & vinũ, vtroq; sinu & corde recipiẽtes, verbo transsubstãtiationis à Lutheranis dãnato, panẽ & vinũ corporis Chri significationem habere, pręsentia corporali carere, dogma

Missa duo habet, sacrificiũ & sacramentum.

Hæreseos disnoscendæ psens est argumentum, Missæ abrogatio.

Missa s[ine] cõfect[ione] sacr[i] ... [corpus] s[ine] capite.

Panis & calix ... [demonstra]cto hoc, [pro]noie, [em]phatice.

gmatizare inceperũt. Hinc nouę inter illuminatos tragœdiæ sunt natæ. Hinc apparet, eos qui se angelos ostentabant, angelos non esse lucis, sed tenebrarum, mentes fidelium dementando, infernalemq́ caliginem in ipsam ecclesiam effundẽdo: Cõfer homines sanctos patres angelis illis, & videbis ipse, quos quibus contuleris. Lucerna S. Patrum ecclesiæ, propediẽ infernales eas nebulas nouorum apostolastrorum deprimet. Donec venias, ait, q̃d intellige de reditu Christi ad iudicium diei extremi. Sensus est, sacrificiũ Missæ iuge fore i ecclesia. Arrianos, Nouatianos & Antichristum ipsum omnium hæreticoꝝ caput, huic officio manus violentas iniecturos quidem, sed nequicquam. Vides spũ sancto ductos sanctos patres, qui officiũ Missæ iuxta traditionem apostolicã, quã apud sanctum Dionysium liquido vides, progauerunt. Vides eoꝝ gloriam esse magnã: quanquam mendaciũ sibi mentiendo, gloriæ huic detrahat, patres eos errorum denotando, sibiq́ omnem veritatem vendicando. Adstat ante ianuam, qui blasphemiam eam diuis irrogatam, Missæq́ ipsius publicæ abrogationem vindicabit. Quantum ad ecclesiæ officium attinet, bene dixit Adamanti⁹, Mysticum esse ritum quo domini mors repręsentatur. Suprà diximus, repręsentationem eam de veritate corporis corporalis Chr̃i in sacramento, haudquaquã significatiue accipi debere.

Itaq; quicunque manducauerit panem hunc, & biberit calicem domini indigne, reus erit corporis & sanguinis domini.

Corpus Chri verũ, & verus eius sanguis, est in eucharistiæ sacramento.

Eant nunc euangelicastri, & sugillent catholicos, eucharistiam corpus & sanguinẽ domini esse, & transsubstantiationẽ donorum fieri docentes. Benedicimus mẽsæ quotidianæ, & credimus sanctificari quicquid cum gratiarum actione à fidelibus sumitur. Atqui indigne dona ea cibi & potus priuatæ gratiarum actionis sumentes, corporis & sanguinis rei nõ sunt. Nisi forte dialectici & rhetores acuti illi noui theologi, tropum hic subesse contendãt. Constat catholicis, Apostolum de corporali Christi corpore loqui: qui crabronib⁹ hæreticis aurem accommodat, in diuersum agitabitur. Suprà Apostolus, quæ in officio agapes præstes, admonuit: hic, quæ fugias, hortatur. Mortem domini dicit in Missa denunciandam, prædicandam, gratias agendas, &c. Nũc dicit cauendum ne indigne accedas. Primo indigni sunt, qui transsubstantiationem non credũt, q̨ Berengarianam hęresin excitant, & quoquo modo citra vel vltra fidem catholicã emicant. Philonicos eos dixeris, hoc est, q̨ nemini cedunt, sese semper triumphare putant, qui secundũ se iudicij sententiã identidem proferũt. Sunt item indigni, in quibus peccatũ adhuc ferbet, in quibus peccandi effectus atq; adeo peccatũ regnat, q̨ sacramenti pœnitentiæ medicina, contritione, confessione, & satisfactiõe sibi mederi aut supersederunt, aut contẽpserunt.

Eucharistia indigne non debet sumi.

Hos omnes, reos dicit corporis domini & eius sanguinis, hoc est, instar Iudæ proditoris, Annæ, Caiphæ, Pilati & Herodis iudicum iniquorum, Iudæoꝝ & ethnicoꝝ militum parricidarum sacrilegorum, esse condemnandos. In eos quadrat hoc Apostoli, denuo sibi filium Dei crucifigentes: & hoc, flens dico inimicos crucis Christi. Audiatur hic Cyrillus, quid dicat de illis qui dicunt, Ego meæ dignitatis periculũ feci, indignũ comperi, ergo me abstraho. Dicit ille in Apostolum 1. Cor. 11. Quando igitur, quicunq; tu es, qui ista dicis, dign⁹ eris, quando Christo te ipsum offeres? Nã si peccando indignus es, & peccare nõ desinis, (quis enim delicta intelligit?) expers omnino eris viuificę huius sanctificatiõis. Quare pias, quæso, cogitationes suscipias, studiose sancteq́ viuas, & benedictiõi participa, q̃(mihi crede) nõ mortẽ solum, sed morbos etiam depellit. Hactenus Cyrillus. nunc ea quæ apud Apostolũ sunt, deinceps prosequamur.

Probet aũt seipsum hõ, & sic de pane illo edat, & de calice bibat.

Periclitationis & examinationis prædicationẽ & p̃cepta nouum euãgelion ridet: eos ad altare accedere iubẽs, q̃s Apostolus inde abigit & arcet. Dñs respiciat & iudicet. Ecclesia indignos quidẽ nõ pudefacit accedẽtes. Suffert multa q̃ nõ ꝓbat. Sed dñm Deũ nemo fallet cardiognostẽ. Prædicat ergo ecclesia Verbũ dñi. Tradit literã (me hercule) satis illustrẽ. Qualẽ autem? Probet seipsum homo. Dixerat Seruator: Ecce manus tradẽtis me, mecũ est in patina. Hic probasset se Iudas. Quis alioꝝ corda iudicet? Seipsum quisq; melius nouit, seipsum ergo q̃sq; præsentius iudicare potest. Fallit vult⁹, fallit vox: nõ fallit cor, q̃d suũ saltem q̃sq; nouit. Vult ergo Apostolus, vt quisq; sese iusta lance æstimet, nõ solũ de fide, sed & de charitate. Probet se, an in Chr̃o sit nec ne. Ambros. hic dicit: Apostolus vult vt religiose accedamus, sic vt cor tuũ sciat & fateat, te reuerentiã debere ei, cuius corpus sumere præsumis. Et hoc sua mẽte quisq; volutet, Dñm iudicẽ

Præparationẽ ad eucharistiam sumẽdã, hæretici rident.

omniū esse, cuius corpus & sanguis sumit in sacro, q sanguis argumentū est benefi-ciorꝫ omigenū Dei. Indigne igit accedit, nec corpus dñi satis ppēdit, nec seipsum di ligenter examinauit, q sibi necdū pręcepit, fratri q̄q; suo oīa officiorꝫ beneficia se prę stiturū. Vult etiā Apl̄us 2. Cor. 13. vt fidem suam qsq; probet. S. Hieronymus monet exemplo Iosephi ab Arimathæa, vt studea mus venerabile corpus syncere accipere, imitādo Iosephū eum, q exanime munda inuoluit sindone. Si hoc ille exanimi & cō-tumeliis omnigenis fecit affecto, quanto æquius est, nos hoc facere glorioso & re-diuiuo? Sequitur:

Qui enim mãducat & bibit indi-gne, iudicium sibi manducat & bi-bit, non diiudicans corpus dñi.

Obserua iteratione̅ & ingeminationem vehementē. Dictio indigne, itē repetiit. Di-xerat, indignos reos esse corporis & san-guinis dñi: nūc addit, eosdē iudiciū sibi mā ducare & bibere. Iudiciū hic accipit p con dēnatione. Vide q̄les apl̄os habeat pruriēs auribus plebs Lutherana. Nullā p̄paratio-nē ad sumēdā eucharistiā eē cōtendūt, nisi fidē. Sufficere item, scire se esse peccatorē. Contritionē, cōfessionē & satisfactionē, fa bulam anilē habent. Vide vt Apl̄o nr̄o pu-gnēt Lutherani. Ille tautologus p̄paratio-nē vrget: illi, tanq̄ de industria, p̄paratoriā doctrinā eleuāt, infideles nescio qua sola fi-de cōtenti. Discerni vult corp⁹ dñi ab aliis cibis. Nemo illotis manibus & incōposite ad sumendū cibū cōmunē accedit. Nemo citra esuriē & sitim, nisi pecuin⁹, edit & bi bit: peccamus ergo, nisi iustitię esuriētes & sitiētes, & cōsciētiis rite ablutis, accedamus. Hoc vt præstemus, faxit Deus. Amen.

Euchar… ... gne su… tes, re… corpo… & san… nis C… sti. Prępar… onē a… chari… Luthe… ni, p… dem… lā esse… tend…

IN SANCTO NATALI DIVI IOAN-nis Baptistæ, Esaiæ XLIX.



Vdite insulæ, & attendite populi de longe: Dominus ab vtero vocauit me, de ventre matris meæ recordatus est nominis mei. Et posuit os meum quasi gladium acutum: in vmbra manus suæ protexit me, & posuit me sicut sagittam electam, in pha-retra sua abscondit me. & dixit mihi: Seruus meus es tu Israel, quia in te glorificabor. Et ego dixi: In vacuum laboraui, sine causa & vane fortitudi nem meā consumpsi. Ergo iudicium meū cum domino, & opus meū cum Deo meo. Et nunc hæc dicit dominus: Formans me ex vtero seruum sibi, vt reducam Iacob ad eum: & Israel non congregabitur, & glorificatus sum in oculis domini, & Deus meus factus est fortitudo mea. Et dixit: Pa rum est vt sis mihi seruus ad suscitandas tribus Iacob, & fæces Israel con-uertendas. Dedi te in lucem gentium, vt sis salus mea vsq; ad extremum terræ. Hæc dicit dominus redemptor Israel, sanctus eius ad contempti-bilem animam, ad abominatam gentem, ad seruum dominorum: Reges videbunt, & consurgent principes, & adorabunt propter dominum, quia fidelis est, & sanctum Israel qui elegit te.

ANTELOQVIVM.



Raculū præsens proprie ptinet ad Chr̄m. Effectus oraculi in Chr̄o est absolutus, Ioannes ve ro Baptista maxim⁹ vatū, Chr̄i pręcursor, etiā in hoc vaticinio perstringit, queādmodū & alii apl̄i, mar-tyres & cōfessores, nēpe vt ii q̄s Deus Opt. Max. suæ ecclesiæ p̄cipuos architectos ele git. Ioannē post Chr̄m lectio p̄sens p̄cipue pręedicat, tanq̄ ecclesiæ principiū & syna-gogæ finē. Lex & prophetæ vsq; ad Ioan-nem: post eū regnū cœlorꝫ vim patitur. Vani sunt Apellæ miseri, q locum hūc de ipso intelligūt Esaia. Attendat pietas, quæ Iudæorꝫ sit cæcitas. Negāt Messiā esse, aut (vt ipsi Messiā adhuc nasciturū expectāt) fore Deū verꝫ & hoīem: nec possunt præ-sentis loci & alia hoc genus infinita, de me ra mortali cōditiōe intelligere. Immanue-lis vox, vt nō significat hoīem Dei naturæ exortē, sic etiā solus hō, ea q̄ in hac lectiōe recensent, præstare nō potest. Potuit is, de quo dixerunt Iudæi: Tu teipsum Deū fa-cis. Exitus oraculū declarauit. Hoc ipsum nunc audiamus.

Iudæi e… ecrabi… in scrip… ra dui… quend…

Audi-

Audite insulæ, & attendite populi de longe.

Verbi ipsius hęc est asseueratio, hoc est, filius Dei hoc ꝑ prophetā dixit. Sēsus est: Audite de domo Dauid, Esa. 7. Item audite de domo Iacob, Esa. 46. In hoc vero capite audite de vnigenito Dei, non solū Iudęorum, sed & oīm gentiū dño. Non ergo hic dicit, audi Israel, audi Iuda: sed, Audite insulæ, & attendite populi de longe. Consentit voci huic verbū Chri: Ite in vniuersum orbem, & prædicate Marc. 16. Romañ. 10. Apli Chri, os Chri. Qui vos audit, me audit, Luc. 10. Quid vero? Nonne sermo est abbreuiatus? Vtiq;. Est abbreuiatꝰ sermo, Chrm venturum prædestinatiōe æterna. Non, ait, veni in noīe meo, hoc est, nō veni humanitatis arbitrio: sed patris iussu, à patre missus &c. Esa. 42. Mat. 12. Ioan. 3. 5. Secūdo, abbreuiatꝰ sermo est, venire Chri, esse peccatū destruere. Tertio, Manū dñi esse Iesum, potentē in facto & verbo. Vnde ait: Vt videatis me posse peccatū remittere, tūc ait paralytico: Surge, ambula &c. Quarto, Deū patrē filiū suū glorificare, est abbreuiatus sermo. Glorificaui, inqt, & iterum glorificabo. Quinto, abbreuiatus sermo est, viam ad regna cœloꝝ esse arctam, gregē pusillū esse electos. Sui, ait, eū nō receperunt. Hoīes tenebras luci prętulerunt. Ioannis 1. & 3. Sexto, Deus nouit suos. Ipse scit q̄s elegerit. Nemo eos de manu Chri eruet. Septimo, postq̄ sui eum nō receperunt, cōuertit se ad gentes, vt ij q non fuerunt eius populus, fiant filij. Buccina euangelica natiōes excitauit, Acto. 13. Octauo, Ecclesia ex gentibus primo synagogæ infensam fore, sed non posse excindi. Hæc oīa compendiose propheta, tanq̄ sermonem abbreuiatum, prędicit. Seqtur:

Abbreuia[tus] sermo ... ras.

Dominus ab vtero vocauit me, de ventre matris meę recordatus est nominis mei.

Hæc de hūanitate Chri, infrà de diuinitate dicit. Pertinet ad salutē, vtrūq; cōfiteri, Chrm puta veꝝ Deū esse & verū hoīem. Hic mysterium sanctæ Trinitatis, hinc arcanum conditionis vniuersitatis, hinc sacramentum humani generis redemptiōis elucescit, & regnū Dei in hoc mundo hinc exoritur. Facit ergo ad salutem nostram, vtrūq; credere & rite discernere. Non dico duos esse Chros, sed vnum: sed in vna Chri ꝑsona, dico veꝝ Deū credi oportere & verum hoīem. Hanc fidē discretionem voco. Sic Apostolus discernit Philip. 2. & fere in alijs epistolis oībus. Hæc oīa dicta mihi sunt ad verbum de vtero, quo verbo

Christi & humanitatis & deitatis confessio est salutaris.

Christus discernendus & q̄ ho[mo] ... rōne.

discrete Videns in Chri respicit humanitatem. Sequitur: Vocauit me. Christus nō venit temere, missum ipse se identidem testatur. De vocatione ea noster hic Vates etiam suprà paulo ante ait, capite 45. vbi etiam de eius agit nomine. Prædestinatus à patre Messias: nomen eius fuit apud Deum celebre, ipsumq; spūs sanctus, sanctis & ad hoc electis, prophetis & patriarchis ostendit longe ante quàm Chrus conciperetur. Iesus, Soter, saluator, nomē eius proprium est: quia Dei proprium est, saluare. Abesse nobis non potest, quia nobis missus est. Non abest nisi illis, quibus dicit, Nescio vos mali oparij &c. Adesse, seu alicui ꝓsto esse, etiā significat saluare. Dicitur ergo nobiscum Deus Immanuel, quod est nominis Iesu aptissima periphrasis, & expressio non obscura. Sanctus Hieremias propheta, priusquam nasceretur, Deo cognitus, eiusdē ca. 1. S. item Ioānes Baptista ab vtero matris spū sancto dr̄ repletus, Lucæ 1. Vtriusq; ampla prædicatio est apud Deū, eos fuisse celebres priusquam nascerētur, sed nihil ad Christum. Vtriusq; gloria, vix Christi gloriæ est vmbra. Vtriusq; gloria, neutrius est. Christus rex gloriæ est, vnde præsens locus de Iesu Christi Immanuelis nostri, nomine eo, cuius Deus pater recordatus dicit, proprie de Christo intelligendum. Proxime tamen & secundum Christum intelligendum de sancto Ioanne Baptista. nam sic habet euangelista: Ioannes est nomen eius. Non ait, Ioannē eum volo vocari, hoc nomē volo illi infantulo indi, aut aliquid huiusmodi: sed, Ioannes est nomen eius, celebre iam & nobile, notum & ratum apud Deum &c.

Iesus nobis missus, nobis nō adesse non potest, mō illum nos non negauerimus.

Iesus Immanuelis nomē celebre.

Et posuit os meū quasi gladium acutum: in vmbra manus suæ protexit me, & posuit me sicut sagittā electā, in pharetra sua abscōdit me.

Supra de humanitate Chri signāter dixit, hoc ipsum hic declarat, in persona filij patri deferens, patri oēm gloriā tribuens. Sic etiā ait Saluator: Ego glorifico patrē. Item, Ego non quęro gloriā meā &c. Verbum dñi gladius est vtrinq; acuminatus, verbū hoc in os Iesu posuit pater æternus. Neq; eñ Iesus docuit vt pharisęi & scribæ citra specialē virtutē. Cæterū nemo gratiā docendi habet, nisi linguā eius formet gratia, Esa. 50. Opus item est Dei, aperire os nostrū ad annunciandā Dei laudē, Psal. 50. Ex hoc loco prophetæ Esaiæ videtur acceptum, q̄d Aplus ait Ephe. 6. Hebr. 4. verbum dñi esse machęram distomon, frameam vtrinq; secantem. Recte hoc, nam & Chri-

Filius defert patri.

Verbum Dei machæra distomos, & sagitta electa.

Christi lingua dr̄ quasi ignis consumens, Esa. 30. De hoc gladio ait Apl̄us Thessal̄. 2.cap.2.antichr̄m tādem percutiendū. Loquitur aūt autoritate Esaię cap.11. Facit ad hoc quod sequtur: Posuit me sicut sagittam electā. Gladio cominus, iaculo eminus pugnatur. Chr̄s cominus obsistentes sibi confecit pharisæos in Palæstina: idem postea eminus ethnicoꝝ philosophos & tyrānos debellauit, atq; adeo ip̄m principē hui⁹ mūdi ꝓfligauit. Quod Chr̄i vox tēporalis siue corporalis nō ꝑfecit, hoc ꝑ apl̄os, deniq; ꝑ sanctos martyres, & pontifices est executus. Vos, ait, non estis q̄ loq̄mini. Itē, Ego dabo vobis os, cui non poterunt resistere aduersarij. De sagittis illis apl̄icis in vniuersum mundū emissis, vide Psal.44. Non se apl̄i, sed Chr̄m prædicauerūt, 1.Cor.2. 1.Thessalo.2. Sagitta ea cordibus humanis infixa, longe alia res est, quàm centron Periclis. Sagittæ Cupidinis, quibus tot mūdi perierunt Dij, Iupiter, Apollo, Mercurius, Mars, Neptunus, Pluto &c. huic sagittæ cedunt, & ab hac sagitta liquescunt. Primitiua ecclesia fere oīs, amore Chr̄i, vxorię rei oblita, studuit corpore & anima Deo placere. Deniq; sagittæ Ionathę non adeo fuerunt certæ, 2.Reg.1. Scit Chr̄s quos elegerit. Electo dicit: Surge, sequere me, & surrexit, & sequebat̄ eū. Itē: Descēde, q̄a in domo tua oportet me manere, & descēdit continuo, & excepit eū gaudēs. Vides certam sagittā. In pharetra Dei absconditum est tale iaculū. Electū telum sagittarij rite custodiunt. Nemo eruet vos, ait, de manu mea. De se itē ait: Venit princeps mundi huius, sed nihil habet in me. Herodes, Pilatus, Annas, Caiphas, Fest⁹, Felix, Agrippa, Claudi⁹, Nero, Decius, Maxētius, Sapores, Turca, hæretici, schismatici, deniq; diabolus ipse arundinē hanc Deo p̄ri eripere nō possunt. In vmbra alaꝝ suaꝝ protegit doctores veritatis, Psal.16.56. Protegā eū, ait Psal.90. Hos.11. In brachio dn̄i fiducia ipsorum, Esa.51. Ibi item dr̄, doctores veritatis, quasi in vmbra Dei manus, custodiri. Si Deus pro nobis, (ait doctor gentium Roman̄.8.) quis contra nos?

Doctores veritatis in vmbra alarū suarū ꝓtegit Christus.

Et dixit mihi: Seruus meus es tu Israel, quia in te glorificabor.

Filius vocatur etiā seruus.

Et hoc de Chr̄i humanitate est dictū. Filius vocat̄ seruus. Idem facit suprà cap.42. Matthæus exponit cap.12. Formā serui nō solū Chr̄us accepit, sed & crucis. Vnde & circūcisus, vnde etiā tributi immunis esse non voluit. Si offendit te nomen serui, sanet nomen filij. Idē em̄ est filius, q̄ est & seruus, Mat.3.17. Verus Deus & homo, ergo mediator Dei & hoīm, 1.Timo.2. Apl̄s vocat ministrū circūcisionis, Ro.15. Iterū vocat eū filiū Dei, Rom.1. Israel vocat̄ hic, q̄d facit ad declarationē humanitatis, in qua etiā angelis paulo fuit minor. Cæteꝝ & Israel dilectus ille filius Iesuron, hoc est, quē elegi. Breuiter, per Chr̄m elucescit gloria patris, Ioan.12.17. 1.Timoth.3. Nato ergo Christo, angelicus concentus Gloriam in excelsis Deo denunciauit.

Et ego dixi: In vacuum laboraui, sine causa & vane fortitudinē meam consumpsi. Ergo iudiciū meū cū dn̄o, & opus meū cū Deo meo.

Filius hic ingratitudinē & ꝑtinaciā obduratoꝝ pharisæoꝝ execrat̄. Simile est q̄d ait: Quoties expādit pater meus, gallinaꝝ more, sup̄ te manus suas, te volens congregare, & noluisti? Item, Ioannes venit, nec edens, nec bibens: & dixerunt, dæmonium habet. Venit filius hoīs, edens & bibens: & dicunt, En hoīem comedonē, & vini potorem, publicanis amicū & peccatoribus. Tibia cecinimus vobis, & nō saltastis: lugubria cecinimus, & nō planxistis. Odio habuerunt me, Mat.25. Tanq̄ Samaritanū & blasphemū lapidib⁹ obruere voluerunt, Ioan.8. Plātatio Dei nō fuerūt, Mat.15. ergo neq̄dquam illis inseruiuit. Verbū non egit in illis radices, non habuit in illis locum, Marc.4. Ioan.7. Oculos habuerūt, & nō viderunt: aures habuerunt, & nō audierunt, Esa.6. Ioan.12. Acto.28. Horrendū dictu, Multos vocatos, & paucos electos. Idē etiā hodie liq̄do nimiū & heu nimium videre est. Restat ergo, vt id ꝑstemus, q̄ eligamur. In minimo simus fideles, & maius nobis credet̄: q̄m etiā oratiōes, eleemosyna & ieiuniū Cornelij, tanq̄ odor bonus, in cœlū adscendit. Cauete cauete Acheronteas sirenes, sol⁹ fidei cātatrices. Cauete cauete dulcia p̄dicātes vobis, vt in carne vestra glorient̄. Si nos spernitis, anīas n̄ras liberauimus, sanguis vester sup̄ vos, Ezech.3. Chr̄i diligentiā à Iudęis neglectā fuisse & contēptā, vides Ro.9. Obserua ꝑsentis loci tautologiā. In vacuū, sine causa, vane. Grandis expostulatio, vehemēs obiurgatio. Sequet̄ in extremo die, lōge oīm vehemētissima & horribilissima sentētia. Quid aūt? Nunq̄d domus Dei vacua situ sordescet, ꝙ vocati nō veniūt? Nunq̄d verbum inefficax? Ergo pœna digna contēptores manet. Attn̄, ait, iudiciū meū cū dn̄o. Oē iudiciū dedit pater filio. Si contēnit̄ seruus, iudicabit filius. Si nihili penditur filius, iudicabit pater. Si homo in minimis ponit̄, iudicabit verbū. Videt & iudicat dominus, idem seruus & filius. Quid faciendum erat, quod non pręstite-

Pharisæ rū exe bilis pe nacia.

Eligim gilem

Eligi n gligen graui cōdem buntu

stiterim. Quis arguet me de peccato? Si veritatem dixi, quare non creditis? Quis est qui me condẽnat? Esa. 50. Lapidẽ abiectũ pater meus cœlestis in sui ædificij angulũ statuet. Opus meum coram dño. Apostolus itidem frustra Galatis prædicasse se insinuat, Iudæochristianis. Coronam tamen sibi suorum laborum certã pollicetur, depositum sibi suum certum in cœlo fatetur. Sic & Seruator ait: Declaraui nomen tuũ, o pater cœlestis, in mundo. Item: Manifestaui nomen tuum hoĩbus, hoc est, officio meo satisfeci, fidelem me ministrum tibi exhibui, si me mei non recipiunt, tu tamen opus meum non abijcies. Hic ecclesiastes fidelis præsentem videt consolationem, si viderit suã diligentiã in hoc mundo contemni. Videbit mundus quẽ confixerit.

Et nunc hæc dicit dominus: Formans me ex vtero seruum sibi, vt reducam Iacob ad eum: & Israel non congregabitur. Et glorificatus sum in oculis domini, & Deus meus factus est fortitudo mea.

Locus hic dialogicus est. Crebras vides personarum mutationes. Iam pater, iam filius loqtur in eodem spiritu. Finis & scopus dialogi, in nouum testamentum respicit, Euangelion Christi explicat. Sensus est: Euangelion primo prædicandũ in Iudæa. Sic ait: Non sum missus nisi ad oues, quæ perierunt, domus Israel. Respondet pater ad præcedentem filij querimoniam, Iudæam verbum non recepturam, quod etiam prædicitur Esaiæ 53. exponitur Romanorum 10. Dicit pater: Age serue fidelis, fili dilecte, prædestinaui te quidem, deinde & vocaui, hoc est, Seruatorem te mundi designaui, & misi. Incarnatum vero, non nisi populo electo te misi: sed ecce mihi, quos ego tibi elegi, ipsi te repellunt, te auersantur. Volui desolata restaurares, Amos nono, Acto. 15. Domus Israel à tempore Hieroboam me vsque reliquit, misi ergo te, vt errantes ipse mihi reconciliares, palantes domus eius in ouile reduceres volui, Matth. 15. Tanquam gallinã pullos domus Iudæ te colligere emisi, Matth. 23. Sed ecce dicunt: Hic hæres est, occidamus eum, Matth. 21. Marc. 12. Non impune hoc facient. Cæterum propter tui reuerentiam in fine seculorũ reliquias eas collegero, Romano. 11. Interim pro patribus nascentur tibi filij. Meritum tuum tantum ac tale erit, vt etiã propter te reliquijs ipsis aditum ad me patefaciã. Interim item pro pter te, ipsos occidi non perpetiar. Plenitudo gentium erit tuũ peculiũ. Gentes dabo tibi hæreditatem. Iudæi hic legentes, Ve Jsrael lo Jeasaph, hoc est, & Israel non colligetur, non congregabitur &c. misere affliguntur. mirum est, eos non oẽs emori. Ad Messiam promissum, & diu afflictim expectatũ, non congregabuntur, quia tenebræ lucem non receperunt, Ioan. 1. & 3. Vides prædictam esse Iudæorum pertinaciam, quod abunde Apostolus declarat, Roma. 9. Rabini peruersi, ex aduerbio, lo, faciunt pronomen, & Ei ponũt, vbi Non, positum est. Nihil tamen efficiunt. Literæ Lamed & Aleph, faciunt Non. Verum si Vau interponat̃, fiet Ipsum, siue Ad ipsum. Vana itaque est elabendi istæc literarũ variatio & scripturæ adulteratio. Sãctus Hieronymus, Rabinos scripturæ adulteratores, satis grauiter taxat atq; condẽnat. Impingunt etiam, qui in dictione Asaph nescio quos gryphos quærunt. Non præterit nos, aliquando, sed rarissime, significare Auferre. Sed hic, auferre non potest significare. Breuiter, prophetia per euentũ est declarata, & declaratur quotidie. Tanta vero est Iudæorum infelicitas, vt ne vexati quidem intelligere possint.

Iudæis scriptura cõminatur dire.

Sequitur apud Prophetam.

Et dixit: Parum est vt sis mihi seruus ad suscitandas tribus Iacob, & fæces Israel conuertendas. Dedi te in lucẽ gentium, vt sis salus mea vsq; ad extremum terræ.

Hæc est perfecta & manifesta responsio patris, ad querimoniã filij de ingratitudine & obstinatione Iudæorũ, euangelion auersantiũ. Sensus est: Parua iactura est Iudæorum. Quota eñ pars est Iudæa mundi. Gratia ergo gẽtibus hoc erit gratior, quo magis fuit à gẽtibus aliena. Tanquã oriens grata erit, vtpote rara, feraq; longæ nocti succedens, Tit. 2. 3. Sunt & aliæ natiões Dei conditionis, Gene. 2. Vult laude infrenari oẽs, q ad suã laudem creauit oẽs, Esa. 43. 48. Venient sitiẽtes & esuriẽtes, Esa. 55. Venient oẽs fines terræ vt saluent̃, Esa. 45. Hactenus persona patris locuta est. Collapsæ tribus Iacob & Israel, erãt erigendæ, Esa. 9. Ioã. 12. Terra Israel plane desolata, debuit reparari, Amos 9. Venit eñ seruare q̃d perierat, Luc. 19. Iacob & Israel hic pro cõsuetudine loquẽdi scripturę, vna res est. Iam cũ Iudęi oblatã sibi respuerũt gratiã, lux noua, Oriẽs ex alto, ortus est gentibus. Iuxta hãc ꝓphetiã dixerũt apl̃i Paulus & Barnabas in Pisidiæ Antiochia: Vobis in primis regnum Dei prędicari oportuit, sed cum vos illud contemnatis, ad gentes transferetur. Sic habẽt verba apud Esaiã:

Gentibus gratia dei grata.

Vne-

Vnethathicha leoz Goijm, Liheoth Jeschuathi ad Ketze haaretz, hoc est, Statui te in lucem gentium, vt sis salutare meum vsque ad extremum terrę. Actorum 13. ducit Lucas Esaiam testem contra Iudęos. Apostoli frequenter prophetiã sic intelligunt. Conuenit item psalm. secund. Postula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam. Exponit Apostolus Romañ. 9. 10. Nobis itaque lux illuxit ea, de qua Simeon ait, Lucæ 2. Tenebræ nostræ illuminatæ, quarum meminit Dauid Psal. 17. Nobis contigit Messias, in ipsum credentibus, Ioannis 3. Lucæ 11. Sequitur:

Hæc dicit dominus redemptor Israel, sanctus eius ad contemptibilẽ animam, ad abominatam gentem, ad seruum dominorum: Reges videbunt, & consurgent principes, & adorabunt propter dominũ, quia fidelis est, & sanctum Israel, qui elegit te.

Crucis scãdalon ꝓphetę prææuiderunt.

Hæc dicit dominus ad auferendũ scandalon crucis, quod imminere nouit pater cœlestis omnibus verbum salutis recipientibus. Præuisa iacula, minus feriunt. Exordium ecclesię & tenue, & discriminum plenum. Deus pater præsenti solatur oraculo, tamen reges terrę om̃es, crucifixo erant subijciendi. Augustos piscatorũ præcepta obseruare oportuit. Pauci imbelles atque inermes, totum mundũ tyrannis & gigantibus plenum, expugnaturi erant. Sic & synagoga sua infirma habuit exordia. Redemptor & sanctificator Israelis, dicit pusillo gregi, contemptæ & abominabili genti, & ad seruum dominorum: Reges videbunt, & consurgent principes adoraturi dominum fidelem & sanctum. Titulum obserua: Neeman, hoc est, fidelem, veracem, fidedignũ, redemptorẽ Iesum, Immanuelem, sanctũ atq; adeo sanctificatorem. Animas plures vnã faciet. Ad multas tanquam ad vnam dicet. Acto. 4. Vnum cor & vna anĩa, Vę schismaticis. Vide schisma ex diametro Dei luctari volũtati. Spiritus plures in aĩam vnã vult redactas: schisma vnam in plures distrahere conatur. Ecclesia est omnium fidelium vnitas, vna anima huic loquitur. In ecclesia, sana doctrina & sacramentorum veritas. Extra ecclesiam impostura & mendacium, sacramentorum simulatio & figmẽtum. Quid vero spiritus animæ soli illi dicit? Reges, ait, videbunt, hoc est, ecclesia perpetuo contempta non remanebit. Reginam eam dominus Deus in toto mũdo gloriosam faciet. Idola mundi quòd deseres, ꝙ à principe huius mundi ad viuentem Deum deficies, ergo mundi mancipia tibi infensa experieris, sed festina lente. Qui crediderit, ne festinet. Mutabũtur vices: nam videbis subiectos tibi reges. Obserua. Vates ecclesiæ etiam tria dat nomina, quemadmodum etiam sponso dedit ecclesiæ, quem vocauit fidelem, sanctum & redemptorem. Ecclesia quoque dicitur contemptibilis, inamabilis, & serua: quæ tria dura vocabula emollit atq; leuat fides, qua credimus sponsum ecclesiæ esse redemptorem, sanctum, & fidelem: quem reges adorare oporteat. Prophetia incepit adimpleri per Magos, per regulum, per Sergium, per Cornelium, per Abagarum, per Philippum, per Constãtinum & alios, qui se pontificibus tanquam Christi subpastoribus ouium instar submiserũt. Vidit mundus, viderunt principes orbis terrarum, ecclesiam præsentem sibi habere Deum, principium & progressum ecclesiæ esse Dei, 1. Corint. 14. Adorabatur Christus, non remorabatur persona crucis, Phil. 2. Esaiæ 53. Videbunt etiam impij & obstinati reges cũ suo principe diabolo, & contremiscẽt. In extremo siquidem die manifestus veniet, sed non in omnibus idem apparebit. Alexander, Xerxes, Iulius, Amurathes & hoc genus alij pudefient, videntes suam gloriam versam in contumeliam & æternam pœnã. Videbũt quem confixerunt, Zacha. 12. Ioan. 19. Hęc omnia locutus est fidelis, qui nos elegit: illi gloria in secula seculorum. Amen.

Ecclesia & schisma... sibi ex diametro p... gnant.

Ecclesia nõ ... atq; ... Christus pluribus noibus ... pheta... gnant.

IN FESTO PETRI ET PAVLI APOstolorum principum, Actorum XII.



MIsit Herodes rex manus, vt affligeret quosdam de ecclesia. Occidit autem Iacobum fratrem Ioannis, gladio. Videns autem quia placeret Iudæis, apposuit appræhendere & Petrum. Erant autem dies azymorum. Quem cum appræhendisset, misit in carcerem: tradensq; eum quatuor quaternionibus militum custodiẽdum, vo-

volens post pascha producere eum populo. Et Petrus quidem seruabatur in carcere. Oratio autem fiebat sine intermissione ab ecclesia ad Deum pro eo. Cum autem producturus eum esset Herodes, in ipsa nocte erat Petrus dormiēs inter duos milites, vinctus catenis duabus: & custodes ante ostium custodiebant carcerem. Et ecce angelus domini adstitit, & lumen refulsit in habitaculo: percussoq́ꝫ latere Petri, excitauit eum, dicens: Surge velociter. Et ceciderunt catenæ de manibus eius. Dixit autem angelus ad eū: Præcingere, & calcea te caligas tuas. Et fecit sic. Et dixit illi: Circunda tibi vestimentum tuum, & sequere me. Et exiens, sequebatur eum, & nesciebat quia verum est quod fiebat per angelum. Existimabat autem se visum videre. Transeuntes autem primam & secundam custodiam, venerunt ad portam ferream, quæ ducit ad ciuitatem, quæ vltro aperta est eis: & exeuntes, processerunt vicum vnum: & cōtinuo discessit angelus ab eo. Et Petrus ad se reuersus, dixit: Nunc scio vere, quia misit dominus angelum suum, & eripuit me de manu Herodis, & de omni expectatione plebis Iudæorum.

PRAEFATIO.

Crux in ecclesia non insolens est.



Exordia talia ecclesię, vides prędicta per Esaiam capi. 49. Capi, cædi, occidi, & contumeliis omnigenis proscindi, patribus primitiuæ ecclesiæ rarum non erat. Calix is etiā à propheta Dauide erat prænunciatus, Psal. 115. De calice istoc qui bibere recusauerit, Christi minister esse non poterit, Lucæ 14. In patientia oportet vt animas nostras possideamus. Semen in patientia profert fructus suos. Qui vitā suā perdiderit in hoc seculo, inueniet eam in futuro, Matthæi 10. Lucæ 23. Item talia prædicit nobis Ioannis 16. Prædictum est & poculū hoc Danie. 12. Eius poculi exempla nobis hodie duo proponit celeberrima, Iacobi nimirū & Petri apostolorum. Alter horum ab Herode occisus, alter in carcerem missus, ab angelo inde liberabatur. Discimus inde, verum esse quod ait, Capillos capitis nostri esse cœlesti patri dinumeratos. Quod cū sciamus, non ignorabimus & hoc verū esse quod ait, animā nobis tyrannos non posse auferre: sed nos vbi vltro animas nostras propter veritatis testimoniū impendamus, posthac nos easdem in æterna gloria inuenturos. Salutare euangelion, eius nunc porro exemplum & sacram historiam videamus.

Misit Herodes rex manus, vt affligeret quosdam de ecclesia. Occidit autem Iacobum fratrem Ioannis, gladio.

Contigit hoc in flore ecclesiæ: tunc, inquam, cum non solum Iudæa, sed & nationes gentium erant euangelico candore illustratę. Multi tunc in Antiochia, Cornelius in Cæsaræa Christū profitebantur filium Dei. Vidit & inuidit synagoga, per diabolum anguem veterem instigata. In iram suā se coluber collegit, videns se vnà cum synagoga etiā amittere gentium conciliabula, latronum speluncas. Rex Herodes diaboli aula, supba diaboli iritatus ira, cū propter Iudęorū tum gentiū tam grandem, tanto regi non ferendam, iniuriam, Iacobum fratrem Ioannis, Zebedæi nempe filium, capitis supplicio affecit, tāquam reum maiestatis. Egregius assertor templi Hierosolymitani & ethnicorū phanorum. Minorem Iacobum, dictum fratrem domini, postea etiam e templi rostris deturbauit. Heros ille insignis, diaboli primogenitus, Herodes tertius fuit, sub Caio Cæsare degens. Non fuit filius Herodis secundi, sed primi abnepos, nempe filius Aristobuli. Secundus, fuit Ioannis Baptistæ occisor, Christi derisor, degit sub Tiberio. Primus, sub Augusto mundū infecit. is autem innocentum extitit interemptor.

Tyranni Euangelion persequuntur, sed nō impune.

Videns aūt quia placeret Iudęis, apposuit apphendere & Petrū. Erat autem dies azymorum. Quē cum appræhendisset, misit in carcerē: tradēsq́ꝫ eum quatuor quaternionibus militum custodiendum, volēs post pascha producere eum populo.

Ob-

Obserua hic impleri verbũ Christi: Iuuenis cũ esses, cingebas te, & quo volueras ibas: senẽ alius cinget, & quoquo trahet, Ioan.21. Heros nobilista, sanguinis humani sititor, puluis cruore maceratus, populi auram capraturus, populo gratificaturus, apprahendit Petrum. Vide pie catholice frater, quàm parua res videatur tyrannis Nemroithis, effundere sanguinem humanum. Vide quanti auram faciant popularem. Vide quàm in procliui sit heroibus causam aliquam inuenire, si cui manus libeat inijcere. Iesum nostrũ Sotera, tanquã reum condemnauerunt maiestatis Mosis & Augusti. Petro itidem, qua periret culpam aliquã procul dubio impegit. Iudæi quia potentes, q̃a diuites, digni oĩno propter quos piscator obscurus & inops extingueretur. Iudæis Petrus leo fuit in via, & spina in oculis. nouit hoc Herodes. Occiso ergo Iacobo, statuit etiam interimendum Petrũ, potissimũ cum videret hoc cupere Iudæos. Quatuor quaterniones, faciunt sedecim. Poterant tot armati inermẽ vnum seruare. Vide, sapientia sua negocia quomodo oĩa rite & caute peragat. Fecit ad hoc quôd duabus miserum catenis constrinxere. Item quôd eum in talem lacum coniecerunt, cui ferrea esset ianua. Poterant duri milites vnũ atque alterum diem vigilare: neq; eñ multum temporis Petri vitæ erat concessum. Statim à paschatis festo Herodes Petrum in optatum Iudæis spectaculũ erat producturus. Scilicet pharisæi sancti homines, duo statim succedentia festa machinabantur. Alterũ victimæ Mosaicæ, alterum victimæ Christi. Hoc spectaculo siquidẽ putabant se obsequium præstituros Deo, Ioannis 16. Sic etiam olim fecerunt prophetis suis, Matthæi 5.23. Deniq; ipsi Dei filio, Matth.27. Sed dominus consilium Achitophelis dissipabit. Non est abbreuiata manus Christi, vt saluare nequeat. Pilatus non habuisset vllã in Chr̃m potestatẽ, nisi sibi data fuisset desup. Herodi itidẽ nisi superne potestas data esset, Petro manus haudquaquã intulisset. Videamus itaq; sequentia.

Tyrannis parui momenti res est, sanguinẽ effundere humanum.

Et Petrus quidem seruabatur in carcere. Oratio autem fiebat sine intermissione ab ecclesia ad Deum pro eo.

Ira synagogæ magna, non minor ambitio Herodis, maxima diaboli instigantis malitia. Quis ergo ex tantis periculis eripiat Petrum? Nonne qui omnipotens, saluare potest? Deus noster refugium & virtus, adiutor in tribulatione, ait Psal.45. Quis Iosephum à fratribus circumuentum, & ab adulteræ calumnijs liberauit? Quis Dauida à Saulis ira asseruit? Mardochẽũ, Susannam, & hoc genus alios quis ab hominum insidijs vindicauit? Quis Ionam à ventre ceti reduxit? Deus, q protector est omnium se inuocantiũ. Cum ignoramus quid agere debeamus, hoc residui habemus, vt oculos nostros ad Deum extollamus, 2.Paral.20. Oratione fidelium Israelitarum, Iosaphat triumphauit, haud secus quàm Moses Amalechitas in Raphadim, orando prostrauit. Oratio sæpenumero sola & mera, citra arma vincit hostes. Exod.17. Iosue 6. Non ab re Dauid, Psal.106. hæc verba, Cũ tribularẽtur, clamauerunt, & exaudiuit eos, &c. toties repetit. Supplices literas hic ecclesia nullas misit Herodi, sed supplex fuit Deo. Idq; sine omissione. Oportet semper orare verum adoratorem. Orabat ecclesia, vt Petrum diutius rectorem habere mereretur. Cæterum de temporali vita nihil tristabatur, certa potiorem instare pijs. Apostolus quoq; Paulus ait, hoc magis esse necessarium, Philip.1. Similem ob causam Petrus postea excitauit sanctum Maternum, primum Germaniæ catechistam. Obserua hic, Lucã paucis verbis quatuor perstringere: primo preces, secundo precũ sedulitatem, tertio precum sedulitatem ad Deum factã esse, quarto precũ sedulitatẽ ad Deũ factã pro Petro. Alij aliorũ onera ferant, compati sibi habent membra corporis eiusdem. Vides hic letanias ecclesiæ fundari. Quid sanctius Petro? Petrum dominus Iesus ecclesiæ precibus voluit dari: & impurus quispiam homo, ecclesiæ intercessionem audet spernere? Dicis, ecclesiæ militantis preces valere. O mortue, qui tibi diuos mortuos somnias. Ecclesia militans etiam triumphantis ecclesiæ preces, easq; præcipue, postulat. De ecclesia militante sese non esse declarat, qui de triumphantis meritis & gloria dubitat. Debemus tamen & nos, alij pro alijs, dominum Deum suppliciter precibus nostris sollicitare, Ephesi.4. 1.Corinthio.12. Iacobi 5. Sequitur:

Eccle[siæ] arma[...] pars[...]

Bre[...] pro[...] terce[...] nõ a[...] nand[...]

Cum autem producturus eum esset Herodes, in ipsa nocte erat Petrus dormiens inter duos milites, vinctus catenis duabus, & custodes ante ostium custodiebant carcerem.

Sabbatho exacto, hoc est, octaua sabbathi iam instãte, Herodes sabbatharius Petrum erat producturus, puta ad spectaculum aliquod Iudæis gratũ. Attende, quale pa-

Po[...] hypo[...] ræ S[...] tatis [...] pane[...]

pascha Herodes celebrauerit. Quis credat Herodianã eam maiestatẽ hic peccauisse? Quis nõ potius crederet, Petrũ piscatorẽ, reum extitisse? Fratres mei, ne cũ respectu personarũ habeatis fidẽ dñi Iesu Christi. Nã id si feceritis, facti estis iudices cogitationũ vestrarũ. Iaco. 1. Audite fratres mei dilecti: nõne Deus elegit pauperes mundi huius, diuites in fide, & hæredes regni? Ecce tibi, Petrus hic inter milites duos iacet, vinculis constrictus tanq̃ latro aliquis insignis. Herodes in foro & choro semideus, oĩbus est admirationi. Recte iudicate filij hominũ. Veritas odiũ parit, euangeliũ itẽ reges seculi exasperat. Ioseph, Hieremias, Micheas, Ioannes Baptista, & alij pleriq; pij legunt afflicti in carceribus. Et à quibus sunt incarcerati? Nonne à regibus & p̃potentibus? carcerẽ siquidẽ nõ habet priuatus. O magistratus periculosam cõditionem. Dic, nõ licet tibi adulterari, non licet tibi ciues & domesticos Dei calumniari, & videbis tibi bella parari. Quid dãnatione, quid exilio miserius? Atqui exilio damnatus P. Rutilius, q̃ publicanos vectigalia asperius exigere prohibuisset Asianæ prouinciæ p̃ses. Conspirarunt in eũ publicani, læsæq; maiestatis reum egerũt, q̃ vectigalia populi Romani exigere prohibuit. Valuit Romæ accusatio. vrbe eiectus pauperum patronus. Dicat hodie aliquis euãgelicaster, scribat scribarũ apostolaster quispiã aduersus pompã, aduersus comessationes assiduas, luxũ & crapulã aulicã, domos viduarũ cũ ipsis viduis & orphanis, infelices pagos cũ miseris ruricolis absorbentẽ. Prædicans aliquis clamosus noui euãgelij, declamet cõtra tot noua (quæ indies succrescunt) vectigalia, taxet libere p̃sides & publicanorũ vulgus, miserã plebẽ horrendũ supprimẽtes, & tanq̃ gramen calcãtes: & videbunt se minus fauoris apud Herodes & apud Herodiades suos habituros. Nunc cũ solã & merã subinde fidẽ ingeminent, admiratione Herodianorũ oculos obstupefaciunt. Danda, quæ Cęsaris sunt, Cæsari: sed sic, vt etiã quę Dei sunt, Deo relinquantur. Libertas dicẽdi & inuehendi in tyrãnos, Dei est: regimen ecclesiæ, Dei est, pontifex, & rite initiati per traducis seriei ẽpos, sacerdotes, vicarij Chrĩ sunt & ecclesiæ rectores. Antichristi itaq; sunt, libertatẽ docẽdi, arguendi & increpãdi tẽpestiue & intẽpestiue, impedientes. Antichristi sunt, sacerdotiũ imperio subijcientes, ex emporio Noringenbergensi & ex lyceo aliquo theologastrorũ quorũcunq; noui euãgelij, metropoles & diœceses facientes. Videte fratres Petrũ in carcere: ne terreamini, qui traduce sacra & catholica professione Petri successores estis. Apud dñm copiosa est redemptio. Hoc saltẽ satagite, nẽ vt fures & latrones, vt scortatores & adulteri, in carceres conijciamini. Cæterũ verbum domini non est ligatum. Sequitur:

Euangelicastri veri parasiti sunt.

Antichristus est, q libertatẽ docẽdi remoratur.

Et ecce angelus dñi adstitit, & lumen refulsit in habitaculo: percussoq; latere Petri, excitauit eũ, dicẽs: Surge velociter. Et ceciderunt catenæ de manibus eius. Dixit aũt angelus ad eum: Præcingere, & calceate caligas tuas. Et fecit sic. Et dixit illi: Circunda tibi vestimentũ tuũ, & sequere me. Et exiens sequebatũ eũ, & nesciebat quia verũ est quod fiebat per angelũ. Existimabat autẽ se visum videre.

Vides verũ esse quod Iacobus ait, Plurimũ posse orationẽ iustorũ, cap. 5. Efficax ecclesię oratio, quę angelũ euocauit in carcerem fœdũ e cœli palatio. Bon⁹ angelus, qui venit consolari & eripere iustos. Angelus talis bonos nõ deserit, Gene. 24. Angelus talis Iacobũ liberauit ob oĩbus periculis, Gene. 48. Fortitudinem angeli sensit Sennacherib, 2. Para. 32. Tales angelos bonos & fortes, mittit Deus suorũ seruorum assertores, psal. 33. Olim hoc expertus Daniel, hic idẽ sentit Petrus, præ mœstitudine dormiens. Antea in horto montis Olíueti tristis quoq; dormiuit. Proprium hoc est tristitiæ, vt hominis oculos degrauet. Verba angeli ad Petrũ, sunt: Surge confestim. Zona te cinge, caligas tuas indue, vestimentũ tuũ in te conijce. Deniq; ait: Sequere me. Similia propemodum audis in exitu populi ex Aegypto. Sic festine exeundum e malorũ synagoga, & e medio Babylonis, Esa. 52. 2. Cor. 6. Propere item Sodomam exiuit Loth, Gene. 19. Verbũ domini quisq; sequat. periculis nemo se temere ingerat. Pœnitendũ subito. Hæreticorũ conciliabula, tanq̃ pestem, longe fuge. Cito fuge & longe, est prouerbiũ. Deniq; etiam suo arbitratu se nemo iudicet. Petrus antea vidit visionẽ Act. 10. Putabat itaq; se tale aliquid iterũ videre. Vnde apparet, nihil de liberatione Petrũ sibi spopondisse. Iacobũ, immo Christũ, sibi putabat iã sequendũ: quod dico, vt intelligas Petrũ ecclesiæ precibus liberatum.

Oratio ecclesiæ est efficax.

Fuga maturãda ex impiorũ contubernijs.

Transeuntes aũt primã & secundam custodiã, venerunt ad portam ferream, quæ ducit ad ciuitatẽ, quæ

vltro aperta est eis. Et exeuntes, processerunt vicum vnũ. Et continuo discessit angelus ab eo. Et Petrus ad se reuersus, dixit: Nunc scio vere, quia misit dñs angelum suum, & eripuit me de manu Herodis, & de omni expectatione plebis Iudæorum.

Sic & olim Israel ex seruitute Aegyptiaca educebatur gloriose, Exod. 14. 15. Non hæc liberatio apostolo fuit infrequens. Antea em̃ fere ita liberatum legis Acto. 5. Nihil hic Herodis cura, nihil obfuit custodum turba. Matth. 28. custodes cohortis sepulchrum Christi cingentes, Christi resurrectionem impedire non poterant, neq; hic Petrum retinere valuere. Talia multa vidit primitiua ecclesia. Liberabatur Petrus præter spem: vnde putabat angelicã præsentiam saltem esse spectrum & speciem. Sed re ipsa experiebatur, Deum etiam præter spem liberare, & ecclesiæ suæ declarare maiestatem. Ecclesia fideliter quidem precari, sed neq; dominum tentare. Petrus ecce pulsat fores, audita voce Petri, puella Rhode exultat præ gaudio, statim euangelizat Dei gloriam, Dei magnalia, compos voti facta, gaudet & domino gratias agit, ecclesia. Virtus turpis repulsæ nescia. Simile propemodum exemplum vides manus Dei, qui Paulum & Silam Philippis & alibi e vinculis liberauit. Flagellati, & in duris carceribus angustiati, dominum inuocauerunt, & exorauerũt. Et nos pro nobis mutuo domino Deo supplicemus. Sanctorum intercessionem, quã per Christi spiritum meruerunt, non recusemus. Vna nobiscum adhuc sunt ecclesia, quoniam & vna nobiscum ecclesia est vetus illa sancta, in Christum aut implicite aut explicite credens, ecclesia patriarcharum & prophetarum. Non præterit nostra afflictio sanctos, quia adstant soli, cui nihil est obscurum. Non contemnunt nostra mala, quasi nobis non compatiantur, nam tametsi sint impassibiles, non ergo statim etiam sunt incompassibiles. Nulla ergo ratione secludimus eos intercessores, quoniam hoc ipsum redundat in gloriam Dei omnipotentis, per Christum dominũ nostrum, Amen. Beatorũ pro nobis intercessio, nõ contemnenda.

IN FESTO VISITATIONIS MARIAE, Canti. secundo.



Ecce iste venit saliens in montibus, transiliens colles. Similis est dilectus meus capreę, hinnuloq; ceruorũ. En ipse stat post parietem nostrum, respiciens per fenestras, prospiciens per cancellos. En dilectus meus loquitur mihi: Surge, propera amica mea, columba mea, formosa mea, & veni. Iam enim hyems transijt, imber abijt & recessit: flores apparuerũt in terra nostra: tempus putationis aduenit: vox turturis audita est in terra nostra: ficus protulit grossos suos: vineę florentes dederunt odorem suũ. Surge, propera amica mea, speciosa mea, & veni, columba mea in foraminibus petræ, in cauerna macerię. Ostende mihi faciem tuam. Sonet vox tua in auribus meis. Vox enim tua dulcis, & facies tua decora.

PRAEFATIO.



Liber Canticorũ, Hebraice dicitur Sir Sirim, quod est, Cãticum canticorũ. Liber ille epithalamij speciem præ se fert. Maiores nostri vocauerũt carmẽ nuptiale, in modũ dramatis cõscriptũ. Drama em̃ dicit, cantilena psonarũ fabulã agentiũ. Facessat hinc ad libros amoris Ouidianos, libidinosus. Plato duos cõmentus est amores: alterũ, internũ hominẽ quærentẽ: alterũ, externũ petentẽ. Bene pro ethnicorum cæcitate philosophatus quidem est, sed ad amorẽ eũ, qui spũs sancti est, pertingere nõ potuit. De amore istoc vide Ro. 8. In hoc amore homo Deũ solũ ex oĩbus aiæ & corporis viribus amat propter seipsum, & proximũ aut propter Deũ, aut in Deo. Origenes, Hieronymus, Gregorius, amorẽ eũ dicunt proprie vocãdũ charitatẽ. Vt sit philosophice dictũ, Amoris telo pcussus sum: theologice vero dicat, vulneratus charitatis ego sum. Gerson in hũc librũ scribẽs, in verbo Amo, ludẽdo ait, Amo verbũ, Deũ repræsentare: A, significare principiũ: m, mediũ: o, finẽ. Ignatius ait, Meus amor cruci-

Amorem carnales carnaliter æstimant

Amo, verbũ, Deum quodammodo exprimit.

cifixus est. Vides itaq; etiā amorē pro charitate posse poni, sed charitatis vocabulū est & aptius, & vsitatius ecclesiasticis. Sic & apud Græcos agape religiosius est, quàm eros. Charitas hæc diuinus ignis, fortis est vt mors, Cant. 8. Vnde eam S. Augustinus antesignano & duci belli cōfert. Idē itē significanter ait, eā esse radicē omniū virtutū, de ciui. lib. 17. cap. 20. vbi ait: Canticū canticorū, spūalis quædā voluptas est sanctarū mentiū, & in coniugio regis illius & reginæ ciuitatis, quod est Chrs & ecclesia. Sed hæc voluptas allegoricis tegminibus inuoluta est, vt desideret ardētius, videaturq; iucundius. Puto itē operępreciū me facturū, vbi studioso catholico subiecero verba Origenis ab Hieronymo translata, libellū hūc cōmendātia, & summariū quodāmodo libri eius perstringētia. Ait: Hunc ergo amorē loquitur p̄sens scriptura, quo erga verbū Dei aīa beata vritur, & inflāmat, & istud epithalamij carmen p spm̄ canit, quo ecclesia cœlesti sponso Chro coniungitur ac sociat, desiderās misceri ei per verbū, vt cōcipiat ex eo, & saluari possit per hanc castā filiorū generationē, cū permanserit in fide & sanctitate cū sobrietate, vtpote concepti ex semine quidē verbi, editi vero genitiq; vel ab immaculata ecclesia, vel ab anima nihil corporeū, nihil materiale requirēte, sed solo verbi Dei amore flagrante. Hæc ille. Tu modo perpēde etiam Græcos nymphiū siue sponsum ecclesiæ, æque vocare Christū, atq; Latini. Cōcordes sunt oēs ecclesiæ: vtinā pereāt, qui inter ecclesias & sponsum dissidium volunt.

Gratio ca sta est ecclesiæ.

Nymphi' ecclesiæ nymphæ Christus.

Ecce iste venit saliēs in montibus, transiliēs colles. Similis est dilectus meus capreæ hinnuloq; ceruorum.

Ecclesiam maiores in virginis effigie delineaue runt.

Verba sunt ecclesiæ, q̄ sum' nos, Chro in fide despōsati, 1. Cor. 11. Hoseæ 2. Ecclesia est pulchra tota, carēs omni macula & ruga, Eph. 5. Finge & imaginare hic ecclesiā Chro adstare haud secus, q̄ formosam virginē charissimo suo spōso. Nō desipuerunt maiores, q virginis imagine ecclesiā effinxerūt ī texturis & operib' phrygijs & picturis. Mūdauit sibi ecclesiā, & sanctificauit sibi, vel suo ipsius sanguine, Ioan. 3. Roma. 5. Gal. 1. 1. Tim. 1. Amor, morarū est impatiens, festinus ergo venit. Properatio istæc significat gaudiū spūs sancti, Ro. 14. Huc facit q̄d dicit Ioan. 3. vocē spōsi audiēdā in gaudio, hoc est, fore iucundā & gratā. Vox q̄ nos fœcūdat ad opa bona, Mat. 13. Luc. 2. Hieremias quoq; meminit vocis huius exultatiōis, ca. 33. Infrà ca. 5. iterū eius iucundæ vocis facit mentionē, sed ibi non solū audit vocē loquentis, sed etiā manum pulsantis fores. Cap. 8. cupit sese voce spōsi saturare. Oīa verbi p̄dicationē nobis cōmendāt. Olim loquebat in patribus puta in prophetis, itē in angelis: nunc verbum ipsum p̄sens, puta incarnatū, auditur. Incarnatio itē exprimitur per saltū eū, quem sapiens hic celebrat. Vnde etiam ab ecclesia Idithus vocat in cantico triūphali Christi adscensionis. Vir itē speciosus vsqueadeo, vt etiā angeli gaudeāt in eū adspicere, psal. 42. 1. Pe. 1. Obserua, spōsum primo audiri, & inde videri. Psal. 44. Audi filia & vide. Spūs sanctus in die Pentecostes aduenies, etiā primo audiebat, dein in linguis igneis dispertitis videbat, Acto. 2. Hic etiā mollia eius p̄dicantur brachia. Dodi, hoc est, dilectus similis capreæ. Agilis, facilis, opos us, laboriosus, robust', efficax. Venit visitās suos, venit putator, venit accipere sibi regnū, Luc. 19. Venit videre conuiuas. Immo vbi duo vel tres in eius noīe fuerūt cōgregati, statim in eorū medio erit. Deniq; etiā venit cū patre & spū sancto, faciens mansionē in ijs qui audiunt verbū ipsius, & seruāt illud, Ioan. 14. Hæc oīa ecclesia p̄dicat de sponso, in figura & similitudine hinnuli, cerui & capreæ. Sequitur:

Incarnatio Chri saltus dr.

En ipse stat post parietē nostrum, respiciens per fenestras, prospiciens per cancellos.

Ecce tibi, montes & oēs colles Bethel noster Idithus facilime trāsiliuit. Iam stat post parietē nostrū, nō statim prodit, parū se illatebrat. Respicit interim per clatratas fenestras. Respicere, secundū Hebraismū, singularē habet & emphasin & gratiā. Alludit similitudo Dorcadis, quæ non solum cursu admirandæ est velocitatis, sed & visus acuminis insignis. Vides visus p̄stantia etiā sponsum celebrari. Esa. 14. psal. 33. 132. Hæc oīa de incarnationis mysterio intelligenda. Venit videre, & videri. Venit, sed latenter, hoc est, ignotus, seruili forma. Dicitur illi: Si tu es Christus, dic nobis palam: quousq; aufers animas nostras? Atqui fugit sic, vt tamen videretur. Fecit se filium Dei. maluit se filium Dei opere, quàm verbo, designare, Luc. quarto, Marc. [illegible] decimo, Ioan. quinto. Postremo omnium manifestius egit, accipiens sibi regnū, constituens principes super omnem terram. Regem se declarauit, & reginæ specimen non obscurum delineauit. Regem ipsum spernit, qui reginam fastidit. Viderint hæretici. Potest tantus rex, tantæ agilitatis gigas statim, eo tempore quo minime sperent, adesse, & de reginæ contemptoribus supplicium accipere. Sequitur:

Respicere verbū, singularis est gratiæ.

En dilectus meus loquitur mihi: Surge, propera amica mea, columba mea, formosa mea, & veni.

Ecclesia nō potest errare.

Vide hæretice, & rūpere inuidia. Sponsus tantus, sponsam tantā vnice amat. Respondet nō rogatus: nō patitur errare vnice dilectā. Tibi nō respondet schisma: qa te auersat & odit. Dilectus respondet priusquā roget, quod etiā vides Matth. 11. Potest etiam intelligi de voto & affectu sponsæ. Est em̄ & clamare ad dominū, tacite in gemiscere, cuius vides exemplum Exo. 14. Quid vero dicit sponsæ? Euocat eam. Non intrat in eius ædes, sed vocat eam foras. Collectio fidelium in pristina vita manere nō debet. Exire habet & innouari. Ecce noua facta omnia, 2. Cor. 5. Esa. 43. Apoc. 21. Iudæorum lex abroganda. Circuncisio fuit ex patribus, lex fuit infirma, ergo antiquanda, quia euangelio nō consentit vsq; adeo, quatenus mortis ministra, 1. Petr. 1. Ethnici spurci, infideles, & omniū criminum pleni: ergo & ipsi pristinæ vitæ emori habuerūt, quod hic vocat Salomon exire. Christi præcepta audienda, Christi exemplū exprimendū. Quis hic non videat philanthropiam & zelotypiam erga nos nostri sponsi? Surge, ait, propera, formosa mea & veni. In Hebræo oratio plus habet verborum. Nempe, tu vel tibi, vel ad tuum. Sponsam vult sibi vel ad suū surgere. Emphatice, Tu dilecta, ait, surge. Tu tibi surge, tibi prospice, tibi diuitias meritorū cōfice, tibi vigila. Sponsus bonorum sponsæ nō indiget. In eodē fere sensu dicitur Esa. 9. Puer natus est nobis, & filius datus est nobis. Nobis oīa. Formosa dicitur ecclesia, fide. Fides purificat cor. Dicit hæreticus ecclesiam esse nigrā, Cant. 1. Sic & Christum ipsum, psal. 44. speciosum præ filijs hoīm, nigrū dixerit, iuxta Esaiam cap. 53. Tribulatiōis & crucis æstus, nigredo vocat. Hactenus etiam Deus facit malū. Tempora nubila, sunt tēpora persecutionū: quarum ne Christus quidem fuit immunis. Erubescat ater & liuidus hæreticus, qui ecclesiā turpē cauillat, quasi bona opera sint peccaminosa, & nihil mereantur.

Ecclesiam euocat sponsus.

Ecclesia sibi laborat

Ecclesia formosa est fide, spe & charitate: nigra, sanguinis & mortis supplicio

Tempus prædestinatū & electum ipse sponsus nouit. Quis consiliario, & angelo magni consilij dedit, & retribuet eis? quis fuit illi à consilijs? Tempus veris, tempus gratum. Nunc formosissimus annus, dicit Maro. Epitheta hyemis oīa sunt inamabilia: horrida, tristis, aspera, atra &c. Alauda agricolas cantu ad opus concit. flores oblectant.

Semine deposito, late seges exilit aruis,
Spondēs agricolæ vincere posse famē.

Cuculus risum mouet, garritui auicularū immurmurans. Luscinia noctu cantillans, vulgo multarū cantilenarū & prouerbiorum argumenta ministrat. Ver significat ecclesiæ primordia. Hyems synagogā significat. Immo etiā ethnicorū cæcitatem abominabilē explicat. Dei longanimitas tulit seculi prisci errata, multa animi lenitate, Rom. 1. 2. Act. 17. Videte, ait, ne fiat fuga vestra in hyeme: puta quando haud facile opus est factu. Aestas vero est laboriosa. statim ergo euangelion nos vocat ad pœnitentiæ opera & fructus dignos. Sola hæresis prædicat solā fidē: & si opera aliquando prædicat, frigide admodum hoc facit, operibus bonis meritū iustificationis negans. Quasi sponsa neq; sibi, neq; sponso laboret. Hyemalis vero lex, obscura & frigida, legi perfectæ libertatis nō est pferenda. Vox sponsi sola audienda. Iudæochristiani damnātur Gala. per totū. Doctrinæ & mandata hominū vana. Gala. 4. Col. 2. Ethnici ducebantur ad muta idola, 1. Cor. 12. nunc erubescant de illis, in quibus olim gloriabātur. Nūc dicimur filij excelsi oēs, quod certe fit in tēpore grato, in tempore accepto &c. Esa. 49. 2. Cor. 6. Gala. 4. Hæc oīa spūs sanctus hic p ver designat & æstatem, quæ sibi statim succedūt. Summa sensus est, Iam instare tēpus operandi. Annus iubileus ille perfectæ libertatis adest, tēpus noui testamēti, de quo agit Hieremias ca. 31. Ver pterijt, æstas nunc fores pulsat, seges flauescit, multa messis, operarij pauci, Ioan. 4. Superest vt quisq; pro se strenue laboret. Labor, ait, vester manebit. Certus sum, ait Apostolus, depositum meum mihi iri seruatum in illam diem. Sequitur:

hyems synagogæ tps, significat Iudæorum & ethnicorū cæcitatem, ver & æstas, ecclesiā.

Iam enim hyems transijt, imber abijt & recessit: flores apparuerūt in terra nostra: tempus putationis aduenit: vox turturis audita est in terra nostra: ficus protulit grossos suos: vineæ florentes dederunt odorem suum.

Surge, propera amica mea, speciosa mea, & veni, columba mea in foraminibus petræ, in cauerna maceriæ. Ostende mihi faciem tuam. Sonet vox tua in auribus meis. Vox enim tua dulcis, & facies tua decora.

Quis

Amor [illegible] spõ i erga sponsam ecclesiã, quã.qlis, & quãtus

Quis fando adsequatur affectum sponsi erga sponsam? Salomon deperijt in filia Pharaonis, idem & aliàs perdite adamauit mulieres. Sed amor sponsi erga sponsam, non habet hic vllam similitudinem aut comparationem. Nulla enim carnis collatio ad spiritum sanctum. Salomoni amor suus fuit perniciosus, 3. Regum 11. Amor ecclesiæ spiritualis est, nihil habens fellis. Sanctus est & salutaris, atq; adeo verus amor, *qui deus dicitur Amor. tunc vero maior videbit, si quis cognouerit, sponsam eam, antequã eligeretur, tam fuisse vilem & omnibus modis miserabilem. Quid æterna damnatione horribilius? Sponsa æternæ damnationi fuit adiudicata, quia peccati mãcipiũ, Dei ignorans & fugitãs. Miserabilem eam, & infelicem humani generis conditionẽ, per carnis & sanguinis consortium sanctificauit, dando omnibus copiam fieri filios Dei. Charitatis eius ineffabilem amplitudinẽ adhuc luculentius videbimus, si cũ apostolo sancto Paulo ad Ro.5. rite considerauerimus, Christũ pro sponsa ea sua mortẽ cum turpẽ, tum acerbam, subire fuisse dignatũ: idq; tũc, cũ adhuc inimica eius fuit, diaboli nempe serua. Tantus amor, tantũ commerciũ, non absurde sacramento nuptiarũ confertur, Ephe.5. Hose.2. Obserua hic, vocabulum amoris & venustatis commẽdationis identidem repeti. Non sat habet, amicã suam ecclesiam vocare: appellat eam & sponsam, quod arctioris longe est gradus necessitudinis & charitatis. Nec hactenus suam erga nos charitatem declarasse contentus erat: nam cõmendationis tot adijcit vocabula. Facile ecclesia hæreticorum vituperationes contẽpserit, vbi se à tanto spõso, venustatis apto æstimatore, audiat speciosam prædicari. Hæresis, peccaminosa vocat opera fidelium bona, atq; æternæ damnationis meritoria. Sponsus mũdam & pulchram testatur, faciem eius sibi gratã & adspectu iucundã, vocemq; eius sibi dulcem esse fatetur. Satis & super est sponsæ testimoniũ & iudicium: illi vnice placere cupit, cæteras creaturas diabolũ & eius satellites oẽs ne tãti quidẽ facit. Si Deus pro nobis, quis contra nos? Si ille nos probat, quis condemnabit? Sacramentũ habet cõnubium, tedæ ius est perpetuum. Cestus seu vinculum nuptiarũ, est indissolubile. Christi quoq; erga nos amor, nuptiæ hæ spũales charitatis atq; vnitatis hic incipiunt, in æternitatis thalamo perpetuo permansuræ, 1. Corint.13. Hic sponsus venustatis sponsam admiratur, post cap.5. & alibi frequenter sponsa vicissim pulchritudinem sponsi celebrat: quasi suam venustatem omnem, sponsi charitati referat acceptam.

Amor Christi et ecclesi am, sacramẽto nuptiarum cõfertur.

Hæresis ecclesiã, quã Christus cõmẽdat, reprobat.

Ecclesia oẽm suã venusta tẽ christo adscribit.

Sponsi gratiæ est, quidquid est sponsa. Sed non protinus neganda est sponsæ ista venustas & decentia, quod ex sponsi eam possideat gratia. Immo hoc certior & præstantior est cẽsenda. Cuius rei gratia, sponsus in commendando sponsæ decoro totus est. Laudat genas, labra, oculos, collũ, totumq; adeo corpus vsq; ad capitis capillũ. Nunc sororem, nunc sponsam, nunc amicam, nunc vnicã vocat. Hic columbellam blandissima omniũ appellatione compellat. Euocat vero compellatiõe ea blandula. Euocat vero, vt obliuiscatur patronos penates, psal.44. Vocat ad se Matt.11. Vocat ab omni idololatria liberandã, Ioan.8. Vt verbũ Dei audiat, Matt.17. Vt verbum custodiat, Ioan.8. Vt exemplum suũ imitetur, & bonis operibus studeat, Matt. 5. Luc.1. Vt ingenium spũs sancti, per quẽ renata est, referat, Ioan.3. Coloss.3. 1. Pet.1. Columbæ, potissimũ palumbes, solent in speculis & turribus altis, item in foraminibus petrarũ seu rupium nidificare: cuius rei etiam hic sponsus meminit, significans se sponsæ esse refugium & firmamentum. Verbũ domini turris fortissima. Christus petra, 1. Cor.10. Foramina sunt Christi vulnera, quæ columbæ (dolo carenti, 1. Pet.2. & simplici, Matt.10.) securitatem promittunt aduersus accipitrum & aquilarum omne genus, Ephe.6. 1. Pet.5. Deniq; sponsus contendit à sponsa, vt sibi se videndã & contemplandã exhibeat, vocemq; suã, auribus suis hauriendã promat. Vox, oratio & gratiarũ actio, exhibitio operis boni, & imitatio exempli Christi, est effigies & imago quã sibi vult ostendi. Iterũ hic amoris profunditatẽ perpendamus, ne mariũ quidem aqua vniuersa abluendam, Cant.8. Quid? Nunquid, quũ nos sic audiamus Christo charos, insolescamus & frenũ excutiamus? Absit absit. Redamemus vero, & grati simus. Redamandus Deus ex omnibus cũ corporis tum animæ viribus, supra omnia, Deut.6. Matt.22. Ingratitudo meretur, vt beneficiũ quodcũq; præstitũ, rursus ab ingrato auferatur. Commerciũ habere cum Christo, est bonis operibus insudare, 1. Ioan.1. Non nouit Christũ, q eius non seruat mandatũ, 1. Ioan.2. Audiãt acediosi, audiant flagitiosi, Nõ sic, ait Apostolus, didicistis Christũ. Deponat ergo pristina cõuersatio, & induat nouus homo, q conditus est in veritate iustitiæ & sanctitatis, Ephe. 4. Imitemur exemplũ reginæ cœlorũ. Beatam, ait, me dicent oẽs generationes. Oĩs generatio, vtiq; ecclesiã exprimit vniuersalem. Hæretici decentẽ sanctorum cultũ abolere conãtes, seipsos declarãt ecclesiæ esse extorres. Ecclesia orthodoxa vel in laude diuorũ se verã Christi sponsam declarat.

Ecclesiam Christus q̃si sponsam euocat.

Ecclesiæ sponsæ refugiũ christus sponsus.

cõmerciũ habere cũ Christo, quid.

Gñatio oĩs, ecclesia est vniuersalis.

Atqui cultus diuorũ potiſſimũ ſitus eſt in imitatione operũ bonorũ. Deniq; omnis gloria diuorũ, redundat in ipſius gloriam Dei. Hoc eñ ſic in canticis ſuis fatetur ipſa eccleſia, cuius vox eſt: Maria laudat̃ propter fructũ, qui quæritur. Qui plura in hũc locũ requirit legere, conſulat Origenem apud Hieronymũ translatũ, Ambroſium, Bedã, Bernardũ, Iuſtũ Orgelitanũ, Vuilmarũ abbatẽ Mersburgenſem ad S. Petrum, Tuitienſem abbatem, Dionyſiũ Carthuſianũ, & hoc genus alios patres catholicos. Iuſtus ſuccinctus eſt. Nõ facit ad inſanorũ hæreticorũ & ſchiſmaticorũ ſtomachum cibus ille. Aſinus ſtramina ambroſiæ præfert. Faxit Deus, nos eccleſiam audire feliciter pergamus. Amen.

DE SANCTA MARIA MAGDA. Roma. V.



Icut per vnius delictum in omnes homines in cõdemnationẽ, ſic & per vnius iuſtitiam in omnes homines in iuſtificationem vitæ. Sicut eñ per inobedientiam vnius hominis, peccatores conſtituti ſunt multi: ita & per vnius obedientiã iuſti conſtituent̃ multi. Lex aũt ſubintrauit, vt abundaret delictũ. Vbi aũt abũdauit delictũ, ſupabundauit & gr̃a. Vt ſicut regnauit pct̃m in mortẽ, ita & gr̃a regnet per iuſtitiã in vitam æternã, per Ieſum Chriſtũ dominũ noſtrum.

PRAEFATIO.

STatus ep̃læ ad Rom̃. eſt cõfutatio vanę gloriæ eorũ, q ex Iudaiſmo ad Chr̃m p uenerũt, gr̃æ euãgelicæ mãna legis fermẽto exacerbare conãtes. Ap̃ls Iudæos eos & ethnicos in eãdẽ eccleſiã cõflatos, cõciliare laborat, nullã in eccl̃ia cõtentionẽ ſuffert, qa vn⁹ paſtor vnũ ouile reqrit. Ap̃lus itaq; ingenue fatet̃, Iudæos legis cuſtodia grãm baptiſmi nõ meruiſſe, nullã hic meritorũ legis p̃rogatiuã, ſolã vero fidẽ ęſtimari oportere. Nihil Iudæos ethnicis p̃ſtare, rõne meritorũ legis operũ: ethnicos eñ eadẽ fide, eandẽ in eccl̃ia & corã Deo habere gloriã, Geñ. 15. Hab. 2. adducit ſn̄iam ſuã declarãdo. Nõ patit̃ itẽ Ap̃lus, Iudæos gẽtib⁹ legis onus obtrudere, Gal. 5. Ro. 10. Suffragatur Ap̃lo, ap̃lorũ oĩm ſenat⁹ Act. 15. Deniq; gratiã Dei infinitã & ĩmẽſam, ſtudioſe in hac ep̃la cõmẽdat, qppe q̃ ſola ea & gentes & Iudęi ſaluent̃. Eius loci p̃cipuũ eſt, q̊d iã nobis ĩ p̃ſenti lectiõe ediſſerẽdũ ſc̃tã mr̃ cõmẽdauit eccl̃ia: cui nũc ſatisfacere ſtudẽtes, ad lectionis eius interp̃tationẽ aggrediamur.

Sicut per vnius delictũ in oẽs homines in cõdẽnationẽ, ſic & p vni⁹ iuſtitiã in oẽs hoĩes in iuſtific. vitæ.

Ex p̃cedẽtib⁹ apparet, Ap̃lm hic loq de Adamo ptoplaſte. Adamo adſcribit p̃ct̃m, & peccati autoramẽtũ cõdẽnationẽ: Chr̃o ſalutẽ tribuit. Adã p̃uaricatus, Chr̃s patri obediẽs fuit vſq; ad mortẽ, nec dol⁹ vll⁹ in ore eius ẽ inuẽtus, Eſa. 52. 1. Pet. 2. Lex clemẽtiæ in ei⁹ lingua. Verba vitæ habuit. Infert itaq; Ap̃ls, neq; Adamũ ſibi ſoli peccauiſſe, neq; Chr̃m ſibi Deo obediſſe. Illi⁹ eſt iniqtas, hui⁹ iuſtitia. Rogas, quõ potuit vnius delictũ pdere multos, cũ aĩa q̃ peccauerit, ipſa pire habeat, Ezec. 18. On⁹ itẽ cuiq; ſuũ portãdũ exiſtat, Gal. 6. Rñdeo, Hic cõſiderãdũ & rite æſtimãdum verbũ dñi. Lo thõ chal mimenu, ki beiom achalecha mimenu, moth thamuth, Hoc ẽ, Noli edere ex eo: in quacũq; eñ die comederis ex eo, morte morieris, Gene. 2. Tunc cũ hæc lex erat lata, nullus adhuc hoĩm erat aut cõceptus, aut natus. Præuaricatus itaq; Adã, & reus extra paradiſum eiectus, nos in hac lachrymarũ valle miſeros, puta peccaminoſos, genuit, & Deo odioſos effecit. Hoc eſt naſci ex carne & ſanguine, Ioan. 1. Hoc eſt pct̃m originis ſiue traducis, affectus, cõcupiſcẽtia, morb⁹, culpa, reat⁹. De pc̃tõ iſtoc ait dñs Geñ. 6. Vecal ietzer mahſiboth libbo rak ra col haiom, hoc eſt, Vidẽs q̃ cũcta cogitatio cordis intẽta eẽt ad malũ oĩ tp̃e, pœnituit eũ q̃ hoĩem feciſſet in terra. Poſtea Gene. 8. eadẽ verba vides fere repeti, nẽpe cogitationẽ hoĩs eẽ puerſam à teneris vnguiculis: q̊d pc̃tĩ originalis argumẽtũ ẽ cuidẽs. Exprimit itẽ pct̃m traducis, q̊d Dauid dicit oẽm hoĩem eẽ mẽdacẽ, pſal. 115. Nõ ẽ hõ q nõ peccet, 2. Par. 6. Ecci 7. Nemo ẽ q faciat bonũ, pſal. 13. 105. Peccauim⁹ cũ patrib⁹ nr̃is. Ap̃ls q̊q; ait, Oẽs peccauerũt & egẽt gl̃ia Dei, Vel gloriæ Dei ſunt vani, vacui, deſtituti, Ger. Gottes preiſes endtſetzt. Huc facit, Nõ intres ĩ iudiciũ cũ ſeruis tuis dñe, pſal. 142. Itẽ, Oẽs nos facti ſum⁹ ĩmũdi: & q̃ſi pãnus mẽſtruatæ vniuerſæ iuſtitię nr̃æ. Hæc & hoc genus alia, pct̃m traducis declarãt, naturã vitiatã & cõtagioſam eſſe oſtẽdũt. Ecce eñ, ait, ĩ pc̃tis cõcepit me mr̃ mea. Adami filij ſum⁹ vniuerſi, maſſæ corruptæ opus putre. In carne nr̃a nihil boni habitat, Rom̃. 7. Rabini veteres etiã pct̃m originale cõfitebant̃, carni & ſanguini innaſci. appellarũt itaq; Jetzer hara, hoc eſt, cogitatio mali. Nomẽ hoc ex Geñ. 6. 8. acceptũ eẽ apparet. Cõferũt hoc, ietzer hara, filo ſerico interim dum homo puer eſt: rudenti

Adæ delictũ quõ oẽs dãnare potuit.

Peccatum originale oſtendit.

Peccatum originale fatebãtur etiã veteres Rabini.

denti vero siue camelo, vbi hō adoleuerit, cōparant. Cōtagiosam itē labē eā adstruunt ex testimonio Esaiæ cap. 43. vbi dicit *Abicha hatischon chata*, hoc est, Pater tuus primo peccauit. Ecclesiastici quoq; 9. de peccato dicitur, quo multi boni pereunt. Quid ergo miseri hodie peccatū originis negāt? Nos neq; Iudæos, peccati ei⁹ dissimulatores: neq; Pelagium, eius mendæ inficiatorem, alicuius momenti habemus, catholicis consentiendo. Solus Augustinus, satis est potens ad omniū & Iudæorū & Pelagianistarū nænias cōfutandas. Videt nunc vestra charitas, Apostolū hic in peccatū originis respicere, vt inde etiā colligat, nos Christi grā sanari oēs. Dicis Christū q̃q; esse carnē & sanguinem Adæ? Recte. Sed cōceptū per spiritū sanctum ex virgine verbū, inquinatiōis nullā habuit rōnem. Oīa nobis similis sine peccato, Heb. 4. In similitudine carnis peccati, Roma. 8. Forma serui, atq; adeo specie peccatoris, in mūdo degit. Sed serpēs sine veneno. Aeneus serpens p̄ oīa serpentem refert, sed virus nō habet malum. Tātum abfuit vt Christus peccatū commiserit, vt magis cōtra ipsum remedia in sua sancta carne habuerit. Neq; eīm parui momenti res est, filium Dei hoīem assumpsisse. Caro ea sanctissimæ virginis verbo vnita, à verbo sanandi efficaciam recepisse q̄s non videat? Potuit Adam nos inficere naturæ propagatione, potuit Christus nos expiare carnis assumptione, & gratiæ per fidē cōmunicatiōe. Renascimur itaq; in Christo semel per Adamū nati. Hic carnaliter, illuc spūaliter. Hic sperma fœdū, illic verbum expiatoriū, herba borith & ignis cōflans semen, intercedit. 1. Pet. 1. 1. Ioan. 1. 3. Titi tertio, &c. Baptizati, illuminati, & spiritu sancto repleti, liberi arbitrij iacturam recuperauim⁹. peccatū ergo in nobis, modo velimus ipsi, regnare non potest. Præstare possumus hoc quod præscribitur Genesis 4. Subter te sit appetitus tuus, & tu dominaberis illi. Si hoc non possimus, q̄rsum spiritus nobis daretur? Quid spiritualia nobis commendarentur arma Acto. 2. Ephes. 6? Adam minor Christo. Adamo potentior Spiritus vehemens Christi. Maior Dei gratia, diaboli inuidentia.

Christus ex virgine natus pc̄ti originis vacu⁹ extitit.

Liberi arbitrij sunt q̄bus peccatū non pōt dñari.

Sicut enim per inobedientiā vnius hominis, peccatores constituti sunt multi: ita per vnius obedientiā, iusti constituentur multi.

Præsentior est spūs Dei, spū huius seculi. Sic & obediētia Chri efficacior ē, q̄ inobediētia Adami. Meritū Chri mai⁹ culpa Adæ. De culpa Adę vides Gen. 2. 3. De merito Chri, audi Aplm. Phil. 2. factus est obediens, ait, patri vsq; ad mortē, mortem autem crucis. A ligno mors nata, in ligno mors mortificata. Voluptas Adæ nō fuit, tanta, quāta pœna fuit filij Dei Iesu Christi. Apostolus suprà dixit, oēs hoīes: hic dicit, multi homines, sed in eodē sensu. Sane oēs homines in peccato Adæ sunt contaminati, & gloriæ Dei destituti. Hic obijcis nō oēs per Christū saluari, q̄ per Adamum sunt dānationi obstricti. Respōdeo, Apostolū hic loqui de p̄destinatis, ijs q̄ verbum Dei audiūt, baptizant credētes, & verbum custodiūt. Satis fecit Christus, quātū oportuit, pro oībus: ergo oēs liberauit. Si ingrati pleriq;, gratiā eā aut negligāt, aut temnāt, culpa sua pereūt, qui Christi grā salui esse poterāt. Cæterū quotq̄t saluant, oēs Christi gratia seruātur. Hoc est, quod Apłus 1. Timoth. 1. dicit, Deū velle oēs homines saluos fieri, puta per Christum, sine Christo neminē. Iā ex p̄missis satis liquet, vnde peccatores simus: liquet itē vnde simus iusti, vnde mors, vnde vita. Carni bellum indicamus, iustitiæ operā demus, cum sciam⁹ Deū operū bonorū nostrorū haudquaquā obliuisci. Obedientiā Christi non verbis, sed imitatiōe probemus. Inobediētiā Adæ corrigam⁹, vtrinq; gratiā Dei in nobis excitādo. In Adamo eramus mancipia peccati, in Chro liberi ad p̄stādā iustitiā. Videamus, ne q̄ ingrati sim⁹, atq; adeo digni iudicemur, à q̄bus grā ea auferatur.

Saluator omnium quō Christus.

Lex aūt subintrauit, vt abundaret delictū. Vbi aūt abundauit delictum, supabundauit & gratia.

Vult ostendere, decuplo nos p̄ Christū recepisse, quicq̄d in Adamo p̄didim⁹. Primo itaq; ostēdit, legē nobis vulnus nostrū ostēdisse, vt gratiæ Dei erga nos amplitudinē inde disceremus. Lex ostendit nobis p̄funditatē pc̄torū: inde grāe supabundantiā facile cognoscemus, nēpe eā esse p̄funditate ipsa p̄fundiorē. Vult diceret Lex inter Adamū & Chrm intercessit, multa p̄cipiēs & multa prohibēs. Añ legē Mosis, pc̄m q̄q; ī mūdo fuit, filios Adæ occupās: sed pc̄m adeo oībus nō erat notū, quātūuis lex naturæ vel cōsciētias mortalium excusaret, vel accusaret, Ro. 1. Adeo clara peccati cognitio non fuit ante legē Mosi, atq; in lege. Lex exp̄sse ea, q̄ aut Deo aduersa aut grata sunt, explicat. Lex ostēdit tyrānū latere in carne. Sūmatī p̄ legē agnitio peccati. Itē, Lex peccati virtus, 1. Cor. 15. Non tam q̄ aut occasionē, aut iritamētū ad peccandū nobis p̄beat, q̄ q̄ tyrānū peccati intrinsecus latentē p̄dat, hoīemq; reum peccati agat. Hic dolor, hic tremor.

Christus nobis decuplo restituit, q̄ in Adamo amisimus.

Lex virtus peccati.

Huc facit quod Apl'us ait Gal.3. Legē propter trāsgressores esse, puta peccati eos insimulando. Hinc liquescit, Mosis legē nos Christi gratiā potissimū præparare. Per legem vides, quid Christo debeas. Si peccatum immensum, gratia decuplo est immēsior. Quāto Christus Adamo pstat, tanto etiā gratia puaricationē superat. De hac re audiat Ambrosius in psentem lectionē, vbi ait: Necessaria lex, vt ostenderet imputari apud Deū peccata, quæ impune fieri credebantur. Item Hieronymus: Manifesta est quātitas peccati, vt sciret gratiæ magnitudo, & redderemus competens debitū charitatis. Vides peccati superabundantiā, cui nunc etiā addas gratiæ excellentiā. Peccatum mundi vniuersum omnino ablatū vides 1. Ioan. 2. Peccata remissa credētibus, & opera pœnitētię digna designātibus, Mat. 5. 16. Luc. 7. 15. Rom. 2. Chrysostomus gratiam Christi magnificat p similitudines. Primo, Si fœnerator quispiā noīa sua, soluendo nō existētia, in neruū conijceret, ac tūc eū incarceratū homo aliquis benignus redimeret, & magnis insuper diuitijs locupletaret. Secundo, Si quis febribus acutis laborātem, non solum e febrium paroxysmis omnibus liberaret, verū etiā insolitā quandā salubritatē superinduceret. Tertio, Si quis mendicū non solū satiet, verum etiā dominū eū ac regem constituat. Non possum mihi temperare, q̄ minus ex Chrysostomo verba quædā in hunc locū adducam. Dicit ille: Non em̄ solūmodo accepimus ex gratia, quantū ad sublationē peccati opus habebamus, sed multo plus. Etem̄ & à pœna liberati sumus, & malitiā deposuimus omnem, regeneratiq; sumus e supernis, resurreximus, vetere sepulto homine, redempti sumus, sanctificatiq;, & in adoptionē filiorū Dei inducti. Sumus iustificati q̄q;, & fratres facti sum⁹, cohæredesq; vnigeniti, immo & eiusdē cū illo corporis, inq; carnē eius censemur: & queadmodū capiti corpus, ita illi coadunati sum⁹. Hæc itaq; oīa exuberantiā gratiæ vocauit Paulus, ostendens q non solum æquiualēs vulneri pharmacum acceperimus, sed & sanitatem, & pulchritudinē, honorē quoq; & gloriā: & in summa, dignitates, naturā nostrā multum transcendentes. Erat autē vnūquodq; istoꝝ per se sufficiens ad dissoluendā mortem. Quū vero oīa simul concurrere videant, iā deinceps illius neq; vestigiū aliq̄d, neq; vmbra poterit apparere, eo q funditus sit omino deleta & obscura.

Euāgeliō virtus iustificationis.

Vt sicut regnauit peccatum in mortem, ita & gratia regnet per iustitiam in vitam æternam, per Christum Iesum dominum nostrum.

Tyrānis peccati diu in carne regnauit, ludū suum diu lusit, vnde nihil vndiq;, nisi mors & perditio; mortalib⁹ superfuit. Peccati obsoniū mors, Ro. 6. Suū tēpus cuiq; est rei. Vicissitudo oīm rerū est. Quare peccatū perpetuo nō debuit regnare. Fas non fuit, q̄tū ad diuinā sapiētiæ æternę pdestinationē, vt mors æternaliter hic oēs deuoraret. Succedere debuit peccato & morti cōtrariū aliquid, nēpe regina gratia. Deus siquidē æque est clemēs ac iustus. Iustitia in Adami iudicio & condemnatione satis fuit illustrata: superfuit igitur, vt & Dei clararet clemētia. De tyrānide peccati & mortis, vide Gen. 2. Quacūq; hora comederis ex hoc ligno; &c. Itē, Homo q pecca uerit, morietur, Ezech. 18. Itē ptotā legē hoc agit. Caro occidua, eius rei adhuc est testis. Infernus tot millia heroū & gigātoꝝ huius seculi absorptos retinens, huius loci est testis. Nō est igit, q superstitiose locum eū probare inuigilē. Superest igit, vt etiam de gr̄a Dei aliq̄d dicamus. Gratia Græce χάρις dicit, Multipliciter accipit: quantū ad nostrū psentē sermonē, accipit pro concessiōe bn̄ficij meritoꝝ Chr̄i, & pro dono spūs sancti. Gratuita est. Nā vt Apl'us ait, Gratia esse nō potest, si meritū intercedat aliquod. Gratia est gloriæ mater. Præcedit gloriā gr̄a. Vides reginā diam. Confer culpā, cōfer pct̄m, & apparebit regina illa gratior aliquāto atq; magis iucunda. Peccati fœditatē vt intelligas, æternā æstima pditionē. O horrendā tyrānidē, in gehennā oēs demergentē. Nōne gratior gr̄a est, ex abysso dānationis in excelsum gloriæ hominē exaltās? Cui nō sufficiat gr̄a? Sufficit tibi, ait, gr̄a mea. Super argentum & aurū gr̄a bona, Prouerb. 22. Gratia per Iesum Christum est exorta, Ioan. 1. Tit. 2. 3. Tanta regina ea est, vt dicere possimus, Sola Dei gratia iustificari & Iudæos & gentes. O felicem ecclesiam, cui contigit gratia pro gratia. Lex per Mosen est data, gratia & veritas per Christon est nata. In ecclesia itaq; regnare debet iustitia, non peccatum. Per Christū nobis cōtigit libertas, nō innata, sed per gratiā nobis data. Gratiā item sequit gloria, hoc est, vita æterna. Stipendiū peccati, mors: donum aūt Dei, vita æterna. Vides hominē iustificari Dei gratia: vides item hominē Dei gr̄a iustificatū, manere cœlestē gloriā. Chrysostom⁹ ait: Si habes iustitiā, noli solicitus esse de vita. Iustitia siquidem vitæ est mater: intellige de vita æterna, quæ iustorum est. Ambrosius quoque ait: Sic autem regnat gratia per iustitiam, si accepta remissione peccatorū, iustitiā sequimur, vt vidēs gratia fructū se habere in bonis quos redemit,

Tyrānis pc̄ti, nūc sequit regnū gratiæ.

Gratia varie accipit.

Gratia sola iustificat & Iudæos & gentes.

regnet in vita æterna, sciens nos futuros æternos. Hæc ille. Solam gratiã iustificare diximus, non cũ nouis apostolis charitatis merito derogantes, non solam, merã & nudam fidẽ, charitatis expertem, ad iustitiam sufficere dicentes. Charitas siquidem, iuxtà ac fides, in gratia compræhenditur. Et gratia tametsi gratis detur, opus tamen bonũ requirit. Nisi eñ bonoꝝ operum gratitudine foueatur, perit. Ex nouo euangelio sequitur: Faciamus mala, vt veniant bona. Nouũ hoc euangelion, est vetus hæresis per Apostolum dãnata Rom. 3. Vetus euangelion est, Habenti dabitur, Gratias pro gratia, Ex claritate in claritatem, Sanctus sanctificetur adhuc. Ne in vacuum gratiã Dei receperitis, &c. 2. Cor. 6. Tit. 2. 3. Væ qui ore Deum confitentur, factis vero negant, Psal. 49. Tit. 1. Stultus est qui ædificat sup arenã, hoc est, hæresin noui euangelij speciem mentientẽ Matth. 6. Spermologi igitur insani sunt, nõ theologi Christiani, homines doctrina solius fidei dementantes: & propter egregiã eam doctrinam, tantam tragœdiam in ecclesia Christi concitantes. Væ seruis ociosis, qui in æternum ignem sese enutriunt, Matth. 25. Iac. 5. Attẽdite vobis à falsis prophetis. Veniunt in vestimentis ouiũ, subinde Paulus Paulus, Euangelion Euangelion, clamitantes. Putant neminem vnquam Paulum vel legisse vel intellexisse. Blaterant, Euangelion Germaniam nunquam syncerum Lutherisch habuisse. Exitus acta ꝓbabit. Dominus Deus spiritum supbiæ eũ perdat, & ecclesiæ suæ pulchrã pacem reddat, vt in gratia tanta subinde sancti sanctificemur adhuc, in laudem gratiæ Dei. Amen.

Gratia charitatẽ iuxtà atq; fidẽ complectitur.

¶De sancto Iacobo Apostolo, Epistola Ephe. II. Postillam quære in natalibus S. Thomæ Apostoli.

IN NATALI SANCTAE ANNAE, auiæ nostri seruatoris, Prouer. XXXI.



MVlierem fortem quis inueniet? Procul & de vltimis finibus precium eius. Confidit in ea cor viri sui, & spolijs non indigebit. Reddet ei bonũ, & non malũ, omnibus diebus vitæ suæ. Quæsiuit lanã & linum, & operata est consilio manuũ suaꝝ. Facta est quasi nauis institoris, de longe portãs panem suũ. De nocte surrexit, deditq; prædam domesticis suis, & cibaria ancillis suis. Considerauit agrum, & emit eum. De fructu manuum suaꝝ plantauit vineam. Accinxit fortitudine lumbos suos, & roborauit brachium suum. Gustauit & vidit quia bona est negociatio eius, non extinguetur in nocte lucerna eius. Manum suam misit ad fortia, & digiti eius appræhenderunt fusum. Manum suam aperuit inopi, & palmas suas extendit ad pauperem. Nõ timebit domui suæ à frigoribus niuis: omnes enim domestici eius vestiti sunt duplicibus. Stragulatã vestem fecit sibi: byssus & purpura indumentum eius. Nobilis in portis vir eius, quãdo sederit cũ senatoribus terræ. Sindonem fecit & vẽdidit, & cingulũ tradidit Chananæo. Fortitudo & decor indumentũ eius, & ridebit in die nouissimo. Os suum aperuit sapiẽtiæ, & lex clemẽtiæ in lingua eius. Cõsiderauit semitas domus suæ, & panẽ ociosa non comedit. Surrexerunt filij eius, & beatissimam prædicauerunt: vir eius laudauit eam. Multæ filiæ congregauerunt diuitias: tu supergressa es vniuersas. Fallax gratia & vana est pulchritudo: mulier timens dominum, ipsa laudabitur. Date ei de fructu manuum suarum, & laudẽt eam in portis opera eius.

PRAE-

PRAEFATIO.



Litera q̄ occidat,

REgij prophetæ lectio, mystice vt intelligatur oportet. Hic locum habet, litera occidit, spūs aūt viuificat. Si literam solā spectes, perit verbū Christi, docētis: Nihil solliciti esse &c. Nihil boni est in carne. Mundus totus in malo est. Chr̄s se vulgo non credidit, sciens quid in homine esset. Cæco offendiculū non est ponendū. Salomon in Coheleth, hoc est, ecclesiaste, ostēdit mūdum statim arripere errandi ansam in scripturæ sacræ litera, rite iuxta spiritum non intellectæ. Nos scimus q̄ liber ille, cui Salomon nomen indidit Misle, hoc est, parabolæ siue gnomæ, Latine prouerbia, parabolicus sit, habens titulum cum re. Possunt quidem pleræq; sententiæ secundū literā intelligi, atqui plurimæ mysticæ sunt. Hic præcipue locus arcani est sensus. Salomon hic, quemadmodū & suprà cap.30. titulū variat. Caput 30. nuncupauit Agur filio Jake, habeturq; caput hoc Massa, hoc est, oraculū. Præsens caput 31. inscribitur Lamuel. Itidem & caput hoc Massa vocat. Rabini pleriq; nostrates dicunt hic, Salomonem & esse Agur & Lamuel: vnde etiam volunt, hæc duo capita, in simili cū præcedentibus precio haberi. Salomonē aiunt, etiā hæc duo nōīa habuisse tunc, cū Deus cū eo (q̄d Lamuel significat) fuit: & tunc quando collegit & corrasit (q̄d Agur significat) omnia quæ ad sapientiā facere poterāt. Vocat quoq; seipsum Koheleth siue ecclesiasten. Vocatur item Jedidia, propterea q̄ dilect⁹ erat Deo puer sapiētiæ studiosus, 2.Reg.12. Placet ratiocinatio, nisi plures hic sint cōpilatores, quemadmodū etiā in psalterio soliloquiorū Dauidis Thehillim, hoc est, psalterio. Psalteriū vnū est, & Dauidi adscribunt etiam aliorū psalmi, qa eiusdem oēs sunt autoritatis. Nemo ergo autoritatem huic lectiōi abrogauerit, qui mediocriter catholicus existat.

Prouerb. liber parabolic⁹ est.

Salomon nōīa habuit multa.

Aleph:

Mulierē fortē quis inueniet? procul & de vltimis finibus p̄ciū eius.

Sapiēs, sedulæ & eius honestæ matronę ingeniū describit vigintiduobus versibus, iuxta numerū literarū Hebraicarū. In hac descriptione arte ea est vsus, vt singuli versus suis literis incipiāt, Primus, puta aleph, secundus Beth, tertius Gimel, & sic deinceps vsq; ad Thau. Simili artificio Dauid quoq; antea cōscripsit psalmū 24. & 144. Simili itē ratione edidit octonariū, qui est psalmus prolixus ille, numero centesimus decimusoctauus. Hieremias vtrunq; regē, patrem nimirū & filiū, est imitatus in Threnorū libro. Sed ad ipsam nunc tandē veniamus lectionē: Mulierē fortem, hic non matronā saltem honestā & sedulam intellige, sed allegorice, mulier fortis hic significat ecclesiam catholicā, omniū nostrū matrē, qua nihil est & decentius & fortius. Mysterium vero sic non accipias vt literali sensui deroges: sed litera recte accepta, typum facit illustriorem. Varium & mutabile semper fœmina. Fallit quæ casta putatur. Ociosæ, garrulæ & lasciuæ, quid non mali designent, cum ocia aliàs etiam fortissimos quoscunq; viros nullis non aggrauarint flagitijs? Recte ergo, Matronæ præcipua commendatio est in fortitudine, puta animi & corporali operum exercitatione. Quæ suis non prospicit, infideli est infidelior. Nec recipienda in religionis arctioris professionem, quæ non habet sedulitatis officiosæ testimonium præclarum. Nihil est quod auari & voluptuosi hic suæ incredulitati & perfidiæ patrocinia quærant. Sedulitatem probat scriptura, non sollicitudinem, non voluptatem. Contra diuitiarū cupiditatem vide Matt.19. Luc.16. Marc.10. 1.Tim.6. Contra luxuriā & mollitiam ornatus, vide 1.Timoth.2. 1.Petr.3. Opera item bona probat ecclesia, non vana, lauare sanctorum pedes, eleemosynæ incumbere, ieiunare, orare, &c. Dorcadem, non lupam, celebrat ecclesia. Arcta via est regni cœlorum, sedulitatem requirit & prudentiam, Matth. septimo. Constantia & patientia fideli est opus. Qui eñ perseuerarint in finem, saluabuntur. Indigni sunt regno cœlorū, mittentes manum suā ad aratrū, & respicientes. Mater itaq; ecclesia, cuius instar vides Acto.1.2.3.&c. fortis est cū animo tum corpore: hoc est, constans est & officiosa. Filios parit & fouet, baptismate & verbi p̄dicatione, Ioan.3. Ociosa nō est, quippe quę acediā inter capitalia referat vitia. Terribilis deniq; est cōtra quoslibet hostes tanq̄ acies ordinata. Contra hostes, inquam, visibiles & inuisibiles fortis est & efficax, Hebr.11. Quātum ad literam, verum est quod hic dicitur, Procul & de vltimis finibus precium eius. Res siquidē bona, mulier fortis, dabit viro Deū timenti. Talē mulierem inuenire, est thesaurum ingentem inuenire, Proue.18. Corona siquidem est viri, cap.12. Donum est Dei, cap.19. Contrà ociosa, mollis, lasciua, morte est amarulentior, Ecclesiast. septimo. Sapiens quantum fortem prædicat, tantum traducit dissolutam & vanā. Dictio qua hic laudat mulierē, dicitur Hebraice Hail, q̄d fortis reddi potest. Accipitur etiā de viris ad bellū aptis, Anschail.

Fortitudo, matronæ præcipua est virtus.

Ecclesia est mulier fortis.

Mulierē fortē inuenire

Item Bene hail. Item Gibore hail, hoc est, fortes vel boni milites. Sed hic nō bellicæ fortitudinis laudatur mulier, tãquam Amazones & Semiramides, Penelopæ & Lucretiæ imbellibus præferri debeāt. Nō arcus, sed acus: non conus, sed colus decet mulierē. Mulieris nomē à mollitie deriuatum, arguit mulierem longe ab armis bellicis abesse debere. Hail itaque hoc loco aliam significat fortitudinem, nempe mulieri congruā, sedulitatem, honestatis curā, cōstantiā, & oēm animi virtutē. Sic etiā significat Prouer. 12. & Ruth 3. Hic habet esseth hail, illic andreia, hoc est, mulier virtutis, virilitatis. Qui hic de vocabulo fortis rixantur, & grammaticorum more perpetuo certant, consulant veterem trāslationem Prouer. 12. vbi legūt, diligentem: Ruth tertio, vbi legunt, virtutis. Per loca hæc possunt cōponere litem. Hæretici putant ecclesiam esse somnolentā & socordem mulierem, quę aliquando cessauerit. Vnde hodie nouū euangelion adeo noui euangelicastri iactitant, sopitumq; putant & situ obsitum, se e postliminio reuocasse. Immo vsq; adeo priscis insultant, vt dubitent an ne ecclesia ante nos vnquam fuerit. Sed ecclesia mater nostra, etiam fortis est mulier ad resistendū hæreticis, iuxtà atq; cæteris huius seculi tyrānis. Extinguentur itaq; vbi dño visum fuerit. Nos interim ecclesiam matricem, hoc est, traducis sacræ, martyrum & succedentium sibi sanctorum pontificum, glorificemus, quia digna est: laudemus & elucidemus basin veritatis, quia non peccat, qui tam honestam, tā fortem matronam elucidat. Beth:

Arma mulieri conuenientia q sint.

Hæretici effœminatam, mulierem lubricam socordem, non mulierem fortē putitesie.

Confidit in ea cor viri sui, & spolijs non indigebit.

Ecclesiæ fidus Chrs.

Maritus, vir, spōsus, dominus, caputq; ecclesiæ est Christus, 2. Corinth. 11. Spiritu suo & spiritus sui sacris charismatibus spōsus ille sponsam suam vsq; adeo locupletauit, vt de eius fide non dubitet. Idolon adulter, nequicquam ecclesiam de stupro appellat. Christum Iesum ecclesia nunquam abnegare poterit. Signaculum fidei certius est, q̄ vt vlla ratione de suo sponso Ecclesia dubitare possit. Immo fortis mulier, terribilis quasi ordinata acies, Delboram & Iudith, aliasq; eius generis strenuas referens, hostibus resistet & triumphabit. Spolia ex Aegypto secum auferet. Caput suum hac in re imitatur, qui etiā prędator dicitur Esai. 9. Captiuam ducit captiuitatem sponsus Christus, & dat dona hominibus. Re ipsa hoc vides præstitum Luc. 11. Act. 1. 2. Confidit in cor spōsæ, vnde etiam illi omnē suam tribuit potestatē, duas puta claues, hoc est, remissionis peccatorum & excommunicationis pertinacium. Veritatem & efficaciam omniū sacramentorum & doctrinæ. Deniq; & regimen seu moderationem traditionum & disciplinarum. Omnia hæc faciūt ad spolia & manubias. Omnia spōso fiunt, quia omnia propter ipsum & per ipsum fiunt. Ego mitto vos, ait, vt eatis, & fructū adferatis, & fructus vester permanebit. Cacus, Satan, Latro & Prædo deprędandus est. huic in baptismo renunciauimus, bellūq; indiximus. Legitimum est bellum, furti & rapinę nemo ecclesiam potest insimulare. Litera hic occidit, allegoria ergo quærenda. Dominus rapinas & furta, nisi spūalia & legitima, non probat. Et hic locus de Chr̄o & ecclesia est interpretādus, Eph. 5. Gimel:

Ecclesia pdæ inuigilat.

Reddet ei bonum, & non malū, omnibus diebus vitæ suæ.

Grata sponsa est, memor quæ sua culpa fuerit, & quæ gratia Dei existat, vnde emerserit. Quotidie in sacro Missæ sub cōmunionem sacrā dicit Psal. 115. Quid retribuam domino pro omnibus quæ retribuit mihi? Calicem salutaris accipiam, & nomen domini inuocabo. Laudās inuocabo dominum, & ab inimicis meis salua ero. Nouit ad quos dicatur, Siccine mihi gratiam refers popule stulte & insipiens? Deut. 32. Grata igitur & beneficiorum acceptorum memor, domino seruit in iustitia & sanctitate coram ipso, omnibus diebus vitæ suæ, Luc. 2. Sponso se scit obæratā, 2. Cor. 5. Exēplar ecclesiæ cultus, Anna Phanuelis filia, & Anna Ioachemi vxor, Mariæ virginis mater, dñi nostri Auia beata. Hæresis adultera pfida, cultum æstimat ex fide ociosa. Non sic docet ecclesia, neq; sic se habet exemplū Annæ Lucæ 2. Hæresis dicit, Dñe dñe, Anna seruit dño in ieiunio, oratione, & eleemosyna. De ingratis dicit Hieroñ. Fidei mysteria q̄ perceperūt, hæretica fæce fœdando: vel fidē, quā professione seruāt, prauis opibus blasphemādo: vel mores bonos, qbus cū fide recta deseruiunt, per colloquia mala corrumpendo. Hæc ille. Deleth:

Ecclesia grata, est & memor bñficiorū acceptorum.

Quæsiuit lanam & linum, & operata est consilio manuū suarum.

Officia laudatæ fœminæ sapiēs hic enumerare incipit. Officia ornant matronam honesta honestā. Christus erastes, hoc est, adamator est talis faciei. Officia talia, facies pulchra. Vt videas quā pulchritudinē sapiens celebret Sap. 8. Desponsata Christo ecclesia, non insolescit, sed ad opus bonum

Officia ecclesiæ, facies pulchra, strenue execta.

num inardescit. In fide profert virtutem, 2. Petr. 1. Operibus studet misericordiæ, Matt. 5. Sequitur exemplū sponsi, Luc. 7. 10. 15. Matt. 9. 19. Non erubescit lanam pectere, linumq́ trahere, texere, & hoc genus muliebria officia exercere mulier honesta. Ecclesia itidē tegit nudos, excipit hospitio vagos, pascit esurientes, & huiusmodi instat bonis operibus, certa, omnia quæ vel minimis exhibet pietatis officia, Christo suo sponso se impendere, Mat. 25. Esa. 58. Non sibi solicitū est ecclesiæ membrū, sed alijs alia inseruiunt sedulo. De sedulitate ea ecclesiæ vide 1. Thess. 2. 2. Thes. 5. Act. 20. Sedulos nos vult oēs, dicēs: Qui non laborat, nō manducet. De dispensatione eleemosynæ, infrà plura dicemus in Heth. Qui ecclesiæ membrū esse contendit, videat vt matrē imitetur. Hæresis erubescat, quæ putat ecclesiam verā sola fide æstimādam: officiorū executionē sedulam, faciē nescit esse pulchrā. Catholicus nouit, arboris bonæ argumentum non ex folijs, sed ex fructibus accipiendum.

Officiorū ecclīæ executionē sedulā hęresis negat faciē esse pulchram

He:

Facta est quasi nauis institoris, de longe portans panem suum.

Ecclesia nauis est, in qua sponsus ipse vehitur, Marc. 4. Tempestatibus varijs nauis ea est obnoxia, sed qm̄ Christus in ipsa est, nullo naufragio perit, psal. 45. Mat. 16. Negociatores maria oīa transcurrunt, cibum per ignem quæritāt & per saxa. Christus negociator ille sedulus, tantopere animarū lucro inuigilans, intercedit. Ecclesia negociatoris eius est nauis, qm̄ ecclesia p spm̄ sanctum regitur, & meritorum variæ species in naui ea oneraria congeruntur. Ipsa vero nauis, etsi fluctuū vndis varie tētetur, nunq̄ tamen supprimetur. Habet mare suas fauces & angustias. Porta quoq; cœli, per quā nauis ea ingredi habet, angusta est, Luc. 13. In naui illa præcipua merx est verbū Dei, quod est panis vitæ, q̄d ære non vænit, Esa. 55. Matt. 10. Prope est talis panis oībus filijs ecclesiæ, Deut. 30. Roma. 10. Panem hunc verbi, spūs sanctus dicit hic esse ecclesiæ, non φ eius ecclesia sit autor, origo & caput, sed φ sensus verbi sit [...]us & genuinus penes ecclesiam, & φ ecclesia eius efficacem dispēsationē habeat. De hac re plura dicētur infrà in Vau. Qui verbi salutarem sensum & sanam intelligentiam desiderauerit, hæreticorum conciliabula fugiat.

Ecclesia nauis oneraria, negociator Christus.

Ecclesia nauis oneraria multorū meritorū mercium.

Ecclesia verbi dei genuinū sensū hæreditar[...]

Vau:

De nocte surrexit, deditq; prædā domesticis suis, & cibaria ancillis suis.

Panem vitæ, panē angelorum, cui pfecta est, φ ex Sion & Hierusalē traducem suum refert, Esa. 2. Mich. 4. non recondit auara, Matt. 5. hoc est, non legit citra intelligentiam. Euangelion libere pdicat in vniuerso orbe, Marc. 8. 16. Ad eius dispensationē media nocte surgit, psal. 118. Inuigilare habent episcopi studijs. Duplici honore digni sunt, qui huic negocio indormiunt. Tauri frumentum si nō triturarint, ad panem adeo aptum non est. Cibaria ancillis suis præbet ecclesia. Ancillæ sunt prælati ecclesiæ: ijs ecclesia dat cibum. Episcopi non sedulo docentes, præuaricantur. Præcepta hæreticorum, sunt somnus & vomitus. Emisit verbū suum, & sanauit eos, psal. 126. vtiq; per ecclesiam, quæ nauis est oneraria omnium charismaton Dei. Non hic de aqua furtiua hæreticorum, nec de raptu intelligenda prædonū præda ea, de qua nūc agimus. Non Terepħ hic, carnē præda acquisitā significāt: sed pro Mazon, q̄d oēm in genere cibum significat, accipiendū. Sic etiā accipitur Iob 4. psal. 111. Porro Saal, quod suprà positum est, nihil nisi prædam significat. Hæc est hæreticorum generationis adulterinæ. Terepħ vero pro Mazon accepta, est ecclesiæ. Quod contra nobilistas dictū volo, qui ex raptu viuunt. Viderint an ecclesia mentiatur & hallucinetur, dicens: Peccatū non dimittitur, nisi res ablata restituatur. Ecclesia item cibaria dat in mēsura & in tempore. Christus ait: Nō potestis portare modo, Ioan. 16. Sapiēs ergo hic dicit Hoč, hoc est, vt constitutū est, quantū dandū est, hoc est, iuxta mēsuram. Parabola huius loci est apud Lucam cap. 12. non obscura. Apud Lucam Hoč legitur Græce sitometrion. reddi poterit, cibi mēsuram, dimensum, diurnū. Spermologus (vt canones habent) est, non theologus, q huius mensuræ expers est. Apostolus 2. Timo. 2. vocat, Recte secare sermonē veritatis, Recte tractantem verbū Dei. Ancillæ hic animas fideliū adumbrant, tamen viles seruas non intellige, sed liberas puellas officiosas. Ancillæ tales puellæ dicuntur in scriptura Naaroth: seruæ alijs exprimūtur nominibus. Saracenæ illæ, manēt in domo in æternū: Agarenę hæ, extrudentur foras, Ioan. 8. Gala. 4. Caue vero Saracenas imagineris & credas, saltatrices ociosas & molles: aīæ vere fideles, sunt sedulę & operosę.

Ecclesia nusq̄ a[...] co est [...] licita [...] in doc[...] officio.

Hæretic[...] rū pcep[...] nō sunt [...] bus & p[...] tus, sed v[...] mitus [...] sordes.

Eccles[...] baria [...] in mē[...] ra & [...]

Ecclesiæ [...] dīæ [...] læ sunt animæ f[...] deles.

Zain:

Considerauit agrum, & emit eū: De fructu manuum suarum plantauit vineam.

Vides ancillas ecclesiæ nō esse torpentes

tes & molles, cū etiam ipsa ecclesia nihil sit officiosius. Dum tēpus habem⁹, ait Gal. 6. operemur bonū erga oēs. Cogitat agrū, hoc est, cōsiderat, mēte volutat, oīa mouet & voluit. Quid vero adeo ꝑpēdit? Vt emat agrū. Quē vero agrum emere sibi statuit? Eum, de quo est Matt. 13. Regnū puta cœlorū, q̄d est ager fœcundus. Bonū & felix solū, quod verbū accipit, & creditum, sine vsura nō reddit. Eo spectat ecclesia, vt oēs veniant ad agnitionē veritatis, 1. Timo. 2. Hoc cupit ecclesia mater, opemq́ꝫ Dei nō cassa in vota vocat. Fit voti compos. Addit Deus quotidie animas iuxta ecclesiæ primitiuæ exemplar, q̄d vides Acto. 2. 11. Compos fit voti, adeo vt ipsa ager ille euadat Mat. 13. Christus agricola est, 1. Cor. 3. Ioan. 15. Reconciliatio pro peccatis totius mundi, 1. Timo. 2. Creditum est euangelio eius in mundo, 1. Timo. 3. Regnum Christi dilatatum est per vniuersum orbē, Ro. 10. Syria angustior est, q̄ vt tanto semini verbo Dei satisfaciat. Neqꝫ itē Alexandria satis est ampla, vt tantā maiestatē detineat. Verbi em̄ Dei tanta est virtus, quę cœlum replere possit & terram. Decrescit, ais, in Asia & Aphrica, Europæ itē bonā partem lapsum minitari? Respondeo, Accedere Americā. Nō amplitudo ecclesiæ æstimanda ex terræ climatibus & oris multis, neqꝫ itē ex copia populoꝝ innumerabili, sed ex fidei, spei & charitatis synceritate & ardore. Cæterū etiam expiata dormitantia, orbis vniuersus tandem cū ecclesia in gratiā redibit. De fructu manuū suaꝝ plantauit vineā. De vinea ea vide Esa. 5. Hiere. 2. 12. Mat. 20. Luc. 13. Ecclesia ager est & vinea. Nā & Christus colonus est & vinitor. Ecclesię labore & industria vinitor Christus vineam eā suæ parat gloriæ. Ex Aegypto translata est ea vinea Solymas, inde expullulauit in nationes, Act. 11. 14. De vinea hac diximus alibi. Heth:

Ecclesia [illegible] nō [illegible]

Ecclesiæ actus nō cessant.

Accinxit fortitudine lūbos suos, & roborauit brachium suum.

Ecce tibi noui euangelij nudæ fidei euāgelista: ecclesia accingitur in fortitudine. Vinea sine labore nō fit, nemo sine labore fructus cōsequit. Non ergo mera, sed vera fides est ꝑdicanda: nō sola, sed operosa fides iustificat. Qui facit iustitiam, iustus est. Nemo citra puluerem perueniet ad palmā. Nemo coronabitur, nisi legitime certauerit. Ocia dant vitia. Dn̄s ergo vult vt lūbos nostros præcingamus, Luc. 12. Locum eum si probe intelligere cupias, ipsum huc referas operæprecium est. Quid sibi præcinctio istæc velit, periodi huius lectionis pars illa declarat, Roborauit brachiū suū.

Fidei solius pdicationē abhorret ecclesia.

Agilitatem & volūtatem promptā hic locus significat. Parata est ecclesia, & nō turbata, Deut. 31. Iosue 1. psal. 26. Ad operandum parata, de cruce perferenda nō turbata. Hæretici audent contra tam manifesta verba scripturæ, liberū arbitrium fidelibus negare. Accingere se & corroborare, nihil aliud q̄ velle & posse, significāt, atqꝫ adeo liberū arbitrium ecclesiæ adumbrant. Non tamen libertatem eā, posse & velle, habet ex se ecclesia. Christus omnis omnium fidelium est virtus & sufficientia. Virtute ea, quę Christus est, opus habet ecclesia ad obsequia Dei peragenda, 1. Pe. 4. Cruci assuefacti, etiā subinde corroborantur. Luc. 22. vides quoqꝫ Christū ipsum sic occalluisse. Lumbi habent significationē voluntatis. Brachia adumbrāt operositatem. Summa, Credenti omnia possibilia. Thet:

Ecclesia parata & nō turbata, hoc ē, liberi est arb.

Lūbi, voluntatis habēt significationem

Gustauit & vidit quia bona est negociatio eius: non extinguetur in nocte lucerna eius.

Hæretici vulpeculæ astutæ, etiam bona opera docent. Vident doctrinā solius fidei eneruē esse & vanā, si nihil de bonoꝝ operum acerbitate sapiat. Docent itaqꝫ & opera bona, sed merito carentia. Virginitatem dicunt apud Deū eiusdem esse meriti, cuius est & matrimonialis, etiā bigamiæ & polygamiæ, vsus. Eandem gratiā habere apud Deum ieiuniū & saturitatē. Quid hoc aliud est docere, q̄ ecclesiā non gustare suā negociationem esse bonā? Ecclesiæ negociatio bona, quia in cœlo thesaurizat, Matt. 6. Fructus manet ecclesiæ. Certus est Apostolus, suum sibi reseruari depositum in illum diem. Qui large sementem facit, large metet. Gustate, ait, & videte, quoniā bonus dominus, psal. 33. his qui tribulato sunt corde, qui permanent in bonitate, Rom. 11. Gustat ecclesia æterna cœlestis gratiæ, Heb. 6. Hilariter ergo impendit, die & nocte laborās. Semper laborat, semꝑ orat, media nocte surgit, semꝑ meditatur legem Dei, psal. 1. Iod:

Hæretici frigide docent opera bona.

Ecclesia gustat suā negociationē esse bonam.

Manum suā misit ad fortia, & digiti eius appræhenderunt fusum.

Præstans animi mulier Penelope, solebat nendo spatiosam fallere noctē. Lassauit itidem illi viduas manus tela pendula. Sic etiā Lucretia ad fortia sua manus misit. Sed quid nobis cum ethnicis, cum nostratium exempla sint in promptu? Puellæ nostratium, laborum à teneris sunt assuetæ, in opere faciundo semper intentæ fuerunt oēs, quę sanctitatis laudē meruerunt, Sara, Rebecca, Ruth, Iudith, & oēs

Ecclesia sedulo operi instat.

hoc genus reliquæ. Si nobilis & diues sit matrona, attamen laborare debet, vt habeat suis partũ manibus quod det Christo, monẽte Apostolo. Laborandũ vt satisfiat præcepto Dei, Gene. 2. psal. 127. Filare hic opus muliebre quidem exprimit, sed superuacaneũ non est. Vsus etiã eius operis indiget. Non sunt contemnenda minima tanquã ociosa, sine quibus magna constare non possunt. Si mystice vis intelligere, Opus bonũ, pensum trahere significat & nere. Hinc fit vestis nuptialis Mat. 22. Qui bonorũ operum veste est redimitus, in die honeste ambulat, Roma. 13. Non inuenietur nudus & turpis, 2. Cor. 5. Summa: Ecclesia sedula operi instat, 2. Cor. 11. quia certa est de præmio Matth. 5. 10. Hebræ. 11. 1. Timo. 4.

Opus bonũ significat filare apud Salomonẽ.

Caph:

Manũ suã aperuit inopi, & palmas suas extendit ad pauperem.

Secundũ literã hunc locũ accipimus, videntes eleemosynã nobis post verbũ & sacramenta esse salutarem, psal. 112. Mat. 25. 1. Corint. 15. Tautologia eleemosynã nobis hic commendat regius propheta. Acto. 2. & 4. fractio panis. Item per oẽs fere epistolas Pauli cura pauperũ. Ad Corint. 1. cap. 7. Agape, & hoc genus sexcenta, arguunt eleemosynæ primitiuã ecclesiã sedulo instituisse. Idem vides item per oẽs ecclesiæ historias. Non ergo video, quare vel Laurẽtium, vel Martinũ, vel Nicolaũ huc referã. Hoc pcipue obseruatu est dignũ, ecclesiam primitiuã eleemosynã tantum sacramentum habuisse, vt sua dona, quæ pauperibus dare constituerunt, sacerdotibus offerrẽt, per eorũ manus Deo in pauperũ personas dispensanda. Vide Ambrosium lib. offi. 2. cap. 26. Item Chrysostomũ ad populũ homil. 37. Bonorũ ecclesiæ quoq; meminit S. Hieronymus super Matt. 28. Itẽ ad Saluinam de viduitate seruanda. Super Esa. cap. 3. vbi in Iudæ Scariothis exemplũ imitantes ecclesiæ magnates, inuehitur, dicẽs: Qui ecclesiæ opibus abutuntur in delicias, publicasq; stipes quę ad sustentationẽ pauperũ datæ sunt, vel sibi reseruant, vel propinquis distribuunt, & alienã inopiam suorumq; faciunt esse diuitias. Hæc ille. Memores fratres simus verbi iudicis, dicẽtis: Stulte, cui hæc reseruasti? Quod verbũ ne aliquando audiamus, pręstemus hoc q̃d idem monet, dicens: Date & dabitur vobis. Facite vobis amicos de mammona iniquitatis.

Ecclesia facit eleemosynã gratã esse Deo.

Lamech:

Non timebit domui suæ à frigoribus niuis: omnes enim domestici eius vestiti sunt duplicibus.

I piger ad formicam, & disce ex ea sapientiam. Comparet sibi ecclesiasticus vir ea, quę Christiani sunt hominis, tempori, 1. Cor. 3. vt possit stare in die malo, Eph. 6. Frigus est & animę suũ. Charitas ignis est, fides lux est. Petrũ fide vacillantem frigus pressit, Mat. 26. Frigescet charitas, ait Mat. 24. Superest ergo vt verbo diligenter insistamus, & operibus eleemosynæ operam demus, ne qua nobis aut fides deficiat, aut charitas. Si sapienter super petrã ædificauerimus, neq; venti frigidi & vehementes, neq; item fluctuum tempestates nobis incommodare poterunt, Matt. 7 16. Heu mihi, quantũ frigus vret solius fidei vestẽ habentes, dñe domine ingeminantes, etiam miracula edentes? Stridor dentium & luctus æternus huiusmodi manet hæreticos. Beatus qui obaudit ecclesiæ, audiens verbũ Dei, & custodiens illud. Audiatur hic Hieronymus, dicens sapientiam & patientiam facere ad repellendas hæreticas falsorũ fratrũ doctrinas, & ad apertorũ hostium pugnas tolerandas. Hanc securitatẽ sequitur etiam pax consciẽtiæ, qua redemptorem videbunt propediem venturũ oẽs qui bene viuunt. Malis siquidem operarijs paratus est ignis æternus. Quod si de Hebraico שנים quis dubitauerit, num hic accipiendum sit vt Esaię primo, credo vix aliter accipi posse. Cæterũ omnes versores, etiam Septuaginta, sic transtulere, tanquam dualiter in Hebræo sit positum.

Ecclesia frigora non me[tuat].

Frigus [so]lius fid[ei veste] est vehe[mens].

Mem:

Stragulatã vestẽ fecit sibi: byssus & purpura indumentum eius.

Stragula hic mystice accipias oportet, nempe pro gaudijs spũs sancti, Roma. 14. Stragulum à sternendo, significat id quod vulgo vocant lectisternia, tegetes, tapetes, &c. Spũs sanctus in nobis mansionem requirit sibi. Christi item deliciæ sunt, esse cũ filijs hominũ. Superest ergo vt ecclesia se reclinatoriũ Dei norit, seq; summo idẽtidem exornet studio, psal. 44. Mundi estote, ait, Esa. 1. Sanctus Deus est. monet ergo Moses, vt & nos sancti simus. Multicolor hic locum habet ornatus. Candor significat innocentiam, rubor constantiam: Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum cœlorum, Act. 14. De vtroq; colore ait S. Hieronymus: Sancta ecclesia electorum floribus vernans, in pace habet lilia, in bello rosas. Decorem eum varietatis vidit Ioannes in Apoca. 9. vbi Alleluia promit. Nuptiæ agni sunt factæ. Beati qui eius agni vellere sunt redimiti in simplicitate & fide, hoc est, conuersatione sancta, Luc. 1. 1. Pet. 3.

Ecclesia stragula quæ.

Nunc

Nun:

Nobilis in portis vir eius, quādo sederit cum senatoribus terræ.

Ecclesia est gloria Christi.

Corona viro, mulier sapiens. Vides ecclesiam esse gloriā Christi. Christi sponsa est ecclesia nō solū militans, sed pcipue etiā triumphās. Facessat ergo hæresis, sanctorum gloriæ iniqua. Pergat pia mater ecclesia militans, diuorū perpetuare cultū, qm̄ redundat in duplicem gloriā Christi, qui est caput coronaq; omniū sanctorum, cū militantium, tum triumphantiū. Nobilis, antiquus, & magni nominis nunc est spōsus ecclesiæ, qui olim damnatus & reprobatus est ab Anna, Caipha, Pilato & Herode, Ioan.18. Matt.26.27. Luc.23. Lapidem eum reprobatū cœlestis pater statuit in anguli caput. Adeo exaltatus, vt nunc aliud nomen salutis neq; in cœlo neq; in terra credatur, Phil.2. Data est illi omnis potestas in cœlo & in terra. Aderit mox iudex viuorum & mortuorū, Matt.25. Act.1.10. Aderit, inquā, in magna gloria medius senatorum & seniorū, sedes duodecim occupaturorū, & duodecim tribus Israel iudicaturorū, Matt.19. Nobilis ille vir est, de quo ait psal.75. Ex præmissis etiā conficies sine negocio, quid sit sedere cum senatoribus, idq; in portis. Notū itē est, intra portas iustitiæ olim factam administrationem, hoc est, legum declarationem, sententiarumq; pronunciationē. Hic tum ciues, tum coloni conueniebant: huc tam seruis q̄ dominis confluendi copia dabatur: vnde iuxta portas iudicia iustitiæ fiebāt, vt omnis suspectio iniquitatis ab omnibus tolleretur, & æquitas iudiciorū omnibus manifestaretur. Hieronymus reddit rationē, quare laboriosum vulgus agricolarum, intra vrbes nō fuerit admissum: nēpe hanc, vt simplex & pia rusticitas à pniciosa vrbica pōpa custodiretur. Dauid conqueritur de sedentibus in portis, & contra se inique iudicia proferentibus, psal.68. Faxit Deus, nihil tale hodie committant iudices filij hominū.

Portæ in script. canonica iudicij sunt significatum.

Samech:

Sindonem fecit & vendidit, & cingulum tradidit Chananæo.

Ecclesia lucrosa è exemplo sponsi.

Lucrū quærit mater nostra, certa sponsum idem facere. Sedulæ matronæ atq; lucrosæ, fere in tabernis fornicarijsq; institorijs leucocinia & byssina habent. vnde hic Septuaginta interpretes legunt perizomata, quemadmodū & Moses Gene.3. eadē dictione vtitur. De zonis alius tropus est dicendi, de quo vide Esa.11. Hic ne auri sacram famem ex occidēte litera statuam⁹, Hieronymo subscribem⁹, euangelion sindonem interpretanti. Ecclesia negociatrix illa quæstui adeo indulgens, bone Deus, q̄ xylinas & polymiticas merces nouit adornare. De cura atq; studio istoc, vide Ioan.5. Roma.15.2. Thes.3. Ioan.16. Giezi, Iudas Scarioth, & Simon magus, non arbitrentur hic ecclesiā ex euangelio lucrum atq; emolumentum aucupari. Lucrio est, sed Christo, nō mundo. Expendit, cōmodat, dat ad vsurā, sed nō nisi ad Dei gloriā. Semen vult vt germinet, fructumq; multū producat, Matt.13. Hæretici putant ecclesiam hactenus aut dispendiosam fuisse, aut ociosam. Ostendit dn̄s Petro vas linteū, plenum bestijs immundis: quid aliud hoc credam⁹ esse, q̄ lintearia atq; purpurariam nostrā compendiosam, Act.10. Cingulus hic significat minatoriā & arctiorē disciplinam, qualis est, Declina à malo, & fac bonum, psal.30. Pœnitētiam agite. Item, Nisi pœnitentiam egeritis, vos omnes vnà peribitis, Luc.13. Mercimoniū hoc, est ecclesiæ salutare. Chananæos tales amat iudex, qui vsuram veniēs à suis requirit. Cæterum q̄ probet Chananæos nundinarios & agoræos, de quibus agunt Sopho.1. & Zach.14. iudicet ipse lector.

Ecclesiā lucrio est, nō mamoni, sed Christo.

Ecclesia q̄ le cingulū tradat chananæo.

Ain:

Fortitudo & decor indumentū eius, & ridebit in die nouissimo.

Ecclesiæ indumētū pulchrū & honestum.

Vel sic, Weidlich vnd zeirlich kleidet sie sich. Hoc est, Magnifice & decenter vestit se. Suprà in Mem Salomon itē ait de vestitu decentissimæ huius matronæ. Illam pulchram dicit esse, hunc honestum. Venusta est ecclesia etiā iuxta speciem externā: quā lucet eius lux, vt videant homines eius opera bona, & glorificent Deū, Matt.5. Sed internam etiā habet virtutem, fortitudinem & robur spūs sancti, ad bonum opus perficiendū. Hoc vult fortitudinis vocabulum, psal.92. Magnificentiæ vocabulum exprimitur in psal.103. ecclesia vt se suo capiti cōformet, necessum est. Leuit.19. Kedosim thihen, ki kados ani Adonai Elohechem, Hoc est, Estote sancti, qm̄ sanctus sum ego dn̄s Deus vester. Idē dicitur etiam 1.Pet.1. Fortitudo, quæ ad patientiam pertinet, nostra est vestis, secundū Hieronymū. Decor siue magnificentia item nostra est vestis, quippe ad ornatum pertinens. Christiani sunt potentes per spm̄ sanctum, ad perferendas tribulationes, Matt.5. Magnifici & splendidi item sunt in operibus iustitiæ & honestatis, iuxta hoc quod Septuaginta hic ponunt euprepiam, hoc est, benedictionem. De veste iustitię habes psal.131. Apostolus vocat loricam Ephe.6. Ecclesia hac veste ornata, non pudefiet in æternū. Stulti veste nuptiali carētes, cum sua sola fide eiula-

 eiula-

eiulabunt, seseq́ ipsos erubescent, Luc.21. Huic mundo Habel reputatur, & Deo Habel æstimatur. Hic accepta propter iustitiam, illic despecta propter simplicitatem: in tempore vero suo erit Isaac, hoc est, ridens. Complebitur in ea verbũ Luc.6. Beati qui iam lugetis, qm̃ ridebitis. Summa: in fletu solatium. Phe:

Ecclesia flẽs ridet.

Os suum aperuit sapiẽtiæ, & lex clemẽtiæ in lingua eius.

Hactenus Salomon verus, Christus, Iesus, ecclesiæ catholicæ sponsus, spõsam de bonis operibus & sedulitate operũ eorundem cõmendauit, nunc eloquia eius p̃dicare incipit. Potentẽ in sermõe fatet, ad contradicentes conuincendos, Luc.21. Sapientia ait: Ego dabo vobis os & sermonẽ, cui non poterunt resistere aduersarij vestri. De hoc ore ait Prouer.10. Os iusti parit sapientiam. Idem dicitur psal.36.48. Os iusti loquitur sapientiã. Hæretici temerarij futilia loquuntur. Ecclesia eloquia sua sale condit, Col.4. Nouit quando loquatur, nouit quid amicis & quid hostibus dicat. Sapientiã eam loquendi postulat à Deo, Iaco.1. Quidqd postulauerit, accipit, Mat.18. Luc.11. Ioan.14. Non est calumniosa vt hæresis. Nõ est garrula & vaniloqua, solã docẽs fidẽ, sed summopere vrget ad bona opera, Matt.5.6.7. Luc.6. &c. Lex clementiæ, lex euangelicæ perfectionis in lingua eius. Etiã in corde psalm̃.36. E corde in os adscendit, Exo.15. Inde non solũ in verba, sed etiam in opus erumpit, Lu.11. Ioan.13. Roma.2. Iaco.2. Zadik:

Ecclesiæ eloquia Chrõ grata, qa gratuia, ad bona opera excitãtia.

Hæreticorũ eloqa Christo execrabilia, qa bonis opib⁹ aduersantia.

Cõsiderauit semitas domus suæ, & panẽ ociosa non comedit.

Materfamiliàs sedula, non solum ipsa rei manũ admouet, verũ etiam statum domus suæ circunspicit, episcopa speculatrix & superintendens priuata. Oculus dñi saginat equos. Dñs est Arg⁹, seruus Cyclops & Polyphemus exoculatus. Exemplo matronæ operosæ atq; prouidæ, episcopus q̃q; ad sedulitatẽ & circunspectionẽ hic admonet. Attendite vobis & vniuerso gregi, dicit Ap̃lus Act.20. Quippe cum reddituri [illegible]tionẽ pro fideliũ animab⁹, Heb.13. Sic ergo se gerant, ne cæci speculatores arguantur, Esa.56. Animaduertant igitur diatribas, vt apud Græcos est, hoc est, ad stantes & euntes, atq; adeo ad omnẽ statũ ouilis Christi. Non est tarda, sed lente festinat: quia tametsi ex opere ad opus properet, nihil tamen temere facit. Ad ordinẽ & decorũ omnia exigit. Panẽ ociosa non comedit, Ecci 33. Ezech.16.1. Timo.5. Qui nõ laborat, ait Ap̃lus os ecclesiæ, nõ manducet. Arguit Cretẽses acediæ & luxuriæ. Solius fidei doctores, ad Caini conciliabula pertinẽt, nõ ad ecclesiam Abelis. Hæresis est temeraria, texens retexenda, finis immemor. Kuph:

Ecclesia futura etiam p̃spicit, neq; temeraria ẽ vt sunt hæretici.

Surrexerunt filij eius, & beatissimam prædicauerunt: vir eius laudauit eam.

Hæretici sese adulterinos esse, vel in hoc ipso potissimũ declarãt, q̃ ecclesiã matricem & triumphantẽ identidẽ præ se contemnunt. Filij ecclesiæ sunt, oẽs qui in ecclesiæ aluo sunt foti & inde nati. Ecclesia habet virtutẽ sacramentorũ, & veritatẽ efficacẽ verbi: q̃d dicitur aluus ecclesiæ, vnde etiã ecclesia dicit mater vel matrix. Ecclesiæ nõ sunt, q ecclesiæ dogmata partim recipiũt, partim rejciũt. Obloquunt nescientes quid faciãt Luc.23. Catholici agnoscũt columnã veritatis. Ecclesiã ergo non possunt nõ p̃dicare, à dño Chrõ sponso ecclesiæ, mercedẽ honoratæ matris accepturi. Contrà, hæreticorũ oculos matrẽ subsannantiũ, aquilæ in gabalis & in palis suspẽsorũ effodient. Beatos p̃dicamus militantes in spe, triũphantes in re, vtrãq; in veritate, Roma.8.2. Cor.5. Illic in patria tandem vere, quid ecclesia sit, apparebit, 1. Ioan.3. Dñs Iesus eã suã sponsam ipse beatã p̃dicat, idq; affatim, Mat.5. Luc.6. Ex hoc loco inferimus, solã esse beatã & sanctã ecclesiam catholicã: qm̃ spũs sanctus eã occupat, sibi peculiũ & iucundum secessum. Hac in arca Nohemi q delitescit, securus erit, Gene.7.1. Pet.3. Spũs laudat sponsam etiã in Canticis: laude ergo digna, etiã si hoc ægre ferat adultera hæresis, 1. Cor.14. 2. Cor.10. Ad diaboli prostitutã hæresin dicet tandẽ: Ite in ignẽ vobis & diabolo paratũ: ad sponsam vero dicet, possidete regnũ patris electi, Matt.25. Res:

Ecclesiam p̃dicãt filij sui, hæretici cauillãt.

Ecclesia cath. sola est & sancta & beata.

Multæ filiæ congregauerunt diuitias: tu supergressa es vniuersas.

Hunc locũ Res, cũ Hieronymo intelligendũ credimus de hæresion varijs conciliabulis atq; speluncis. Multæ huiusmodi spelũcæ, vna vero est ecclesia. Oportet hæreses esse, ait in plurali, 1. Cor.11. Hieronymus etiã hic malorũ catholicorũ compræhendit turbas. Sunt æque perniciosi mali catholici, atq; hæretici manifesti. Lamuel vult dicere: Sane hæretici multas coaceruant opes, scribaces sunt, prædicaces sunt vsq; ad rauim, cursitant nõ missi, sacerdotes catholicos expellũt, sese ingerunt & intrudũt, cõminiscunt nouas ordinatiões, psalmos nouos cantillant, factiosi planes sed palea est quidquid congerunt, ventum vehe-

Hæreticorũ cõciliabula varia, diuitias congregant eadem vanitas.

vehementē spūs sancti, hoc est, iudiciū dñi Iesu non sustinebit. De catholicis dicit: Et vester fructus manebit. Supest adhuc Gail, hoc est, facultas, substātia & res ecclesiæ, p annos mille quingentos & quadragintaquatuor congesta. Inuidet stultus Amyntas, obloquitur, & quantū potest obest. Nisi eñ aliquid noceret, mortu⁹ esset. Atqui ecclesia incus maxima, morsus eos caninos nō metuit. Bene fundata est super firmā petrā, Matt.16.18. Act.2.20. 2.Cor.11. Ephe.2.1.Timo.3. Hæreses perditioni adiudicanf 2.Pet.2. Hæreses infelices, similes sunt Iudæ Galileo: nā vt is sese vocabat (teste Origene) filiū Dei, sic & Manes vocabat se Christō, itē apostolū Iesu Chri. Idē item dicere solebat suos cōplices verā esse ecclesiā, teste August. Celsus philosophus libro suo cōtra euāgelion cōscripto nomē fecit, Verū sermonē. Iulianus gentibus veritatē retulit acceptā. Simon magus appellabat seipsum virtutem Dei. Samosatenus spm̄ sanctū sese & angelon nuncupabat. Idē factitarunt oēs hæretici. Idē quoq; nisi auderēt nostrates hodie apostolastri, nō possent heresios insimulari. Montani affectatrices, se vēditabāt pphetissas. Quis nō videt hodie Montanistas insignes, execrabiles libellos in lucē edentes? Respondet exoticæ doctrinæ meretrici Bernardus, dicens: Vos estis tenebræ mundi, lux modij. Itē Constātinus Impe. ad Liberiū: Quota pars es totius orbis? Quoniā tu solus terrarū pacē ecclesiæq; dissoluis. In hæresin q̄drat, Thersiten facie dixeris esse bona. Hæresis dicitur filia, qa est ex ecclesia. Ex nobis erant, ait aplus. Hæretici item (vt Tertullianus ait) sunt exercitatissimi scripturarū. Breuiter: filia illa æmula, operosa est, sed nihil ad quercū. Operā ludit omnem. Rana se boui æquans, crepit. Facit huc illud Maronis: Atq; hæc tantū alias inter caput extulit vrbes, Quantū lenta solēt inter viburna cupressi. Schin:

Ecclesia vna opes colligit in æternum manētes.

Fallax gratia & vana est pulchritudo: mulier timens dominum, ipsa laudabitur.

Audiant hæc aulicæ saltatrices, audiāt hæc vrbicæ lupæ, audiāt hæc quæcūq; Iezabeles, Athaliæ & Herodiades, superbæ & fastidiosæ. Si Christi sponsæ esse cōtenditis, quare vos huic mundo atq; adeo diabolo ornatis? Quæ Chri esse contenditis, Chro placere studeretis. 1.Cor.7. Antichristi, non Christi, vox est:

Gratia he roidū au licarū sep barum fallax.

Mūditijs capimur: nō sint sine lege capilli:
Admotæ formā dantq; negātq; man⁹.

Melius idem vates loquitur, & propius nostris respondet, dicens:

Forma bonū fragile est: quantūq; accedit ad annos,
Fit minor, & spatijs carpitur illa suis.

Sic & Esaias noster cap.40. ait, gloriā eam occidere instar floris. Idem quoq; submonet S. Petrus 1.cap.1. Quid ergo perituri pereunti mūdo adhæremus? quid arundini nitimur fragili, Esa.36? Mūdus trāsit, ait Ioannes, & concupiscentia eius.

Oīa prætereunt, pter amare Deum.

Timor dñi manet in æternū. Timenti dominū bene erit, & omni operāti bonū. Solius fidei doctores euangelicastri, qd aliud faciunt, q̄ q Dei timorē e medio tollunt? Præfracti hodie euangelici fratres, neque ius neq; æquū curantes, quē non catholicū sacerdotem miseris modis accipiūt? Cuiates hi sint, ipsi designāt. Ecclesia suos vndiq; filios ad timorē Dei inducit, etiā ipsa, ne qua hæreticis grauis sit, multa suffert. Quid vero? Nunquid insolentis filij mater Agar illa, dominę ecclesiæ præualebit? Absit. Foras mittetur cum filio petulanti ingrata ancilla. Thau:

Euāgelici frēs, timoris Dei vani, nemi nē nō iniurijs affi ciunt.

Date ei de fructu manuū suarū, & laudēt eam in portis opera eius.

Sponsus vir & caput ecclesiæ, hæc loquitur. Hic hæretici surdastri plane & cæcutientes. Sensus est: Opera eorū sequētur illos, finē habebit oīs labor suū, Apoc.14. Messis iucunda manet laboriosam agriculturam. Seminantes, eunt & flent: venientes vero, venient cū exultatione, portantes manipulos suos, psal.125. Gala.6. Vnicuiq; secundū opera sua, Matt.16. Roma.2. Qui bene egerunt, ibunt in vitā æternā, est confessio ecclesiæ in symbolo Athanasij, sumpta ex verbis Chri, Ioan.5. Milites boni in tempore iudicij coronabūtur. Tunc, quis fructuū spūs vsus, liquescet. Summa: Fides per virtutē spūs sancti operosa, non erit cariosa. Merito ergo beatam Annā laudibus in cœlū extollimus, ei secundū opera manuum suarū dantes. Laudent eam in portis opera eius. Audiat catholicus, & recreabitur eius spūs. Audiat hæreticus, & tabescet liuidus. Felix illa terra, quæ nobis ptulit radicem Iessæ. Infœcunda fane non fuit: bene ergo cultam, bene elaboratam fuisse colligimus. Deus scit quos elegerit, nempe eos qui recedunt à malo, & faciūt bonum omni tempore. Sancta mater Anna dicitur electa: certum ergo est, q in omni opere bono fuit assidua. Oret pro nobis sancta Anna Christi auia electa, vt & nobis contingat fortitudo & decor, vt nos per gratiam Dei sic geramus, vt electionem nostram certam faciamus.

Opera bona psunt, ad iudiciū & ad cœlū fideles secutura.

AMEN.

IN FESTO ASSVMPTIONIS GLO, rioſiſſimæ virginis Mariæ, Ecci XXIIII.



N omībus requiē quæſiui,& in hæreditate dn̄i morabor. Tūc p̄cepit & dixit mihi creator omniū:& qui creauit me, requieuit in tabernaculo meo. Et dixit mihi:In Iacob inhabita,& in Iſrael hæreditare,& in electis meis mitte radices,Ab initio & ante ſecula creata ſum:& vſq; ad futurꝝ ſeculū non deſinam,& in habitatione ſancta corā ipſo miniſtraui. Et ſic in Sion firmata ſum,& in ciuitate ſanctificata ſimiliter requieui,& in Hieruſalē poteſtas mea. Et radicaui in populo honorificato,& in partes Dei mei hæreditas illius,& in plenitudine ſanctorꝝ detentio mea. Quaſi cedrus exaltata ſum in Libano,& quaſi cypreſſus in monte Sion. Quaſi palma exaltata ſum in Cades,& quaſi plātatio roſæ in Hiericho. Quaſi oliua ſpecioſa in campis, & quaſi platanus exaltata ſum iuxta aquā in plateis. Sicut cinamomū & balſamū aromatizans,odorē dedi:quaſi myrrha electa,dedi ſuauitatem odoris.

PRAEFATIO.

Libri Eccleſiaſtici commendatio.



Oſue ſiue Ieſus filius Sirac,hūc librū proculdubio edidit,vt in eccleſijs ſanctorū identidem cū alijs authenticis & hagiographis legeretur: vnde etiam à catholicis Eccleſiaſticus,hoc eſt,concionatori⁹ appellatur. Apparet Hebraice eſſe ſcriptū:primū hoc arguit autor ipſe,qui Hebræus fuit:alterum argumentū eſt,ꝙ liber Hebraiſmis ſcateat. Nos vero contenti ſumus exemplari Græco,quod adhuc extat. Salomon, Philo & Ioſue nō ſunt ſaltem philoſophati,mores formando,ſed & religionē verā & ſanam fidē tradendo,ſunt concionati: & myſteria ſalutis humanæ ſchematibus certis adumbrando,etiā ſunt vaticinati. Digni ergo qui & legant,& memoriæ cōmendētur. Filius Sirac hic ſophiā celebrat vt q̄ profundiſſime. Profundiſſima & immenſa ea ſophia,de qua in p̄ſentiarum dicitur, frigide prædicari nō debuit. Librū ipſum etiam ab eius commēdatione orditur. Vnde etiam liber ſapientiæ dicitur,quippe capite libri titulū ipſum exprimēte. Salomonis quoq; liber ſtatim ſophiā celebrat, vn[illegible]ā eius nomen meretur,ſed q̄m prima dictio libri parabolæ,hoc eſt,prouerbia,exiſtit,Prouerbiorū librum appellare vſus maluit. Apud Cyprianum lib.2.contra Iudæos,vides Salomonem de Chriſto ænigmaticos eſſe locutum. Chriſtus ipſiſſima Dei ſapientia,quia verbum,quia conſiliarius,quia angelus magni cōſilij. Idem vides apud ſanctū Ambroſium offi.lib.1.cap.46. Item apud ſanctum Auguſtinum epiſt,49. quæſt.5,In libro ſapientiæ cap. 10.etiam vides encomion eius ſapientiæ mirificum,de qua re audiuit veſtra charitas in natali ſancti Nicolai. Inferimus hic etiā ea,quæ in hoc libro de ſapientia dicētur,intelligenda eſſe de verbo eo,quo cœlum & terra eſt creata,Ioan.1. Tale myſterium pleriq; etiam ethnici per vmbrā aliquam viderūt,ſed longe craſſiori q̄ Iudæi. Elegit Iſraelē,qui niſi repuliſſet incarnatū ipſum , perpetuo poſſediſſet,Act,13.Iſrael electus populus fuit,cui τὰ λόγια,id eſt,eloquia Dei crederentur, Roma.3.pſal.147. Audiſtis verbū eſſe filiū Dei. Creditis hoc ipſum verbū incarnatū,idq; ex pura virgine Maria. Quid ergo vetet,quo minus etiā verbi encomion anagogice de Maria virgine deipara,verbigenaq; electa atq; adeo digniſſima intelligantur? Non ꝙ mater ipſa ꝓ æterna ſophia adoranda ſit,ſed ꝙ propter ſapientiam eam quam nobis incarnatam protulit,ſupra omnē creaturam digniſſima laude ſit habenda. Mariæ filius eſt ſapientia Dei, Luc.11.nobis à Deo conceſſa,1.Cor.1. Merito ergo matrē,per quā talis nobis felicitas contigit,amamus, colimus,atq; in cœlū laude aſſidua extollimus. Nunc ad textum.

Liber Eccleſiaſti. etiā liber ſapiæ dici poterit.

Chriſtus ipſiſſima eſt ſapia.

Chriſtus clauis d Dauid.

Eulogia ſapientiæ diuinæ, etiā p̄t ex cipi de deipara virgine glorioſa.

In omnibus requiem quæſiui,& in hæreditate domini morabor.

Rhetoricum ſchema fictæ perſonæ hic obſerua,quale etiā habuimus in natali ſancti Ioannis apoſtoli. Inducitur ſapientia Dei æterna ea hic,quaſi ipſa nos alloquat atq; erudiat. Inducitur vero nō in vili atq; cōtempta aliqua pſona,ſed pro decoro artificioſo,inducitur tanquam regina augu-

ſtiſſi-

Sapientia dei regina apte cōfertur.

ctissima. Reginæ eius maiestatem quis asse quatur, quæ cum in principio diceret, fecit dicendo, vt omnia fierent? Dixit, & facta sunt: mandauit, & creata sunt, Sapiæ 3. Psal. 32. &c. Tanta ac talis Regina, quæ ex ore Dei prodit, quæ cum Deo est, & q̃ Deus ipse est, non vbiuis vult morari. Interest inter aulam & caulam, inter aram & haram. Deliciæ quidem Dei sapientiæ, esse cũ hominibus, sed non omnibus. Iacob elegit, Esau vero odio habuit. Odit disciplinam fictam. Cainum necem fratri meditantem abominatur. Simplicem Abelum, nihil mali suspicantem, fratris verbis acquiescentẽ, amplectebatur. Sic etiam idololatras & sanguinarios ethnicos auersabatur, Iudæos vero, sanctorum patrum sanctum germen, elegit. Vides, timentes Dei esse hæreditatem Dei. In fide perpetua Deus eligit. Nemo hic dubitet, saltem in Dei timore permaneat. Qui tenet, teneat. Hũc locum sequentia elucidabunt. ad sequentia igitur progrediamur.

Sapiẽtiæ Dei deliciæ sunt, esse cũ hominibus, sed nõ cũ omnibus.

Tunc præcepit & dicit mihi creator omnium, & qui creauit me, requieuit in tabernaculo meo, & dixit mihi: In Iacob inhabita, & in Israel hæreditare, & in electis meis mitte radices.

Quæ suprà dixit, hic elucidat. Sapiẽtia dicit, Patrem sibi peculiarem gentem elegisse Abrahami semen. Dicit itaq; sapientiæ incarnatæ mater: Sicut iurauit Abraham & semini eius in secula. Iuramentum significat fidei stabilitatẽ. fidelis Deus, fœdus suũ irritum nõ facit. Populũ ergo electum hæreditatem sibi vẽdicat. Obserua, Sapientiã æternam hic humano more loqui, Pręcepit mihi. Itẽ, qui omnia creauit &c. Arrianistæ simplici columbellæ ecclesiæ acquiescere recusantes, hic sua culpa impegerũt, putantes filium minorẽ patre. Simile offendiculũ etiã illis fuit Proue. 8. vbi eandẽ dictionẽ in Græco ἔκτισεν, quæ hic habetur, offenderũt. Hebraica veritas hic requisita, rem dilucidat. Habet illa *Kanani*, hoc est, possedit me, & non, creauit. *Canani* hoc hebræum, si quis Arrianista nos vrgeat, nos pro ectisen appręhendemus. dicemus Iosue Siracidem proculdubio in Hebræo posuisse *Canani*, cũ appareat Salomonẽ esse secutũ. Versio ectisen siue ctisas, desiderat simplicẽ oculũ. Sublimis oculus in hac dictione offendet. Scriptura per se clara, sed oculo cæcutienti obscura nõ esse nõ potest, Væ ergo hæreticis cæcis, ducatum lucernæ accẽsæ in ecclesia

Sapientia Dei peculiarem sibi gentẽ elegit.

Filiũ inęqualẽ esse pñ. Arrianistæ docent scriptura male intellecta.

respuẽtes. Trinitatarij hæretici Amos 4. q̃q; ansam erradi & pcipitiũ reperere, creans spiritũ. Hoc loco reperto, statim se cæteris sapiẽtiores, ipsamq; sapientiam arbitrãtes, clamitauerũt spiritũ sanctũ eẽ creaturã. Sed fulmine Origenis & Basilij Gigãtes hi in tartara sunt præcipitati. Sapiẽtia etiã antequã incarnata esset, tanquã iã incarnata sit, hic & alibi loquit. Prophetica phrasis certitudinẽ & prõptitudinẽ explicat. Dauid fidelis seruus, patri suo fact⁹ est obediẽs vsq; ad mortẽ, Phil. 2. Dicit itaque, Pr̃ maior me est, Ioan. 14. Atqui idem etiã dicit, Pr̃ & ego vnum sumus, Ioan. 10. Qui creauit vel genuit me, ait, reqeuit iñẽ in tabernaculo meo. Vel, Creator oĩm dedit mihi mãdatũ: & q creauit me, scenam, tabernaculũ. vel tẽtoriũ mihi tetẽdit. Germanice **Do befahl mir der schepphser aller ding, vnd der mich geschaffen hadt, schlug mir ein gezelt auff.** Atqui saltem in Iacob tetendit atq; in Israel, hoc est, in sanctorum progeneratione. Duo hæc nomina, in scriptura identidem sibi cohęrẽt. Numeri nimirum cap. 23. & Psal. 15. & alibi frequenter: Deũ Iacob & Israel sibi elegisse in hæreditatem, item vides Psal. 134. Deũ per iuramentum Abrahamo & progeniei eius se peculiarem custodẽ obtulisse, vides Gene. 17. Nõ iniuria igitur, neq; absurde Moses populũ eũ cæteris adeo pfert in multis multis locis: pcipue vero Deut. 4. vbi ait: Quis est populus &c? Quid q & ipse De⁹ se Deũ Abrahæ, Isaac & Iacob appellat? Exo. 3. Mat. 22. Act. 7. &c. Nõ vero hic carnem Abrahæ attẽde, sed fidẽ & religionẽ, Rom. 3. &c. Ethnici ergo vel ex lapidibus Abrahę progenies facti, Deo in veritate & sanctitate seruiunt, q̃d Iudęos degeneres adeo torquet, Roma. 10. Act. 13.

Spm̃ sctm̃ Macedonius negans, scriptura male intellecta seductus.

Ab initio & ante secula creata sum, & vsq; ad futurum seculũ nõ desinam.

Ecce infelix Arri. Suprà dixit, Creauit me: hic quoq; idem dicit, sed non simpliciter. Magna hic loquitur maiestate, nempe ea quæ solius Dei est. Deus æternus [illegible] æternitate verbum genuit. Parum refert, dicas, protulit, creauit, formauit. Sensus est: In principio erat verbũ, Ioan. 1. Non creatura est æterna, sed æternus est creator. Si ergo verbũ fuit ab initio & ante secula, vides verbum esse Deũ. Quod si sapientia ita, vt aliæ creaturę, esset formata, genita, atq; edita, ab initio esse siue creari non potuit. Quod vero ab ęterno fuerit non creata atque formata, quemadmodum aliæ creaturæ, sed quod extiterit ab

Sapiẽtiã ab initio eẽ crẽ̃ram vt in [illegible]

æterno, Deus vero de Deo genitus, patet in sequẽti periodo: Et vsq; ad futurū seculum nō desinam. Desinit, quidquid incepit, manet in æternū solū, q̄d esse nō cœpit. Vnde nihil est æternū nisi solus Deus. Magna fiducia est verbi, cū dicat, Vsq; ad futurū seculū nō desinam. Sed canonicus liber Salomonis Prouer. 8. scrupū hunc potẽter dissoluit, vbi pro eo q̄d Græci legūt, ectisen, Hebræa veritas habet, Canani. Sapiẽtia vt ab æterno fuit, ita etiā in æternū erit. nulla eclipsis huc repet. Non desinet, neq; detrimentū patie, nec cōminuet, vt ἕως hic accipiatur, perinde atq; Gene. 8. & Mat. 1.

Et in habitatione sancta coram ipso ministraui. Et sic in Sion firmata sum, & in ciuitate sanctificata similiter requieui, & in Hierusalē potestas mea. Et radicaui in populo honorificato, & in partes Dei mei hæreditas illius, & in plenitudine sanctorum detentio mea.

Israel p̄destinauit.

Redit hic ad hoc, q̄d suprà tetigit de requie, hoc est, de loco, de habitatione, siue de mansione electa. Ad mansionē eam se peruenisse in hoc mundo, fatet, Ab initio & ante secula genita ex Deo Deus. Deus per vocem audibilem, perq; visiones & ænigmata se electis in hoc mundo declarauit. Prædestinationis hoc gratia datū præcipue Israeli. Venit itaq; ex prædestinatiōe atq; adeo ex p̄scripto, atq; in Ohel moed sidit. Ohel moed Græci vertunt, Scena martyrij, hoc est, tabernaculum testimonij. Sunt qui reddant, tentorium congregationis, Das gezelt der versamlung, quod ingeniosus Bezaleel ille confecit Exod. 31. Lithurgos siue ministra Dei sapientia, in istoc tabernaculo Deum obsequio pio coluit, Israelem erudiendo. tandem Sione potita, in Solymis aliquanto præsentius cultum eum prosequebatur. Quippe tunc pro scena constructa est basilica. psal. 131. Hoc sibi contextus hic vult, qui Ohel, hoc est tabernacula, quadraginta annorum peregrinationem interpretatur. In ea quoq; peregrinatione regnauit Dei sapientia. Neq; enim citra Dei præscriptum, quid vel præstarent vel omitterent, norant. Dauid itaq; ait, præceptum domini esse rectum, & dare sapientiam imprudentibus, psal. 18. Facit huc q eo tempore, quo Israel in tabernaculis degit, legem acceperit. Recte ergo verbum dicitur in tabernaculis quoq; Deo ministrasse. Tandem vero terrā Chanaan potitā, sese in Sion ait esse

Israel tabernaculū martyrij.

Sapīa dei deus, in tabernaculis deo ministrauit, & in Sion regnauit.

confirmatam. Terra illa mel & lac manare dicitur, q præ cæteris mundi huius finibus, fertilis sit & fœcunda: vt videas, sapientiam suis cultoribus etiam huius vitæ prēmia subijcere. Quod tamen futurorum est mysterium, quanquam hoc noui euangelici fratres, Iouinianistæ veteres, negent. Hierusalem dicta est chara & accepta ciuitas, regia & aula Dei, Esa. 56. Simile vides Matth. 5. Hic sapientiæ vides maiestatem & potentiam, quia hic sacerdotes, reges & prophetæ. Qui sophiam honorat, honorabitur, q̄d vides in populo Israelitico, q in mirum modum præ cæteris gentibus est magnificatus. Meminit eius rei Apostolus Roma. 9. dicens: Quorū est adoptio, & gloria, & testamenta, & legis constitutio, & cultus, & promissiones, quorum sunt patres & hi ex quibus Christus, quantum attinet ad carnem, qui est in omnibus laudādus Deus in secula. Amen. Apud præclarum eum populum sapientia æterna radices egit, populū ipsum sanctificans, atq; hereditatē Dei statuēs, psal. 17. 78. Nunc q̄q; hæreditas Dei sunt gentes, psal. 2. Vides tēpus gratiæ, tempus incarnationis verbi: vides cœlos rorare desuper, & nubes pluere iustum.

Sapīa se honorificātes, honorificat.

Quasi cedrus exaltata sum in Libano, & quasi cypssus in mōte Sion.

Audistis sapientiā in populo sanctificato requiem sibi inuenisse, etiā tū cū adhuc ageret in tentorijs, & tū quoq; cū in terra Chanaan oppida & vrbes cōderet. Audistis, populū Israeliticū sapiētiæ Dei beneficio, summa honoris opinione præ cæteris gētibus celebrē extitisse in vniuerso orbe terrarū, adeo vt multi reges & prophetæ ex longinquis regionib⁹ Solymas venirēt, sapiētiæ eius audiēdæ gr̄a. Præcipue vero eius loci exēplū est regina Saba, reginę Candacis eunuchus, &c. Vides hic, gloriā eam populi, redundare ad gloriā sapiētiæ Dei. Facit ad hoc q̄d hic dicit, Sicut cedrū se exaltatā in Libano, & q̄si cypressum sublimatā in Hermon. Libanus Hebraice dicitur Lebanon, ex thuris ibi copiose prouenientis noīe. Arbor ea celsa excrescit in Syrophœnicia, 3. Reg. 5. Tam arboris q̄ loci, vbi felicius prouenit, mentio fit Esa. 2. psal. 28. Ezech. 27. Dein dicit se æquare & referre cypressum in monte Hermon. Cypressus quoq; inter alias arbores p̄cipue capput suū exerit, q̄d etiā inuenias ita apud populi Ecci 50. Secetas. De hac arbore etiā dicit Eccl. 50. Septuaginta hic legunt Aermon, vbi nos legimus Hermon, siue (vt alij habent) Sion. Græci etiam Cant. quarto, pro Hermon legunt * Aurmon. Videre videor, alios Her-

Beatā gloriæ dandæ gloriæ Dei.

Hermon pro Sion legere, ex Dauide q ait, Ros Sion adscendit in Hermon. Amœnus & felix mons Hermon, æque atq; mons Libanon. Vterq; situs prope Iordanē, à quo fœcundantur.

Quasi palma exaltata sum in Cades, & q̄si plātatio rosæ in Hiericho.

Beatorum gloria, Dei ē gloria illustratio. Pergit se cōmendare diuina Sapientia, & declarare suam esse om̄em om̄ium gloriā. Dicitur ergo rex gloriæ, q nos sua gloria infrenauit oēs. Mansio Israelis in deserto, ea quæ dicit Elim, duodecim habet fontes viuos & lympidos, circum quos palmarum copiam vides natam, Exo.16. Iuxta Hiericho tanta felicitate palmę proueniebāt, vt ciuitas inde per periphrasin Ciuitas palmarum dicatur, Deut.34. Iosue itaq; Sirac⁹ palmarum Cades mentionem faciens, etiam Hiericho inducit. Ex palmarum altitudine similitudinem accipit Sapiens Cant. 7. Hiericho item balsamos habuit frequentes, vnde ab odore optimo eo ciuitas ea nomen suū hoc ipsum accepit. Aroma hoc, in pręsenti loco per rosarum nomen exprimitur, quanquam & rosarum ibi præstantiam & copiam prouenisse verisimile existat. Sunt qui legant palma Gaddi, pro Cades. Cades est loc⁹ in deserto, vbi fons erat iudicij, & vbi Maria soror Mosis est sepulta. forte & circa fontem eum palmæ nascūtur, Num.13. Deut.32. Gaddi adeo celebris nō est, nisi forte sit illa, vnde Gadditani Buni originem duxerunt, 2. Regum 23. Forte est Engaddi (vt ἐνγαδδὶ vna sit dictio) q̄d Hieronymus nobilitat. Verisimile est, Plinium hoc vocare Egadda, lib.5. cap.17.

Cades, locus celebris est in deserto.

Quasi oliua speciosa in campis, & quasi platanus exaltata sum iuxta aquam in plateis.

Beatorū gloria cludit ad gloriā Dei. Præcipuæ nobilitatis etiam hic audis arboribus se conferre Sapientiam cœlestē, in eodem sensu, de quo tum est dictū, nempe, Beatorum gloriam redundare in gloriam Dei. De olea multum passim agit scriptura. Israelem potissimum oleam vocat, & alias gētes oleastrū Apostolus. De monte oliuarum inuenias in passiōe dominica. De oliuo oleo non est opus differēdi, cum eius vsus satis sit cognit⁹. De arbore ea sculpti sunt duo Cherubim, 3. Regum 6. De arboris huius vbertate vide Psalm. 51. Hiere. 11. De platano Plini⁹ mirabilia scribit, nempe maximis impēsis translatam eam esse in Italiam propter vmbrā, quam præ alijs arboribus p̄bet magis opacam. Homines leguntur vmbram eam precio emisse. In tanto precio est habita, vt eius radices vino irrigatæ esse legantur. Præcipue hoc de arbore ea memoratu dignum commemorat Plinius, quod in æstate solem arcet, in hyeme vero allicit ad se. Infra & super arborē eam maiores conuiuia celebrare solebant. Vide Plinium libro xij. capit.1. Alibi etiam de latitudine huius arboris foliorum agit. Cedrum ait folia habere lanuginosa, cypressum crassa, palmam duplicata, platanū vero lata, libr. xvi. cap. xxv. Hebræi vocant Armon. sed de eius arboris significatione est contentio. Alij Gene.30. Armonim vocant castaneam. Idem faciunt Ezech. 31. Vnus repertus omnium, qui amygdalum vertit. Dasypodius dicit esse Ahorn. Idem facit Murmellius. Nos accipimus de arbore, quæ Græcis est in syluis pulcherrima.

Platanus apud Plinium celebris arbor, adeo vt irrigata sit vino.

Sicut cinamomum & balsamum aromatizans, odorē dedi: quasi myrrha electa, dedi suauitatem odoris.

Sapientię diuinæ altitudo captui nostro sese attēperat. Humiliat se altitudo propter nos. Ludit in humanis diuina potentia rebus. Cedrus, cypressus, palma, rosæ Hierichuntinæ, olea, platanus, nequaquam eminentiam Sapientiæ Dei exprimunt atque adsequūtur. Tū eo modo scriptura sacra agit, quo & aliæ literæ prophanę. Vergilius ait: Quantum lenta solent inter viburna cupressi &c.

Laborat eloquium nostrū & deficit in elocutione rerum diuinarum: quod miraculi loco non est habēdum, cum etiam mens humana tantarum rerum capax non sit. Sed creaturæ, sol, luna, maris stella, & hoc genus alia, nostræ succurrunt infirmitati. Tyrannos etiam scriptura, per arbores, superbos explicat, nempe Pharaonem & Assur Ezechielis trigesimoprimo. Secundū eum modum loquendi Sapientia diuina sese benignissime nostro attemperat captui. Hic tria ponit: Cinamomum, Balsamum siue Aspalatum, & Myrrham. Aromaticę sunt arbores. Forte commodum est nomina arborum earundem recensere. Cinamus etiam in Hebræis ita vocatur. Ahaloth vocāt aloe, Mor myrrham, Cetziotħ cassiā, quā etiam Cidda vocant, quod plerique zinziber esse putāt. Cane vocant calamum, Zteri resinam, quam Septuaginta vertun[t] [re]tinam. Lot stacte, quod etiam Septuaginta interpretibus receptum est vocabulum. Species hæ item conficiunt misturam aromaticam, quod condimenti genus Hebræi vocant Samim. Plinius fere omnia prosequitur libro duodecimo, addēs amomū, cardamomū, nardum, mastichen, galbanū, thus, panace. De balsamo sic ait: Oib⁹ odoribus præfertur balsamum, vni terrarū Iudææ concessum. De myrrha alibi. Plinius

ait

ait cinamomum prouenire in Aethiopia, stirpem habere subnigrum, duorum circiter cubitorum,&c. De aspalato ait:Per Hispanias quidem multi,& inter odores & ad vnguenta vtuntur illa spina,aspalatum vocantes,lib.24.cap.15. Parum retulerit, arborum earum nomina Germanis non constant,cum etiam arbores ipsæ nostræ regioni sint negatæ. Benedictus Deus,qui nobis sapientiam ipsam, quæ oīm earum arborum virtutem refert,cōcessit. Ipsam colamus,& nos quoq; colet. Nam qui coluere,colentur. Amen.

IN NATALI SANCTI BARTHOLOmæi apostoli, II. Corinth. IIII.



Abemus autem thesaurum istum in vasis fictilibus,vt sublimitas,sit virtutis Dei,& non ex nobis. In omnibus tribulationem patimur,sed non angustiamur:aporiamur, sed non destituimur:persecutionem patimur,sed non derelinquimur:humiliamur,sed non confundimur:deijcimur,sed non perimus:semper mortificationem Iesu Christi circunferentes,vt & vita Iesu manifestetur in corporibus nostris.

PRAEFATIO.



EMINEM latet, quantis discriminibus status ecclesiæ præsentis sit obnoxius. Tanta est inuidia diaboli,qui contra ecclesiam hæreticos subinde alios & alios excitat,schismata in ecclesia facit,tyrannos satanes facit ad imbelles excoriandos. Deniq; & ab extraneis quæ ecclesiæ instent pericula,quis non videat? Permissiue omnia facit satanas,non præceptiue. Similiter & impij non coguntur nisi à suapte malitia: non ergo effugient Dei iudicium. Hæretici dicunt Deū etiā facere mala,Deū mali autorē faciētes,hoīem sui arbitrij nō esse. Dogma hoc,bone Deus, q̄ vulgo auribus prurienti probat. Sed si sontes Deus supplicij immunes relinqueret,si in pœnas cōtra malignos non iret,doctrina ea noua speciem veritatis sibi mereretur. Nunc vero postquam Deus impijs varia pœnarum gehennarū genera minitetur,verba dare incautis astutas vulpeculas manifestū fit. Sed Deus interim omnia in electorū vsum vertere potest,quod & facere non supersedet. Facit ergo bonū & ꝑceptiue & effectiue. Itaq; videmus e cruore martyrū succreuisse adeo sanctam ecclesiam. Satanas princeps huius mūdi,nihil habuit in Christo,Ioan.14. Nihil ergo habet idem insidiator in Christianis, quibus caput eius aspidis per Christū est contritum. In Christo fundata est ecclesia,vnde nihil contra eam possunt etiam infernales portæ,Mat. 16. Quod in lectione præsenti præclare docet Apostolus. Ipsum ergo audiamus.

Deus nō facit malū ꝑceptiue siue effectiue, sed permissiue.

Deus facit bonū ꝑceptiue & effectiue.

Habemus autem thesaurū istum in vasis fictilibus,vt sublimitas, sit virtutis Dei,& non ex nobis.

In præcedentibus Apostolus ostendit, euangelion quibusdam esse reuelatū,quibusdā vero non,discernens fideles ab infidelibus. Bonum hoc nuncium comparat luci tantæ virtutis,vt nullum mundi angulum atq; angiportū non perlustrare possit. Affirmat item Christianos,eius lucis beneficio,Christon,q̄ εἰκὼν,hoc est,imago atq; effigies ipsa ꝓsentissima Dei est,agnoscere: Mosis lucem huic collatam,esse vmbrā &c. Postquā de hac re egit in præcedentibus,tandem infert verbis præsentibus,nos Christianos talem ac tantum thesaurum portare in vasis fragilibus:hoc est,non apparere coram mundo,Christianos adeo esse felices. Persequuntur hæretici catholicos. Dicunt solam fidem iustificare, hominem sui arbitrij non esse,Deum facere malum &c. Comminiscuntur noua, nescio cuius sacri,officia:reijciunt vetera ea, quibus ab exordio sui identidē vsa est sancta mater ecclesia. Hic nisi quis subscribat, perijt. Putant ergo hæretici catholicū imbellē,leprosum,& percussum à Deo. Moritur æque sapiens atq; stultus:oēs eodē coguntur. Terra sumus oēs. Vnde ait:Quid tibi places testa de samijs terræ? Vas figuli sine negocio diffringi poteris, psalm.2. De hac re vide plura Esa. vicesimonono, Hiere.18. Sed non est opus de fragilitate humani generis, quos etiam culicis morsus enecat,dicere,cū ethnici poetæ & philosophi de hac re abūde scripserint. Tyrānos hoc dogma humiliaret:sed ecce tibi, ferociūt magis & insolescūt cōtra eos,q̄ se ex

Christiani optimū thesaurū portāt in vasis fictilibus.

ex Christi pcepto nō defendunt. Et quomodo non negligerēt Christi discipulos, cum ipsi etiam Christo parum tribuant? Quantū Christo tribuant, si scire velis, cōsidera quantū timeant, quātum verbū eius custodiant. Sic viuitur, vt credas verbum Dei huic mūdo haberi vilissimā aliquā fabulā. Mirum ergo non est, Christum profitentes, in hoc mūdo male audire. De thesauro verbi domini, dictum est in die sanctę Annę. Quōd hic dicimur vasa testacea, idem fere est, quod alibi dicimur tēplum Dei, 2. Cor. 6. tabernaculum, 2. Pet. 1. Thesaurum eum verbi Dei immensum, in fragilima vasa diuina condit clementia, vt ex nostra infirmitate eius virt⁹ elucescat. Exempli gratia, miseri piscatores, indocti, imbelles, totum Christi cruci subegerūt mūdum. Calcant tyrannos, pessundant philosophos, triūphant obscuri de omi huius mundi claritate. Nonne inde clarescit gloria gratiæ Dei? An nō olim sonitu buccinarum sacerdotalium, fundamenta murorum Tænaria subruta, huius sunt typus Iosue 6? An non huius figura fuit strages ter maxima, per trecentos saltem edita Israelitas Iudic. 7? Quid hic de Goliath dicam, quem puer inermis & belli inexpertus prostrauit, 1. Regū 17? Nunquid & illa cædes, euangelicæ potentiæ figura nō est? Chrysostomus dicit hic, nos non immerito admiratione obstupescere, & salubriter tam sacras adorare historias. Confer tyrannorū vesaniā imbellium infirmitati, & elucescet gloria euangelij. Nos, aiunt, mystici speculatores, locustæ sumus, collati Enachæis. Sed nemo potentiæ verbi Dei poterit vnquam resistere. Per fidē vicerūt regna, ait Apostolus Heb. 11. Certe nō neque per potentiam, neq; per sapientiā humanam, 1. Corinth. 2. Infirmum Dei potētius est omni robore huius seculi, 1. Cor. 1. Hoc ipsum hyperbole, vt Apostolus ipse ait, hoc est, supereminentia potest virtutis Dei. Nihil hic se caro & sanguis potest efferre. Hyperbolicam potentiā sibi nō potest vendicare humanæ infirmitatis profunditas. Dicit ergo Aplus Petrus: Quid miramini in hoc, aut nos quid intuemini, &c? Deus hoc opus edidit, Act. 3.

Christianorū infirmitas fortior ē vniuerso mundo.

In omnibus tribulationem patimur, sed non angustiamur: aporiamur, sed non destituimur: persecutionem patimur, sed non derelinquimur: humiliamur, sed non confundimur.

Ea quæ iam audiuimus, Apostolus hic robustiori argumento adhuc firmare instat, fragile vas esse apparatū ad immensam gloriam Dei. Quid faciat contra portas inferorum natura humana? Quid faciat contra Leuiathan & Behemoth caro & sanguis? Dicis, hæreticos & tyrannos aliud esse ab ipso diabolo? homines esse illos, hunc spiritum? Non negamus hoc. Sed ecce tibi, diabolum non secus in suis agere, atq; agit i electis spūs vehemēs Dei. Quomodo ergo, si Apostoli & sancti martyres atq; cōfessores, spū Dei vani atq; destituti fuissent, diaboli corpori pualere potuissent? Legant martyrologia & annales ecclesiæ, & videbis psentem manū dñi in sanctis & electis Dei, 2. Cor. 12. Verbum item quod opulēter habitauit in ipsis, Coloss. 3. Ait ergo: Quis nos separabit à charitate Dei? Num anxietas siue psecutio? num fames, nuditas, periculū siue gladius? quemadmodum scriptum est: Propter te mortificamur tota die, ęstimati sum⁹ sicut oues mactationis. Et cætera quæ ibi sequuntur, Roma. 8. ex Psal. 43. Ethnici constantiam eam & virtutem digiti Dei, vocauerūt puicaciam & inflexibilem obstinationem. Plinium vide ad Traianum Imperatorē. Sed rursus & hoc æstima, non tam in electorum constantia elucescere potentiam spiritus sancti, quàm in infidelium ira sese prodit diaboli ipsi⁹ inuidētia. Quid putatis charissimi, si Turcæ dñs in nos potestatem permiserit? nonne priscos tyrannos imitando, ipsam Chrristi fidem extinguere præsumet? Dicis hoc hactenus non tentauisse? At ego contendo, hoc ipsum nunquam non esse conatum. Pro sua potentia, pro tempore & loco nimium nimiūq; Christi nomē extinguere nisus est. Cæterum vbi rerum fuerit potitus, quis dubitat eū si quid hactenus facere est cunctatus, vehementiori studio hoc tunc prę stiturum, quasi negligentiam vehementia ea velit resarcire? Vide libros Machabæorum, & ingenium tyrannorum disces. Bene fundata est ecclesia. Væ illis, qui in domo Dei hæreses mouent & schismata. Si Deus pro nobis, quis contra nos? Sed si discordes, si Dei verbi contemptores fuerimus, Deus nobiscum non erit. Machabæi aporiabantur, sed non destituebātur. Quare? Quia Deus erat cum illis, Psalmo quadragesimoquinto. Alioqui statim cōcidissent, Psal. 123. Subeat vobis persecutionis, quam ecclesia pertulit ab Hunnis & Saracenis: & videbitis Deū esse, & esse nobiscum, idq; in ecclesia. Iā vero infestamur, qa discordes sum⁹. Alij nouā ecclīā struere, & veterē penitus demoliri instāt. Alij magis veteris ecclesiæ abusus & zizania,

Christianus fragilę vas, pparatū ad excellentiam Dei glorię elucidandā.

Tyrāni & hæretici sunt vas, ad diaboli inuidiā elucidandam aptū

nia, q̃ veræ religionis synceritatem defendere inuigilant. Quid ergo speramus, nisi iræ Dei flagellum aliquod vel antichristũ? Deus interim suã ecclesiam conseruare potest, etiã ecclesiæ Romanæ praxin, solennitatem, & disciplinas; si non in vniuerso terrarum orbe, certe in aliqua mundi parte, solennitatem & regnũ ecclesiæ, tantisper donec prætereat angelus percutiens, conseruabit. Spũs sancti ædificium nõ conuellent portæ inferorũ. Humanæ manus opus per se corruet. Christus triumphator, 2. Corin. 2. Christi ecclesia muros habet adamantinos, Esa. 45. Non te deseram, non derelinquam, ait Iosue 1. Heb. 13. Attendite, e quibus carceribus sint liberati Ioseph, Hieremias, Paulus, Silas, Petrus &c. Ex qua seruitute & manu redemit Deus Israelem? & qua gloria? Ex omnibus tribulationibus eripere potest, qui est omnipotens. Hoc Dauid toties prædicat: hoc nobis identidem est legendũ, inde consolatio petenda. Vide psal. 7. 24. 33. 40. 71. 80. 90. 106. 141. Fac, leo nos proterat: conterere non potest. Danielis comites in medio leonum securi erant semper, Danie. 6. Cerastes in via non punget pedes euangelice armatos, Gene. 49. Zamzumim is, etiam si duplo q̃ iam est, fit pestilentior, catholicis tamen pedibus nõ nocebit. præambulones antichristi, hæretici & Turcæ, nauim Petri vexare possunt, vertere non itẽ, Mat. 21. Marc. 4.

Ecclesiæ solennitates & regimen ne ipse qdẽ abolebit antichrũs

Semper mortificationẽ Iesu Christi in corpore nostro circunferentes, vt & vita Iesu manifestetur in corporibus nostris.

Donec ambarualia sic celebrantur, homo inimicus zizania superseminare non potest. Hæc sunt sacra, quorũ circumbaiulatio vere lustrat. Sensus verborũ Apostoli est; Christianus status nihil est, nisi mortificatio continua & resurrectio. Cohærẽt sibi hæc duo, alterũ alterũ sequitur. Nisi enim granũ frumenti cadens in terrã, moriatur, solũ manet. Mortuum, herbascit atq; adeo reuiuiscit, & multum fructus secũ adfert. Si compatimur, etiam conregnabimus. Impij hic Epicurice viuunt, postea in igne gehennæ perpetuo morientur. Hic quærunt vitã, posthac etiam mortem, cum malint quærere, non inuenient. Ne metuamus ergo, fratres, eos quibus hic datur corpora nostra occidere, cũ animas nostras viuificent quodãmodo, Matt. 10. Nõne occiderunt & Christũ & oẽs prophetas heroes sanguinarij, filij hominũ, 1. Thess. 2? Oues sumus mactationis, Rom. 8. parati ad gloriã Dei, cibus Dei, quẽ Christus in hac vita quæsiuit, Ioan. 4. Hic mors, illic vita: hic vita, illic mors. Hic Acheron, illic cœlũ: hic cœlum, illic Acheron. Hic plausus, illic luctus: hic luctus, illic plausus. Successio & vicissitudo ea est pertinax, Matt. 5. Ioan. 15. Christus quid aliud in hoc mũdo fuit, nisi crux ipsa? Qui Chri vult esse discipulus, oportet vt sese neget ipsum, & Christũ sequatur, sublata in humeros cruce. Sic i Christo viuere, est mũdo mori. De talibus dicit: Beati mortui q in Chro moriunt. Bartholomæus Chri Iesu aplus, sic in Chro huic mũdo mortuus, nũc in Chro viuit, ecclesię viuus. Stẽma huius carnis cũ regno & gloria huius mũdi, cõtempsit propter amorẽ dñi nri Iesu Chri, vnde nũc in cœlo coronatus triũphat & regnat. Sepulchrũ ei⁹ gloriosius ẽ, q̃ vlla vnq̃ fuit regia tyrãni cuiuscũq;. Reliquijs eius, tanq̃ viuido tẽplo spũs sancti, supplices sunt oẽs reges pij & sapiẽtes huius terræ. Nomẽ eius celebrãt oẽs gẽtes. Ad meritũ tanti amici Dei, pauescũt cacodæmones & tremit tartarus ipse. Sic viuificat Deus eos, qs mortificauit hic mundus: sic glorificat eos, qs hic mũdus dehonestauit. Benedictũ nomen maiestatis eius in æternum. Amen.

Mortẽ sequit vita, cõtumeliam gloria

Vitã sequitur mors, gloriam ignominia.

IN FESTO NATIVITATIS B. MARIAE virginis, Ecci XXIIII.



Ego quasi vitis fructificaui suauitatem odoris: & flores mei fructus honoris & honestatis. Ego mater pulchræ dilectionis, & timoris, & agnitionis, & sanctæ spei. In me gratia oĩs *viæ & veritatis: in me oĩs spes vitæ & virtutis. Transite ad me oẽs qui concupiscitis me, & à generationibus meis adimplemini. Spũs em̃ meus super mel dulcis, & hereditas mea super mel & fauũ, & memoria mea in generatione seculorum. Qui edũt me, adhuc esurient: qui bibunt me, adhuc sitient. Qui audit me, nõ confundetur: & qui operantur in me, non peccabũt: qui elucidant me, vitam æternam habebunt.

**vitæ*

PRAEFATIO.



VM venia reformatorum reformandorum, hãc lectionem Iosue Siraci, in beatæ virginis Mariæ natali Romana pergit legere ecclesia. Noringẽbergẽses & Vuittenbergenses abrogauerũt hanc festiuitatem, tanquã papisticã vanitatẽ, vani & phani apostolastri. Apostolastri si tamen dici possunt, qui apostoloꝝ traditionibus, & apostolicoꝝ viroꝝ sanctis consuetudinibus obstrepũt, & ex diametro pugnãt. Prophanũ illi condẽnant, q̃d in omnibus omnium tempoꝝ ecclesiis fuit sacrosanctum. Scilicet apostolastri & euangelicastri noui, atq; per hoc digni, quos omnes ecclesiæ oĩbus sanctis retro tempoꝝ præferant. Erubescãt miseri, & q̃d temere abrogauerunt, pœnitentiã dignã agẽdo, rursus prorogare incipiant: atq; id tanto diligentius, quanto, pios ritus & solennitates ecclesiæ salutares abrogando, peccauerunt grauius. Hoc nisi pręstiterint, abrogabit eos & eradet nomina eoꝝ de libro vitæ Iesus Mariæ filius, corona sanctorum, qui ait: Vbi ego sum, ibi erit etiã minister me⁹. Qui mihi ministrat, honorificabit eũ pater meus. Ecquid peccauit ecclesia, natalem Mariæ celebrando, q̃ nisi nata esset, natalis Christi adhuc esset expectandus? Oportuit secundũ ordinem fati & secundum prophetaꝝ oracula, primo p̃cedere natalem Baptistæ: quis ergo non videat, Mariæ matris natalem itidem præcedere oportuisse? Et si propter Christi natalem, Baptistæ celebratur: quare non celebretur natalis genitricis? Quod dicũt, lectionem præsentem non pertinere ad matrẽ, errant. Multa enim in scriptura sunt proprie dicta de Christo, quæ etiã de matre, de baptista & de sancta matre ecclesia accipi possunt. Quod in natalibus Baptistæ, & in festo Assumptionis Mariæ, luce clarius fecimus. Pudet, pigetq; me contra ineptos pluribus agere: qui si frontem & os habent, ineptiarum suaꝝ ipsi pœnitebũt. Sin, plus satis actum est. Nos non præfractis, sed piis & electis hæc præmissa diximus: & porro ea quæ in lectionem sanctã dicturi sumus, dicemus. Domin⁹ Iesus ad suam laudem os nostrum aperire, sensusq; nostros illuminare dignetur.

Reforma[...] [...] ec[...] Lu[...] [...]

Scripturæ [...] lo[...] de Christo & Ecclesia, etiã de Christi genitrice possũt in[...]

Ego quasi vitis fructificaui suauitatem odoris: & flores mei fructus honoris & honestatis.

Sapientia æterna, Mariæ virginis proles, suum hic encomium canit, e minori vsum & commoditatẽ sui declarãs. Odorem florum vineæ quis non admiraf? Sed si tantus florum odor, quantus putas erit fructus sapor? Vinum lætificat cor hominis. vinum ab initio in iucunditatẽ creatũ est. O vtinam impii gaudium cordis pioꝝ videre possint. Putant insaniam esse, quãdo vident electos ridere huius mũdi gloriam, & contemnere huius mũdi dominorum & minas & blanditias. Si huius vitæ tanta in electis est consolatio, qualem & quantam credemus esse cœlestis patrię gloriam? Si in exilio, in valle lachrymarum tanta in electis sunt gaudia, quis non videat immensa esse omnia, quæ prædicantur de æterna gloria? De hac re vide Esaię 6. 1. Corint. 2. Regina Saba vidẽs gloriam domus Salomonis, spm̃ vltrà vllum nõ habuit, 3. Reg. 10. Nonne Christus verus Salomon? Quæ comparatio Salomonis filii Bethsabeæ adulterę, & Salomonis filii virginis Mariæ? Tã ille Salomon hoc est minor, quàm ouis fœtus immundæ pecudis, vilior est agno patris cœlestis. Quis ergo nõ obstupescat, & plane exanimis fiat, domus huius Salomonis, Mariæ prolis, Dei agni, statum & gloriam considerans? De maiestate ecclesiæ vide Prouer. 9. Nempe ibi vides sapientiæ domũ septẽ columnarum firmatã munimine. De gloria regni cœloꝝ, vide Apoc. 1. 2. 3. 21. 22. Christus vitis, nos palmites: per Christũ fructus edimus. Opa bona non sunt nostra, sed Christi. Neq; eñ per nos dicere possumus, dominus Iesus. Ioan. 15. Facessat ergo hæresis, q̃ bona opa iustificatoria & vitæ æternæ meritoria esse negat. Chr̃s est vitis, pii palmites: vuas igif & vinũ vitis Christi, qs peccaminosa & iustificandi virtute vacua esse dixerit? Cauete cauete Sirenes, o piæ animæ: immo in hoc inuigilate, vt hilariter & large sementem faciatis. Quod eñ homo hic seminauerit, illic messurus est, Galat. 6. Illuc thesaurum suum cõdere, tutum est, Matth. 6. Apostolus itaq; certum scit, sibi suũ ibi esse depositum.

Gaudium ecclesiæ mũdus videre neq̃t

Opa bona, q̃ten⁹ Chr̃i sũt, iustificatoria sunt

Sapientiæ [...] en[...] [...]mon.

Ego mater pulchrę dilectionis, & timoris, & agnitiõis, & sanctæ spei. In me gratia omnis * viæ & v[...] tis, in me oĩs spes vitæ & virtutis.

Verba pleraq; huius loci, quãquam in Græco exemplari non habentur, asteriscis signata à versoribus adiecta, nolum⁹ erasa: memores, S. Patres olim non minus p spiritum sanctũ scripturam sacram ex Hebræo & Græco in Latinam linguam trãstulisse, q̃ eam olim hagiographi per spiritum sanctũ literis commendarũt. Habet eñ ecclesia æque, atq; synagoga, suos pro

Charitatis fructibus derogãtẽ hęresin scriptura præuenit.

phetas & doctores, Ephe.4. Mirũ, quàm verba præsentia veritatem fulciant, quantumq; põderis habeant. Præuenit spũs sanctus hæreticorum nęnias, charitatis fructibus derogantes. Charitas hic in capite ponitur. Charitas hic apto decorat epitheto. Pulchra siqdem vocat dilectio. Recte pulchra, qm̃ informia sunt oĩa opa charitate vacua. Etiam fides sine charitate, dr̃ informis. Bernardus vocat charitatẽ vitã fidei, vñ viuat & vnde vita dicat. Et recte hoc, cũ fides ipsa citra charitatẽ & bona opa, mortua sit in semetipsa, vt verbis loquar sancti Iacobi. Bernardus item dicit epistola 42. sine charitate neminem posse saluari. Qui eñ in charitate manet, ille tandem in Deo etiam manebit, cum ad credulos dicitur: Nescio vos. Tertullianus in libro de pœnitentia, ait: Dilectio summum fidei sacramentum, Christiani nominis thesaurus est. Theophylactus quoq; dicit, Charitatem omnis boni matrem. Iterum: Cessantibus in alia vita omnibus alijs spũs sancti charismatibus, sola manet charitas. Irenæus item, Charitatem cæteris Dei donis omnibus pręponit. Idem etiam facit Apostolus. Vides item non errare Ecclesiasticum, q̃ charitatem hic in aliorum Dei donorum caput posuerit. Bernardus vt vocat charitatem fidei & omniũ bonorum matrem, sic e regione Prosper charitatis carentiam, vocat fontem & originem om̃is mali. Recte hoc: Nam & Iacobus idem fatetur, dicens: Cum totam legem seruaris, offendas vero in vno, noris te oĩm esse reũ. Vtique q̃ charitatem non habeas. Et Apostolus ait, Charitatem non furari, non adulterari, malumq; nullum operari. Et hoc præclare ab Augustino est dictũ, Sine charitate remissionem peccatorũ sperari non posse. Item, fidem sine charitate esse posse, sed inutilem, de Trinitate libro 15. cap. 18. Cæterum etiam secundum Basilium, fides theologiæ est exordium. Sequitur in textu: Sapientiam quoq; esse matrem timoris. Timor excellit oĩa, Ecci 25. Qui timet Deum, declinat à malo. Dicit ergo Nehemias se populo graue non fuisse, propterea q̃ dominũ timuerit, ca.5. Tobias docet [illegible], vt à puero dominũ discat metuere, & sibi à peccatis cauere. Dein dicit, Sapientiã esse genitricẽ agnitionis. Vnde mundus agnoscit Deum? Caro & sanguis, ait ad Petrũ, non reuelauit tibi, sed pater me⁹ qui ẽ in cœlo. Huc facit hoc Bernardi: Intonat tuba (puta euangelij) salutaris, coruscant miracula, & mundus credit. Precatur & ipsa sapientia, vt pater mundo sui agnitionẽ annuat, se nimirũ verum esse Deum, & Iesum quem misit, Ioan. 17. Per illũ tandem cognoscemus facie ad faciẽ, quemadmodum ille nos agnouit, 1. Cor. 13. Sequitur: Et sanctę spei. Sapientia quoq; spei est mater. De hac spe, quę est fiducia & fisus gratiæ Dei, dr̃ etiam 4. Re. 18. vbi de baculo agit arundineo. Idem in multis habes psalmis, nẽpe omnẽ spem nostrã esse vanam, nisi ex Deo profecta sit, & ad Deum tendat. De spe vide Roma. 8. Ephe. 2. Phil. 1. Tit. 1. 2. Sancta vocatur item conuenienti epitheto, qa prouenit ex gratia & bonis opibus, vt habet liber Sententiaꝶ. Sancta item, qa ad sanctum sanctoꝶ, vnde profecta est, tendit. In me, ait, gratia om̃is *viæ & veritatis, in me oĩs spes vitæ & virtutis. Audite, q ecclesijs prælati estis, epi & pontifices. Audite, & verbi negligentiã corrigite. Nisi adsit interpres, taceat q loquitur linguis. Veritati cedat consuetudo praua. Scriptura sacra, & non consuetudo diutina, facit ad eruditionẽ & ad correptionem. Hic Lydius est lapis, huc cõferte ritus & consuetudines. Huic si consentiunt, prorogate: sin minus, ad normã & pręscriptum oĩa reformate. Hic eñ veritas, spes, virtus & vita, Ioan. 14. Attendite vobis & vniuerso gregi. Videte quæ pabula gregi dñico apponatis. In om̃i verbo quod procedit ex ore Dei, viuit homo, Matthæi 4. Deutero. 6. Verbum plenum gratia & veritate, Ioan. 1. Recte ergo nostra spes dicitur sapientia, atque per hoc verbum sapientiæ, Psal. 70. 141.

Charitatẽ ecclesiasticus cęteris Dei charismatis p̃ponit.

Timoris Dei prædicatio.

Christus clauis Dauidica.

Sapia[illegible] est ma[illegible]

Sapia[illegible] adeo d[illegible] na d[illegible] cõtin[illegible] se co[illegible] grati[illegible] tæ & v[illegible] tutis.

Transite ad me omnes qui concupiscitis me, & à generationibus meis adimplemini.

Sapia[illegible] quos la[illegible] vocat.

Tantum abest vt nos à se sapientia arceat, vt magis vocet & alliciat. Sed obserua quos præcipue vocet. Non supbos & fastidiosos hæreticos, quorum amentiã fastidit Sapientia Dei ea quæ casta est, quæ humilis est, quæ tractabilis est, & bonis operibus non aduersa, Iacob. 4. sed esurientes & sitientes. Talibus saturitatem promittit, Matth. 5. Luc. 2. Discite à me, qa mitis sum & humilis corde. Simili suo omne simile gaudet. Agnus Dei humilim⁹, oculos sublimes non amat. Mitis est & humilis, qua re quid amabilius? qd sponso nostro pulchrius, agnelli vellere vestito? Pulchra est & mitis, Psal. 44. A generationibus meis adimplemini, siue de fructibus meis saturabimini, ait. Sed quænam gennemata (sic eñ habet Græcus) sunt sapientiæ? Audi ea quę supra suas recensuit filias. Charitatem pulchrã, timorẽ, agnitionẽ, sanctã spem, &c. Quid tale potest dici de cõsuetudine? Damus plurimũ apostolicis traditiõibus. Sed obsoletas abusibus, sed obsitas negligentia

Gẽne[illegible] ta, id [illegible] gñati[illegible] seu fr[illegible] ctus sa[illegible] tiæ q[illegible]

tia ingemiſcimus,& ſucclamitamus:Exp-giſcimini expergiſcimini ſpeculatores cæci,canes muti,paſtores idola.Ecce manus domini extenta.De negligentia verbi pœnam accipiet.Niſi pœnitentiam egeritis, omnes peribitis.

Spiritus enim meus ſup mel dulcis, & hæreditas mea ſuper mel & fauum,& memoria mea in generatione ſeculorum.

Quid vomitui cum manna? Quid turbidæ vndę cum lympida aqua fontis vitæ? Doctrinam nos ſynceram & ſanā requirimus.hęc eſt orthodoxa,recte glorioſa. Spiritus ſanctus loquutus eſt per prophetas,ſpūs ſanctus loquutus eſt per Apoſtolos,Euangeliſtas, doctores,paſtores & eccleſiæ rectores.Spūs ſanct⁹ dulcis amor. hi per quos ſpiritus loquutus eſt,itidē ipſa ſunt dulcedo. Viderint hæretici, quale fel miſceant tantæ dulcedini.Viderint ſocordes prælati,quale virus abuſuū nobis zaccarum ſpūs ſancti eſſe perſuadeāt. Succreuit hæreſis, ſuccreuere etiā abuſus.vnà cū bono ſemine apparet quod ſit aconitū, & quæ ambroſia.Non perſuadebitis, vt nūc porro cicuta pro nectare ſumatur.Pœnitētiam igitur agite vos hæretici,vos ipſos etiam corrigite & reformate negligentes eccleſiæ magnates.Quàm ſuauis ē dn̄e ſpiritus tuus,ait Sapiens: Mnemoſynon eius in generatione ſeculorum. Verbū domini manet in æternum,Veritas domini manet in æternum.Cæterum omnia prætereunt ab vſu.Quid ergo abuſus vel canonū prætextu,veritati & verbo Dei præfertis, miſeri eccleſiæ rectores? Et q̄d veſtra ſomnia & exotica dogmata, primitiuæ eccleſiæ profeſſioni & religioni pręfertis miſeri Lutherani? Memoria ſapientiæ Dei, non incepit iam primū circa annū dn̄i millesimum quingenteſimum viceſimū,ſed à generatione eſt ſeculorum. Pauliniſtæ noſtrates glorioſi, multa identidem ſcribunt de arrhabone ſpūs ſancti:ſed hunc neſciunt orhodoxæ doctrinæ ſenſum catholicum,non epiſtolam papyro vel membranæ inſcriptam calamo & atramento, ſed librum viuentem,conſcriptū in corda hominum digito Dei viuentis.Hunc, inquā, arrhabonē ſi in Paulo rite obſeruaſſent, eo temeritatis nunquā perueniſſent,vt cōtra præclarum eum librum ſcribere præſumpſiſſent.Omnis conſummationis vidi finem.dabit his q̄q; malis Deus aliquādo.

Arrhabo ſpūs ſancti quis.

Qui edunt me,adhuc eſurièt: & qui bibunt me, adhuc ſitient.

Euchariſtias ſacræ hic audis teſtimonium,quale etiam habes Pſal.110. Huc ptinet quod Sapiens ait:O q̄ dulcis eſt ſpūs tuus dn̄e.Vide tu,an conſentiant ſibi hic locus,& ille qui eſt apud Ioannem cap.7. Si qs comederit ex hoc pane,viuet in ęternum.Similia fere vides Ioan.4.Nō eſt hic cibus,vt manna,putreſcibilis & corruptibilis:ſed cibus angelorꝫ,omni carēs carie & corruptione:quia Chriſtus non moritur in æternū,quia de cœlo deſcendens,in cœlo manſit. Verꝫ eſt,etiam hunc cibum ꝓprie debere accipi de verbo, iuxta hoc: Verba quæ ego loquor, ſpūs ſunt & vita. Itē,Qui credit in me,non ſitiet in æternū. Itē,Qui videt filiū,& credit in eū,habet vitā ęternā. Itē,q cōfidit mihi,habet vitā æternā &c. Sed verbū & caro,vna ſunt pſona, vnus Chriſtus, verus Deus & homo. poſſunt ergo præſentia verba oīa,etiā intelligi de ſacra euchariſtia. Nos vero hic de verbo agemus iuxta literam. Qui verbum guſtauerit mente pura, poſtea nunq̄ deliciarꝫ Aegyptiacarꝫ vexabitur cupiditate: Ad fermentū phariſæi nauſeabit,Panem furtiuum meretricis hæreſios faſtidiet.Micas verbi Dei vel minimas,ī magnò precio habebit. Nullū iota, nullum apicem ocioſum ſcriptum credet.ſemper ſibi dicet:Nō in ſolo pane viuit homo,ſed in oīni verbo q̄d procedit ex ore Dei.Vtrūque cibum qui ſemel guſtauerit, dicet cū propheta:Satiabor cū apparuerit gloria tua,Pſal.16.Quia ibi non eſt amplius neq; ſitis,neq; eſuries,Apocal.7. Rident porci Epicurici Sardanapaliſtæ hæc verba ſapientiæ:ſed nos ea quę ſequuntur, contra irriſores eos obſeruemus.

Euchariſtiæ ſacræ encomiō eſt apud Ieſum filium Siraci.

Verbi dei guſtus, q̄d faciat in hoīe.

Qui audit me,non confundetur: & qui operantur in me,non peccabunt. Qui elucidant me, vitā æternam habebunt.

Credite veritati chariſſimi, audite veritatem qui non vultis pudefieri. Sed ſic audite,vt etiam cuſtodiatis. Quomodo vero cuſtodiatis,quæritis? Faciendo hoc q̄d veritas vobis pręſcribit.Sic poſſunt hic legi verbi periodi ſecūdæ: Vnd welch durch mich wircken,werden nicht ſundigen... eſt,Qui per me operātur,non præuaricantur.Idem dicit veritas: Qui me ſequūtur, nō errabūt,ſed habebūt lumē vitæ.Idē ſenſus eſt:Qui audit me,& qui operanſ. Vnde maluit vetus verſor, variata tranſlatione,ſenſum explicare.Non reijcienda eſt lectio,Qui operātur in me:hoc eſt,qui ſcrutantur ſcripturā,qui elucidant oracula ſacra ſic,vt ad iuſtitiam erudiāt multos. Hi

Veritas catholica nūquā pudefiet.

Hęreticis verbũ citra veritatẽ catholicam docẽtes,nõ pudefieri nõ possunt.

secundum Danielem fulgebũt vt splẽdor firmamenti. Hoc est quod hic dicit, non confundentur. Idem est, non peccabũt. Hæretici peccãt, non ad iustitiam & veram religionem, non ad Chr̃ianam obedientiam & disciplinam, sed ad sectas & ad inobedientiam docendo: pudefient ergo. Nemo ergo hæreticis obsistere cunctetur, q obsistẽtes, sibi persequũtur. Audiant qui persecutionem sustinẽt, quod ecclesia dicit: Coronant & accipiunt palmas. Testis Esaias 45.49. Matth.5. Rom.10. Fides non pudefacit. Fides vero per verbum Dei, Rom.5. Verbi vero veritas, argumentum suum habet in facto & iustitiæ executiõe, Iacob.2. Si hoc feceritis, ait S. Petrus 2.cap.1. nõ labemini, intellige in peccatũ. Qui in Chr̃o

Verbi dei veritas suum vbi habeat argumẽtũ.

manet, non peccat, 1.Ioan.1. Palmes opor tet vitem referat suã, Ioan.15. Sic dicit ad Heli sacerdotẽ: Mecabdai acabbed, hoc est, Qui me honorificãt, honorificabo. Honorificant præcipue verbi ministri orthodoxi, honorificãt omẽs qui timent & mandata eius obseruant. Illos non vult pudefieri. Minus dicit, & hoc intelligit, quod Sapientia exponit, dicens: Honorificabit eum pater meus. Maria virgo Martham referens & Mariam, in vtraq; re, hoc est, in doctrina & imitatione plus omnibus laborauit. Mater est & ministra. Filium ergo elucidat, qui matrẽ rite prædicat. Hoc qui facit, vitam æternam habebit. Faxit Deus, ipsum hoc præstemus. Amen.

IN NATALI S. MATTHAEI APOSTOLI & Euangelistæ, Ephe. IIII.



VNicuique nostrum data est gratia secundum mensuram donationis Christi. propter quod dicit: Adscendens in altum, captiuam duxit captiuitatem: dedit dona hominibus. Quod autem adscendit, quid est, nisi quia & descendit primum in inferiores partes terræ? Qui descendit, ipse est & qui adscendit super omnes cœlos, vt adimpleret omnia. Et ipse dedit quosdam quidẽ apostolos, quosdam autem prophetas, alios autem euangelistas, alios vero doctores & pastores, ad consummationem sanctorum, in opus ministerij, in ædificationem corporis Christi, donec occurramus omẽs in vnitate fidei & agnitionis filij Dei, in virum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi.

PRAEFATIO.

Ecc̃liæ catholicę verã habẽs agnitionẽ nõ statim hæreticis subscribet.



OBseruanda p̃cipue est hæc præsens lectio, quę ecclesiastici ordinis, atq; adeo totius ecclesiæ status exp̃ssam nobis exprimit effigiem atq; speculum. Nisi hic locus nobis supeẽsset, hæreticis facile pmitteremus nouos in ecclesia ordines constituendi autoritatem. Nunc vero cum videam ecclesiam suos ordines semper habuisse, nõ possumus nõ floccifacere & execrari eos, qui ab integro oĩa noua facere conantur, quasi [illegible] ecclesia nunquã extiterit, siue Vuittenbergenses sint, siue Tigurenses. Fuit ante hæc tempora vere gloriosa ecclesia, quam dubium non est semper permansurã, non in angulo orbis vno, sed vbiq; terrarum: quanquã inuident vniuersali ecclesię & ecclesia noua Lutheranorũ & Zuinglianorum. Tanta est gloria ecclesię orthodoxæ, vt victrix futura sit cum iudicetur. Sed nihil hic habet homo q̃d se de Dei donis efferat. Dei sunt bñficia, Dei ergo in oĩbus quę renda est gloria. Filius hoĩs, verbũ incarnatum, Emanuel, Iesus Chr̃us, nobis eã peperit felicitatẽ. Eius est euãgelion, eius ministri sunt oẽs veri doctores catholici. Vnũ ouile, vnus pastor, in oĩbus suppastoribus. Vna ecclesia, vnũ ecclesiæ caput in multis ecclesiæ capitibus. Vnus ecclesiæ pontifex in multis cõpõtificibus. Vnus rector in multis rectoribus. Multi sũt ministri, arma, agricolatio: vnus dñs & Deus, q agit & opatur oĩa in omibus, qui est benedictus in secula.

Vnicuiq; nostrum data est gratia secundum mensuram donationis Christi.

Vocationũ variantes non soluũt ecclesiæ vnitatem.

Sub initiũ huius pręsentis lectiõis Ap̃ls vehementi spũ vnitatẽ nobis commendauit, quia dicturus postea erat de varietate vocationum, ministrorũ puta, q & ipsi pastores quodammodo & capita ecclesiæ dici possunt. Vnus, ait, dñs, vna fides, vnus baptismus, vnus Deus & pater oĩm: q est super oẽs, & per oĩa, & in oĩbus nobis. Infert oẽs

ergo,

ergo, cuiuscunq; status sint & conditionis, oportere in vnum corpus coire, vnum caput agnoscere, vnũ patrem fateri, vnumq; timere dominũ. Multi patres, sed ex vno patre: vnum caput, per quod om̃is gratia corpori confertur, cuius merito oẽs Deo patri sunt grati. sed capita etiã multa ministerialia, hoc est, multi subpastores pastoris vnius, multi ministri vnius domini. habet vnusquisq; suum donum grã Dei. Quid habet pontifex, quid Cæsar, q̃d clerus, quid laicus, quod non acceperit? Vnde vero accepit? de suo? Non, sed secundũ gratiam donantis. Vides omnia tendere ad vnum, omnia esse per vnum, omnia ita data esse propter vnum. Quare ergo multa membra corporis vnius, sub vno capite sibi diffideant? Primo ex verbis Apostoli conuincitur, si quis dixerit non esse vnitatem, cum multi sint ecclesiæ rectores & pastores, principes, patres & capita. Om̃es enim (vt dictum est) sunt ministri Dei. Habent varia nomina propter diuersitatem vocationũ. Exempli causa, variæ sunt vocationes, varia dona Dei. Nõ ergo statim multi dij, sibi discrepantes & aduersi, sed vnus est Deus. Non singulis par gratia cõtigit. Vnusquisq; habet suũ donũ, alius sic, alius vero sic. Alius castũ habet cor & corpus, alius carnis lubricum patitur, & studet esse castus vel corde in sacramẽto cõnubij. Sic vides varia esse dona, vnum datorem: varia item dona ad eundem vides tendere donatorem, sed non vna via. Ali⁹ virginitate Deũ colit, alius continentia eidem seruit Deo. Vides itaq; vnum Deũ in varijs suis donis declarari diuitem & largum. Sed virginitatis meritum præstantius est, quia & laboriosius. Vnde Apostolus cupit nos omnes esse virgines castos corpore & corde, suadetq; vt hoc quod melius est, studeamus arripere. Peccat ergo, qui tali merito quocunq; nomine detrahit, vt Iulianistę veteres faciunt simul & noui. Contrà pharisæi & hypocritæ sunt, qui virginitatem vsq; adeo prædicant, vt coniuges pudicos præ se ausint contẽnere. Donatus & Petilianus, ex merito ministrorum sacramenta æstimare sunt ausi. Dicat nobis aliquis, q̃d à Petilianistis differant, qui Esaiam propterea q̃ vxorem habuit, spiritũ prophetandi negẽt habuisse: qui Petrũ & alios apostolos, q̃ vxores & liberos habuerunt, minus apostolos affirmare ausint, quàm fuit Ioannes Euãgelista, quem ecclesia dicit lene coniugis pectus Christi amore reliquisse: nonne hypocrita dicendus & hæreticus? Vides itaque dona varia Dei, nullam in ecclesia patere diuersitatem. Sic etiam res se habet cũ

Dona varia vnius donatoris Ecclesiæ vnitatis sunt argumentum.

varietate vocationum statuum. Nihil seru⁹ differt à dño, nihil ancilla ab hera, nihil Scytha ab Israelita, nihil puer à sene. Idem sentiendum in magistratu spirituali. Stephanus diaconus fuit, Petrus pontifex: vterq; vnius Christi seruus, vterq; propter vnam ecclesiam vocatus: alius sic, alius vero sic. Vide comparationem vnius corporis & variorum membrorum, Romañ. 12. 1. Corint. 12. Mensura donatiõis est Christi, non Stephani, non Petri: q̃a neque Stephanus se elegit, neq; se Petrus. Sors cecidit super Matthiam, nihil hic Petro serebatur, neq; aliquid illi ibi metebatur. Christus dedit Petro & alijs Apostolis spiritũ ad exequendum munus apostolicũ: idem dedit & Stephano spiritum ad functionẽ diaconatus. Mensura siquidem neq; (q̃d dixi) fuit aut Stephani aut Petri. De mensura donationis Christi, habes figuram in Aarone. Testis regius propheta Psal. 122. Sicut vnguentum, ait, quod descendit in barbam barbam Aaron. Vide item eundem Psalmum præcipue ipsam celebrare vnitatem. Oleum in Christi capite, ad nos omnes exundat. Gratiam pro gratia. Ex eius plenitudine accipimus om̃es. In corpus oleum capitis manat. Nos mẽbra, nos corpus sumus Psal. 44. Participes ibi vocantur, mẽbra vnius corporis varia. Christo citra mensuram donauit Ioan. 3. Christum enim pater quoq; pro sua reuerentia exaudiuit. Nos nisi per Christum exorare non possumus. Spiritum & gratiam sine mẽsura in Christo, intellige de humanitate: sed de ea humanitate, quæ cum verbo habet vnitatem. Ad membra quadrat, Cata metron, hoc est, iuxta mẽsuram. Eia clementia nostra omniũ sufficientia.

Vnitatem Ecclesiæ regius vidit ꝓpheta.

Propter quod dicit: Adscendens in altum, captiuam duxit captiuitatem: dedit dona hominibus.

Chrĩ merito ad scribẽdũ om̃e nostrum meritum.

Pondus vt maius verbis suis addat, scripturæ vtitur testimonio Apostolus. Desursum reuera est, quicquid in nobis est sanctum & salutare. Quod sum, ait Apostolus, hoc sum Dei gratia, 1. Cor. 15. A[illegible] principiũ Musæ, ait Poeta. & alius ait: Totum est muneris hoc tui.
Quod spiro & placeo, si placeo, tuũ est.
Cum professio hæc gratiæ Dei, etiã ethnicis nota sit, nõ video, quare laborẽ scriptura canonica eam ostendere. Locus hic ab Apostolo citatus, psalmographi est, & habetur Psal. 68. Sic habet Hebræus: Adscẽdisti in altum, captiuam duxisti captiuitatem, ad accipiendũ dona in hominib⁹. De Dauid verba præsentia intelligi non pos-

 sunt,

ſunt,iuxta Iudæorū commenta anilia. Dauid vir fortis dextræ verus eſt,q ſuapte virtute ſurrexit à mortuis,atq; adſcēdit in cœlum,idq; tanta maieſtate, vt obſtupeſceret tota ſimul fideliū corona. In altum,q̄a nubes ſuſcepit eum. In altum,q̄a cœlū eſt ſurſum. Captiuā duxit captiuitatē,quia deuicto diabolo eripuit electos,& vaſtauit limbum. Deniq; glorificatus, dedit ſuū eccleſiæ ſpm̄,atq; adeo dona hoībus. Glorificatus, dedit dona hoībus, quos pacificauit, quos deo recōciliauit,quos cū Deo in gratiā redire fecit. Sic q̄dem dilexit Deus hūc mundū, vt vnigenitū ſuum daret mundo huic redemptorem, Ioannis tertio. Quare vero dilexit? Nonne propter verbū, cuius opus eſt hic mundus? Dilexit nos ante conſtitutionem mundi in dilecto. Glorificato ergo Chriſto,ſuum erga nos amorem declarando,oraculum hoc præſens adimpleuit, nos ſpiritus ſancti chariſmatibus replendo, Ioannis ſecundo. Ezechielis trigeſimoſexto, Actorū ſecundo. Dona ea ipſe quoque diſcipulis promiſit, eos conſolando de ſua abitione, Ioannis decimoquarto, 15.16. Sed & hoc obſeruandum, Chriſtum Ieſum care nobis dona ea, quantum ad humanitatem, meruiſſe, eaq; hoc nobis chariora eſſe debere.

Quod autem adſcendit, quid eſt niſi quia & deſcendit primum in inferiores partes terræ? Qui deſcendit, ipſe eſt qui & adſcendit ſuper omnes cœlos, vt adimpleret omnia.

Chr̄s oīa profunda & ſumma ꝑluſtrādo oēm theſaurū ſibi comparauit.

Quanto altius Chriſtus adſcendit, tanto etiā profundius Chr̄i adſcenſionē & munerum largitionē explicat, autoritatē pſalmographi elucidādo. Primo interp̄tatur verbū, adſcendiſti in altū,ſic,vt adſcendere ipſum,deſcēdere ſibi præſupponere videatur,iuxta hoc quod veritas ait: Nemo poteſt adſcēdere in cœlū, niſi q deſcendit de cœlo, Ioan.3. Dicit ergo Ap̄ſus, Chr̄m p̄rius deſcēdiſſe ꝓfundius,q̄ in hunc mundū, nempe in ipſam ꝓfunditatē abyſſi,hoc eſt, tenebrarū. O profundū deſcenſum: qs non videat,imū eum ad Tænari lacū deſcēſum, ſequi altiſſimū oīm adſcenſum? Quæ non habeat dona,quę Hebrę̄i vocant Matthanoth, Græci domata,q perluſtrat oīa profunda & altiſſima? Vides etiā argutū Apoſtolum? Negociator atq; bellator ſtrenuus,q eo ꝓfunditatis deſcendit, vt nihil eſſe poſſet magis imū, merito ergo adſcēdit eo altitudinis,q̄ nil magis excelſum. Qui ſuo oīa ſubdidit impio, dona & dignitatū munia ſolus poſſidet oīa. Iacob vidit angelos deſcēdētes & adſcendētes,& obſtupuit: ſed ecce tibi, angeli Idithū hūc noſtrū nō poſſunt nō obſtupeſcere, tā ineffabiliter ſe ſubmittere & ſurrigere, oīa celeri ſaltu tranſmittēdo. Pie hic & ſalubriter ſcribūt Chryſoſtomus & Theophylactus in Apoſtolum Phil.2. Nō ſolum humiliauit ſe in crucem, ſed & in infernum: recte ergo tanta ſeq̄tur ſublimatio, iuxta hoc: Om̄is q ſe humiliat, exaltabit. Sed vilē iam & humiliatū ſe humiliare, parū eſt. hoc vere palmariū eſt, ſi honoratus quiſpiam & altus, ſe ſubmittat. Prædicabile ergo eſt, & ipſis reuera angelis eſt admirabile, altiſſimū ſe ꝓfundiſſime humiliare. Apoſtolus itaq; hoc loco vtrūq; ꝑſtringit, tam humilitatem, q̄ ſublimitatē. Sed deſcēdiſſe Chriſti, nō intelligendū quaſi ſe ocioſe vel gloriabunde more vrinatorū, in tantā dederit Auerni abyſſum.

Chriſti[...] ſcende[...] quid.

Cyprianus in ſymbolum, Ambroſius de myſterio paſchali, Hieronymus in epiſtolam Ephe.4. cōmoditatem huius deſcenſus proſequunt̄. Cacū illum infernalē confecit, captiuitatemq; eius duxit captiuam. Multa corpora etiā eorū quos Chriſtus liberauit, Solymis ſunt viſa: adeo deprædatio noſtri triumphatoris eſt illuſtris. Ambroſius dicit, in cruce Sotera noſtrū mortē extinxiſſe: ſed ab inferis ſimul atq; emerſit, cœlumq; cōſcendit triumphator, tum demum (iuxta Apoſtolū) dona diſtribuiſſe. Nihil erat quo ſe filium Dei luculētius declarare poſſet Ieſus, prę̄ter hoc, quod principem & tyrannum ipſius tyrannidis deleuit: & omnes ſuos, hoc eſt, Dei timentes, ex eius ventre eripuit: idq; ſecundum ſcripturas. Vides ergo, dona Chriſti eſſe non ſolū terreſtria, ſed & cœleſtia. Dixi Chriſtum tam deſcendiſſe, quàm adſcendiſſe, ſecundum ſcripturas, & hoc eſt quod Apoſtolus hic addit, dicens: vt adimpleret oīa. Omnia, ſiue terreſtria, ſiue infernalia, ſiue cœleſtia. Pleni ſunt cœli & terra maieſtate eius glorię. Adimpleuit omnia, & repleuit omnia. Perficit omnia iſtac ſua plenitudine, hoc eſt, præſentia. Præſens vbique adeſt omnibus, quia Deus. Præſens operatur omnia in omnibus, ſanctitatem, iuſtitiam, ſalutem, Epheſiorum primo, Omnia ſubiecit illi Deus ſub pedes eius. Poteſtatem omnem dedit illi pater: Omne iudicium habet filius: vtique & eccleſia veritatis baſis, Sapientiæ templum, & domus ſeptem columnis fulta. Vbi hic Ebion, Photinus, Valentinus, Samoſatenus, Neſtorius, & alij hæretici? Hieronymus, Sedulius, Theophylactus & alij catholici, cum noſtro triūphatore Chriſto, egregie de huiuſmodi triumphant diaboli apoſtolis.

Chriſt[...] [...] quo p[...] ſimū [...] ceſſat.

Chriſti[...] [...]umphus eſt [...] eccleſia.

Et

Et ipse dedit quosdã quidem apostolos, quosdam autem prophetas, alios autem euangelistas, alios vero doctores & pastores.

Trinitas ec clesiæ in varijs vnius Dei declaratio dationis.

Redit ad institutũ. Constituit dicere de vnitate ecclesię in varijs donis & vocatiõibus. Nemo sibi assumit honorẽ. Dñi est vocare, iuxta pręsentem locũ. Itidẽ dicitur, 1. Cor. 12. dñm cõstituere & ponere aplos & alios ecclesię ministros. Iucundũ est lectu, quod Theophylactus hoc loco etiã sanctæ Trinitatis operationẽ colligit. Hic dicit Aplus, Filium cõstituere & vocare ministros ecclesiæ, 1. Cor. 12. Pater eosdẽ ponere dr̃ Acto. 20. idem acceptũ fertur spiritui sancto. Vehemens professio S. Trinitatis, esse vocare & eligere. Vehementer itaq; peccãt, q se ingerunt, vehemẽter peccatur, vbi fauor, stemma, potentia, & hoc genus cæterorum infernalia portenta, prędominãtur. Sed ad institutũ. Vnus Deus, vnus Chr̃s, vnus spũs sanctus, vnus pater, vnum numen, vna ecclesia, vnũ baptisma. Hic vero varijs & plurimis opus habet ecclesia rectoribus. Varij rectores, iuxtà atq; diuersus grex, diuersis opus habẽt charismatibus. Non tñ scinditur ecclesia istac diuersitate, sed ædificatur. Attende classiũ distinctiones. Apl̃i supremũ locũ occupãtes, sane capita quodãmodo referunt vnius capitis Chr̃i. Prophetæ secundo locãtur, tertius locus datus euangelistis. Quartus honoris locus cõcessus pastoribus atq; doctoribus vnà. Ordo is propemodũ seruatur, 1. Cor. 12. Sed euãgelistas ibi & pastores nõ recenset, doctores vero in tertiã dignitatis seriẽ collocat. Atqui in ep̃la ea ad Corinthios, agit de dono curationum, de efficacia potentiarum, de diuisione spirituũ, de genere linguarum &c. Tandẽ itidẽ talẽ diuersitatẽ ad veritatẽ cogit, dicens: Sed hæc oĩa efficit vnus ille & idem spũs, diuidens peculiariter vnicuiq; sicuti vult. Apl̃i sunt primo duodecim illi, quorum postea vices contigere põtificibus primitiuarum apl̃icarum ecclesiarum: q̃les inter cęteras sunt Hierosolymitana, Antiochena, Alexãdrina, Romana, Constãtinopolitana &c. Ro. 16. Andronicus & Iunia cõcaptiui Pauli, salutantur tanq̃ episemi, hoc est, insignes inter apl̃os. Prophetę sunt noui testamẽti pręstãtiores Ioannes Baptista, Luc. 1. Ioannes Euãgelista, cuius oracula vides in Apocalypsios libro Agabus Acto. 11. Filiæ Philippi diaconi. Itẽ prophetę q e Solymis Antiochiam venerũt, inter quos etiã erat Agabus, Actorum 11. Itẽ illi de qbus dr̃ Acto. 13. Erãt itẽ Antiochię pphetę & doctores ecclesię, Barnabas, Simon Niger, Lucius Cyrenensis, Manahen & Saulus. Prophetę etiã in ecclesia vocabãtur, scripturã interpretãtes, concionatores & ecclesiastæ, quod vides 1. Cor. 14. In synagoga vocabãtur scribæ & doctores legis. Sed in synagoga corticem saltẽ rosere, medullã ipsam nõ gustauere: hoc est, literã tradiderunt, non sp̃m. Grammatei (hoc est, literatores) ergo magis dicendi, quàm prophetę. Ambrosius doctores noui testamẽti vocat prophetas, Hieronymus vocat prophetas, eos q infideles & imperitos increpãdo conuicerant. Euãgelistæ principio sunt quatuor ab ecclesia recepti, Matthæus, Marcus, Lucas & Ioannes. Post illos item dicti euangelistæ, Philippus diaconus, Acto. 21. Apl̃us item monet Timotheum, vt peragat opus Euangelistæ, 2. cap. 4. Euãgelistas item arbitror dici posse oẽs, qui vnà cum Paulo, Petro, Andrea, Iacobo & alijs, euangelion Chr̃i in toto mũdo prędicauerunt: pręcipue vero eos, q̃s Apl̃us ait multũ sudasse in negocio euãgelico, Ro. 16. Sed hi q̃m euãgelion ab apl̃is didicerũt, apl̃is nõ p̃ferũtur. Apl̃i euangelion ex ore Chr̃i acceperũt, oculati testes Chr̃i extiterũt: decuit ergo, vt status eorum excelsior cæteris esset. Prophetæ non tam ex ore Apl̃orum habuerunt interpretandę scripturæ gratiã, quàm ex speciali spũs sancti illustratiõe, & scripturarum sedula perscrutatione. Scrutamini scripturas, ait, illæ enim de me testificantur. Euangelistę ab apl̃is & à pphetis instituti, docuerũt & scripserũt. Quanq̃ etiã pleriq; euangelistarum apostoli, visa & audita docuerunt & scripserunt. Vides etiam apostolorum esse euangelizare. Apostolus ait: Væ mihi, nisi euãgelizauero. Idem, Non misit me Christus baptizare, sed euangelizare. Quartus ecclesiasticę dignitatis locus, est munus pastorale & didascaliæ. Tales fuerunt Apollo, Titus, Archippus. Horum successores sunt episcopi, parochi, & diaconi episcoporum oculi: quos Timotheus & Titus præscripto ordinant atque initiant Apostoli. Apostolis hi semper erant obsequentes & subditi. Chrysostomus dicit, eos euãgelistis minores fuisse, propterea quòd euãgelistæ incertis sedibus vltro citroq; proficiscẽtes, tot viarum pericula subeuntes, Christum vndiq; docuerunt: rectores vero hi, suas metropoles & parochias haberent. Catechistæ & exhortatores, q ad iustitiã erudiebãt populũ, huc referẽdi. Sed exhortandi & catechizãdi exiguũ nõ est munus. Apostolus hoc ep̃o Timotheo præscribit. Immo etiam sese eruditorem vocat, 1. Timoth. 2. Caput item & princeps apl̃orum S. Petrus, se sympresbyteron vocat, 1. cap. 5. Po

Ecclesiæ classes suũ habent ordinem.

Apostoli qui.

Prophetę qui.

Grãmatei prophetę veteris testamenti.

Euangelistæ qui.

Pastores qui.

Catechizandi munus, apostolicæ est dignitatis.

Poterant Apl̃i esse prophetę & rectores & doctores &c. Sed non oẽs doctores, rectores, & prophetę, &c. apl̃i esse poterãt. Apostoli quoq; ministri Chr̃i & ecclesiæ sunt vocati, iuxtà atq; ipsi diaconi, 1. Cor. 4. nõ ergo statim diaconi erãt apl̃i. Sic etiã Cæsar, potest esse rex, princeps, dux &c. nõ vero omis dux, princeps & rex, ergo statim Cęsar erit. Ambrosius apl̃orum vices dicit hodie tenere epos, prophetarũ successores facit interpretes scripturarum. Euãgelistas nouos facit diaconos, qm̃ & diaconi possunt euãgelion denũciare, sed sine cathedra, vt idem ait. Pastores accipit pro lectoribus, qui lectionibus saginant populũ audientẽ. Doctores dicit referre exorcistas. De dignitatibus ecclesiasticis deniq; ait: Cœpit alio ordine & prouidentia gubernari ecclesia. Sequitur: Ideo non per omia conueniunt scripta Apl̃i, ordinationi quę nũc in ecclesia est, qa hæc inter primordia sunt scripta. Hæc ille. Dicit, ecclesiæ primordijs angustis non adeo conuenire cum amplitudine, quãtum ad dignitates gubernatorũ. Primitiuę ecclesię suffecere primo Apostoli, postea crescente numero, additi sunt apl̃is collegę diaconi. Quid mirũ ergo est, postea identidẽ succrescẽte ecclesia, etiam rectorum ecclesiæ numerũ succreuisse? Recte & sancte oĩa sunt ordinata: hoc saltem desideratur, vt suo ordine oĩa peragãtur. Qua in re si qd degenerauit, ad lydiũ lapidem scripturã sacrã redigatur atq; corrigatur. Sed hoc superis cõmendemus. Ad ecclesiæ redeamus ordines. Audiatur vero hic Hieronymus: Arbitror, ait, hodie quoq; in ecclesijs, quemadmodũ propheta & euãgelista, pastor quoq; inuenitur & doctor, ita posse & aplm̃ reperiri, in quo apostolatus signa & indicia compleantur: & e regione esse plurimos tam foris quàm intus, tam in ecclesia q̃ in hæresibus, q pseudoapl̃i sint, & pseudoprophetæ, & pseudoeuangelistæ, & pseudopastores, & pseudomagistri. Et de hæresibus qdem nulla dubitatio est, quin secundũ falsam fidem, falsa vniuersa possideãt. In ecclesijs autem nonne videtur vobis falsi esse pastores, qui non pascunt oues cum disciplina, sed quasi mercenarij nequaq̃ gregis salutẽ cogitãt: quod errauit, non conuertentes: & quod perijt, non quęrentes: sed tantummodo de ouibus lac & lanã, cibos videlicet & vestimenta, captãtes? Hęc ille. Operæpreciũ mihi videtur, vt ecclesiæ dignitates sua antiqua catholica vocabula retineãt, etiam ea quæ iam sunt in vsu apud catholicos. Noui euãgelicastri ea abolentes, quid moliantur, nemini non patet. Prophana sacris miscere conãtur, vt vtrũq; pereat. mentẽ eam Achitophelis dñs Iesus supprimere dignetur. Sequentia nunc videamus.

Ad consummationẽ sanctorum, in opus ministerij, in ædificationẽ corporis Chr̃i, donec occurramus oẽs in vnitate fidei & agnitiõis filij Dei in virum perfectũ, in mensuram ætatis plenitudinis Christi.

Rationẽ hic reddit, q̊rsum varia dona & vocationũ p̃missarũ ordines in ecclesia Deus Opt. Max. esse velit. Messis magna operarios multos reqrit, Mat. 9. Ioan. 4. Domus dei, queẽadmodũ etiã alia ędificia, q̊tidie volũt reseruari, reparari, renouari, ornari, atq; à situ reuocari. Oĩa hęc, dictio Catarismos cõplectit. Atq huic vocabulo, oĩa ea, quæ iam enumeraui, cõplectenti, Apl̃us adijcit adhuc alia amplificationis grã, digna quæ diligenter obseruentur oĩa. Catarismos si deliũ siue sanctorum vt rite exigat, necessum est vt ordinũ ecclesię synceritas custodiat. Corruptis em̃ sacris ordinibus, nulla spes est gregis salutis. Honor ecclesię nihil aliud est nisi onus. Qui episcopatũ desiderat, ait, bonũ opus desiderat. Episcopi nr̃ates hodie, si essent e numero iumentorum triturantiũ, reformationi ecclesię rectius consulerẽt. Nunc cũ ex aula & purpura in ecclesiæ dignitates prorepãt, nihil minus curãt, quàm hoc quod ad ædificationem corporis Chr̃i pertinet. Fundamẽta iacere Tænaria, turres excelsas erigere, vim stipatorum, citharœdorum & militũ post se trahere, parietes argẽto & auro exornare, vasa aurea & gẽmas coaceruare, & cæterũ hoc genus quod aulicorum est, si ad Chr̃i corpus facere possit, huic rei apti essent: sed visitare infirmos, oleo sancto vngere ægrotãtes, hospitio excipere vagos, solari afflictos, erudire ignorãtes, corrigere errãtes, infeliciũ quia est, ab eorũdẽ officijs hui⁹ seculi fugiũt dñi. Corp⁹ Chr̃i, ait Apl̃s: vtinã verbũ hoc Apl̃i, in magnatibus elatis nostratibus capiat. Quidqd vni ex minimis meis feceritis, hoc mihi factũ noueritis, Matth. 25. 1. Cor. 11. Hoc si nr̃ates plebis cõtẽptores, sibi psuasũ haberẽt, haudq̃q̃ filiũ Dei in suis electis ita conculcarent: Saulus Christum persequi cessaret, sed potius Martinus Christum veste sua cõtegere disceret. Summa: Hic status ecclesiæ, hui⁹ puta vitæ, sedulitate opus habet laboris. Tantisper in ecclesia est laborandum, donec veniat retributor omnium bonorum Chr̃us Iesus, regnum hoc ecclesiæ patri suo cœlesti oblaturus. Hic sub Chr̃i regno, labor manet & crux: post, regnũ illud p̃ris cœlestis gẽtis erit & glorię.

Stati- clesia- rum v- tas qu- sunt.

Corpus Christi ecclesia, potens huius se- culi non creditur.

In

perfectio nobis studendū. In hoc mundo omnia sunt ex parte, illic perfecta sunt omnia. Superest vt perfectioni studeamus in hac vita. Maledictus puer centum annorum. Christus succreuit gratia & ætate coram Deo & hominibus, Lucæ 5. Adoleuit vero vsque ad ætatis perfectionem. Nos quoque studeamus ita aduenienti occurrere iudici, non pueri, sed viri: non corpore vero, sed intelligentia, sapientia, iustitia & sanctitate. Hæc est ætas illa perfecta, Philip. 3. Hæc est etiam illa perfectio patris cœlestis, quæ nobis commendatur, Matthæi 5. Christi corpus dehonestat, qui semper puer esse sustinet. Euangelion est lex perfectæ libertatis. viderit quisque, vt hoc ipsum rite, hoc est, libere, tam verbis quàm factis, exprimere studeat. Dominus Iesus omnis nostra perfectio, hoc ipsum nobis præstare annuat. Amen.

IN FESTO S. MICHAELIS ET OMNIum Angelorum, Apoca. I.



SIgnificauit Deus quæ oportet fieri cito, loquens per angelum suum seruo suo Ioanni, qui testimonium perhibuit verbo Dei, & testimonium Iesu Christi, quæcunque vidit. Beatus qui legit & qui audit verba prophetiæ huius, & seruat ea quæ in ea scripta sunt. Tantum enim prope est. Ioannes septem ecclesijs quæ sunt in Asia: Gratia vobis & pax ab eo qui est, qui erat, & qui venturus est, & à septem spiritibus, qui in conspectu throni eius sunt, & à Iesu Christo, qui est testis fidelis, primogenitus mortuorum, & princeps regum terræ, qui dilexit nos, & lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo, & fecit nos regnū & sacerdotes Deo & patri suo.

PRAEFATIO.

Apocalypsios liber propheticus est.



LIber Apocalypsios, ab ecclesia catholica inter authenticos numeratus, plane est ꝓpheticus, multisq; noībus commodus. Ignorantes, q̄duis reijcere audent. Vnde illuminati ep̄lam Iacobi plane diuinā, tanquā stramen fabaceū contempserunt. Nunc eādem ep̄lam rursus conuicti ap̄licam fatentur, sed impœnitētes. Gloriā Deo dare, ac dicere, peccaui, dedignantur. Inglorij itaq; perpetuò ꝑmanebūt, nō minus q̄ Marcion, q & ipse librū Apocalypsios cōtēptim reiecit, & in sua istac sụpbia pertinax occidit. Peccauerunt illi ignauia, quāq̄ se illuminatos subinde iactitēt. Ignorantia peccasse, aliquo modo latenter & subobscure se fatentur: sed opinionē exoticam & hæreticā solius fidei, contra ep̄lam eam adhuc asserētes, ignorātiam suā dissimulare conātur. Depręhēditur vero (quod minime sperāt) ipsoꝝ & ignorātia, & pertinacia. Temeritatis & ignorātię est, quod non intelligas, reijcere. Dein cōuictum errorē eum suū dissimulare, est ptinaciæ. Sic se habet lux euāgelica stroꝝ nouoꝝ. Simili ignorātia etiā Marcion olim librū Apocalypsios repudiauit. Post illū idē fecit secta Allogorū. Visiones librū Apocalypsios faciunt obscurum. Ep̄lam vero Iacobi q̄d faciat obscurā, nisi mens obscura, oculus nequā? Qui sensum recipiūt cōmunē, librum Apocalypsion habent præclarū. sic etiam ep̄lā nulli est illustris, nisi illi q orthodoxis suū sensum subijcit captiuū. Vulpes eas capit ecclesia, Cantic. 2. 1. Cor. 3. Sed pellem vulpinā & cor versipelle antiquū retinēt. nos ergo simplicibꝰ catholicis ꝑsentē lectionem, ꝓ nostra virili interpretabimur.

Significauit Deus quæ oportet fieri cito.

Titulus hic libri, tractationē atq; statum totius libri exprimit. Humanitatis Christi meritū, nobis eam Apocalypsim meruit. Chr̄o pater oīa talia mysteria ostendit, atq; illi dedit autoritatē reuelandi ea cuicūq; voluerit. Hæc, ait, dixi vobis priusquā fierent, vt cùm iam fieri incipiant, vobis ea prædicta esse intelligatis. Satanam cursum euangelij dn̄s Iesus vidit remoraturū: tyrānos, hęreticos, schismaticos deniq;, item & ipsum Antichr̄m, Saluator vidit satanam excitaturū. Taceo ecclesiarū tepiditatem insignē: earū, inquā, ecclesiarū, quæ in sui p̄ncipio supra fidē fuerūt feruidę, sed paulatim tepidę plane factæ. Tepidæ hm̄oi & soporatæ ecclesię, ꝑ flagella irę Dei hæreticos & schismaticos erāt excitādę. Hęc oīa præuidit, qui in sua manu oēm habet prę- Chr̄i humanitatis meritum nobis omnia reuelat.

uiden-

uidentiam,&cui nihil est absconditũ. Amicis suis mysteria quoq; ea aperuit, Ioan. 15. Adscendit in altum, captiuã duxit captiuitatem, dedit dona hoĩbus. Alios itaq; dedit apostolos, alios prophetas, alios euangelistas, &c. in ædificationẽ sui corporis. Prophetas ergo nostros nõ adspernamur, pręcipue eos, quos vniuersalis nobis commẽdat mater ecclesia. Reuelationem suam Ioannes vocat Iesu Christi, nempe Iesu Christo datam, intellige de merito humanitatis Christi, qui nobis meruit talium mysteriorum pręsignationem. Secundũ humanitatẽ ipse dicit se nescire diem & horam iudicij instantis, Marc. 13. Ipse item secundum eandem humanitatẽ, sapientiæ accessu identidem succreuit, Luc. 2. Illi itidem, tanquam filio hominis, tandem ex merito suo data est omnis potestas, Matth. 28. Sic itidem illi datum est nomen supra omne nomen, Phil. 2. Ne ergo mireris Christo Apocalypsin hanc datam, quia & regnum suum sic accepit, donec ponat inimicos suos omnes sub pedes suos. Tunc eñ ipsum patri reddet Psal. 109. 1. Cor. 15. Deniq; itẽ verbi est, vobis oĩa reuelare, hæc proprietas verbi, Matth. 11. Luc. 10. Dicitur ergo liber esse Christi, non Ioannis. Sequitur:

Reuelatio ecclesiæ referẽda accepta filio Dei.

Finis mũdi instat.

Quę fieri oportet cito: Cito, qa iã est tẽpus supremum. Mox finis. Non possunt ergo longe abesse visiones prædictæ. Cito incipient, partim etiam cito finient, nẽpe quæ de huius seculi statu dicuntur. partim æternaliter manebunt, nempe ea quæ de ecclesia dicuntur triumphanti. Deo oĩa cito sunt, quia mille anni ante eius oculos, sunt tanq̃ dies hesterna quæ præterijt, Psal. 89. 2. Pet. 3. Pars etiã visionum tum, cum Ioannes eas videret, adimpleri incipiebant. Quod dicit ea omnia fieri oportere, significat verbum domini nõ falli. Sic & oportuit Christum pati, & in gloriam suam intrare, quippe q̃ per prophetas erat prædictum, Lucæ 24.

Loquens per angelum suum seruo suo Ioanni, qui testimoniũ perhibuit verbo Dei, & testimonium Iesu Christi quæcunq; vidit.

Vel sic: Vnd do er hingeschickt, hatt ers angezeichnet durch seinen Engel, seinẽ knecht Joanni, hoc est, Et vbi misisset, signauit hoc p angelũ suũ seruo suo Ioanni. Perinde est, hanc missionem & signationem patri an filio tribuas. Si filio, sic digerenda atq; ordinãda est: Primo, de sursum venit à Deo, q eamdedit Chr̃o. Secundo, venit per Chr̃m, signantẽ ipsam. Tertio, per angelon à Chr̃o ad Ioannẽ missum, in Chr̃i persona recensentẽ & signãtem. Postremo oĩm, etiã spũs sanctus doctor & illuminator, oĩa mysteria ea Ioanni declarauit. Sic vides, reuelationẽ esse opus S. Trinitatis. Ioannes qdq̃d vidit, ad ecclesiæ statũ ptinet, ecclesię status caput & finẽ cõplectitur. Quæ de Chr̃o p pphetas p̃dicta sunt, cõpleta sunt vsq; ad extremũ iudiciũ oĩa. Quę de Chr̃i regno sunt p̃dicta, adhuc cõplent, & subinde porro cõplebũtur, vsq; in illũ diem qñ Chr̃us regnũ patri suo tradet. Sic vides qd sit, Ioannẽ testimoniũ phibere verbo Dei. Testimoniũ perhibet de regno Chr̃i, de ecclesia Chr̃i, quæ corpus est Chr̃i. Dein testimoniũ perhibet de ecclesia triumphãte, quę & ipsa est Chr̃i. Postremo itẽ mysteria diei extremi edisserit, resolutionẽ mũdi & finẽ huius seculi. Quãtum ad Ioannẽ attinet, apparet (q̃d & alibi diximus) esse euãgelistã testẽ eum, q de suo ipsius testimonio testatur Ioan. vlt. Ioannem euangelistã hauꝫ visionũ esse autorẽ, testes sunt patres ecclesiastici p̃cipui, Iustinus, Irenęus, Tertullian', Origenes, Hieronymus, & fere Latini oẽs. Græculi pleriq; aliũ Ioannẽ huius libri autorẽ esse dicunt, cæterũ autoritatẽ huic libro nõ detrahunt: quod solus facit Marcion hæreticus.

Ecclesiæ regni Dei.

Beatus q legit & q audit verba pphetię huius, & seruat ea quę in ea scripta sunt. Tẽpus eñ prope est.

Exordiũ graue qd aliud q̃ attẽtionẽ reqrat? Exordiũ proterit hæreticos soli' fidei p̃dicatores, absolutã iustitiã nudæ & meræ fidei tribuẽtes, opa bona nihil ad iustificationẽ facere cõtendẽtes, papistas vocãtes, & psequentes eos, q fidẽ per charitatẽ operãtem iustificare, & beatũ facere profitent & credũt. Vides hic, esse inimicos Iesu Chr̃i, nouos eos euãgelicos, testimoniũ Iesu Chr̃i lacerãdo. Testimoniũ Iesu Chr̃i prædicat beatos, eos q audiunt verbũ Dei & custodiunt illud. Ioannis verba sunt clara: Et seruat ea quę in eo libro sunt scripta. Sic nõ auditores, sed factores legis iusti p̃dicãtur, Ro. 2. Quod dico, ne noui euãgelistæ secundũ sapiẽtiæ suæ abundantiã, noua quadã figura, hic nobis seruare credere significare psuadeãt. Ordo hic sese declarat: Legere, audire, & seruare. Legere est pscrutari, Ioã. 5. Audire credere, qa nõ oẽs habẽt aures audiẽdi: habet vero, cui cõtigit bonũ cor ad credẽdũ, Lu. 8. 11. Act. 28. Apo. 2. &c. Seruare ergo verbũ, nihil aliud significat, q̃ p̃stare & facere hoc q̃d dñs iussit. Caue hic Chiliastas catholicis pręferas: & viuere intelligas voluptatis, & opari, cuticulam curare. Nõ purpura arguit Chr̃ianum, neq; rosa, sed crux & corona spinea. Sic

Hæretici soli' fidei prædicatores ... nos ...

Opa ... nõ ... iustificanda.

Sic peruenitur ad veram & æternam voluptatem, hoc est, beatitudinem. Sed nō disputatione hic opus est, sed opere: ne Turno & Drāce disceptāte, hostis vtrunq; abripiat. Dicit ergo: Tempus breue est, tempus prope est, &c. Satagite vt accincti inueniamini.

Ioannes septem ecclesijs quę sunt in Asia: Gratia vobis & pax ab eo qui est, qui erat, & qui venturus est, & à septē spiritibus, qui in conspectu throni eius sunt, & à Iesu Christo.

Salutatio sancta suo loco apte posita. Primo vocationem suā certā designauit. Dein auditores huius vaticinii beatos pronunciauit. Nihil hic restabat, nisi salutatio & autoris nomen. Postremo item ij qbus scripsit, erant exprimendi. De autore diximus. Salutationē paucis percurramus. Gratiā & pacē Asianis ecclesijs precatur. Pax, gratiæ filia. Gratia, Iesu Christi donū & meritum. Christi gratia sumus, quidqd sumus. Christum vero vnum esse cū patre & spū sancto, Ioannes itidem luculēter hic exprimit. Qui est, ait, qui erat, & qui venturus est. Qui est, quem alium intelligas quàm Deū patrē? Qui erat, puta in principio, q venturus est vsq; ad finē mundi in ecclesiā. Septem spūs, septem charismata sancti spūs exprimunt. Vnus spūs est, hic vero propter septenariū, septenarius dicitur. De septenario vide Esa. 11. Repetit Iesu nomen, qa nomen Deo congruens. Expresse loqtur de spū sancto & de Chro, qa vtrūq; nomen nō est adeo celebre in scriptura veteris testamenti: qa infirmitas legis, horū mysteriorū capax necdum erat. Euangelica claritas lucem eam potest perferre. Vides itaq; confessionē sanctæ Trinitatis hic apertissimā. Tria nomina, tres psonæ, tres proprietates: vnū numē, vna essentia, vnus Deus. Non tres dij, sed vnus Deus: Pater, filius, & spūs sanctus. In cuius nomē baptizamur, illuminamur ad eius noīs gloriā pdicandā. Christus eam nobis gratiā meruit. Spūs sanctus operatur. Dicit ergo, Gratiā & pacē à Deo patre, q erat, q est, & q in perpetuū permanebit, hoc est, vēturus est. Aeternitas in patre est, species in imagine, vsus in munere. Dein dicit, Gratiā eam & pacē quæ à patre est, per Chrm nobis contingere, & p septē dona spūs nobis ingenerari administrariq;. Salutatio ea aplo Paulo & Petro peculiaris est. Iacobus saltē generale χαίρειν ponit. Salutatio & apostolica bñdictio est efficax. Habet ecclesia gratiā, Ioan. 1. Ephe. 4. Pax item ecclesiæ contigit, Luc. 1. 2. Ephe. 2. Veri catholici, atq; adeo veri Christiani & veri euāgelici, in pace possunt deprēhēdi, Ioan. 14. 20. Iaco. 4. Habet etiā pacem in corde suo catholicus priuatus, Phil. 4. Pax vero impijs non est. Deus pater mittit & largitur merito Chri per spm sanctum operantem. Quod vero Apostolus hic nomen Iesu postremo, nimirum in tertio loco, cōmemorat: primo fit, ne tibi persuadeat in S. Trinitate aliqd esse prius aut posterius, maius aut minus. Secūdo, quòd de ea psona dicere instituit. Sic apud Matthæum Abrahā Dauidi postpositum legis. De hac scribendi ratione consule Hieronymū in Matthæum. Obserua hic, apostolū patri tribuere item hoc, quod pprie filio poterit adscribi, nēpe esse, fuisse, & futurū esse. Proprie & hoc spūi sancto poterit referri acceptum. Spūs sanctus est, æternus nimirū in patre & filio. Venit in die Pentecostes, psentior quàm vnquā antea. Venturus est sic porro vsq; in finē seculorū. Deū esse spm sanctū, creditu difficile adeo non est: siqdem & ethnici Deū spiritum, mentē atq; animū fatentur esse. Sed Mariæ filiū, personā eam crucis, gloriæ & potentiæ huius mūdi adeo exortē, credere Deū, difficilimū est. Voluit ergo librū hūc suum magis de filio conscribere, quàm de pre aut de spū sancto. Dei est esse, hoc est, æternitas solius est Dei, Deus solus æternus. Apud Hebræos itaq; dr **Jehoua**. Docet hoc nos Moses Exo. 3. Plato Mosi subscribit, Deū vocās ὁ ὤν, hoc est, Deus existens, vel ens. De quo vide disputātem Iustinū in paranęt. ad gētes. Qui fuit, intellige ante oīa quę facta sunt, ante oēm creaturā. Erat, in suo esse, in sua essentia, verbum apud Deum, Deus verbum, spūs sanctus in vtroq; vnus Deus, priusquā aut cœlum conderetur aut terra. Creauit oīa propter semetipsum, vt suam bonitatem & diuitias creaturis communicaret, Ipse sibi sufficiens, bonorum nostrorum non indigus. Quod dictum est de verbo præteriti temporis, Erat. Futurū esse, siue venturū esse, est finē essendi nō habere, idq; immutabiliter, Psal. 101. Tu autē idem ipse es, & anni tui non deficient. Veniet quoq; pater. Veniemus ad eum, & mansionem apud eum faciemus. Hic in pręsenti vita identidē. Veniet & postremo in filio iudex. In hac pręsenti vita venit etiā in spū sancto paracleto, consolando afflictos. Breuiter: venturū siue futurū pris, est & filij & spūs sancti: qa & fuisse & esse patris, est & filij & spūs sancti. Vnus siqdem Deus est æternus, nō tres æterni. Bestia ecclesiæ persecutrix, est iam, sed male: non erat ab æternitate, neq; manebit in ętернū. Infrà in libro ipso ipsum hoc noster hic Euangelista ostendet. Rogas

Marginalia: S. Tri[nitatis] ... te[sti]moniū. — S. Trias neque habet primū & posterius, maius & minus &c. — Esse Dei quid? — Fuisse dei, quid? — Futurum esse Dei quid?

Ecclesię septem sibi qd velint in lib. apocalyp.

gas qd septem sibi velint ecclesiæ? Ephesus, Smyrna, Pergamus, Thiatyra, Sardis, Philadelphia & Laodicia? In hisce septem Ioannes prædicauit, epus & pastor horum fuit antequã in Patmũ relegaretur. Exulans in Patmo, officio suo episcopali, pastorali, euãgelistico & apostolico fungi nõ poterat: visum itaq; Deo Opt. & maximo, vt interim ageret prophetã. Scripsit itaq; prophetiã eam sibi reuelatã, contra Ebionem, Cerinthum, atq; contra omnes hæreticos & schismaticos, pacẽ ecclesiæ conturbantes, corpus bestiæ infernalis. Misit ecclesijs suis prophetiã hanc in consolationem. In Asiana ecclesia intellige oẽs alias ecclesias totius mundi. Cœpit Antichristus in illa, postea Donatus Aphricã vexauit. Hodie hæresis quoq; Europicã ecclesiam exercet. Consolatur itaq; aplus & fulcit omnes ecclesias sua prophetia. Armat præuidentia, vtiq; armatura prẽsentissima. Mala siqdem præuisa, minus lædunt. Vnica est ecclesia: multitudinis vero numero appellatur ꝑ locoꝝ varietate. Triumphãs plurali numero non potest appellari, qa in patria talis regionum diuersitas nulla est. Multitudinis vocabulũ etiã vides Ro. 16. 1. Cor. 14. 1. Thessa. 2. Acto. 14. Vna tamẽ etiam in hac terra est ecclesia catholica, id est, vniuersalis, vnum Chri corpus, vnum habens caput Chrm, per vnum Chri spm agitur & regitur, vnum habens baptismũ, vnam fidẽ. Summa: vnus panis, vnum corpus, 1. Cor. 10. 12. Scribit itaq; Ioannes septem ecclesijs, tanquã vni, tanquam vnico corpori, librũ prophetiæ vnũ. Septẽ multa, inuenies in hoc libro, propter dona spiritus sancti septemformia. Septem signacula, septem angelicæ buccinæ, septẽ phialæ, septem stellæ, septem candelabra, &c. Heptas, hoc est, septenarius plurima in se continet sacramenta. De qbus vt in ꝑsentia dicamus, tempus non patitur. Ad sequentia igitur abeamus.

Ecclesia vnica, multa habet noĩa.

Heptades multæ leguñ in libro apoc.

Qui est testis fidelis, primogenitus mortuorum, & princeps regum terræ.

Chri va[illegible] na apud Ioannem in Apoc.

Titulus præclarus nostri seruatoris, & mediatoris Iesu Christi: Testis fidelis, primogenitus mortuoꝝ, & princeps regum terræ. Testis fidelis, verax, certus, qui nec fallere nec falli potest: ipsa nimirum veritas. Primogenitus ex mortuis, puta illis q ad gloriã resurgent. Resurrectio & vita, in quem q credit, non moritur: & q mortui sunt, vocẽ eius audient in sepulchris, & resurgent exemplo Lazari. Princeps omnis potestatis, spũalis nimirum & temporalis, qua vel ecclesia vel mũdus regitur. Testis, qui in hunc mundũ venit ad testificãdum de veritate, Ioan. 18. Pater quoq; testimonium dat de filio, Ioan. 8. Item idem facit spũs sanctus paracletus, Ioan. 15. Sic vides opa sanctę Trinitatis esse indiuidua. Cæterum filius ꝓprie dicit testis, quippe cuius passio nihil aliud est, quàm testimonium. Vnde & crux siue supplicium Chri & oim sanctoꝝ, vocatur martyriũ, hoc est, testimonium. Ioannes Baptista martyr, id est, testis est, quippe q non solum Chro verbis testimoniũ reddidit, sed & sanguine. Veritas odium parit: sed fortior est & vino & rege & muliere. In filio igitur Dei teste fideli, triumphabunt omnes testes fideles, non solũ de mulieribus & tyrannis, verum etiam de morte & inferno. Propter testimonium veritatis crucifixus est Christus, mortuus item & sepultus. Sed ecce tibi viuit. Fortior veritas, quia Deus veritas est. Surrexit caput, non ergo corpus resurgere non poterit. Apostolus primitias vocat resurgentiũ, 1. Cor. 15. Quis dubitet caput sequi in sepulchrũ, cum videat se cum eo rursus inde resurrectuꝝ ad claritatem, in ipsum nimirũ cœlum, 2. Timo. 2. Luc. 24? Apostolus item vocat Sotera nostrum, primogenitum creaturaꝝ, Coloss. 1. Tanquã eum ex quo oẽs creaturæ, ꝑ quem puta oĩa condita, & ipse quoq; quatenus est incarnatus, creatura existat. Verbum creator Deus, caro creatura homo. Cæterum cum resurrectio mortuoꝝ genus sit regenerationis, Matt. 19. dicit Apostolus Christum esse primogenitũ ex mortuis, significans caput secuturũ corpus, dñm seruos, magistrũ discipulos, creatorem creaturã. Princeps deniq; vocatur regũ terræ, quẽadmodum & eũ S. Petrus vocat principẽ excitatũ à Deo. Oĩs potestas à Deo. Christus solus dñs, quippe ad cuius nomen se genu curuat oẽ. Venit princeps mundi huius, ait, sed nihil habet in me. Sic Christus princeps, vt etiam illi dominet, eumq; supprimere possit, qui mortis habuit imperium, regem inferorum. Sic vides Ioannem titulum præclarum Christo tribuere, humanitatẽ testificãtem, morientem pro testimonio veritatis, & resurgentem & adscendentem ad cœlum ꝑ potentiam veritatis. Vt cœlum sit Christi regnum. Titulus hic infrà sic profertur: Rex regum, dominus dominantium. De eius potentia vide etiam Psal. 2. Acto. 4.

Chrs pri[illegible] testis [illegible] lis.

Re[illegible] ctio [illegible] tuor[illegible] ces [illegible] est [illegible] tion[illegible]

Chri tior[illegible] mini[illegible] bro A[illegible] calyp[illegible] do.

Qui dilexit nos, & lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo, & fecit nos regnum & sacerdotes Deo & patri suo.

Quis

Quis nunc dicat, Apocalypsios librum nihil habere euangelicũ? Quid magis verbis hisce euangelicũ? Displicet quod suprà dixit, beatum esse eũ qui sermonẽ euangelij non audiat solũ, sed magis faciat. Displicet, q per totũ librum idem toties repetit, & q librum tandẽ sic claudit. Vide te euangelicum non esse, vide te ab euangelio longe esse alienum. Sic em̃ & euangelion incipit à pœnitentia, opera requirẽs bona. hic status totius euangelij: sic euangelium denique finit. Et apostoli omnes idem docent, nempe fidẽ per charitatẽ operãtem, saluare atque adeo iustificare. Quid ergo tumultuaris infelix hæresis? quid sacerdotes catholicos, Chr̃m syncere docẽtes, hoĩes ad bona opa, atque per hoc ad iustitiam exhortantes, psequeris? quare legitimos sacerdotes & parochos, tanq̃ nescio quos papisticos, amoues & expellis: & laicos aut monachos apostatas, aut sacerdotes sacerdotij ecclesiæ inficiatores, schismaticos & hæreticos, catholicis sufficis? Nunquid quia tibi persuasisti bene agere? Auribus prurientibus contigit aptus apl's. Præsentem locum non intelliges, nisi bene agere tibi imperaueris. Qui aures audiendi habet, audiat.

Tria suprà de Chr̃o audiuimus: nunc quoque itidem tria audiamus. Audiam⁹, fratres, effectũ passionis & resurrectionis Christi. Prior trias, gloriã Christi capitis Ecclesiæ continet, titulum nimiũ magnificum. Præsens trias, cõmoditatẽ nobis Christi incarnationis, passionis & resurrectionis declarat. Simile vides apud Apl'm Ro.16. 1. Ti. 1. Sed triadem sacrã videamus. Primo dilexit nos, secundo lauit nos, tertio cohonestauit nos, reges & sacerdotes constituẽs. Maiorem charitatem non inuenias, Ioann.10. 15. Rom.5. Declaratio charitatis, exhibitio opis. Dedit ergo semetipsum p nobis, Gal. 1. Nihil hic gloriari potest homo de merito. Sic em̃ Deus dilexit mundũ, vt filium suum vnigenitũ daret pro eo, Ioan.3. Tũc cũ inimici adhuc essemus, Ro. 5. Hac de re in die S. Bartholomæi. Lauit itẽ nos in sanguine suo. Primũ, quod iam recensuimus, pertinet ad sacramentũ incarnationis. rite ergo sequit̃ de sacramento passionis. Effectus passiõis, est remissio peccatorum. Hic primo consideremus nostrã & parentũ nostrorũ immunditiam. Ethnici eramus, Dei ignorantes, idololatræ, atque adeo Dei hostes: victimæ eram⁹ diaboli. Sed agnus Dei victimã se patri offerens, nos ex antiqui hostis fauce eripuit: occisus, vt in sanguine eius mundaremur, Ioan.1. Corpus eius p nobis datũ, sanguis eius pro nobis effusus, in peccatorũ eluendorũ sacramentũ, Mat.26. Lu.22. Filij iræ, facti sumus dilecti filij in dilecto filio, Eph.1. Sanguis & aqua profluxit de latere dñi, in sanctificationem & in purgationẽ, 1.Co.6. Eph.5. Tit.3. Sanctitatem vero eam & munditiã custodire habemus, per eam Christi passiõis virtutẽ, Col. 1. 1.Ioan.1.2. Fecit nos reges & sacerdotes. Hic obserua, ex qua pfunditate ad quã celsitudinem nos euexerit atque exaltauerit. Mãcipia ĩferni fecit domesticos Dei, Eph. 2. Hęredes regni cœlorũ, Ro.8. Amicos, Ioan.15. Fratres, Psal.21. Reges, non mundi prophani pphanos, quia neque Christi regnum est de hoc mundo, sed supra mundũ, vt etiam angelos iudicemus. O gratiam, o gloriam. Petrus eadem fere profatur, 1. capit.2. βασίλειον ἱεράτευμα, hoc est, regium sacerdotium. Vide q̃le sit nostrũ regnũ, vide quales simus reges, vide quæ & qualia regalia. Qualis rex caput nostrũ Christus, tales & nos sumus reges. Mũdus vanus & immundus, nihil ergo nobis & mũdo. Nos sursum vocamur. Sursum corda, ait ecclesia, habemus ad dñm. Reges, ne regnet peccatũ in nobis. Reges, vt hostem antiquũ expugnemus. Sacerdotes, ad offerendũ nosipsos hostiam gratam, acceptam &c. Ro.6.12. Dubitet hic Manichæus, libertas ne arbitrij regibus talibus sit cõcessa: Ecclesia sane non dubitat catholica. non hic audis nomen sine re. Nomen hic audis reale, certum, & verum. Datum nobis velle & posse. Quod si hic nobis aliqd deest, nostræ socordiæ hoc est adscribendum, non diuinæ clementiæ. Dilexit nos, nihil charitatis officiorũ erga nos obmisit, abũde oĩa p̃stitit. supest vt grati sim⁹, vt mereamur ex fide in fidẽ pgere, ex claritate in claritatem adscẽdere, sancti sanctificari adhuc: ad laudem gratię ei⁹, & ad gloriam noĩs sancti eius, q̃d est benedictum in secula seculorũ. Amen.

Sacerdotes q̃les et quales reges nos in Christo Iesu simus.

Liberũ arbitriũ fidelibus esse Ecclesia non dubitat.

IN NATALI SANCTORVM APOSTOLORUM Simonis & Iudæ, I. Petri I.



BEnedictus Deus & pater domini nostri Iesu Christi, qui secundum misericordiã suam magnam, regenerauit nos in spem viuam, per resurrectionẽ Iesu Christi ex mortuis, in hæreditatẽ incorruptibilẽ & incontaminatã & immarcescibilem, conseruatam

uatã in cœlis: vobis qui in virtute Dei custodimini per fidẽ in salutem, paratam reuelari in tempore nouissimo: In quo exultabitis, modicum nunc si oportet contristari in varijs tentationibus, vt probatio vestræ fidei multo preciosior auro, quod per ignem probatur, inueniatur in laudem & gloriam & honorem, in reuelatione Iesu Christi: quem, cum non videritis, diligitis: in quẽ nunc quoq;, nõ vidẽtes, creditis: credẽtes aũt, exultabitis lætitia inenarrabili & glorificata, reportantes finẽ fidei vr̃æ salutẽ aĩarũ vestrarũ.

PRAEFATIO.



Eia charissimi, attendite Epistolæ Petri ad ecclesiã Ponti, Galatiæ, Cappadociæ, Asiæ & Bithyniæ grauissimum exordium. Quid, per Deum oro, euangeliũ Christi habet, quod in hoc exordio non cõtineatur? Clemẽtiam Dei hic vides adũbrari, hic regenerationis sacramẽtum vides delineari, resurrectionis & adscẽsionis gloriã vides hic prædicari. Hic cœli regni hæreditas, hic virtus operatoria Dei, hic fides corda purificans, hic iudicium extremũ, vnicuiq; secundum opera sua retribuens. Quid hic, oro, desiderari poterit euangelicæ doctrinæ & præceptorum? Nemo in hac luce cæcutire poterit, nisi cuius cor sit excæcatũ, & à spiritu tenebrarum obsessum. Baptismus pœnitentiam, pœnitentia fructus dignos operum bonorum complectitur, Spes gratiam & merita, Resurrectio Christi fidem & religiosam vitam: deniq; iudicij extremi recordatio, timoris nos submonet & pietatis. Eucharistia in baptismo continetur: quia baptismus est omnium sacramẽtorum porta. Attende excellentia & vere euangelica oĩa. Vides rhetoricã supnaturalẽ & plane diuinã. Eia fratres, attendite vobis, rhetoricastros & Euangelicastros, iustitiam operum bonorum & charitatis negantes, fugite, attẽdentes eos nihil habere spiritus Christi, sed reuera spirare antichristum, non esse apostolos & euangelistas, sed semen adulterum, apostolastros & euangelicastros. Vos nunc verum euangelium veri apostoli audite: & hoc attentius, quo tempus hoc præsens videtis esse periculosius, & quo epistolæ exordium videtis esse augustius.

Benedictus Deus & pater domini nostri Iesu Christi, qui secundum misericordiam suam magnam regenerauit nos in spem viuam.

Auspicatur Epistolam à gratiarum actionis vocabulo, quia omnis nostra sufficientia est ex Deo. Sic canticum suum orditur Zacharias Lucæ 1. Sic Apostolus epistolã ad Corinthios inchoat. Catholicum verbum, Benedictio. Execrabiles hæretici & omnes impij, Ecclesiam adspernantes. Ecclesiæ filijs, hæredibus benedictionis, tandẽ dicet autor benedictionis: Venite benedicti patris mei, Matt. 25. Benedictus, ait, Deus & pater domini nostri Iesu Christi. Nõ fuit contentus dicere, Deus: nisi etiam adderet, Pater domini nostri Iesu Christi. Titulum præcipuum & gloriosissimum diuinæ maiestatis attende. Ephe. 3. paternitatẽ omnem in Deo esse dicit. Pater in cœlo, pater in terra. Illic habet filium vnigenitum, in vnigenito eo suo hic multos habet filios. Dilexit nos in dilecto, nõ dilexit nos in Mose & lege, neq; item in merito patriarcharum, sed in vnigenito suo. Dilexit autem nos secundum suã magnã misericordiam. De istac ineffabili Dei erga nos misericordia, habes apud Esaiam 54. 55. Hierem. 31. Luc. 1. Ephes. 2. Origo nostræ redemptionis, summa nostræ salutis, nostra salus & redemptio, nostra iustitia & meritũ, nostra victoria & gloria, sola Dei misericordia. Hæc regenerat nos in spem viuam. Regenerat, vt sacramentum redemptionis nobis sit efficax & salutare. Nisi enim regeneraremur, Christi Iesu meritum ad nos non pertingeret, in nos non redundaret. Regenerati atq; illuminati, duntaxat capaces lucis tantæ existunt. Prima generatio carnis, carnalis est: carnalia ea saltem sapit. Caro & sanguis non reuelauit tibi, ait Petro dominus. Petrus itaq; hic fatetur & docet, miserationis esse Dei quod regeneramur, regenerari vero nos in spem viuam. De regeneratione vides Ioan. 3. Titi 3. Vocat apostolus fideles hic Anagegẽnemenos, regeneratos puta ex imputrescibili & immortali semine verbi Dei. Verbum æternum est, per quod regeneramur in spem viuã. Nisi enĩ æternum esset semẽ regeneratiuũ ipsum, spes viua esse nõ posset. Spem viuam alibi vocat spem vitæ, Tit. 1. Spem gloriæ, Rom. 8. Spes viua habet emphasin: quasi dicat, spem vitæ certam, firmam, indubiam, Heb. 10.

Par[…] tas D[…] nom[…] cipua[…]

Reg[…] onis […] tus q[…]

Per resurrectiõem Iesu Christi ex mortuis, in hæreditatẽ incorruptibilem & incõtaminatam & immarcescibilem, conseruatam in cœlis.

Si-

Sine resurrectione Christi, non poterat sacramentum redemptiōs & regenerationis rite tradi. Mors Christi, mortis fuit aculeus, sed diabolum contriuit gloria resurrectionis. Hic se brachio suo saluauit, hic gloriam suam declarauit. Ex hoc salutari brachio & nos etiamnū habemus robur. Adscendens enim in altum, & captiuā ducens captiuitatem, dona dedit. De virtute ea rediuiui Christi, vide Phil. 3. Col. 2. Per hanc, ait Apostolus hic, cōtigit nobis hæreditas immortalitatis & immarcescibilitatis, conseruatæ in cœlis. Credentes eam Christi virtutem, participamus illi in hęreditatem æternæ vitæ. Natiuitas carnis, generat hæredes huius terræ bonorum: natiuitas vero spiritualis, regenerat nos ad bona cœlestia. Illa sunt caduca, hęc stabilia. Deus ipse nostra merces. Hæredes sumus. ille, periodus ipsa est vnica, ad quem tendimus oēs. Ille, nostra est sufficientia. Sine illo nihil est. Si filij, etiam hæredes, Rom. 8. Dicet ergo ad electos: Lechu Beruche Abi, Vesu eth Mamlachaha muchana lachem me resith haolam, hoc est, Venite vos benedicti patris mei, & possidete hæreditatem regni quod paratū est vobis à constitutione mundi, Mat. 25. Hęreditas ea certa est, quia spes viua non fallit. saltem restat, vt nos in fide & in obedientia Euangelij maneamus. Hæreditas futuri seculi pulchre hic describitur. Hæreditas huius vitæ æstimetur, quàm sit caduca & fallax. Vidit Hieremias omīa esse nihili. Salomon dicit omnia esse vana. Vanitatem itaq; hęreditans, quid facit gloriosum? Pręclara hęreditas cœlestis regni, de qua dicit Apostolus, Spiritum sanctum esse arrhabonem cleronomias, hoc est, pignus hæreditatis. O præstantem hæreditatem, cuius ipse spiritus sanctus pignus dici & esse vult. Cui non vilescat putris & cadauerosa hæreditas huius seculi? Coloss. tertio dicit hæreditatem futuræ vitæ, esse antapodosin, hoc est, retributionem, puta fidei & operum bonorum. Heb. 9. vocat hæreditatem æternam. Hæretici Iouiniani retributionis vocabulum discant intelligere, & cessent maledicere.

[Hæ]redita[s] [in] cœle[s]tis qu[ā]ta [pa]rta.

[H]æreditas [...] an[ta]podo[sis] est.

Vobis qui in virtute Dei custodimini per fidem in salutem, paratā reuelari in tempore nouissimo.

Contextus hic nonnihil obscurus. Periodi hoc faciunt & commata breuiuscula, quæ Apostolus ita contexuit, vt paucis verbis multa compræhenderet. Sensus clarus est, quem qui tenet, errare non poterit. Tam bonum quod appræhendi debet, q̄ ij qui bonum tale appræhendere habent, hic sibi cohærent. Dicit hæreditatem in cœlis, esse solidam, imputrescibilem, perpetuam. Atq; hæc quidē in superiori periodo. Hic subdit, quibus hęreditas ea sit certa. Vobis, ait, siue erga vos, qui virtute Dei custodimini ad salutem, quæ in hoc parata est, vt patefiat in tempore supremo. Etiam cum oīs huius mundi hæreditas in nihilum redigetur, illa incipiet semper mansura. Iam nullam credit eam mundus: in illa vero die eius patefiet amplitudo. Tunc dicent huius mundi inuasores, & hęreditatis vanę hæredes. Nos stulti, qui vitam iustorum putabamus insaniā: Ecce quomodo reputati sunt inter filios Dei, & inter sanctos sors illorū est. Sed quos potissimum felicitas illa manet? Audi Apostolum, perpende epistolæ cōtextum. Vobis, qui in virtute Dei custodimini per fidem ad salutem. Fidelibus parata sunt: dicit ergo, Venite benedicti patris mei, accipite regnum quod vobis paratū est. Credētibus, non sola & cadauerosa fide, sed vera & syncera, operosa nimirum. Qui cibum & potum, vestitum & cætera necessaria subministrauerūt Christo, q crediderūt se Christo ipsi fecisse, quicquid vni fecerunt ex minimis. Hic hæreticis etiā gloria synceræ religionis, qua ad hæreditatem patriæ gloriosam puenitur, est obscura. reuelabitur tunc quando dicent, Domine domine, nonne in noīe tuo prophetauimus? nonne in nomine tuo dæmonia eiecimus? nōne scripsimus? nōne concionati sumus? nōne de euāgelio tuo sumus gloriati &c? Tūc dicet illis, Nescio vos. Stulti super zabulon, instigante diabolo, ædificant sola fide: etiam alios super Christum operibus bonis ædificare, hoc est, ad iustitiā multos inducere, non permittunt. Sed dies reuelationis ille amentiam eorum manifestabit, Matt. 25. 1. Thessa. 1. Euangelion est virtus Dei. per euangelion hoc, quod virtus Dei est, fiunt opera bona. Virtus ea ociosa esse nō potest. Securus est, quisquis in hac Dei virtute custoditur. Iudęi olim custodiebantur sub lege, donec fides Christi manifestaretur. Custodiebantur, ne in ethnicorum abyssum illaberent. Nūc nos in bono ope; in disciplina & obedientia religiosa custodit, ne in hęreticorum anfract⁹ & p̄cipi[tia] incauti procurramus. Qui sibi imperauit bene facere, de verbo hoc iudicare poterit. Valeat, cuius mens est peruersa. Veritas potest nos asserere. Tam eos, qui in fide etiam catholica, infidelium mores imitantur, nō posse saluari, vides Gal. quinto, primæ Corint. decimoquinto. Foras canes & venefici. Neque scortatores, neq; adulteri regnū Dei possidebunt. Scortatores & adulteros iudicabit dominus. Reddet vnicuiq; secun-

hęreditas patriæ q bus sit certa.

Hæretici in gloriā religiōis perfectæ, oculos intēdere nō possunt.

Euangelion virtus Dei, quid faciat.

dum fidem suã & opera. Opera eorum se-
quuntur illos. Hęc omnia declarabit illa di
es. Sequitur:

In quo exultabitis, modicum nũc
si oportet contristari in varijs ten-
tationibus: vt probatio fidei vestræ
multo preciosior auro, quod p̃ ignẽ
probatur, inueniatur in laudem &
gloriam & honorem, in reuelatione
Iesu Christi: quem, cum non videri-
tis, diligitis: in quem nunc quoq̃, nõ
videntes, creditis: credentes autem,
exultabitis lætitia ĩenarrabili & glo
rificata, reportantes finẽ fidei vestrę,
salutem animarum vestrarum.

verbũ crucis q̃d sit, hodie ne scitur.

Hanc veteres probarunt doctrinam, ob
soleta & situ obsita iam est. Nescitur hodie
quid verbum crucis existat, hoc in quo fi-
des probatur. Multum hodie de fide dispu
tatur: sed qui hic valent, sibi post principia
cauent. Dulce bellum inexpertis. Dormita-
tur hodie. Supino somno Ecclesiæ capita
sunt sopita. Editur, bibitur, luditur, in volu
ptate & in ocio bonum tempus male disp̃
ditur. Sed pij catholici, vosipsi vobis pro-
spicite. Quisque suæ animæ satagite. Sectæ
variæ insurgunt. Catholici parochi e paro
chijs suis propelluntur, regnant perfidi cir
cuncelliones, monastices posthabitores. re
gnant item sacerdotij sacramenti inficiato
res schismatici. Ingruit Machometistarũ
furor, excidũtur oppida, depopulantur re-
giones, captiui abducuntur fideles. Super-
est ergo, vt loca scripturæ consolatoria in
promptu habeamus: qualis est Matt. 5. Be-
ati estis cum persecuti vos fuerint, & dixe-
rint omne malum aduersum vos: gaudete
& exultate, quoniam merces vestra copio-
sa est in cœlis. De cruce fidelibus imminen
te, habes Matt. 10. 25. Ioan. 16. Actu. 12. 13. 1.
Thess. 2. 2. Thess. 1. Apocal. fere per totum.
Vera omnia. Non solum instat pœna, sed
& præmium. Cauete antichristos, præmia
bonis sua negantes. Nemo vobis palmam
[illegible]teruertat. Videte vt vocationem su
am quisque certam efficiat. Accedam⁹, cre-
dentes esse Deum, & esse retributorẽ om̃i-
um bonorum. Hac fide accedamus in veri
tate verbi Dei. Sic fiet, vt mortem huic vitę
infelici p̃feram⁹. Obserua Petrũ addidisse,

Martyres nõ om̃es vocamur

εἰ δέον ἐστὶ, hoc est, vbi op⁹ fuerit: siue, vbi ne
cessum fuerit, intellige Dei permissiõe. Cæ
terum sufficit esse confessorem, si Deus nõ
vocauerit ad martyrium. Vterque Christi
est apostolus, tam ille cui dicitur, Sequere:
quàm ille cui dicitur, Sic eum volo mane-
re, Ioan. xxi. Cyprianus duo martyria cele
brat, in hæc verba: Non enim semper sæui
unt Nerones, Domitiani, Decij ac Maxi-
mi: nunquam tamen cessat diabolus exer-
cere Christi militiam professos. Augusti-
nus quoque ad Sebastianum epistola cxlv.
de interna persecutione scribit, dicens: Be-
ata miseria, vitijs alienis tribulari, non im-
plicari: mœrere, non hærere: dolore con-
trahi, nõ amore attrahi. Et statim: Hæc est
persecutio, quæ omnibus pie in Christo vi
uentibus est communis: & tanto amarius,
quanto interius supplicium atque martyri
um hoc existit, teste eodem. Sed ille nos ve
lit sic manere, hoc est, illius sit nos immu-
nes martyrij velle. Nostrum est dicere, Fi-
at voluntas tua: ad vtrunq̃ illius gratia nos
paratos esse oportet. Christianismum re-
cte non profitemur, nisi nos ita vitam no-
stram instituerimus. Vitam nostram & ani
mas nostras perdere & negligere habem⁹,
vt ea in æterna inueniamus & possideam⁹,
Lucæ xiiij. Actu. 20. Fiat voluntas domini,
Actor. 21. De calice domini vide Matt. 20.
& 26. Sensus itaq̃ verborum Apostoli est:
Ne soliciti sitis de salute & de beatitudine,
saltem pergite credere, amare & pati: per-
gite, inquam, et nolite deficere. tempus bre
ue est. labor itidem vt breuis sit, oportet.
Aeterna vero gaudia & varia meritorum
præmia, laborem eum momentaneum ma
nent. Hic tempus est lugendi, illic gauden-
di. Hic necessum est hominem probari, il-
lic probatos coronari. Oportet docimion,
hoc est, probatiõem, fidei hic verum & syn
cerum argui. Fides, cuius periculum non
est factum, est similis auro necdum expur-
gato. Qui non est tẽtatus, quid sciat? Crux
glorię mater. Aliud ad gloriam, præter cru
cis, iter non est. Ignis purgatorius ille & ca
minus expiatori⁹, aurum facit preciosum.
Quo purgatius aurũ est, hoc etiam est pre-
ciosius. Christiano homini hoc igne nihil
debet esse vsitatius & celebrius. Nunc qui-
dem latet gloria ea, quæ in cruce est sita, &
quæ per crucem peti debet. Sed dies ille in
stans iudicij, omnia declarabit. Crucifixus
siquidem ipse, in ea apparebit gloriosus.
Videbunt enim tunc electi & afflicti, & si-
miles illi erunt, primæ Ioan. tertio. Non fa
cit passio huius temporis ad glorię eius am
plitudinem, Rom. octauo. 2. Corint. quar-
to. Ineffabilis & inæstimabilis est lætitia &
gloria ea, nos in regno cœlorum manens,
primæ Cor. secundo. Credimus fide indu-
bia quidquid id est. Sic etiam non dubita-
mus de metamorphosi ea, q̃ est apud Apo
stolum secundæ Corin. tertio: neque item
dubitamus de metaschematismo eo nostri
cor-

corporis, de quo idem agit in Epistola ad Philip.3. Summa est, nos innouationē manere, qua corruptibile incorruptibilitatē induet, mortaleq; fiet immortale, & vt summam felicitatis vnico cōplectar verbo, q̄ similes angelis cœli reddamur, 1.Cor.15. Matt.22. Sequit̃ apud Apostolū: Reportātes finem fidei vestræ, salutem aīarum vestrarum. Vides fidē finē suum q̄q; habere, manere vero charitatē, q̄ maior est, 1.Corinth.14. Sed vide finē fidei esse beatitudinem ipsam. Afflictio, angustia, periculū, mors, perditio, oīa euanescent, Apocal.21. Ioannis 16. Gaudia tunc incipient vera. Gaudia huius vitæ, sunt plena fraude & discriminum. Hic vt videas finem bonorum itē operꝝ esse beatitudinē, confer huc q̄d est apud aliū Apostolū 2.Cor.5. Apud vtrunq; apostolū vnū verbū est. Apud illum fidei finis, apud hunc facti seu operis præclari. Colliges hinc verā fidē, viuidā puta, esse operosam. Facit huc, q̄ etiā in Deo manere alius dicit eum, qui manet in charitate. Faxit Deus, fideles subinde bonis instemus operibus, in charitate manentes, vt ipsam quoq; perpetuo in nobis ꝑmansuram habeamus. Amen.

[margin: ...des finē ...ã est ...tura, ...tai ...ó uem,]

IN FESTO OMNIVM SANCTORVM.

Apoca. septimo.



ECce ego Ioannes vidi alterꝝ angelum, adscendētem ab ortu solis, habentē signum Dei viui, & clamauit voce magna q̄tuor angelis, quibus datū est nocere terræ & mari, dicēs: Nolite nocere terræ & mari, neq; arboribus, q̄adusq; signemus seruos Dei nostri in frōtibus eoꝝ. Et ego Ioannes audiui numerꝝ signatorum, centum quadragintaquatuor millia signati ex omni tribu filioꝝ Israel. Ex tribu Iuda, duodecim millia signati. Ex tribu Ruben, duodecim millia signati. Ex tribu Gad, duodecim millia signati. Ex tribu Aser, duodecim millia signati. Ex tribu Neptalim, duodecim millia signati. Ex tribu Manasse, duodecim millia signati. Ex tribu Simeon, duodecim millia signati. Ex tribu Leui, duodecim millia signati. Ex tribu Isachar, duodecim millia signati. Ex tribu Zabulon, duodecim millia signati. Ex tribu Ioseph, duodecim millia signati. Ex tribu Beniamin, duodecim millia signati. Post hæc vidi turbā magnā, quā dinumerare nemo poterat, ex oībus gentibus & tribubus, & populis & linguis, stātes ante thronum, & in conspectu Agni, amicti stolis albis, & palmæ in manibus eoꝝ. Et clamabant voce magna, dicētes: Salus Deo nostro, qui sedet sup thronum, & Agno. Et omnes angeli stabāt in circuitu throni & senioꝝ, & q̄tuor animaliū, & ceciderūt in conspectu throni in facies suas, & adorauerunt Deū, dicētes: Amen, Benedictio & claritas & sapiētia, & gratiarum actio, honor & virtus & fortitudo Deo nostro.

PRAEFATIO.

[margin: ...pūs Dei ...otentior ...ū huius ...undi.]

LEctio præsens declarat, Spiritū Dei potētiorem esse spū huius seculi. Diabolus, quę eius est inuidentia, electis semper se obicem ponit. sed dñs Deus custos Israel, bestiam eā iram suā totā euomere nō finit. Permittit illi pater cœlestis aliquid, vt ꝓbentur electi: nō tamen permittit tantum, quantū possit ille nocere. Spūs ille malignus tametsi gratiæ exciderit, vires tñ & naturā angelicā nō amisit. Poterit ergo supra fidē nocere angelica ea virtute, si permitteretur. Leo est, Draco est, Behemoth & Leuiathan est, viribus humanis maior est. Filius vero hominis, leo de tribu Iuda, tanquā homo Leuiathanem eū extrahit. Spiritū is suū nobis cōferens, etiā Behemotho facit esse potētiores. Accedit q̄ & verbum eius, gladius est vtrinq; acutus, cui etiā non præualet belua ea infernalis. Eius rei ꝑsens lectio nos submonet. Satanas sperabat etiā ipsum Iordanē se absorbere posse, sed etiā spe sua frustratus, electis nihil nocere potuit. Nō abludit q̄ Helias audiuit septē millia sibi dñm reseruasse à Bahalis cultu liberos, Multos & maiorem mortalium partem detinet capti-

uos ad suam voluntatem, vt Apostolus ait. Sed signatos tangere non potest. Gaudium est misero, socium habere in pœnas quanquam non minus ardeat, q cum pluribus ardet. Spiritus sanctus potentior est, potentes & liberos nos facit omnes: ea libertate & potẽtia si bene vti voluerimus, bestia ea nobis erit musca, sed negligentibus & acediosis leo est & draco. Quã rem egregie vides declarari in libro Iob. Exemplum etiam habemus in præsenti lectione, ipsam nunc tandem exponere Dei gratia adgrediamur.

Ecce ego Ioannes vidi alterum angelum, adscendentem ab ortu solis, habentem signum Dei viui.

Suprà dixit, se vidisse quatuor angelos in quatuor mundi partibus, stare ad reprimendos quatuor ventos, ne porro spirarẽt neq; in terram, neq; in mare, neq; in arbores. Quatuor hisce malignis vidit vnũ resistere angelum bonũ atq; præualere. Quatuor hi pestilentes, infernalem potestatem designant, siue eam in hoĩbus, siue per seipsum operetur satanas. Solet ille, quo adire per se nequit, suos mittere ministros, hęreticos & tyrannos. sed gratia Dei pręsens est antidotũ aduersus hasce viperas. Quatuor dicũtur esse angeli nocui illi, propter quatuor fines orbis terrarũ: orientem puta, occidentẽ, meridiem & septentrionem. Habent quatuor hæ mũdi partes suos ventos: oriens eurum, occidens zephyrum, meridies austrum, & septẽtrio boream. flatus hoꝝ, est quodãmodo vita mundi. Nisi eñ spirarẽt hi, cessaret generare natura. Neq; eñ proferret terra fruges, legumina & fructus, mare pisces non produceret, neq; aer volatilia ferret. Mortales quoq; ea calamitate non perire non possent. Hoc ipsum textus ipse declarat. sic eñ habet: Nolite nocere &c. Datum erat malignis, nocere. sed bonus ait, Nolite nocere neq; terræ, neque mari, neq; arboribus, quoadusq; signemus seruos Dei in frontibus suis. Per quatuor ventos, intellige oĩa breuiter quę ad vsum pertinent humanũ. Mystice vero ventus, q & ipsa aura est & spũs, significat spm̃ sanctum, q per quatuor euangelistas vniuersum viuificat mundum. Per hos etiam accipiunt S. doctores columnæ spm̃, quo euangelistarum collegæ spirent & ipsi sensum communẽ ad recreationem & viuificationem totius ecclesię. Nam quẽadmodũ quatuor venti principales, suos q̃q; habent collaterales, sic etiam euangelistas suos collegas voluit habere spũs sanctus. Vide quid

Satanas hæreticos & tyrannos, q̃ per se ptingere nequit, mittit.

Vẽti quatuor in libro Apocalypsi, qd significẽt literaliter & mystice.

hæresis moliatur, vide quid diaboli insidia tentet. Sanctorum pontificum eorum, q sensum nobis cõmunem ecclesiæ, verum puta euangelion, tradunt, abolere velle: qd hoc aliud est, quàm spm̃ sanctum auferre? Sed nihil efficient, fiet tandem manifesta eoꝝ vesania. Dñs Deus ecclesiam spiritu eo euangelico, hoc est, sensu cõmuni nunquã destituet, idq; propter electos. Plantatio à patre cœlesti plantata, manebit. Spm̃ sanctũ atq; adeo professionem catholicã, posse non iniuria vento conferri, liquescit, Genesis primo, Ioannis tertio, Actorum secundo, Vnus spũs est, Ephesiorũ quarto. dicitur tamẽ hic quaternus, propter opus hoc suum, quo quatuor fines terræ doctrina euangelica replet. Sic etiã dicitur spũs septenarius propter septenariũ numerum plenitudinis gratiæ. Septenariũ illum hæretici nõ norunt esse vitalem, vnde vituperant: signum manifestum, q bis sunt mortui, vt ait Iacobus & Iudas. Philosophi quatuor ventos ponũt principales, quod forte ex Homero habent, de qua re vide Gellium. Scriptura quoq; canonica quatuor enumerat, Danielis septimo, Zacharię secũdo & sexto, Matth. 15. &c. Iam ad anemocratores quatuor veniamus. Vẽtipotentes hęretici cũ ventis luctantur, decertant ventis Iudæi, pugnant ventis Turcæ, decernunt pseudocatholici. Potens diabolus, permittitur illi aliquid pro nostra culpa. Sed euangelion Chri sensus cõmunis, doctrinæ catholicę cõmissum, nõ membranæ & papyro, neq; scriptũ atramẽto & calamo fragili, sed in corda & animas fidelium, quæ maiori parte iam triumphant in cœlo, minima parte adhuc degunt in hoc mundo, tale euãgelion commendauit Deus pater digito suo, hoc est, spũ sancto, & merito sanguinis Chri, non cruore vel sepiæ, vel alterius bestiæ immũdæ. Quæ, malum, ergo mortalium audacia, q euangelico prætextu, euangelion verum audent impugnare? Ex se etiam priscos sanctos patres æstimant. Superbi, irritati, & affectibus deprauatis scribunt & clamitãt: putant ergo, & sanctos patres ex humano consilio scripsisse. Quod si ita esset, quis non crederet hominem homini pręualere posse? Sed dominus Deus merito Christi sanguinis, non solum apostolos & euangelistas ecclesiæ suæ dedit, sed & prophetas, hoc est, scripturæ canonicæ interpretes, doctoresq; ecclesiæ suæ æterna prouidentia excitauit atque vocauit. Misit ventos e thesauris suis, Psalmo centesimo trigesimoquarto. Hieremiæ decimo. Ventis ergo huiusmodi diuinæ vocationis, non poterit resistere spiritus infernalis cum omnibus suis ministris,

Catholicos scriptores hæretici [...] baces [...] primere [...]

Spũs sanctus & [...] catholic[...] vẽto [...] fican[...] fertur.

Euãgel[...] Chri [...] sus cõ[...] nis, co[...] brosa [...] ditum.

Hæret[...] neq; [...] tholic[...] patrũ [...] ramini [...] ctantur.

ſtris,ſchiſmaticis,hæreticis,tyrannis,Iudæis,Turcis,& Pſeudochriſtianis,Prouer.27. Tentationis ſuæ exorſa ab anno milleſimo qngenteſimo vſq; in hunc diem neqdquam luſit,haudquaquam ergo hodie aliquid efficiet. Lucta ea olim dicebat Theomachia Neroniana, vt apud Euſebium eſt videre. Culices & muſcæ citius aquilas & gryphos deuorauerint, quàm gigãtes hi, quantiquanti ſunt, Veritatem catholicam e medio auferant. Dicunt ſibi impij:

Audendum eſt aliquid Giaris & carcere dignum:

Audẽtes fortuna iuuat &c.

Sed ecce tibi, alius quidam bonus angelus mittitur,habẽs ſecũ ſigillũ Dei,cui nõ poſſunt reſiſtere quatuor atq; adeo vniuerſi illi maligni. Vnus ille qs alius eſſe poſſit,niſi vnus Deus,vnus Dei ſpũs,vnica veritas catholica,eccleſiæ vnius cõſenſus & ſenſus? Hic eſt virt⁹ & poteſtas Dei pſens, cui periculoſum eſt calcitrare & arietare. Ab ortu ſolis angelus ille venit. Oriẽns noſter Chriſtus, qui veritas eſt, qui lumen aproſiton, hoc eſt,inacceſſum (vt apud Apoſtolum 1. Timothei 6. eſt) habitat. Immo qui in ſinu Dei requieſcit, Ioan.1. Chriſtus,inquã, ille ſol iuſtitiæ, Malach.4. os fuit ſanctorũ patrum, qui per Chriſti ſpiritum docuerunt. Dei omnipotentis inſtrumenta, Chriſti cooperarij, librum viuentẽ ſcripſerunt in animas immortales. Obſignatus eſt liber ille. Sigillum aderat, atque etiamnum adeſt angelo illi vnico. eradi nõ poteſt. Manet profeſſio, manent ſacramenta, manet ritus & ordo adminiſtrãdorum ſacramentorũ,manet eccleſiæ diſciplina, manet denique ipſa priſca eccleſiæ gubernatio, maieſtas regalis, & ſolennitas omnis: quia ſignata ſunt omnia. Oleum & operam perdunt angeli quatuor Tænarij. Typus eius loci,eſt conſeruatio conſignatorũ in Aegypto, Exodi tertio, Angelus percutit qdem primogenita,ſed non domus ſignatæ,hoc eſt, Eccleſiæ filios,ipſamq; Eccleſiam. Atque hæc hactenus: nunc etiam ſequentia videamus.

[Angelus ...us, va... hæ... ...ibus ſi... ...i in ...onit.]

Et clamauit voce magna quatuor angelis, quibus datum eſt nocere terræ & mari, dicens: Nolite nocere terræ & mari,neque arboribus, quoaduſque ſignemus ſeruos Dei noſtri in frontibus eorum.

Angeli lucis hic videmus munus. Primo clamat atq; imperat,dein conſignat. Vtrinque bonus, vtrinque commodus & ſalutaris. Nocuos dure increpat & cohibet primo,poſtea ſtatim ad electos ſe cõuertit, atque ſymbolo Dei gratiæ eos ſignat, hoc eſt, characterem Dei illis imprimit, quo tanquam antidoto,ab hoſtili nequitia ſecuri eſſe poſſint. Poteſtas quatuor cacoangelorum, non ſolum erat eorum arbitrij & voluntatis, ſed & permiſſionis Dei. Voluntati malorum frena Deus remittit ad exercendum ſuos. Vbi volet, iterum compeſcere poterit. Verbo,dare pro permittere, vtitur ſcriptura frequenter, præcipue vero Actorum ſecundo,Pſalmo decimoquinto. Obſerua de voce angeli magna. Magnus dominus & laudabilis nimis, parua voce vti non poteſt. Magna vox, eſt potens vox, quia magnus dominus, omnipotens dominus. Magna vox itaque eſt, Nolite nocere terræ, mari & arboribus, hoc eſt, ſpiritui ſancto nolite reſiſtere, ſenſui communi qui verum eſt euangelion, nolite obſtare. Permittite opus domini ſaluum, Dominus Deus vult amentiam veſtram fieri euidentiorem. Vult Deus pater veritatem catholicam manifeſtatam & ratam. Vult omnes (puta electos, qbus manna * ea ſapit) ſaluari, primæ Timothei ſecundo. Præcipit hoc dominus, Marci decimoſexto dicẽs: Ite in vniuerſum orbem, & prædicate euangelion. Regnum cœlorum prope eſt, Matthæi tertio. Hæc eſt voluntas domini, ait dominus Zebaoth, Eſaiæ quadrageſimoſexto.

Dare pro pmittere.

Et in præſenti lectione colligere poſſumus, qui boni angeli exiſtant, quive mali. Hi incommodant Eccleſiæ, illi commodant. Hi diſpergunt & faciunt ſectas, illi vnitatem doctrinæ catholicæ protegunt. Sic etiam filij boni, ſunt acacij, hoc eſt, nemini nocentes, etiam ſi hoc facere poſſint. Clamitant boni, Spiritum nolite extinguere, pphetias certas & receptas nolite in dubium vocare, eccleſiam audite, Maieſtatẽ eccleſiæ nolite obnubilare, Solennitates eccleſiæ nolite intercipere, atque per hoc curſum euangelij nolite remorari. Romanorum nono, ſecundæ Timothei ſecundo, primæ Theſſaloniceñ. quinto, ſecundæ Theſſaloniceñ. tertio. Terra, mare & arbores, ſignificant omnia, quæ ſunt ſub cœlo. Omnia quibus humana conſtat vita, in tribus potiſſimum * conſiſtit. Arbores veſtitum præbent & quietis illectibilitatem: Fronde ſuper viridi, ait,

Angelorũ bonorum & malorũ diſcretio.

Tu tamen hac mecum poteris requieſcere nocte.

Item, Seres lanam ex arboribus ſuam colligunt. Terra fruges & legumina, butyrum ac lac profert. Mater potum ſufficit. Sed quoaduſque parcere coguntur

Angeli maligni nihil q̃d ecclesiæ ẽ, possunt abolere.

mali angeli? Semper. Tale damnũ non licet diabolo nũc porro mũdo inferre, quale olim intulit Chro necdũ nato, Acto.17. Sensum cõem, maiestatemq́ꝫ ecclesiæ non obstruet diaboli inuidia. Signata eñ oĩa spũs sancti opa. Sigillũ hoc virtutis excelsi, quod in die Pentecostes incepit, in finem mundi pmanebit. Dñs ipse, in ecclesia sua est vsq́ꝫ in finẽ mundi, Mat.28. Spm̃ suum ecclesiæ pollicit⁹ est paracletũ. Spm̃ sanctũ suum nõ auferet à suis, Psal.50. Sũma: Portæ inferorꝫ nõ præualebunt ecclesiæ. Obsignatio certa est, nõ ea quę verbis fit, sed facti operis boni. Dicit eñ nõ signatis: Ite in ignem æternũ. Nudus fui, & me nõ contexistis: vagus, & me non collegistis. Nisi euãgelion factis expresserimus, parꝫ nobis proderit, Mat.5.6.7.25. Hebrę.6.10. Facit ad hoc, q̃ charactere Dei frõtibus nostris vult inscribi. Frons habet significationem pfessiõis oris, hoc est, lucis operũ bonorꝫ, ex q̃bus glorificatur pater cœlestis, Marc. 6. Luc.12. Matth.5. Hic firmat cõfirmatio sacramentalis: team euãgelici noui nostrates dicunt esse characterem Antichri. Spũs plane sunt fratres euangelici, nihil externi ferunt. Incipiunt à cõsecratione olei, ppediem etiã ad aquæ, panis & vini cõsecrationem venturi. Sed q̃d venturos dico, & non lugeo venisse? Transsubstãtiatio negatur, baptismi solẽnitas antiquatur: vides itaq́ꝫ etiã cõsecrationẽ aquæ, panis & vini fraudem perpeti. Perpetitur aũt ab euãgelicis fratribus, q̃ plane sunt spũs: vnde externas benedictiones peius execratione auersantur. Nõ vident miseri, Deũ per huiusmodi externa præsentẽ opari. Consignationis præsentis typũ vides Ezech.9. Legis ibi, Deũ viro vni dixisse: Vade per medium ciuitatis sanctæ, & cõsigna eos q̃ lugent statũ synagogæ puersitatẽ. Signũ ha Thau, exprimit discretionẽ bonorꝫ & malorꝫ. Signati sunt, q̃bus tam abusus nõ sunt cordi, q̃ hæresibus offendũtur. Non signati sunt, contẽptores & irrisores, characterẽ bestiæ referẽtes, hypocritæ & hęretici. Pastor q̃sq́ꝫ suos greges consignauit, Chri signũ est luctus & disciplinæ. Antichri signum, est præfractiõis, insolẽtiæ & vanitatis. Heb.11. V... eius signi declarationẽ exemplarẽ. Cui⁹ etiã in sequẽti periodo expssum vides documentũ. Ad sequẽtia ergo abeamus.

Cõfirmationis sacramentũ fundatur.

Signũ ha thau discernit bonos à malis.

Et ego Ioannes audiui numerum signatorꝫ, centum quadragintaquatuor millia, signati ex omni tribu filiorum Israel.

Hic Ioannes loq̃tur, quẽadmodũ & angelũ magnũ locutũ iam recensuit. Testat se audisse, quemadmodũ paulo ante se vidisse cõmemorat. Fatetur se primo vidisse quatuor angelos pestiferos & malignos. Postea dicit se audisse clamorẽ angeli boni, dicentis: Nolite nocere &c. Hic dicit se aurib⁹ hausisse numerꝫ signatorꝫ. Nõ vult Deus perire cum malis etiã bonos, q̃ etiam malis plerũq́ꝫ parcit ppter bonos: quod ita pręclare vides in parabola zizaniorꝫ, Mat. 13. Typum huius consignatiõis, per quam pij ab interitu fontium præseruãtur, habes Exod.3. & Ezech.9. Auditionẽ eam signatorum, Ioannes memoriæ tradidit in consolationẽ electorꝫ. Alioq̃ etiã desperabũdi, diabolo resistere cunctarentur, arbitrãtes ipsum etiã Iordanem absorbiturũ. Horrẽdum vero dictu est & hoc, q̃ numerus electorum collatus multitudini reprobatorꝫ, perquàm est paruulus. Quota eñ pars est numerus centũ quadragintaquatuor millium, ad numerũ populi vniuersi, toties in libris Numerorꝫ & in chronicis Regũ recensiti? Vides adimpletum oraculũ Esaiæ, dicentis: Etiam si numerus populi Israel fuerit tanquã arena maris, saltem tamẽ reliquiæ ad El gibbor, hoc est, ad Deum fortem, conuertentur, Esa.10. Conuerti hoc, Aplus interpretatur saluari, Roma.9. Huc pertinent parabolæ de inuitatis & vocatis pluribus, & de electis paucis, Luc.14. Mat. 22. Parabolæ iam citatæ, videntur Iudæos plane oẽs à regno cœlorꝫ secludere, adeo paruus est numerus electorꝫ, collat⁹ copiæ & vi reiectorꝫ. Cæterũ per se optimus est & maximus. Certum eñ est, multos Iudęos conuersos ad dñm per prædicationem pœnitentiæ Ioannis Baptistæ, Matthæi 3. Luc.3. Et parabola vineæ etiam ex Iudæis operarios habet, Matthęi vigesimo, In propatulo item est, multos Christi doctrinam recepisse. Deniq́ꝫ item Acto.2.3.4.5. videmus identidẽ turmatim Iudæos ad fidem Christi aduolitasse, idq́ꝫ tanta frequentia, vt in die Pentecostes baptizati tria millia commemorẽtur. Fidelium eorum q̃ ex Israel ad Chrm̃ peruenerunt, apostolus pręcipue fuit Petrus, quemadmodũ & gentium apostolus dicitur Paulus, Galat.2. Sed (quod suprà dixi) collati pœnitentes & fideles cum præfractis & impœnitentibus, pauci videbuntur, iuxta Esaiam dicẽtem: Sear Ja sub Sear Jaacob el El Gibbor, hoc est, Reliquiæ conuertentur, reliquiæ, inquam, Iacob ad Deum fortem. Paucitatem eam euangelium quoque ipsum non celat Matthæi 7.22. Lucæ decimotertio. Dein & Iudæorum numerus paruulus est, collatus ethnicorum tot myrmecijs & chiliadibus, Deuteronomij septimo. Ioannes hic saltem vult exprimere, etiam quosdam Isra-

Bonos cum malis Deus perire non vult.

Numerus Iudæorum signatorum per se quidem magnus, sed collatus numero reproborum paruus.

Iſraelitarum eſſe vocatos, iuſtificatos & electos, Romañ. 8. Nõ potuit Iſrael plane abijci, qui Romañ. 2. & 3. præcipuis fidei prærogatiuis decoratur. Sed neq; adhuc ſunt omnino reiecti, Roma. 11. Et hoc loco, primo tanquam præcipuæ dignitatis recenſentur. Recenſionem ipſam audiamus.

Sequitur textus:

Ex tribu Iuda, duodecim millia ſignati.
Ex tribu Ruben, duodecim millia ſignati.
Ex tribu Gad, duodecim millia ſignati.
Ex tribu Aſer, duodecim millia ſignati.
Ex tribu Neptalim, duodecim millia ſignati.
Ex tribu Manaſſe, duodecim millia ſignati
Ex tribu Simeon, duodecim millia ſignati.
Ex tribu Leui, duodecim millia ſignati.
Ex tribu Iſachar, duodecim millia ſignati.
Ex tribu Zabulon, duodecim millia ſignati.
Ex tribu Ioſeph, duodecim millia ſignati.
Ex tribu Beniamin, duodecim millia ſignati.

[Iſraelis q̃ bonam partẽ eſſe ſaluatam ſcire re-...]

Explicat & reſoluit hic numerum centum quadragintaquatuor millium. Refert eccleſiam ſcire, etiam ex Iſraele multos eſſe ſignatos, id eſt, electos. Quod niſi ſciat, quis ſe ſaluandũ iri ſperauerit? Nobiles pręcæteris fuerunt duæ tribus, Iuda & Beniamin, vnde etiam animo præſenti Ioannes catalogum atq; nomenclaturam filiorum Iſrael per nomina ea exordiri & claudere maluit. Non tamen aliæ tribus gratiæ Dei vacuæ erant & extorres. Dan & Ephraim non recenſentur: ſed eorum locum occupãt duę tribus Ioſeph & Manaſſe, & ſic cõpletur duodenarius. Dan pręterit (vt Theologis placet) euangeliſta, quòd ex ea tribu naſciturum præuidit Antichriſtum, vnde & Nahas & Sephiphon, hoc eſt, coluber & vipera dicitur Gene. 49. Ephraim dicunt omiſſum propter Hieroboam, q̃ ex ea tribu erat ortus, idololatrię Iſraelis duorum vitulorum in Dan & Bethel autor, 3. Regum 12. Pro Dan & Ephraim, ponitur Manaſſe, frater Ephraim, nepos Iacobi ex filio Ioſeph, Gene. 48. Ruben tametſi nomenclaturæ caput occupet Gene. 49. tamen hic illi Iuda præfertur, propter gloriam Chriſti Ieſu, qui de tribu Iuda fuit, Matthæ. 1. Lucæ 1. 2. Vnde etiam noſter Soter dicit Leo de tribu Iuda. Dauid eius ſtemmatis quoque germen fuit non obſcũrum, Romanorum 1. Nomina enumerata, ſunt filiorum Iacobi, ex quatuor vxoribus ſuſceptorum. Nobile ſtemma, quod tanta diligentia toties recenſetur in ſcriptura canonica. Mirum, tam populoſam gentem tot tribuum, ſuam potuiſſe originem reſeruaſſe. Citra ſingularem ſpiritus ſancti gratiam, & citra præcipuam gentis eius curam & diligentiam, ſeries ea ſuccedentium ſibi patrum & nepotum, non eſt obſeruata. Obſeruata vero eſt ob certum & profundum myſterium. Chriſti incarnatio talem diligentiam requiſiuit. Digna itaque tanta obſeruatione. Tanta atque talis gloria filijs Iacobi atque adeo vniuerſo Iſraeli contigit citra omne meritum, ſaltem electionis gratia. Electi vero merito Chriſti. Dilexit tribus eas in dilecto, etiam ante mundi conſtitutionem, Epheſiorũ 1. Citra omne meritũ gratiã eam populo Iſraelitico contigiſſe, vides præclare in ep̃la ad Romanos & Galatas. Neque item eorum meritum obtinuit, vt hic conſignarentur: ſed conſignari eos voluit Deus, vt fidem ſuam declararet, Lucæ 1. Romañ. 15. Vides ergo & mera nobis gr̃a datum, Chriſto adnumerari: quippe qui ex lapidibus filij Abrahæ ſumus effecti. Spirituales ſumus Iſrael, filij promiſſionis, Romanorum 2. 9. Fides Chriſti facit nos Abrahæ filios, Romanorum quarto. Exemplum imitationis, religionis, obedientiæ & charitatis, deſignat nos eſſe ſemen iuſtum, Ioann. [...] ſtauo, ſemen * Iacob *ſecũdo. Iudæi hic fideles gentibus præferuntur, quia priores fuerunt in Chriſti corpore. Certis item rationibus in eccleſia illis primas deferimus, Romanorum ſecundo, Iudæo primũ, ait, &c. Cæterum quantum ad merita legis, nihil illis tribuimus. Immo hic dicimus, minimum in regno cœlorum, eſſe maximum illorum.

[Trib' Dan & Ephraim nõ recenſentur à Ioanne.]

[Nobile ſtemma filiorum Iacobi citra myſteriũ ...]

[nõ eſt tanta diligentia obſeruatũ.]

[Iudęis eſt de tribus q̃ tenus eccleſia primas deferat.]

Poſt

Post hæc vidi turbam magnam, quam dinumerare nemo poterat, ex omnibus gentibus & tribubus, & populis & linguis, stantes ante thronum & in conspectu agni, amicti stolis albis, & palmæ in manibus eorum. Et clamabant voce magna, dicentes: Salus Deo nostro, qui sedet super thronum, & Agno.

Gẽtiũ vocatarũ numerus infinitus.

De electione hactenus egit fidelium ex Iuda, nũc porro etiã agit de electis ex gentibus, quorũ infinitũ dicit esse numerum. Videmus itaq; Dei misericordiam esse infinitam, qui miseretur cui vult, Deũ se declarat omnium, Roma.3. Munificentiã suam in filij nuptijs declarat. Tempus gratiæ sic debuit adumbrari. Quod si pharisaic⁹ oculus hic nequam fuerit, non tamen Deus iniustus dici poterit, qui omnibus suã offert misericordiã, nulli facit iniuriam. Adhuc alias oues habeo, ait pastor bonus: eas q̊q; adducam, & fiet vnum ouile pastoris vnius. Paronomasiã pulchram habet veritas Græca ποίμνη & ποιμὴν, quasi dicat, pecuaria actio & pecuarius cura pastoria & pastor, Ein scheefferi vnd ein scheeffer. Ioã.10. Ex duobus gregibus vnũ fieri voluit vnus pastor, hoc est, voluit vt ex duabus gentibus fieret vna, Ephe.2. Statim ergo natus, Orientales reges sibi conciuit Matth. 2. Idem etiam Romanorum non repulit præsides, Matth. 8. Acto.10. Cananæos itidem recepit, Matth.15. Pastoris quoq; vox est: Amen dico vobis, q̃ multi venient ab oriente & occidente, & discumbent cũ Abraham, Isaac & Iacob in regno cœlorum, Matth.8. Lucas addit, à meridie & septẽtrione, cap.13. Libri Actuũ apostolorum sextum caput statim agit de vocatiõe gentium, & in eo statu fere pergit vsque ad finem libri. Ioannes hic populum eum innumerabilem ex ethnicis ad Christum conuersum, characterẽ salutarẽ quidem accepisse non exprimit: sed quoniam de signatis ait, certe & eos signatos innuit. Spiritus sanctus arrhabo est: baptismus, eucharistia, cõfirmatio & alia ecclesiæ sacramenta, eius arrhabonis sunt symbola. Quis ergo dubitat, etiam populum eum innumerabilem esse consignatum? Et præcedentia hoc dilucidant. Nisi enim consignati essent, angeli maligni illis manus intulissent atque deuorassent. Et nobis nulla alia gloria est reliqui, nisi signaculum sanctum. Hæretici Carolstadiani dicunt, esse superstitionem, se sancto signaculo crucis consignare. Viderint miseri & infelices, cui persuasionem eam referant acceptam: ecclesiæ catholicæ, an potius singulari feræ, quæ hodie vineam domini infandum pergit deuastare. Ecclesia catholica omnium nationum, sacramenta omnia signo sanctæ crucis & conficit & administrat. Noui apostolastri plane spirituales, externa omnia reijciunt, nouasq; ordinantias condunt, Carolstadianis & omnibus alijs delirandi ansam porrigendo. Putant miseri ecclesiam se catholicam, quam reuera auersantur fugitiui & desertores. Apostolus hic ecclesiam vniuersalem omnium nationum & linguarum, Christi esse testatur. Insani Saxones, zytho temulenti, sibi gloriam eam vniuersalem vendicant. Regio adeo nobilis non est, vt ingenijs & politicis virtutibus alias mundi nationes excellat. Nec item lingua Saxonica artium liberalium, & philosophiæ adeo fœcunda mater est, vt in illa tãquam in optima & nobilissima, omnes aliæ possint figurate intelligi. Omnes linguæ, dicit Apostolus. Nescias linguæ nomen mereatur, quæ barbaricæ linguæ Germanorum postrema est: huic elinguis, surdus & mutus omnium linguarum gloriam deferat: apud exhalatores zythi ecclesiam concludat insanus. Nos ecclesiam magnam non in vnico & eo frigido orbis angulo, vbi nihil nisi crapula, atque adeo libido & cætera hoc genus vitia regnant, quæremus. Nos ecclesiam catholicam, non apud vnicam natiunculam linguæ inexpeditæ, inuestigabimus: sed Græcos iuxtà atque Latinos scriptores, eos qui à tẽpore Apostolorum in hunc vsque diem floruerunt, & omnium meritorum laudem obtinent, perscrutabimur. Nec puto nos erraturos, si tot chiliades siue myriades sanctorum triumphantium, vni porco Sardanapalico prætulerimus. Neque enim Ioannes hic vnum zythi nobis edormitorem commendat, sed infinitam vim beatorum & eorundem consignatorum. Sic etiam se typus habet ecclesiæ, Respice, ait dominus Abrahæ, stellas cœli, Coh ÿ Heie Zareecha, hoc est, Sic erit semen tuum. Abrahæ fides & obedientia arguat, nõ Sardanapali alicuius leuitas & temulẽtia, Genesios decimoquinto, Genesios vigesimosecũdo, Romanorũ quarto, Galat. tertio, Iacobi secundo. Tamen ecclesiæ numerus arenam superat maris, Romanorum quarto, Psalmo 138. Postula à me, ait, & dabo tibi gentes hæreditatem, Psalmo secundo. Non ait: Obsecra, & dabo tibi gentem. Infinitam eam multitu-

Gẽtes ad fidẽ Chr̃i vocatæ, etiã sunt signatæ.

Hæretici signaculũ sanctæ cru

cis, sup[…] tionem [...] ns veri[…] rationem esse dicit.

Eccles[ia] oim n[ati]onũ & [lin]guarũ [Sa]xones [...] li esse [non] possunt.

Beati in candidis vestimen. triumphant. titudinem consignatorum, vidit Ioannes in vestimentis albis triumphãtes: sed non triumphantes, quod pontifices sanctos & omnes pie viuere instantes, fidem per charitatem operantem iustificare docentes, & hoc genus fidelium, nullis non conuicijs proscinderint, quòd libellis calumniatorijs & picturis propudiosis viros ecclesiasticos infandum notando, totum mundum oppleuerint: sed ꝙ omnia sua temporalia bona amore Christi reliquerint, ꝙ corpora sua in varia supplicia tradiderint, atque adeo crucem Christi portauerint, Luc. 14. Hic est euangelicus candor, euangelicaster Nigelle, magistelle noue. Candida vestis innocentiam significat, non Ciceronianam facundiam. Candorem eum nobis dominus commendat, Matthęi qnto. Conuersatio sancta ecclesiastica, vestis istæc est cãdida, infrà Apocalypsios sexto. De cruce suprà ait: Hi sunt qui venerunt ex magna tribulatione, non quam alijs intulerunt, sed quam ab alijs illatam sibi, gaudentes sustulerunt. Capite tertio dicitur de illis, qui vestes suas non contaminauerunt cum mulieribus. Quod facit contra spurcos lenones, apostolos Priapęos & Venereos, bigamiam & polygamiam statuentes. Non ad hoc lauit nos Christus suo sanguine, qui vult vt etiam vxorem & liberos sui amore relinquamus. Qualis Christi sanguis sit, vel ex eius vita & doctrina æstima, candor nimirum & lux. Verbum siquidem est lux & vita hominum, Ioannis 1. Sedens in throno, in veste candida est illus. Huc facit, ꝙ & sedens in throno, vestitus sit* norgæo, hoc est, veste alba. Agnus sine macula, rectè designatur in veste candida. Quare vero hoc? Nonne propter nos, vt simplicitatem columbinam & ouinam nobis commendari videamus? Hæc est victoria, qua in patientia possident animas suas beati. Coronati itaque, palmas triumphales in manibus suis ferunt. Nec inulti mortui sunt. Dominus vindex præsens est & potens, Infrà sexto, Athletæ fortes martyres Christi constãtes, in cœlo ante agnũ stantes, quid aliud sunt, nisi gloria Agni? Quare nomen eorum celebre est in terra? quare reliquias eorum exosculamur? quare natales eorum celebramus? Nonne propter ministerium Christi? Nonne in gloriam Christi? Gloriam sanctorum redundare in gloriam sancti sanctorum, ea quæ sequuntur, declarãt. ea ergo videamus.

Sancti sunt gloria agni Christi.

Et omnes angeli stabant in circuitu throni & seniorum & quatuor animalium, & ceciderunt in conspectu throni in facies suas, & adorauerunt Deum, dicẽtes: Amen. Benedictio & claritas & sapientia, & gratiarum actio, honor & virtus & fortitudo Deo nostro.

Vides gloriam beatorum redundare in gloriam Dei. Et quid sancti aliud quærunt, quàm gloriam Dei? Vides quàm dormitarit Vigilantius, cultum decentem sanctorum, qui in ecclesia receptus est, carpens. Clamauerunt magna voce sancti: Salus Deo nostro, qui sedet super thronum, & Agno. Salutem & omnem gloriam suam acceptam retulerunt Agno. Dicat Vigilantianus, vbi gloria Dei pręsentius illucescat, quàm in amicis & martyribus Dei? Verum est quod Chrysostomus ait, Cœlum esse, posterius conditum animã & corpus humaũn, in quo gloria Dei splendidius multo irradiet, quàm in elemẽtali creatura illa, quæ supra nos est. Quis non os & cor in laudem Dei aperiat? quis non in Dei gloriam penitus rapiatur, audiens, legens, atque oculis animæ videns vigintiquatuor seniores in thronis quoque suis, circum agnum sedentes, cãdida, agnelli nimirum, veste redimitos, aureis coronis regium decus prę se ferẽtes? Et quis tam vesanus esse possit, qui gloriã eam nõ videat esse agni, cum ipsi omnem gloriam Agno referant acceptam, proni ante Agnum procidendo, coronas suas Agni pedibus prosternendo, & incessanter canendo: Sanctus Sanctus Sanctus dominus Deus Sabaoth, qui erat, qui est, & q vẽturus est, &c. Tantũ habet hæc facies gloriæ Dei energiæ, vt permoueat exercitus cœlestes ad gloriã gratiæ Dei prædicandam. Visis tantis magnalijs Dei, visis tantis sacramentis glorię Dei, sese Agno ꝓstrauerũt, vnà cũ sanctis Deũ laudando atq; dicẽdo: Benedictio & claritas & sapiẽtia &c. Felices oculos Ioannis, qui hæc omĩa viderunt. Omnes sancti Dei intercedant pro nobis supplices domino Deo, vt ꝑ meritũ Agni, oculos q̃q; nostros ad tanta magnalia sua videnda, aperire dignetur, ad suã solius gloriam. Visio [illegible], præsentissimum est frenum gloriæ gratiæ Dei. Angelos Agno prosternit, freno eo nos infrenare dignetur, cuius omĩs est gloria, & sine quo nihil possumus. Ipsius nomen sit benedictum nunc & per omne seculum. Amen.

Gloria Dei renidet gloria diuorum.

In festo S. Martini epistola quæratur supra de S. Nicolao.

FINIS.

Herme-

HERMENIA,

HOC EST, EXPOSITIO

Hiſtoriæ paſſionis dominicæ, ex quatuor Euangeliſtis congeſtæ, Georgij Wicelij diuinarum literarum interpretis eximij, & catholicæ profeſſionis aſſertoris præclari, iam recens Latinitati donata, per Gerhardum Lorichium Hadamarium.

INTEGERRIMO PATRI, DOMINO IOANNI RUDENSZHEMIO,

Eccleſiaſti & monachorum præfecto in mōte ſancti Ioannis Rhenigonię, Domino & fratri ſuo in Chriſto, ſibi plurimum & obſeruãdo & amando, S. P. D.



IBRARIVS ille, qui me ad vertendum Vuicelianã Poſtillam induxit, cunctatiōe ſua vix tantũ mihi curę ingeſſit, quantum honeſtus vir Petrus Quentelius diligens librarius, opus ipſum vrgendo me anxium reddidit. Illud vobis iſtic om̃ibus notum eſt, hoc multis apud quos hic dego, non minus eſt exploratũ. Ille opus mutilum, poſtillas puta euãgeliorum, ſerius quàm pro re eccleſiæ, excudere ſtatuens, pene me à vertendi inſtituto abſterruit: hic non ſolum epiſtolarum expoſitiones, verum etiam paſſionis dominicæ hermenias vnà cum euangeliorum exegeſi deſcribere ſedulo inſtans, ad intermiſſum officiũ reuocauit: quod non tam commoditati priuatæ, q̃ Reipublicę catholicæ, & quod ipſius itidem Vuicelij opinioni iſtac trepidatione conſulere videretur. Paraſceues ſacræ decus & cæremonias antiquauit noua ſecta. Vuetzflariæ parochum agens, horrendum dictu, vulgus leue ea die conuiuia iniuiſſe & choreas induxiſſe, ſchiſmaton perſuaſionibus dementatum, certo comperi. Hodie, dixerunt, redempti ſumus: haudquaquam ergo papiſtico more lugendum, ſed nunc bibendũ, nunc pede libero

Pulſanda tellus, nunc ſaliaribus
Ornare puluinar deorum
Tempus erit dapibus ſodales.

Hæc eſt illa egregia religio, luctus inimica, quæ etiam pœnitentiæ incunabula, doloris
vacua eſſe vult, perpetua Saturnalia & Bacchi orgia celebrans: digna propter quã, tan-
quam pro focis & aris, decertetur. Contra bellã eam religionem, præſertim ſanctę Para
ſceues cultus abrogatricẽ, quid ſuperioribus annis egerim, libellus meus, cui monoteſſa
ri paſſionis dominicæ elucidationem nomen indidi, arguet: quam vero gratiam pro ſtu
dio tali meo receperim, argumento eſt ſtatus is, in quo nunc quodammodo exulo. Para
ſceues itaq; ſacræ recepto ſtudens decoro, facile paſſus ſum Quentelij religioſum ſpiri
tu[illegible]d verſionem dominicæ paſſionis me inducere: quod prædicationẽ hiſtorię ſacro-
ſanctæ eius diei, ſolennitatũ præcipuam partem eſſe animaduerterem. Succurrit etiam,
ſcribaces nouæ ſectæ poſtillatores, paſſionis dominicæ demegorias vel parcius attin-
gere, vel ſilentio præterire: prouinciam itaq; eam vertendæ poſtillæ paſſionis eius ſaluta
ris, libens ſubij, cupiens etiam autoris opinioni conſultum. Eccleſiæ ſolennes ritus anti-
quari te ęgerrime ferre noui, quippe cũ ſic eccleſiæ maieſtas euaneſcat om̃is. Hic ſi quis
complicatam animi ſui rationem rite voluere voluerit, prima ſtatim fronte euãgelico-
rũ fratrum peruerſitatem obſtupeſcendam depręhendet. Reformationem ſibi eccleſiæ
arrogant: atq hoc illos inſyncere facere, vel inde potiſſimum liquet, ꝙ Paraſceues ſacræ
ſalutiferam ſolennitatem abolent. Nam ſi ex animo candido eccleſiæ reformationem
quærerent, officium Paraſceues ſaluberrimum cum primis prorogarent, cum eccleſiæ
ſacramentorum nihil abuſuum adeo ſit purum, atq; Paraſceues ſacræ ſolennitas. In cæ-
teris

teris ecclesiæ ferijs aut ocio indulgetur, aut crapulæ, aut verbi Dei declamatio Missarum nundinatione suffocatur, quorum fere nihil in parasceues solennitate videas. Augustin⁹ in lib. de decē chordis, ociū fœdū sabbathariorū carpit. Hierony. in epistola ad Eustochiū, saturitatē eam qua martyrū festa prophanant, insectat. Origenes super Exod. homi. 69. negat sabbathū rite celebrari, nisi in eo lectionibus diuinis aurē pbeamus, & de cœlestibus solicite cogitemus. Hæc oīa in parasceues ferijs plus q̄ alio ecclesiæ quocūq; festo, & omittunt omittenda, & peragunt pstanda: nō ergo reformationē ecclesiæ, sed destructionē & demolitionē meditari liquescit, q parasceues officia sacra antiquāt. Anathema sit Deo, qui reformationē syncerā ecclesiæ remoratur: sit & anathema, qui insyncerā meditatur. Amen huic piæ imprecationi te subditurum nō dubito, quē nihil aliud optare, q̄ vt scādala oīa tā hæresion q̄ superstitionū, e medio tollant, scio. Tibi ergo qualemqualē huius nostræ versionis operā duxi dicandā, nō dubitans eā te exporrecta (q̄d aiunt) fronte suscepturā, melioris reformationis specimen psentius præ se ferentē. Dein ex magnitudine beneficiorum in me collatorū, q̄ Vuicelio, vero Herculi, tot beluarum variarum, hæresion puta & hypocrision, extirpatori, Augiæ itē stabuli sordiū expurgatori, faueas, sine negocio conijcere possum. Mihi, q ne vmbrā quidem Vuicelij assequor, vtroq; noīe, hoc est, & amantē syncerææ religionis, & fugitantē abusuū, fratrē in Chro perpetuū te recepisti & pstitisti. Gratissimū ergo tibi quoq; fore scio, cp Vuicelianæ postillæ opus integrum, euangeliorū nimirū, epistolarum, & dñicæ passionis reddiderim, erratumq; chalcographorū, qui postillā passionis sacræ seorsim excuderunt, & sic Vuicelianis æmulis vtrinq; cauillandi occasionē suppeditauerūt, correxerim. Postremo oim, qualēcunq; dedicationem hanc Lorichiani pectoris gratitudinē spirantē, comiter te suscepturū non dubito. Meritis in me tuis par nunq̄ referre potero, habere vero & agere nunq̄ cessabo: certus te quoq; instar hoc syncerææ reformationis ecclesiæ, & pignus grati animi mei à zoilorū detractionibus asserturū. Infandū, veritatē patrocinia quærere: sed hæc, in quæ incidimus, tēpora, peruersitatē eā suadēt. Hyperaspisten si aut se alteri parti addiceret, aut vtriusq; delirationes dissimularet, plus vtrobiq; gratiæ Vuicelius noster haberet. Acharin ergo me vtriq; parti exhibeo, Vuicelianæ interpres postillæ. Pseudocatholicos alterā partem meo iure voco: sunt em̄ tragœdiarū huius tēpestatis caput & origo. Adeo verū est quod S. Bernardus super Cant. dicit: Plus longe nocet falsus catholicus, q̄ si verus appareat hæreticus. Et hoc scholasticū, vt tritissimū, ita etiā est verissimū: Simulata sanctitas, duplex iniqtas. Quadrat in balsamū (vt cū D. Grego. loquar) adulteratū hoc Martialis:

Quid quod olet grauius, mistum diapasmate virus,
Atq; triplex animæ longius exit odor?

Tibi ego & oībus quos zizaniorum vtrunq; genus male angit, placuisse studeo: cæterā turbam, ventres & beneficiorum ecclesiasticorum voragines, scandala mundi psentia, tam non ambio, q̄ schismaton & hæresion autores. Tuā charitatē dño Iesu in suæ ecclesiæ æternū decus cōmendatā volo. Vale. Datæ Moguntiæ apud Augustinianos 14. Calend. Martij Anno 1545.

Gerhardus Lorichius Hadamarius ex animo tuus.

POSTILLA SACROSANCTAE PASSIONIS CHRISTI, IN TRES PARTES DIGESTA.

Contextus passionis dñicæ ex quatuor euangelistis in vnū redactus, suprà in parte Euangeliorū de Tempore, vbi suo loco insertus est, quæratur. Nam expositio hæc, qa serius copiā eius interpres nobis fecit, suo ibi loco potiri, hac potissimū vice, nequiuit, studiosis alioqui nihilominus profutura.

SEQVITVR PARS PRIMA.

Textus Matth. XXVI.

Scitis quia post biduū pascha fiet, & filius hominis tradetur vt crucifigatur, (vsq;) qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum.



Charissimi, tempus Christi passioni prędestinatū, iuxta figurarū legaliū contextū, & iuxta nostræ salutis mysterium, festū paschale extitit, Exo. 12. Dies itaq; salutis, tempusq; acceptū simul institit circa ipsum festū azymorū

Tempus Chri passioni destinatum, fuit paschale.

morum agnus sine macula, cuius fuit auferre peccata mundi omnia, Ioan. 1. vltro sese oblaturus prodit. Debuit vmbræ corpus succedere, ænigma veritas sequi habuit. Cessare debuit imperfectio, vitulinus & cinis & sanguis, tempus perfectum absolutam victimam requisiuit, nempe eam de qua Apostolus 1. Corint. 5. Pascha nostrum immolatus est Christus. Iam video quorsum Christi verbū accipias, dicētis: Scitis quia post biduū pascha fiet. Sensus est: Ex Hebræis nati, typum obseruate legis, & mysteria signate. Oracula prophetarum figuræ adaptate. Eius rei vos identidem admonui, nunc instat, vt re ipsa explicē. In p̄senti paschatis tēpore, quidquid id est typi, elucidauero. Tempus meū prope est. volens atq; adeo prudens ego ipse offerar, patri cœlesti vsq; ad mortem crucis obsecundaturus. Dies paschatis Iudæi, etiam vocabantur azymorū, quod nefas fuit in diebus illis nisi azymis vesci Iudæis, secundū legem Exo. 12. Leuit. 23. Nume. 28. Quinta eius hebdomadæ, parasceuen antecedente, dies illi incipiebant: sub noctem eius diei, Christus eucharistiæ sacrum instituit. In die parasceues crucem sanctam soter noster subijt. Tertia paschatis requieuit in sepulchro, quarta resurrexit à morte. Sed historia sacra omia ista declarabit. nos ergo ipsum porro videamus. Sequit:

Hebdomas paschalis & dies azymorū, idē significāt

Textus Matth. XXVI.

Tunc congregati sunt principes sacerdotum & seniores populi in atrium (vsq;) Non in die festo, ne forte tumultus fieret in populo.

Refert ad Christi passionis elucidationem, scire quibus Christus potissimū grauis fuerit visu. Inuidia cæca, auaritia cæca, ambitio cæca, omnis nequitia & malitia deniq; cæca. Suapte itaq; excæcati malitia, arbitrabātur se obsequium præstare Deo, Christo manus (tanquā pseudo prophetæ Deut. 13.) inferendo. Ingeniosus liuor. nō deest causa nocendi inuido, modo adsit facultas. Satis nocens, qui est aut impotens, aut patiēs. Consilium ergo inierūt, quanā opportunitate ipsum perderent. Personā viderunt crucis: neq; Deum neq; homines tam humilis hominis, gloriæ mundi contemptoris, vltorem sperabant fore. Sic & fratres Iosephi arbitrabantur parui momenti rem, occidere puerū. Sed quid Iosephum Christo confero? Nulla profecto comparatio hominis ad Deum. Sanguis ergo Christi, inultus permanere non potuit, quia neq; Iosephi innocentia vindice caruit. Mirū vero non est, postea Iudæos Christi apostolis quoq; infensos fuisse, atq; similia illis fecisse, Acto. 4. 5. 6. 22. cū etiam illum non sint veriti, quem hæredem vineæ esse cognouerunt, quem se filium Dei declarasse animaduerterunt. Sed vindicta sua filio Dei non defuit, Luc. 19. Neq; deerit omnibus qui pro Christi nomine persecutionem patiuntur. Obserua culpæ aggrauationem, dies magnus sabbathi instabat. dicunt ergo, Non in die festo, ne forte tumultū excitemus in populo. Tumultū populi timent, & mouentem Deum tonitru contemnunt. Non sabbathi sanctitatē, sed populi verentur celebritatem. Vide, hypocrisis quanta existat pestis. Iesum Nazarenum verū prophetam, immo etiā filiū Dei norunt. timuerunt ergo, ne qua plebs se Christi defensorem exhiberet. Sed vulgus bestia est multorū capitum. Prouerbialiter dicitur vulgi incōstātia. Christus quoq; ipse se vulgo nō credidit. nouerat enim quid in vulgo lateret. Hæretici vulgi auræ captatores, vanissimi non esse nō possunt: nihil ergo proficient. Dum tempus tenebrarū est, furor eorum locum habet: sed Deo placato, & nubibus atris amotis, euanescit ipsorū molimen instar vaporis. De sacerdote magno dictū est dominica Iudica. Pontificatus nō erat apud maiores per vices alternandus: sed hic vides venalitiū factum, & per vices vsurpatum. Vide Theophylactum. Peccatū peccatum trudit. habet iniquitas suos gradus. Nemo (vt Chrysostomus ait) repente bonus, nemo repente malus. Non est iniquus Deus, qui huiusmodi nefarios in peccata tradit. Culpa em̄ hominum hoc fit, non Dei. Caiphas dignus, in cuius ædibus concilium conueniret malignantium. Sequitur:

Hæretici auræ popularis captatores, euanid.

Textus Matth. XXVI.

Cum autem Iesus esset in Bethania in domo Simonis leprosi, accessit (vsq;) dicet & quod hæc fecit, in memoriam eius.

Felices nos Christianos, bona nostra si norimus: omnia em̄ Iudæorū sacrilegia, in nostrū bonū diuina mutauit clemētia. Sanguinarij Iudęi, consultant de nece Christi, qui mortuos suscitabat. Vitā ergo synagoga prodidit, quæ nobis contigit. Nobis itaq; vnguentū hoc, quod in ædibus Simonis leprosi in Christi caput sacrosanctum est effusum, salutare factū & mysteriū, & documentū. Mysteriū, quia transfertur regnum & sacerdotiū. Documentum spei in Deū. Aporiamur, at nō destituimur. Nostra gloria est inter bonā famā & contumelias, 2. Cor. 6. Si mundus nos odit, qui Dei sunt,

Vnguentū in Christi caput fusum, sacramentū est & documentū.

sunt, nos diligunt. In Caiphæ palatio de Chri proditiõe & pditione agit, in domo Simonis Christus reficit. Hic pietas & cultus, illic crudelitas & sacrilegij meditatio. Vtraque relatio salutaris: hæc à prauitate absterret, illa ad pietatem allicit. De muliere ea quæ Christũ hic fracto alabastro vnxit, quæstio oritur, nempe ea, an idẽ opus sit hoc, quod est apud Ioannem cap. 12. & apud Lucam cap. 7. Tempore Origenis, Chrysostomi & Ambrosij quoq;, hac de re fuit controuersia. Sunt qui volunt eandem mulierẽ nomine Mariã Mat. 26. Marci 14. Luc. 7. & Ioan. 12. celebrari. Mariã quoq; hanc dicunt esse sororem Marthæ. Opinio istæc orta videt ex homilia de Maria Magdalena, quæ Origeni adscribitur. Sed Origenes ipse homil. 35. contrarium dicit. In homilia de S. Maria Magdalena, dicitur Maria Magdalena ea, quæ cum cæteris ad sepulchrũ dñi prima sabbathorum properauit vnctũ Christũ, hic in domo Simonis myron preciosum super sanctum Christi caput effudisse. In homil. 35. Origenes negat omnino Mariam sororẽ Marthæ, fuisse peccatricem eã de qua agit Lucas. Contendit tres fuisse, vnã quam celebrant Matthæus & Marcus: aliam, cuius mẽtionẽ facit Lucas: tertiã, eam quã Ioannes cap. 12. Christo officiosam extitisse cõmemorat. Dicit item fuisse, qui quatuor Marias faciant. Cõtrà Chrysostomus dicit esse, qui vnam atq; eandem celebrari apud omnes euãgelistas contendant, se vero arbitrari, vnã esse, cuius mentiõ fit apud Matthæum, Marcũ & Lucam: aliam vero esse eam, quã Ioannes vnctricẽ Christi prosequitur, sororem Marthæ. Theophylactus adstipulatur Chrysostomo. Ambrosiũ qq; huius loci scrupulus mouet. Inter cætera ait: Potest ergo non eadẽ esse, ne sibi contrarium euãgelistæ dixisse videantur, Lib. 6. super Lucã. Eandẽ esse eam, quã Matthæus & Marcus prędicant, dubiũ non est. Cæterũ cũ delibutio ea, de qua Ioannes agit, etiã Bethaniæ facta sit, idq; in eodẽ tempore paschali, consectaneũ est, eandẽ quoq; ab euangelistis Matthæo & Marco celebrari. Atqui in dubio relinquitur, an Bethaniensis illa Maria Christum bis leuerit intra dierũ septem aut octo spatiũ: primo nimirũ pedes, vt est apud Ioannẽ, secundo caput, vt est apud Matth. & Marcũ. Supest adhuc quæstio de domo, in qua delibutiones hæ sunt factæ. Ex Ioanne apparet, vnctionẽ factã in domo Lazari, Matthæus & Marcus dicunt factã in ædibus Simonis leprosi. Theophylactus dicit quosdã olim esse opinatos, Simonẽ, Lazari, Marthæ & Mariæ parentem fuisse. Quod si ita

Scrupulus de Mariis Christi vnctricibus.

Scrupulus de pdibus in qbus Christus est vnctus.

sit, manet tamen scrupulus, an duo fuerint Simones, alter leprosus, alter pharisæus. Noua opinio fuerit, cõminisci duos Simones: qm̃ vnus & leprosus & pharisæus extitisse poterit. Verisimile ergo videtur, vnũ Simonẽ tres euangelistas Matthæũ, Marcum & Lucã nominatim expressisse, atque eundem esse in cuius ædibus Maria soror Marthæ Christũ apud Ioannẽ leuisse prædicatur: quanquã ibi nomen patrisfamiliâs non exprimatur. Peculiare est euãgelistis, alios eandẽ rẽ aliter describere, hoc ẽ, alios eandẽ rem clarius proferre. Historiæ præsentis non parua elucidatio, vel inde accipi potest, q̃ Lucas & Ioannes recensent Mariã Christi pedes capillis suis tersisse. Nodũ hic in scirpo ne q̃rere videar, p̃sentem locũ, cuius lectori decernendũ relinquero. Ad myron nunc: Stẽmen iakar, hoc est, preciosum vnguentũ, purum merumq; fuisse, euangelista testatur. Marcus ergo & Ioannes pisticũ, hoc est, approbatum, sophismate & mendacio siue adulteratione omni carens, vocant. Atq; hoc est, quod tanto precio ab apostolis sit æstimatum. Triginta denarij faciũt quadraginta aureos. Nardus mista balsamo, tale tanti precij facit vnguentũ. Nardinum oleũ hoc tanti precij, mulier pia pyxide non minus nobili, alabastro nẽpe, attulit. Vsus vnguẽtorũ apud veteres, potissimũ eius regionis indigenas, non erat infreq̃uẽs. Preciosius vnguentum vocabant regale. conficiebãt hoc ex nardi spica & opobalsamo, myrrha, casia, & cinamomo. Plinius adhuc cuiusdam vnguẽti nardini meminit, quod item ex nardo, balsamo, & alijs eius generis speciebus conficiebant. Præsens oleum de genere præstantiori fuisse, euangelistæ testantur. nos ex Maria Christi vnctrice, Marianum vocare possumus. Neq; eñ ex speciebus saltẽ, verũ etiam ex myropolis siue vnguentarijs vnguenta vocabant. Nardinũ vnguentum describit Plinius lib. 13. cap. 1. vbi de folijs nardi ait: Folium nardi principale in vnguentis. Dicit ibidem, nardũ Syriacam præstare cæteris. Mariæ vnguentum Syriacũ fuisse, dubium non est. Christũ siquidem in Syria vnxit. Item Plinius dicit, Nardinum vnguentũ adulterari herba quadã, cui nomen facit, [illegible]cam nardum. huic nardo pisticæ sophisticatæ contrarium est, quod euangelistæ Marianum vnguentum vocant nardum pisticã. Plinius quoq; dicit, vnguenta optime seruari in alabastris, lib. 13. cap. 12. Nardus pistica approbata, significat opera charitatis non fictæ, quę proximo in Chri persona debemus. Ait eñ: Quodcũq; vni ex minimis meis feceritis, mihi fecistis. Itẽ, Pau-

Vnguẽto precioso Christus vnctus.

Vnguẽtũ q̃ Chrũs vnctus ẽ, Marianũ vocare possum⁹.

nardus pistica significat bona fideliũ opera.

peres semper vobiscũ habebitis, si libeat, officijs charitatis illos afficere potestis. Origenes & Augustinus item de operibus bonis accipiunt. horũ oleum olere debemus, odor suauitatis vt simus Deo. Odor hic domum totã repleuit: nos q̃q; ita viuere habemus, vt oẽs ædificentur, 2. Cor. 2. Hilarius q̃q; ait: Vnguentũ boni operis est fructus. Facit huc q̃d Christus ipse vnctionẽ eã bonũ opus vocat. Odor itẽ est bonũ nomen, de quo ait: Melius est nomen bonum q̃ vnguentũ preciosum. Beatus q tali odore ecclesiã replet. Bone Deus, q̃ Maria etiamnũ ecclesiæ bene olet? Prædicabitur, ait, hoc euãgelion in memoriã eius. Iudas murmurauit, ipse odor pessimus, sentina & mephitis. Longe alio affectu murmurabãt discipuli. Peccauit diabolus, peccauit & homo: sed vtriusq; peccati magnũ est discrimen. Diabolus q suapte peccauit voluntate, hominẽ ad peccandũ illexit: sic & Iudas murmur discipulorũ commouit, ipse vero suapte prauitate mulieri fuit molestus. Correptio Christi itaq; discipulis profuit alijs, nõ Iudæ. Mariæ opus, spũs sancti fuit. dicit ergo saluator apud Marcũ: Præuenit vngere corp⁹ meũ. Cõseruabant corpora vncta à corruptiõe, Io. 19. Vnctio ergo Mariæ, fuit indiciũ mortis Chri instãtis. Verbũ itaq; seruatoris, discipulorũ corda perstrinxit, cũ significaret mortẽ suã fores pulsare, hoc ẽ, tps morti suæ p̃destinatũ adesse. Non obscurũ verbũ fuit, Me semp non habebitis. Calor solis vnus lutũ indurat & cerã liquefacit. Apostoli cõuertunt, peruertitur Iudas. Me semp nõ habebitis, idẽ est, ac si dicat, secundũ Augustinũ: Iuxta carnẽ quã verbũ assumpsit, iuxta plẽ Mariæ, iuxta corpus hoc q̃d Iudæi ethnicis tradẽt crucifigendũ. me posthac nõ habebitis. Alludit ad hoc q̃d idẽ ait: Modicũ & iam nõ videbitis me &c. Abbas Smaragdus huc adducit locũ Apli 2. Cor. 5. Quod si aliqñ Christũ cognouim⁹ secundũ carnem, iam non ita cognoscimus. Sequitur:

Opus bonũ edidit Maria autore spũ sancto.

Textus Luc. XXII.

Intrauit aũt satanas in Iudã, qui cognominabat Scarioth (vsq;) opportunitatem, vt traderet illum sine turbis.

Deus nõ est autor mali.

Homo liberi est arbitrij.

Nõ est autor mali Deus. Hæresis facessat Floriana, pereãt cũ Floriano portẽtõsi noui euãgelistæ, docẽtes Deũ facere malũ. Crederet vero malũ facere etiã effectiue, si homo liberũ non habeat arbitriũ. Catholicus cõtra vtrãq; hæresim hunc locũ obseruet. Scriptura nõ dicit Iudã fatali necessitate, sed furẽ & deprauatũ peccasse hominẽ. Neq; etiã peccasse autore Deo, sed instigatore diabolo. Per Iudã primo & per Iudæos diabolus Chri mortẽ intentauit, dein p ethnicos milites molimen hoc effecit. Traditus Chrs pro nobis per Deũ patrẽ & per seipsum, Rom. 8. Gala. 2. Ephe. 5. Per Iudã Acto. 2. Deus pater & filius, ipse (qm Dei opera sunt indiscreta) Iudæ proditionẽ in nostrã salutẽ cõmutauerũt. Gratis illi, hic auarus: illi salutis nostræ causa, hic aĩo proditorio sacrilegus & parricida. Quid vultis mihi dare? O execrabilis creatura, quid ita loqueris? O auaritiæ crimen, vt corda hominum excæcas. Iudas philargyriæ vitio Iesum filium Dei iam nõ agnoscit, in cuius noĩe ante miracula edidit. Prædicat hodie euangelion, p̃dicatur etiã Mariæ officiũ, bonũ opus, purũ, nõ contaminosum, nõ peccaminosum. Prædicat euangelion, culpat Iudæ parricidiũ proditoriũ. Præmium habet virtus suũ etiã in hoc seculo: quanto magis merces bonis operibus speranda est in cœlis, vbi habitat retributor omniũ bonorũ, Deus iustus iudex, qui haustũ aquæ frigidæ etiã suo p̃mio non destituit? O ergo in quãta gloria iam cũ Christo exultat Maria. O in quãtis tormẽtis cũ diabolo oĩs mali autore torquet Iudas. O diabolicos doctores, bona opera peccaminosa & minime profutura docentes. Iudas tale euangelion nõ fuit ausus proferre, vt suũ tegeret scelus. Vides itaq; hæreticos Iuda esse nocentiores. Lucas Iudã non solũ proprio noĩe appellat, sed & cognomen adijcit Iscariotha, propter differentiã alterius sancti apostoli Iudæ Thaddæi. Conuenit nomen. Iscariothis interpretatur, vir exterminãs, Ein schadhafftiger man. Exitiosus sibi, & quantum in eo fuit, etiã Christo exterminiũ parauit. Iscariothan eundem & apostolũ esse, peccatum aggrauat. Faxit Deus, tales hodie nõ videat ecclesia. Qui simoniæ student, exterminatores sunt: q abusus fouent, q oĩa zizania iã olim manifestata dissimulant, exitium moliunt. Iscariothæ ergo veri existunt. Ad apostolatum p̃tinet, esse Iudã siue Iehudã, hoc est, cõfessorẽ. Sed si q̃d oris cõfessione struas, & hoc ipsum vitæ impuritate demoliaris, iam Iehuda esse desinis, & Iscariothi esse incipis. Par culpa, par pœna. Is, q̃d apud †Matt. est, significat virũ, Sachar vero significat mercedem, quasi Isachar, & hoc nomẽ cõuenit auaritiæ & pœnæ. Quæ fuit hic mercedẽ iniquitatis, illic recepit p̃mium Dei æquitatis. Isachar nõ habet aleph, vt Isboseth & alia noĩa. Iudæ ergo nomẽ hoc nõ inuideo. Vocatur etiam Simon, id est, auditor. Euangelion audiuit, sed non præstitit. Iehuda etiam sic dictus est, q̃ũ cõfessor: sed

Traditus est Chrs, & p quos

Iudæ p̃ditoris cognomen Iscariothis, p̃ditori conuenit.

Hæreticorũ caput Iudas Iscarioth.

ſed oris. Viderint noui euangeliſtæ, quid ſit Chriſtum ore & non opere confiteri: euangelion audire, & non præſtare. Iudas primus hæreticus in nouo teſtamento, nõ modo propter ſimoniacam labem, ſed & propter operis boni detractionẽ, potiſſimum hic retulit hæreticos, Aetianum, Eunomium, Iouinianũ & alios, q vel ſolam fidem affirmabãt iuſtificare, vel q bona opera in cœlo merita ſibi negabant comparare. Noui ergo euangelici fratres eaſdẽ hæreſes excitantes, Iudæ q fuerunt, incipiunt eſſe etiam Iſcariothi. Simones item perpetuo permanere malũt. Sequitur:

Textus Matth. XXVI.

Prima autem die azymorum acceſſerunt diſcipuli ad Ieſum, dicentes: Vbi vis (vſque) & parauerunt paſcha.

Ad cœnam agni paſchalis, temporis & loci opportunitas vnà occaſione requirebatur. Occaſio ſiue cauſa fuit hœdus ſiue agnus: tempus fuit azymorũ hebdoas, locus fuit cœnaculũ. Hebraicum Mazoth, Græci vocant azymos, hoc eſt, abſq; fermẽto ſiue infermentatos. Hebdoas illa nihil fermenti ferebat, etiã ne in ipſis quidem ſacrificijs, Leuit. 7. 8. Morale: Eccleſia hypocriſios fermenti debet eſſe pura. Fermentũ Chrs ipſe exponit Luc. 12. Matth. 16. Marci 8. Cauete, ait Lucas, à fermento phariſæorũ. Matthæus addit, & Saducæorum, exponit item de doctrina. Marcus addit, Herodis. O vtinam eccleſia ab huiuſmodi fermento non ſit infecta. Apoſtoli ſoliciti de celebratione ſiue de epulo ſolẽni: Vbi vis, aiunt, paremus tibi comedere paſcha? In hoc q̃d rogitant, Vbi vis &c. apparet Chriſtum propriã domũ non habuiſſe. Declaratione obſerua paupertatis, & auerſare nomen Iſachar & Iſcarioth. Vulpes foueas habent, & volucres nidos: filius hominis nõ habet quo caput ſuum reclinet, Luc. 9. Obſeruẽt hæc magnates eccleſiæ. De ædibus magnificis vide Eſa. 5. Horrendum eſt ſub noĩe Ieſu Chr̃i, pauptatis doctoris, comedere domus viduarum. Petrus & Ioannes hic mittuntur ad quendam, mittuntur rogare Chr̃o hoſpitium, nõ mittunt̃ emptum palatia. Dicit ergo poſtea: Argẽtum & aurũ non eſt mihi: quod aũt habeo, hoc tibi do. Salutẽ habuerunt pauperes: diuitiæ iritamẽta mali. Petrus & Ioãnes apoſtolorũ præcipui. Alter amans, alter amatus, Ioan. 19. & 21. O eccleſiæ optimates felices, ſi alterũ eſſe ſtudeant. Sed amor mundi & amor nummi, nõ admittũt ad ſe amorem Chr̃i, paupertatis & fugæ mundi doctorem. Aduerte pie lector apoſtolos hos fere ſibi cohærere. Petrus hic in cœna annuit Ioanni, vt Chr̃m de proditore ſciſcitaretur. Ioannes ad ſepulchrũ, cui ante Petrum præcurrendo emicuit, Petro detulit, ipſum expectando. Epiſtolas reliquerunt hi eccleſiæ vterq;, ſuũ nomen referẽtes. Petrus dictus à petra Chr̃o. Ioannes à Chr̃i gr̃a. Nihil vterq; niſi q̃d Chr̃i eſt, req; ſuere. Mittuntur hic mẽſæ dñicæ ſtructores. Sed væ mihi, q̃ puenim⁹ põpæ? q̃ auaritiæ? Dñs Ieſus vineam ſuã viſitare dignetur & expiare. Miſſio ſignificat vocationem, cui conſentit ordo ſacerdotalis traducis ſanctæ. Qui ſe extra traducem eã ingerũt, miſſi nõ veniunt, paſtores & Chr̃i diſcipuli, ſed veri ſunt fures & latrones, antichriſti ſatellites, Hiere. 16. Ioan. 10. Roma. 10. Ite & parate, ait, in quo verbo humanitatẽ ſuam verã declarat. Hominis eſt ſibi parare victum. Nulli em̃, iuxta prouerbiũ, aſſa columba in os aduolat. Quod vero dicit, ad quendã: verbũ eſt diuinitatis indiciũ, quale illud apud Matt. 21. vbi ait, Dicite ad eũ: Dñs his opus habet: & continuo dimittet eos. Item illud Matt. 17. Mitte hamum in mare, & piſcem quem primo ceperis, ſtaterem in ore habere inuenies. Et hoc Ioan. 1. Vidi te cum eſſes ſub ficu. Hæc ad perſonam crucis ſemper referẽda. Qui paſſibile corpus aſſumpſit, is etiam oĩa nouit & potuit. Patiebatur vero, qa hoc nobis ſaltẽ ſalutare nouit, & hoc ipſum voluit. Hydrophor⁹ is, de quo hic agitur, ſitulã aquæ prædicitur portare. ſufficit hoc nobis ſcire, vt inde Chr̃i diuinitatem poſſimus colligere. Inepti ſunt q curioſe diſquirunt, in quem vſum aquam portauerit. Aquæ vſus oĩbus eſt freq̃ẽs hoĩbus, præcipue vero Iudæis, Ioã. 2. Quid ergo attinet rogare, q̃rſum aquam attulerit domũ? Apoſtolis nõ præcepit ſciſcitari de vſu aquæ, ſed vt baiulum ſequerentur. Nomen patrisfamiliâs etiã hic ſupprimitur, neq; id ab re. Sũt q dicant propter Iudã nomen patrisfamiliâs nõ expreſſiſſe. Certũ fuiſſe Iudæ, ſe dominũ proditurũ. Non ergo indicauit nomen, ne Iudas perturbaret euchariſtias inſtitutionem. Dicunt illi apoſtoli: Paſcha facio tecũ cum diſcipulis meis. Tempus meum prope eſt &c. Verbo Dei nihil adlaborandum. Præceptis Dei nihil aut eſt addendũ, aut detrahendum. Sufficit nobis ſolũ verbũ. Beatus q hoc audit & cuſtodit. Beatus q hoc elucidat, & per hoc ad iuſtitiam erudit multos. Magiſtrum vocabant Chriſtum diſcipuli frequenter, Matt. 8. 12. 19. 22. &c. Honeſta appellatio, titulus celebris. Magiſter Hebraice dicitur Rab vel Rabon, Græce didaſcalus. Doctorem etiã nos

Azymi morale.

Auaritiæ horrorẽ q̃d nobis incutiat.

Apoſtoli Petrus & Ioãnes ſibi ſubinde cohærent.

Chriſtus ſe verũ deum & hominẽ declarat.

nos vocamus. Item præceptor Luc.5.8.9.17. Græce epistates. Lacedæmonij magistratū suū ephoros vocabāt. Non intellige Christū in forensibus causis ephorū fuisse, cōtra hoc q̄d est apud Ioan. 19. sed pceptorē & moderatorē creaturarū omniū, dignū cui supplicet & cui obediat. Ephori huius tempus prope erat. Verbū hoc, diuinæ maiestatis manifesta est expressio. Astrologi delirāt, in cōstellatione tēpus fatale cuiusq; hominis sese inuestigare posse dicētes. De tēporib⁹ huiusmodi nemo scit, nisi solus Deus. Chrs itaq; volēs se ostēdere agnū Dei, atq; sua sponte mortis suppliciū subire, tempus suū se nosse significauit. Præsens vero locus parū admirationis retinuerit, si mathematicis fidē adhibuerim⁹, fata cuiq; homini sua pdicētibus. Facit itē ad deitatis manifestationē, q̄d ait, Et ostendet vobis solariū amplum. Anogeon quod est apud Lucā, Tricliniū apud Marcū, Hyperoon Act.1.9.20. diætam siue discubitorium in superiore parte domus significat. Cœnationem dicunt esse idipsum: sed in ędiū parte inferiori. Aula aliud est. Logodædali sunt, q lapidibus vel marmore stratum fuisse contendunt. neq; em̄ ex vocabulo estromenon hoc euincere possunt. Lithostroton qd sibi apud Ioan. ca.19. velit, vel pueris notum est. 2. Para.7. translatione recepta legimus pro lithostroton, pauimentum stratum lapide. Summa: Catalyma siue refectoriū amplum fuit & nobile, siue marmore, siue latere stratum. Ecclesiam significat, in qua omnia decenter fieri debent. Aedificandi rationē apud Ciceronem in officijs pete. Vide mammonista, vide aulice adulator, ne Cicero tandem iudex tuus cōstituatur. Vide schismatice, qua ratione sacra prophanis misceas. Augusta & cōsecrata domus ea certe fuit, quam tot nominibus omni seculo celebrandā reddidit pontifex vere magnus. Canones sacri contendunt *tui, Missah facere ad essentiā cōsecrationis. Etiam hac ratione cōsecrata domus illa ecclesiæ typus, q̄ in ea Chrūs Missæ sacræ primitias celebrauit. Sequit:

Mathematicorū superstitio.

Ecclesiæ typus submonet, vt in ecclesia oia decenter fiant.

Textus Ioan. XIII.

Ante diem festum paschæ sciens Iesus quia venit hora eius, vt transeat ex hoc mundo ad patrem, cum dilexisset suos qui erant in mundo, in finem dilexit eos.

Dixerat tempus suū adesse, oblatus est, quia voluit. Voluit autē, quia nos dilexit. Obserua, qua diligentia Ioannes causam eam, quare Christus mori voluit, explicet. Obserua periphrasin fati Chri. Non dicit Christū mortuū, sed trāsisse ad patrē, idq; ex hoc mūdo, vtiq; in cœlū, quod sedes est Dei maiestatis. Hoc etiā obserua, q̄d Platonici nō adeo lōge absunt à mortis cognitione. Vocant mortē metabasin, hoc est, transitū, puta ad vitā. Nostri iudices erunt, nisi nos rectius de transitu istoc sentiam⁹. Nos Christū nouimus, vnde etiā, quo iuit, nō scire nō possumus. Pręclare dixit Ioan. 20. Vado ad patrē. Sed quoq; animas caligo huius seculi obnubilat, eo quo Chrūs adscendit, oculos mētis intendere nō possunt: suapte ergo culpa neq; qd mors, neq; qd vita sit, norūt. Dicūt ergo: Moriēdū nobis est, sed nescitur qn̄. Migrandum, & ignorat quorsum. Chrs vero qd sub horā mortis suæ fecit? Suos amare perrexit. Amor temere susceptus, tanq̄ faciei rubor cito euanescit. Talis amor Chri non fuit. Simulatio longe est à veritate. Elegit suos ante mundi constitutionem ab æterno, ergo etiam in æternum amabit eos. Vsq; ad finem, emphatice est dictū. Exitus acta pbat. Argumentū amoris Chri est, eruditio, exhortatio, pedum lotio, exempli salutaris exhibitio. Deniq; eucharistię institutio, de qua sequitur:

Platonici nonnihil de morte cognouerunt, sed nihil ad nostrā cognitionē.

Christus nos ad finē dilexit.

Textus Luc. xxij.

Et cū facta esset hora, discubuit, (vsq;) in regno patris mei.

Tempus Chri prope erat. Desiderio desiderauit tempus hoc. Iustitiam esuriuit & sitiuit. Tempus crucis, proprie tempus Chri, q proprie personam crucis retulit. Tempus Christi, etiam proprie tēpus cœnæ extremæ. Tempus hoc, finis Mosaicæ legis. Baptismus succedere debuit circuncisioni. Eucharistia quoq; antiquauit phase & omnia sacrificia legis. Pridie ergo q̄ pateretur, paschalem agnū iuxta legis comedit præscriptum. Absumpto agno typico, sese victimā perpetuam vnam atq; eandē suis in specie panis & vini tradidit. Noctem cœnæ, intellige finem legis, atq; per hoc, exordium legis euangelicæ. Vnde ecclesia non in crepusculo vespertino, sed in diei accessu sacrum hoc tremendū celebrat. O sacrum conuiuium, in quo vita sumitur. O sacram horam, in qua salutis esca miseris mortalibus proponit. Tēpus hoc Chri, est tēpus acceptabile, tēpus cœlo gratum, mundo salutare, inferis horrendum. Desiderio, ait, desideraui hoc pascha manducare vobiscū. Posthac nō edam neq; bibam vobiscū, nisi in regno patris mei. Obserua hic Christi passionis sacramentum. Obserua Chri resurrectionis virtutē. Chrs rediuiuus cum suis edit & bibit, vtiq; in regno patris sui. Data est illi ois potestas in cœlo

Tempus Christi.

Christus in regno

...io nobil ...i edit & ...bis, idq; ...ceo mo ...io.

cœlo & in terra statim rediuiuo. Absorpta mors in victoria, noua q̃q; facta sunt omnia. Mortui non edũt neq; bibunt. Viuus vere Christus, vere cum suis, postquã à morte resurrexit, manducauit, nõ in regno Mosis, non sub vmbra mortis, sed in regno Dei. Regnũ Dei tunc institit, qñ lex plane erat absoluta, quando om̃ia cõsummata. Donec, ait, illud bibam vobiscum in regno patris mei. Q. d. Antequam omnia absoluam, regnum Dei ad vos nõ veniet. Nouum enim ordiri non possum, nisi vetus penitus confecero. In regno suo Christus conuiua, minister & cibus. Nouo ergo modo cũ discipulis suis in regno suo manducauit & bibit. Nec item de genimine vitis vulgaris, neq; item de grano segetis atque areæ vsus humani, quo ipsa esca & potus absumitur: sed pane & vino transsubstantiato, digestioni non obnoxio. Sacramentum item fuit, quanquam aliud, nempe argumentũ resurrectionis, ꝙ discipulis suis identidem apparens, cũ ipsis comedit & bibit, Acto. 10. Luc. 24. Et hoc nouum comestionis fuit genus, non humanę fragilitatis, sed potestatis diuinæ. Esca, nõ phantasma, sed regni Dei, vbi neq; fames neq; sitis, sed fides. Christus siquidẽ in veritate, & nõ in phantasmate resurrexit, vt ait Chrysostomus. Origenes neq; de argumento veritatis resurrectionis, neque de sacramento synaxios, sed de saturitate gloriæ, hoc est, de fruitione patriæ intelligit: quæ tum fiet, vbi filius patri regnũ tradet.

Ebionitarum error confutatur

Origenes item obuiam hic vadit Ebionitarum errori, qui ex hoc Christi exemplo contendunt, legem vnà cum euãgelio obseruandam. Sed infelices non accedentes sensui communi, ita hallucinant. Ecclesia, quæ synagogæ meta atq; coronis fuerit, nouit. Christus synagogam vsq; ad vmbilicum perducens, nouæ legis est auspex. Christus æternus est, ergo & regnũ Christi catastrophen ignorat. Desiderio desideraui, ex Psalm̃. 106. videtur esse acceptum, Vaitaðun Thaenað, Et desiderarũt desiderio. Conduplicatio hebraica, quæ in prophetis legenti identidem occurrit. Et hoc obseruatu dignum, Lucam potus bis mentionẽ facere, semel escæ. Hieronymus quoq; ait: Legimus in Luca duos calices, q̃bus discipulis propinarit. Desiderio desideram⁹ maioris spiritus hic catholicum aliquem audire, quàm temere aliquid proferre. Sequitur:

Textus Matth. xxvi.

Cœnantibus aũt illis (&c. vsq;) qui pro multis effundetur in remissionẽ peccatorũ. Marcus hic addit, Et biberunt ex eo omnes.

Textus Lucæ.

Et accepto pane gratias egit, & fregit, & dedit eis (vsq;) qui pro vobis effundetur.

Apl'us post addit, Hęc facite, q̃tiescũq; feceritis, in mei cõmemorationẽ. q̃tiescũq; em̃ comedẽritis panẽ hũc, & biberitis ex hoc calice, mortẽ domini annunciabitis donec veniat.

Verba euangelica obseruate, & cordibus vestris ea committite. thesaurus hic vitæ, hic ipsa salus. Conferte huc ea quæ suprà audistis, Cum dilexisset suos, vsque in finem dilexit eos. Passionis Christi effectus, est amor. Missa nihil aliud est, quàm agape, Christi erga nos amoris repræsentatio. Manet eius loci adhuc osculum pacis. Salutaris institutio, ritus sacrosanctus. Mysterium tremendum ab Apostolis, teste Dionysio, omnibus ritibus ĳs, q̃ etiamnum habet Ecclesia Romana, est exornatum. Meminit etiam eius rei Diuus Apostolus, 1. Corinth. 11. dicens. Cætera, cũ venero, disponam. Quæ, malum, ergo humana audacia, quæ sibi licentiam sumit abrogandi & variandi traditiões apostolicas? Ziska aliquis cocles, consul quispiam cerdo, immo etiam apostata excommunicatus, coionis sacræ sibi reformationẽ vsurpat. Reformationẽ p̄latis indicare cuiuis pmitterẽ. sed ecce equinũ sterc⁹ & puluerẽ nitratũ olẽs sanguinarius regulus, & cõsul mammonisticus, omnia quæ sanctoꝝ oĩm vsus approbauit, apostolica abolet, & loco eoꝝ *aniueles, nescio q̃s, nænias succenturiat. Hoc hodie euãgelion est, dignũ cui omnes subscribant mortales. Neoterica, scripturæ consentientia, ferimus, hæretica non item. Cæterum etiã longæ cõsuetudinis vsum, verbo expresso Dei pugnantem, apostolicæ traditionis esse negamus, sed magis prælatorum (vt vocant) ecclesiæ dormitantiæ adscribimus, nec vlla ratione dissimulandum censemus. Saluauit animã suam, qui dixerit: Domine, nõne bonum semen seminasti? Vnde habet zizania? Hoc qui vere dixerit, procul dubio abusus eos oderit, atque per hoc fugerit. Didymus Alexandrinus præceptor D. Hieronymi, tres libros scripsit contra pneumatomachos eos, qui tanquã pro focis & aris pugnãt, asserendo ea quæ neque in scripturis lecta, neque à quoquã ecclesiasticoꝝ veteꝝ vsurpata sunt. Noĩe Chri & ecclesiæ, Christũ & ecclesiã cõculcant. Neuter cõsuetudo. Alter vero veritas, altera columna veritatis. Excitare pie Iesu, & ecclesiæ tuæ tantam attende pturbationẽ ve-

Missa, Chri meritorũ repręsentatio.

Missæ abrogatio, horrendũ est malũ.

vexatur hinc hæresi & schismate, illinc vero abusibus. De eucharistia alibi egimus. Hic ergo locum eum prætereundum, breuitatis gratia paucis censemus. Sequitur:

Textus Ioan. XIII.

Et cœna facta, cum diabolus iam misisset (vsq;) propterea dixit, non estis mundi omnes.

Dixerat euangelista, Et cum dilexisset suos, in finem vsq; eos dilexit. Dilectionis eius hic habemus monumẽtum. Inter cœnandum surrexit: præcinxit se: præcinctus atq; operi accinctus, pedes suorum lauit. Dein legem antiquatam ostendens, eucharistias instituit sacrum, passionis suæ mysterium repræsentans. Facta cœna, δείπνου γενομένου, Cœna facta siue parata. Hæc dicit euangelista, vt crimen aggrauaret Iudæ. Q. d. Post tot & tanta beneficia, poterat tam benignum dominum prodere serui ingratitudo. Sed & hoc obserua, Manichæam hæresin hic damnari. Si Iudas suopte arbitrio libero tantum facinus non designasset, haud quaquam culparetur adeo in scriptura. Dein etiam Fotiniana damnatur hæresis. Diabolus hic mali autor ostenditur, non Deus. Augustinus vocat diabolicas suggestiones, non Dei. Exemplũ eius suggestionis vides etiam in Actis apostolicis, vbi Ananias cum vxore Saphira, non à Deo, sed à diabolo dicuntur tentari, Cap. 5. Satan dicitur, q͞a bonis obstat. Dicit͞ & ea de causa vectis, 1. Thess. 2. Vectem se & satanam statim in mundi exordio declarauit, Gene. 3. Non Deum, sed diabolum culpæ transgressionis autorem Adamus dixit esse. Nec item fratricidium Cain Deo poterit referri acceptũ, quod ipsum Deus ꝓhibuerit, dicens: Subtus te erit appetitus tuus, & tu dominaberis illi &c. Dn̄s Iesus oblatus est, q͞a voluit: volens ergo est etiam à Iuda traditus. Facit ad hoc verbum euangelistæ: Sciens Iesus quia om̄ia dedit ei pater in manus, & quia à Deo exiuit &c. Sensus est, Christus factus est patri obediens vsq; ad mortem. Item, Vt cognoscat mundus quia ego diligo patrem. De humiliatione Christi vide Philip. 2. Fides omnia concordat. Credimus Christum omnipotentem, patri nimirum & spiritui sancto consubstantialem, atq; eundem Mariæ filium, virgulam Iessæ, verum Deum & hominem. Hic humilis, illic sciens omnia, in manu sua habens omnia, Philip. 2. Esa. 53. Hebr. 2. Exiuit à Deo, ait sanctus Augustinus, & mansit cum Deo. Iterum reuertebatur ad Deum, nec reliquit mundum. Deus mansit, in mundũ veniens: homo mansit, In cœlũ adscendens. Hoc loco de humilitate agit euãgelista: Surrexit e cœna, exuit tunicam, talarem puta, nõ pectoralem. Accinxit se linteo. Accinxit se operi, q͞a per se ipsum officium & sacramentum erat executurꝰ. Accepta pelui & aqua, discipulorũ abluit pedes: & quo accinctus erat, extersit linteo. Officiũ Chr̄i hoc, heu mihi, quẽ nõ moueat? Quid cinis & puluis, Chr̄i pedes dedignaris, q tibi tuas lauit? Quidquid vni ex minimis meis feceritis, mihi feceritis. Quare Christum in minimis non honoramus? An forte Christum verbũ enerue & vanũ esse putamus? Verbum dn̄i in æternum manere, noui euangelistæ voce stentoria vsq; ad rauim succlamitant. Sed quo tusquisq; minimum tanquam Christũ cohonestat? Immo quis proximũ non fastidit? Theophylactus dicit nobis hic relictum esse officij exemplũ. De hoc officio lauandoꝶ pedũ vides itidẽ exemplũ Abrahæ Gene. 18. Loth quoq; exemplũ, Ibidem cap. 19. Officiũ hoc Ap̄lus nobis ꝑscribit 1. Tim. 5. Tempore primitiuæ ecclesiæ, podolutron (hoc est, lotio pedum) apud sanctos patres in frequẽti fuit vsu. Vide Acta diuorũ, Vide vitaspatrũ. Augustinus super Ioannẽ quoq; eius meminit ritus. Meminerunt eius etiã alij. Quæ ergo reformatio nostratium, huiusmodi officijs detrahẽs? Crede, & saluaberis, etiã si miseros tanquã gramen calces, immo etiam deuores, nouũ est euangelion. Papista est, anabaptista est, heuchler, schwermer, phantasta & insanꝰ est, q operibus bonis aliquid iustificatoriæ, virtutis tribuit. Exitijs monachis tale euãgelion lauandoꝶ pedũ nõ sapit. Monasteria huic potissimum officio sunt deputata. Quare nõ officiũ renouãt antiquatũ, monasticẽq; reformãt? Quæ noua illa religio, monasticen professos ducere vxores, & bigamiæ omne genus approbare? Augustinus in prædestinatis hæreticis nostros vel acu tangit, dicẽs: Peccemus, etiã secure faciamus, quod volumus. Chr̄s purgat nos. Hæc vox prædestinatoꝶ. Super epist. Ioannis. Mutuauerũt nostrates euangelion hoc ꝑdestinatoꝶ: quod tamẽ à catholico est diuersissimum. De ordine lotionis sibi præcipui duo patrum catholicorũ nõ bene consentiũt: alter eñ dicit, Chr̄m Petro pedes primo lauisse, alter vult à Iuda officium hoc nostrũ soterа esse exorsum. Neutrum certum ex scriptura fieri potest, nos vero primum magis probamus. Domine, ait Petrus, tun mihi lauas pedes? Q. d. Dominus seruo se vsque adeo subijciat, summitas se adeo mortalibus submittat? Absit. PETRVS approbauit verbum Abigail, dicentis ad Dauida, 1. Regum 15. Ancilla

Lib. arbitrij est homo.

Autor mali, diabolus.

Satan dicitur bonis obstãs

Christi pedes dedignat hõ, nõ abhorrescẽs suos sibi pedes lauare Christum

Reformatio nooorũ euãgelicorũ i pedũ lotione abhorret

cilla domini mei sum, ad vernarum pedes lauandos. Summitas vero infimatibus, generi humano puta, exemplũ humiliatiõis voluit relinquere, iuxta hoc Ecci cap. 3. Quo maior es, hoc te in oĩbus submissius gere. Vrbanitas tanta nostratiũ est, vt sine honoris præfatione, de lotione pedũ dicere sit nefas. Sed Christus aulicus non fuit, regni huius mundi fugitans, pedes suorũ lauans, officiĳ nobis exemplũ reliquit, idẽ etiam in hoc tanto officio & humilitatis exẽplo, salutare sacramentũ nobis abscondit. Sed ad Petrum reuertamur. Nõ lauabis mihi pedes, ait. Augustinus: Nõ patiar, nõ feram. Paulo suprà: Dñe, tu mihi lauas pedes? Quid tu? Quid ego? quid tu mihi? Chrysostomus: Tu mihi lauares pedes manibus illis, quibus cæcorũ aperuisti oculos, quibus mũdasti leprosos, qbus excitasti mortuos? Sed Petrus neq; officiĳ, neq; sacramenti scius, hæc non maligne dixit. Magister vero vtrunq; benignissime explicauit, dicens: Quod facio, iã nescis, scies vero postea. Mundi ingeniũ non fert, dominũ serui pedes lauare, Mat. 20. Luc. 22. Sed filius hominis venit ministrare, nõ ministrari. Mysterium vero ingẽs adhuc latitat in officio. Iam tanti mysteriĳ necdũ es capax. vbi vero fuero clarificat⁹, vtrũq; intelliges. Petrus horũ nihil intelligẽs, dñi seruitiũ recusauit. Abnuenti itaq; ait Seruator: Nisi lauero tibi pedes, non habebis partem in regno meo. Audi homo. Officium pietatis prodest, mentiuntur qui dicunt, Die gůtten werck gelten nichts, sie kunnen nicht behůtten. Vsq; adeo ꝓsunt, vsq; adeo ꝓtegũt opa bona, vt nisi ea habeam⁹, Chri gloriç cõsortes esse nequeamus. Partẽ nõ habere cũ Chro, est partẽ habere cũ Antichristo. Partem eã Iudas Scarioth, Simon magus, & aliĳ hoc genus hæreticorum & impiorum traduces, auide adeo arripuerunt. Petrus à Christo noluit auelli. Aliàs dixit: Quo ibimus? verba vitç habes. Hic quoq; pauidus ait: Domine, nõ solum pedes, verum etiam manus & caput Q. d. Imprudenter officium sanctum recusaui. Fiat voluntas tua sicut in cœlo & in terra. Chrysostomus in hunc locum ait: In recusando vehemens Petrus, in ꝑmittendo vehementior, vtrunque ex amore. Christum, quæ Petro reddat, audiamus. Qui lotus est, non indiget, nisi vt lauet caput: mundus enim est totus. Sensus est: nõ est quare tibi manus & caput lauem. Etiã lotus, e balneo pedem domum referens, immo etiam e balneo apodyterium atq; anaclinteriũ petentes, pedes coinquinãt. Mundus immundum citra contaminationem non tangit. Eia quàm apte sapientia

[Summi]tas [s]e infima [exem]plo exẽ[pl]ũ reliqt [hu]milia[ti]onis.

Opera bo[na] ꝓsunt,

[Pedes] [lo]ti pe[des], subin[de] [ab]luendi.

effatur omnia. Simile, omnibus modis ad animæ & ad affectuum humanorũ coinquinamenta accedens. Exponit se, dicẽs: Mũdi estis, sed non omnes. Notat hoc verbo proditorem, cuius cor occupat spũs immundus. Munditia quæ sit apostolorum, & quæ Iudæ Scariothis fœditas, hinc citra negociũ colliges. Huius mens erat deprauata: illorum simplex fuit & candidus animus. Iudas sus lotus, ad cœnum reuersus: huius posterius malum, peius est effectũ. Apostoli aliĳ in baptismali permãserunt fide. Pedes vero eorum, qui abluerent op⁹ habebant, quia tanta est carnis fragilitas, vt etiam septies in die cadat iustus & resurgat. Caput & manus, significant interiorẽ sanctimoniam, quæ etiam manet pedibus cõtaminatis, hoc est, carnis fragilitate delinquente. Illic baptisterium, hic abluit podoniptrum. Qui nos gratia baptismi perfundit, idem postea sordes humanæ fragilitatis gratia pœnitentiæ emaculat. Semel baptizamur, identidem vero pedes nostri abluunt. Pedes etiã in baptismo expurgãtur, sed postea mũdi inquinamẽtis rursus coinquinati, podoniptri mysterio repurgantur. Audiat hic D. August. Totus homo in baptismo fit cãdidus: verũ tãtisper donec in carne degimus, mundum calcamus. Pedes sunt affectus & cõcupiscentiæ, (sine qbus caro nõ potest esse) q̃ idẽtidem mundi illecebris iritant. Iritamen hoc facit, vt nemo citra mendaciũ dicere possit, peccati vacuus sum. Subinde ergo pedes nostros lauat, qui patri in cœlis pro nobis sese ostẽdit. Nos q̃q; directionẽ gressus pedum nostrorũ q̃tidie petimus, dicẽtes: Dimitte nobis debita nostra &c. Vide ipse Augustinũ. Theophylactus q̃q; ait, nobis lauacrũ pœnĩæ ad q̃tidianæ & carnis infirmitatis mẽdas eluendas, supesse. Huius q̃q; toties mentionẽ faciũt prophetæ. Psal. 50. Lauabis me, & sup niuẽ dealbabor. Esaias q̃q; ait cap. 1. Lauamini, mundi estote, auferte malũ cogitationũ vestrarum ab oculis meis. Item cap. 4. Si abluerit dñs sordes filiarum Sion, & sanguinem Hierusalẽ lauerit in medio eius spũ iudiciĳ & spũ ardoris. Hieremias item cap. 4. Laua cor tuum à malitia. Loca huiusmodi sacramentum elucidant podoniptri. Sequitur.

Baptism⁹ pœnitenti est virtus.

Christus subinde pedes nostros lauat.

Textus Ioan. xiĳ.

Postquã ergo lauit pedes eorũ, accepit vestimẽta sua (vsq;) q autẽ me accipit, accipit eũ qui me misit.

Dixerat, quod iam facio, ignoras: scies aliquando. Hoc ipm hic declarat. Spiritus sanctus deniq; penitus rẽ ipsam expediuit.

Post

Exemplū Christi, eius sermonis postremi est exordiū.

Post pedū lotionem incipit concionem. Exemplū quod suis exhibuit, in concionis exordium accipit. Sic infit: Scitis quid fecerim vobis? Scitis, ait, quasi sciatis, dicat. Vidistis exemplū, discite sacramentū. Magistrum & dominū vosipsi me vocatis, idq; recte: sum enim & dñs vester & magister. Mihi itaq; pedes lauare debebatis. Sed ecce vobis hoc ego officiū pstiti, nec factum mysterio vacat. Tanta res primo submoneat vos humilitatis & officiorū charitatis: Dein pœnitentiæ & aliorū vos mysteriorū cōmonefaciat. Primo attendite, q̄ vsq; ad stuporē me vobis, vt semper submiserim. Dñs & magister vester, hoc attendētes, nō potestis non moueri ad similē humiliationē, q pulu is estis & vmbra &c. Chrs vere dñs & magister noster, quia & angelorum dñs est Matt. 11. Vnū cū patre, Ioan. 14. Sapientia æterna. Verbum, lux, & nostra vita grāde nobis reliquit hypodigma, hoc est, exemplum, quod qui non expauescit, nihil humani habet: quod qui nō studet æmulari, spūs Dei nihil habet. Pręclare hic Chrysostomus dicit: Qui sedet super Cherubin, proditoris pedes lauit: Tu homo terra & puluis, effereris & intumescis. Nunquid argilla preciosior est figulo? nunquid creatura creatore est potior? Si nō, quare ergo exemplū fastidis creatoris creatura? Creatura creaturæ officiū negas, quod tibi creator fecit. Forte arbitraris mortalem mortalibus præstare? Hoc nō esse, cōmunis ortus & obitus, morbi cōmunis infirmitas & hoc genus omnia arguunt. Officia humanæ conuersationis, magistratum bis cæteris obnoxium reddunt. Vnde debet, q cæteris præest, prodesse, & infra oēs infimos sese humiliare. Audiatur iudex omniū: Exemplum dedi vobis, vt quemadmodū ego feci vobis, ita & vos faciatis. Cauete spermologos clamosos, Solam fidē identidem iustificare, blaterantes. Primus sermo in monte opera bona nobis potissimū commendat. Secundus à bonorū operū commendatione incipit, & charitatis clauditur præcepto. Quod cuiuis gnaro præsentissimum contra Aetianam & Iouinianam hæresin est scutū. Hæretici negant prodesse bona opera. Sed prodest vere bonū opus, per quod vocationis veritas atq; adeo prædestinatio declaratur, & vnde Chri discipuli, atq; adeo digni regno cœlorum designamur. Opera bona q̄ prosint, tute vide in Chri concionum exordio & epilogo, Matt. 5. 6. 7. Luc. 6. Ioan. 14. 15. 16. 17. Iaco. 1. 2. Diabolus credit, & contremiscit: contremiscent item hęretici diaboli ministri, operibus bonis suā auferentes laudē, vitiorum omnigenū incentores, lenonū patroni.

Opera bona ꝓsunt, q̄a pdestinationis sunt augmentū.

Ad euāgelistā reuertamur. Nō de omnibus vobis loquor, ait, ego scio quos elegerim. Suprà quoq; ita distinguit à malo bonos. Bonos nō vult sua defraudare laude. Scriptura perpetuo celebrat pios, eadē carpit atq; cōdemnat fontes. Rogas, nōne Iudam quoq; iuxtà atq; alios elegit apostolos? Et quid est quod dicit, Nōne ego vos duodecim elegi? Respōdeo, Iudā electū fuisse ad apostolatū, & nō ad salutem, de qua ait: Beati estis si feceritis hæc. Dein per locum Ioan. 6. nihil inferent noui euangelistæ, qm̄ ibi statim in eadē periodo sequitur, Et vnus ex vobis ē diabolus: quod abunde docet, quatenus Iudas fuerit electus. Conditionalis ē ea, de qua ecclesia differit, prædestinatio. Notum ē hoc: Si nō es prædestinatus, bene viuendo fac vt prædestineris. Solem si speculeris attentius, oculos offendes: mel auidius vbi sumpseris, stomachum tuū tute lædes. Dauid in mirabilibus supra se nō ambulauit, sed in legis præscripto meditabatur die ac nocte. Præstat ergo bonis operibus ad quæ vocati sumus, sedulo instare: prædestinationis vero mysteria parcissime indagare. Iudæ proditio cuinam imputanda? Nonne ipsi Iudæ? Certe Dauid Iudæ culpam vel inde exaggerat, q̄ mala pro bono Christo tribuerit. Qui, ait, manducat mecum panem, magnificauit super me supplantationem. Habet commercium comessationis, etiam apud ethnicos suum sacramentum: quare ergo tantus atq; talis cibus eucharistias, sua non habeat mysteria? Hebraicum Higdil, hoc est, magnificauit, sane suam habet emphasin. Videbunt in quem cōspuerint, quem cruci affixerint. Filios enutriuit Deus, sed malam patri gratiam referūt Esa. 1. Hodie quoq; ecclesia ridetur, nemo est hæreticorum qui nō sit argutus in ecclesiæ sugillatione. Hodie apostoli habentur, qui saltē egregie ecclesiam Romanam, hoc est, oēs salutares ritus, communem omnium sanctorum professionem possunt sugillare. Nouum ergo euangelion bona opera prędestinationis neruum eneruat. Interim in mirabilibus Dei ambulare contendūt. Sed Christus ecclesiam errare non permittit, quia sponsam suam syncere amat.

Iudæ electio quæ.

Prædestinatio quā ecclesia nouit, cōditionalis est.

Hæretici ambulant in mirabilibus supra se, ecclesiā sugillātes.

Attende pie lector, Christum suum erga ecclesiam charitatem præcipue declarare, qui sponsæ suæ calicem eum propinet, quem vel cum primis charissimæ suæ propinauit matri.

Christus Iesus omniscIens, in persona Iudæ etiam hæreticos eos tangit. vtinam sentiant se notari. Tangi hæreticos & omnes ecclesiæ persecutores, liquescit infrà cap. 16. vbi ait: Hæc prædixi vobis, vt

vt cum venerit hora, eorum reminiscami ni, quia ego dixi vobis. Dei solius est præscire omnia. nostrum est, in Dei præceptis strenue pergere. Deum retributorem oīm bonorum, & vindicem mali oīs credere. Cæterum magna, & præsens discipulorum fuit consolatio, prædicta ipsis fuisse omnia. Sed ecce tibi, non solum prædicit Seruator instantia mala, sed & vnà contra omnia aduersa adfert remedia. Non solū contumeliæ suæ discipulos suos prædicit fore participes, verum etiam suā quoque illis potestatē pollicetur. Qui vos, ait, recipit, me recipit. O præsentissimam consolationem. Vnde colligere sine negocio possis, ecclesiam Christi charam errare non posse. Amat, ergo tantopere consolatur. Dixerat, Ecce ego mitto vos sicut oues in medio luporum, &c. Quod verbum si offendit, quare non cōsoletur hoc quod ait, Sicut misit me viuēs pr̄, & ego mitto vos: Qui vos recipit, me recipit &c? Quid honestius quàm in Christi recipi persona? Gradatio tam manifesta, quàm consolatoria. A discipulis ad magistrū, à magistro vsq; ad sapientiam, adscensus nobis insinuatur. Hoc est, à familia ad filiū, à filio ad patremfamiliàs nobis gradus parat̄. Obserua tamen & hoc, quod Christus hic loquitur secundum hominem: quod dico, vt Arrianorum errori occurram. Augustin⁹ hic hæreticos eos vehemēti impugnat spiritu. Humiliauit se, vt nos exaltaret. Nisi enim nobis se ita submisisset, nos ad tantā gloriam nunquam peruenissemus. Quis nunc gloriā generis humani verbis, immo etiam cogitatione assequatur? In Apostolis Christus ipse recipitur Matth. 10. Luc. 9. Immo quodcunq; vni ex minimis Christi fecerimus, Christo ipsi hoc totum referendum acceptum. Gloriosum, Abrahamum, Lothum & alios patres, angelos in persona peregrinorum atq; adeo pauperum recepisse: longe gloriosius fuerit, recepisse Christum. Gene. 18. 19. Heb. 13. Dicunt noui euangelicastri, recipere hoc, de quo hic agitur, nihil aliud esse q̄ credere. Vide pie catholice, quid tandem Euangelion fiet, si officia pietatis inde, quasi ad iustificationē & ad merita maioris identidem gratiæ & gloriæ inefficacia, separaueris. Culpam Iudaicæ perfidiæ hic collige. Grauiter peccat, & reus læsæ diuinæ maiestatis est, qui Apostolum Christi contemnit: quis ergo nō videat ter maximam esse Iudæorū culpam, qui ipsum etiam auersabatur Christum? Quantum ad consolationem, Christus hic ipsos Apostolos magnificat, ne qs vlla ratione Iudę proditionem bonis viris exprobrare possit. Nouit seruator Iudę propositum diabolicum: non ergo coronam ipsam apostolicam culpat, sed honestat. Antichristi ergo sunt, non Christi, q propter vnum proditorē, vniuersam temnūt ecclesiam. Sequitur:

Christus in cœna consolatur suos [...] me conso[latur].

[...]e pro [...]o apo[stolis] [...]is non ob[i]jcie[nda]

Textus Ioan. xiij.

Amen amē dico vobis, qa vnus ex vobis tradet me (vsq;) Cum ergo accepisset buccellam, continuo exiuit. erat autem nox.

Peccata paria non sunt. Axioma hoc etiam ratio humana improbat. vide ergo catholice pie, funestū esse recens hoc euāgelion, q̄d opiniones absurdas tales, etiā humanæ rationi luctantes, profert. Dicūt hodie, peccata omnia esse paria, nullum esse veniale. Et venialia omnia esse sequeretur, si arbitrij libertas homini deesset. Iam vero postquam aliud peccatum certa pertinacia fit, aliud ex subreptione & imprudenter committitur, apparet alia alijs esse grauiora. Aduerte quàm Iudæ crimē hic detestabile ostendatur. Conturbatus Iesus spū, ait: Amen amen dico vobis, vn⁹ vestrū me prodet. Spūs hic pro anima accipitur, quemadmodū etiam Ioan. 11. Cōturbatio spūs Christi, humanitatis est. Fletus, lassitudo, requies, Lucæ 9. Ioan. 4. & hoc genus alia, humanitatis quoque verę sunt exempla. Sensus est: Iudæ pertinacia, Christi animam commouit: cor Christi, tāti mali ęstimatio penitus perstrinxit. Iterum arbitrij & prædestinationis vides elucidationem. Artificem opus man⁹ suæ oblectat. Deus peccato offenditur. neminem ergo ex prædestinatione ad peccandum vrget Deus. Augustinus hic errorem propulsat Stoicorum, dicentium animū sapientis cōmoueri & conturbari non posse. Pereant, ait, argumenta philosophorum, qui negant in sapientē cadere pturbationes animorum. Sapientiā humanā stultitiæ reuincit sapiētia diuina. Nō propter mortem instantem Christus conturbatus, sed propter perditionem hominis præfracti. Christi vox q̄q; tristis, discipulorum coronā mœrore affecit oēm. Lamentabile plane verbū, Vnus ex vobis me tradet p[...] corruptus. Cuiusq; fidutia cōstans & nō ficta charitas, vetuit de fratre talē suspicionem cōcipere. Veritas coegit hoc tantū facin⁹ credere. Aporia itaq; siue pplexitas vehemēs fuit discipulorum, magistri afflictio hęc maxima. Nō inciuile fuit hic, Ioannem ad Christi pectus reclinatum obdormire: qā neque impium fuit, tres discipulos in horto somno victos stertere.

Peccatā paria nō sunt.

Stoicorū error confutatur.

Tristitiæ hoc adscribendum, non so-

cor

cordiæ. Christus vt & tristitiæ tali mederetur, & vt suspicationi occasionē repelleret, proditorem sacrilegū protulit, sed nō manifeste. Periphrasi & signo saltē discipulorū mœrorem abstersit. Poterat & verbū Chri, Iudæ correxisse pctm̄, sed curari noluit peruersus. Cor à diabolo obsessum, verbū Christi nō perpēdit, sed in p̄dam anhelauit. Magister suis partibus nō defuit. Qui intingit mecū in catinū, cui psomiū, hoc est, tinctū panē porrigo, ipse me prodet, ait. Apostoli partim rei nouitate & horrore obstupefacti, partim tristitia absorpti, partim charitate, quæ malū non suspicatur, obstante, potissimū vero Dei hoc nutu sic texente, proditorē ipsum dinoscere nō poterant. Perfricta fronte Iudas, tot Christi beneficijs subinde obstinatior reddebatur. Dissimulator cum cæteris quoq; ait: Dn̄e, nunquid ego sum? Nouit & expertus clementem, & inimicis suis pro malo bonū reddentem. p̄fractus ergo ait: Nūquid ego sum? Sapientia os clemētiæ aperuit. Respondit em̄, Tu dixisti. Iterū vtrinq; officiosus tam benignus dn̄s & magister, Iudā pœnitentiæ admonuit, & discipulorū cupiditati, qua proditorem proferri postulabant, satisfecit. Facit ad vtrūq; quod eadem eloquitur sapientia: Filius hominis vadit sicut scriptū est de illo. Væ autem homini per quem tradetur. Satius esset homini illi, non esse natum. O dolor, o pietas, heu quoties absterret & à proposito diabolico reuocare conatur impium. Sed ecce tibi quid diabolus possit vltro admissus. Suggestioni qui nō obsistit, in consensum rapitur: consentientis cor, & in proposito malo sese obfirmantis, diabolus arcem sibi occupat, & subinde magis atq; magis munit. Peccatū peccato plectit iustus iudex. Dissimulator buccellā intinctam iure, accipit, peccatū subinde aggrauans. Diabolus itaq; super tam ingrato & obstinato homine potestatem nact⁹, statim post buccellam cordi eius se ingessit. Admonemur hic, teste Augustino, ne bonū male sumamus. Aliud est quod accipitur, & aliud quo affectu sumatur. Psomium bonum erat: & manus hoc dans, & dantis animus longe optimus: affectus vero sumentis, peruersus. Eucharistia quoq; cū sumatur male, perniciose sumitur culpa sumentis, 1. Cor. 11. Bonū est, ait S. Augustinus, quod accepit Iudas, sed malo suo accepit, quia bonū malus male accipit. Obserua sapientiā omnia apte agere. Dedit Christus dissimulatori & amico fraudulēto tinctū panem, dissimulationē eam etiā vel sic notando. Tinctio panis, fictio Iudæ sibi consentiunt. Patitur etiam iustus iudex hæreticos talem sibi panem euangelicum iure scripturarū macerare sibi, & fucum sibi facere, prætextuq; veritatis. Scriptura mala non est euangelica, nec malū est iusculum prophetarū & legis, mel vtrūq;, fel vero est exitiosum animus superbus, bonis nō cōsentiens & intractabilis. Relinquunt suo errori hæretici: occupant à satana, qa necessum est vt sint hęreses in electorum exercitationem. Sed væ per quos tanta excitantur mala. Hæreticis quoq; dicitur: Quod facis, fac citius. Audi noue euāgelista. Quod facis, ait, fac. Non dicit, q̄d pater cœlestis facit. Quo tu ergo ore audis Deū mali autorem statuere, homini arbitrium negando liberū? Theophylactus hunc locū recte intelligit, dicens: Fac q̄d libet, ego vltrà nō remorabor. Scite quoq; hic dicit sanctus Augustinus: O verbū quale parati potius pati, q̄ punire. Sapientia obscure hic locuta nō est, sed obscurata mens discipulorū. Prclare loquebatur Iesus, sed claritatem eam non cepit obscuritas tristitiæ & pauoris discipulorū. Dixit de proditionis proposito Iesus, apostoli intelligunt de œconomia & officio apostolico Iudæ. Officium hoc dispensationis, ad q̄d loculos Christi sibi habuit creditos, Ioannes vocat Glossocomon. O horrorem, o pericula. Hodie non attenditur simonia. Sed heu mihi, proditur etiā sic veritas, scinditur inde ecclesiæ concordia, nascuntur schismaton & hæresion inde proseminaria. Et quid ignaui admiramur mammonistas? Nouit sapientia cui vanitatem huius mundi credat. Vanos vana decent. Dignum patella cooperculū. Simonistæ suggestum auersant, etiam si insigne gestēt doctoratus galerū rubicundū. Quid aūt curant? quid verbi ministerio præferunt? libellum redditūum, libellū in quo nomina sunt commissa miseræ plebis. Forū clerus hodie frequentans, etiā ipsum forū in chorum transfert. Faxit Deus mentiar. Ad textum reuertamur. Apostoli intellexerunt verbū Christi de festi sabbathi magni instantis cæremonijs, & rebus necessarijs cōparandis & ordinādis. Parasceue erat: sed non ad legem perpetuandā Mosis, sed ad euangelicam, quæ in charitate potissimū est sita, inchoandam, veteremq; absoluendam. Festiuitates itē legales agapen requirebant. Vanæ sunt feriæ, in quibus opus negligitur misericordiæ. Arbitrabant itaq; apostoli Iudā missum à Christo ad pauperes reficiendos. Sed lupo ouis commissa. Animus Iudę erat deprauatus, furto accommodatus, nō eleemosynæ. Pauperib⁹ si quid contulit, hoc syncere nō fecit. Vtinam hoc hodie syncere fiat. Augustinus mar-

Diabolus vltro admissus, ægre excutitur.

Bonū rite sumēdū.

Tinctus panis Iudæ datus, quid significet.

Simoniæ crimen p̄ditio veritatis est.

Perfecta religio q̄.

marsupiũ Chri dicit fuisse eleemosynã sibi datã, ad sui suorũq; discipulorũ sustentationẽ, & ad pauperũ recreationẽ. Tunc primum Ecclesiasticæ pecuniç forma est instituta. Ecclesiæ bona, pauperũ sunt: sed q ea hodie q̃ iure quaq; iniuria occupant, nisi dites & potentes? Mendicat verus clerus, sterilis est cathedra. deuorãtur, nõ recreantur, orphani & viduç. Vç mũdo à scãdalis. Nox erat. Chrs noctu diuq; cõmisso sibi officio inuigilauit. Iudas quoq; cõmoditatem sui instituti nactus. Nox impio seruit, nox nihil moderabile suadet, Nox pudore vacat, nocte bibitur, saltatur, nocte libido feruet, nox proditiones & latrocinia iuuat. Augustinus: Nox erat, ait: & qui abijt, nox erat. Noctis filius Iudas, tãquam venator canes venaticos congregauit. Sequitur:

Textus Lucæ xxij.

Facta est autẽ & contentio inter eos (&c. vsq;) & sedeatis sup thronos, iudicãtes duodecim trib⁹ Israel.

[Co]ntentio [d]iscipulo[ru]m q

Contentionẽ hanc Lucas vocat philonician, hoc est, amorẽ victoriæ, qualẽ videmus in causis forensibus & stipulationib⁹. Mat.20.Mar.10. controuersiã hãc vides essenatã ex ambitiosa orõne matris Zebedçorũ. Sed repulsam tulit stultũ votũ. Nõ pertinent in aulã humilitatis, supbi istiusmodi cõpetẽtes. Funesta philotimia, hoc est, ambitio, q̃ nihil aliud est, q̃ radix philoniciæ, hoc est, litiũ, controuersiarũ, etiã schismaton, à regno Christi debet esse alienissima. Audi q̃ modestia Chrs benignissimus magister talẽ pestilentẽ tentationẽ correxerit. Reges gentiũ tyrannidẽ exercent, dñium sibi in alios vsurpãtes, q̃ re nihil æque est puersius: haudquaq̃ ergo tantũ malũ in regno meo perferã. Veni ego ministrare vobis, & vos ministrari vobis vultis? Dño seruiente, serui dñari cupitis? Reges & principes etiã hic humilitatẽ discãt. Meminerint se Dei ministros, insolescere dediscãt. Odit Deus omẽ superbũ. Præstent se euergetas, hoc est, bñficos patres patriæ. Placet titul⁹ quidẽ, sed abest veritas rei & ipsum opus. Fum⁹ aulç sensus fallit, & captiuos detinet. In politia tyrãnis execrabilis, execrabilior longe in ecclesia. Quod in theatro culpabile est, in templo plane est horribile & execrabile. Neutiq̃ ergo regnũ meũ, ait, tali facinore volo inquinari. Poterã ego regnũ oblatũ mihi acceptasse, Ioan.6. Possum angelorũ habere exercitus, Psal.103.67. Videte vt me hũiliauerim, Phil.2. Psal.8. Quæ, malum, ergo illa vr̃a arrogantia, qui dñari magis q̃ seruire cupitis? Acrius, ait Theophylactus, pstringit eos, sciens q̃ sit tyrannica ambitio, & q̃ graui indigeat rephensionis plaga. Sup Matthçũ. Verus euergeta Christus, qa mitis & hũilis corde. Cæterũ gentium reges falso ita dicũtur, quia tyrannidis morbo laborãt oẽs. De Traiano ait Plini⁹: Tu tuorũ beneficiorũ parcissimus æstimator, cum ciuibus tuis, q̃si cũ liberis pares viuis. Fac hoc vere dixerit. Quid vero Traianus? nõne puluis & vmbra? Quid ergo gloriosum, puluerẽ pulueri se æqlem gessisse? Clemens Moses, clemens Dauid, & bona pars regũ Iuda. Sed nihil ad Iesum Nazarenũ, Sotera mũdi, agnũ Dei, totius mundi auferentẽ peccata. Obserua, benignissimus Iesus vt tẽperet austeritatẽ obiurgationis, post increpationẽ statim pceptum dat, q̃ pdestinatio vocatorũ declarat, in bono ope perseuerantiã, & in tribulatiõe constantiã.

[Pr]incipes [ex]emplo [Ch]risti [se] præstẽt [eu]ergetas

Reges gẽtiũ falso dicuntur euergetç.

Vos estis, ait, q pmansistis mecũ in tentationibus meis. Q. d. Bene incepistis, cauete sitis, ne q̃ diabolus vobis palmã pripiat. Beatus q pseuerauerit in finẽ. Tenore eo q̃ incepistis, pergendũ vobis. Sic huius vitæ ecclesia suũ habet suppliciũ psentissimũ, q̃ adscenditur ad vitæ alterius gaudiũ. Hic ministeriũ, per q̃d ad instãtis regni puenitur imperiũ. Hic crucẽ, ait, post me quisq; suã portabitis, illic circũ me in thronis iudices sedebitis. Hic calicẽ vobis passionis ppino, illic poculũ lætitiæ æternæ vobis oblaturus. Hic cõtumelia, illic gloria. Bona ea est volũtas patris, cui luctari fas nõ est. Vos ergo constantes pmansistis, multis à me deficiẽtib⁹, Ioan.6. Mat.15. Iudas quoq; satanan mihi ptulit Act.1. Satanæ hactenus restitistis, q̃d bene vobis vertet: ad maiora adscẽdetis pmia, à magnis non relabemini ad minima & nulla, hoc est, huius mũdi vanitates, q̃ nihili sunt. Quia vero ita cõstantes mihi adhæsistis, ego vado vobis disponere meritorũ varias mãsiões, vt sedeatis in mẽsa mea, hoc est, vt sitis cohæredes mei, Ro.8. Anagogice, siue vt Theophylactus vult, metaphorice loquit. In regno em̃ cœlorũ esse & bibere, est Deo frui. Lucæ 14. vocat gloria istæc, esse panẽ in regno cœlorũ. Sedere itẽ in throno, ẽ gloriæ Chri participare. Si itaq; regnũ vobis cordi ẽ, age ad regnum hoc q̃d çternum ẽ, respicite: hoc q̃d supra vos ẽ, cogitate: hoc quod non ẽ vnius natiõis, sed quod ẽ sup totũ mundũ, instate adipisci. In cœlo regnabit, q huius mũdi regna contemnit. Illuc diues ingredit, q hic paup degit. Disce hic q̃d sit, suã vocationẽ certã facere, & caue hæresin Manichæã. Si non es pdestinatus, fac prædestineris. Sequitur:

Ecclesia militans tribulationib. obnoxia, ad pdestinatorum declarationem.

Textus Ioan. xiij.

Nunc clarificatus est filius hominis, & Deus clarificatus est in eo (vsq;)

ꝙ) non cātabit gallus, donec ter me neges.

Tria in hac lectiõe obseruanda. Primo, tēpus clarificatiõis adesse: secūdo, philadelphię pręceptū: tertio, colloquiū qd ꝑcipue miscuit cū Petro. Dn̄s nr̄ Chr̄s clarificatus est, puta ꝑ mortē, resurrectionē & adscensionē. Nihil horꝝ tūc factū fuit, institerūt tn̄ oīa. Tanq̄ ꝓterita essent, dn̄s Iesus loquit͛, ꝓpter certitudinē, in discipulorꝝ suorꝝ cōsolationē. Clarificabat͛ etiā in Chr̄i passiõe & resurrectione Deus. Maiorē gloriā Deus à cōdito mūdo nō habuit, qa charitatē suā erga genus humanū ꝓsentius nunq̄ ostendit. Quod vero etiā in futuro loq͛t, insinuat clarificationē eā necdū perfectā, sed in nobis subinde ꝑficiendā. Alludit ad hoc quod est apud Lucā, vt sedeatis sup thronos duodecim. Obserua mitē magistrū. Filioli, ait, adhuc paruo tēpore vobiscū ꝑmanebo, cras ibo mori, postridie vero resurgā, & post dies xl. cœlos adscendā, Act. 1. Cæterꝝ spūaliter semp vobiscū ꝑmanebo. Hæc q̄q; dixi Iudæis, suprà Ioā. 7. Iudæi talia nihili pendunt. Vos verba hæc moueāt. Iudæi huius seculi mācipia, cœlestia nō curāt. Vos hui⁹ seculi contēptores, me seq & mecū esse desiderabitis. Sed hoc necdū ꝑstare potestis. Verbis hisce fatū imminens suis adumbrare voluit discipulis, vt scādalon instans vel auferret, vel saltē aliq ex parte cōminueret. Dicēs, Mandatū nouū do vobis, &c. cōsolatio est. Modū ad cœlū ꝑueniendi declarat apud Matthęū cap. 5. 6. 7. Itē apud Lucam sermonē primū in mōte faciēs, opa bona fidelibus viā, q̄ ad regnū cœlorum ꝑuenirēt, ostēdit. Hic doctrinæ oīs suæ epilogū condens, viā eandē nobis cōmendat. Facessant ergo noui euāgelici magistelli. Magistro Iesu Chr̄o credat, q suę saluti cupit cōsultū. Nō solā Chr̄s fidē iter nobis ostendit vitæ ęternę, sed charitatē fidei fructū. Dicis, quō charitas sit nouū ꝑceptū, cū etiā in veteri testamēto charitatē req̄sierit Moses Deut. 6? Sed nō charitatē exēpli tāti filij Dei tradidit vetus lex. Dicit Chr̄s se charitatis nouū ꝑscribere mandatū, nēpe sui exēpli, vt diligamus inter nos, queadmodū ipse nos dilexerit. Nouū mandatū, qa ꝑfectius. Vet⁹ lex habet, Ne occidas. Noua dicit, Diligite inimicos. Theophylactus Chr̄m facit loq in hunc modū: Gratis dilexi vos, nullis pręcedentibus bonis opibus vr̄is. Amāt (vt ait S. Augustinus) etiā inter se lenones & scorta. sed amor spūalis, q Deus est, Chr̄i est & exempli & sacr̄i. Ante Chr̄m charitas ea tam clare necdū erat orta. post Chr̄m vero, totum illustrauit cœlū. Dilectio, ait, hæc nos innouat, vt simus hoīes noui, cantores cantici noui. Euāgelicastri noui oīa q̄ matricis sunt ecclesiæ, rident tanq̄ hūana, q̄si charitas non sit Deus. Agape & oīa q̄ primitiuæ sunt ecclesiæ, charitatis sunt manifesta indicia, nēpe ecclesiā superiorꝝ seculorꝝ charitatem ꝑcipue filijs suis, hoc est, fidelibus commendasse. Ex Deo ergo nō sunt, diabolici sunt noui euāgelistę, ecclesiā primitiuā Dei extitisse, & verꝝ syncerꝝq; euāgelion nō habuisse blasphemātes. Deus charitas est. charitatē ꝑdicans, Deū ꝑdicat. charitatē oblitrans, Dei hostis censendus. Sed hęc aliàs. ad textū hic reuertamur. Dicit ei Petrus: Dn̄e, q̄ vadis? Respōdet: Quo ego iam vado, seq nō potes modo, sequeris aūt postea. Iterꝝ ille: Quare nō possum seq modo? Aīam meā ꝓ te ponā. Rn̄det Iesus: Aīam tuā ꝓ me tu? Amē amē dico tibi, priusq̄ gallus cātet hac nocte, ter me negabis. Sapiētia æterna oīa nouit, nihil dissimulat. Petri lapsum ꝑdicit, sed & resurgēdi spem nō abstulit. Sequeris me postea, ait. Aug⁹ dicit Sotera hoc verbo, dilationē intulisse, spem non abstulisse. Dilationē, ait, intulit, spem nō tulit. Petrus, cū cingeret͛ ab alio, & duceret͛ q̄ nō vellet, verba ꝑsentia didicit, Ioā. 21. Nō fuit in fatis, vt ouis ante pastorē in domū & ouile intraret. Pastoris ē ducere gregē: ꝑcedere, pastoris ē: seq, gregis. Verba ergo Petri, hūanæ ignorātiæ erāt indicia. Dicit itaq; S. Augustinus: Quid tantū ꝑsumis? qd de te sentis? qd esse te credis? Vehemētia amoris erga Chr̄m, lapsum excusat. Theophylactus vocat vehementiā desiderij. Simon Smon, ait Chr̄s, satanas cupit vos cribrare tanq̄ farinā, hoc ē, disturbare vos cupit, ꝓsternere, & in desperationis nassam vos adigere. Hæc mens ē satanæ, hoc machinat͛. Nō contentus ē Iudā se cepisse, spat vos oēs se deuoraturꝝ. Sed nullū vr̄m ex manibus meis mihi eripiet. Vnū q ꝑditionis filius est, possidet. Tibi Petro (sentit em̄ te cæteris præfectū) potissimū insidiatur. Sed ecce tibi, ego ꝓ te rogaui, ne q̄ tua deficiat fides. Tentaberis, sed nō succūbes. Cades, sed resurges. Fac esse, folia cadāt singula, reflorescit tamē & arbos ipsa. Bona innocētia, sed & bona pœnitētia. Tu, ait, cōuersus, & fratres tuos postea cōfirma. Neq; hoc omisit Petrus. Exemplo pœnitētiæ, doctrina & ep̄lis nos cōfortare sedulo instituit. Obserua hic Chr̄i abstrusum iudiciū. Petrū sui negatorē, ꝑcipue aliorꝝ statuit cōsolatorem. Pōtificem maximum, ꝑ cæteris tentatū, vt possit cōpati, cæteris ꝑfecit. Sed nihil hic insyncerum. Odit spūsanctus figmentū. Paratus sum, ait, mori tecū. simplicitas hoc dixit, mēdaciū hoc non finxit. Petrus viā crucis, hoc est, sacramentū meriti Chr̄i necdū nouit. Chr̄s prius viam crucis habuit munire. Exemplum Chri-

Clarificabatur in Christi passione Deus.

Modū ꝑueniendi in cœlū, Christus ꝑclare nobis ostendit.

Charitas vt nouū sit ꝑceptū

Petro diabolus potissimum insidiabat.

Petrus q̄re potissimū tēta.

Chrs nobis reliqt crucis. hoc Petrus postea debuit docere, 1. cap. 5. Tēdere item iter hoc habuit Ioan. 21. Parata via. Collega S. Petri diuus Paulus, libere poterat dicere: Paratus sum non solū ligari, sed & mori ꝑpter Iesum, Act. 21. Nunc etiá nos idem dicere deberem⁹ cū Aplo, qm̄ via crucis iam est parata. Nō vacat mysterio, ꝙ Seruator neq; concubiæ, neq; noctis intēpestæ certā horam exprimit, sed gallicantus: rusticorū more Petro tēpus, quo se negaturus sit, indicat. Nihil in sacris euangelistaꝶ literis atq; in tota historia Chri eit, quod non suas certas rationes & mysteria habeat. Manichę⁹, Marcion, & aliȷ hæretici, duo aut tria principia, deos duos, bonum & malum statuerunt. Sapientia q̄ condidit oīa, duxit hęreticos eos hoc verbo cōfutandos. Opus suum Creator cōdidit. libenter creaturæ suæ noīa exprimit, vt sic hæreticoꝶ errori obuiā eat. Neq; mirum est, Chrm pastoꝶ loquendi modo vti morituꝶ, qui pastoribus iam natus primo sese reuelauit. Vtrunq; vero fecit, vt superbiæ crimini etiam sic lucta retur. Adde ꝙ domesticū alitem, nobis Petri casus, atq; adeo fragilitatis humanæ, veritatis verbi Dei, districti itē iudiciȷ instantis, & hoc genus sacramentorum nr̄æ fidei, admonitorem et ꝓphetam quodāmodo fecit. Alectrophonia, hoc est, galli cātus adhortatur etiā nos, ne nr̄æ virtuti fidamus, vt subinde Chri meritū nobis vēdicare instemus, vt gratiā Dei identidē postulemus, vt ad mediā noctem eā, in q̄ spōsum & eundem iudicē oīm aduentuꝶ scimus, nos sedulo componamus. Horologiū quoq; eius rei nobis esse poterit monumentum: præsentius vero cantus galli, quia singularius. Caue hinc accipias argumentū indulgentiæ & licentiæ peccādi, dicēs: Impune peccauit Petrus, quare ergo peccantē me condemnet? Gallus cantans, admoneat te potius fletuum amarissimorū Petri. Exemplar huiusmodi pœnitentiū, in pœnitentiæ argumentum sunt literis commendata. Sunt & exempla impœnitentium, & desperantium, item in spūm sanctum peccātium &c. Dicit itaq; Ambrosius: Nō excusationi obtenditur, sed cautioni proponit. Qui illud monumentū negligit, in hoc ꝑibit. Seqt:

Textus Lucæ XXII.

Quando misi vos sine pera & sacculo & calceamentis, nunquid aliqd defuit vobis? (vsque) Dn̄e, ecce duo gladiȷ hic. At ille dixit eis: Satis est.

Iterum verbo ænigmatico suos discipulos solat. Vide ꝑpetuo nos dilexisse, etiā in amarissima passione: quatenus & immensa sua erga nos charitate, ꝓ nobis mortis supplicium dignatus est pati. Non erant soliciti quid ederēt & qd biberēt: etiā curā vestimentoꝶ & cæteraꝶ reꝶ, qbus hūana vita indiget, in ipsum dulcissimū Iesum reiecerunt. Inde vult inferre, etiam aīæ suæ curam in Deū patrē conȷciendā. Non in solo pane viuit homo, sed in om̄i verbo ꝓcedente ex ore Dei. Si vitę corporis vis, verbo inest: qs nō videat, etiā virtutem vitæ spiritus verbo Dei, q̄d Deus ipse est, Ioan. 1. inesse? Spiritum malignū principem huius mundi, hoc Chrs vicit gladio, Ephe. 6. Mat. 4. Marc. 1. Lucę 4. &c. Nihil ergo est q̄d metuamus miseros tyrānos sine viribus furentes, si framea ea angelica armati fuerimus. Huc ꝑtinent sentētiæ spei in Deū conȷciendę, quaꝶ Dauidica scatēt cantica. Psal. 27. ait: Dn̄s adiutor meus & ꝓtector meus, & in ipso spauit cor meū, & adiut⁹ sum. Et refloruit caro mea, & ex volūtate mea confitebor ei. Dn̄s fortitudo plebis suæ, & protector saluationū Christi sui est. Saluū fac populū tuū dn̄e, & benedic hęreditati tuæ. itē psal. 72. Mihi adhærere Deo bonū est, ponere in dn̄o Deo spem meā. Refugiū, firmamentū, virtus, & hoc genus idē propheta Deū identidē vocat, Psal. 9. 17. 30. 31. 45. 38. 70. 89. 90. 93. 105. 143. &c. Misit Christus suos discipulos ꝑ̄dicare regnū cœloꝶ, salutē æternā, corporis nimiꝶ & aīæ. Prohibuit ergo illis saccū, perā, pecuniā & arma, humanæ fiduciæ argumenta: sic & discipulos suos & nos admonēs, vt opulentiā nobis & armaturā spūalem arripere studeamus, cætera Deo om̄ia cōmittentes. Dulciora Dei eloqa sup mel & fauū, preciosiora itē super aurum & topazion. Satis diues, q filius est Dei: satis itē securus, qui ciuis est regni cœloꝶ. Christū suos misisse sine pera & baculo &c. vides Mat. x. Mar. 6. Luc. 9. 10. Hac in re fideles se exhibuerunt. Dicit ergo Petrus: Argentū & auꝶ nō est mihi. q̄d aūt habeo, hoc tibi do. Hussitæ hic impingūt, ex ecclesię ministris mēdicos facere nitentes. Non voluit Chrs suos viuere precario, sed mercede. Dicit ergo: Dignus est mercenari⁹ sua mercede: nō ait, mēdicitate, sed mercede. Et Apl's ait: Scilicet magnificū aliqd ꝑ̄stātis, si nobis aīaꝶ vr̄aꝶ pastoribus corporis alimēta ꝑ̄beatis? Euāgelion etiā Cęsareas leges apꝓbans, rationē dādi & accipiēdi nō aufert. vnde etiā hic ab exēplo emptiōis & vēditionis, nobis spūalem eā commendat mercatū. Vult vt peras, annonā & oīa externa hūanę cōfidētię vēdam⁹, & spiritualia ea arma cōparemus. Vestes itē vult vt mutatorias vēdamus, sicq; emam⁹ euāgelicā. Regnū cœloꝶ vim infert. Violentia opus nobis est. Vndiq; bella ingruūt. Intus

Right margin notes: mit rei familiaris. — Arma spiritualia nobis sūt cōparāda — Hussitę erant, Christi ministros mēdicos facere conantes.

pauores, extrà horrores. Huc ptinent parabolæ de emẽdo agro Mat.13.Pro.23.Itẽ de vendẽdo oĩa q̃ possidemus &c. Præclare hic Ambrosius: Est gladius spũalis, vt vendas patrimoniũ, & emas gladiũ. Vides q̃rsum hoc referas q̃d Seruator ait: Non veni mittere pacẽ, sed gladiũ. Hæretici Martia turba, suũ euãgelion, instar Mahumeti, ferro transfigendũ censent. Interim ergo dum nouũ natũ est hoc euãgelion, perpetuis vexata est Germania bellis. Seditiosi agricolę argumentũ sunt, eos q gladium citra legitimum vsum vsurpãt, gladio absumẽdos. Discipuli allegoriã p̃sentem de emẽdo gladio spũs, vtrinq; acuminato, non intelligentes, p̃ferunt duos enses, dicẽtes: En duę hic machęræ. Quod dicit, Sufficit, exprimit se de frameis ferreis atq; materialibus nõ dixisse: Quid em̃ duo enses faciãt cõtra manũ tantam principũ sacerdotũ, & contra Cæsaris cohortẽ? Ironia est, Sufficit. q. d. Miseri, q̃d ineptitis? Nõ hic victoria est in resistẽdo sita, sed in p̃ferendo. In patiẽtia vr̃a possidebitis aĩas vr̃as, & non in violẽtia & resistentia. Violentia & p̃fectio spũs vos faciet triumphatores. Est aũt fides vr̃a, q̃ totum vincet mundũ. Citra ironian, allegorice duo gladij significant duo testamẽta, iuxta sententiã Ambrosii. Dicit ille: Nouũ & vetus testamentũ, quibus aduersus insidias diaboli armamur. Sequitur apud eundẽ: Sat est, quasi nihil desit ei, quẽ vtriusq; testamenti doctrina munierit. Poteris etiã per alterã sicam intelligere verbũ p̃cepti, per alteram

Gladij duo q̃d allegoricos significẽt

verbũ promissi: verbũ cõminationis, & verbum p̃missiõis, credere & facere. Dolon alterũ, alterũ manifestus ensis. Fidẽ habeto tecum. dolon hoc est. Fulgidus vero atq; eua ginatus strictusq; gladius est, officijs pietatis fœnerari. Fœnerat̃ dño qui miseret̃ inopis. Hęc de duobus gladijs. Vendenda oĩa. sufficit illa gladiorũ armatura, oportet nos implere oĩa. Chr̃m quoq; oportuit cũ peccatoribus reputari. Esaiæ 53. Veeth Poschim Nimnah. Hoc est, Et cũ impijs reputat̃ ẽ. Nos eadẽ manet sors. Nr̃a gloria inter laudem & contumeliã. Alijs fœtor, alijs nidor sumus. Oportet ergo vtrinq; nos esse armatos. Hic aduersus vanã gloriam, aduersus dæmonium meridianũ: Illic aduersus calumnias, ne deficiamus, ne aliquid impatientiæ designemus. Patior, ait Ap̃ls, vt quę desunt Christi passionum, adimpleant̃. Nihil profecto Christi passioni deest, nisi exemplum imitationis, vt in eo declaretur sacramentũ effectus & virtutis meriti omnium Christi ærumnarũ. Patitur caput, oportet ergo vt & patiatur corpus. Nihil vero est quicquid corpus patitur, si conferas capiti corpus. Nos quid sumus nisi puluis & vmbra? Ille nonne agnus Dei? Scite satis dictum est ab Ambrosio: Passio dñi æmulos habet, pares nõ habet. Deinde etiam Christi passionis efficacia in nostro martyrio, in tribulationibus & in cruce nostra est declaranda. Nostra virtute non subsistimus, sed Christi passionis meritum, nostrum est pręsidium, nostra virtus & victoria.

Passioni Christi q̃d desit.

SEQVITVR SECVNDA PARS PASSIONIS DOMINICAE.

Textus Matt. xxvi.

Et hymno dicto, exierũt in montẽ oliueti. Tũc dicit illis Iesus: (vsque) Similiter & oẽs discipuli dixerũt.



Actenus Chri passiõis atq; agoniæ p̃gymnasma quodãmodo audiuimus. hic Euãgelista historiã passiõis incipit. surgit hic Soter, absoluit vetus, inchoat nouũ. Nõ vanũ vetus, q̃a in eo fundat̃ nouũ. Gratias ergo agit, tam probãs vetus, q̃ noui formam nobis p̃bens. Non solũ Missah sacrũ & panis supsubstantialis cũ gratiarũ actione, sed & panis materialis est sumendus. Sic mundis oĩa erunt mũda. Sic oĩa electis salutaria. Hymnizãtes, habet textus. Inde hymni cãtica appellata sunt ecclesiæ. Sũt hymni cantica laudũ Dei, siue ea publice decãtentur, siue priuatim, 3. Regum 8. psal. 64. Col. 3. Matthæus Hebraice vocat Thehilla. Psalteriũ q̃q; dicit̃ Thehilloth, q̃si hymniarion, siue eucharisticon. Vides hierurgiã, hoc est, officiũ sanctorũ ad Dei gloriã varijs modis exequẽdũ. Nõ ergo rep̃hendẽdi ecclesię hymnothetæ. Ecclesię hymnothetas dico, ad excipiẽdas nęnias schismaticorũ. habuerũt hęretici semp suos poetas. Paulũ Samosatenũ sui tanq̃ ipsum spm̃ sanctũ p̃sentẽ cecinerũt: taliæ sectæ sua cãtica habuerũt, q̃bus ecclesię p̃turbarẽt officia: q̃le exemplũ etiam hodie sentit Germania. talia nõ p̃bo. nihil em̃ tã abhorret à pacis mysterio, atq; hæc discordiarũ seminaria. Dñs Deus huic malo castigatorẽ suũ aliq̃n excitauerit. Nullũ violẽtũ p̃petuũ. Ad euãgelistã. Exierũt, ait, in montẽ oliueti. Ioãnes addit, trãs torrentem Cedron. Obserua topographiã, cũ p̃pter dignitatẽ historię, tũ p̃pter p̃funditatẽ mysterij. Iter sabbathi distabat ille loc⁹ ab vrbe. Vrbẽ eã sanctã & montẽ oliueti torrens discreuit Cedrõ, q p vallẽ, q̃ & ipsa Cedrus vocata est, p̃fluxit. Flumen hoc etiam transi

Missa suis cãticis nõ est destituenda

Hæreticorũ cantica fugienda.

trāsiuit Dauid exulādo, 2. Re. 15. Inter eūdū dixit: Oēs vos scādalo afficiet passio mea. Deficietis à me oēs. Chrs suo officio nō defuit. Spūs quidē nō erat adhuc dat⁹, vt Apli admonitiōib⁹ istiusmodi mouerent. charitas tñ magistri cessare à pietatis officio nō debet. Vicarijs suis bon⁹ pastor hic officij fedulitatis exēplū pscribit. Adducit pphetæ Zachariç oraculū ex ca. 13. Gladius sup pastorē meū & sup gigātē, q meus est, ait dñs exercituū Zebaoth. Percute pastorē, & dispgent oues gregis. Verba sunt pmpta, tāq̄ in psona patris. Loqt aūt Videns p psopopœiā, ad gladiū, hoc est, ad Israelē ira effer uescentē, & nihil nisi arma mēte tractantē. Respexit vates in hoc tēpus potestatis tenebraꝶ, dicēs: Erit tēpus qñ insequēdi tibi copia relinquet. Percuties pastorē, & oues dispgent. Pastor bon⁹ Chrs est, aīam suā pro ouib⁹ suis dans: q̄ pcusso, hoc est, morti adiudicato, grex apsoꝶ misere est pturbatus. Obserua hic Chrm nō solū dici pastorem, sed & gigantē, Geber Amith Elohim, hoc est, heroē ad Deū ptinentē. Chrs certe Dei est, qa vnū cū pre est & spūsancto. Heros ē & bellator fortis, qppe q vel sua ipsi⁹ morte, mortis destruxit impiū. Clarissima sunt verba pphetæ, nullius Rabini næniæ claritatem eā possunt obtenebrare. Verbū & pungit & lenit. Pūgit pcussio pastoris & dispsio ouiū gregis. Lenit vero & solat fatalis ille ordo, & Chri euidens pūidentia. Alteꝶ humanitatē declarat, alteꝶ diuinitatē. Percuti, hoīs est: oīa nosse, Dei. Ad consolationem discipulorum seruator & hoc adijcit: Postq̄ aūt surrexero, pcedā vos in Galilçā. Q. d. In fatis est, pastorē Israel pcuti debere. Atq pastor ille in sua manu tā mortē habet, q̄ vitā. Vnde q vltro vadit mori, idē etiam suapte potestate potest tāq̄ à somno resurgere. Angelus ad sepulchrū mulieribus q̄q; hæc verba cōsolatiōis subijcit, dicens, p cessuꝶ Chrm rediuiuū ecclesiā in Galilçā, Mar. 16. Saluator q̄q; nō obscure apud Ioannē cap. x. dicit penes se esse, & ponere & resumere aīam suā. Alteꝶ nobiscū habet, alteꝶ nos cū illo cōmune nō habemus. Dicimur qdē etiā resurrecturi, qsq; in suo ordine. Sed nrapte nos nō resurgem⁹ potestate. Tuba ei⁹ nos excitauerit, ille nos euocabit haud secus atq; Lazaron. Hæc de cōsolatione. Sequit in textu: Respōdens aūt Petr⁹, ait illis: Etsi oēs scādalizati fuerint ī te, ego nunq̄ scādalizabor. Petrū sua adhuc tenet vehemētia. Hilarius vocat calorē fidei, Hieronymus vocat ardentē affectū. Idē ait Petrum adeo Chri amore fuisse inflāmatū, vt neq; suæ ipsi⁹ fragilitatis rationē habere, neq; itē verba Chri satis cōsiderare potuerit. De simili pmissiōe alioꝶ discipuloꝶ, idē dicit: Ad oēm se ministerij cōstantiā intrepida fidei volūtate firmauerāt. Clemētissim⁹ Iesus oīa boni cōsulēs, cōpatiebatur oībus. nā oēs & cōturbādos & diffisuros sciebat, vt dicit Hilari⁹. Theophylactus dicit discipulos pollicitos hoc, q̄d pstare nō querint. Itidē fecit & Petrus. Sed neq; hic, neq; illi qcquā fecerūt malitiose. Cādide, nō callide, qcquid dixerunt, dictū est: cādide ergo interpretādū. Lapsus Petri, teste Theophylacto, admonet, ne qs suis fidat viribus. Breuiter: casus ille nos, ne cadam⁹, sustinere, & lapsos, vt resurgam⁹, erigere potest. Seqt:

Margin notes (left): Pastorē p cussum Sgregē dispersum ... ; Pastor & gigas Christus

Textus Mat. xxvi. Mar. xiiij. Lucæ xxij. Ioan. xviij.

Tūc venit Iesus cū illis in villā q̄ dicit Gethsemani (&c. vsq;) Surgite, eam⁹. Ecce appropinq̄t q me tradet.

In supioribus diximus de egressiōe Iesu ex vrbe sancta ad villā Gethsemani. Nūc videam⁹ qd in loco eo fit factū. Gethsemani Hebraice pfertur Gesemani. interpretatur vallis pinguiū, Esa. 28. pcul dubio propter pventum oleaꝶ. Ibi erat hortus, in quē frequenter intrauit Iesus, in oratiōe puigilando. Orationē adipatā esse oportet. Lāpas euangelica oleū reqrit. Rōnabile obsequiū pbat sapiētia diuina. Solitudo itē significat cubiculū, de q̄ ait: Oratur⁹, cubiculū tuū pete &c. Theophylactus ait: Solitaria loca & silētij officinas q̄rere solebat dñs, maxime si qñ mysticū aliquid tradebat. Obserua clerice, non clamori, sed amori aures patere Dei. Nō pōpa huius seculi, sed mēte prompta, hoc est, votis pijs flectit oīpotens. Non boue mactato cœlestia, ait ille, numia gaudent: sed fide, etiā teste carente. Cōscientia mille testes. Neq; amor alios testes quærit. Addit Euāgelista Ioānes, locū eū ipsi quoq; Iudæ cognitū, cōsuetudinē itē in eo loco orādi Iudam minime preterijsse. Hoc addi oportuit, ne quis Chrm se abscōdisse arbitret. Nō latibulū q̄siuit, sed opportunitatē mysterio nræ salutis petijt. Figuris item & oraculis ppheticis satisfacere perrexit. Respōdēt sibi trāsgressio & peccati expiatio. In horto peccauit Adā, Adæ culpā in horto pependit Chrs. In horto incepit nostra pditio & exitiū, in horto item Chrs p nra culpa dissoluēda, suū incepit suppliciū, imo sacrificiū. Vide Theophylactū sup Ioannē. In horto istoc, paradisi typū p se ferenti, iubet sedere discipulos. Vult quiescere eos, qui p peccatis mūdi nihil potuerunt dissoluere. Tres accepit secū, testes eoꝶ q̄ in agonia eius acciderunt. Sed q̄niā solus ipse p nobis satisfecit, etiā tres eos quos secum assumpsit, sedere iussit: ipse vero ad spatiū la

Margin notes (right): Gethsemani qd sit, interpretatum. ; Chrs in horto q̄re voluerit capi.

lapidis iactus ab illis secessit. Orabat solus, quia & solus peccati horrorē degustare voluit. Oratio p̄sens, ꝓpassio dici poterit. Poterit etiā appellari passio interna. Primordia anxietatis huius Origenes diligenter librat. Origenē imitat̄ Hieronym⁹, dubitās, min⁹ ausit dicere, Cœpit cōtristari: tan dicere, cōtristabat̄. Sed eā dubitationē amouet verbū, Tristis est aīa mea vsq; ad mortē. S. Euāgelistę Matthę⁹ & Marc⁹, Chr̄i p̄sentē anxietatē trib⁹ exprimūt affect⁹ vocabulis, Lype, Thambos, Ademonia. Lype. i. dolor, q̄d Chr̄i angorē & mœstitiā exprimit. Thambos, id est, pauor, q̄ Chr̄i consternatio exprimit: tāta siqdem agonia citra pauorē fieri non potuit. Ademonia grauissimus angor, afflictionē Chr̄i grauissimā explicat. Lucas omnia vnico verbo exprimit agonia, hoc est, laborioso certamine. Hāc angustiā & dolorem regius q̄q; ꝓpheta p̄uidit. Dicit em̄ de ea Psal. 143. Anxiatus est sup me sp̄us meus, & in me conturbatū est cor meū. In hoc loco ꝓpheta accipit vocabulū sp̄us, pro sp̄u atq; aīa humana, quēadmodū & suprà, vbi ait: Conturbauit se sp̄u Iesus. Hebraicum Otaph hoc, q̄d est apud Dauida, Chr̄i agoniam iatis cōplectit̄. Facit huc, q̄d ipse Seruator ait: Baptismate habeo baptizari, & affligor tātisper donec ꝑficiat̄, Luc. 12. Ibi dictio synoche itidem afflictionē hāc oēm cōphendit. Huius conturbatiōis testes esse voluit tres ap̄los eos, q̄s in mōte Thabor etiā testes clarificationis statuit. Crucis scādalon, & crucis gloria sibi r̄ndent. Alteꝝ ab altero illucidat̄. Errat, q Chr̄i glorię cōsors esse cupit, nisi etiā eius participet crucis ignominiæ. Viderūt item hi tres Chr̄m Iairi suscitare filiā. merito ergo priuatim in agoniā hāc admittebant̄ testes, q præ cæteris contra scādalon crucis erāt muniti. Cęteꝝ etiā, vt Hieronymus ait, aliq̄d priuilegij p̄ cæteris habuerūt ap̄ls. Chr̄s secundū humanitatē voluit pati. voluit ergo secundū eādem etiā contristari, vt nr̄ę q̄q; istoc suo agone mederet̄ cōturbationi. Nō poterat vere passio Chr̄i à mundo credi, nisi hm̄oi in Chr̄o vidisset affectu. Quid ꝙ etiā post tot humanitatis verę argumenta, heretici pleriq; Chr̄m hallucinant̄ non passum, nisi in phātasmate? Origenes, Hilarius & Hieronym⁹, mortis terrorē in Chr̄o locū habuisse negāt. Origenes dicit, nō fuisse conturbatū rōne passionis. Hilarius verba Chr̄i diligēter ponderat, nēpe ꝙ dixerit, Tristis ē aīa mea vsq; mortē, & nō ꝓpter mortē, vel causa mortis &c. Hieronymus ait: Cōtristabat̄ nō timore passiōis propter quam venit, & quā Petrū timentē arguit: sed ꝓpter infelicē Iudā proditorē, ꝓpter discipuloꝝ casum, & pro

Anxietatis Chr̄i in horto tria præcipue verba.

Anxietatis Christi tres p̄cipue testes.

Christum an̄ passionem angi decuit.

p̄ter Iudæoꝝ reiectionē. Ambrosius fatet̄, etiā ī primitiua ecclesia inter theologos de Chr̄i agonia controuersiā extitisse. Ipse vero de hac re sic docet: Chr̄s min⁹ cōtulerat mihi, nisi meū suscepisset affectū. Ergo ꝑ me doluit, q pro se nihil habuit q̄d doleret. Itē, Quō te Iesu seq̄remur, si nō tuā hūanitatē seq iuberemur? Nisi crederem⁹ Chr̄m realiter, & nō apparēter passum, nos cuperemus apparēter & nō realiter pati oēs. Sic deniq; oīa opa simulare & p̄stare studeremus. Quō discipuli mortuum crederēt, mortuoꝝ excitatorē, nisi vidissent & audissent morituri pauorem & afflictiōes? Iteꝝ Ambrosius: Doles dn̄e, nō ꝓpter tua vulnera, sed ꝓpter mea: nō de tua morte, sed de nr̄a mortalitate. Origenes itē in hāc sn̄iam ait: Suscipiens naturā carnis hūanæ, oēs ꝓprietates ipleuit, vt nō in phātasia habuisse carnē existimaret̄, sed in veritate. Itē Chrysostom⁹ ait, ꝑ hoc q̄d dixit, Si possibile est, trāseat à me calix iste, hūanitatē suā Chr̄m declarasse. Itē, Sudor cruentus facit, ne hypocrisis ista res videat̄. Theophylact⁹ item ait: Per dispēsationē fiebat, vt credat̄ verus homo. Sup Lucā idē ait: Quo cōfutant̄ hęreses, q̄ dicūt phātasticū fuisse hoiem. Sup Marcū: Nam q̄ totū hoiem cū naturalib⁹ conditiōib⁹ suscepit, oīno & tristitiā & angorē naturalē habuit. Gregori⁹ lib. 24. Moralium dicit: Accedente morte, dn̄s Iesus in corpore suo aīæ nr̄æ afflictiōes declarauit. Pauet mēs hūana dissolui & separari à carne, & sisti iudici districto. O homo, q̄re delicias q̄ris in hac vita, & teipm̄ æternis priuas? Hortus habet figurā voluptatis. Tu vero attēde Chr̄m voluptates hui⁹ mūdi sibi vertisse in sup̄mā tristitiā. Theophylactus ait sup Ioannem: Inuenit in horto, tanq̄ in carcere q̄dā. Sed nūc q̄q; videamus, quo modo humanę infirmitatis affectib⁹ restiterit Saluator & antesignanus noster Iesus Chr̄us. Orabat ipse pronus, iussit & suo exemplo discipulos tētatiōes & carnis fragilitatē ofone vincere. Solitudinē petijt, in solitudine precabat̄. Factus deniq; in agonia, prolixius dn̄o Deo cœlesti patri supplicare. Tu quoq; vide sis, occasiones & offendicula vites. Qui amat periculū, peribit in eo. Qui tāgit picem, ab ea inqnabitur. Fuge huius seculi Voluptatē Veneris ministrā, Māmonis incitabulū, furoris seminariū fuge. Ex horto voluptatis carcerem tibi effice. Dein supplica dn̄o corpore prostrato, q̄d animi humiliati certū est argumentum, Cor contritum & humiliatū Deus non despiciet. Oratio humiliātis se cœlos penetrat. Afflictus denique, leuamen postulat: orare nos docuit, Et ne nos inducas in tentationem, sed libera nos à malo. Vi-

Affectui hūanę infirmitatis cohibendorū modus.

Vides mala deprecari licere, sed & hoc vide, preces eas malorum deprecatorias tẽperandas. Dicendũ enim iuxta eandẽ orõnẽ: Fiat volũtas tua, sicut in cœlo & in terra. Sic & Seruator hic in humanitatis meræ forma precabat, dicens: Non sicut ego volo, sed sicut tu vis pater. Quorsum hoc dictũ putas? Propter nos infirmitatẽ carnis assumpsit. Propter nos infirmitatis humanæ vocem eam deprompsit: æquũ ergo est, vt nos quoq; orantes, dicamus ante oĩa, fiat voluntas tua. Oratio, Chri, regula sit orõnis nostræ. Sit magister precandi, q dux est patiendi. Abba, Chaldaice idem significat quod pater. Roma. 8. Galat. 4. Apostolus vocabulũ exponit. Pater, Græcum est, si rite proferatur. Latini vocabulũ hoc à Græcis mutuo acceperunt. Abba pater, Deus cœli vocatur: & Deus gentiũ, iuxtà atq; Hebræorum, declaratur. Si fieri potest, ait, transfer à me calicem istum. Fieri non potuit, qa æterna lege hoc ita (vt ait Hilarius) prędestinatum erat. Passionem vocat calicem. Poculum seu cratera, pro potu, & pro ea re quæ potabilis est, accipitur. Vinum & sicera somni sunt incitabula. Vocat ergo passionẽ suam, vt ait Theophylactus, calicem, quòd eam somnus, id est, mors sequebatur. Somnus & mors in scriptura cum sacra tum prophana, plerunq; alterum pro altero accipitur. Potissimum Chri passio, calicis habet significationem, q toti mundo inde nata est requies æterna. Calicis vocabulum sic etiam accipiendum Psal. 115. Cos Jesuoth essa, hoc est, Calicem salutaris accipiam. Et Matthæi 20. vbi ait: Potestis calicem, quem ego bibam, bibere? Hoc est, Potestis ne pati, vt ego patior? Hic vides Chrm passionem non recusasse. Dixerat: Potestis calicem bibere, quem ego bibam? Vtiq; vltro. Oblatus est, ait Propheta, quia voluit. Dixerat item: Hic est calix noui testamenti, q pro vobis & pro multis effundetur in remissionẽ peccatorũ. Item, Ponam aĩam meam pro ouibus meis. Sanctus Andreas apostolus confutat Aegean tyrannũ, ostendens nostrum Sotera mortis supplicium vltro subijsse. Dicit ergo hic: Veruntamẽ non sicut ego volo, sed sicut tu vis pater, fiat volũtas tua. &c. Quod vero orat, si qua hoc possit fieri, vt calix à se transferatur, respicit in turmas & manipulos eorum, qbus suæ virtus passionis non sit profutura. Vidit (vt Origenes hic dicit) Iudã vnum ex duodecim, esse filium perditionis, propter calicẽ hunc passiõis grauius damnandũ. Vidit Iudæorum synagogã hinc durius iudicandã. vidit itẽ magnã partẽ credẽtiũ, inimicos fore, si nõ verbis, certe factis, crucis suę sanctę. Contrà vidit item gloriam electorum, redemptionis generis humani fructũ. Illic ergo mortẽ non vult peccatoris, hic se saluti offert generali humanæ conditiõis. Illic obstupescẽs, calicẽ quatenus multis inefficax, immo perniciosus est visus, deprecat: hic, quatenus electis salutarẽ nouit, pro salute gñis humani, morti se deuouit. Non quẽadmodũ ego, sed sicut tu vis. Hoc est, si hoc fieri possit, vt & mundus saluetur, & Iudæi in passione mea non pereant. Theophylactus dicit Christum calicem passionis esse deprecatum, ratione scandali crucis eius, quo multorum perditionem vidit aggrauandam: respectu culpæ eius, quo tẽplum vidit demoliendum, populumq; Iudæorum misere expugnandum. Hilarius dicit, etiam Sotera nostrum hic respexisse in varia tormentorum genera, qbus Apostoli & alij fideles erant probandi. Orauit itaq;, vt fideles cohęreditatis suæ gloriã sine passionis difficultate mereant. Verum, si oĩno sors ea electos maneat, vt supplicia ea perferãt, sine spei diffidentia, sine sensu doloris, sine metu mortis. Salua Hilarij hac sententia, nos priorem approbamus. Mouit Christum synagogæ excidium, compatiebatur perditioni Iudæ & oĩm reproborum, abhorruit à districto iudicio iustitiæ diuinę. Dicit ergo, Abba pater. Exhorresco super obstinatione impiorum, stupeo consideratione iudicij tui: vnde quantũ fieri potest, & quantum licet hoc tantũ luctuosum spectaculum deprecari, quidqd id est, abominor. Cæterum quantum ad meam attinet passionem, supplicij nullum genus detrecto. Summa huius rei. Christus patri supplex, obstupescens, deficiens, tristis, mœrens, orans, hoĩem se verum declarat, ne quis de merito passionis eius diffidere possit. Huc pertinet, quod ab oratione toties surgens, suos reuisit discipulos, quos vigilare & orare iussit. Tentator spũs est, semper vigilat. Discipuli caro, atque adeo vas fragile fuerunt. Cõtristati erant, nox erat, frigus erat, multæ somni occasiones cõuenerant. Irrepsit oculis somnus. Victa caro, veritatis energiã & maiestatẽ declarauit. Petr⁹ multa speciosa pollicebat, fidutiã eã Veritas redarguit. Sed Petrus in [illegible] suę fidutię opiniõe pmãsit, Petrũ suis viribus, qbus fidebat, pmisit. Auertit faciẽ suã, & gloriosus ille miles factus est cõturbatus. Dicit ergo illi: Simon, dormis? Q. d. vbi iam est Petrus? Vbi fortitudo illa tua, qua tibi vsq; adeo placuisti? Spũs prõptus qdem est, sed caro infirma eã spũs prõptitudinẽ supprimit. Sic & corporis morbi sæpenũero animę auferũt potẽtias. Spm discipulorum piorũ promptũ Chrs hic pdicat, etiã spũs oĩm com

Orans in horto Christus, se hoĩem declarauit.

comprehendens credentiũ, teste Origene. Incredulorũ spũs, ęque atq; caro marcet atq; torpet. Hilarius quoq; dicit dñm hęc verba de se nō esse locutũ. Theophylact' itidē de discipulis accipit. Pręclare hic Hieronym' ait: Itaq; quãtũ de ardore mẽtis cõfidimus, tm̃ de carnis fragilitate timeam'. Reuertit Iesus ad orõnẽ, discipuli quos orare iussit, sternũt somno sepulti. Erãt enĩ, vt Matthęus et Marcus aiũt, eorũ oculi grauati. Auertit se dñs, & statim cadit seruulus. Adeo in carne bonũ non est. Nisi dñs agonotheta nobiscum fuerit, perimus. Abijt oratũ, & ecce discipuli loco cedunt, tentatori herbã dantes. Origenes hic nos hortatur, vt dño nostro supplicemus, vt nobiscũ semp manere dignet. Et hoc obserua, Endymiones vt sopore vrgenĩ, sic eps animarũ nostrarũ vigilat orõni instãs: nobis exemplũ pręscribẽs, vt in orõne seduli esse pgamus, potissimũ vero tentatiõe ingruente. Semel orare, nõ est orare. Oportet semp orare, qd tãdem est exorare. Ter negat Petrus, ter orat Iesus. Petrus ter negat, quia ne semel qdem orabat. Iesus diabolo pualens, nobis victoriæ exemplar præbet. S. Lucas ppassionẽ Chri fusius psequtur, dicens dñm positis genibus precatũ, Matthęus dicit ipsum in faciem suã pronũ orasse, symbola declarãtes verę orõnis cordis cõtriti & humiliati. Spiritus sanctus p quẽ Deũ patrem abba inuocamus, hm̃oi symbolon autor est. Deo patri ingratũ esse nõ potest, qd ab autore spũ sancto pficiscit, & cuius exemplũ filius Dei vnigenitus cõfirmatũ ecclesiæ cõmendat. Quæ, malum, ergo apostolæ euãgelicastræ cuiusdã insania, inclinationes monasticas, tanq̃ hypocriticas & vanas, antiquare conãtis? Circũfertur hodie libellus heroidis cuiusdã viduę, q̃ se monachis iuxtã atq; sanctimonialibus reformatricẽ obtrusit. Inter cætera submissiones orantiũ monachorum & monacharũ taxat, quasi Chrus hic in genua nõ solũ, verũ etiã in sacrosanctã faciem pcidendo, aut inurbanitatẽ cõmiserit, aut turpiter in terra iacuerit. Micol in aula educata, sic oĩa spũs sancti risui habet. Fœmina aulicis illecebris absorpta, indigna quæ inter catechumenos ante templi fores in atria recipiaĩ, ecclesię sibi reformationẽ audet vendicare. Mulierem silentiũ ornat. Apľus ergo in ecclesia mulierẽ tacere vult. Apud Romanos quoq; dedecus erat, mulierẽ in cõciõe loq. Noui apostolastri etiã cõtra naturæ regulã, suas apostolas ex garrulitate probãt. O tẽpora, o mores. Sed & hoc certũ est, Saxoniã crapulæ vitio deditã, ingenia crassiora gignere. Barbari sunt ppemodũ etiã magnates eius puincię. Quis ergo nõ temeritati & ignauiæ adscribat, reformationẽ tã informem, quã & fœmina aulica, & Saxonię indigena, est meditata? Nescias ambubaiã aulicę potatrici & saltatrici, tanq̃ irreligiosiorẽ, posthabeas: & ecclesia se talis heroidis reformatiõi cõmittat? Valeant Herodiades & Iezabeles, nos ad euãgelistã reuertamur. Lucas itẽ in Chri ppassione addit, sudorẽ eius factum sanguineũ, & nõ modo vestes Chri sanctas infecisse, verũ etiã in terrã pfluxisse. Secũdum sensum literalẽ, Sãguinis illa distillatio veritatẽ corporis Chri arguit. Vel si supernaturalẽ fluuiũ eum dixeris, disce inde Chri passionẽ oĩm fuisse acerbissimã. Iuxta mysteriũ, p terrã sanguine sacrosancto irrigatã declaraĩ, q̃ effectũ suę precis obtinuerit: vt fidẽ discipulorũ, quã terrena adhuc fragilitas arguebat, suo sanguine purgaret: & qdqd illa scãdali de morte eius ptulisset, hoc totũ ipse moriendo deleret, & totum mundũ peccatis mortuũ, ad vitã resuscitaret. Vide Glos. ord. In hoc tãto agone misit illi angelũ cõsolatorem pater cœlestis. Cuius hoĩs intellectus tam amplus est, vt hui' mœroris & agoniæ vehemẽtiã satis capere possit? Quis tam facundus esse poterit, vt fando tristitiæ & doloris psentis magnitudinem exprimere possit? O q̃ durã prouinciã subijt generosa caro Dauidis prosapiæ. Quis vnq̃ sanguinẽ sudauit præ anxietate? Peccatorũ nostrorũ facies tã horrenda est & fœda, vt sudorẽ eũ extorserit. O onus graue grauatũ sup humeros Agni Dei. Agnellus hic Deus, verus Hercules, alexicacos, hoc est, malorum propulsator. Duo obserua, & ex duobus vnũ collige. Vides prostratũ, sanguineo sudore diffluentem, sed & angelon dño suo ministrãtem. Verũ Deũ & hoĩem crede. Vnã eam fidẽ, duo quæ vides, te docent. Crede ergo verũ Deũ & hoĩem, & tanti magistri stude esse ęmulus, patiẽs in tẽtationib', & pseuerãs in pcatiõibus. Deniq; hic obserua, etiã absolui hic pphetarũ oracula. Prædixerat Dauid Me Elohim, minorãdũ paulisp ab angelis Psal. 8. Hoc ipsum collige hic ex angeli cõsolatiõe & cõfortatiõe. Humanitas, angelica cõfortatiõe & ministerio opus habet, vnde & Chrs quãten' hõ, eã nõ est dedignat', se verũ hoĩem declarãs. Angeli hic cõsolanĩ & cõfortãt, Mat. 4. accedũt & ministrant. Enischyõ. i. cõfortãs hic legiĩ, dissimile ab eo qd dicit Petro Sterixõ. i. cõfirma. Angelicũ hoc cõfortare, pstanti' est Petrino hoc cõfirmare. Obserua ineffabile & horroris & anxietatis luctamẽ, & hũanitatẽ dephendes verã. Iterũ luctatoris obserua integritatẽ, q̃ ei' memoria semp in suo pmãsit statu. Redit ad suos. q̃rũ cura etiã torq̃baĩ. Cõpatiebaĩ eorũ infirmitati. Dormite, ait, iam & requi-

Orõnis verę symbola hęretici antiquãda cõtendunt.

Heroides infandũ hodie sibi ecclesię cẽsurã vsurpant.

Sudor Chri sanguineus in terram defluens qd significet.

Hũanitas angelica cõfortatiõne habet opus.

requescite. Theophylactus putat ironicos dictū. q. d. Scilicet hic locus aptus somno. Post ironiam eam serio ait: Surgite, eamus. Ecce adest ꝓditor. Hora iam adest, de qua vobis toties dixi. Sequitur:

Textus Mat. xxvi. Mar. xiiij. Luc. xxij. Ioan. xviij.

Adhuc eo loquente, ecce Iudas vnus ex duodecim venit, & cum eo turba (vsqꝫ) At ille reiecta sindone, nudus profugit ab eis.

Presentis lectiōis caput, est Matthęi, calx vero Marci. Medium ex q̄tuor collectū est euāgelistis. Alij euāgelistę, ea q̄ alij pręterierūt, cōtulerunt. Oēs historiā sacrā studiose cōtexere studuerūt. Nos ergo, vt diligēter singula audiamus, & cordibus nr̄is cōmittamus, decet. Euāgelistę hoc loco, qua ferocitate & q̄ furore Chr̄o man⁹ iniecerit synagoga, cōmemorant. Cohortē assumpserunt secū sacerdotes & sacerdotū ministri, ꝑspicaces & callidi. Cohors, teste Augustino, nō Iudęoꝝ, sed militū fuit. Origenes q̄qꝫ milites stipendiū faciētes, hic ꝑ cohortē intelligit. Theophylactus putat milites hic à synagoga pecunia cōductos. Sūt q putāt ꝑcario exercitū hūc esse cōflatū. Lucas nō obscure ait, etiā ex sacerdotū numero q̄sdā in hoc fuisse exercitio. Fustes hic & gladij. Furor arma ministrat. Quadrat huc q̄d est in fabula pugnę Centauroꝝ & lapitharū. Certatimqꝫ oēs vno ore arma arma loquūtur: Res epulis quōdā, nūc bello & cædib⁹ aptę. Exercit⁹ hui⁹ Iudas dux, cōmilitonib⁹ suis signū dedit, q̄ Iesum discernerēt. Syssemon, hoc est, generale signū, notoriū omnibus symbolon. Quale aūt hoc? Osculum. O amicitiā mētitā, O inimicitiā latentem. Nox erat ipsa Iudas. Amicus idē & inimicus. Signū dedit, qa nox erat, ne bn̄ficio noctis elaberet̄ pastor, & deprænhēderet̄ ouis. Origenes addit Iudā timuisse trāsformaturum se Chr̄m. Putabant Chr̄m Proteū vel Acheloum aliquē, hostibus specie mentita verba datuꝝ, quale hoc est apud Maronē: His ego sæpe lupū fieri, & se condere syluis Mœrim, sæpe aīas imis excire sepulchris, Atqꝫ satas aliò vidi traducere messes. Solicitus adeo Iudas, cohorti signū dedit ꝓmissum. Insup strenuus dux, funes exhortabat̄, vt osculatū Iesum ducerēt asphalos, hoc est, circūspecte, prouide, caute. O proditorem proditoꝝ. O latronē latronū. Sinon & Metius insignes apud poetas celebrātur ꝓditores: sed nullū vsquā abominabiliorem traditorē inuenias: q tanta auiditate, tāto ardore dn̄m & magistrū suū prodiderit. Hæreticos, Origenes Iudæ cōfert. Veritatē, secundū autorē eū produnt osculo, hoc est, veritatis fuco. Chrysostomus dicit Chr̄m etiānum tradi, quoties pax cōturbatur ecclesiæ. Canones itē simoniacos Iudæ cōponūt. Videmus itaqꝫ nō vnū Iudam supesse, sed multos vnū fratres & cōsortes habere, hæreticos, schismaticos & simoniacos. Oēs pietatis habent ꝓtextū. Pastores sese ingerunt, sed lupos veros ipsa re exprimunt. Lupo & lupulis tot Agnus innocēs Chr̄us Iesus hic obuiam it: prior inimicos voce pia cōpellat, dicēs: Quē quęritis? Respōdent, Iesum Nazarenū. Nazarenus dictus à patria Nazareth, vnde erat oriūdus. Iesus vocatus ab angelo, priusquā cōciperetur in virginis beatæ vtero. Norant quē oderāt, nempe personā crucis. Cæteꝝ si cognouissent, haudquaq̄ regē gloriæ crucifixissent. Sed & ꝑsonæ crucis iniuriā inferre, horrendū. Væ potētibus, q exemplum hoc identidē imitant̄, miserā plebem nullis non iniurijs deprimentes. Ego sum, ait. Parrhesiā, hoc est, libere dictū, verbū fiduciæ tale nemo historicoꝝ cōscripsit. Fideles q Chr̄i esse cōtendūt, tale verbū sibi cōmendatū haberēt. Rogat hæreticus, Cuias es? Respōde, Catholicus: & proteres hæreticoꝝ furiosoꝝ phalāges. Catholicū esse, est veritatē sensus cōmunis tenere. Veritas ea Deus ipse est: molem eius leuitas non sustinebit hæreticoꝝ. Muscas ex elephāto reddideris hęreticos, si ingenue te catholicū esse respōdeas. Si cūctāter & meticulose rn̄deris, miseras muscas crabrones & dracones reddideris. Virtutē ꝓfessiōis veritatis hic obserua. Ego sum, ait, & abijt exercitus retrorsum. Vbi hic cohors armata? vbi sacerdotes & ministri furibūdi? Nēpe vna vox dicētis, Ego sum: tātā turbā odijs ferocem, armisqꝫ terribilē, sine vllo telo pcussit, repulit, strauit, dicit Augustin⁹. Et idē iteꝝ ait: Quid iudicatur⁹ faciet, q iudicādus hoc fecit? Quid regnaturus poterit, q moriturus hoc potuit? Vide agnellū Dei, eūdē q̄qꝫ eē leonē trib⁹ Iuda. Quis vnq̄ terrę bellatoꝝ fortiū, tā miti voce hostes suos strauit vniuersos? Nō Alexāder, nō Xerxes, nō Hānibal tātę fuit virtutis. Obserua verbū oīpotens, cui dicere est facere. Facin⁹ audax benign⁹ pastor reprimere, q̄tū ad suū ꝑtinuit officiū, institit. Ostēdit in quē cōpingerēt. Ostēdit qua se virtute aliqn̄ vindicare posfit. Sed cęcitas lucē eā salutarē nō admittit. Ambrosius itaqꝫ ait: Volēti inijcit manus turba, nectunt̄ vincula. O amētes, o ꝑfidi, nō sic cōpręhēdit̄ Sapia, nō sic tenet̄ iustitia. Locū hūc frēs animis imis cōmittite, & vosmet durate fortunę aduersę. Sequitur: Iteꝝ interrogauit eos, dicens: Quē q̄ritis?

Eam

Potentes in ꝑsonis crucis infimatibus Christum regē glorię supprimunt.

Catholicę veritatis molē, leuitas hęreticorū non sustinet.

Iudas ꝓditor ꝓditorum, & latro latronum.

Eandē hostes vocē edunt. Dedit eis & resurgēdi, & sese capiendi copiā, respōdens: Dixi vobis, qa ego sum. Inter primā interrogationē & hāc pręsentē, factū est interuallū aliqd certū, quo in terra immobiles iacuerūt. Prostrauit eos, vt exhortaret, sed potestas erat tenebrarū tradıti in reprobā mentē, admonēdo reddebant deteriores. Dimittit ergo suę malignos voluntati, seq; pri obedientē exhibēs, calicēq; suū recipe nō dubitans. Discipulos vero suos, adhuc nō cōfirmatos, vetuit cōtingi, dicēs: Si me quęritis, finite hos abire. Vide etiā Imperatorē fuisse Chr̄m, iam se morti offerētem. Prouerbiū est: Gaudiū est miseris, socium habere in pœnis. Vide ergo Chr̄m miserū nō esse, sed imperatorē prępotētem, etiā à morte iam circūuallatū. Obserua, Sapiām oīa ordine facere, nihil temere cōmittere. Dixerat: Quos dedisti mihi, non perdidi ex illis quenquā. Dedit apl̄os Chr̄o cœlestis pater subpastores, & vicarios, cooperariosq; & administratores spūs, nō lr̄æ, horū curā egit. Seruabat itaq; suos Seruator mūdi, ipse animā suā pro ouibus suis impendens. Iudā hæreticorū typum, filiū perditionis vocabat, qa album eū in petrā eam, cui ne inferorū quidē portæ pręualent, ædificatū, reliquit. Filijpd itionis meminit Psalmo 69. & 108. Pekudatho ijkah ahed, hoc est, episcopatum eius accipiet alter. Sic em̄ Pekuda interpretant Septuaginta & Lucas. Hieronym⁹ hic dicit: Miser Iudas, sed tamē nō miserabilis. Quis em̄ illius vnquā est misertus? Vide Chr̄i virtutē efficacem esse in ecclesia, in qua permanens Stephanus, factus est protomartyr: e qua deficiēs Iudas, desperauit. Stephanus protomartyr est factus, vt adimpleretur quod dixit: Erit, vt si qs vobis manus intulerit, arbitretur se obsequiū præstare Deo. Item, Sicut oues in medio luporū mitto vos. Ioan. 16. Mat. 10. Item, Tradent vos in cōciliabula, flagellabunt vos, & e synagogis vos facient, deniq; etiā occident. Sed hic noluit belli inexpertos in militiā eam mittere. Iudas quoq; negocij sui memor, ostendit hæreticos & filios huius seculi in suis negocijs esse sagaciores, quàm in suis sunt filij regni. Apostoli prius somno iacebant oppressi, hic trepidi & pauidi, qd facerent aut cogitarent, ignari. Syssemon vero promissum, Iudas dn̄o dat, dicēs: Rabbi Rabbi, hoc est, Magister Magister. Vide qd non ausit humana puersitas. Talia q̄tidie fiūt à pseudochr̄ianis, qui ore Chr̄m p̄fitent, factis vero negāt. Mellita talia verba vides in virulentis pharisæorū labijs, Mat. 22. Ioab sic affatus Amasiā, 2. Reg. 20. vbi ait: He Salom attha Ahi, hoc est, Satin bene tecū agitur

Christ⁹ imperator etiā in media morte iā circūuallatus.

Iudas hæreticorū typus, extra ecclesiam despe rauit.

mi frater? Oscula hęc sunt subdola, contra quę Salomon agit Pro. 27. Vulnera amici veri qs non p̄ferat talibus osculis osculorū fictorū amicorū? Nō sic Ioseph fratres suos osculatus est in Aegypto Gene. 45. Osculū synceritatis Apl̄s ecclię cōmēdat, 2. Co. 13. Osculū est signū pacis. Osculantiū se, vnus fit spūs, teste S. Thoma in Apl̄m loco iā citato: Salutate vos ī osculo sc̄tō. Agape vet⁹ hmōi oscula nouit, qñ eleemosynæ maior in ecclesia erat cura. Nunc oīa simonia & auaritia sunt plena. Reformatores informes, qualia crepent oscula, satis videt Germania. Oscula sunt hęreses, Euāgelion sese venditātes: oscula sunt schismata, reformationē ecclesię sibi pollicentia. Quadrāt euāgelio nouo & reformationi sua cātica cōcitatissima: Wan die welt vol theuffel were, vnsere fiehāde toben, sie wollen vns fressen. Quis nō ex voce istac depręhēdat lupū rapacē melote latitantē? Origenes obseruat, Chr̄m rarius amicos vocare bonos & vere pios. Matt. 22. ait: Hetęre, id est, Amice, q̄modo huc intrasti, nō habens vestē nuptialem? Item 20. Amice, nō facio tibi iniuriā. Sed Luc. 14. vides amicū vocasse bonū. Itē Ioan. 15. Vos amici mei estis, si feceritis ea q̄ p̄cipio vobis. Ecce tibi stulte & inimice Chr̄i, q nō facis ea q̄ p̄cepta sunt tibi. Amicitia inter iniustos nō coit. Vides ergo iustificare bona opa, Dei nobis amicitiā conciliantia. Fugiamus ergo nouos euangelicastros, ab amicitia Dei nos auocātes: pręcepta Dei obseruemus, bonis opibus instemus, vt veri amici Dei simus, idq; exemplo Abrahæ, Iacob. 2. Exemplo Lazari Bethaniensis, Ioan. 11. Item Aplorū oīm, Ioan. 15. Hieronymus putat hic Iudā vocatū amicum cata Antiphrasin, Amicū pro inimico. Amicū vocat cor piū etiā hostē, quem sibi cupiat conciliatū. Theophylactus hic probat exemplum comitatis Chr̄i, q neq; redarguit, neq; à se absterruit p̄ditorem. Honesto noīe eū appellat, Iudā nimirum, quod nō obscurū signū est charitatis. Suprà sic dixit, Simon Simon. Item infrà Mariam quoq; p̄prio cōpellat noīe. Bonus pastor nihil, q̄d ad curā ouiū facere potest, intermittit: sed insynceri & obstinati canes & porci gratiā eā cōculcāt. Ambrosius graphice Iudę hypocrisin detexit, dicēs: Amoris pignore vuln⁹ infligis, & charitatis officio sanguinem fundis, & pacis instrumēto mortem irrogas? Seruus dn̄m, discipulus prodis magistrū? Attēde & nunc strenuitatem cōmilitonū Scariothis. Viso signo sibi dato, & accepta insaniēdi licentia, dictum atq; factū. Irruunt, manus injiciūt, vinciūt, & nulli violētiæ parcūt. Hic clamor, hic furor: nō hic parcit innocentiæ, nō hic locus est

Hæresis oscula Iudæ.

Amici Christi veri sumus, vtiq; si iussa mandata obseruemus.

est timori Dei. O miserabile spectaculũ, q̃ vel lapides cõmouerent. Discipuli hic vim vi ppulsandã arbitrabãt. Petro hic partim pudor, partim horror, partim item amor animũ ingenerauit. Sed nõ vigilauit ad p̃scriptũ Chri, ergo neq; hic fert secundum sapiam. Mat.5. ira & vindicta dãnat. Audiuit item Petrus olim in Samaria, vbi zelo Apli impruděti vel ignẽ de cœlo putabãt postulandũ: Nescitis cuius spũs estis? Non venit filius hoĩs animas pdere, sed seruare. Luc.9. Ferro decernendũ putabat hic Petrus, oĩm Chri pceptoꝝ immemor. Percutit Malchũ quendã, cuius auriculã amputauit. Sapia cõstans, & sui nõ immemor, malefactoribus & inimicis pietatis officiũ nõ denegauit, Malcho amputatã carunculã, siue chartilaginẽ restituit. Digitũ Dei sese declarãtem, qs nõ hic vidisset? Sed tenebrę lucẽ nõ recipiũt. Mala pro bonis mali reddere pergũt. Pręclare hic Ambrosius dicit lib. Offi.3. cap.4. Chrs noluit sanguine psecutoꝝ fuso defendi, q suo sanguine oẽs hoĩes voluit redimere. Per auriculã Malchi, Origenes allegoricos intelligit orthodoxum sensum. Dextera auris amputata, manet sinistra. Sensus dexter ablatus est à synagoga in Thalmuthico misere palant cõmẽto. Hieronymus subscribit Origeni, atq; ait, Dñm aurem dexterã reddere ĳs, q̃s ad suũ regnũ vocat. Idem sup Marcũ ait: Prædicatio Petri, à Iudæis auditum regni Dei abstulit. Augustinus: Quid, ait, significat auris amputata & restituta, nisi vt auditus renouet, sic, vt vetustas antiquet, & nouitas reddatur? Nõ oẽs habẽt audiendi aures. Incircũcisi auribus, opus habẽt vetustatis resectione, & nouitatis restitutiõe. Ambrosius ait: Seruus peccati accipit plagam auriculæ, qa verba nõ audiuit sapiæ. Hilarius: Populo, q sacerdotib⁹ (puta legis) seruiuit, per Chri discipulũ auris inobedientiæ desecãda. Theophylactus: Petrus aurẽ abscindens, adumbrat Iudæoꝝ inobedientiã. Alibi idem: Si Mosen audĳssent, regẽ gloriæ nũq̃ crucifixissent. Et hoc obserua, sine Dei grã, nihil esse, nrm pponere, Sine Dei numine, nihil esse in nostro molimine. Petrus caput Malchi petens, nisi solam tetigit auriculã. Tetigit aũt, hoc annuente Chro, vt tot in auricula ea ecclesiæ eliceret salutaria dogmata, & tot inde enuclearet mysteria. Theophylactus ait, Gladio hoc victimã paschalem mactatã. Nunc porro Chrm audiamus: Petre, ait, conuerte gladium tuũ in vaginã suã &c. Atq; hic fit clarum, Chrm suprà de gladio materiali atq; martiali non dixisse: Qui habet duas tunicas, vendat vnam, & emat sibi gladium. Non ferro, sed verbo Chrianis decertandum. Adeo Petrus ferro nihil profecit, vt propter eius vsum etiã corriperetur. Qui vsurpat, ait, sibi gladium, gladio plectendus. Gene.9. Leuit.24. Legẽ talionis tam natura, quàm ius positiuũ, probat. Iudæi quoq; abutentes Romanoꝝ gladio, gladio Romanoꝝ sunt extincti. Deus falli nõ potest, neq; item fallit ipse. Viderint itaq; Petri successores, q̃ vtantur gladio: viderint & q Romanoꝝ magistratum gerunt, vt gladio vtantur. Petro ait, Reconde ferrum in locũ suum. Hilarius: Recondi gladium pręcipit, qa eos nõ humano, sed oris sui gladio erat pempturus. Discipulis q̃q;, vt Lucas habet, Sinite vsq; huc: Hoc est, Volũtas Dei est, in fatis ẽ, vt hęc ita fiãt: vt vitã mihi auferant corporis, hactenus illis concedendũ. Resurgens gloriã meam, cui resistere nõ poterũt, declarabo. Vestro nõ habeo opus præsidio, q dñs sum exercituũ angeloꝝ. Si eñ sic genus humanum possit redimi, mitteret mihi pater tot, immo plures angeloꝝ legiones, quot ego mihi elegi aplos. Legionẽ dicit Hieronymus esse manipulum sex milliũ militum. Idem dicit Theophylactus. Quæ angeli vnius sit virtus, adumbratur, 4. Reg.18. Esa.37. Daniel 10. Hic tantus exercitus facit etiã ad gloriam Dei, vnde Deus Sabaoth, hoc est, exercituum, puta angeloꝝ, dicitur. Chrs quoq; in gloria ea cœlestis exercitus ad iudicium est venturus extremũ, Mat.25.2. Thessa.4. Habẽt & cacodęmones suas legiões, Mar.5. Luc.8. Sed muscæ sunt spũs maligni, in bello cõtra angelos bonos, Apoc.12. Bellũ & pugna cõtinua est inter angelos bonos & malos, teste Origene. Hi ergo in sepulchris, illi in cœlo habitãt, teste eodẽ. Obserua Chrm hic loqui dispensatiue, vt homo, pater exhibebit mihi &c. Sic & loqtur homo: Calicẽ quẽ dedit mihi pater, nõne bibam illũ? Nõne hoc volũt oracula pphetarũ? Psal.22.69. Esa.53. Dañ.9. &c. Cõpescuit talibus verbis vlciscẽdi animum aploꝝ, postea cõuertit sermonẽ ad hostes, illos arguendo, dicẽs: Tanquã ad latronẽ venistis cõpræhẽdere me. Q.d. Egregĳ vero milites, bellum ego vobis nullũ indixi, neq; armatos discipulos vnquã circũtuli, milites conduxi nunquã, nec gladio vsus sum vnquã. In templo sedẽs quotidie vos docui, violẽtiæ nõ resistendũ, de malefactoribus bene merendũ, inimicos amãdos. Quare hæc docẽtem in templo nõ tenuistis? Nõne iam in potestate estis tenebraꝝ? Nõne tenebrę mentiũ vraꝝ sunt palpabiles? Cõsentiunt sibi vræ tenebrę & tẽpus noctis. Hoc tẽpus vro furori datum, vraꝝ tenebraꝝ autor diabolus. Permisit pr cœlestis vobis furorẽ, nõ p̃cepit. Scriptura nusq̃ iubet fieri pec-

Auricula Malchi q̃d significet allegorice.

Bellũ per feciales rite indicandũ hosti.

peccata, sed pdicit semp in mũdo fore scandala. Scriptura pdicit itẽ Messiã à suis occidendũ, idq; morte turpissima. Cõplenda scriptura, qd p os pphetarũ pdixit diuina prę̃sciẽtia, adimplendũ vsq; ad apicẽ minimũ. Atq; hæc est dicęologia totius historiæ. Lychnobates furiosi verbis hisce ęque nõ mouent, atq; discipuli. Hi fugiũt, illi ferociũt. Vides scripturã nõ mẽtiri, quæ ait: Oĩs homo mẽdax, Psal. 115. Ro. 3. Dixerũt hoĩes, Nõ scãdalizabimur. Dixit verbum, Oẽs scãdalizabimini. Crux mẽdaciũ detegit. Pręsens imago psecutiõis nõ mentit. Vides verum esse quod Poeta ait:

Tempora si fuerint nubila, solus eris.

Potestas tenebrarũ nulli parcit.

Marc⁹ hic cuiusdã meminit ephebi, in hoc tumultu cõprę̃hẽsi, atq; eũ sindone qua sola indutus erat, relicta, nudũ pfugisse. Adolescens ille argumẽto est, nullũ tpe tenebrarum esse securũ, ne puerulũ quidẽ. Vnde itẽ infantes ĩnocẽtes, Chri Iesu facti sunt martyres, Matt. 2. Ioseph q̃q; neaniscus, hoc est, adolescẽs, male acceptus est à fratribus suis, Gene. 37. Item Dauid 1. Reg. 17. Daniel itidẽ puer &c. Theophylactus ephebũ eũ, de quo hic agit, fuisse ex familia dom⁹ eius, in qua victimã paschalẽ celebrauit Chrus, atq; religionis ductu, religiosam coronam secutũ. Typus huius, fuit Ioseph in Aegypto, vt vult D. Hieronymus, amiculũ suum adulterę dñæ relinquẽs, & fuga suæ cõsulẽs pudicitię, Geñ. 39. Bene agebat cũ ephebo hoc nro, q sola indutus erat sindone: si eñ pluribus aggrauatus fuisset vestib⁹, nõ ita se expediuisset, nec ad corripiendã fugam adeo facilis fuisset. Boethius recte monet: Ne speres, nec extimescas. Diuitię iuxta apologũ sunt graue onus, quo fuga in periculis intercipit. Dicit ergo: Si ingruat periculũ, caue domũ recurras ad cõponendũ, quã tecũ feras, supellectilẽ. Adolescentem hũc alij adolescẽtes sũt psecuti. Vide qd in hoĩe lateat. Quod cantãt patres, hoc saltãt nepotes. Pubes freno cõpescẽda. Catechismo assiduo ab insolentia cohibẽda adolescentia. Prophetę Heliseo petulãtes quoq; pueri illuserũt, 4. Re. 2. Parentes, epi, senes, magistratus, & magistri, rei sunt hmõi adolescentũ erroris, nisi sedulo admoneãt & coerceãt à pteruia innata pubẽ. Sequitur:

Textus Ioan. xviij.

Cohors aũt & tribunus & ministri Iudęorũ cõpræhenderũt Iesum, & ligauerũt eũ: (&c. vsq;) qa frigus erat, & calefaciebat se.

Audistis in supioribus, nycticoraces furiosos nihil nõ violentię ausos fuisse, nec illorũ sęuitiã declinare voluisse Chrm. Poterat elabi nõ min⁹, q̃ adolescẽs & discipuli, sed agnus voluit oues e fauce lupi redimere. Ligauerũt eum, q nos à vinculis soluit peccatorũ. Morte turpissima innocentẽ cõdẽnare decreuerũt: hoc stetit, hoc certũ fuit. ligauerũt ergo, & pessime acceperũt benignũ Iesum, vt vulgi iudiciũ puenirent. Sic tyrãni sapiũt: sic innocentiã supprimũt, furiũt liberi⁹, vt sic simulata austeritate, crudelitatẽ dissimulẽt. Fucus ille vtinã nesciat in repub. Chriana. Primo Chrm adduxerunt ad Annã socerũ Caiphę. Duo hi, erãt sacerdotũ atq; adeo totius synagogæ rectores, iudices causarũ legaliũ, siue (vt vocant) spũaliũ. Chrm tanq̃ legis antiq̃torẽ, iudicibus istiusmodi primo adduxerũt, foro suo vtẽtes. Sic etiã Petrũ & Ioannẽ principibus sacerdotũ statuerũt, Annę, Caiphę, Ioanni & Alexãdro, Act. 4. Itẽ aplm Paulũ Ananiæ Acto. 23. Gallion pses Achaiæ q̃q; falcẽ suã in alteri⁹ messem mittere nolens, dixit ad Iudæos, Paulũ sibi sistentes: Si qua iniuria esset aut facinus malũ, o Iudæi, merito vos sustinerẽ: si vero causa est de lege vrãe, vosipsi videritis, Act. 18. Annas & Caiphas, q̃d ex Iosepho sic mẽoriæ pdidit Hieronymus, põtificatũ ab Herode habuerunt redẽptũ. Theophylactus q̃q; ait, à Romanis põtificatũ obtẽtũ. Lucas hos duos q̃q; coniũgit ca. 3. Alternatim episcopatu fungebant. Annas itaq; hoc anno, q̃ Chrus est crucifixus, priuatus fuit, virũ agẽs, vt ita dicam, põtificalẽ, Caipha põtifice existente. Sic sacerdotiũ tunc fuisse videmus venalitiũ, ex Solymis Babylonẽ factã videm⁹. Ecclesiã hę̃retici huius seculi q̃q; in talẽ Babylonẽ redigere conant, põtificatũ imperio pphano subiectũ cupientes, virtutẽ sacrorũm imaginibus & gladio potius, q̃ spiritui sancto & traduci succedentiũ sibi põtificũ, acceptã ferendã cõtendentes, fontibus liquidis aprũ & floribus austrũ immittendũ decernentes. Forte talẽ Dei iudicij pœnã plati simonię crimie oĩm frequẽtissimo hodie merent. Digni põtifices qui iræ Dei ppetua monumẽta fierẽt. Caiphas pessimo corde cõsiliũ dedit, Vnũ pdendũ pro multitudine. Cõsiliũ hoc Deus Op. Max. optime vertit. Catholici hic accipiũt argumentum, sacerdotis indignitatẽ virtuti sacrorũ non detrahere, sacra e ministrorũ merito nõ æstimãda esse. Verba euãgelistæ sunt in prõptu. Hoc, ait, dixit, qa põtifex fuit anni illi⁹. Q. d. In pessimi hominis officio, opatus est & locutus spũs sanct⁹. Si hoĩem ęstimes, flagitiosissimũ ĩuenies: si officiũ, sacerdotẽ. Illic pestis, hic ppheta. Quantũ ad psonã Caiphæ attinet, sequebat totius Iudaici populi interitus: quantũ ad officium eius spectat, sequebat redẽptio totius generis

Hæretici sacra prophanis miscẽtes, Iudæis sunt magis prophani.

Sacramenta nõ sunt à ministrorũ dignitate vel indignitate ęstimãda.

ris humani. Rogas vbi hic diſcipulorum collegium extiterit? Zacharias propheta dicit diſperſos. Sufficit hoc. Euangeliſtæ hic cæteris profugis, duos ſaltem ſecutos, Ioannem & Petrũ, amoris Chriſti probatos magis, affirmãt. Charitas non patiebatur eos Chriſtũ omnino deſerere, quanuis humana fragilitas nõ pateref eos Chriſtũ cõfiteri. Sequebãtur itaq; nõ aut defenſionis aut confeſſionis gratia, ſed (vt habet euangeliſta) exitum tantæ rei viſuri. Ioannes pontifici notus, domũ ingrediebatur cõfidenter, Petrũ vero, vt ignotũ atq; per hoc cunctabundũ, oſtiariæ commendauit. Petrus, interprete Ioanne, in aulam principis admiſſus, mallet ſe nõ admiſſum: in ædib' em illis, infandũ, Chriſtũ abnegauit. Andreas germanũ eum ſuũ commodius duxit, non in domũ nobilem diuitis pontificis, ſed ad Chriſtũ pauperẽ eũ, q ait: Vulpes foueas habent, & volucres cœli nidos: filius vero hominis nõ habet quo caput reclinet ſuũ. Melius eſt ire in domum luctus, q̃ in ædes mammoniſtarũ & ſimoniacorũ ſacerdotum. Qui tãgit picem, inquinabitur ab ea. Nihil in euangeliſtarũ literis ocioſe legit. haud quaquã ergo ſine cauſa factũ eſt, vt Petrus non alibi q̃ in ædibus pontificum, Chriſtũ negaret ſuũ chariſſimum dñm & Deũ. Iterũ vides veritatẽ nõ falli, hominẽ omnẽ mentiri. Ter, ait, me negabis. Ter, intellige, poſt certa temporis interualla. Ter, puta, intra ſpatiũ duarũ horarum. Primo ſiquidẽ negauit, cũ ab ancilla, cui à Ioanne cõmiſſus erat, interrogaretur. Dein, vbi ab alia ancilla vnà cũ milite quodam, ſe Chriſtũ noſſe inficias ibat. Tertio, vbi ancilla eũ ſciſcitaretur, & multi ad colloquiũ hoc accurrerent. Ter ſic ſuis interuallis inficiabatur, iurando & ſibi male imprecando. Cæterũ ſæpius in tribus illis tẽporibus negabat Chriſtũ, hoc eſt, multis verbis & deierationibus pernegabat. Nolo hic cum quodã, Petri crimen eleuare atq; extenuare, quaſi Petrus ſaltẽ humanitatẽ & nõ deitatem Chr̃i negauerit. Confutat opinionẽ eã S. Auguſtinus. Nicena ſynodus confitetur Chriſti vnã perſonã, verũ Deũ & hominẽ. Alterum ſine altero negare nõ potes. Tu ergo pie frater noli Petrũ excuſare, ſed time Petri exemplo tuis fidere viribus. Ecce, ait S. Auguſtinus, columna firmiſſima ad vnius auræ impulſum tota cõtremuit. Hæc legens, hæc audiens, pœnitentiæ ſacramẽti admoneaf. Septies in die cadit iuſtus, & reſurgit. Nihil eſt, immo periculoſum ẽ, ſuos caſus diſſimulare & tergiuerſari. Reſurgendũ eſt cõfeſſione. Iuſtus prior ſe accuſat, lapſus reſurgit. Nouatus hic cõdemnatur: cõdemnaf item Lucifer & alij

etri ne- gationes rigemi- næ.

hæretici, ſacramentũ pœnitẽtiæ negantes. Quid aliud facit eccleſia quotidie in ſacro Miſſæ, q̃ ꝙ dño Deo pro peccatoribus omnigenis & errantibus orat, vtiq; etiam pro hæreticis, ſchiſmaticis & mãmolucis? Petri pœnitentia pro vnico negatiõis peccato perpetua, etiam admoneat, ne recidiuemus. Bis in bello hoſti terga dare nõ licet. Vir fugiens, denuo pugnabit: hoc turpe nõ eſt, quanq̃ eccleſiæ benignitas etiam ſepties recidiuantes recipiat. Obſerua q̃ta fide euangeliſtæ hiſtoriã hanc ſacroſanctã deſcribãt. Ignis etiã e prunis ad arcendum frigus mentionẽ faciũt. De frigore dicit S. Ambroſius: Frigus erat mentis, nõ corporis. Itẽ Petrus algebat affectu. Aequinoctium erat vernale, qñ & nox & dies humidi & frigidi eſſe ſolent. Frigus ergo erat etiã tẽporis, quo corpora læduntur humana. Et noctes natura ſunt diebus frigidiores. Frigus vero hoc corporum, frigoris mẽtis Petri & aliorum diſcipulorum, typum præ ſe fert. Oĩa ſuis myſterijs hic cõſentiũt. Tenebrarũ poteſtas in tenebrarum nocte incepit. Sic & in tẽpore algoris, Petri ardor cœpit tepeſcere. Rigoris noctis tepidæ ſua certa ſunt myſteria. Domus itẽ ſacerdotis, item ignis in penetralib' accenſus, & cætera oĩa ſua habẽt myſteria. ſed longũ eſſet, ſingula ſi indicare p̃ſumerem. Trinã abnegationẽ Petri Origenes hic allegorizat. Primã ancillã, ſynagogã intelligit: ſecundã, ethnicorũ cõuenticula: tertiã, hæreticorum dicit ſignificare cõciliabula. Vides, tertiã Petri negationẽ, oĩm fuiſſe periculoſiſſimã. Si ergo naufragiũ tale euitare cupias, fac ſchiſmaticorũ & hæreticorum commercia vites. Serpit ſermo eorum carcinomatis inſtar. Verba hæreticorum fœcunda ſunt, iuxtà atq; facundi ipſi hæretici. Nouit diabolus per quos eccleſiam vexet. Sequitur:

Petri pœnitẽtia ꝓ vnico peccato ppetua, ne recidiuemus, nos monet.

Textus Ioan. xviij. Matth. xxvi. Luc. xxij.

Pontifex ergo interrogauit Ieſum de diſcipulis ſuis, & de doctrina eius, (vſque) egreſſus foras, fleuit amare.

Pontifex p̃dam nactus petitã, ſubinde magis atq; magis ſanguinis effundẽdi auidior fiebat. Nihil ſe ira remiſit, viſo innocente, viſo humili, viſo Ieſu. Rapinã arbitratus eſt ſibi hoc cõtigiſſe, vt in Ieſum ſententiã proferat. Sed de cauſa nunc & de accuſatoribus videamus. Iudex interrogat Ieſum de doctrina & diſcipulis ſuis. Hic Ieſus, nõ reus. Accuſatores hic nõ comparẽt. Iudicis ergo iniquitas ipſa per ſe euidens

 fit.

sit. Interrogandi sunt accusatores. Sic Pilatus ait: Quam accusationem profertis aduersus hominē hunc? Interrogat Iesum indignis acceptū modis, quia nouerat accusationem nō habere eos qui Christum sibi statuerūt. Chrysostomus arbitratur Christū de discipulis inquisitū, vbi locorū delitescant, ad quid eos vocauerit, quorsum eos elegerit &c. Eo autē interrogauit, vt Christū seditionis reum cōuinceret, ipsum in suis verbis capiendo. De doctrina, vt Theophylactus vult, percontabatur, vt nouam legem, legi Mosaicæ diuersam, Christū docuisse, vel captiose inferret atq; colligeret. Ad quæstionem de discipulis soter nihil respondit. Causa discipulorū talis nō fuit tunc, vt gloriosa de ea prædicare posset: potissimū in hac re, q̄ se dereliqssent. Palātis gregis pastor, sine dolore, memor esse non potest. silet ergo hic de suis discipulis interrogatus Chrs, sapientia patris & veritas diuina. Doctrinæ tamen responsio, etiam ipsam quæstionem de discipulis abunde expedit. Sapienter ergo ad alterū respondit. Apologia, pontificis acediā tangere videtur. Num, aiunt, quis ex sacerdotibus illi adhæret? Plebs q̄ maledicti sunt, aiunt, saltem audiunt illum. Nicodemus noctu venit, idq; metu suorū collegarum. Dixit quidam, magnates verbū serio rarius audire. Annas quare Christū prædicantem audiret, qui rerū potiebatur? Herodes quoq;, quanquā Christi videndi desiderio teneretur, ad Christū audiendū exire dedignabatur. Christus ergo respondet: Ego in templo semper docui, &c. In templo Christum semper docuisse, vides Marc. 12. Luc. 21. Ioan. 8. 10. Item in synagogis, Matthæi 13. Luc. 4. Apostolis quoq; suis præcepit, vt verbū suū libere passim prædicarēt, atq; sub dio omia manifeste agerēt, Matt. 10. q̄d & ipsos fecisse vides Act. 13. 14. 15. 17. &c. Docuit etiā e naui & in monte, Luc. 5. Matth. 5. nihil tamen occulte & occultandum. In ædibus itē docuit pharisæos, in domibus item curauit infirmos. Et hoc euangelistæ nō tacent, q̄ puellam mortuā, turba tumultuante reiecta, nisi testibus adhibitis sibi puellæ parentibus & tribus discipulis, exc[illegible]uit. Sed oīa vt suo tempore manifestarentur. Sic soluit S. Augustinus dubiū, quod hic aliquis mouere possit, dicēs à vero abhorrere, dominū saltem in templo, & vbi cōuentus Iudęorū fuerit, docuisse. Apostolus pseudoprophetas hæreticos & schismaticos dicit ardeliones fore, & in ædib⁹ hominū peccatis oneratorū, concionaturos. Sic hodie in oībus fere angiportis garriunt & cantillant, pontificē Romanū esse antichristū. Egregij bellatores, vbi cū laruis est lucta. Hoc hæreticorū propriū. Trepida cōscientia fiduciā sui aufert. Dicis, etiam in municipijs & in regionibus q̄busdā aperte nouū denunciari euangelion, idq; expulsis veris parochis orthodoxis. Respōdeo, Hoc nihil aliud esse, q̄ in angiportis cōcionari. Expellere veros sacerdotes catholicos, inducere nouos dubiæ & doctrinę & sanctimoniæ, nihil aliud est, q̄ furem agere & latronem. Nam & seruator noster hæreticos lupis confert, ouilla veste cōtectos. Et hoc mi frater scias, Germaniam alijs ecclesijs, Romanæ ecclesiæ fidem & cultum asserentibus collatam, vix angulum esse. Tam hæretici sunt clancularij sibilatores, vt Coloniensem, Louaniensem & alias catholicæ professionis academias, nō ausint accedere. Fidem publicā, instar prædonū & homicidarū, nisi habeant, aut certa pręsidia norint, ne quidem ad comitia aduentare auderent. Stentora vincūt clamitādo, vbi coniuratorū & protestantium manu se videant vallatos. Si sciunt se veros prophetas curæ esse Deo, si sciunt pontificem verū antichristum, si sciūt archiepiscopos certos antichristi satellites, gladio spūs fisi, metropoles & Romam peterent vltro, ipsum antichristū audacter inuadēdo. Sed quidquid scriptitant, quidq̄d clamitant in suis speluncis, nihil est q̄ in angulis concionari, & cū vmbris digladiari. O cæcos Germanos, q̄ fucum eum videre non possumus. Hactenus de loco. Nunc porro apologiam de doctrina audiamus. Interroga eos q̄ me audierunt. Auditorium, suæ doctrinæ testem vocare, fiduciæ sui apertū est argumentū. Theophylactus ait: *Fidētis in veritate dictorum, ne quidem ab æmulis reprobandorum. Nostri noui apostola stri, bone Deus, q̄ sunt in doctrinis suis varij? negant, & statim negata adfirmant, adfirmata rursus negant: laudāt ea quæ mox damnant, damnant ea quæ statim probāt. Epistolam Iacobi velut stramentitiā, olim reiecerunt, postea eam apostolicā receperunt. Loci communes & alij priores libri cum posterioribus conferantur, & omni Proteo & Vertumno magis deprahēdentur varij. Cryphæi ergo cryptas & latebras quærunt, homines prurientes aurib⁹, oneratos peccatis, leues & deprauatos, q̄s ad bigamiam & ad omne licētiæ carnalis genus iritare queant, & sibi sic subterfugia parare. Doctrina vere euangelica, primū est casta, dein pacifica &c. Iaco. 4. Apostoli, derelictis vxoribus, castimoniæ studuerunt. talibus auspicijs nata est ecclesia. Ecclesiæ ergo nō sunt neq; Chri, qui etiam bigamiam statuūt. Reformatores subdolos, sic suo colore sese decuit depingere. Bona

pars

Magnates verbi Dei contēptores.

Hæretici clandestini prædicatores.

Hæretici Cryphæi cryptas quærūt.

pars ipsorum fratrũ euangelicorũ, ab hoc & ab eius generis pluribus dogmatibus discordant:adeo inter hæreticos ipsos sectæ sunt & discordiæ. Doctrina sana etiã inimicos testes potest habere. Catholicam doctrinam nõ ratione,sed violentia æmuli supprimere conãtur:sed etiam sic frustrãtur. Christo hic pro verbis verbera dantur. Exclamat hic Chrysostomus,dicens: Exhorrescat cœlũ, contremiscat terra de Christi patientia,& seruorũ impudentia. Item Augustinus dicit,Nihil hac Chri responsione fuisse verius,benignius,æquius. Si eius q tam pium dominum percussit,nobis subierit memoria:fulmine tactum,aut dehiscente sibi terra sub tartara raptũ nõ esse,indignamur. Sed mitissimus Iesus suo exemplo patientiã nobis commendauit. Suprà Ioan.8.domino eodem modo responderunt Iudæi. Sacerdotũ ministri itidem ipsi Ioan.7.dixerunt, neminẽ vnquã adeo diuino eloquio inclaruisse. Sapientia diuina hic se etiam declarat,neq; de accepto colapho murmurando,neq; iniuriam eam sacrilegam taciturnitate comprobando. Ait itaq;:Si male locutus sum,testificare de me:sin,quid me cædis? Theophylactus hic dicit,dominũ omnia & submouisse & perdidisse potuisse, nihil tamẽ horum fecisse, sed tali vsum esse sermone, quo etiam feras,immo lapides commouisse potuisset. Qui Chri sunt,Chri exemplum imitantur. mundus suis itidẽ vtitur moribus. Paulũ itaq; sacerdotum ministri coram Anania colaphizauerũt, ꝙ libere sacerdoti respondisset, Act.23. Sic est ingenium mundi, lædere,& se lædi vociferari. Sed heus tu Christomastix audi. teipsum verbis Chri compello: Chri responsio aut sana est,aut vana. Si sana,adorasses eam: si vana,confutasses. Cognoscis dilemma? Quis,rogo,Christũ ceratinũ atq; cornutũ docuit syllogismũ? Quantũ ad alterã partem syllogismi attinet,verũ bonum est & laudabile,teste Aristotele Ethicorũ quarto. Virtus quoq;,teste eodem ibidẽ, facit homines tanquã deos mũdo venerabiles. Contra naturã itaq; peccasti,q ob veritatis sermonem & homini innocenti manũ apertam in faciem inflixisti. Quantum ad alteram, leges non patiuntur, vt, inaudita causa,reus vapulet. Vides itaq;(vt Chrysostomus ait)hic nõ iudicium,sed violentiã extitisse. Quid præter violentiam hodie regnat in mundo? Vbi veritatem libere impune hoc æuo profitearis? Apud sectas tanta sæuit tyrannis,vt citius speres Turcam,q̃ catholicum,apud illos pacem inuenturum. Alij abusus dissimulantes,& quaslibet consuetudines verbo manifesto

Violentia in mundo regnans, Christũ etiãnũ colaphizat.

Dei præferẽtes,qd aliud faciunt,q̃ ꝙ Christum in faciem cędunt? Sed ad Petrum cũ euangelista reuertamur. Negationes Petri,euangelistæ nõ ab re omnes toties repetunt. nos ergo rem tanti momenti perfunctorie præterire nõ volumus. Apostolorũ princeps hic nihil in vniuersum agit,nisi ꝙ inficiatur,& sibijpsi malum imprecatur. Anathematizat se, diris se deuouet, idq; permotus voce muliercularum. Qui ante pugnam sibi vendicauit victoriam, hic trepidat ante tubam. Nõ in tormẽtis, nõ in eculeo Christũ negauit. Fides non fidiculis illi est adempta, sed muliercularũ vocibus. Stricto ensi iugulum dedisset,sed ecce linguam mulierculæ pauit. Videre videor aliqd grandis mysterij subesse exemplo. Quid hodie effœminatos facit ecclesiæ prælatos, nisi voluptas & hoc genus mollitiei? Sed quando tandem cacoethes abusuũ corrigunt? Petrus ter Christũ negauit,idq; multis modis:sed in vna hoc factum nocte,inq; duarũ spatio horarũ. Hodie Chri contemptus magis atq; magis inualescit. Chri vero contemptũ voco abusuum dissimulationẽ,omniũ schismaton & hæresion occasionẽ. Nõne zizania tanta dissimulare,& pacis catholicæ rationẽ non habere,Christũ est negare? Dominus Iesus ecclesiæ sponsus,magnates ecclesiæ oculis suæ clementiæ,qbus Petrum adspexit,clementer respicere dignetur. Infinitæ virtutis est intuitus ille Chri,quo vel lapides liquescerent,nedũ corda mollescant. De conspectu eo sic habet euangelista:Et conuersus dominus, respexit Petrum. Et recordatus est Petrus verbi domini,sicut dixerat,ter me negabis. Et egressus foras Petrus,fleuit amare. Audi frater, Adspectum Chri, iuuit recordatio verbi. Hæc vbi sunt,fletus pœnitẽtiæ nõ sequi nõ potest. Respicit hodie nostrates Chrs, sed qa negligitur verbũ,efficax in contemptoribus verbi respectus gratiæ nõ potest esse. O felicem Petrũ. primo,ꝙ ipsum inspexit Chrs. Secundo, ꝙ Chri verbum cordi suo commisit Petrus ipse. Tertio,ꝙ verbum Chri,veritatẽ atq; adeo ipsum Deũ esse didicit. Quarto,ꝙ domũ effœminati pontificis exiuit. Quinto,ꝙ amare fleuit. Beatũ omnẽ, q talem de peccatis suis agit pœnitentiam. Fletus hic Petri plenã delineat nobis conuersionem. Origenes ait: Plorat ex amaritudine peccati,examaricans in pœnitẽtia fletum suũ. Hieronymus quoq;:Conuersus Petrus,fleuit amare,ternæ negationis sordes lachrymis lauãs. Itẽ Ambrosi⁹:Quod defendi nõ potest, ablui potest. Lauent lachrymæ delictum,q̃d voce pudor est cõfiteri. Idem:Lachrymæ veni

magnates ecclesiæ voluptas, Annæ & Caiphæ ancillula, facit effœminatos.

Respect⁹ Christi & verbum eiusdẽ iũcta, Petrũ flere fecerunt.

Hæretici pœniam à gaudio potius q̃ à mœrore auspicantur

niam non postulant, sed merentur. Hæretici quo nos abducant, hic videmus. Negant pœnitentiam amaritudine fletus & doloris incipiendã, sed gaudio. Sic Petrus papistico spũ frustra fleuerit. Sed vanissimi hoĩes neq; scripturæ sentẽtias, neq; exẽpla, quo suã opinionẽ statuant, habẽt. Vanissimi sunt q illis fidẽ adhibent. Euangelicos se vocant, qa oĩa quæ dicunt, euangelion esse dicunt. Euãgelij eius autor in tantam venit superbiã, vt etiã libros scribẽs, rarius scripturã canonicã adducat: tanq̃ ea quæ e suo defluant pectusculo, adorãda atq; euangelion habẽda sint oĩa. Catholica professio nihil est nisi scriptura ipsissima, vnde illis etiã hic de contritione, pœnitentiæ veræ auspicio, & sententiæ & exempla scripturæ affatim suppetũt. Sequitur:

Textus Marc. xiiij. Matthæi xxvi.

Summi vero sacerdotes & oĩe concilium quærebant falsum testimonium, (vsq;) Prophetiza nobis Christe, quis est qui te percussit?

Multa q̃q; hoc genus alia, secundũ euãgelistã aduersus Iesum effutierũt, multa q̃q; eiusmodi iniuriarũ Chr̃o irrogauerunt, idq; in domo Caiphæ, q tunc principẽ egit sacerdotũ. Principes ecclesiarum, pontifices & archiepiscopi, viderint, ne Caiphæ referant personam. Oĩa quæ scripta sunt, propter nos scripta sunt, in nostrã admonitionem & eruditionẽ. Caiphas indagator anxius, vidẽs oĩa quæ agebant, & cõtra Christũ acta erãt, anilia esse, & nihil dignũ accusatione importare, aliã secũ rationẽ init. Veritatem mendacio supprimendam arbitrabatur. Pseudomartyrio agendũ duxit: inde causam mortis se non dubitauit inuenturum, nec item testes defuturos sibi. Nã prouerbium est: Vnquã non deerit, testem q quærit inanem. Non refellit sagacem indagatorẽ, venaticũ canẽ illum, cruoris Christi effundendi cupidum, sua opinio. Ecce vis testium vanissimorum adest. Sed mentiri est artis. Mendacij magister, veritatis hostis Caiphas, testimonia mẽdacium animaduertit inertia, quippe sibi minime cohærentia. Mendacem memorem & acutum esse oportet. Caiphas causarũ forensium non inexpertus, malens esse auditor, aliorum testimonia audiẽs, ipse nullum testimoniũ protulit, sed aliorũ testimonia tanq̃ vana & leuia repudiauit, vt accusatorũ memoriã & ingenia acueret. Steterat omnino testimonijs causam eã peragendam. Lingua testis mendacis, nouacula acuta. Theophylactus ostendit formam iudicij esse obseruatam, puta ad speciem. Fucus formæ, non vera forma fuit. Neque enĩ fas erat, nocte ea sacra, in qua religioni studendum fuit, in qua agnum paschalem celebrare conuenit, causas mortis agere. Suo tempore fieri oportet oĩa. Hic fas, æquitas, lex Mosaica, lex naturæ, temporis sanctitas & omnia cõfundunt. Adde q; neq; nox causis agẽdis est data. Optimus Deus pater cœlestis, præuaricationem tantã sacrilegã eã, iuxta typũ agni paschalis, in omnium electorũ conuertere potuit salutare sacrificiũ. Meditabant homicidæ homicidium, immo parricidiũ. Deus moderator bonus, inde electis confecit salutare sacrificium. Sic passioni Christi nox ea agni paschalis congruit, quanquã scelesti peccatũ sacrilegi parricidij aggrauarent, tale facinus in hac sancta nocte machinãdo. Sed ad testimonia reuertamur. Testiũ (q̃d dixi) vox multũ ponderis habet in causis criminalibus. Naboth regi inuisus, non nisi falsis testibus (vt populo tali illuderet fuco) morti adiudicari potuit, 3. Reg. 17. Nisi veritatis maiestas admirabilis liberasset Danielem, etiã tantus propheta falsorum testiũ perijsset linguis, Danie. 6. Stephanũ vox huiusmodi testiũ, quasi præsens fascinum interemit, Acto. 7. Tale synedrium (hoc est, concilium, quod Matthæus item symbuliũ vocat) in pontificis aula est conflatum? Quis spũs hosce symbuleutos exagitauit? Tanta ne in vrbe sancta potuerũt patrari flagitia? Conuenientia testimonia non erant. Spũs enĩ mendacij sibila diuersa edit. Susannæ historia est argumento, mendaces testes sibi non consentire. Post multos pseudomartyres tandem insignes duo prodierunt, dicentes: Nos audiuimus illum dicentem, Possum destruere templũ Dei &c. Vide, lingua inflata spũ mendacij, quo peruadat. Sic testis peruersus oĩa, quãtumuis recta, peruertere potest. Rotã natiuitatis agitatam spũ gehennæ, linguã mire inflãmare posse hic vides. Miraculi ergo loco habendũ nõ est, hæreticos scripturæ canonicæ & sanctorum patrũ sentẽtiarũ autoritate opiniões suas statuere, & næ nias suas populo nouũ euãgelion vendere posse. Sed falsum mẽdaciũ odit Deus, qa fit cõtra pscriptũ legis Exo. 20. Hæresis item nihil est nisi mẽdacium, qa aduersatur ecclesiæ, quæ columen est veritatis. Viderint hæretici & Iudæi. Christus nunqnam dixit se templum Dei vel demoliri velle, vel posse. Dixit vero, Destruite (siue soluite) templum hoc, & ipsum ego triduo resuscitabo. Ne quis hic dubitet Christũ de templo corporis sui locutum, Ioannes tanquã verus

Deus bonus malo bene vtitur.

Falsorum testiũ copiã vndiq; est facile inuenire.

Templũ manu factum chiropœ ton. verus scholiastes, expressius loquitur, addens, hoc Iesum de templo corporis sui dixisse. Templum Iudæorũ à Marco vocatur chiropœeton, hoc est, opus manuum. Templum hoc, de quo Christus hic agit, erat archiropœeton, hoc est, manib' hominum non factũ. Corporis humani Deus solus est autor. Quod Iob ingenue fatetur, dicens: Quasi lac mulsisti me. Dauid quoq; ait: Ipse fecit nos, & non ipsi nos. Christus vero proprie non fuit chiropœeton, quia conceptus de spũ sancto ex Maria virgine, sine virili spermate. Mendacium itaq; testium falsorũ omnium manifestissimũ. Iesus Iudæos homicidij insimulans, ait: Destruetis templum corporis mei, sed ego virtute diuinitatis, intra triduũ statim ipsum excitabo. Exemplum quoq; Ionæ, eius loci signũ dedit, Matth. 12. Ionæ 2. Ipsa vero synagoga de templo loquitur materiali, tempore Esdræ & Zorobabelis reædificato. Huius templi pręcipua gloria fuit Christus. Hagg. 2. Malach. 3. vnde etiam decorum eius potissimum quæsiuit, ementes & vendentes inde eijciens, atq; dicens: Templum patris mei, domus est orationis, vos autem fecistis illud speluncam latronum. tantum abfuit, vt illud dirutum voluerit. Excindere prophanatũ, Tito Imperatori fuit commissum, vt etiã hac in re suũ decorum seruaretur, Lu. 19. Templi demolitorem Christũ esse nõ decuit, qui venit soter esse omnium. Tyrannũ, qui calamitas est publica, templũ demoliri decuit. Iudęi templi prophanatores fœdi, subinde templi causantur decus: vnde etiã Stephanũ, tanquam verbis contra templi gloriã effusis, sese læsæ maiestatis diuinæ reum fecerit, lapidauerunt: idq; simili exemplo testium mendaciũ. Sed mentitur iniquitas sibi. Impius quod abominatur & deprecatur, cũ primis pati cogitur. Perdiderunt eñ, propter falsa ea testimonia nõ modo templũ hoc chiropœeton, cũ ipsa regione, sed & sua ipsorũ corporũ templa misere prophanata, duplici ratione exterminauerũt. Nostra eñ, qui in Christum credimus, (1. Corinth. 3.) templa, etiã fatali necessitate collapsa, in gloriam resuscitabit, 1. Corint. 15. Ezechie. 37. Danie. 12. &c. Resurgẽt illi in æternam contumeliam & pœnam. Etiam in hac vita, ecclesia nulla spirituum infernorum violentia deficiet. Synagoga penitus est abolita. Locus ille vnice orationi & sacrificijs deputatus, Exo. 21. Deuter. 12. 14. 16. &c. adeo est prophanatus, adeo situ obsitus, vt refici & rursus cõsecrari, nõ possit, nisi renouentur omnia, hoc est, nisi alij patriarchæ, alius Moses & alij prophetæ ab integro veniãt, & ab imo fundo oĩa noua ordiantur. Vetera enim abolita sunt oĩa. Vnde Romanus exercitus etiã lapides fundamenti subuertit. Idem item finis hæreticis imminet, q iisdem mendacijs vtuntur, & q ijsdem calumnijs ecclesiam afficiunt. Origenes silentiũ Christi oraculo affirmat prophetæ regij psal. 38. Cũ consisteret peccator aduersum me, obmutui & humiliatus sum, & silui à bonis, & dolor meus renouatus est. Innocentiæ suæ gloriam nõ quærere, Dei iudicio iniurias acceptas committere, est silere à bonis. Catholici studeant etiã silere à bonis. Ethnici eum q famã negligit, vocant crudelẽ. Nostra gloria est inter bonã famã & contumelias. Sic qui Chri esse contendũt, Chri exemplo se cõforment, vt ne quidẽ responsione sua dignos eos habeant, à qbus mendacijs & cõtumelijs afficiuntur. Quod sic à fidelibus contendit Origenes: In reprobã mentem traditis qd respondeas, quos etiã tacendo & patientiæ certa monumẽta exprimẽdo offendas, & tanquam crabrones irites? Oleũ camino adderes, si crabronibus istiusmodi responderes. Tacet hic Iesus, patiẽter oĩa suffert. Sed nec sic rabida corda mitigat. Sagax indagator acclamitat taceñti, dicens: Nihil rñdes ad ea &c? Sed ad manifesta mendacia quis bonus, verba pditurus, respondeat? Ex sancto & æternæ veritatis axiomate, falsam illationẽ, verborumq; peruersionẽ, teste Origene, audiuit. Mendacium mentitũ est sibi, refutatione apertũ mendaciũ opus nõ habet: tacendo magis q̃ excusando refellitur. Spũs gehennæ ichnobaten suũ Caipham ad quas artes porro instigauerit, videamus. Adiuro, ait, te per Deũ viuũ &c. Vide artificẽ. Exorcismo filius Dei plurimũ tribuit, exemplum nobis relinquẽs, vt libere respondeamus, vbi de religione fuerimus interrogati. Qui nos simus, & quis ipse sit soter, ingenue fatetur Matth. 10. Caiphas naribus vtilis canis, duo vna quæstione sciscitatur, de Chro nimirũ, hoc est, de Messia & de filio Dei. Quæstio arguit, synagogam olim, dũ nondũ cæcitatis internæ plagã accepisset, credidisse Messiã & verũ hominẽ & verum Deũ fore. Circa paradoxon hoc Iudæi hodie mire tergiuersant. Sed scriptura solui nõ potest, psal. 2. vbi Messias nõ obscuris verbis Dei filius exprimitur. Itẽ Hieremiæ 23. vbi Christus nomine tetragrammaton, Adonai appellatur. Caiphas, quæ eius vehemẽtia fuit, non rogat simplici interrogandi modo, sed exorcizando, quodammodo vrget. Adiurandi is ritus celebris fuit in synagoga, quod vides in eorũ Thora Num. 5. Iosue 2. Sed Caiphas Christũ hic immerito adiurat. Imitat hic patrẽ suum,

Margin notes: Tẽpli de- cor. Chrs. — Impius q̃d timet, non effugit. — Tẽplũ Hierosolymitanum penitus destructũ, reparari nõ potest. — Silere à bonis, qd. — Exorcismo Christus plurimum tribuit. — Christũ verũ Deũ & hoiem fore, synagogã priorem non latuit.

Christus à Caipha adiuratus, quare sciderit.

suum, non Deū, neq; Abrahamū: sed diabolum, qui apud Marcū cap. 5. se Chri q̄q; exorcistam ingessit. Respondet Chrs, non quasi voce impura coactus, (quæ enim vel hoīs athei, vel spūs maligni adiuratio, Deū cogat?) sed vt Iudæis excusandi ansam auferret. Nisi eñ respōdisset ad excusandum se, Iudæis nescio quā fenestram aperuisset. Dicerent hodie Iudæi, Nazarenū illum Iesum, an ipse Sar cohen, hoc est, summus pontifex esset, rogauimus: an Messias, an Christus, an filius Dei esset, percontati sumus: sed obticuit, non affirmauit: si fassus esset, credidissem', & manus ei haud quaq̄ intulissemus. Obserua Christi responsionē geminatā: Tu dixisti, & ego sum. Primum subobscurū nōnihil est, sed alteꝝ clarius sole. Tu dixisti, hoc est, ipse tu me filiū Dei appellasti: neq; tu hoc solus dicis pro te, sed quasi os populi, in persona hoc oīm dicis. Oēs siquidē hoc antea nō semel dixerunt, potētia sermonū & opeꝝ meorū deuicti. Quod semel est dictū, volat irreuocabile verbū. Dein ait, Et ego sum. Ego meipm filiū Dei nō verbis, sed re ipsa declaraui. Digitus Dei me Deo cōsubstātialē ostēdit. Est mihi hoc testimonium testimonio Ioannis maius. Ego sum, ait, non dico me esse. Se Dei filium nunq̄ non declarauit, etiā in ipsa pendēs cruce, vbi centurio ait: Vere filius Dei erat iste. Resurgēs item & adscendēs in cœlū, se cœli dñm & vitæ autorē designauit. Hoc ipsum hic insinuat, dicēs: Amen dico vobis, posthac me videbitis gloriosum, quē iā ligatū habetis ludibrio. Posthac videbitis iudicē, quē iā reū agitis, & indignis modis accipitis. Huius ꝑdictionis pars ꝑfecta est Act. 1. vbi à morte resurrexisse, & in cœlū cōscendisse commemorat, Act. 7. vbi dexter patri cœlesti adstare est visus. Aduentus iudicis adhuc expectat Luc. 21. 1. Thess. 4. O infirmam & malignā naturam carnis, audit districtum iudicē adstare ante fores. sed quotusquisq; est, qui se ad iudicium hoc instans componat? Refrigescit indies charitas, inualescit & iniquitas & incredulitas. Filius hominis cū venerit, putas fidem inuenturum? Sic & Caiphas audiens aduenturū iudicem, conclamauit blasphemū. Discidit statim vestē suā, atq; ait: Sacrilegā calumniam audistis ipsi. Quid vobis videtur? Ipse Christū filiū Dei vocauit. Iam se blasphemiam audisse vociferat. O peruersitatē. O ordinis iuris conturbationem. Audite & attendite fratres, veritatem vocat blasphemiam. Nonne hoc peruersum? Dein præiudicat: Blasphemiam audistis, ait: testibus non egemus: reus est mortis, &c. Sententia mortis in innocentem Christum tulit: postea petijt iudicium, dicens: Quid vobis videtur? Caipha canis impudens, quid lacerasti vestes? Nonne vt sententiam tui oris degrauares, & rem atrocem ostentares? Quid ergo nunc iudicium requiris? Vestium dilaceratio, execrandæ rei erat signum, quale vides 1. Reg. 14. Iudic. 11. 2. Reg. 1. 4. Reg. 2. 5. &c. Blasphemiæ crimen præ cæteris dignum, propter quod quis tale edat signū, Exod. 20. Sed Caiphas non ratione contumeliæ in Deum, sed diabolica inspiratione exacerbatus, tale monumētū edidit. Subijt illi hoc Danielis 7. Venit antiquus dierū, & iudicium dedit sanctis excelsi: & tempus aduenit, & regnum obtinuerunt sancti. Athik Jomaia, ad senem. Legitur ibi iuxta Hebraicam veritatem: Filius hominis e nubibus cœli venit ad senem iudicare, Germanice: Der soen des menschens kompt auß den wolckē des himels, zw dem altem gericht zw halten. Videtur insana comminatio, bar enasch, hoc est, filiū hominis se ad iudicandum venturum dicere. Non fert blasphemiam eam, qua bar enasch pontifici summo minitat. O quanto quoq; hodie periculo magnatibus ecclesiæ iudicium Dei indicaueris. Iudices & rerum omnium potitos, quis credat iudicio filij hominis statuendos? Digna huiusmodi concio, tanta pontificū & regū ira. Iratus pontifex Christum morti adiudicauit. Præiudiciū nouit nō cassaturos suū, erroris sui cōsortes. Cōciliū ipsum nouit Christo infensum, in Christi mortē coniurasse, &c. Iam primū Chrō & illudere cœperūt. Hic oēs species malitiæ (vt ait Theophylactus) exercitātes, videre est. Sex species iniuriarū inter cætera euangelistæ memoriæ tradiderūt. Primo colaphantæ nasuti, nullis ronchis & cauillis abstinuerunt, Christo infandum insultando. Dein excreando in faciem eā, qua angeli cœli oblectant, cōspuerūt. Tertio colaphis ipsum ꝑcusserūt, hoc est, pugnos ei ingesserunt. Quarto rapismatis, hoc est, apertis manibus cæciderunt. Deniq; faciem eam gloriosam ignominiose velauerunt. Postremo tundentes & pulsantes caput sacrosanctum, dixerūt: Prophetiza nobis Christe, quis est qui te icit? Diuina, quis verberauit &c? Christū sic ue Messiam vocant conuiciose. O nefas, o horror. Sublinitur os quo vigent oīa, velatur facies quod exhilarat omnia. Ostentui habetur saluator mundi, ludus fit Samson ille verus veri Israelis assertor. Feritur dominus, ludibrio afficitur Deus. Hæc audi, hæc intellige, hæc æstima, quisquis es, qui peccasse te cognoscis. Peccata nostra sunt ronchi, subsannationes, sputa, execrationes, colaphi & plagæ, q̄bus Christus

Chrūs filius Dei habitus synagogæ.

Vestiū dilaceratio, execrādæ rei signū.

Magnatibus nō sine periculo Dei iudiciū obiiceris.

Sex iniuriarū speciebus Christus in domo Caiphæ est affectus.

Pctā nostra sunt calumniæ

stus etiamnũ, quemadmodũ tunc, irridetur & vapulat. Quoties minimus quispiã fideliũ iniuria afficitur, quoties libere peccatur, Christus flagellatur, Christus naso suspenditur. Nisi peccasset Adam & Heua, Christus talia passus nõ esset. Quod tu hodie peccas, qd aliud facis q̃ q̃d Christũ rursus flagellas? Verbera, magni sunt criminis, Christo irrogata: sed verba & (vt Origenes ait) expuitionis opprobria, longe sunt culpæ maioris. Nullius hominis mens, ne dicam facũdia, horrorem culpæ huius capere poterit. Horrendũ dictu est, talia homini, quantumuis reo, fieri: innocentem talia pati, longe horribilissimum: Deum vero ipsum talibus affici & verberibus & verbis, nemo audire debet, nisi emoriatur metu. Horrorem hunc prophetica prædixerunt oracula. Esa.50. hoc tantum nefas præuisum vides. dicit ibi: Corpus meum dedi percutientibus, genas meas vellẽtibus, faciem meam nõ auerti à p̃cutientibus & subsannantibus. Origenes conspuitionem dicit esse Iudaicam cõsuetudinem, iuxta hoc q̃d dicitur Deuter.25. Ibidem ait Iudæos pepulisse sanctũ caput ecclesiæ, ipsos ergo hodie & perpetim diabolũ plectere. Facies synagogæ hodie oblita est, obsita pannis, horribilis etiã naturæ. Facies ecclesiæ euilescit indies magis atq; magis: quia faciei Christi splẽdor gloriosior est, atq; fuit facies Mosis, 2.Cor.3. In Caiphæ tunica, lacerata est synagoga. Antiquata lex infirma, Heb.9. Succenturiata ecclesia, etiã ipsis portis inferoꝝ prçualitura. Morale patientiç nos admonet. Manet nos eadem crux, Luc.18. superest ergo, vt & eodẽ nos muniamus exẽplo.

[Margin: ...bus Christus ... perfu... ...] [Margin: Cõspuere Iudæorũ propriũ est.]

SEQVITVR TERTIA PARS SACROsanctæ Passionis nostri seruatoris Iesu Christi, in æternum benedicti.

Textus Matth.xxvij. Luc.xxij.

Mane autem facto, consiliũ inierunt oẽs principes sacerdotũ & seniores populi (vsq;) agrũ figuli: sicut constituit mihi dominus.



Haec omnia propter nos scripta sunt, quoniam & propter nos facta sunt omnia. Immo si dissimulare non volumus, peccata nostra hæc fecerunt. Mane facto, ait Matthæus, consilium inierũt. Lucas addit, cõfestim. feruidi fuerunt Iudæi: ferbuit em̃ & nostrũ peccatum, nos ergo nunc ardeamus Christi amore oportet. Quare nisi Christi passionem attenti audiamus, oĩm ingratissimi, atq; adeo Christi gloriæ hostes censebimur. Dies vt est factus, ait Lucas, conuenerunt seniores plebis & principes sacerdotum & scribæ: & duxerunt illũ in concilium suum, dicentes: Si tu es Christus, dic nobis. Nocte tota eandem quæstionem vrgere instituerunt: neq; id miꝝ, quoniã & quæstio ea misere ipsos torsit. Sed mane hoc, quo eãdem repetierũt interrogationẽ, pertinuit ad potestatẽ tenebraꝝ. nõ poterãt ergo, nec etiãnum possunt, in eadẽ potestate detẽti, q̃stionis intelligere solutionẽ. Perpetuo ergo rogãt, nec expectare Messiã cessant. Nos qui in regnũ lucis per portam transiuimus baptismi, & Christũ cognouimus & patrẽ, q̃m Christi spiritũ accepimus. Matth.11. 16.24. Ioan.14. &c. Sed Christũ nũc audiamus apud Lucam: Si dixero vobis, nõ credetis mihi: si autem & interrogauero, non respondebitis, neq; dimittetis. Artificiosa euasio, immo etiã acris obiurgatio, Iudæorum satis detexit obstinationem. Traditi in reprobam mentem, credere non potuerunt: ergo innocẽtem dimissuri nõ erant. Neq; enim patientia neq; innocẽtia Christi eos mouit. Qui fratrem eum, quem videt, non amat: quomodo poterit amare Deum, quem non videt? Viderunt fratrẽ, norunt innocentem, & tantis eum affecerunt malis: quomodo ergo Dei religione vlla mouerentur? Si de verbi incarnatiõe hic aliquid dixisset, sanctũ panem canib⁹ obiecisset. Si vero de prophetaꝝ oraculis & de figuralibus patrũ gestis eos aliquid interrogasset, nihil plus effecisset, quàm q̃ etiam effecit Matth.21. vbi eos de baptismate sciscitabatur Ioannis. Et qd responderunt super quæstionem Psal.109. Dixit dominus domino meo, sede à dextris meis, Donec ponã inimicos tuos scabellũ pedũ tuoꝝ, Matt.22? Itẽ ad q̃stionem mulieris cõtractç, Luc.7? Nõ debuit Iesus hic respondere Caiphanitico concilio, quia fides defuit interrogantibus ad credendum responsis, & ad respondendum ad interrogata. Non credetis, inq̃t, nec respõdebitis. Deniq; ita erant in malo obstinati, vt ne angelica quidem, ne dicam humana, vlla facundia ad dimittendum Christum possent induci. Huius rei postea nõ obscurum vides exemplum, vbi tot Pilati admonitionibus subinde magis atque magis obdurabantur. Theophylactus ait hic: Iesu verbis vt crederẽt, qui factis eius cre-

[Margin: Iudæi cordis cæcita te percussi, Christi gloriã nec queũt videre.]

credere noluerũt,persuadendi efficacioribus? Tempus hic tacendi Chrũs nouit:tacuit ergo,margaritas ne ante porcos spargeret. Iesum pessima morte interimere statuerunt,hoc certũ stetit. Pilato ergo tradendus,ibi sentẽtia celebri morti addicendus turpissimæ. Hoc quoq; fata sic permiserunt,per hoc Deus nostrã salutẽ perficere pdestinauit. Iudas Scarioth scelus,cum animaduerteret Christum Pilato sistendũ, atq; adeo crucifigendum, pœnitentia ductus,peccatũ suũ publice fatebat̃,atq; idem pecuniã,proditionis mercedẽ restituit,iustior hæreticis,q̃ ablatæ rei restitutionẽ à pœnitẽtibus nõ exigunt. Origenes dicit Iudam nõ secundũ scientiã pœnituisse. Iudæ pœnitẽtiam Hieronymus vocat seram. Secundũ Hilarium,etiã sera pœnitentia salutaris est,modo sit vera. Iudæ pœnitentia caruit scientia,ergo insyncera. Ambrosius itaq; vocat cassam. Videte fratres,ne quis sese defraudet ipsum. Hodie noui euangelistæ facundi admodũ sunt,de fide disputantes. Hactenus Christianismũ omnibus perfectionis numeris absoluũt:sed ecce tibi,etiam Iudas hic Christum fatetur innocentem,nec hac professiõe eripitur ex manibus satanæ. Adde ꝙ etiam rei ablatæ illi non profuit restitutio. Proprio nõ confitebatur sacerdoti, dignis tamen suæ culpæ confitebat̃ sacerdotibus. Proprius sacerdos est,cui dixit:Tibi dabo claues. Itẽ proprij sunt sacerdotes,q̃bus infrà apud Ioannem ait:Accipite spm̃ sanctũ,& quorũ remiseritis peccata. Hæretici similes Iudæ q̃ sacerdotẽ respuunt, chrismate sacro huic officio litũ,etiã laicos ecclesiæ præficiẽtes. Eadẽ ergo eos cũ Iuda manet absolutio. Apti sacerdotes pœnitentiæ insyncerae,fuerunt Caiphas,Annas,cũ sacerdotibus & ministris. Quid ad nos,aiunt? Tu videris. Verbis hisce sese Iudæi ipsi cõdemnãt. Sic Pilatus postea ait:Innocens ego sum sanguinis innocentis. Peccatũ fatentur,sed errant,ꝙ eius se immunes esse arbitrant̃. Hilarius ait,extra reatum se esse contendunt. Christonectiuas euangelista eos ostendit, si nõ manu,certe lingua. Iuxtà ergo rei,atq; ethnici. Sic etiã euãgelio Iudæi vocãtur traditores,nõ solũ ꝙ Christũ ethnicis crucifigendũ tradidissent, verũ etiam ꝙ Iudæ tradendi mercedem pactã soluissent. Cæci Iudã reum & facinorosum fatebant̃,se vero culpæ immunes arbitrabant̃. In domo Caiphæ succlamitabãt,Reus est mortis:in templo vero Iudã peccati insimulantes,se ipsos itidẽ peccati traduxerũt. Ipsa etiã pecunia,quã Iudas ante pedes eorũ proiecit, testimoniũ peccati tam emptorum q̃ venditoris reddit. Vtriusq; sacrilegij monumentũ pecunia recte in templũ proijciebatur. Typus huius erãt triginta argẽtei,qui bus vendebat̃ Ioseph Hismaelitis Gen. 37. Vnde ait Hieronẽ. in Gene. Viliore metallo dñs venundari non debuit,q̃ Ioseph. Iudæ seipsum suspẽdẽtis typus erat Achitophel, simile fatũ sibi inferẽs,malus cõsiliarius, 2. Reg. 17. Malũ cõsiliũ consultori pessimũ. Modũ suspensionis & funis materiã Theophylactus indicat. Chrysostomus neutrũ attigit. Quare vero sibijpsi manus intulerit,Origenes ostẽdit. Absorptus erat dolore,puta damni,de quo vides 2. Cor. 2. Accessit huc damnũ pudoris,quo se infamem in mundo fore considerauit. Adde ꝙ verbum Dei consolatorium diabolus in eius corde suffocauit. Suprà diximus diabolũ hominis cor intrasse. Proiecit pecuniam eadem ratione,qua & peccatum confitebatur. Vtrunq; Origenes dicit factũ non autore diabolo. Superfuit in homine adhuc memoria doctrinæ Chri,quæ vtrũq; effecit. Peiores Iuda sunt hæretici,qui & confessionẽ & satisfactionẽ,puta restitutionis damni dati & infecti,tanquã papisticum reijciunt commentum. Sordidi hic insaturabiliter auro inhiantes,admonerẽtur. Diuitias nil aliud esse,q̃ laqueos diaboli,hic liquet. Amor pecuniæ, vt Chrysostomus ait, Iudæ & corporis & aĩæ discrimen peperit. Hodie sordes philargyriaq; in mundo plane regnant,per fasq; nefasq; ad aurum itur. Quis nunc ablata restituit? Hieronymus dicit,plerosq; male quæsita magnatibus tradere ecclesiæ in ostentationem aliquam,non in veram pœnitentiã. Magnates itidem ecclesiæ simoniaci,testamentum condunt:& reliquias quas per tempus ingurgitando dilapidare non poterãt, collegis, combibonibus & simoniacis talibus,quales ipsi fuerunt,relinquunt. Interim dum vixerunt, mammona coluerunt. aurum vita eorum fuit. frui tali Deo simulac amplius non possunt, korban inde statuunt. Obserua hic religionem Iudæorum. Pecuniam eam quam Iudas in templum proiecit,in corban recipere noluerunt. Quid,per Deum oro,auaritia nostratium recusaret? Colarunt illi culicem, camelum deglutientes. nostrates ne culicẽ quidẽ colant. Korban siue korbana Chaldaicũ,& significat donũ Deo oblatum, ein oppßergabe. Vnde ipsum ærariũ siue gazophylacium, etiam corban vocabant, continens pro contento. Sanctius putabant corban,quàm vt preciũ sanguinis in ipsum conijceretur. Consilio itaq; inito,pecuniã eam in vsum pauperum conuertendã putarunt. Iterũ vides spiritũ sanctũ in tẽpli ministris,quantũuis reprobis,opari. Agrũ

Iudæ pœnitẽtia q̃re vana.

Iudas & hæretici pares hñt sacerdotes.

Iudæi æq̃ Christũ tradiderunt, atq; Iudas.

Typus mercedis Iudæ.

Typus Iudæ suspendentis se ipsum.

Iudæ desperatiõis causa.

Hæretici peiores sunt Iuda.

Korban interpretat.

Agrum inde emerunt figuli, in sepulturã peregrinorum. Agrum eum emerunt homicidæ & parricidæ, quantũ ipsi merebant, in perpetuum eorum dedecus: sed quantum ex maleuolorum peccato, Spũs sanctus salutare mysteriũ texuit, Christo gloriosum emerũt monumentũ. Ager ille, proprium nomen suũ Keber gerim, hoc est, sepultura peregrinorum, nõ retinuit: sed Hakal dama vocari cœpit, hoc est, ager sanguinis. Nomen hoc & dedecus illorum retexit, & intermori nõ sinit, gloriam itidem crucifixi declarat & prorogat. Huc facit oraculũ Zachariæ cap. 11. q̃d sic iuxta Hebraicã veritatem legi potest: Et ego (puta Messias) dixi illis: (Iudæis) Si placet, proferte preciũ: sin minus, identidẽ. Et appenderũt mihi triginta argẽteos. Et dixit dñs ad me: Cõijce (preciũ) ante figulum. & est splẽdida solutio, qua emptus sum ab illis. Et accepi triginta argẽteos, & proieci eos in templũ dñi, ante figulum &c. Eia bone Deus, q̃ sibi cõstat fides catholica. O vtinã tam religiose viuat in ecclesia, q̃ certa est professio orthodoxa. Christũ, p̃ciũ, agrũ, figulũ, tẽplum, proiectionẽ pecuniæ, & oĩa hic vides p̃uisa. Triginta argenteos etiã propheta expressit, eos itidẽ vocat p̃ciũ Messiæ, propterea q̃ neq; pluris, neq; minoris vendi debuit. Audiãt vero prophetã hæretici, libertatem arbitrij negãtes. Si placet, ait, hoc est, si libet, si aĩus fert. Q. d. Per me hoc vobis integrũ erit. Ego nõ cogã, ego non iubeo, arbitrio vestro vos relinquero. Dein q̃ tam exigua atq; vilissima merces est, iubet eã pater cœlestis proijci ante figulum: sed in tẽplum proijci iubet, propter mysterium sacrificij. Fuit in Christi manu passio sacrosancta, salutare sacrificiũ. In manibus vero cũ Iudæ tum Iudæorum, fuit parricidium horrendũ. Nõ p̃ijcit Christ⁹ ipse pecuniã eã, sed potestas eius coegit Iudam hoc facere. Deus autor boni, non boni: bonũ etiã ex malorũ facinoribus cõficit. Conficit itaq; etiam hic alia hæresis, q̃ Deũ mali autorem facit. Germanæ & affines hæreses hæ duæ sunt: Hoĩem sui iuris nõ esse, arbitrij libertatẽ nõ habere. Item, Deũ etiã mali autorẽ esse, malũ realiter & p̃ceptiue facere. Sequit apud prophetam. Splẽdida pẽsitatio, pollucibilis & vere gloriosa p̃solutio. Hebraice Eder Ha Iekar, hoc est, magnificẽtia p̃cij. D. Hieronymus ironice intelligit, acsi dicat: Eia vero egregia solutio. Proh fidẽ mortaliũ. Væ mundo à scãdalis, q immensum & oĩm creaturarum mente, hoc est, cõditorem & seruatorem, tã vili æstimat precio. Cõmutatio itẽ iniqua, agro figuli mutari plasten vniuersitatis. Vult prophetia, stipem eã quasi cũ contemptu reddendã figulo, proijciendã nimirum sub eius pedes. Fatemur cũ plerisq; catholicis, Zachariam p̃sentem prophetã filium esse Barachiæ: cuius hic Matthæus citat, oraculum, quanquam Hieremiæ mẽtionem faciat, etiã in Hebraico euãgelio. Vnde etiã sunt, qui vaticinium p̃sens tribuunt Hieremiæ, voluntq; acceptũ ex eius prophetæ capite aut 22. aut 32. Origenes & Hieronymus admodum sudãt propter transpositionẽ nominis prophetæ. Hic in Nazaræorum euãgelio reperit Hieremiæ apocryphũ citari. Ille fere similia profert de secretis Hieremiæ & Heliæ, vnde etiam apud noui testamenti scriptores ignotas plerasq; acceperũt autoritates. De hac disceptatione viderint docti. Sufficit laico, per os Dei, q̃d sunt oẽs prophetæ, mysterium salutare certa fide olim fuisse p̃dictũ. Hilarius primus & ab ipso Ambrosi⁹, tradidit allegoriã laicis aliquãto cõmodiorem scitu. Figulus, quem propheta iotzer appellat, Græce Plasten vocare possum⁹, Latine figulũ. Pater est creator oĩm, Ro. 9. Esa. 45. Hiere. 18. Opus manuũ eius nos sumus, vasa nimirum argillosa, Gene. 2. format nos p̃ naturam, (ait Ambrosius) reformans per gratiã. Ager est totus mundus, Matth. 13. Pensio siue precium, est sanguis Christi, qui iuxta æstimationem naturæ humanæ, speciem habet vilitatis. Sed Deus pater peritus æstimator, sanguinẽ filij sui dignum habet, quo vniuersitas redimatur. Peregrini nos sumus, inquilini nimirum & exules in hac valle lachrymarum, Ephe. 2. Per fidẽ vero in Christi sanguine requiescimus, mundo mortui, Christo viuẽtes, Roma. 6. Sequitur:

Arbitrij libei asser io.

Hæreses damnatæ.

Autoritates etiã acceptæ ex apocryphis.

Figuli agri mysterium.

Textus Ioan. xviij. Matt. xxvi. Marc. xv. Luc. xxiij.

Adducũt ergo Iesum à Caipha in prætorium. Erat autem mane, & ipsi non introierũt prætoriũ, vt non contaminarẽtur (vsq; Luc. xxiij.) Et facti sunt amici Herodes & Pilatus in illa die, nã antea inimici erãt ad inuicem.

Pilatus heros nõ ignobilis, prouinciã eã Iudææ Romanis subiugæ, à Tiberio Cæsare sibi cõmissam strenue rexit, præses & iudex. Pontius dictus erat à Ponto terra maritima nobili, cui cõfines sunt Cappadocia & Armenia &c. Prætoriũ, ei⁹ ædes vocabant Ro. vocabulo, Germ. ein hauß des richters. p̃tor ein richter oder scholtheiß, Iudex & latrunculator. Prætura munus p̃toris,

Pilatus Põtius dictus à Põto.

toris ein schultis ampt. Vocabat prætor, ne videretur ambire sibi regnum. Cæterũ maior fuit eius potestas, q̃ prætoris Romani. Historia sacra arguit, Pilatum virũ fuisse grauem, legum peritũ: quales Romani olim ad pronincias subeundas elegerunt. Hodie nescio an grauitas & legũ peritia in prætoribus, quæstoribus, præfectis, & hoc genus magistratibus requirat. Hodie prædari, pergræcari, lenocinari, deferre, adulari, & hoc genus facinora committere, nobilitat. Constãtes & æquitatis amãtes, moriones: artiũ liberalium & legũ periti, Pfaffen, hoc est, sacerdotes (quia esse sacerdotem hodie apud Germanos strenuos homini est detestabile) vocantur. Timeo prædones nobilistas Germanos eos, omnium malorũ, præcipue Turcici flagelli, q̃d hodie Germaniæ imminet, esse causam. Quid eñ æquius, q̃ latrones, qui suapte se vindicant manu, & q etiam quoslibet, vbi libeat, impugnant, q viatores quoslibet spoliant & interimunt, & in summa, qbus cœlũ terræ, sacra prophanis miscere, nobilitatis opus & laus præcipua est: qd, inquam, æquius est, q̃ hosce latrones gladiũ sibi vsurpãtes, gladio atq; Medorꝫ acinace perire? Adeo equitum Germanorum violentia & insolentia gloriosa est, vt & forum & chorũ sibi vendicent. Noui euãgelistæ nulla alia hodie celebrant ratione, nisi ꝙ importunitatem eã religioni tribuũt, principibus, Danistis & cõsulibus qbuscũq; ius ecclesiæ deferẽtes, & ad quoduis violentiæ genus, suæ sectæ magnatibus cõsentientes. Hæc de Pilato. Prætoriũ, vbi sanguinis causæ agebant, vbi incircuncisus iudicem egit, principes sacerdotum intrare nolebant, ne inquinarent, sed ad paschale festũ mundi seruarentur. Superstitionem hanc taxat beatus Augustinus, exclamãdo dicens: O impia & stulta cæcitas. Habitaculo scilicet cõtaminarent, & nõ contaminarent scelere proprio? Peruersos quoq; hoĩes eos Cyrillus acriter & subsannat, & insectat. Huiusmodi etiã hodie inuenias, q mediocri bono maius longe posthabent: & q quaslibet constitutiunculas & cõsuetudines expresso scripturæ verbo præferunt. Contra pharisaismũ eũ vide quid dicat seruator Matt. 23. Pascha suũ per septẽ dies celebrare habebãt. mundos ergo sese iuxta legis p̃scriptũ cõseruare institerunt. Obserua hic ethnicorꝫ modestiã. Pilatus Iudæorꝫ eã superstitionẽ æquo ferẽs aĩo, foras ad eos egrediebat. Admonerent hic optimates rudibus cõdescẽdẽdi, vt aiũt, atq; cõniuendi in talibus, vbi iustitia in periculũ nõ venit. Prætori eñ incũbit quæstio iustitiæ, nõ religionis. Rogat ergo de causa Chri sibi oblati, nõ de celebratione paschæ. Quã, ait, accusationẽ profertis aduersus hoĩem hũc? Obserua ordinẽ rectũ. Caiphas de doctrina interrogauit, Pilatus causam transgressionis, quare Chr̃m tanq̃ reũ ligatũ & male acceptũ, sibi adduxerint, petit. Simulatio, & mẽdaciũ ordinis siue fori fuit, nõ expressio, qa recta mens illis defuit. Si nõ esset hic malefactor, inquiunt, haud quaq̃ eũ tibi obtulissemus. Hypocrisin hic sese prodere obserua. Suo se hic sorex prodit indicio. Voluerũt Christũ causa etiã inaudita morti adiudicatũ iri: hoc est, ꝙ sanctimoniã simulãtes, p̃toriũ intrare noluerũt. Se Chr̃m ligasse, & ligatũ Pilato adduxisse, satis esse voluerũt: q̃si nefas sit suspicari tã sanctos sabbathizarios iniquũ aliquid machinari. Sed veritas nõ fallitur. Dixit saluator, publicanos & meretrices iustiores sanctulis illis. Cyrillus in Ezech. declarat, hinc ethnicos religiosiores synagoga, cupiente atq; cõtendẽte hoĩem statim morti adiudicandũ, causa etiã nõ dicta. Nonne ratio humana à tali abhorret ausu? Quæ nõ lex hoc vult, vt reo om̃i dies dicat, & copia excusandi se detur? Cacurgũ, hoc est, malefactorẽ Chr̃m vocarunt: sed hic (vt vult S. August.) testes producẽdi ij, q̃s à spiritibus immũdis liberauit, q̃s oĩa morborꝫ genera curauit, q̃s à peccatorũ abluit inquinamẽtis, atq; adeo q̃s à diaboli pedicis omnigenis liberauit. Dauid Iudæorꝫ eã taxat peruersitatem, psal. 34. dicens: Retribuebant mihi mala pro bonis. Pilatus, cui Iudæorꝫ suboleuit hypocrisis, ait: Ergo secũdũ legẽ vestrã vosipsi ipsum iudicate. Q. d. Leges gentiũ cæterarꝫ talẽ peruersitatẽ haud quaq̃ ferũt, nec itẽ ratio humana huiusmodi suffert ausum. Lex q̃q; Mosaica ęquitatẽ eã approbat atq; ratã facit, Exo. 23. Nicodemus itaq;, cuius animũ ira nõ excæcauit, dicit apud Ioan. cap. 7. Nunqd lex nr̃a iudicat hoĩem, nisi prius audierit ab eo & cognouerit quid faciat? Ad hæc qd sanctuli rñderint, placet videre: Nobis nõ licet interficere quenq̃. Stephanũ lapidũ iactu interemisse, forte occidisse nõ erat. Vide machinamẽtũ Caiphaniũ, crucifigi Chr̃m voluerũt, ad Romanorũ ritũ. Sed cardiognosten Iudæorꝫ concilũ hoc nõ latet. Hoĩb[9] imponere possunt hoĩes, Deo nõ itẽ. Philo se dolũ eum p̃uidisse insinuat, dicẽs: Morte turpissima cõdẽnemus eũ, Sap. 2. Sapientia voluit pœnam soteris Iesu, culpæ rñdere Adami. In ligno peccauit homo, in ligno ergo culpam transgressionis, ille qui solus omnis culpæ & sceleris purus est, rite exoluit. Malitiam itaq; Iudæorꝫ sapientia æterna in salutare mysterium conuertit. Christus itaq;

Magistratus olim docti.

Equitum Germanorũ insolẽtiã Deus Turcica punit erũptione.

Forũ suũ q̃q; causa habet.

Cacurgũ .i. malefactorẽ chr̃ stũ mũdi soteram vocabant.

Pœna redẽptoris Iesu, culpæ transgressiõis Adæ consentit.

itaq; ipse gentibus sese tradendũ affirmauit Matth.20. Item in cruce se exaltandũ prædixit, Ioan.12. Iudæi animaduertẽtes se in oẽm legem peccare, causas tres, vt ad mentiendũ ingeniosi erant, protulerunt. Prima causa erat, Christũ populum à legis Mosaicæ obseruatione & cæremonijs abduxisse. Secũda, Chr̃m tributũ Cæsari pẽdẽdũ vetuisse. Tertia, Christũ regnũ Iudæorũ ambire, seq; regẽ populo obtrudere. Christum legem non venisse abrogare, sed pficere, nemo mediocriter fidelis ignorat: atq; primus sermo, quẽ in mõte habuit, idipsum nõ obscure exprimit, Matth.5. Tributum Cæsari soluendũ docuit Matt. 22. Ipsum q̃q; Cæsari didragma pro se & Petro pependit Matt.17. Idem quoq; docere Apostolũ voluit Rom.13. Christũ deniq; ab ambitionis vitio oĩm esse alienissimum, luce clarius est. Ioan.6. eius loci p̃clarum vides exemplũ. Iudæi ex se Pilatũ æstimantes, cognouerũt gloriæ suæ æmulum, vtpote qui læsæ maiestatis crimen seuerissime sit vindicaturus, atque adeo sine omni cunctatione in Christũ, tãquam in regni inuasorẽ, animaduersurus. Deferũt ergo læsæ maiestatis, sed subdole & insynceriter. Erat Christus rex, sed regnum ei⁹ non erat de hoc mũdo. Psal.22.44. Hiere. 23. Hose.3. Zachar.9. Norunt Iudæi Christum fore regem. sperauerunt etiam regẽ venturũ Messiam, qui iugũ excuteret Romanorũ. talem etiamnũ expectant. Christum vero tale regnũ recusantem odio habuerunt, atq; per hoc mẽdaciter ambitionis accusauerunt. Pilatus posteriora duo esse ficta, primum ad se minime pertinere nouit: tamen affectu deprauato interrogauit Christum, dicens: Tu es rex Iudæorũ? Deprauato hoc plane dixit affectu, aut de magistratu sibi credito superbiens, aut Iudæis applaudens, aut Cæsarianæ gloriç sese exquisitorem sedulũ ostentans, & alio quocunq; eiusmodi vitio. Introiuit ergo iterum (vt ait Ioannes) in prætoriũ, & interrogauit Iesum, remotis arbitris, dicẽs: Tu es rex Iudæorum? Fuit rumor de rege Iudæorũ nato, per Magos excitato, Matt. 2. Item de puerorũ Israelitarum acclamatione, Luc.22. Sed contrà notum fuit oĩbus, Christum fugitantem gloriæ. Angustior est Iudæa, q̃ vt faciat ad Christi gloriam. Iudæorum vero rex, quoniam natus Iudæus erat. Cæterum rex cœli erat & terræ, cuius regni non est finis, Luc.1.1. Tim. 6. Psal.46. Christus sciens rumorẽ aliquẽ & opinionem versari in Iudæa, noluit se regem fateri, quoniã secundum opinionẽ eam rex non fuit. Noluit item se regẽ negare, quoniã Christus dominus ver⁹ erat.

Regem Messiã Iudæi fore norũt, sed humilem nolunt.

Rex Iudæorũ Christus non solũ, verũ etiã cœli & terræ.

Respondit ergo, vt alterum negaret, alterum fateretur, dicens: Tu dicis. secundum Marcum. Vrgẽte vero dictũ Pilato, Christus iterum eius animi vitiũ tetigit, dicẽs: Tu dixisti me esse regem. Vnde vero hoc habes? A temetipso hoc loqueris, an alij hoc tibi dixerũt de me? Q.d. fama vtcũq; sit maligna, tamen non potest nũc tale impingere crimen, aut audet tale quicquam de me mentiri: adeo gloriæ huius seculi sum fugitans. Pilatus sensit Chr̃i siue Messiæ Iudæis promissi regnum aliquod esse humilitatis, quale etiam ethnicorum philosophi sapienti adscribunt. Infert ergo: Nunq̃d ego Iudæus sum? Pontifices tui & gẽs tua te mihi tradidit: quid fecisti? Hoc est, qua in re eos offendisti? & quid est q̃d te quasi reum ambitionis agũt? Respõdit Christus: Regnũ meũ non est de hoc mũdo. Q.d. Regem me declaraui, qualẽ prophetæ Christũ promittunt, humilẽ, mansuetum, pauperem, propulsatorem malorum omnium, habentem imperiũ mortis & vitæ: non qualẽ olim Herodes timuit, sed sedentem in asina, & regnum suũ describentem ipsum. Subdit ergo: Si ex hoc mundo esset regnum meum, ministri mei vtique decertarent, vt nõ traderer Iudæis. Reges huius mundi exercitus cõtrahũt, satellitum item post se trahunt centurias, & omnia armata manu transigunt. Nihil horum de me audisti. vides ergo regnum meum hinc non esse. Pilatus audiuit excusationẽ, & eam satis grauem, sed de regno Messiæ adhuc informatus satis nõ exiſtẽs. Philosophi vocant omnem sapientẽ esse regem. Nostrates quoq; seruum sapiẽtem nato præferunt regi. Hæret ergo Pilatus, & de regno, q̃d de hoc mũdo nõ sit, certior fieri cupiens, ait: Ergo rex es tu? Expedit & dubium hoc Pilato Iesus, dicẽs: Ego in hoc natus sum, & ad hoc veni in mundum, vt testimoniũ perhibeã veritati. Oĩs qui est ex veritate, audit sermonẽ meum. O felicẽ te Pilatũ, si hãc Christi doctrinã purgatis audiuisses aurib⁹. Audisti de verbi incarnatiõe, verbũ nimirũ natũ in hoc mundo. Audisti itẽ verbũ venisse in hunc mundũ, hoc est, audisti verbũ æternũ. Audisti Christũ verũ Deũ & hoĩem. Deniq; itidẽ Christi officiũ audisti, Christi regnũ audisti. Mysteria quæ multis prophetis & patriarchis, nedũ philosophis & heroib⁹ manifesta nõ sunt, audisti. Sed vas immũdũ, tãtis mysterijs indignũ, non intellexisti auditũ verbũ. Veritas regnũ est Christi. Ecclesia regnũ est Christi. Potest ecclesia in morũ synceritate deflectẽtes perferre & optimates & infimates: sed q̃tum ad verã religionẽ, ad verũ cultũ, ad professionẽ ipsam

Rex q̃lis Christus per pphetas pmissus.

Rex ẽ oĩs sapiens.

Ecclesia regnum Christi, regnum veritatis, errare nõ potest.

ipsam atq; ad regulã fidei siue articulos attinet, nunq̃ errare potest. Simoniã, ambitionẽ, scortationem, & hoc genus in clero perpetitur. Aulicã itẽ tyrãnidẽ & pompã, torneamẽta, imaginũ ostẽtationes, & hoc genus alia multa suffert. Deinde etiã varia vitia plebis, tanq̃ auita, ethnicæ superstitionis reliquias, carniualia, mathesios scientiã & nugarum vanitatũq; istiusmodi multa, diabolus fouet in ecclesia militante, q̃ ecclesia, licet ferat, nunq̃ tñ aut dissimulauit, aut ꝓbauit. Falluntur ergo hæretici, q ecclesiã erroris alicuius fidei articulorum dissimulant. Hallucinantur itẽ schismatici, q propter abusus ab ipsa matrice deficiunt ecclesia. Neq; tñ interim dormitantes, & tantorum malorum dissimulatores, excusantur ꝓlati, quorum est talia oĩa sedulo extirpare. Sed q ex veritate est, videt ecclesiã rosam inter tot spinas abusuum & hęresion, basin & firmamentum veritatis. Regnũ hoc Chri gloriosum videre nõ potest, nisi q ex ipsa est veritate, q nõ correptus est à spũ maligno. Chrs ipsa est veritas, & caput ecclesiæ, q̃tenus coniugiũ, vnionis Chri & ecclesiæ est sacramentum. Chrs sponsam eã suã nunq̃ potest deserere, qa Chrs iterum nõ potest mori: viuidũ & ꝑpetuũ caput ecclesiæ Chrs est: errare ergo ecclesia nõ potest. Iupiter, Mameth, antichristus, nihil sunt nisi ipsum mẽdaciũ. Impostura diabolica Thalmuth Iudæorũ & Alcoranus Saracenorum, Pilatus vero, Iouis Capitolini, Martis, Veneris, Vulcani, Cybeles, & aliorum Romanorum deorum mancipiũ, de veritate diuina philosophice sentiens, rogitauit: Quid est veritas? Q.d. Defini tuã veritatẽ, expedi axioma secũdũ regulas dialecticas. Aristoteles veritatẽ definit esse adæquationẽ rei ad intellectũ, lib. 2. Metaphy. Idẽ lib. 1. Perihermenias, dicit veritatẽ determinatã nõ esse de futuris singularibus, hoc est, in materia contingenti. Plato, Cicero, & hoc genus philosophorum, varie itẽ definiunt veritatẽ, varie item distinguunt, tu vero qd dicis esse veritatẽ, nunqd parodoxon tu nouũ aliqd habes? Humili⁹ q̃ pro re, de veritate sentiẽs, Chri responsum nõ expectauit. Deꝓhendit innocentem, animaduertit Iudæos Nemesi percitos, Christũ odio sibi flagellandũ obtulisse: qua in re ipse cõtentus, cætera q̃ audiuit mysteria, nihil ad se pertinere ratus. Egressus ergo, sed nõ hoc noĩe quo suprà exiuit, vt audiret causã & querelas de Christo, tanq̃ de reo: sed vt excusaret, & testimoniũ daret cõtra Iudæos de Chri innocẽtia. Sic vincit veritas, quantũuis odiũ pariat, iuxta comicũ. Magnus dñs Deus & laudabilis nimis. Magna q̃q; est veritas, & fortior ꝑ oĩbus. Oĩs terra veritatẽ inuocat, Esd. 1. cap. 4. Apertissimã hic vides veritatis maiestatẽ. Ratio humana defendit Christum. à Christo stant oẽs leges gentiũ. Chri innocẽtiã testatur etiã imperij autoritas, magistratus Romanus, quod nobis cõmodũ est. Pilato vtile fuisset, si audisset Christi de veritate dissertionẽ. Dissertionẽ & definitionẽ neglexit, sed veritatis maiestate coactus, Christi defensionẽ negligere non potuit. Crabro flabello iritari potest, non sedari. Pilatus itaq; crabronibus illis Christi innocentiã testificans, magis prouocauit. Lucas habet: Et illi inualescebant. Chrũs non respondit vllũ verbũ, secundũ Matth. ita vt miraretur ꝑses vehementer. Ambrosius ait: Bene tacet, q defensione non indiget. Ambiunt defendi, q timent vinci. Nõ ergo occasionẽ tacendo cõfirmat, sed despicit nõ refellendo. Non audis, ait, quãta isti aduersum te testificantur? Veritas Pilate mẽdacia nõ audit. Veritas, Ponti, tacendo potius, q̃ refellendo & cõtendendo, vincit. Et qd attineat verba effundere, vbi furor rationi ꝑualet? Non tacet temere veritas. Præuidit talẽ laudabilẽ & salutarẽ taciturnitatẽ regius propheta psal. 37. Ego tanq̃ surdus nõ audiens, & sicut mutus nõ aperiens os meum. Inualescit clamor, siquidẽ ad sycophãtiam firmandã clamoris vtuntur auxilio, vt ait Theophylactus. Clamor apertissimum est argumentũ causæ deploratæ. Quo minus habent accusatores veritatis, hoc plus habent clamoris. Cõmouit aũt populum, docens per vniuersam Iudæã vsq; huc. Suprà requisitus de sua doctrina, respondit: Ego in templo docui quo oẽs Iudęi conuenerant: interroga ergo eos qui me audierunt. qd me interrogas? Si doctrinæ quæstio est, quid eã Pontio defertis miseri? Artifices dicunt docuisse in Galilæa. Nihil nisi doctrinã Christi nunc causantur, suprà seditionis autorẽ, & regalis dignitatis ambitiosum traduxerunt. Sed nullũ iota habebant, vnde factiosum Christũ insimularẽt, quare (vt Theophylactus adnotauit) Galilæum esse eũ dixerunt, Iudæ Galilæi sectã Pilato in memoriã reuocantes. Q.d. Galilæos seditiosos esse ipse tu nosti. Sed Pilatus nihil tale de Iesu Galilæo audiuit. Iudas Galilæus latro, Iesus vero Nazarenus saluator. Ille ferro rigido, hic mansuetissima doctrina egit. Pilatus, q̃ eius fuit industria, vt audiuit Iesum esse Nazarenũ, sperabat se nactũ occasionẽ, qua se ex tanto labyrintho exolueret. Herodi duxit eã causam deferendã. Galilææ tetrarches fuit Herodes, idq; Tiberij Cęsaris cõmissiõe, Luc. 3. Herodes tres nouit scriptura noui testamẽti. Primus Ascalonita infanticida, Matthæi 2. Secundus Antipa, Ioannis interemptor.

Prælati abusus nõ corrigentes, ꝑuaricantur.

Ecclesia errare nõ potest.

Veritatis definitionem rogauit Pilatus philosophice.

Veritas vincit.

Galilæũ Iesum q̃re Iudæi Pilato indicauerunt.

ctor. Terti⁹ Agrippa erat ille, q Iacobum detrūcari fecit, Act.12. Secūdus est de quo hic agit. Hic Pilatus euadēdi pculi ansam quærēs, se primū discrimini implicauit ter maximo. Primo, ꝙ Christū quem innocētem repit, non liberauit. Secūdo, ꝙ manifesto tyranno innocentē ligatum misit. Tertio: ꝙ istoc facto iniquissimo Iudæis maiorem suppeditauit insaniendi occasionem. Erat Pilato infensus Herodes, non ꝙ seditiosos, sed ꝙ Galilæos occidisset. Hoc est, non succensuit Pilato ratione effusi sanguinis, sed gloriæ adeptæ. Aegre tulit Pilatū limites suæ puinciæ egressum. Cæterꝝ nouit insignē tyrannū, & eū incestuosum, etiā contra leges Rom. atq; adeo contra legē naturæ. Herodes vt ambitiosus erat, viso Iesu, lætitia pfundebat. Gratā rem Herodi fecit Pilatus, ꝙ Galilæū eū, de q̄ multa audiuit, sibi misisset. Ioānes nullū vnq̄ edidit miraculū. spabat ergo Chrm regij splēdoris admiratorē, atq; in honorē sui aliq̄d miraculum factuꝝ. Ioculatores nutrit aula. Curiositatis mater aula. Portētosum ergo op⁹ aliq̄d sese sperabat ex Chro visuꝝ, vt in spectaculis videmus pstigiatores apparere, q deuorāt serpētes & gladios & similia, vt ait Theophylact⁹. Sed vt Ambrosi⁹ ait, Herodis crudelitas nō merebat videre diuina, & dominus iactantiā declinabat. Odit De⁹ oēm superbū. Spūsanctus fugit oēm insynceritatem. Nihil vnq̄ apparēter & arroganter fecit dn̄s, nec suā gloriā vnq̄ quæsiuit. Cæterum exaudit oēs se inuocātes in veritate, exemplo latronis peccatū suū cōfitentis. Sed Chrs in aula res est plane cōtempta. Herodes vidit se cōtemptū. nihil Galilæ⁹ hic Galilæo tetrarchæ detulit. Tantū abfuit vt regē adorasset, vt ne vnico quidē verbo portentosum tyrannū dignatus esset. In Annę ædibus pōtifici dicebat male respōdisse, atq; in faciē cędebat. Quid ergo hic Herodianos fecisse credamus? Euangelista paucis verbis multa cōplexus, nobis cōtemplandi reliqt cāpum, & eū satis amplū. Sic habet: Spreuit autē illū Herodes cū exercitu suo, & illusit, indutū veste alba, & remisit ad Pilatū. O homo, hic vide Sapientiā patris veste alba suspendi naso, e sublimi rideri. Pro se q̄sq; viri tāti Herodis cōtemptū strenue vindicāt, Chro certatim illudendo. Sānio hic vt qs acerrim⁹ est, ita plus refert laudis & pmij. Horrendū hoc dictu quidē est, sed nō minus horrendū est, si idē etiamnū contingat. Vbi vero irridetur simplicitas rustica? Nōne in aula? Ciues aula vocat axūgiæ et aruinę saccos, rusticos cadauera. nihil hic baptism⁹, nihil eucharistia: nihil alioꝝ charismaton sacra attendūtur. Auꝝ hic curat, hic imago fumosa & cerę statuæq; admirationi habent. Sed valeat Herodes cum suo strateumate, nos ad Chrm reuertamur. Herodiana vesania bene vti nouit diuina sapientia. Cādor habet significationē innocentiæ. Nigredo cōtrā facinorosi opis notā habet. Albo capillo ergo signam⁹ grata & iucunda, nigro horrēda atq; detestāda. Alba vestis itaq; Chri innocentię ppetuū est monumentū, inuito etiā Herode & Herodianis. Gloria nr̄a vestis ea, & herodianoꝝ dedecus æternū. Ambrosi⁹ dicit hoc loco, vestem eā esse argumentū immaculatæ passionis, & Chrm declarare agnū sine macula cū gloria. Sup Lucā. Herodes & Pilatus ex eo die recōciliabant. Manet etiamnū ingeniū hoc tyrannis & barbaris oībus. In hoc oībus cōuenit, vt ecclesiā Chri insectentur, quantūuis interim ipsi inter sese diffideāt. Sic hæretici quoq; gladiatorio aīo sibi pugnātes, in hoc cōcordāt, vbi de impugnanda agitur ecclesia. Cōuenerūt (ait Psal.2.) principes ī vnū aduersus Chrm. Vide Act. 4. hoc ipsum aplm q̄q; synagogæ obijcere. Dn̄s Iesus faxit, ne & ecclesię magnates syncretismo *istoc sint obnoxij. Diffidij Pilati & Herodis causa, Act.5 exprimit. Pilatus prius offendit Herodē, ꝙ falcem suā in eius misisset messem. nūc placat, deferēs illi partiū suaꝝ functionē, q sibi non vindicaret aliq̄ priuilegia Herodis, ait Theophylactus. Tu hic cōsidera Pilati astutiā, vulpē cum vulpe vulpinantem. Sequitur:

Herodi Christus fecō re spōdit.

Iudicieri [illegible] Christū [illegible] Chri [illegible]

Textus Luc. xxiij. Matt. xxvij. Mar. xv. Ioan. xviij.

Pilatus aūt conuocatis principibus sacerdotū & magistratibus (&c. vsq;) & inualescebant voces eorum.

Principio hic repetēda miserabilis circūductio Chri, q̄ tot iudicibus est adduct⁹, indignisq; acceptus modis. Verisimile est, tot verbera in horto & in Annę & Caiphę ędibus accepisse, q̄t ad occidendū quēlibet sufficere possint hoiem. Nūc porro, pmissis oībus rite cōsideratis, audiam⁹, q̄, quāta & q̄lia innocens Iesus nr̄i causa sit ppessus. Herodes Pilato pessimum exhibuit exemplū. Annas & Caiphas Herodis insanię frigidā suffudere. Sic exēplo maloꝝ, [illegible] pe iores reddunt. Annę, Caiphę, Pilato & Herodi, respōdēt Ananias, Felix, Fest⁹, Agrippa. Tyrāni q̄q; Romani decē, Iudæi, Turcæ, hæretici, q̄ꝝ caput est Antichrs, quatuor hisce respōdent iudicibus oīm iniquissimis & crudeliss. Quod bis Pilato est adductus, quintū insinuat tyrannū, hoc est, quintus inde iudex colligi potest. p iudicē eum puersi catholici pastores & idola, nō min⁹ q̄ exteri pestilētes, exprimunt. Quid autē?

Quatuor iniustiiu dices qui Christū crucifixerunt, habēt cōplices suos.

Nunquid nos simile fatum recusabimus? num qua alia via ad patriã contendemus? Haudquaquã, Oues sumus sacrificio simili designatæ. Sacra salutaria aliter nõ cõstãt. Hac sola nos cogitatiõe armemus. Pilatus speciẽ iustitiæ æmulando, cõscientiæ item stimulis cunctabundus, conuocat sacerdotum principes vnà cũ plebis tribunis, dicens: Obtulistis mihi hoĩem hunc, quasi auertentẽ populũ: sed ecce etiã vobis p̃sentibus nullũ crimen in ipso inuenio ex his oĩbus, de qbus vos eũ accusatis. Sed ne qdẽ Herodes ipse circuncisus proselyt⁹, facin⁹ aliquod in ipso deprẽhendit. Facite ergo sitis Dei timentes. Videte qd vos Moses vester doceat, certe nullus ethnicoꝝ legislatorum neq; Trismegistus, neq; Zoroastres, neq; Solon, neq; Lycurg⁹, neq; Charundas, neq; Draco, vestram tyrannidem ferat. Immo ne quidẽ infernales iudices Minos & Rhadamãthus vestrũ probauerint ꝓpositũ, qui hoĩem innocentẽ & veritatis doctorẽ sufferre non potestis. Lycurgus noster me monet, ne de indẽnatis suppliciũ sumam. Veꝝ ne oĩno vobis videar aduersus, castigatũ illũ dimittã. Quin hoc melius censeo. Inspirat eñ hoc mihi bon⁹ genius. Consuetudo est vobis dimitti vnũ ex captiuis & sontibus: quẽ vultis ergo liberꝝ in p̃senti festo tã celebri vobis? nõne Iesum vultis dimittam, vt vel sic ex cõsciẽtiaꝝ discrimine expediamini? Ego profecto nullũ aliũ vobis hodie iuxta sanctũ & solennem vestrũ ritũ dimisero, nisi aut Iesum illũ veritatis doctorẽ, & eundẽ integræ vitæ hoĩem, aut Barrabam latronẽ eũ vestræ religioni infensum, qui & inter vos hisce diebus maximũ tumultũ excitauit.

Cõsuetudo dimittẽdi Iudæis vnum vinctum, vñ nata.

Originem huius consuetudinis explicat Origenes, dicẽs, natã ex Ionathæ filij Saul liberatione, qua eũ populus iã patris sententia morti addictũ, asseruit. Consuetudinem eã Romanoꝝ tyranni exorati, populo Iudaico ex gratia quadam remiserunt, postquã ipsum in suã redegerũt potestatem. Historiã liberati Ionathæ vides 1. Regum 14. Theophylactus qq; affirmat, Romanos Palæstina potitos, cõsuetudinẽ eã ꝑpetuaturos se ꝓmisisse, populũ ritũ eum adeo[q;] habuisse celebrem, vt nulla ratiõe se sub iugũ Romanoꝝ mittere voluerit, nisi prius illã consuetudinẽ Romani sese pollicerent perpetuaturos. Sane maximi mysterij ritus ille merito est corroboratus, dignus quẽ Iudæi cõtentiose obseruauerĩt. Sed cõsuetudinem eã quã mordicus obtinuerũt, fœdissime tandẽ ꝑdiderunt. Barrabã insignẽ latronẽ vitæ autori p̃tulerunt. merito ergo hodie tot exponuntur malis, vel hosti barbaro miserandi. Nemo vero tangit super illoꝝ miserijs, qa neq; ipsi verebant tot & tantis iniurijs lacessere, & turpissima & ea acerbissima morte condemnare innocentiæ instar Iesum. Hoc inuidia potest. Inuidia diaboli mors intrauit in orbẽ. Pr mẽdacij, homicidioꝝ instigator, diabolus. Nõ filij Abrahæ, homicidæ Iudęi, sed diaboli. Quadrat in eos nomen Barrabæ. Barabbas interpretatur filius patris. Filij homicidæ & mendacij patris Iudæi, fratrẽ similẽ sibi eligentes, Christo se indignos declararũt. Nõ patiunt Christũ esse suũ dñm, nõ audiũt eũ qui venit in nomine patris cœlestis, audituri Antichristũ, qui in ꝓprio suo veniet noĩe. Antichrist⁹ caput oĩm hæreticoꝝ, pr qq; est eoꝝ. Filij patris eius, sunt homicidæ latronis filij. sequit patrẽ sua proles. Matthæus Barrabã vocat episemon, hoc est, insignitũ, siue insigniter malũ. Hebraice dici poterit פריץ, hoc est, Prędo, latro, &c. Ezech. 18. Hier. 7. Vnde etiã Ioãnes Barrabã vocat Lestẽn, hoc est, latronẽ, *einẽ mörder*. Petr⁹ quoq; Act. 3. latronẽ vocat, exprobrãs synagogæ ꝙ huiusmodi scelus innocentiæ fonte mutarint. Possumus iuxta principalẽ textum, Barrabã reddere filiũ multitudinis, hoc ẽ, nothũ, *ein Hurkindt*. Itẽ filiũ magistri. Bar filius. Rabba magister, vt origo ei⁹ sit *Rab*, nõ *Ab* neq; *Abba*. Multitudo confusio. Nothũ filio virginis anteferebant sues & canes immũdi. Recte ergo cõfusi p totum mundũ palant, vt famelici canes ciuitatem Dei ambientes, & veritati diuinæ sues immũdi (vt ita dicã) oggrunniẽtes. Ganniũt & grunniũt, nõ orãt, infelices: ergo etiam Deũ nõ exorant. Filius magistri, filius artificis, tentatoris & vexatoris eius, q̃ magistro Adã & Heua didicerũt bonum & malum. Vexatio dat intellectũ. Qui nõ est tẽtatus, quid sciat? Sic etiã hæreses prosunt. Oportet ergo vt magistri eius inspiratiõe fiant mala, sed væ per qs. Origenes ait Iudæos pascha suũ maluisse cum Barraba comedere, q̃ cũ Iesu. Festa ea reuera odit dñs Esa. 1. Amos 5. Merito ergo versa sunt in luctũ Amos 8. Seditiosum, homicidam, latronẽ, pacis cõturbatorẽ elegerũt: ꝓpterea (vt ait Origenes) nõ cessat gens illa habere seditiones & homicidia. August. dicit: Quod sontẽ in paschatis festo liberatis, nõ reprẽhẽdimus: sed ꝙ innocentẽ occiditis, vitio damus: qd tamen nisi fieret, veꝝ pascha nõ fieret. Liberarũt Barrabã, ademptorẽ vitæ: & morti tradiderũt Iesum, vitæ datorem: qd Origenes exaggerans, ait Iudæos duplex patrasse malũ: alterꝝ, ꝙ hoĩem exquisito supplicio dignũ, liberauerunt: alterum, ꝙ filium Dei, & eũ verum hoĩem, pia supplicatiõe dignum, mor

Barabbas interpretatur.

Barraba interpretatur.

morte turpissima sustulerunt. Pilatus hic Chri innocentiã tertio ṗdicat, sed surdis fabulã cantat. Theophylact⁹ hic Iudæorum eã crudelitatẽ detestaꝫ, dicens: Gens sancta rabie furit, & gentilis Pilatus cædẽ auersatur. Et Cyrillus dicit, Pilatũ iusti & ęqui defensionẽ suscepisse. Obserua: ironicos hic, vt qbusdam videꝫ, Iesum regẽ vocat, Iudæoꝝ rabiẽ risu conans mitigare. Sed fictam & simulatã rabiẽ Iudæoꝝ liqdo perspexit, hoc est, vidit eos furere non lacessitos. Hieronymus ait: Causa crucis, manifeste inuidia est. Hodie q̃q; hæretici identidem bella crepant, rabiũt item, sed nulla iniuria ꝓuocati. Sola inuidia causa est efficiẽs tantarũ, quas in Germania excitant, tragœdiarum. Quot catholici sacerdotes pij et eruditi exulant, parochias occupãtibus futilibus & leuibus ṗdicantibus, q̃s noua secta vocat concionatores? Fatenꝫ ipsi hæretici, suos prædicantes maiori parte esse & indoctos & ꝓphanos. Apparet ergo mera inuidia, expellere catholicos, etiã idoctos & vanos. Sed ad Pilatũ reuertamur. Christi innocẽtiam ter est testat⁹, sed hoc diuinæ maiestati satis nõ est visum. Vxorẽ eius etiã ad Christi innocentiã ṗdicandã elegit ṗuidentia diuina: neq; eñ crediderim sine singulari Dei consilio Vxorẽ Pilati, Christi innocentiæ factam testem. Origenes dicit genio bono permotam, quantũ in ipsa fuit, institisse vt maritũ à nefario ministerio iniustæ sententiæ proferẽdæ retraheret. Res eñ illa cum pro tribunali gereret, ṗsidis vxor p internunciũ dixit illi: Nihil tibi & iusto illi. Multa eñ hodie passa sum p visum propter illum. Visionem nullus euangelistaꝝ exprimit, qd viderit, & qd audiuerit, nisi q̃ grauiter sit afflicta. Multa, inquit, passa sum in visione propter illũ. nihil ergo certi hic proferre possumus. Sufficit nobis scire, q̃d Theophylactus ait, maximũ esse miraculum, eũ qui iudicabaꝫ à Pilato, eius vxorẽ exterruisse. Ipse visionẽ eã nõ habuit, forte q̃ ea esset indignus, vel q̃ illi fides nõ esset adhibita, tanquã iudici, qui fauore ṗuerso nonnunquã causam fouet, q; tegit q; malã: secundũ Chrysost. & Theophylactũ. Cõiunx Pilati, Chrm suo conuenienti epitheto Iustũ vocat. Propheta q̃q; iustũ vocat. Esa. 53. Iustificabit ipse iustus seruos meos. Idẽ dicit, iustitiã eius fore cingulum, cap. 5. Origenes & Hilarius allegoricos p hãc mulierẽ intelligunt ecclesiã ex gentibus. Figura regnũ trãsferendũ. In domib⁹ principũ sacerdotũ, nihil nisi homicidia & sacrilegia. repudiandi ergo erant. Deus potest ex lapidibus Abrahę suscitare progeniem. Mulier bona pars in parte bona. Mulieris fortis preciũ longe petendũ de vltimis mũdi finib⁹. Iudęi hic audiẽtes mulieris hui⁹ encomio Chrm ṗdicari, se ipsos obfirmãt, q̃si garrulitas muliebris, & nõ grauitas spũalis, sit habẽdum qcqd vidisset & dixisset mulier istæc. Immo q̃ magis vidẽt, cũ natura etiã Deũ Chri innocentiã testatã facere, hoc magis inflãmanꝫ, & hoc magis ꝓperarũt, hoc magis deniq; solicitarũt Pilatũ ad Chrm crucifigendũ. Clamitãt eñ, Crucifige crucifige. Suprà Caiphas ṗripuit sententiã, dicẽs: Blasphemauit, Quid vobis videꝫ? Hic exemplũ hoc Caiphiani imitanꝫ, clamãdo, Crucifige crucifige: vtiq; ṗiudicio mãifesto. Crux, pessimoꝝ (vt Theophylact⁹ ait) suppliciũ erat. Vnde nõ mortẽ, sed eã potissimũ crucis expetebãt Phil. 2. Crux nõ solũ Romanoꝝ, veꝝ etiã alioꝝ ethnicoꝝ exq̃sitũ erat suppliciũ. testis Valeri⁹ lib. 2. de disciplina mil. in exẽplo L. Calfurnij, fugitiuoꝝ potissimũ hoc fuisse suppliciũ. Inde execratio vehemens, In malam crucẽ: q̃d tãtundẽ est, q̃d, Ad coruos, Ad bestias. Expedit rit⁹ ethnicoꝝ nosse, faciũt eñ ad fidei historicæ declarationẽ. Historica fides ad mysterioꝝ agnitionem aditũ parit. Crucifigẽdi, etiã ethnicoꝝ ritu pri⁹ flagellis discindebanꝫ. Hieronymus q̃q; de cõsuetudine istac ait: Rom. legib⁹ sancitũ est, vt q crucifigiꝫ, prius flagellis verbereꝫ. Huc ꝑtinent xij. fasces. Flagellare hoc, nõnunquã apud ethnicos vocaꝫ, lictoꝝ verberibus lacerare, virgis cędere. Crucifigere vocabãt itẽ cruci affigere. Scipio Aphrican⁹ profugos cruci affixit. Lysimachus Cyrenũ, Carthagineñ duces belli & añsignanos: q̃d qa hodie nõ fit, exactiões nullæ sufficiũt furto antesignanoꝝ. Nemo hodie pugnat ꝓ patria & ꝓ ecclesia. ære merẽt saltẽ mãmonistę veri. L. Domiti⁹ itẽ crucifixisse cõmemoraꝫ pastorẽ, q in saltu peccauit temerari⁹ & ꝑuicax. Hoc exẽplũ magnates hodie strenue imitanꝫ, inc̨duas syluas feris etiã ĩ miseroꝝ certã ꝑniciẽ seruãtes. Sed ṗdones eqtes nõ plectũt crucis supplicio, exẽplo C. Cęsaris. Polycratẽ suspẽdit cruci, fortunæ dextimæ viꝝ, Darij exercit⁹ dux & antesignanus. Cruci affixi nõ sepeliebanꝫ, sed in crucib⁹ esca volatilibus cœli relinquebanꝫ, queadmodũ hodie fures in gabalis aquilis adiudicati esca, inde nõ tollunꝫ. Ad palũ itẽ religabãt, & securi ꝑcutiebãt ethnici, sicuti palo alligauit duos filios L. Brutus. Cruci suspẽdere, oĩm erat atrocissimũ: fuit etiam cõtumeliosi⁹. Diciꝫ ergo Deut. 21. Maledictus oĩs q pẽdet ĩ ligno. Sed hoc ṽbo Moses significauit, Christum p mysteriũ crucis oñem nr̃am in se receptuꝝ maledictionẽ. Iudei vero cæci, nesciuerũt (vt Theophylactus ait) q̃ sicut p lignũ ruina, ita p lignum correctio. Eusebi⁹ testis est, Cõstantinũ Cæsarẽ

Hæretici ... antur, ... iniu... lacessi...

...sus p... ...epi...eton Christi.

Crux pessimorum suppliciũ erat.

Crucifixi nõ sepeliebanꝫ, sed in lignis cõputrescere habebant.

ſarem ſupplicium crucis vetuiſſe lege, lib. 1. capit. 9. Sequitur:

Textus Ioan. xix. Mat. xxvij. Marc. xv.

Tunc appræhendit Pilatus Ieſum & flagellauit. Milites aũt duxerunt Ieſum in atrium prætorij, & conuocant totam cohortem (vſqꝫ) & conſpuebant in eum, & ponẽtes genua, adorabant eum.

Vicit diabolus, cecidit, q ſtabili pede nõ fuit. Motus loco Pilatus, arundine leuior. In horto, in ędibus Annę & Caiphæ, quid Chr̃o accidit, audiſtis. nũc aduertam⁹, etiã ædes Pilati, diaboli eſſe ſeceſſum. Tam illic q̃ hic regnat diabolus, qa vtrobiqꝫ ambitio & auaritia. Pilat⁹ iam legũ oĩm oblitus, Iudæorꝫ fauorẽ captare conabaꝭ, Caiphę ſpũ duct⁹. Dixit Caiphas: Melius eſt vnum hominẽ perire ꝑ ppl̃o: Sic etiã, ſi nõ ore, certe corde, dixit Pilatus: Meli⁹ eſt multorꝫ tibi amicitiã cõſerues, q̃ vt vni⁹ mẽdici & impotentis doctoris tibi familiaritatẽ cõcilies. Hic nihil poteſtur dari, illic aurei mõtes ſeſe vltro ꝓdũt. Sed vtroſqꝫ ſua fefellit ſpes. Venerunt Romani, & abſtulerũt gentem, ipſumq́ꝫ locũ penit⁹ deuaſtarũt. Statim itẽ poſt Tiberiũ Caius Cęſar tã Pilatũ q̃ Herodem afflictauit, teſte Euſebio lib. 2. Egeſippus valde cõuiciaꝭ Pilato, dicens illũ fuiſſe præcipuã occaſionẽ deuaſtatiõis vrbis ſanctæ, lib. 2. ca. 5. Pilatiſtę, bone De⁹, q̃t hodie ſunt, q quoſlibet impotẽtes, ſeſe defendere nõ valẽtes, pro libitu macerãt & plectunt, dñis ſuis ita gratificãdo, & potentũ amicitias captando? Pilati officium fuit liberare Chr̃m: & hoc poterat, in ſua hoc manu extitiſſe ipſe fateꝭ, dicẽs: Si neſcis, poteſtatem habeo crucifigẽdi te & dimittendi. Tribunus ꝑ ſuo officio liberauit Paulũ Acto. 21. quod niſi p̃ſtitiſſet, rabidi Iudæi Paulũ verberãdo occidiſſent. Habuit Pilatus ſecũ cohortẽ & furũ manipulos, per q̃s minori negocio Chr̃m liberaſſet: ſed per q̃s Ieſum debuit aſſerere, illis eũ dedit cędere. Militibus duris barbaris, funibus generoſus filius Mariæ datur flagellãdus. Innocẽs ſontibus datur corrigẽdus. O leges, o iura. Tã milites Pilato gratificari ſtudent, q̃ ille Iudæis ſtuduit adulari. Militaris ordo, dicit ille, auri mãcipiũ eſt. Ibi fas, vbi maior merces. Heu cadit in quenquã tm̃ ſcelus, vt in innocentem irruere poſſit, & ad dñi iniqui iuſſum, exemplo Doech, ꝑcutere Chr̃m & hominẽ Dei? Horrendũ eſt, etiã in eccleſia funes hm̃oi inueniri. Deteſtaꝭ Maro, barbaros milites vatum carmina non curare, dicens: Carmina tantum

Noſtra valent, Lycida, tela inter martia, quantum
Chaonias dicunt, aquila veniente, columbas.

Quis ergo digne defleuerit inhumanitatẽ & crudelitatẽ funiũ noſtratiũ, q etiã euãgelica & ꝓphetica vidẽt p̃cepta? fomes igni inferni milites noſtrates, tm̃ abeſt vt iuxta p̃cepta Chr̃i ſua dẽt, aut iuxta p̃ceptũ Ioannis, ſuis cõtenti ſtipẽdijs ꝑmaneãt, vt etiam Imꝑatoris præcepta ſui ꝑrumpãt, miſeros quoſcũqꝫ opprimẽdo, etiã eos q̃s tegere debebãt. Hoſtis & amici nullũ noſtri milites diſcrimẽ habẽt, nõ domeſticorꝫ Chr̃i, non ciuiũ angelorꝫ rõ vlla habeꝭ. Turca & Chriſtianus nullo funib⁹ illis diſcrimine habeꝭ. Hoſtis eſt, Turca eſt, q aurũ & argentũ habet. Sed hęc in infimo calũniarꝫ pono gradu. Nõ inuenies in vllis ethnicorꝫ hiſtorijs milites adeo libidini deditos, atque hodie pſeudochr̃iani ſunt milites. Taceo ꝙ ſua ſecũ cõtra militarẽ diſciplinã ſcorta circũferũt: hoc horrendũ eſt dictu, ꝙ etiã nullis adulterijs & ſtupris abſtinẽt. Oĩm hoc eſt horribiliſſimũ, ꝙ etiã hæc cõmittũt palàm, & ad hm̃oi facinora parẽtes & maritos ſuos miniſtros, ſuarꝫ puta filiarꝫ & vxorũ mãgones & lenones, fieri cogũt. O horrorem oĩm horribiliſſimũ, hoĩem Chr̃o Ieſu incorporatũ, talia patrare poſſe. Si tale aliqd Turcas deſignare audias, nõne natura abhorres à tali facinore? Quid ergo nõ rumperis medius, audiẽs aliquẽ agnelli vellere indutũ, Chr̃i ſanguine & corpore paſtũ, tale flagitiũ cõmittere? Si tale qd Chr̃ian⁹ in media Turcia deſignauerit, Turcę alicui⁹ aut filiã aut vxorẽ inceſtando, nõne naturę hoſtis iudicãdus? Parentẽ filiã caſtã velle, maritũ vxorẽ pudicã quærere, nõne natura monet? Hoſtes ergo naturę ſunt, aut maritũ cogere fieri vxoris lenonẽ, aut parentem fieri vęnũdatorẽ filiæ pudoris. O infelicem Imperatorẽ, q talibus vtiꝭ militibus. Nõne ſatius fuerit qduis potius ſufferre iniuriarum, q̃ talis ac tãti mali fieri cauſam? Fac Imperator angelica ſanctimonia polleat, certe gloriam eius militũ talium tenebræ miſere opacant. Mirum eſt, hm̃oi militum portenta victoria vlla potiri poſſe. Fac triũphare tales naturę hoſtes: certe aut diabolo triũphant duce, aut De⁹ eſt facinorum oĩm diſſimulator & autor. Quare nõ occidunt maritum, & deinde vxorem eius inſiliunt? Quare non trucidant parentes, & inde filiabus vitium inferunt? Quid attinet etiam oculos & parentũ & coniugum inceſtare? O virum effœminatiſſimum, & eum quàm pluma & molliuſculum & leuiuſculum, qui talia videre ſuſtinet. Neque homo

Militia barbaries.

Milites hodie ſunt lenones.

Imperatori ſatius foret quouis iniuriam perpeti, q̃ impiorũ militum vim conuocare.

Impiorũ militũ facinora

homo guttulam habet sanguinis Christiani, qui talia aut videns, aut audiens, neq; arrepto pugione scelus tale expiat, funem talis facinoris autorem transfigēdo. Sanctificauerit ille & manum & animā suam, Deo non minus sacrificium faciens, quàm aut filij Israel, aut Phinees, aut Matathias, & alij hoc genus generosi animi & diuini zeli insignes. Fac ipsius flagitij autorem occidere nequeas: at aliquē ei⁹ familiarem, quem iuxtà atq; seipsum amet, modo velis, & animum fortē habeas, opprimes. Mutius volens Porsenam occidere, incidit in scribā. Nonne in scriba Porsenam quoque, quantum in se fuit, sustulit? Quod vero errātem dexteram sustinuit exuri, regem bis interemit. O beatam manum, quam etiamnū pueri fidelium prædicant, dicentes:

Maior deceptæ fama est & gloria dextræ:
Si non errasset, fecerat illa minus.

Tales dexteras haberemus Christiani, qui alioq; manus nostras & pedes iubemur amputare, qui & oculos nostros iubemur eruere, et qui alioqui sumus oues mactationis. Non possum hic non Germanos præ cæteris prædicare cæterarum nationum funibus. Audio nostros milites & rapinæ non adeo esse deditos, & pudicitiæ magis puellarum & matronarum honestarum rationem habere. Quod si fama ea vera est, spero etiam quenque patrem familiàs Germanum, anima sua coniugis & filiarum pudorem conseruaturum. Inhospitalitatem barbaricam peius angue odi. Non probo eos, qui Cæsarianos milites fide fraterna & Christiana non excipiunt: sed Germanam fortitudinem doleo esse extinctam, & Germanos vxores & filias suas prostituere, & adulteria & stupra suorum dissimulare ingemisco et lugeo. Sed ad Tiberianos funes reuertar. Decem iniuriarū generibus Euangelistæ commemorant Christum in aula Pontiana esse affectum. Theophylactus arbitratur Pilatum militibus illam profusæ insaniæ licentiam nō dedisse, sed milites vltro, vt more sui domini Iudæis gratificarentur, ita insaniuisse. Primo totā conuocarunt cohortem, tanquam ludicrum aliquod spectaculum, quo quisque vel oculos suos pascat, vel se quoq; actorem ingerat, foret exhibendum. Secundo, conflatis Sannionibus & colaphantis, Christum denudāt. Exuisse Iesum tunicā inconsutilē et stolam ait Origenes. Quantū doloris talis denudatio Christo attulerit, pudici animi homo apud seipsū facile æstimauerit. Tertio Induerūt eū chlamydē coccineā siue paludamentū. fecerūt aūt hoc, subsannādo ironicos. Chrs gloriæ mūdi semp fugitās, nūc q̄si ambitiosus plectit. O dolor, O pietas. Obserua Chrm in domo Pilati irrisum in veste alba, hic in punicea. Neutrū mysterio vacat. Illic innocētia Chri exprimitur, hic nostram culpā, cuius supbia origo est & caput, in se recipe, & in suo sacrosancto corpore nostros sanguīes expiare, delineatur. Quarto nectūt spineā coronā, & eandē capiti, cuius nutu etiā angeli contremiscunt, imprimūt. Hic ironia & pœna coueniunt. Corona sannas & irrisionē, spinæ pœnā & dolorē intulerūt. Quinto Calamon ei ironice itidem tradiderūt, tanq̄ sceptrum. Sexto Itidem ironicos regi gloriæ ingeniculabant, voce itē ironica sacras vulnerabant aures, dicēdo: Aue rex Iudæorum: eodem dicti spū, quo Iudæi dixerūt, Prophetiza nobis Chre. Negat hic ppheta, illic rex. Sed manet & est Chrs verus Videns siue verus ppheta, Sapiētia nimirum patris & veritas diuina. Manet itē rex, cuius regni nō est finis: vt & hæretici & infideles rūpantur oēs. Septimo colaphis malas decētissimas horrēdum diuerberauerūt. Octauo Faciē eam q̄ cœli gaudent, sputorum & saliuarum adspergínib⁹ defœdarūt. Nono Caput instar vasis, q̄d vietores identidē pungūt, arundine pupugerūt. Decimo, Tanq̄ adoraturi, supplices ante ipsum ad sua pciderunt genua, ne in Christi saltē peccaretur humanitatē. Catholici hæc oīa fusius prosequūtur. Mysteria item purpuræ, spinarum, arundinisq; salubriter tradunt. Origenes tale primus literis tradidit, non tanq̄ eius rei inuētor, sed vt descriptor. Semp em̄ huiusmodi mysterijs, tanq̄ psenti nectare & ambrosia mirifice se refecit matrix ecclesia. Post Origenē Hilarius, Hieronymus, Cyrillus, Theophylact⁹, arcana huiusmodi aut tradita doctrina ecclesiastica, aut inspirata grā supna nobis p sua monumenta transmisere. Beatus qui huiusmodi theorematibus (vt Cyrillus vocat) rite fidem suam fouet. Sequitur:

Textus Ioan. xix.

Exiuit ergo iterum Pilatus foras, & dicit eis: Ecce adduco vobis eum foras, (&c. vsq;) Oīs em̄ qui se regem facit, contradicit Cæsari.

Quid nō ausit ira? Pilatus aura populari captator, vt gratiam Iudæorū sibi conciliaret, Iesum quem veritatis doctorem et hominem plane integrū depræhendit, pœna affecit lamentabili. Innocentem, immo de oībus bene meritum Iesum, laniatum corpore toto, laceratum penitus, spinis coronatum, neq; iam formam humanam habentem, hosti miserandum producit, atq; ait: Ecce homo. Cyrill⁹: Satiamini sanguine inocēte fuso, si q̄d hūanitatis ī vobis est. Ecce hō, q̄ sensu Pilatus dixerit.

Leo & vrsa hosti sic hũiliato parceret. Parcite vos regi vr̃o, doctori veritatis, bñfico & clementi. Si hulcus vestrum tetigit, atq; (vt se res humanæ habẽt) veritatis doctrina vos aliqd offendit, castigatus posthac cautior erit. Et quare non feratis veritatis correptionẽ à vestro Messia, quã etiã ferunt à philosophis tyrãni gentiũ oĩm præclarissimi? Viscera humana, corda humana si vobis sunt, agedũ iam hoĩes vos ostẽdite. Augustinus: Si regi inuidetis, iam parcite, qa deiectũ videtis. Videte flagellatũ, attendite spinis coronatũ, cõsiderate purpurea veste ludibrio grarijs factũ militib⁹. Feruet ignominia, frigescat inuidia. Sed eheu non frigescit, inardescit potius & increscit. Quos mitigare se sperauit, eos obdurauit. Hoc ẽ reprobo℞ ꝓpriũ, vt q̃ plus concedas, hoc plus abs te cõtendant. Succlamitãt itaq;, vt cœperãt: Crucifige crucifige. Q. d. Bene incepisti, ꝑge, perge. Cõuenit flagellatio, quæ alioq crucifixioni p̃uia esse solet. Vides etiã contra spem, iuxta tua fata, flagellatũ atq; adeo cruci deputatũ. Respõdet Pilatus: Accipite eum vos, & crucifigite. Ego vero causam in eo non inuenio. Q. d. Ego p̃ter Romano℞ leges occidam? Ego clamoribus vestris territus, ad hoc me facinus detrudã? Si lex est apud vos, q̃ insontes summo supplicio cruciet, vos soli hoc facite: ego non cõsentiã, vt ait Cyrillus. Iudæi ad hæc: Nos legẽ habem⁹, & secundũ legẽ eã debet mori. Audite vt sibi mendaciũ dissentiat. Non cõstat sibi ira. Suprà (vt adnotauit Theophylactus) negarunt suam legẽ homini mortẽ inferre. Nobis, aiunt, non licet occidere: nunc secundum legẽ eo℞ volunt sublatũ, etiã innocẽtem. Sic liuor, qd loquatur, nõ aĩaduertit. Sed audiamus legem Iudæo℞. Quia filium Dei se fecit. Legem quã hic citant, secundum Cyrillum, est ea quæ blasphemos capite plecti vult, Leuit. 24. Videntur item respexisse in legẽ Deut. 13. cõtra pseudoprophetas idololatriã persuadentes. Sed veritatẽ cõtra seipsos ꝓferũt, dicẽtes: Filium Dei se fecit. Dicere filiũ Dei, suspicationẽ facile cuiuis faciet. Sed re ipsa filiũ Dei se exhibere atq; declarare, piũ suppliciũ exigit. Suppl[illegible]arẽt illi, quẽ filiũ Dei sese re ipsa exhibere aĩaduerterũt, q Mosen & oẽs ꝓphetas suæ diuinitatis habet testes. Sed ecce tibi ꝓ pio supplicio & obseqo, suppliciũ pœnale & exitiũ meditant. Dein qd pseudoꝓphetã Chr̃m traducũt, falsissimũ ẽ. Quõ eñ pseudopropheta eẽ possit, q emẽtes & vẽdẽtes e tẽplo deturbauit, dicẽs domũ patris sui, locũ (iuxta Esaiã & Hieremiã) esse orõnis, non mercatus? Sed tergiuersatores improbi, vbi iam prima causa est ambitus

Filiũ Dei se facere, pio dignũ est supplicio.

& tumult⁹, quã suprà tãtopere vrgebatis? Deficitis, quæso, ab ea causa, an alterã prio ri iungitis? Sed qm̃ hæc grauior est, quare p̃sentẽ nõ protulistis? quare in hoc vsq; tẽpus reseruastis? Dicite, altero an ambobus? ambitus, an diuinitatis exhibitionis Chr̃m defertis? Illic mẽdaces Pilatus vos deprẽhẽdit, Chr̃m ab oñi ambitiõe alienissimũ vidẽs. Hic nihil efficietis, nisi ꝙ iudicẽ ab iniustæ sñiæ ꝓlatiõe absterrebitis. Religio illi erit, filiũ Dei morti addicere. Pilat⁹ audito sermone hoc, magis timuit, & ingressus in ꝑtoriũ ite℞ &c. Timuit Pilatus, ne forte ĩ diuinitatẽ peccarit. Cyrill⁹, euãgelistæ Ioannis nõ cõtemnẽdus interpres, dicit Pilatũ hic diuinitatẽ aliquã suspicatũ, qualẽ Solis, Mercurij, Iouis, Iulij & alio℞ hoc genus somniabãt ethnici. Semideos eñ & deo℞ filios gentiliũ fabulæ multos confingunt. Sed etiam sic Pilatus nõ crucifigẽdũ, sed colendũ arbitrabatur. Dixit itaq; ad Iesum: Vnde es tu? Iesus aũt respõsum nõ dedit ei. Ad vanam eã & superstitiosam quæstionẽ aptius, q̃ tacẽdo, respõdere nõ potuit. Suprà quæstionẽ eã satis superq; expediuit. Ego in hunc mundũ veni, ait, vt testimoniũ perhibeã veritati. Altius ethnic⁹ homo ad diuinitatis mysteria ducendus non erat. In omni verbo Dei, vita & lux est sita. Alia cõtemnẽs, alio℞ indignũ se facit. Pilatus vero hic magistratus fastigio intumescẽs, stomachabat sibi nõ respõderi. Mihi ne respõdes, ait? Bonũ testimoniũ habuit Chr̃s 1. Timo. 1. Suffecit hoc. De seditiõe tuum est iudicare, nõ de deitate. Margaritæ porcis nõ spargẽdæ, panis sanctus canibus nõ proijciẽdus. Suprà etiã Chr̃us simili rõne tacuit, qa locus est tacendi. Exẽplo hoc etiam non r̃ndendũ de fidei causis, hæreticorum patronis principibus ꝓphanis, ecclesiæ ius sibi vsurpãtibus. Salutaris illa Chr̃i taciturnitas, à ꝓphetis olim ẽ ꝓuisa, Esa. 53. Psal. 38. Si nescis, inqt, in manu mea eẽ crucifigere te & absoluere. Vide q̃ periculosum sit, esse cũ potestate. Vide q̃ntũ hallucinetur Prætor, dicens penes se esse crucifigere & dimittere &c. Iuste, ait propheta, iudicate filij hoĩm. Secundũ leges causæ expendendæ. Sontes plectẽdi, liberãdi insontes. Pilat⁹ vero crista erecta dicit, in sua esse manu, innocentem crucifigere. Potestatẽ eam Sapientes & legũ latores neq; Tiberio, neq; vlli tyranno detulerunt. Respõdet ergo is, vnde oĩs est potestas, atq; blasphemiam eã refutat, dicens: Non haberes vllam in me potestatẽ, nisi desuper eã accepisses. Dei est potentia & regnum. Rei eatenus sunt in potestate iudicum, quatenus aut sunt nocentes, aut innocentes. Illos habent torquere & vrere, hos asserere & tueri. Cæterum

Diuinitatẽ aliquã Pilatus de Chr̃o mẽte concepit.

Magistratui ꝓphano ius ecclesiæ sibi sumẽti, de reb⁹ fidei non esse respondendum.

ce-

cedo, qd tu, & vnde? Puluillus es, Ponti. Vnde ergo tibi potestas ea in me, q (vt suprà affirmaui) in hunc mundũ veni, vtique e cœlo, veritati testimoniũ datum? Audite & attendite iudices. Chrs peccati fastum nõ potuit nõ taxare. Timete ergo iudicem venturũ, vestrã superbiã castigaturũ, quem hic ligatũ & mori paratũ, arrogantiã Pilati ferre nõ potuisse videtis. Odit Deus oĩe superbũ. Audite & attẽdite mortales actuum vestrorũ omnium æquum æstimatorẽ. Cauete vobis à nouis euangelicis fratribus, vetus paradoxum loco noui euangelij proferentibus, peccata oĩa esse paria. Veritas paradoxõ hoc dissoluit hic, dicẽs: Qui me tibi obtulerunt, maius peccatũ habent. Illi vrgẽt, tu times ne falso Cęsari deferaris. Illi sua delinquunt spõte, & id malitia certa: tu peccas instigatus, & malo exemplo deprauatus. Pilatus audiens detestationẽ peccati, plus q̃ antea timuit, & Chrm liberũ dimittendũ cẽsuit. Obseruabis ergo, etiã naturã à peccati crimĩe abhorrere, q̃d etiã Apl's ipse edisserit Ro.1. Obstinati vero Iudæi, & iam in potestatẽ tenebrarũ traditi, ad priorẽ calumniã reuertunt̃, Chrm affectati regni (vt Cyrillus ait) insimulando. Cæsaris vero nomẽ hic tanq̃ Dei præsentis nomen, ipsi Pilato vnice adorandũ proferunt atq; dicunt: Si dimittis hunc, non es amicus Cæsaris. Oĩs q se regem facit, contradicit Cæsari. O versipelles, vnde vobis istæc repentina tergiuersatio? Vbi iam lex vestra, secundũ quã Chrm mori oportere suprà dixistis? Et tu Pilate, quare extimescis mẽdacium? Quare nõ veritatis doctoris exemplo, amore veritatis te oĩni offers periculo? Quare Cæsarẽ creatori vniuersitatis præfers? quare Tiberiũ nõ posthabes Deo? Diuitias attẽdite esse laqueos diaboli, auaritiã considerate esse radicem oĩs mali. Auaritiã excæcare, hic discite. Deniq; etiã hic colligite, neminem duobus dñis posse seruire. Pilatus loco motus, bis iam peccare sustinet. Suprà immerentẽ censoria nota afflixit: nunc eundẽ, quẽ toties insontem est testatus, parat morti addicere. Sic paulatim peccatũ succrescit. Felix q minimum peccati gradum fugit. Diabolus deditios & deuinctos subinde arctius constringere nouit. Sequitur:

Peccata [...]non [...]

Peccatũ natura ob[...] [...]

Textus Ioan. xix. Mat. xxvij.

Pilatus aũt cum audisset sermones hos, adduxit foras Iesum, & sedit pro tribunali (vsq;) Tunc dimisit illis Barrabam, Iesum autem flagellatum tradidit eis.

Satanas vrget suũ opus, sed in suũ malũ. Turdus sibipsi malũ cacat, & faber catenã sibi cudit. Efficit, vt iudex iniquã in innocẽtem sibi censurã vendicare p̃umat, nesciẽs sacro isto c nos absolui, se vero grauissimo oĩm iudicio Dei reũ fieri. Oĩe iudiciũ dedit pater filio: sed ecce tibi, filius hic se iniq iudicis submittit iudicio. Quis non videat, tãtæ rei arduũ aliq̃d subesse mysteriũ? Obserua Ioannẽ hic non solũ de iudicio & de iudice dicere, sed iudicij loci facere mentionẽ. Lithostrotus Græce, Gabbatha Hebraice, Latine lapidibus stratus, Steinplaster Germanice. Dignus locus q oĩm linguarũ p̃ferat̃ idiomate. Gabbatha vero nõ significat lithostrotũ. Iudæi locũ eum lapidibus stratum, vbi tribunal fuit, Gibbah, Gibbethon, siue (vt est apud Ioannẽ) Gabbatha vocarũt, forte q editior eẽt. Recte tribunal editi⁹ est alijs sellarijs, p̃pter maiestatẽ, q̃ iudex Dei refert p̃sonã. Sed & iudex admonet̃ loco editiori, vt cor suũ erigat sursum, ad seruiẽdum Deo in timore & tremore. Dei q̃dãmodo p̃sonã gerẽs, in editiore loco sedẽs, à iusto iudicio se interpellari patiat̃. Sic & in ecclesia suggesta editiora conuenit esse. Est eñ ecclesia verũ anogeon, in quo, puta à terrenis & caducis rebus seq̃strati, in cœlestib⁹ versemur negocijs. Euãgelista vbi locũ descripsit, tẽpus q̃q; describere p̃git, dicẽs: Et erat Parasceue, q̃d Latine reddi poterit, p̃paratio. Hebræi vocant Bidikath Hottametz, hoc est, scrutationẽ fermẽti. Sic vero diẽ eũ vocitabãt, q in eo sibi oĩa quę ad sabbathũ cõmoda erãt, seq; ipsos vnã religioni aptabãt. Nos diẽ eũ Veneris, bonum vel magnũ appellamus rõne Chri passiõis, q̃ nihil melius nobis, & nihil mai⁹ eẽ potest. Chrs eo nẽpe maximũ oĩm fecit miraculũ, sua morte mortẽ mortificãdo. Horã deniq; assignat, nẽpe sextã. Intellige vsq; ad crucifixionẽ, à sñiæ p̃latę tẽpore. Marcus tertia hora hoc dicit factũ, q ea hora fieri incepit maximũ hoc opus nr̃æ redẽptiõis. Theophylact⁹ dicit errore scribarũ cõmissum, vt tertia sit posita p̃ sexta. r dicit esse characterẽ & notã tertię. Eã arbitrat̃ positã p̃ s, charactere & nota sextę. Augustinus duplicẽ dicit notari crucifixionẽ: alterã linguę, alterã manuũ. Illa p̃ Iudęos est facta tertia hora, hęc p̃ ethnicos consummata est sexta. A sexta hora vsq; ad nonã factę sunt tenebrę. Horarũ earũ, de q̃ hic dr̃, supputatio q̃lis sit, alibi dixim⁹. Pilatus tertia hora tribunal occupãs: Ecce, ait, rex vester. Ironia tam Iudęos quàm Chrm p̃stringit. Pilatiani q̃q; suprà dixerũt simili schemate, Aue rex Iudæorũ. Q. d. Hoĩem hũc vos inuasorẽ regni dicitis. Vtinã Imperium Romanũ nullos alios vnquam habeat

Lithostratus dignus locus q oĩm celebretur linguis.

Suggesta ecclesiæ, æq̃ ac tribunalia fori, editiora eẽ cõuenit.

Hora tertia vt christus dicat̃ crucifixus.

beat inuasores. Theophylactus: Ecce dicitis me tam humilē & abiectū hoīem imperandi amore æstimare? Nihil hoīe hoc mitius, nihil impotētius. Nusquā gaza, nusq̃ diadema, nusq̃ satellitiū. Quare occidere vultis eum, q neq; lędere vult, neq; potest? Illi pertinaciores adhuc, vocē intendūt & clamitāt, vociferādo: Tolle tolle, crucifige eū. Itē Pilatus: Regē vestrū crucifigā? Et hoc ironice dictum accipe. Pilatus adhuc sperabat talibus schematibus iram Iudæorum se lenire posse. Mycterismis itaq; talibus adhuc Chr̄m liberare instituit. Putabat cum stultis stulte agendū, hoc est, stultorū stultitiā dictis ironicis superandā. Est stultitia q̃ verbis corrigi potest. Est & stultitia, quę ne verberibus qdem castigata prudens fit, de qua intelligendū hoc Pro.26. Ne respondeas stulto iuxta stultitiā suā, ne sibi sapiens videat. In hmōi quadrat quod ibidē dr: Virga in dorso imprudentis. Hęc oīa etiā ethnici norunt: sed nō oēs q̃d recte norūt, pręstiterūt. Qui seipsos rebus vanis implicuerūt, vani facti, in vanitate pierūt. Pilat⁹ aulico bolo deglutito suffocabat. Ef fœminat⁹ hic Iudęorū importunitate agit transuersum. Nō, aiunt, habemus regē nisi Cæsarē. Quid tu nobis regē aliū obtrudis? Obserua qd possit ira. *Cæsare nihil æque Iudæis fuit infensum. Edom siue Idumæum, illū semp & habuerunt & vocauerunt. Iam vero odio Chri, Idumæū eū, dn̄m suum fatent. Messiah suū hic negāt, pauperem & māsuetū regē, de quo Zacharias ait Zacha.9. auersant, Tiberiū vero, cruentū tyrannū eligūt. Manet optio atq; electio, Frustra nunc Chr̄m à pphetis promissum expectāt. Recipiēt vero Tiberio nō absimilem Chr̄m, puta Antichr̄m, sanguinis effusione gaudentē. Pilat⁹ inter sacrū & saxum cōstitutus, hinc insonti parcere, illinc potētibus parere cupiēs, aquā sibi adferri iussit. Allata, manus abluit, insinuans Chr̄m vere esse innocentē, seq; ab eius sanguinis effusione innocentē & immunē. Nō hoc gētili more, sed Iudaico factū dicit Origenes. Iudęi ritū eum ex Psal.72. sumpserūt, vbi dr: Lauabo inter innocentes man⁹ meas. Vos videritis, ait Pilatus, ego extra culpā ero. Ego Minister sum legū, vox vestra sanguinē fundit, ait Hieronymus. Hic Iudæi rem sibi inueniunt factā. Nihil facilius homini impio, q̃ suam depacisci aīam. Sic hæretici subinde aīas suas pro nostris deponunt. Sed vt pignus hoc quod Iudæi Pilato tradiderūt, non profuit: sic & non proderit impigneratio animarū hæreticorū. Diabolus sic vtrinq; nocet, pignus nimirū impēdenti & accipiēti. Pilatus ethnicus suorum exempla secutus esset philosophorū, iustitiæ nempe & constantiæ. Notum est, Socratē temeritati multitudinis suam cōstantiam obiecisse, & prohibuisse, ne tristē sententiam de capite decem prætorum, quos plebs inuidiæ impetu ad cædem arripuit, exequeretur. Demarchus maluit vndecimum furorē esse consternatæ patriæ suam mortem, quàm se publicę demētiæ adscribere autorē. Talibus exēplis (quorū ethnicæ historię exundant) pectus suū corroborasset. Sed maluit Pilatus Dei amicitia potius, quàm hoīm fauore, carere, decernens Chr̄m voluntati Iudæorū tradendum: & sic reuera reus factus est sanguinis Chri, φ eum & innocentem prædicauit, & fudit. Peccauit dupliciter, cum φ non asseruit, tū φ cruci adiudicauit insontē. Vnde etiā temporali & æternæ pœnæ est à dn̄o Deo addictus. Sed grauius Iudæorum crimen. Vnde domus eorū deserta est, Mat.15. Latrones parricidæ, pfugi sunt in terra, Gene.4. Peccati remissionē item cōtempserūt Acto.2. Vnde etiā æterna eos manet perditio. Post supstitiosulā simulatę innocentiæ lotionē manuū, Barrabas Pilati sententia liber dimittit. Chrus vero morti crucis adiudicat. Iesus preciū seculi, Pilati sententia tradit lictoribus, militibus illis inclementibus Cæsarianis, crucifigendus. Cohors in ædibus Pilati Chr̄m ante flagellauit, postea eadē eundē crucifixit. Iudæi vero, ne immunes culpæ videant, & ipsi Chr̄m crucifixisse dicunt. Et reuera crucifixerūt, qa ad crucifigendū eum, Pilatū instigauerūt. Petrus itaq; dicit eos Chr̄m p manus iniquorum (supple, militum) interemisse, Acto.2. Idē illis itē exprobrat S. Stephanus Act.7. Apostolus item Paulus idem ingenue fatetur 1.Cor.2. Sequitur:

Cæsarem infensum Iudæi vocarunt Edom.

Manus lauit Pilat⁹ ritu Iudæorum.

Duplid cōtritiōe tam Pilatus q̃ Iudæi contendi.

Textus Mat.xxvij. Mar.xv. Luc.xxiij. Ioan.xix.

Milites exuerūt eū chlamyde, & induerūt eū vestimētis eius, & duxerūt eū vt crucifigerēt. Exeuntes aūt (vsq;) Ducebant aūt & alij duo nequam cū eo, vt interficerentur.

Addictū morti Iesum, exuerūt veste illa ridicula, chlamyde qua eū induerunt, suas vero illum rursus induunt. Coronam capiti eius non ademerunt, altius impressam, q̃ vt cito eximi potuerit. Nihil hic sannarū, nihil hic iniuriarum restabat, nisi vt & crucifigendo, crucem suā imponerent portandā. In mōte Golgatha similibus, innocētē dominum calūnijs affecerūt. Nihil fuit q̃d in via illi intentarent, nisi vt suis vestibus indu

indutũ,educerent cruce onustũ. Grãde, ait S. Augustinus, spectaculũ, grande ludibrium: sed si spectet pietas, grande mysteriũ. Exeuntes, incidunt in hominẽ ruri venientem. Dignũ illum putabãt cui etiam illuderent, qm̃ indigena nõ fuit, neq; item Iudæus fuit. Forte ꝓselytus erat, à Libyæ ciuitate Cyrene ort⁹. Act. 6. proselytos huiusmodi plures vides Solymis fuisse. Ad maiorẽ fidei cõfirmationẽ, vt ait Theophylactus, Cyrenensis huius duo filij etiã noĩatim exprimunt, Alexander & Ruffus. Libys vero siue Cyrenensis hic, Simon noĩe ꝓprio vocabat. Hunc coegerunt portare Chr̃i crucem, q̃ Iudæis erat execrabilis, propter verbum maledictiõis Deu. 21. Hic obserua, nihil in tota historia Christi passionis esse gestum, q̃d sua, & ea grandia non habeat mysteria. Nempe ꝙ Christus ipse suam baiulauit crucem, ꝙ suis vestibus indutus exierit, ꝙ corona spinea eius capiti relicta sit, &c.

Simonis angariati mysteriũ

Quod ad hunc locũ attinet de Simone angariato, mysteriũ est: Simonem exprimere typũ obedientiũ fideliũ, quibus omibus ex ęq̃ incũbit portare crucẽ, Luc. 9. Salutarem eẽ crucẽ, etiã si caro sit infirma, & nõ adeo patiat volũtaria. Infirmitati nr̃æ medic⁹ & saluator noster iuxta ꝓphetã inseruire nouit. Origenes itaq; salutarẽ vocat angariã.

Simon vt crucẽ post Christũ portarit.

Mouetur hic quæstio, Chr̃s an crucẽ suam primo portauerit, & postea eandẽ crucem Simon baiularit coactus, an eandẽ, iuxta picturas receptas, Chr̃s & Simon vnà portarint. Hieronymus soluit quæstionem, dicens crucẽ Chr̃m & Simonẽ nõ vnà gestauisse, sed primo Christum, dein Simoẽm. Christũ e Pilati ædibus vsq; ad portas ciuitatis, atq; extra ciuitatẽ: ibi tum impositã crucẽ Simõi Cyrenęo. Idẽ dicit Theophylactus. Iuuit qdem Simon Chr̃m, sed Chr̃s crucẽ sol⁹ sanctificauit oĩbus eã post se portantibus. Exeunte vero rege gloriæ, ligno tali degrauato, spinis coronato, suisq; vestibus induto, magnus fit in ciuitate luctus. Viri plures iuxtà atq; mulieres, passim hoc tã lugubri spectaculo cõmoti, misere lamẽtabant: sed carnali & hũano affectu, q̃ q̃slibet ploramus male affectos. Conuersus Iesus ad hosce, lachrymas vt sistant mandat. Nõ ꝙ cõpati cuiuis sit iniquũ, sed ꝙ Christum alijs parem æstimare, peccatũ existat. Chr̃s non solũ fuit innocens, sed & innocẽtiæ fons, verus Deus & homo: q̃d qui non credit, de Christi passione nequicq̃ dolet.

Perpetuo exterminio vltus est pater cœlestis mortem vnigeniti sui filij.

Cœlesti patri, non vt aliorũ innocentũ, punĩeda fuit iniuria ꝓprio filio irrogata. Maior culpa, maiorẽ requisiuit pœnã. Simile ẽ q̃d habet Ep̃la ad Corinthios 1. ca. 11. Qui indigne sumit, iudicium sibi mãducat & bibit. Quasi dicat: Nõ solũ de pane sanctificato & sacramentali, sed de corpore Christi corporali & de vero eius sanguine indecẽter sumpto, pœnã luetis & temporalem & æternã, qppe qui in Deũ peccastis & in hominẽ. Atq; hoc est quod & Chr̃s hic dicit: Nolite flere sup me, sed sup vosmetipsas flete, & sup filios vestros. Quoniã ecce dies venient in qbus dicent, Beatæ steriles & ventres q̃ non genuerunt, & vbera q̃ non lactauerunt. Tunc incipiẽt dicere mõtibus, Cadite super nos: & collibus, Opite nos: qa si in viridi ligno hæc faciũt, ĩ arido quid fiet? Bellũ hic p̃dicit Iudaicũ, q̃d post annos q̃draginta tota sensit Iudæa. Calamitas hęc calamitatũ, etiã prædicitur Matt. 24. Lucæ 19. 21. Quod de montibus infert, accepit ex Hosea cap. 10. Eodẽ loquendi modo etiam vtitur Ioannes Apoc. 6. Calamitatẽ hãc Iosephus & Egesippus diligenter sunt prosequuti, sed non satis assequuti. Christus ad præsens oraculũ adfert simile non ineptũ: Quod si Romani milites hoc faciunt in ligno viridi, heu mihi, qd non in arido & putri faciẽt? Metaphora cõueniẽtissima, quã argumentatur à maiore ad minus. Lignũ viride se vocat, iuxta psalm. 1. 51. Viride lignum, quia vita hominum, Ioã. 1. Iudæi putre lignum, arbor sterilis, palmes infœcundus, arbor maledicta, Mat. 3. Luc. 13. Seqt̃

Textus Mar. xv. Luc. xxiij.

Et perducũt eum in Golgatha locum, q̃d est, interpretatũ, caluarię locus (vsq;) scriptura q̃ dicit, Et cũ iniquis reputatus est. Erat aũt hora tertia, & crucifixerunt eum. Iesus vero ait: Pater, dimitte eis, quia nesciunt quid faciunt.

Loc⁹ ille in q̃ innocẽs agnus ꝓ sontibus est occisus, diligenter ab Euãgelistis describit, & Hebraico noĩe appellat Golgoleth, Chaldaice vero Golgatha, Iudic. 9. Vocabulũ rem significat rotundã, q̃lis est caluaria hũana. Gilgal, significat deuoluere. Galgal significat rotã, sphærã, pilã. Talis fere ẽ caluaria, quã Græci vocãt cranion. Locus itaq; ille Latine dicit caluariæ. Locus execrabilis erat, loc⁹ nimirũ vbi Romani reos mortis capitis supplicio afficere solebant. — golgatha interpretatur.

Golgatha siue Golgoltha, nobis præcipuę glorię est facta, & vocari rite poterit Mikdasch, hoc est, sanctuariũ. Sãctificatus loc⁹ ille precioso Chr̃i sanguine. Origenes dicit traditionẽ esse, in eo loco q̃q; sepultũ fuisse Adamũ. Theophylactus subscribit Origeni. Hieronymus cõtrà, Adamũ dicit sepultũ in Hebron, q̃d adstruit p scripturã Iosue 14. Idẽ vero dicit, locũ eũ fuisse publici iudi

cũ locũ, dicens Christũ ibi esse crucifixũ, vt vbi pri⁹ erat area dãnatoꝝ, ibi erigerent & vexilla martyrij. Hic priusq̃ Chr̃m cruci affigerẽt, dederũt illi poculũ vini misti aceto, myrrha et felle. Restabat vt & in mõte Golgatha Chr̃o regi gloriæ illuderẽt funes nefasti. Alijs qbuscunq; nocẽtibus morti adiudicatis dabat vinũ aromatũ speciebus mistum. Chr̃o dabat poculũ amarissimũ oĩm. Nihil acerbi⁹ excogitare poterãt. Hieronymus hic mysteriũ colligit, Iudæos vinũ fuisse suaue, cõuersum vero ĩ fel amarissimũ, Hier. 2. Oraculo certo p̃sens p̃dicta est contumelia, Psal. nimirũ 68. de q̃ postea, vbi eodem potu etiã dñm Iesum potabãt in cruce. Hic postq̃ Chr̃o fel hoc dederũt, ipsum nudatũ ligno affixerunt, non sine maximis cruciatib⁹. Vulneratum toties exuere, heu mihi, q̃ hoc est dolorosum? Dolores Chr̃i q velit vel verbis, vel scriptis, immo etiam mẽte cõplecti oĩa, idẽ etiã spauerit se arenã maris nũerare posse. Isaac lignũ q̃ offerat, in montẽ hũc ipse ptulit: hic aræ imponit. Alia figura Num. 21. Ioã. 3. serpẽs, sed æneus. Chr̃s homo morti addict⁹, sed citra noxam. Preciosa & sacrosancta ea exaltatio, q̃ crucifix⁹ ad se traxit oĩa, Ioã. 12. Restabat ad cõtumeliaꝝ p̃fectionẽ, vt inter latrones educt⁹, nũc q̃q; inter nocẽtes crucifigeret. Et hoc gen⁹ ignominiæ nõ est intermissum. Latrones merito capite plectuntur, Ge. 9. Num. 35. Veritas vero immerito cũ nocentib⁹ crucifigit. Quid boni sup̃fuit à Christo omissum? Quid p̃bri restitit à Iudæis intermissum? Siccine mala p̃ bonis Iudæa & Hierusalẽ dño Deo tuo repẽdis, Esa. 5? Messias Saluator mũdi, cũ iniquis est reputatus, Esa. 53. Locũ p̃sentem de Chr̃o intelligendum suprà ostendimus. Euãgelistæ crucifixiõis q̃q; tẽpus nõ tacent. Sexta hæc sunt facta. Tertia vero huic pœnæ est deputatus Iudæoꝝ instãtia & Pilati sentẽtia. Illic linguę, hic man⁹ idẽ patrãt facinus. Exaltatus serpẽs, sed æneus. Exaltatus homo, sed peccati pur⁹. Aeneus serpẽs anguis etiã est, sed citra malũ virus. Aes hoc inspectu erat salutare, Chr̃i quoq; cõtemplatio extat salutifica. Quõ vero cõsiderandus? Quid cõtemplari? Credere. Quale vero credere saluificũ? Chr̃m veꝝ Deũ & hoĩem, Ioã. 3. Sic trahit ad se oĩa, hoc est, salus fit oĩm, mediator vnic⁹ cõstituitur Dei & hoĩm, 1. Tim. 2. Exaltatus ergo, statim orat p̃ omibus, dicens: Pater, ignosce illis, qa nesciunt qd faciunt. Potestas est tenebrarũ, in q̃ videre poterit nemo. Si cognouissent, ait Ap̃s, haudquaq̃ regẽ gloriæ crucifixissent. Petrus q̃q; dicit Iudæos peccasse ignorantia, Act. 3. Paulus se itidẽ ignorãter ait peccasse, 1. Tim. 1. Sensus or̃onis: Respice in faciẽ Chr̃i tui, & miserere ignorãtijs hoĩm. Obserua summum pontificẽ in ara sancta primum sacrũ facientẽ. Sed & exemplũ hoc disce tibi imitandum. Vides dñm orantem, vide etiam Stephanum dñm imitantẽ, Act. 7. Item exemplum Iacobi, cuius or̃onem S. Hieronym⁹ in catalogo scriptoꝝ Ecclesiasticoꝝ meminit. Deniq; oĩm sanctoꝝ. Christi seruus nõ est, q Chr̃i præcepta nõ seruat. Præceptum huius loci habemus Mat. 5. Ro. 12. Sequitur

Mysteriũ aceti, q̃ Iudæi potarũt Christum.

Dolores, q̃s pro nobis passus est Chr̃s, sunt immensi.

Hora sexta crucifixus Christus.

Cruci affixus atque adeo exaltatus Iesus, statĩ orat pro omibus.

Exemplũ virtutis etiã ĩ cruce nobis Iesus reliquit.

Textus Ioan. xx.

Scripsit aũt & titulũ Pilatus, & posuit (&c. vsq;) Quod scripsi, scripsi.

Exaltata crux. pẽdet in ea Chr̃s, vita & lux hoĩm. Posita sup arã victima. Adstat ante arã põtifex. In cruce lux. Cæterũ totum mundũ occupant tenebræ. Crux ipsa facta est hoĩm lux. Causa (vt habet Marcus) Iesu describẽda fuit. Pilatus multa, q̃ eius fuit p̃uidentia, cõsiderans, timuit ne aliqñ iniustę sentẽtiæ accusaret: duxit ergo ostẽdendum sibi, vacuũ huius culpæ se esse, ĩ cuius signũ etiã suprà manus abluit. Causam ergo crucifixi iussit scribi, nẽpe affectati regni. Voluit Chr̃m notare tanq̃ regni inuasorẽ, vt ita gratificaret etiã Imp̃atori suo, iuxtà atq; Iudæis. Nouit veꝝ esse quod dicitur: Nulla fides regni socijs, omnisq; potestas Impatiens consortis erit. Item illud: Nõ tulerã Magnũ, mecũ Romana regẽte: Te Ptolemæe feram?

Præoccupãdum duxit Cæsarẽ. Sed Pilati consiliũ atq; factum, Deus longe aliter vertit, nõ Pilato in salutẽ, sed fidelibus oĩbus. Titulus ille causam Chr̃i continens, crucis gloriam luce clarius expressit, idq; texente Deo. Veritas est, dicere: Iesus Nazarenus rex Iudæoꝝ. Veritati huic si qs rite acqeuerit, in luce p̃petua erit. Iesus Soter dicit. Soter nemo esse potest p̃ter Deũ. Peccatũ oĩum maloꝝ origo. Qui aufert peccatũ, vere saluat. Iesus p̃priũ nomẽ est Dei, qa sic saluare solius est Dei. Verbũ, vt nobis talis fieret medicina, caro est factũ. Verus De⁹, verus homo. Ver⁹ Deus e cœlo veniẽs, natus in Bethlehẽ, oriũdus vero à Nazareth. Vnde, vt verus homo q̃q; significet, Nazaræus est dictus. Conuenit titulus cruci, ne credatur passus in phantasmate. Faciunt etiã huc mysteria, q̃ p̃ Iesum illum p̃petuo florescemus. Arbor Iesus viridis & fertilis. q in ipso manet, fructus proferet. Rex Iudęorum, non gentis incredulæ, sed verorũ Iudæorum, confessorũ puta, veri Abrahę verorum liberorum. Rex Christus Psalm. 2. 44. Cant. primo, Hose. iij. Zachar. 9. Sed cuius regni finis nõ est, Luc. 1. Mic. 4. Da. 7. Iudæi negant eum. Ergo ethnicis ad se conuersis rex, Actor. 15. Nobis, inquam, est

Tituli triumphalis expositio.

Me-

Melech Jehudim, basileus exomologeton, rex cõfitentiũ. Tribus linguis scriptus est titulus, propterea ꝙ Chrs rex designaretur totius orbis. Hebræa lingua (vt Augustinus ait) propter Iudæos in lege gloriantes: Græca, propter gẽtiliũ sapiẽtes siue philosophos: Latina, propter Romanos, &c. Velint nolint ergo Iudæi, omne mũdi regnũ, oĩs mũdana sapientia, oĩa diuinæ legis sacramẽta, testant̃ Iesum esse regẽ Iudæorũ, Christũ Dei, caput oĩm credentium. Annas, Herodes & Pilatus noĩa habẽt harũ triũ linguarũ. Iudiciũ ergo huius iudicis oĩm, nõ effugiẽt. Iudicabit eos, q iudicatus est ab illis. Ecclesia potissimũ psallit his tribus linguis, potissimũ vero in officio sacræ Missæ. Cuius psallendi ritus origo hic natus est. Causa vero eius ritus est, quã vides Phil. 2. vbi Apl̃us dicit, oẽs linguas cõfiteri Chrm Iesum dñm esse cœli & terræ. Missa est repræsentatio realis passionis Chri. merito ergo in ei⁹ officio, causæ Chri passionis, hoc est, tituli triũphalis, fit repræsentatio. Vides pie catholice, nouos euãgelistas plane esse ignaros mẽtis ecclesiæ. Baccalaurioli & magistelli Platonici & Ciceroniani in eã superbiã erupere, vt etiã ecclesiæ sibi reformationẽ ausint vsurpare. Arbitrant̃ eiusdẽ esse autoritatis, reformare ecclesiã & academias philosophoꝝ. Nõ auderẽt philosophi illi nostrates, falcẽ suã mittere in alienã messem, aut facultates iuris prudentiæ, aut & medicæ professionis, neq; item auderent senatulum reformare: & audent ecclesiã, rerum ecclesiasticarum imperiti, & extra sacros ordines cõstituti, sese reformatores ecclesiæ ingerere, peiores Iudæis, q dixerũt Pilato: Noli scribere sic. Dicũt nr̃ates euãgelicastri, non Pilato, sed spũi sancto: Noli psallere sic. Sed quẽadmodũ spũs sanctus noluit vt corrigeret̃ titulus, sic etiã nõ sustinebit corrũpi officiũ sacrũ, per tot approbatũ ecclesię S. patres, martyres & cõfessores. Rex Chrs vt nõ potest negari, sic etiã nõ poterit negari ecclesia spõsa eius regis & gloriosa regina. Floret ꝑpetuo noster Notzri, vigebit etiam in ipso ecclesia, oĩm nostra mater. Cui q inuidet, ipse marcescet, atq; perpetuo grãe Dei erit extorris. Sequitur:

Titulus triumphalis tribus linguis proditus.

Tres iudices Christi videntur in titulo triũ linguarũ.

Missa tribus potissimũ linguis celebratur.

Euãgelicistes & inertes & ineptes ecclesiæ reformatores.

Textus Ioan. xx.

Milites ergo cũ crucifixissent eũ, acceperunt vestimenta eius: & fecerunt quatuor partes (vsq;) Et milites quidem hæc fecerunt.

Aerarij milites, æs spectãt, nullũ illi fas & ius aliud norũt ꝑter æs, hoc est, quæstũ. Exuuias Chri partiunt̃, ne tanta militia fine spolijs & manubijs transigat̃. Sensus historicus est clarus. Allegoriæ salutares & plures sunt in promptu. Quadripartita vestiũ sors, significat q̃dripartitã ecclesiã, hoc est, ecclesiã q̃tuor mũdi terminos replẽtẽ. Incõsutilis, refert ecclesiæ eiusdẽ vniuersalitatẽ & vnitatẽ. Oĩm (ait ille) partiũ vnitatẽ, quæ charitatis vinculo cõtinet̃. Quadripartitio argumẽto est, q̃tuor fuisse milites, q̃bus Pilatus ꝑcipue negociũ hoc crucifigendi Chri cõmiserat. Forte nõ tã propter lucrũ, q̃ propter lusum, vestes eas Chri sacrosanctas inter se sorte distribuerũt. Mysteriũ, Chri ecclesiã sic in mũdo mũdi mãcipijs lusum futurã, nihil tñ cõtra ecclesiã eã mũdi valiturã insolentiã. Non est parui momẽti res, neq; ab re tanta diligentia ab euãgelista cõscripta. Quod si sibi ꝑsuaderent noui euãgelistæ schismatici & hæretici huius tẽpestatis, cõuerterent̃, & cũ ecclesia in grãm redire conarent̃. Propheticũ oraculũ extat de partitione istac psal. 21. Diuiserunt sibi vestimẽta mea, & sup vestem meã miserunt sortẽ. Cyrillus ait: Non solũ maius, sed & minus præuisum est, vt simul oẽs in eandẽ induceremur veritatẽ. Minutiæ scripturarũ monẽt, ne etiã in minutijs fidei, ecclesiæ matrici dissentiamus. Vides itaq; oĩno nõ ferẽdos, q etiã ꝑcipuos fidei articulos, & sacramenta pro sua libidine subuertunt. Sequitur:

Vestium Christi q̃dripartitio, quid.

Vestis inconsutilis quid.

Textus Ioan. xx.

Stabat aũt iuxta crucem Iesu mater eius, & soror matris eius Maria Cleophæ (vsq;) Et ex illa hora accepit eam discipulus in suam.

Propinauit salutarẽ calicẽ in primis charissimæ suæ matri Iesus. Simeon hoc ipm ꝑdixit Luc. 2. Ancilla dñi fidelis, à dño suo nequit auelli. Mater pijssima filiũ suũ vnicũ deserere non potest. Euangelista paucis verbis plurima, suo more, est cõplexus, cõtemplandi nobis campũ & meritorũ relinquẽs occasionẽ. Matris dolores cor pium potius assequat̃, q̃ eos mẽbrana cõpræhendat aut codex. De maternis dolorib⁹ pius lector cõsulat S. Bernardũ, Anselmũ & alios catholicos. Meritoriũ maioris gratię & gloriæ esse, hmõi vacare cõsiderationib⁹, tot egregia ecclesiæ sctoꝝ exẽpla, Bernardi, Anselmi, Gerhardi, Elizabethis, & aliorum vtriusq; sexus diuoꝝ, speciali ardore Mariæ Chri matri charissimæ deuotorũ, arguunt. Ridẽt hodie noui euãgelistæ religionẽ eã cõtemplatiuã: q̃d miraculi loco nõ est habendũ, cũ oĩa, q in ecclesia hactenus sunt sacrosancta habita, sugillẽt. Quid ꝙ etiã subsannant eos, q Chri passionẽ la-

Dolores beatissimæ virginis contẽplari, salutare.

chrymis & planctu ꝓsequunť? Religio hodie est, in rosa degere, hoc est, vitã viuere Epicuricã. Chr̃i cruci velle cõsortẽ fieri, papisticũ est cõmentum. Tu q̃ sup̃ vnigenito Mariæ, innocẽter pro tuis & totius mundi pc̃tis crucifixo, lachrymas pias producere ardes: hoc noueris, te tui voti eius cõpotẽ nõ posse fieri, nisi etiã sanctissimæ Dei genitricis mouearis cõpassione. Ex materno dolore, ad filij doloris fidẽ itur. Virũ dolorũ & scientẽ infirmitates, Esaias ca. 53. vocat Christũ. Noui euangelici fratres, si nõ verbis, certe ipsa re, Christũ in phantasmate natũ cõtendũt. Nã si dicas vanũ esse, Chr̃i passiõis cõsideratione illachrymari, q̃d aliud adstruas, q̃ vt Chr̃m apparẽter & nõ vere passum cõtẽdas? Dñs Deꝰ corda obdurata nr̃a, sanguine p̃cioso vnigeniti sui, & lachrymis gloriosissimæ virginis eiusdẽ veræ matris irrigare, & ad lugẽdũ aptos reddere digneť. Beati q̃ lugent. Melius est ire in domũ luctus, q̃ in domũ comessatiõis & gaudij. Gratæ Chr̃o lachrymæ Mariæ, gratũ filio obsequiũ maternũ: gratũ ergo illi nõ esse nõ potest, q̃d simili fit exẽplo. Non iuuit neq; cõminuit dolorẽ filij mater, immo auxit, nõ tñ mater obsequiũ pietatis intermittere debuit. Cõfert fidei nr̃æ, matrẽ filij adstitisse cruci. Cõfert pietatis exẽplo, matrẽ filio pietatis officiũ exhibuisse. Illic discimꝰ Christũ vere dolores nr̃os sensisse, atq; adeo nos vere asseruisse. Hic discimus salutare esse, Chr̃i cruci adstare, hoc est, religiose de Chr̃i morte lugere. De Marijs alijs aliàs. Ioannes Chr̃i multũ dilectus virgo, etiã hic p̃sto erat, nõ ꝙ cũ Christo pro nobis satisfaceret, sed ꝙ pie cõpatereť, atq; matrẽ, quantũ posset, iure sanguinis ꝓpinquitatis solareť. Neq; id sine maximo merito. Hæresis, veritatis cede maiestati. Chr̃s retributor est oĩm bonoꝝ. Exẽplum huius loci esto, ꝙ vidẽs Chr̃s charissimã suã matrẽ, & discipulũ charꝝ sibi, cruci suę adstantes, cũ matri tũ discipulo maximũ gratiæ munus retulit. Affatur vtrũq;, consolať vtrũq;, atq; in sanctæ passionis suæ historiam tã matrem q̃ discipulũ redigit. Prædicatur itaq;, rumpãtur vt hæretici, officium vtriusq; in sancto euãgelio per vniuersum orbẽ, vsq; in finẽ huius seculi. Apis euangelica, heu mihi, quod dogmaton salutariũ hinc nectar, tanquam de vera suxerit ambrosia. Bupreſtis hæresis hic nihil nisi sannas & calumnias imbibit aduersus ecclesiam. Morale: Hic pietas erga filios parentum, hic filioꝝ erga parentes religio, hic propinquoꝝ fides nobis colligenda commendatur. Augustinus, Chrysostomꝰ, Cyrillus, Theophylactus & alij catholici cum Græci tũ Latini, religionẽ hic filioꝝ erga

Retributor bonorũ, Chrũs

parentes grauissime adstruunt. Hic discẽdũ ergo, vt intelligas loca Ioan. 2. Mat. 12. Luc. 2. vbi apparet Christũ durius matri respõdisse charissimæ. Nesciebatis, ait, me in his q̃ patris mei sunt, esse oportere? Itẽ, Necdũ venit hora mea. Nobis hæc dicta, vt inde discamus parentũ carnaliũ amorẽ religioni posthabendum. Immerito ergo exititij monachi arguunt Hieronymũ, qui ait: Per calcatos parẽtes ad arctiorẽ religionẽ, cõtẽptu huius seculi gloriæ & pomparũ, properandũ. Hæretici p̃ calcatos parentes e professione sacra monastices, ad huius pessimi seculi exeunt vanitatẽ. Mulier, ecce filius tuus, ait. Q. d. Nõ te derelinquã desolatã, q̃a te matrẽ meã filiali pietate agnosco. Curã tui nunc porro dilectus meus discipulus subibit. Virgo discipulus matri virgini in virginis filij locũ tutor rite cõstituitur: q̃re age chara genitrix, pium hunc erga te affectum meum æstima, & te ipsam corrobora. Ad discipulũ q̃q; ait: Ecce mater tua. O largũ retributorẽ omnis boni, benignissimũ Iesum. Ioanni Maria Ioachemi filia, de qua tot extant prophetarum oracula, de q̃ tot extant visionum ænigmata, cui etiam angeli sua subinde exhibent obsequia: illa, inquã, Maria, q̃ omnipotentis sermonis mater est electa & p̃electa, mater constituitur. O felicẽ Ioannẽ, q̃ Christi cruci adstare sustulit. Trahat & corda nostra illuc dulcissima Christi chorda, ad cõsequenda tanta gratiæ & gloriæ p̃mia. Accedẽtes, credamꝰ Iesum filiũ Dei, & remuneratorẽ oĩs boni. Ioannes ex illa hora Mariã Chr̃i matrẽ, ĩ suã accepit. Dñi vox, magistri verbum hoc effecit. Aduerte Christi gloriã in cruce renidere. Qui ĩ horto misere timore & dolore laborauit, hic in doloꝝ abysso absorptus, tã accurate p̃sequitur oĩa. Thronũ aduerte crucẽ, in q̃ dñs imperat. Hoc est q̃d ait: Ego cũ exaltatus fuero, oĩa trahã ad me. Præclare hic dicit S. Augustinꝰ: Lignũ, vbi fixa erãt membra morientis, etiã cathedra fuit magistrĩ docẽtis. Nõ cõtempsit Mariã Salomæ Ioannes, sed Mariã Christi Iesu matrẽ haud secus q̃ si Salome esset, in suã custodiã, p̃senti quadã & diuina virtute recepit. Verbũ omnipotẽs iussit. Verbum q̃d Matthæo dicit, Seq̃re me, & sequebať. Eius verbi virtutẽ Ioannes hic exprimit, dicẽs: Ex illa hora &c. Cęteꝝ etiã antea reuerenter tanquã suã coluit matrẽ. Nõ in sua bona, quæ aut modica, aut nulla habuit, aut quæ Christi amore reliquit, Matt. 19. Act. 4. sed in sua, hoc est, officia, teste August. qui ait: Suscepit eã in sua, nõ prædia, quæ nulla propria possidebat: sed officia, q̃ propria dispensatione exequẽda curabat. Sequitur:

Chr̃s chariss. suæ matri q̃re durius rñderit.

Hæretici per calcatos parentes nõ ad monasteria pg̃ũt, sed e monasterijs exeunt.

Christi diuinitatis gloria in cruce claruit.

Textus

Textus Luc. xxiij. Matth. xxvij. Marc. xv.

Et ſtabat populus expectãs (Mat. xxvij.) Prætereuntes autem blaſphemabant (vſq; Luc. xxiij.) Hodie mecum eris in paradiſo. Erat autem fere hora ſexta.

Bone Deus, quãta & quæ cõuicia benigniſſimus Ieſus hactenus pertulit in ædib⁹ Annæ, Caiphæ, Pilati & Herodis, in eductione, in crucifixione? ſed neq; hic pendẽti, in cruce exaltato parcunt. O tenebrarũ poteſtatẽ. Obſerua hic primũ, quinã Chriſtũ ſotera mũdi auerſent & deſpuãt. Dein q̃re & ad q̃d. Summi ſacerdotes, ſcribæ ſiue legiſperiti, maiores natu, populus p̃teriens, milites & latrones. Magnates p̃cipue Chr̃o inſultant, ludibrio eundẽ habẽt etiã ij, q eruditione plebi p̃ſtabãt, poſtremo itẽ Chriſtũ irrident grandæui, e q̃bus iuuentus exemplũ peteret grauitatis. Hic vide ſynagogã corruptã. Iam vides, q̃re Chr̃o nato, cum rege Herode tota Hieruſalẽ fuerit cõturbata. Sap. 2. huius q̃q; vides rationẽ. Sic ait: Circũueniamus iuſtum, q̃m inutilis eſt nobis, & cõtrarius eſt operibus noſtris, & improperat nobis pc̃tã legis, & infamat in nos pc̃tã diſciplinæ noſtræ. Quid aũt facient infimates, ſi talia audent ſummates? Quid pedes & reliquũ corpus, ſi talia audet caput & oculi? Latrones ergo & prætereuntes, pro ſe quiſq; Chr̃o illudere certant. Quis vnq̃ audiuit talia fieri ſonti, in quẽ magiſtratus animaduertit? Quis non hic colligat Chriſti gloriam, in tenebrarũ poteſtate renidentẽ? Audiſti q Chriſti fuerunt irriſores: nunc q̃q; cauſam audi. Impij vt ſuã impietatẽ diſſimularent, Chriſto regi gloriæ cõuiciabant. His cõuicijs id q̃dammodo agere p̃ſumpſerunt, q̃d Pilatus fecerat, ſuas manus lauans. Sannæ p̃ſentes oĩa fere referunt, q̃ Chriſto falſi teſtes obiecerant in ædibus Annæ, Caiphæ, Pilati & Herodis. Quatuor p̃cipue audis cõuicior̃ genera. Primo deſtructionẽ & reædificationẽ tẽpli Chriſto obijciunt, eo modo, q̃ ſuprà peruerſiſſime calũniabant Chriſtũ dixiſſe, Deſtruã tẽplũ hoc &c. Sed mentitur vſq; iniquitas, & glorioſior ſubinde eniteſcit veritas. Diſſoluũt Iudæi Chriſti templũ: q̃d tñ veritas reædificabit in triduo, etiã Iudæis inuitis. Clamitãt hic. Vah q deſtruis templũ Dei, & in triduo reædificas illud. Salua temetipſum &c. Hilari⁹ ad blaſphemiã eam infert: Quid ergo veniæ erit, cũ poſt triduũ reędificatũ Dei templũ in corporis reſurrectione cernitur? Secundo refutant q̃ ſe Dei filium fecerit. Si filius Dei es, inquiunt, deſcende de cruce. Se filium Dei argumẽtis manifeſtis exhibuit. teſtes cœlũ & terrã habet. Declarabit hoc ipſum in cruce p̃ſentius, q̃ ſi deſcenderet e cruce. Quia moriẽs mortẽ mordebit, mortisq; erit mors. Adde q̃ maius eſt, e morte ſeipſum excitare, q̃ mortẽ declinare. Tertio exprobrant, q̃ regiũ honorẽ in ramis palmar̃ (vt eccleſiaſtici loquunt̃) receperit. Sed q̃d p̃ prophetas eſt dictũ, q̃d p̃ populũ filior̃ Iſrael eſt Chriſto acclamatũ, & q̃d p̃ Pilatum eſt ſcriptũ, irreuocabile eſt. Chriſti regnũ adeo eſt certum, q̃ etiam in cruce regnet De⁹. Quarto cõuicioſe & hoc notant, q̃ Meſſiam ſe exhibuerit. Dicũt ergo: Si Chriſtus es &c. Sed cõuiciando nõ effecerunt, vt Meſſias eſſe deſiſteret: immo magis vt Meſſiã ſe oſtẽderet. Meſſiæ erat, tanq̃ boni paſtoris, animã ſuã pro onibus ſuis expẽdere. Meſchijm nos ſumus Meſſiæ noſtri. Chriſtiani à Chr̃o dicti, q̃ ſuo nos redemerit ſanguine. Iudæi ad Græcas Kalendas ventur̃ Meſſiã expectãt alium. Chr̃s ver⁹ Meſſias, q̃a clemẽs adeo, vt etiã in cruce exaudiret malignos. Plus hic crucifixoribus ſuis Chr̃s p̃ſtitit, q̃ ipſi petierũt: minus erat, viuũ de cruce deſcendere, q̃ extinctũ & tumulatũ, rediuiuũ reſurgere. Itaq; (ait S. Hieronymus) vos o Iudæi veſtra condemnat ſentẽtia. Quid eſt plus, de cruce adhuc deſcendere viuentẽ, an de ſepulchro mortuum reſurgere? Latronũ alter poſt tot blaſphemias & cõuicia, ab oĩbus quę videbat fieri, animaduertit ſumma hic myſteria latitare. Templi Dei mentionẽ fieri, filiũ Dei noĩari, regẽ Iudæor̃ & Meſſiã audiuit Ieſum dici. Oĩa hęc q̃ audiuit, mente tacita volutando, animaduertit in Chr̃o vere exprimi. Socium ergo arguit, ſeq; ad Chriſtũ cõuertit veniã rogitando. Memento mei, ait. Cui Chr̃s: Hodie mecũ eris in paradiſo. Ambroſius hoc loco colligit, dominũ ſemp̃ plus tribuere, q̃ rogat̃. Theophylactus hunc locum, Hodie mecum eris &c. diligenter excutiendo, rite explicat. Quinq; verba ſunt, myſteriũ quinq; vulnerum explicantia. Verba cõſecratiõis panis & vini numero huic r̃ſident. Sacerdoti catholico cõſulo, vt myſteria hęc p̃cipue imo pectori cõdat. Hæretici pœnitentiã latronis, bone Deus, q̃ frigide cõtra ſacramentũ pœniæ torquent, ſed in ſuũ ipſor̃ exitiũ. Eccleſiæ filij audiunt ſanctos patres, ſanctor̃ cõmunionẽ, & nõ accedunt garritui hæreticor̃. Sufficit hic voluntas, q̃a deeſt facultas. Et voluntatem Deus ſemper, in hoc caſu, accipit pro opere. Cæterum qui pœnitet, vere pœniteat.

Chriſti gloria in cruce potiſſimum illuxit.

Teſtimonia falſa & calũnię ſimt ī cruce eſt affectus Chriſtus, ſibi ...

Chr̃s verus Meſſias etiam crucifixus crucifixores ſuos exaudiẽs.

Sequitur:

Textus Matth. xxvij. Marc. xv. Luc. xxiij. Ioan. xix.

A sexta autem hora tenebræ factæ sunt super vniuersam terrā vsq; ad horam nonam (vsq;) inclinato capite, emisit spiritum.

Ego, dixerat, potestatē habeo animam meā ponendi & resumēdi. Hoc ipsum hic luce clarius videt, q oculos videndi habet. Exaltatus filius hoīs, oīa ad se trahit. Regnat in cruce, cuius imperiū super humerū eius. Elemēta turbant, ait Hieronymus, & creatori dant testimoniū creaturæ. Solis deliquiū citra obseruationē astronomicā cōtigit, & cætera q̃ euangelistæ recensent miracula, noua sunt & insolita oīa. Eclipsios solaris meminit Dionysius Areopagita in epistola ad Apollophanē. Ibi refert, Heliopoli solis eā eclipsin se & Apollophanē vidisse, atq; hunc dixisse: O bone Dionysi, diuinarū vicissitudines sunt rerū. Origenes quoq; cōmemorat, philosophū Phlegonē scripsisse de tenebris hisce ad Tiberiū imperatorē. Quid ꝙ & Plinius memoriæ prodidit, eo tēpore quo Iulius Cęsar interimebatur, palluisse toto anno, lib. 2. cap. 30? Cōtrà Prosper ostēdit, stellā eam quā Magi in oriente viderāt, oraculis ethnicorū quoq; designatā. Sic vides Christū alijs esse ruinā, alijs resurrectionē. Quid vero Iulius? Hoc quod Augustus. Quid Augustus? Puluis & vmbra. Quis ergo non videt, deliquiū hoc de q̃ Plinius agit, huc referendū, cū cæteris portentis q̃ circa ea fiebant tpa, q̃ꝝ & meminit Virg. lib. 1. Georg. circa finē. Tenebræ hæ significabāt, Iudæā lucē nō recepisse, illę significāt luce Iudęā destitutā: siue vt Theophylactus ait, ꝙ à Iudæa lux recesserit. Merito interna cordiū cæcitate sunt ꝑcussi, q solē iustitiæ crucifixerūt. In his tenebris iræ Dei apertissimo indicio Chrūs quartū verbū e cruce profando, patrē affatur cœlestē, dicēs: Deus meus, Deus meus, vt qd me dereliquisti? Hoc est, quare miseris permittis adeo in me immerentē desæuire? Qua[illegible]e instar leprosi me auersaris, mihi oīa tuæ virtutis subtrahēdo auxilia? Obserua vocem humanitatis o homo, ne quis te hæreticus abducat in nassam peruersitatis. Vide formā serui Philip. 2. & crede Christū reuera passum. Tibi hæc dixit veritas, ne te decipiat falsitas. Hæc nisi dixisset, poterat tibi hęresis persuadere, Christū passum apparēter & phantastice. Rursus, ne te persona offendat crucis. Obserua ꝙ pendens in ligno, patrē habeat regnātem in cœlo. Scandalū crucis 1. Cor. 1. maiestate Christi lucis abstuleris. In mūdo tenebræ, sola lux in cruce. Deus, Deus, ait filius. Obserua itaq; & mysterium sanctæ Trinitatis. Christus (vt Theophylactus ait) Hebraice hic loquebatur, in maternæ linguæ decus. Verbis vero psalmographi vtebat, dicens: Eli eli, lamaß azabthani, rahok mi Jesuathi dibre saagathi. Hemistichiū est Dauidicū. Sic potest reddi: Deus meus, Deus meus, qd me dereliquisti? lōge es à salute mea, & à verbis lamētationis meæ. Sensus est: Nequidq̃ ad te clamito: subtrahis em̄ om̄e leuamen. Obserua & hoc, qm̄ euāgelistæ nō azabthani, sed sabachthani habent, apparet Christū Chaldaice locutū. Chaldaica dialectos, est corruptus Hebraismus sebak Chaldaicū est, azab Hebraicū, Latinum reliquit. Hebraicus Matthæus habet, Eli eli lammaß schebakthani. Linguarum imperiti Iudæi, vel milites cohortis, aiunt ad hæc: Heliam inuocat. Hebræi Heliam vocant Elijahu. Allusio idiomatū, cessit reprobis in materiam scommatis: quasi Christus Heliæ auxilium inuocauerit. Quintum verbum est, Sitio. Cyrillus hic ait: Sanctissima Christi caro, multis ac varijs doloribus excitata, siti torquetur. Augustinus sitim mystice intelligit. Iudæi in fel conuersi, degenerantes à vino patriarcharū & prophetarū. Sitiuit Christus eoꝝ salutem, iuxtà atq; totius mundi, paratus, si opus foret, plura pro illis perpeti. Sed Iudæi contrà, omni humanitate exuta, pro tam effusa charitate, profuso laborabant liuore, pessima pro optimis reddendo. Synagoga crucifixis acetū dare solebat, tanquam fatalem atq; lœthalē potionē, vt ait Theophylactus. Iterū vt idē ait in Marcū, acetū dederūt Christo, quo citius eū aceti conficeret amaritudo. Facit huc, ꝙ etiā Cyrillus vocat potum nocentem. Obserua grande subesse mysterium potionis huius, quod etiam celebrat propheticum oraculum psal. 68. In siti mea potauerūt me aceto. Iam nihil restabat iniuriarum & sannarum. totius corporis membra omnia, suam quodq; sensit pœnam. Lingua quoque aceto exacerbata cum fauce sacrosancta. Sextum ergo protulit verbum, dicēs: Cōsummatū est. Verbū hoc, plenū est consolationis contra oīa spirituū infernalium tormēta. Verbū hoc q probe intellexerit, desperationis laqueoꝝ securus erit. Consummatū est opus redēptionis, & quidqd vndiq; erat ꝓpheticoꝝ oraculoꝝ, de mysterio passiōis. Quis hoc credēs desperauerit? Deniq; vbi naturā humanā passiōis vehemētia ad vitæ periodū adegit, animam suam patri credendo, vltro posuit, propediem, die nimirum perendino. resumēdā. Ait ergo: Abba, beiadecha aphkid Ruhi,

Tenebræ q̃ Christū natū non receperāt, eas moriens luce æterna destituit.

Humanitatis verba à verbis diuinitatis christi discernenda.

Hebraicæ linguæ maiestatē Chrūs in cruce declarauit.

Sitiuit nostrā salutē Chrūs in abysso dolorum

Cōsummatū est, verbū plenū cōsolatione existit.

hoc est, Pater, in manus tuas commendo spm̄ meū. Locus est ex Psal. 30. S. Stephanus se ipsum domino Deo holocaustum impendēs, eadē verba repetijt, Act. 7. Commodū est, fideles e viuis excedētes, verba ea itidē dicere. Sed vt verbū hoc, Pater in manus tuas &c. vere dicere possint, Christum imitando, filios se Dei patris exhibeant, ad Christi p̄scriptum Matt. 5. Cauillū est, eū, cuius mores auerseris, te patrem appellare. Aliter tn̄ Stephanus & nos aīas nostras patri cœlesti cōmēdamus, aliter hoc fecit Chrs. Nos exēplo Stephani, Christi merito fidētes, patris nos p̄sidio cōmittimus. Christus patri animā suā, tanquam statim resumendā, tradidit, & q̄dammodo depositarius fidelis Deus pater, depositorij sancti Christi vnigeniti sui, depositum, animā humanā rationabilē & sacrosanctam, in inferno non reliquit Psal. 15. Post hæc inclinato capite, emisit spiritū. Procidat quisq; in suā faciem, pulset pectus suū, sese reum mortis æternæ cōfitendo. Orationē dominicā quisq; Deo cœlesti patri offerendo, roget, vt animā Christi sanctā, pro sua receperit, dicētes: Pater noster &c. Hic vides, quorsum Christus dixerit: Hoc est corpus meū q̄d pro vobis daī, hic est sanguis meus, qui pro vobis & pro multis effundeī in remissionē peccato℞. Hic itē vides, q̄ sibi veritas euangelij consentiat. Ego, ait, ponā animā meā. Ad hoc respicit euāgelista, dicēs: Tradidit spiritū. Item, Emisit spiritū. Quod vel emittimus, vel tradimus, in nostra est manu. Ecclesiā q̄q; hic patri tradidit. Erūt duo in carne vna. Sacramentū hoc est magnū, vtiq; etiā intelligendū de Christo & ecclesia. Hic nuptiæ, hic cōmutatio, hic cōmunio. Spōsus sponsæ mortē in se recepit. Sponsæ sponsus om̄e debitū exoluit. Mors Christi, nostra vita. Mori Christi, nostrū resurgere: Christi liuor, nostra salus. Maledictionē nostram in se recepit, vnde etiā derelictū se suprà dixit. Tētator hic cū Christo congressus, interijt. Veniet, ait, princeps huius mundi, sed in me nihil habet. Venit, & victus abijt. Audiamus de hac victoria Christi Ambrosiū. Nūc qm̄ trophæū iam vidimus, currum suum triumphator adscendat: non arborum trūcis aut quadrijugis plaustris manubiās de mortali hoste quęsitas, sed patibulo triumphali captiua de seculo spolia, suspendat. Nō hic reuinctis post tergū brachijs gentes, nec excisarum vrbium imagines, oppidorumq; capto℞ simulacra cernimus, aut submissa captiuorum regum colla miramur, qualis humanorum solet esse species triumphorū: nec victorię terminos regiōis fine distinctos, sed ouantes populos nationum, q̄sitos nō ad suppliciū, sed ad præmium: Reges liberis affectibus adorantes, voluntarijs studijs vrbes deditas, & in meli⁹ reformatas imagines oppidorum, quas nō fucus expresserit, sed deuotio colorauerit: fidei arma, victoriarumq; iura toto orbe currētia, captiuum principem mundi, & spiritalia nequitiæ quæ sunt in cœlestibus, obedientia imperio vocis humanæ, subditas dominationes, variarumq; virtutum species, non sericis, sed moribus emicantes. Fulget castitas, fides splendet, & induta mortis exuuijs deuotio fortitudinis, iā resurgit. vnius diei triumphus, fecit omnes iam prope homines triumphatores crux domini.

Ecclesiam sibi Christus vna cū aīa sua patri cœlesti tradidit.

Textus Matt. xxvij. Mar. xv. Luc. xxiij. Ioan. xix.

Et ecce velum templi scissum est (vsq;) Illi autem abeuntes, munierunt sepulchrum, signantes lapidē cum custodibus.

Miracula p̄sentia, o homo, memineris ociose nō esse ab Euāgelista Matthæo & alijs literis tradita. Horrescit natura filiū Dei persoluere, q̄d deliq̄t hō. Diceres, plasma suū q̄q; habere sensum. Quid aūt? Si adeo expauescit natura criminū solutionē, q̄d putas fieri in criminū tot cōmissione? Quoties peccas, dn̄m Iesum ab ītegro crucifigis. Quare ergo nō aīaduertis te honori esse naturæ? O hō, mouere ad pœnitentiā agēdā, vidēs etiā lapides moueri super crucifixione & morte amarissima & eadem turpissima nr̄i saluatoris. q̄ lapis duriusculū est cor, q̄d ad pœntētiā, cōsiderata Chr̄i morte, nō cōmoueī. Tremit tellus: cōtremisce & tu caro, q̄ iudicaberis p̱ tuis factis. Ecce pēdet in ligno Dei filius innocēs. Crede ergo iustū Deum, nullum pc̄m̄ relinq̄re impunitū. Ne spera te impune tot patrare crimina, videns dominum cœli propter tuā transgressionem, ne proprio quidem & vnigenito suo pepcisse filio. Velū tēpli rūpiī, à summo deorsum. Lex imp̄fecta nihil profuit: peccatū grauius est debitū, q̄ q̄d carne vitulina & ouilla redimere possis. Req̄siuit tale & tātum debitū, filium Dei: quoniam ille solus erat sceleris purus, atque adeo soluendo, vtpote in quo omnes thesauri sunt abscōditi. Saluator omniū item esse voluit, qui oēs condidit, & cuius caro tanti fuit, quæ pro omnium satisfaceret debitis.

Expauit natura criminū pœnā, magis expauescit culpā.

Pc̄m̄ grauissimum debitum.

Nunc ergo & ethnici possunt oculos mentis in legis arcana intendere. Quo℞ lux est Chrs, nunc velū remotū habeī. Iudæi vero

in tenebrarum potestate permanētes, cor & mentē habēt velatā, 2. Corint. 3. Origenes duo vela dicit in templo fuisse, atque alterū hic disruptū esse oīno, alterum integrū adhuc existere. Per alterum significat, nos Deū & opera eius, vt Apl'us ait, nosse: alterū significat, nos penitiora Dei arcana necdū plane nosse. Sūma: Cognoscimus, sed ex parte: cognoscimus, sed in ænigmate. Cognoscemus, sicut & cogniti sumus. Pontifices Iudæorum vidētes aut audientes abominationem, vestes suas scindere solebāt. hoc ipsum hic facit templū, vt ait Theophylactus. Tremor terræ, significat omnē mūdū cōmotū iri de pdicatione euangelij, atque vt Haggæus ait, de nouo fœdere. Promissiones grē Dei amplissimæ. Spūs sancti virtus psens atque vehemens hic significat, cōmotura oīa corda. Secundū literā, terra cōtremuit, quasi paueat & obstupescat de tanto pondere. Petræ quoque scissæ sunt. secundū literam idē sensus ē. Secūdū literā itē miraculū nō est minus, q̄ sunt pcedentia. Origenes p petrā intelligit prophetas. Diruptio significat oīa mysteria in lucē plata. Exitus oracula edisserit. Theophyl. p petras intelligit corda ethnicorū, quæ hic Chri sanguine madida fiunt, terra bona & optima ad capiendū semen euangelicū. Miraculum quartum est mortuorum resurrectio, q̄d oīm est maximū. Qui in monumentis sunt, ait, audient vocē filij Dei, & reuiuiscēt. Resurrexerūt, intellige post Chistū, q primitiæ est resurgentiū, vt ait Apl'us. Vnde & Origenes colligit, ante diē dñicæ resurrectiōis & ante Christū nō resurrexisse. Credibile est, etiā eos rursus obdormiuisse, vt Lazarus & alij q̄s Chrūs & apostoli à morte excitauerunt. Per psentē mortuorum resurrectionē significatur, Christū non solum, sed oēs q Christi verbū audiuerunt & custodiuerunt, vnà cū, & per Christū resurrecturos. Theophylactus dicit hic significari, etiam eos qui in corde terræ atque in inferno detinebantur, liberatos esse: eos potissimum, qui Christum audiuerūt, & eius verbum custodiuerunt. Visi sunt & agniti in vrbe sancta: quod euangelista obseruanter exprimit, ne spectrū quis hic somniet. Origenes allegorizat resurrectionē hanc corporum, de spūali resurrectione animarum earū, quæ peccati morte perierūt. Apostolus quoque Roma. 6. dicit animas eas renouari in nouā vitam. Renouantur vero per vnicam Christi mortē. Videntur vero animæ à peccati morte rediuiuæ in ciuitate sancta, hoc est, in sancta vita operū bonorum, de quibus habes Matt. 5. S. Hilarius hic dicit monumenta aperta esse, quoniā seræ mortis sunt omnes reseratæ, claustra mortis adaperta omnia. Portentis his multi ex populo Iudaico ad pœnitentiam mouebantur. Centurio præcipue cum suis militibus, per monstrosa hæc tanta prodigia animaduertit non solū hominē innocentem pati, sed & ipsum innocentiæ autorem Deū crucifixum. Vnde etiā ad Christi fidē pertractus, denique crucifixi martyr est effectus. Eant nunc Iudæi, & negēt Chrm filiū Dei. Cōferāt hisce miraculis oīa, quæ à seculo per Mosen & oēs prophetas sunt edita: & videbunt myricā cupresso se composuisse. In vita temporali atque in persona crucis, gloria illuxit diuinitatis, q̄d ter maximū fuit: sed q etiā extinctus in cruce pēdens, ijsdē adhuc miraculis claruit, omnē graduū & numeri adiectionē superat, humanā rationē captiuā ducēs, ad profitendū Iesum esse verū Deū & hominē. Galilæi noti & familiares, talia nunq̄ sperassent: sed hic videntes vitæ autorē mortem obijsse, cōfusi mente, adstabāt quidē, sed p magnitudine doloris & perturbatiōis, ad spem resurrectiōis pdictæ pertingere non poterāt. Reliqui pectora sua plangētes, domū reuertebant: pœnā grauē aliquā secuturā nō dubitantes, admoniti tantis miraculis portētosis, q̄ viderūt & audierūt. Amici & cognati à crucifixo auelli nō poterāt: qa vbi corpus, ibi aquilæ. Mariæ pcipue, mulieres Chrō deuotissimæ, lugubri matri luctuosæ adhærētes, Christūque pijs lachrymis prosequētes, meruerunt vt se illis dñs rediuiuus exhiberet. Disce ergo hic, mortuis grām non esse prohibendā. Disce magistra veritate, & fuge hæresios psuasiones pestilētes. Felices Marias eas, quæ sero mortuū deseruerūt, vtique vt mane ad viuētē redirēt. Bone Deus, exēpla euāgelica q̄t & q̄tis scatēt pceptis? Supest nūc, vt depositionē sacrosancti corporis, & eiusdē audiamus sepulturā. Sabbathū magnū incepit. Festiuitas ea Iudæorum oīm erat maxima: iā oīa q̄ fecerāt, etiā ipsis Iudæis absurda & puersa apparuerūt. Viderūt se parricidio sabbathū tale prophanasse. Faciē eā spectaculi tāti ipsi abhorruerūt. Tāto vulneri cōscientiarum malagma quæsiuerunt. Succurrit lex Deut. 21. Qn̄ peccauerit homo q̄d morte plectendū est, & adiudicatus morti appensus fuerit in patibulo, (Al ha etz, hoc est, in lignum siue furcam) in eadem die sepelietur: qa maledictus à Deo est, qui pendet in ligno. Vide vt trepident reæ conscientiæ. Contra legem peccantes, ex lege remediū quæsiuerūt. Si peccauerit homo q̄d morte plectēdū est, habet Moses. Pilatus dixit, Nihil mali fecit. Vxor Pilati dixit, Nihil tibi & iusto illi. Centurio clamauit, Vere innocēs fuit homo iste, Vere fi-

Duo vela tēpli fuerūt, q̄rū alterū ē disruptū, alterū est adhuc integrum.

Terræmotus Chrō moriente factus, q̄d significet.

Petræ christo moriē te scissæ, q̄d portēdant.

Mortuorū resurrectio ea q̄ in Christi passione fiebat, q̄d significet.

Christi gloria in cruce potissimū illuxit.

re filius Dei fuit iste, &c. Cōfusi ergo hic viderūt, naturā Christi innocētiā testari. Nō ergo maledictus innocens interfectus Abel, sed quē lex cruci adiudicat, Cain fratris interemptor. Nō maledictus benedictionis fons, sed illi, qui venā eā gratię obstructā voluerūt. Horū oīm consideratiōe parricidæ adierūt Pilatū, ossifragiū petentes. Ossifragiū vero petierūt, ppter mortis accelerationē. Festū instituit pcipuū, aderant ex oībus nationibus proselyti. facies tanti spectaculi, legis transgressionem arguit. nihil supfuit nisi vt de mortis acceleratione Pilatū tentarēt. Adsunt milites ad oēm inclementiā apti, latronū brachia & crura cōfringunt malleis & securib⁹ mortiferis. Vitæ reliquias diligēter vndiq; inquirentes, & strenue auferentes. Nihil spūs videntes in Iesu, ossa eius nō tetigerūt. Cæterum vt Iudæis gratificarent, nonihil militaris crudelitatis in Christi venerabile corpus admittendū duxerūt. Miles itaq; durior lapide, lancea Christi latus pfodit, & cōtinuo exiuit sanguis & aqua. Iuxta literā, sunt sanguis & aqua veritatis hūanæ manifesta indicia: sed secundū mysteriū, sunt præcipuorū ecclesiæ sacramentorū manifesta argumenta. Baptismū aqua, Missam sanguis exprimit. Præcipua hæc Christianismi sunt sacramenta. Illud generat, hoc pascit. Vtrunq; Christi passione suam habet efficaciam. Baptismus ianua est Christianismi, Missa refectio Christianorū. Efficacia sacramenta hæc duo nō nisi Christi merito, significant virtutē oīm sacramētorū nullam aliam existere, q̄ mortē Christi. Vide pie catholice, quo tendat noua secta. Quis monacho vxorio apostatæ dedit autoritatem Missam tantū sacramentum antiquandi? Quis consulē & principem, nescio quē, prophanū, constituit censorem triumphātis ecclesiæ? Officiū sacrū per vniuersos sanctos martyres & cōfessores, immo etiā per ipsos nobis traditum apl̄os, patimur laicū & eū idiotā, mācipiū pompæ vanitatis & Mām̄onæ, abolere, & ordinantiā nobis anilē, ne quid acerbius dicā, obtrudere. Num sic fortes Christianos agimus? Hæccine est illa promissio solennis, ad sacrū baptismū facta? Meminerimus, p Christū oro, nos sanguine emptos. Sāguine, inquā, nō auro & gēmis, q bus pstat sanguis oīs. Non tñ sumus empti sanguine tali, q & ipe iuxtà atq; aurū & gemmæ sit vanitas, sed sanguine precioso agnelli Dei. Aestimemus pcium q̄ redēpti sumus, & excutiamus hoīm iugū. Nolite, ait, fieri serui hoīm: puta contra Christū, contra veritatem, cōtra ecclesiā veritatis columen. Hoīes sunt atq; adeo mendaces, schismatici, hæretici, qui officiū sacrū antiquant Missæ, & suas nobis obtrudūt nænias. Cyrillus, August. Chrysost. Theophylactus, q̄ de Christi pcioso sanguine & aqua ea salutari tradāt, ipse vide. Hic obserua (q̄d iam dixi) ecclesiam esse veritatis columen. Sponsam quis nō videat aliqd à spōsi referre maiestate? Sunt duo in carne vna. Ex latere Adæ formata est Heua, ex Christi latere prodijt oīm mater ecclesia. Vide vulnus Christi lateris, ostium esse vitæ & salutis. Latus, ait, aperuit. Bene aperuit, quia sponsa tanta & talis inde prodijt. Augustinus hic exclamat, dicens: O mors, vnde mortui reuiuiscunt. Quid isto sanguine mūdius? Quid vulnere isto salubrius? Hāc tantā rem gestam tantorū mysteriorū fœcundā, Euangelista, suo more, scriptura fulcit canonica. Primo vero figura agni paschalis, cuius ossa lex vetuit cōminui, Exo. 12. Etzem lo thisberu bo, hoc est, nullū os cōminuetis in eo. Quis agnus ver⁹, nisi is quē Ioānes indicauit, dicēs: Ecce agn⁹ Dei q tollit peccata mūdi? Pascha nr̄m Chr̄s, ait Paulus, 1. Cor. 5. Dein Euangelista pducit oraculū Zacharię, dicentis: Hibitu elai eth ascher dakaru. Videbunt me quē trāsfixerūt, cap. 12. Sēsus nō modo Iudæos, sed & nos pstringit oēs. significat nos oportere fateri, peccata nr̄a Chr̄m vere crucifixisse. Illū etiā ppter nr̄am salutē esse cōfixum, & ppter nos tanq̄ pyxidē charismaton salutiferorū esse aptam. Vides ergo Ecclesiā care adeo redēptā, Chr̄m nūq̄ deserere posse. Supfuit hic, vt e cruce demissus, sepulturæ traderet. Sed impij q Pilatū ad ossifragiū solicitarūt, pietatis officiū q̄ idigni erāt, neglexerūt. Mortuo grā nō est denegāda. Officiū suū etiā vita defunctis exhibere, piū & meritoriū est. Ioseph⁹ itaq; Arimathę⁹ (hoc ē, ab Arimathea siue ab Armatha, quā Hieronym⁹ Ramath vocat, vbi Elcana habitauit, ort⁹) vir pius, discipul⁹ occult⁹ Iesu, cōfidenter petijt corpus venerabile Iesu. Matthæ⁹ vocat eū Ha Ramathaim, à Ramath, 1. Re. 1. Errant ergo q legūt Remphitin. Matthæ⁹ diuitem eū fuisse affirmat. Marc⁹ vocat nobilē decurionē, Lucas decurionē, virū bonū & iustū, & ipsū regnū Dei expectasse ait. Ioānes occultū discipulū Chr̄i extitisse addit. q̄d ita colligo, vt videas bonos bona meditari: Bonos ad bona pdestinari, Iudā furē ad pditionem, Iudæos ad crucifixionē iniqssimos pdestinari cōgruit, Iosephū vero ad sepulturæ officiū vocari. Noui euāgelicastri qui sint, vel inde colligere poteris, q̄ gratiam recepti officij funebris, quam matrix ecclesia per manus tot sanctorū nobis tradidit, tanquam vanam contemnunt.

Ossifragium petunt Iudæi. [margin partly cut]

Sanguis & aqua q̄ Christi latus fudit, q̄d significent.

Reformatio nonorum euāgelicastrorū vanissima.

Ecclesia ē columen veritatis.

Iosephi Arimathæi laus.

Iosephus Arimathęus bonus vir, ad officium sepulturę rite vocatus.

Nicodem⁹ q̄q; q & ipse occultus discipulus dñi fuit, etiā grām hāc mēte sua tractauit, & re ipsa tandē meritorie p̄stitit. Ille corpus extinctū & ip̄m viuificū ad tumulādū impetrauit. Pilatus siquidē splēdoris hui⁹ seculi admirator, huius viri amplitudini facile se exorabilē p̄stitit. Mirari vero Iesū iā exanimatū. Apparet ergo, Pilatū ad mōtē caluariæ nō exuisse, sed sanguinis huic negocio, sibi permolesto, centurionē & cohortē p̄fecisse. Vocauit accersitū centurionē, sciscitabaт an iā esset mortuus: puta, ante ossiū cōminutionē. Origenes dicit, ossifragiū sniā capitis partē fuisse: hoc est, latrones & alios malefactores q cruci adiudicabanт, in eosdē etiā ossifragij pœnæ sententiam esse latam. Pœna crucis ergo acerba, q etiā post ossiū fractionē crucifixi, ligno affixi, vitā, nō sine maximis cruciatib⁹, vsq; in alterā noctē, traxerint. Sed nullus vnq̄ latronū cruci ē affixus, q antea tot colaphos, tot stimulos, tot verbera & vulnera acceperit. Verisimile ē, Christū, nisi in sua manu habuisset animā suā ponere & resumere, antēq̄ cruci affigereт, defecisse & occidisse potuisse. Lictores Chr̄i crucē nolebāt contingere. Sabbathū erat magnū, vnde & mōtē illū tactū coinquinare arbitrabāт. Iosephi vero neq; montem, neq; lignum abhorruit. Deniq; etiā neq; corpus ip̄m vitale, q̄d iā cadauer mūdo videbaт, veritus est attingere. Iosephus hic crucis sanctæ mysteria exprimit. Sancta crux Chr̄i, nimirū sanctificata sc̄tō corpore, manet electos: vbi magister, ibi discipuli. Iesus etiā exanimis, cadauer q̄dāmodo referēs, cœlestes ad se attraxit aquilas Iosephū & Nicodemum. Vides Chr̄i nō esse, q exire in montē infamē cunctanт, & q cōtumeliā Chr̄i portare formidāt. Nicodemus adfert misturā myrrhę & aloes, p̄ciosum plane vnguentū. Cōsternatæ mulieres, propter metū p̄turbationē hic Chr̄o officiosæ esse nō poterāt, quanq̄ hoc ip̄m meditarenт. Nicodemus & Iosephus Iudęo⁊ ritu vitale corpus pollincientes, bonū opus, q̄d Maria p̄uenit, peregerūt. Fide vero vacillabāt, nescientes de Chr̄o dictū: Non dabis sanctū tuū videre corruptionē. Bonū opus ergo nō esse nō potest, q̄d in ecclesia fit fide resurrectiōis mortuorū. Nō aberat longe à monte hoc hortus, in q̄ saxū erat, cui Iosephus, eius horti possessor, monumentū incidi fecerat: huc venerabile detulerūt corpus, linteis inuolutū, & p̄dicto vnguēto pollinctū. Voluit soter in horto sepeliri, ad significandū, q per eius mortē aditū nobis paradisi rursus patefecerit, ignea inde framea remota, vt tradit Cyrillus. Sepulchrū fuit nouū, cui nemo p̄ter Iesum vnq̄ fuit cōmendatus: p q̄d

Officium funebre boni operis est exercitium.

Hortus cōmodus loc⁹ Chr̄i sepulturæ

Mariæ virginis exprimiт virginitas perpetua, teste August. Sic etiā p̄clusa est Iudæis tergiuersandi occasio: nā si plura huic sarcophago cōmissa essent cadauera, poterāt dicere aliq̄d, nō Chr̄i, resurrexisse cadauer, vt ratiocinaт Theophy. Cōsidera hic Chr̄i paupertatē, q iuxta vitæ tenorē, etiā mortuus p̄prio caruit sepulchro. Diuites hic admonenт operis misericordiæ exēplo Iosephi. Ioānes Chryso. & Theophy. Nouū sepulchrū, significat innouāda oīa, de q̄ Firmianus ait: Ecce renascētis testaт gr̄a mundi, Oīa cū dño dona redisse suo. Ori monumēti saxū inuoluūt ingens, atq; signato eo, corpus venerabile tutū voluerūt. Sepulchri eius oraculū vides Esa. II. Diligētia sepulturæ & cōsignatio monumēti, fidei catholicæ est firmamētū. Honor Chr̄i corpori exanimi exhibitus, non est modicus, siue hortū & monumētū, siue ipsos vespillones nobilissimos viros attēdas. Significatū est istoc cultu, eucharistias sacramētū in maxima reuerētia celebrandū: nēpe à renouatis hoībus, & à serenis cōsciētijs. Alte⁊ significat nouū monumētū, alte⁊ cādida byssus. Cæte⁊ etiā vestigia tāta, tāto cultu sunt digna. Nullū itaq; mausoleū tāta inuenias reuerētia cohōestatū. Est q̄dē ite⁊ atq; ite⁊, vnà cū vrbe, ædificiū q̄d supra monumētū erat ædificatū, dirutū: sed semp restauratū sic, vt posterius prio⁊ gloriam superaret. Terrā eā q̄ circū monumētum venerabile est, in longinquas regiones ablatā, multis miraculis salutarē extitisse, cōpertū habemus, teste August. Celsus Origeni nr̄o obstrepēs, sepulchrū Iouis in Creta, Chr̄i sepulchro p̄tulit. Callimachus vero Iouē in Creta negat sepultum. Cretēses ergo se de sepultura Iouis efferētes, mēdacij notat, dicens: Cretēses semp mendaces. Paulus q̄q; Callimachi hoc citat cōtra Cretēses ipsos. Nō Iouis modo vani sepulchrū ignotum, sed & Mosis sancti. Chr̄i sepulchrū debet esse oībus notū, vt fides q̄q; resurrectionis inde inclaresceret. Diximus, mulieres conturbatas in officio sepulturæ, nihil attulisse aromaton, meditatas vero pium officium. Notabāt ergo oīa, monumentū puta & lapidem eius ostij. Qua de re dicetur in die resurrectiōis. Trepidāt adhuc, peractis his oībus, parricidæ Iudæi. ad Pilatū cōtinuo cōuolant, atq; dn̄m eū vocantes, rogitant, vt signato sepulchro etiam custodes addat, ne discipuli Christi venientes, subtrahant corpus exanime, & dicant resurrexisse, &c. Origenes hic acriter inuehitur in Iudæos, q visis tot miraculis, non secus atq; Pharao in Aegypto, seipsos magis atq; magis indurauerūt. Mēdaces, hic male fuerūt memores. Succurrit illis, dn̄m dixisse,

Sepulchrū nouum Chr̄i venerabili corpori conueniebat.

Euchariστias sacramentū celebre.

Christi monumētū nobile

dixisse, tertia die se à morte resurrecturũ, significãtes sese verbum Christi, quod dixit de templi Dei dissolutione & resuscitatione, satis intellexisse. Sic impietas (vt Origenes ait) seipsam suis verbis expugnat. Dominus Iesus per meritũ acerbæ & turpissimæ eius suæ mortis, spũm vitæ cœlestis in nobis excitare dignetur: vt per suæ sanctæ passiõis effectũ, vnà cũ Christo mũdo mortui, Deo patri cœlesti vnice viuamus, & in Chr̃i monumẽto sabbathizãdo, ad resurrectiõis gloriã tãdẽ reuocemur securi. Amẽ.

Postillæ Wicelianæ totius per Gerhardum Lorichium versæ, vnde gratias Deo, finis.

CHRISTIANO LECTORI S.

VT in hisce demegorijs doctissimis, Christiane lector, ueluti fœcũdissimo quodam sacrarum literarum horto, tuto, libere & inoffenso pede uersari queas: operæprecium uisum est præmonere, hæc Commentaria in utriusque speciei sanctæ Eucharistiæ communionem, & clericorum coniugia, nonnullaq́ꝫ alia, ut nunc proh dolor fere sunt mores, aliquot in locis propensiora uideri. Quibus tamen si cõferantur ea, quæ passim hic multa in pacis Ecclesiæ turbatores, sacrorum Canonum, Apostolicæq́ꝫ autoritatis, & sanctæ traducis, quam uocant, contemptores, immo quosuis huius tempestatis hæreticos, acerrime scripta inueniũtur, haud difficile fuerit intelligere, priuato cuiqꝫ talia non licere, nisi catholicæ Ecclesiæ accesserit autoritas: penes quam ista & id genus similia figendi refigendiq́ꝫ, pro temporum uaria conditione, potestas esse censetur. tametsi optandum uideatur, Ecclesiæ autoritate amoto laqueo, rursum ista permitti libera, si modo spes sit, ita fore ut & nõnulla tollantur e medio dissidia, & offendiculorũ publicorũ in Ecclesia multo sit minus. Nam alioq tutius pariter & ęquius fuerit, audire matrem, q̃ hunc aut illum, qui matri non per omnia deferat, germanum. In eos quoqꝫ, qui sacrosanctum Missæ sacrificium & reliqua Sacramenta, Purgatorium quoqꝫ ignem & peccatorum redemptiones, in simoniacum uertunt aucupium, Põtificij iuris decretis abutentes, Cõmentaria hęc eadem perq̃ acriter inuehuntur. Sed neqꝫ ijs abstinent, qui sinistro ducti iudicio, satis abunde suo se perfunctos officio persuasum habent, si per conductum sacerdotem priuatas aliquot Missas sibi redemerint, neglectis interim aut contemptis Dei mãdatis, & misericordiæ erga fratrem operibus. Hinc uenalitias Missas, & priuatas emptitias, & similes id genus nomenclaturas nonnunq̃ reperies. Nec minus male hic audiũt, qui exercitijs corporalibus & humanis institutis, licet non cõtemnendis, plus honoris habent q̃ diuinis: non ꝙ ea damnet autor aut nolit obseruata: sed ꝙ recta iudicia desideret in ijs, qui illorum præuaricatores longe peiore loco habent, q̃ diuinorum. Hinc cantandi quoqꝫ & psallendi ritum, cui crassissimos apud quosdam abusus irrepsisse uidemus, ad primitiuæ Ecclesiæ Canones & puritatem cupit reuocatum, ut magis cãtillet affectus, q̃ oris boatus: admissis etiam in Ecclesia ad cantandum lingua sua laicis, aut saltem à clero non contemptis. Postremo istuc quoqꝫ tibi uenit obseruandum, pie lector, fidem uiuam, nimirum quæ per dilectionem operatur, & cui iustificationis asseritur ratio, ab autore nunc ueram, nunc operosam: alteram uero, quæ sola, & Scholasticis informis est, mortuã. persæpe etiã hic fictam appellari. ut calumniati desinãt illi, qui fidem informem, cum ipsa quoqꝫ donum possit esse spiritus, ueram in suo genere esse cõtendunt. Hæc paucis admonere placuit, quo circa eiusmodi legenda cautiorẽ te redderemus, ne temere damnes, priusq̃ qua ratione quidqꝫ dictũ sit, intelligas. Adfer ergo animũ huc æquum & cãdidum, ac pectus uere Christianum, & uix erit cur huiuscemodi locis, & si qua præterea occurrent alia, uel tantillum offendare. Vale.